8.26 H.5

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ, LIBRI OCTO.

IN quibus diligens inſtituitur diſputatio de certa & perpetua Eccleſiæ Dei tùm Succeſſione, tùm Gubernatione Monarchica ab ipſo mundi initio vſq; ad finem.

DEINDE etiam Ciuitatis Diaboli perſæpè interrupta progreſſio proponitur, Sectæq; omnes & Hæreſes confutantur, quæ vnq; contra veram fidem emerſerunt:

DENIQVE de Antichriſto ipſo & membris eius: deq; vera Dei & adulterina Diaboli Eccleſia, copioſè tractatur.

SI quid præterea difficile & ſcopuloſum vel in Pontificum Romanorum Hiſtoria, vel in Conciliorum Generalium ratione accidit; idipſum ex propoſito diſcutitur & examinatur.

Cum INDICE Rerum & Perſonarum locuplete.

AVCTORE NICOLAO SANDERO,
Sacræ Theologiæ Profeſſore.

Singulorum Librorum Argumenta ſequens Pagina indicabit.

IOAN. MARIA CARD. GABRIELLIVS



IOAN. MARIA CARD. GABRIELLIVS

Bibliotheca S. Pudentianae de Urbe

PSALMO 118. Ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.

LOVANII,
Sub Capite Deaurato.
Ioannis Fouleri cura & impenſa excudebat
REYNERVS VELPIVS TYP. IVR.
M. D. LXXI.
CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

¶ *Singulorum huius Operis Librorum Argumenta.*

Primus demonſtrat, Eccleſiæ Gubernationem non eſſe popularem.

Secundus, Eccleſiæ Gubernationem non eſſe penes Optimates.

Tertius probat, Monarchiam eſſe præſtantiſsimum optimumq; Gubernationis genus, atq; ideo optimè viſibili quoque huic Dei Ciuitati conuenire.

Quartus oſtendit, Monarchiam Eccleſiæ ab initio mundi vſque ad Chriſtum, præfiguratam & prædictam fuiſſe.

Quintus, eandem à Chriſto & Apoſtolis eſſe inſtitutam.

Sextus, Viſibilem hanc Eccleſiæ Monarchiam vni Petro delatam eſſe.

Septimus complectitur, & vnum Paſtorem Primum ſemper Eccleſiæ Dei ad Chriſtum vſq; præfuiſſe, & enim à Chriſto & D. Petro Romanum Pontificem perpetuò & fuiſſe, & ad finem vſq; mundi fore. In quo etiam & Ciuitatis Dei, ſimulq; Diaboli deſcriptio quædam dilucida ob oculos proponitur, Hæreticiq; omnes ordine recenſentur, quorum peruerſa dogmata ab Eccleſiæ Doctoribus, tanquàm à fortiſsimis Diuinæ Ciuitatis murorum Cuſtodibus, obſeruata temporum ratione, paſsim repelluntur ac confutantur.

Octauus & vltimus, Antichriſti nomen à Summo Eccleſiæ Dei Paſtore, in quem ab Hæreticis iam diu calumnioſiſsimè impoſitum eſt, in ipſos authores retorquet; ac quis ſit verus Antichriſtus, & qui ſint vera eius membra, ex ſacræ Scripturæ Sanctorumq; Patrum teſtimonijs ſigillatim inquirit, concluditq;.

BEATISSIMO PATRI,

ET SANCTISSIMO DOMINO PIO QVINTO, PONTIFICI MAXIMO.

CVM duæ ſint res, Pie Quinte Pontifex Maxime, quæ in qualibet Epiſtola dedicatoria breuiter ſaltẽ attingi, ac interdũ etiã plenius aliquãtò ſoleãt vberiuſꝗ tractari: vna, cur tale opuſculũ, hoc tempore, ab hoc autore conſcriptũ ſit: altera, cur id ſub illius potiſſimũ nomine, cui offertur, in lucẽ prodeat & emittatur: ego ſanè tot tãtiſꝗ cauſis ad ſcribendũ hos de viſibili Monarchia libros adductus ſum, vt pleraſꝗ earũ in aliũ opportuniorẽ locũ differendas putauerim, ne præter modũ hæc Epiſtola creſceret. Illã verò, quæ prima fortè omniũ ad hanc rem ſuſcipiendam me cõmouit, ne hoc quidem in loco prætermittendã eſſe arbitrabar.

Cùm ergo animaduerterẽ, quã horrendis ignorãtiæ tenebris & Anglia patria mea & vniuerſa penè Germania offunderetur: nec ignorare poſſem, quàm malè iſti duo populi de Romana Eccleſia, quæ illos in Chriſto genuerat, meriti eſſent: quod officij mei erat mihi facturus videbar: ſi, cùm peccata populi mei, Danielis prophetæ exẽplo prius cõfeſſus eſſẽ, operã poſtea darẽ, vt inter tot millia hæreticorũ, qui Sedẽ Apoſtolicã iniuſtiſſimè oppugnãt, extaret mea pro eiuſdẽ Sedis honore qualiſcũꝗ teſtificatio & defenſio: vt, ſi clamarẽt in cœlũ cõtra duplicẽ quodãmodo hanc patriam meã (Angli enim ex Germania oriundi ſunt) Lutheranorũ & Caluiniſtarũ in illis gẽtibus ſchiſmaticæ voces: nõ deeſſet etiã Angli cuiuſdã Catholica vox, oĩm Sanctorũ teſtimonijs inſtructa et corroborata, quæ vtriꝗ gẽti ac populo miſericordiã Dei humillimè peteret, cõſtantiſſimeꝗ imploraret. Negare nec Angli, nec Germani poſſunt, ſe per Legatos ab Eccleſia Romana iã olim miſſos, abiectis Idolis, quibus antè ſeruiebãt, Chriſtũ Dei virtutẽ & Dei ſapientiã accepiſſe. Anglis Auguſtinus, Germanis Bonifacius, vterꝗ aũt à Põtifice Rom. miſſus, hũc lætiſſimũ verbi vitæ nuntiũ attulit. Ab illo fonte Sedes tã Archiepiſcopales, quã Epiſcopales in vtraꝗ natione profluxerũt. Inde Academiarũ autoritas petita, inde Collegiorũ ſocietas inſtituta, inde militũ, qui pro fide Chriſtiana pugnârunt, poteſtas deriuata: poſtremò Imperiũ ipſum, quod tot ſeculis in Occidẽte floruit, à Græcis ad Frãcos, à Frãcis ad Germanos Apoſtolicæ potiſſimũ ſedis miniſterio trãſlatũ fuit, ibiꝗ ſeptem Electoribus cõſtitutis, fixũ ad hunc vſꝗ diẽ & ſtabilitũ perſeuerat.

Quã igitur gratiã pro his tantis beneficijs Angli Germaniꝗ Sedi Apoſtolicæ rependunt? quã vicẽ reddunt? Diſſimularẽ ſanè, ſi res apertior nõ eſſet, quàm vt diſſimulari poſſit. Matrẽ, quæ illos in Chriſto genuit, quæ multis præterea ſeculis nutriuit et educauit: Matrẽ ætate iã penè confectã, a Turcis & Saracenis vexatã, à domeſticis Tyrannis perſæpe oppreſſam, ob eaſꝗ cauſas ope filiorũ nũc in primis egentẽ, honore aliquo nõ afficiunt. Parũ eſt hoc. Honore nullo afficiendũ eſſe cõtendunt. Quid quòd nec Matrẽ quidẽ omnino eã volũt agnoſcere? Imò Sedẽ Principis Apoſtolorũ, Sedẽ cũ qua oẽs Catholici Patres omni ætate neceſſariò cõmunicandũ eſſe docuerũt, quæ iã inde à tẽporib. promulgati primũ Euangelij, tot gẽtibus verbũ ſalutis tanto cũ fructu prædicauit, quæ ſemper oĩbus hæreticorũ ſectis cõſtantiſſimè ſe oppoſuit, Sedẽ Antichriſti eſſe, tùm ſibiipſis ſtultiſſimè perſuadẽt, tũ alijs impudentiſſimè prædicãt. Hoc illud populorũ Angliæ Germaniæꝗ peccatũ eſt, quod cæteras eorũ iniqtates lõgo interuallo ſuperat, eaſꝗ in vnũ quaſi cumulũ collectas numeris omnib9 implet et cõſummat. Quid enim poteſt in filijs gratiæ, Deo hoĩbuſꝗ magis inuiſum aut ingratũ eſſe, ꝗ̃ ingrat9 & ĩmemor accepti beneficij animus? Hoc peccatũ etſi cõmune ſit Germanis cũ Anglis, atꝗ ab illis ad hos primùm trãſijſſe videatur: tamẽ eò grauius Anglorũ gentẽ premit, quò inſignius Ioãnes

Epiſcopus Roffenſis, Thomas Morus Angliæ Cãcellarius, cõcionator inſignis Reginaldus Monachus Birgittenſis, Carthuſiani octodecim, Sedis Romanæ Primatũ nõ verbis modò & ſcriptis longè doctiſſimis, verùm etiã ſanguinis ſui effuſione notũ omnibus & teſtatũ reddiderũt: cuiuſmodi teſtimonia Germanis domi ſuæ data eſſe, nunq̃ intellexi.

Quæ cùm ita eſſe perſpicerem, grauiorique Anglorum vulneri efficaciorẽ adhibendã eſſe medicinam cõſiderarem, haudquaquã ſatis mihi viſum eſt, vt in iſta fidei Catholicæ confeſſione, quã aduerſus tam immanẽ & barbaram hæreticorũ Angliæ opinionẽ hoc tempore ſcribendam edendamq; ſuſcepi, pauca quædã vel Scripturarũ, vel Sanctorum Patrum teſtimonia extarent: ne fortè plus operæ in mendacio diſſeminando hæretici poſuiſſent, quàm nos in veritate aſſerenda poneremus. Meminerã enim, Mathiam Flacium Illyricũ ante aliquot annos edidiſſe librum, quẽ inſcripſit Catalogum Teſtium veritatis, *quo in libro nullũ non mouet lapidẽ, vt oſtendat, Sedẽ Romanã quiduis eſſe potius, quàm (ſicuti verè eſt) Cathedrã Petri & Thronũ Ieſu Chriſti. Quò libẽtius feci, vt omniũ ætatũ ea, quæ mihi occurriſſent, vel verba, vel facta, ordine temporũ obſeruato, in vnũ cumulũ aggregarẽ, quibus Eccleſiaſtici Primatus authoritas ſarcta tecta cõſeruari poſſet. Quæ aũt huius generis in his libris deſunt (quæ fateor eſſe permulta) poſſunt ab alijs, qui huic rei vacandũ eſſe putauerint, in ſuã claſſem atq; ætatẽ poſthac reponi, donec plenius quoddã teſtimoniorũ omnis generis corpus effectũ fuerit, quod Lectorẽ nõ docere modò & inſtruere, ſed oblectare etiã poſſit, & lætitijs omnibus perfundere. Atq; hæc quidem de cauſa, quæ me ad ſcribendum impulit, ſint dicta.*

Quod verò ad alterã illã orationis meæ partẽ attinet, in qua dicendũ eſt, cur tuæ Sanctitati, Pie Quinte, hos de viſibili Eccleſiæ Monarchia libros dedicârim, nõ eſt opus, vt eius rei valde accuratã rationẽ reddã. Multò ſanè magis inſtituti mei ratio tũc reddẽda fuiſſet, ſi tua Sanctitate prætexita, ſub alterius cuiuſpiã patrocinio eoſdẽ libros prodire voluiſſem. Cui enĩ potius, quæ de viſibili Primatu Eccleſiæ ſcripta ſunt, dedicari oportuit, q̃ totius Eccleſiæ primo in terris Paſtori, & maximè viſibili Primati? Quòd ſi neq; rei, quã explicandã ſuſcepi, natura, nec Magiſtratus Eccleſiaſtici, quẽ Pius V. iure optimo adminiſtrat, dignitas & magnitudo, qualecunq; hoc munuſculũ ſibi deferri poſtularet: certè beneficia, quæ vel in me priuatim, vel cõmuniter in patriã meã contulit, id officij genus à me neceſſariò extorquerent. Nam vt de beneficio pecuniario, quod tua Beatitudo per Ill.[mum] *Cardinalis Hoſij operã nuper mihi cõtulit, nihil dicã: ſi quid in hæreſibus aut colligẽdis, aut cõfutandis Eccleſiæ Dei profui: hoc omne tuæ Sanctitati acceptò ferendũ eſt, cuius primũ benignitate facultas mihi facta eſt, tã habendi, q̃ legẽdi hæreticorũ libros. Quorũ ſi plures nactus eſſem, nõ dubito, quin per Dei gratiã plus aliquantò fidei Catholicæ cauſam adiuuiſſem. Vix enim credi poteſt, quantopere oẽs illi nõ modò cũ Scripturis S. & àntiquis Patribus, ſed etiã cũ ſodalibus ſuis, atq; adeo ſinguli cũ ſeipſis pugnent. Iam verò cõmunis illa tua in Anglos beneficentia tùm ex ea eleemoſyna elucet, quã ſingulis annis in Religioſorũ Ordines, atq; aliâs præterea in alios Catholicos cõfers, tùm ex illa ſolicitudine Paſtorali, qua nõ multis abhinc annis ad Anglos domi cõmorantes miſiſti, teſtificans illis, quanto ſtudio cuperes, Angliam iterũ ad gremiũ Catholicæ Eccleſiæ reuocari, oẽmq; curam tuã & induſtriam ad eam rẽ vltrò deferens & promittens. Cuius Legationis qui fructus fuerit, tã Nobiles, q̃ plebeij, qui relicto ſchiſmate ad Eccleſiam quotidie redeunt, fidem indies pleniorem faciunt. Nec parua ſpe ducor, propediem fore, vt ſuus etiam locus Catholicis Angliæ Paſtoribus pateat, in quo verbum vitæ liberè prædicent, & Sacramenta Chriſti ritè adminiſtrent.*

Qua in re procuranda efficiendaq;, vt Tua Beatitudo curam, ſtudium, cogitationẽq; omnem impendat, per eum Paſtorum Principem, qui pro ouibus ſuis animam ponens,

Principẽ Apoſtolorũ ſeipſum ſequi præcipuè iuſſit, iterum atq; iterum rogo. Qui enim ne vitæ quidem Paſtoris parcendum duxit, vt ſaluti gregis conſuleretur: quantò magis voluit, nullam vel pecuniæ, vel famæ conſeruãdæ rationem hac in cauſa haberi? Verùm vt hæc ſcriberem, officij potius & conſuetudinis ratione adductus ſum, ne patriæ meæ cauſam videar neglexiſſe: quàm quòd cuiquàm in mentem venire queat, Tuam Sanctitatem hac in re admonitore aliquo indigere.

Cùm autem hæ tot ac tantæ cauſæ mihi neceſſitatem quodammodo impoſuerint, vt hos libros Tuæ Beatitudinis nomini dedicarem: mentiar tamen, niſi & aliam prætereà cauſam attulero, quæ vt hoc facerem, fortius adhuc atque efficacius me commouit. Cui enim viro munus & donum, præſertim quod quiſque optimum maximumq; habet, dare mitteréue ſolet, niſi ei, quem non modò ſeipſo, verùm etiam cæteris hominibus penè omnibus præſtantiorem eſſe, verè ſibi perſuaſerit? Nam cùm munera in primis DEO immortali, tanquàm omnium bonorum largitori debeantur: eadem certè deinceps ita cuique maximè offerri ſolent, vt is ad Deum proximè acceſſerit. Diuinum verò quiddam eſt, præeſſe multis. Tu, Pie Quinte, præes non modò multis populis, verùm etiam ijs ipſis Principibus viris, qui plurimis Regnis & Prouincijs præſunt. Diuinum quiddam eſt, benefacere multis etiam priuatis. Tu, Pie Quinte, præterquàm quòd de priuatis hominibus penè infinitis optimè præclariſſiméque meritus es, etiam florentiſſimum Galliæ Regnum contra impetum Hugoniſtarum auxiliaribus copijs tuis ita defendiſti, vt quicquid Catholicæ Religionis in Gallia reliquum eſt, tuo in primis præſidio ſuſtentatum ſit, patrocinioq; in hodiernum diem conſtet. Omnis poteſtas à Deo eſt, qui ſolus omnium eorum, quæ ſunt, cauſa prima & origo vnica exiſtit, Tua verò poteſtas, Pie Quinte, à Filio Dei Ieſu Chriſto ſic inſtituta eſt, vt non ſolùm à Deo ipſa promanauerit, verùm etiã ad Deum illos perducat, qui rectè atq; ordine ſeipſos ei ſubiecerint. Multa igitur maximaq; dona tibi Deus cõtulit, Beatiſſime Pater, ob quæ maximum quoq; munus iure optimo Tuæ Sanctitati offerendum eſſe videretur. Cæterùm habes alia in te maiora, & Diuinitati propius coniuncta, fidei, timoris Domini, Caſtitatis, & Humilitatis dona. Habes donum Prudentiæ, qua ſumma in rebus gerendis vteris: Donum fortitudinis, vſque ad contemptum ſeculi totius, cui permultis abhinc annis rcuunciaſti: habes donum iuſtitiæ, qua viros idoneos Eccleſiæ DEI præficis, indignos autem repellis: Donum Clementiæ, qua etiam hoſtium Eccleſiæ animos tibi deuinxiſti, cùm eos diuinitùs in manus tuas traditos humaniſſimè dimittercs. Denique habes donum charitatis erga Deum & omnes hominines, quæ perfectionis vinculum eſt, & totius legis plenitudo.

Hæc animi tui bona, Pie Quinte, efficiunt, vt non modò cum D. Petro Anteceſſore tuo in altum ducas fluitantem nanim illam, in qua præ multitudine Piſcium rete, quod Petrus laxauerat, fractum fuiſſe legitur (tale enim eſt militantis iam Eccleſiæ verriculum, quod quia tam malos, quàm bonos piſces comprehendit, interdum ſcinditur & dirumpitur) verùm etiam vt poſtquàm eadem nauis ad terram, hoc eſt, ad ſeculi finem appulerit, cum eodem D. Petro poſt Reſurrectionem Domini aſcendas, & trahas rete in terram plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus: & cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Omnes quidem Pontifices Romani laxant retia in capturam, omnes etiam trahunt piſces ad terram, licet interim rete ipſorum nonnunquàm rumpatur: ſed non omnes per dona ſpiritalia eò vſque aſcendunt, vt rete illud piſcibus immortalitatis refertum, quod ampliùs non rumpitur, neq; ſcinditur, ad ter-

ram cœleſtem attrahant. Beati piſces illi, quos rete illud non ampliùs rumpendum continebit. Beatus, qui hoc rete ad terram viuentium pertraxerit.

Porrò, quia non leuibus indicijs deprehendi, te, Pie Quinte Pontifex Maxime, inter huius retis ductores per DEI gratiam numerandum eſſe: non, opinor, temerè feci, vt quod ex ijs, quæ mihi Deus hactenus contuliſſet, maximi pretij habere videbar, id tuo in primis nomini conſecratum ſub tua potiſſimùm tutela exiret in lucem. Licet enim multa ſint alia, quæ ſpeciem quandam honoris conſectantur: tamen ſola virtus atque integritas & amorem verum efficit, & verum honorem promeretur.

Nunc autem ab æterno Paſtore Ieſu Chriſto, in cuius verbo rete omnium Epiſcorum, & præſertim Romanæ Eccleſiæ, laxari ſolet, humillimè precor: vt & piſcium multitudinem copioſam, ex magno mari huius mundi eductam, intra tuum hoc vnitatis rete concludas, & eoſdem ad terram illam perducas, quæ fluit lacte Humanitatis, & melle Diuinitatis Ieſu Chriſti, qui tuam Sanctitatem pro nobis orantem in æternum tueatur & conſeruet. Datum Louanij, in ipſo die Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, Anno Domini. 1571.

Tuæ Sanctitatis obſeruantiſsimus
filius, & humillimus ſeruus;

Nicolaus Sanderus,
Presbyter.

Reuerendiſſ.mis & Ill.mis Cardinalibus, Iohanni Morono, Angliæ Protectori, Stanislao Hoſio, Epiſcopo Varmienſi, & Ioanni Franciſco Commendono, Epiſcopo Zacynthi, Patronis ſuis omni obſeruantia colendis,

Nicolaus Sanderus ſummam fœlicitatem exoptat.

TANTA eſt, Ill.mi Cardinales, & obſeruandiſsimi Domini, habendæ gratiæ, atq; etiam, quoad fieri poteſt, referendæ obligatio: vt non tam hoc ſpectandum ſit, quanta cum opportunitate memorem ſe aliquis accepti beneficij oſtendat, quam illud cauendum, ne vlla occaſio, qua huic officio vel mediocriter ſatisfieri queat, prætermiſſa eſſe videatur. Ego autem me omnibus vobis tot nominibus obſtrictum eſſe fateor, vt etiamſi referre gratiam non poſsim, quia peregrinus & inops; habere tamen & poſsim, & debeam, quia nec immemor ſum accepti beneficij, nec ingratus. Ac nimirum, ſi (per cauſas in mea priore Dedicatoria Epiſtola commemoratas) vllo modo fas mihi fuiſſet, Summum Pontificem Pium Quintum præterire: veſtro potiſsimùm Splendori & Amplitudini, huius operis primitiæ debebantur.

Nam vt à te incipiam, Ill.me Cardinalis Morone; ſatis conſtat, Anglos quidem omnes plurimùm ſemper tuæ R.mæ Dominationi deuinctos fuiſſe, vel ob hoc imprimis, quòd ipſorum cauſas iam olim à S. memoriæ Cardinale Polo, dum adhuc viueret, cõmendatas, in tuam fidem ac tutelam benigniſsimè ſuſcepiſſes, fidemq; quam viuo dederas, etiam mortuo (ſi tamen moritur Polus) inſigni pietate & religione exolueres.

Iam verò præter commune illud gentis Anglicanæ patrocinium, ijs me priuatim beneficijs proſecutus es, vt & peregrinum adhuc in vrbe Roma, hoſpitio apud Anglos, quibus tu præeras, excipiendum; & Thomam Butlerum iuris vtriuſque Doctorem (quem virum ego non modò meum, ſed & alterum me ſemper iudicaui) in ordinem eorum Iudicum, qui cognoſcendis adminiſtrandiſq; Territorij Eccleſiaſtici cauſis præſunt, cooptandum curares. Ob quæ iudicij tui non leuia tùm in nos, tùm in omnes noſtros teſtimonia, committere nolui, quin omnium nomine, quoquo modo poſſem, gratam animi noſtri erga te ſignificationem quàmplurimis teſtatam efficerem.

De tua verò Amplitudine, Cardinalis Hoſi, quid dicam? Cui, quicquid habeo, quicquid ſum, ſemper aſcribendum eſſe, vltrò præ me feram. Tua me fama & Dignitas Roma Tridentum deduxit. Tuus amor & gratia Tridento in Pruſsiam attraxit. Tua Beneficentia & liberalitas non ſolùm fouit me atque aluit domi ſuæ, dum in Varmienſi agro degerem; verùm etiam ad Belgas properantem comitata, & apud Belgas agentem proſecuta eſt vſq; in hodiernum diem. Abs te accepi multa, quæ corporis & vitæ neceſsitatibus ſeruierunt: apud te cognoui plura, quæ animum ad ſcientiam & virtutem informarunt.

Cùm tamen à teipſo diſceſſerim, nihil aut maius abs te accepi, aut libentius apud te cognoui, quàm Reuerendiſsimum Cardinalem Commendonum, qui eo tempore, cùm apud Sereniſsimum Poloniæ Regem Sedis Apoſtolicæ nuntium ageret, te viſendi ac ſalutandi cauſa in Pruſsiam diuertens, à me antea quidem viſus, ſed tunc primùm plenè cognitus eſt, & intimè dilectus. Nam quid eo viro ad imitationem præclarius, ad fructum conſuetudinis iucundius, ad omnem ingenij & doctrinæ laudem admirabilius? Qui præterquàm quòd magno ſumptu ſuo me Auguſtam Vindelicorum, vbi ad Imperialia Comitia legatione pro Sede Apoſtolica tunc fungebatur, humaniſsimè accerſiuit, ibique omni beneficentia per menſes ferè quatuor ſuſtentauit, ac demum liberaliſsimè auctum, & maximis donis cumulatum dimiſit, ob eaſque res à me ſumma obſeruantia coli ſemper & ſuſpici debet: etiam huius operis mei præcipuam quandam partem proprio quodam iure ſibi meritò vendicauerit. Iam inde enim ab illo die, quo apud tuam Illuſtriſs.mam Dominationem, Cardinalis Hoſi, vnà in Warmia fuimus, ego & illuſtriſsimus Commendonus; iam inde recordor, cùm per agros tuos oblectationis ſuæ cauſa inequitaret, Commendonum certa mihi argumenta nominaſſe ac propoſuiſſe, quæ ſi plenè copioſeque tractarentur, cætera non difficulter vel ad illa neceſſariò reduci poſſent, vel certè ſua ſponte ſequerentur.

In ijs argumentis(quæ ad ſummum quatuor fuiſſe memoria teneo) primas omnino tulit controuerſia illa de vnius Paſtoris Primatu; nec iniuria. Si enim certum eſt, vnũ aliquem Paſtorem à Chriſto ſic præpoſitum eſſe ouium atque agnorum toti gregi, vt Chriſtus ipſe pro fide eius ne deficeret, orauerit; nec minus ei adhærere tùm omnes, tùm ſinguli Chriſtiani debeant, quàm in ædificio quopiam lapides minores grandi alicui ſaxo, quod fundamenti loco ſubſternitur, & petræ ſolidiſsimæ adhæreſcunt: quid opus eſt, vt priuati de reliquis poſtea controuerſijs ſoliciti ſint, cùm ſatis illis eſſe debeat, vt quod à Paſtore primo propoſitum,conſtitutum,ac definitum fuerit, id corde credant,ore confiteantur, & opere ipſo præſtent? Addebat præterea Commendonus, hanc Primatus Eccleſiaſtici tractationem id fructus ſecum afferre: vt qui hoc argumentum perſequeretur, totam hiſtoriæ Eccleſiaſticæ rationem percurrere,& exhaurire neceſſe habeat; quod ſanè ſine ingenti tam authoris,quàm lectorum vtilitate euenire non poſſet.

Quæ omnia grauiſsimè à tua prudentia, Ill.^me Cardinalis Commendone,cogitata & perpenſa cùm ego notaſſem,eaq; patriæ meæ, cui natnm me eſſe nunquàm obliuiſcor,ſummam vtilitatem afferre poſſe animaduerterem:ſimul ac à peregrinatione alijſq; negotijs,quæ amici quotidie noua imponebant, liberum me ac ſolutum ſenſi, ad illam curam adieci animum, vt quæ Primatnm Eccleſiæ confirmabant, ea primo quoque tempore in vnum colligerem atq; aggregarem. Res tandem ad eam ſummam peruenit,quam nunc videmus. Quæ ſi alijs aliquando vſui eſſe poterit, neſcire eos nolui, quibus & qnantis viris huius rei vel primas occaſiones,vel adinmenta reliqua potiſsimùm accepta ferre deberent.

Vos igitur,Ampliſsimi Domini,pro mutuis inter vos officijs,quæ ſtudioſiſsimè præſtatis atq; exercetis,vehementiſsimè rogo,vt quia hunc Librum patriæ meæ cauſa præcipuè ſcribendum ſuſcepi,nõ modò librum ipſum in veſtram fidem ſuſcipiatis,verùmetiam,idq; multò magis,patriam meã amore eo cõplectamini,quem illa Inſula meretur,quæ penè ſola hodie in orbe Chriſtiano Martyrũ ferax eſt & fœcunda.Nam etſi aliquot millia virorũ pro Catholica fide in Gallia mortem oppetierunt, tamen id potius per tumnltum & rabiem quandam popularem accidit,qnàm legitimæ cuiuſdam viæ ac rationis obtentu. Verùm in Anglia (vt de illis, taceam, qui ob arma in cauſa fidei contra Tyrannos ſuſcepta crudeliſsimè paſsim necati ſunt, quiq; ob fidei Catholicæ confeſsionem per vniuerſam Europam in exilio degunt)non modò Iohannes Roffenſis Epiſcopus, Thomas Morus, & Carthuſiani olim; verùm etiam nuper Ioannes Feltonus,atque hoc ipſo anno Ioannes Storæus ob fidem Catholicam ſecundùm impias eius Regni leges ad mortem palàm publicèq; adiudicati ſunt. Quid quòd eadem ſola Inſula grauiſsimum hæreſeos iugum à paucis & ijs obſcuris homuncionibus impoſitum inuita prorſus & coacta ſuſtinet? Nam in Germania,ſi cui libet, Catholico eſſe impunè licet. Porrò in Gallia etiam præmium, non modò impunitas, Catholico viro conſtituitur. In ſola verò Anglia nemini licet fidem Maiorum,in qua baptizatus eſt,profiteri,vel aliud in Religione ſapere, quàm lex terrena, imò tyrannica, permittit. Nec qualibet pœna intenditur,ſi reclamaueris. Morte luendũ eſt, quicquid contrà vel ſcripſeris,vel dixeris, vel etiam ſenſeris.

Ab hac ergo tam immani Tyrannide, vt fratres veſtros idipſum à vobis omni ſtudio contendentes,quod in vobis eſt,liberetis,operam ſedulò dabitis,ſi rectè vos cognoui, Ill.^mi Cardinales: quibus omnibus cùm meipſum meaq; omnia humillimè ſubiecero; tùm vitam illis valetudinemq; in hoc ſeculo proſperam,in futuro autem æternam pro eo ac debeo,ſummis viribus opto & precor. Datum Louanij pridie Calen.Iulij. Anno Domini 1571.

PRAE-

PRÆFATIO AD LECTOREM DE VTILITATE HVIVS OPERIS; DE'QVE *CIVITATIS DEI AC DIABOLI DIF-* FERENTIA ET DISCRIMINE.

NON eo conſilio, ſtudioſe Lector, hos de viſibili Monarchia Libros con-
ſcripſi, quòd putarim, alios, qui prius in hoc argumenti genere inſigni cum
laude verſati eſſent, minus doctè cumulateq; , quod res poſtulabat, præſti-
tiſſe. Quinimò vix vnquàm ſatis admirari poſſum Roffenſes, Polos, Caieta-
nos, Hoſios, Eckios, Pighios, Contarenos, Rufos, Campegios, & alios
præterea ex omni gente & lingua permultos, qui ad iſtam cauſam excellẽs
ingenium, præſtantem doctrinam, ſingulare ſtudium, inſignem laborem
atque induſtriam attulerunt. Sed cùm hi omnes nihil ferè aliud ſibi propoſuiſſent, quàm vt
Primatus Eccleſiaſtici rationem à Chriſto primùm in Petro Apoſtolorum Principe inſti-
tutam; deinde à Petro in vrbe Romana ex Dei voluntate poſitam, & collocatam, atq; ibi
demum à fidelibus populis creditam ſemper & obſeruatam docerent; huic autem propoſi-
to ſuo diligenter ſanè accurateq; ſatisfeciſſent: ego in his Libris non ſolùm eandem vnius
Paſtoris Præfecturam plenius aliquantò confirmaui, ſed etiam omnem popularem, itemque 1.
Optimatum, in ſummo ſaltem gradu, gubernationem, ab Eccleſia Chriſti longè remotã eſſe, 2.
ex propoſito planum feci; vt eò facilius aliqui ſaltem ex Proteſtantibus vnitati Eccleſiæ
conciliarentur, quò apertius viderent, non modò noſtras partes optimè ſtabilitas, verùm
etiam ipſorum fundamenta prorſus conuulſa eſſe & deiecta. Deinde cùm alij ferè omnes
à Chriſti ſolùm temporibus (quod quidem ſatis erat) vnius Paſtoris Primatum deduxerint:
ego etiam à Prophetis & Patriarchis, atque adeo ab Adamo ipſo eiuſdem Primatus origi- 3.
nem repetendam duxi; vt eò firmius id genus regiminis in Eccleſia Chriſti poſitum eſſe
crederetur, quò manifeſtius non cum Lege tantùm cærimoniali, ſed etiam cum prophetico
ſpiritu & naturali iure (quæ vtraq; cum nouo Teſtamento communia, & ab omni mutatio-
ne ſunt libera) conuenire cerneretur.

Iam verò cùm ad ipſum Romanæ Eccleſiæ Primatum perueniſſem: & Patrum antiquo-
rum grauiſsima teſtimonia, & rerum in Eccleſia geſtarum certiſsimas authoritates ea ſerie 4.
atque ordine in medium protuli, vt iam inde à Petro, qui primus Romæ ſedit, vſq; ad Pon-
tificatus Pij Quinti annum ſextum, non multos ſanè Pontifices prætermiſerim, quin illis
aliquod ſui Primatus teſtimonium aut à rebus eo tempore geſtis, aut ab aliquo graui eiuſ-
dem ætatis Authore dictum eſſe, oſtenderim.

Accedit eòdem, quòd ſi quæ ſcopuloſa & difficilia (quæ multa ſunt) in illa perpetua Pō- 5.
tificum ſerie occurrebant: de illis etiam pro meis viribus ita egi, vt res obſcuras, dilucidè;
ambiguas, diſtinctè; implicatas & tortuoſas, planè aperteq; proponere conarer & explicare.

Quid quòd hæreticorum etiam nomina & ſingulas opiniones tùm (quoad aſſequi licuit)
ſigillatim ſum proſecutus, tùm ex eorum, qui aut ſimul, aut quàm proximè vixerunt, autho- 6.
ritate eaſdem confutaui; quod ab alijs eodem ordine hactenus factum eſſe, nunquàm intel-
lexi. At plurimum certè intererat noſtrâ, vt ſciremus, nullam hæreſim vllo tempore tam
ſubitò emerſiſſe, quin reperti fuerint viri docti & graues, qui ſeſe mox velut murum quen-
dam pro domo Dei opponerent. Quanquàm igitur de illa re diſputauerim, quam alij præ-
terea multi egregiè prius ornârunt: tamen eam rationem & viam in hac diſputatione mea
ſecutus ſum, quæ vtiliſsima cùm ſit, ab alijs prius (quod ſciam) tradita nō fuit aut obſeruata.

Caput omnium eſt, quod ab orbe condito vſque ad hodiernum diem, hinc perpetua Ec-
cleſiæ Dei exædificatio & ſtructura; inde Ciuitatis Diaboli perpetuum ſchiſma & ruina, 7.
ob oculos Lectoris velut in breui tabella proponitur. Qua ex re prudenter animaduerſa non
parum adiumenti ad Catholicam fidem confirmandam aſſumi poteſt. Cùm enim conſtet,
duas eſſe ac ſemper in mundo fuiſſe hominum ſocietates; vnam Deo, alteram diabolo ad-
dictam; quarum vtraque pari ferè curſu, diſpari autem fructu, ab initio mundi vſq; ad ſeculi
conſummationē progreditur; illa quærens quæ ſua ſunt, hæc verò quæ Ieſu Chriſti: cumq;
ſi vtriuſque Ciuitatis initia, progreſsiones, & fines inter ſe conferantur, facillimè intelligi
queat,

queat, quid fidei Catholicæ, quidúe hæreticæ perfidiæ proprium ſit; quid præterea in vitæ ac morum inſtitutis fugere, & quid ex altera parte amplecti debeamus: quis negauerit, rem inprimis vtilem eſſe, vt iſta vtriuſque populi diſcrimina, quæ dum intus in ſolo mentis ærario recluduntur, & obliuioni ſæpe mandantur, & nimis anguſtè concluſa iacent, nec perinde nos delectant: eadem foris ob oculos corporis in libro quopiã explicata, tùm maiore cũ voluptate ſpectentur, tùm memoriam noſtram rerum optimarum exemplis vberius paſcant & confirment? Ac ſanè dum hanc duplicem generis humani ſeriem deſcripſi, multa mihi occurrerunt, quæ tùm ad Catholicam fidem commendandam vtilia, tùm aliâs notatu digna videbantur.

8. Principio, Dei Rempublicam prius & in Angelis, & in hominibus inchoatam vidi, quàm Diabolus vllam in vtrouis genere partem ſibi ſuffuratus eſſet. Quicquid verò in diaboli ciuitate vnquàm repertum eſſet, id non niſi à Dei Ciuitate primùm defeciſſe animaduerti. Vt igitur poſterior eſt Diaboli populus, ſic etiã totus ex perduellibus & Apoſtatis conſtat. Hoc me primùm non mediocriter oblectauit. Ita enim (vt Tertullianus egregiè ait) *ex ipſo ordine manifeſtatur, id eſſe Dominicum & verum, quod ſit prius traditum: id autem extraneum & falſum, quod ſit poſterius immiſſum.* Negare non poſſunt Lutherani, quin *fidei Romanorum, quam ſuo tempore in vniuerſo mundo annunciatam fuiſſe Paulus atteſtatur*, ſemel vera & laudabilis extiterit. Nam quòd illam poſtea mutatam eſſe dicunt, cùm hoc ſine Pauli, atq; etiam ſine vllius probatæ hiſtoriæ teſtimonio, quinimò contra omnium Scriptorum & Hiſtoriarum fidem impudentiſsimè dicant: mendacijs illorum omiſsis, quod in ipſorum confeſsione à nobis eſt, libenter accipimus, *fidem Romanorum ſemel veram fuiſſe*; & ideo hæreſim eſſe non dubitamus, quicquid fidei Romanæ, quæ ſemper eadem manſit, vlla ex parte contradicit. Certè in hoc non immeritò gloriamur, quòd vt Eccleſia Dei fuit ante diaboli Synagogam: ſic Romana fides fuit antiquior Waldenſium, Huſsitarum & Lutheranorum hæreſibus. Nam & hi omnes non negabunt, *primam illis fidem fuiſſe cum Romanis communem, vt hinc iam deſtinari poſſint Hæretici, qui deſerto quod prius fuerant, id poſtea ſibi elegerunt, quod retrò non erant. In tantum enim* (ſi Tertulliano credimus) *hæreſis deputabitur, quod poſtea inducitur: in quantum veritas habebitur, quod retrò & à primordio traditum eſt.*

9. Deinde in illa duplici generis humani ſerie animaduerti, Ciuitatem Dei ſemel inchoatam, ſemper aliquam extitiſſe, nec totam ſimul interijſſe vnquàm; cùm tamen diaboli ciuitas (quæ ſaltem ex hominibus in hoc mundo conflata erat) ita in Diluuio Noë tota interierit, vt niſi per maledictum à patre ſuo Cham, aut certè alium illiuſmodi de nouo inchoata eſſet, aliqua omnino in terris iam eſſe non poſſet. Fuit etiam iſtius rei nec ingrata, nec inutilis conſideratio. Etenim omnium hæreticorum Congregationes videmus fuiſſe interruptas: nec aut Arianos perpetuam ſucceſsionem ſortitos, aut Lutheranos cum Donatiſtis, aut Caluiniſtas cum Berengarianis, continua Paſtorum & ouium, ceu patrum & nepotum ſerie, fuiſſe coniunctos: cùm tamen Eccleſiæ Romanæ tam in Pontificibus, qui præfuerunt, quàm in multarum ſimul Gentium Epiſcopis & populis, qui Romanæ Sedi adhæſerunt, continua ſemper fuerit & nunquàm intermiſſa ſucceſsio. Chriſtus enim *venit in mundum, vt diſſolueret opus Diaboli*, vt arma eius, in quibus confidebat, auferret, vtq; perpetuam Regni eius cõtinuationem amputaret, ac gloriam præcideret. *Iugum quippe oneris Diaboli, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius Chriſtus ſuperauit.* At verò de Ciuitate Dei quid prædixit Spiritus ſanctus? *Vſq; in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo vſque in generationem & generationem Sedem tuam. Ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius* (vtique Chriſti) *& Thronum eius ſicut dies cæli. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in æternum manebit, & Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum.* Et alibi: *Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus amodo, & vſq; in ſempiternum.* Quod verò toties fit mentio *ſeminis, & Throni, & Sedis Chriſti*, atq; etiã verborũ, quæ *in ore ſeminis eius ponũtur*: quid aliud ſignificatur, quàm in Eccleſia eius perpetuam fore ſucceſsionem eorum, qui è Throno, Sede & Cathedra, quam ipſe fixit, docent ac prædicant Euãgelium ipſius? *Sedes enim Chriſti, quæ ædificatur à generatione in generationem*, viſibilis vtique & militans aliqua Sedes eſt. Quæ porrò in terris Sedes potius dicetur Chriſti eſſe, quàm illa Principis Apoſtolorum, de qua ipſe ad Petrum dixit: *Tu es Petrus & ſuper*

bane

hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Hæc igi-
tur inuicta Eccleſiæ Petri ſucceſsio, primitiæ ſunt *ſeminis, quod in ſeculum ſeculi poſitum
eſt, quodq́; in æternum præparatur & manet*. Quæcunque autem ſecta ab hac perpetua ſucceſ-
ſione diſcedit, ad confracta, diſiectaq́; regni diabolici rudera pertinere intelligitur.

Præterea video in Ciuitate Dei nec vnquàm defuiſſe, qui tam Sacrificium externũ Deo 10
palàm offerrent, quàm controuerſias in populo Dei ortas ex authoritate ſumma deciderẽt,
nec alios ad eum honorem ritè atq; ordine aſpiraſſe, quàm qui vocatione quidem diuina,
humano tamen miniſterio *tanquàm Aaron* aſſumerentur. Populus autem nunquam habuit
legitimam poteſtatem aut Prophetas ſua authoritate mittendi, aut Sacerdotes conſecrandi.
Nam vel Primogeniti ſub Lege naturæ (tanquàm Maiores natu, & ſumma dignitate vi na-
tiuitatis ſuæ ornandi) Sacerdotio fungebantur: vel minores natu diuinitus ad eam dignitatẽ
ſelecti aliquando ſunt & ſegregati; qua etiam ratione Leuitica Tribus Sacerdotij honorem
acquiſiuit. Verùm vt populi multitudo, quos vellet, Paſtores & Prophetas vel mitteret, vel
inſtitueret: hoc in Eccleſia Dei per omnes hominum ætates omnemq́; memoriam prorſus
inauditum eſt. Cùm igitur Eccleſia Romana eam formam in hodiernum diem obſeruet, vt
nemo vel Dei Euangelium cum authoritate prædicet, vel publicum Sacrificium offerat,
præterquàm ſi ab anteceſſoribus ſuis (velut Aaron à Moyſe) ad id munus obeundum mitta-
tur & conſecretur: Lutherani verò partim non aliter Paſtores à plebe mittendos dicant,
quàm ſi (vt Ariſtoteles in Libris ſuis de Repub. opinatur) Sacerdotes & Prophetæ Dei, ciui-
tatis politicæ, ac non potius diuinæ tantùm cæleſtiſq́; Reipub. partes forent; partim etiam
nullum omnino publicum Sacrificium Deo iam offerendum eſſe, contendant: certiſsimum
eſt, eos ad ciuitatem Diaboli (quæ tùm Deo nullum vnquàm Sacrificium rectè obtulit, tùm
Sacerdotes & Prophetas ſuos humana tantùm authoritate ſemper creauit) pertinere: Ro-
manam verò Eccleſiam, quæ Deo ſummum Corporis Chriſti Sacrificium non niſi per Mi-
niſtros diuinitus inſtitutos offert, cum Angelorum & Patriarcharum ſocietate vnicè con-
uenire.

Singula hoc modo ſi enumerarem, quæ in tota vtriuſque Ciuitatis ſerie vel Catholicis
cum Dei populo, vel Proteſtantibus cum diaboli membris communia ſunt; vix vllum di-
cendi finem facturus viderer. Illud autem neceſſariò commemorandum eſt, quod Monar-
chiæ cauſam, de qua iam agimus, vnicè commendat. Conſtat ex ipſo Ciuitatis Dei pro-
greſſu & decurſu, nullum vnquàm tempus fuiſſe, in quo vnus aliquis dux certus & Summus 11
Paſtor Eccleſiæ Dei non præeſſet. Nam quis cum Adamo, quoad ille vixit, quis poſtea cum
Seth, cum Noë, cum Melchiſedech, cum Abraham, Iſaac, Iacob, cum Aarone & Summis
Sacerdotibus pro illo tẽpore, quo ſinguli ordine ſuo in terris egerũt, in ſacris cauſis moderã-
dis cõferri vnquàm potuit aut exæquari? Præfuerunt quippe ſinguli ſummo in gradu. At ex
altera parte in diaboli Synagoga, quis neſcit, innumerabiles fuiſſe tùm Reges, tũ Sacerdotes
æquali poteſtate præditos, qui nullũ Pontificẽ aut Regem vnũ ſupra ſe agnouerint, & obſer-
uarint? Nec enim Chaldæorum aut ſacri aut prophani Magiſtratus ab AEgyptiorum Dy-
naſtis, vel etiam AEgyptiorum Præſides ab Hiſpanis aut Gallis, aut ij omnes ab vno quo-
piã Præfecto gubernabãtur. Neq; mirũ. Si enim gentes, quæ Idola colebant, ne de ipſis quidẽ
Dijs ſuis inter ſe conſenſerunt: quãtò minus pluriũ & diſsimiliũ Deorũ, diuerſi diſsimileſq́;
Sacerdotes & Pontifices vni alicui Regulo aut Pontifici ſubeſſe potuerunt? Vnitas igitur
viſibilis & perpetua ſeries in hoc mundo tam corporis, quàm Capitis Eccleſiaſtici, præcipua
nota eſt, qua fides Catholica diſcernitur ab omni ſchiſmate & hæreſi. Cùm autem vir quiſ-
piam grauis & prudens, vtriuſque Ciuitatis initia, progreſſum, mores, inſtituta, res geſtas &
earum exitus perpenderit: facilè non modò hæc, quæ iam propoſui, diſcrimina, ſed multò
etiam plura colliget, vnde tùm fidem Catholicam corroboret, tùm hæreſim fugiat & odio
proſequatur. Quæ cùm ita ſe habeant, non temerè, opinor, adductus ſum, vt de viſibili Ec-
cleſiæ Monarchia poſt tot inſigniũ virorũ tam vtiles operas, hæc ipſa literis cõmendarem.

Nam vt, quod in hoc Opere præcipuum eſt, non prætermittam: *ordo ipſe rerum, quem ſe-* 12
quor, ipſis rebus explicatis mihi præferendus videtur. Nec tamen ordo eiuſmodi eſt, vt eum
putem ab alijs doctioribus viris emendari & ſuppleri non poſſe. Nam vt facillimum eſt, in-
uentis alienis nouum aliquid de ſuo adijcere; ſic viros pios & doctos per fraternam, quæ in
ipſis eſt charitatem rogo, vt ſi quid ad hoc Opus adijciendum putabunt, aut vlla alia ratio

illis

illis occurret, qua plus vtilitatis Religioni Catholicæ afferri poſſe videatur, ijs noſtris non ſecus ac ſuis ad eam rem vtantur; demant, apponãt, commutent, quicquid libuerit. In commune enim omnes laboramus, à communi Domino vnum eundemq́ue denarium, licet nõ in eodem honoris & claritatis ordine, percepturi. Equidẽ non ignoro, multa eſſe à me prætermiſſa, vel quòd ijs libris carerem, in quibus ea continentur; vel quòd magis feſtinatò hæc edidi, quàm res tanta prodire debuerat, ſi me ſolum auctorẽ habitura eſſet. Cæterùm quia nõ mihi hoc ſumo, vt perinde ac alij, nedum melius alijs hanc cauſam iuuare poſsim: quicquid eſt quod animo conceperam, in lucem primo quoque tempore proferendũ curaui, vt aliorum etiam opera, ſi res ita poſtularet, cõſummaretur. Siue enim aliquid, quod ad Primatum Pontificis Romani, ſeu etiam quod ad hæreſim aliquam vel cognoſcendam, vel cõfutandam ſpectat, in ſanctis Patribus reperietur; ordine temporis & loci obſeruato, non deerit in hoc Opere locus, vbi reponatur, memoriæq́; inſtruendæ cauſa conſeruetur. Tantũ verò abeſt, vt putem, me vel dimidia ex parte præſtitiſſe, quicquid in hoc genere fieri poteſt, vt potius iam nunc videam, permulta potuiſſe adijci, partim ornandi, partim ſupplendi gratia, quæ me antea fugerunt. Nam vt in poſterioribus conſilijs cogitationibuſq́; plus ferè prudentiæ ineſt, ſic iam ſi omnia eſſent ab initio retexenda, ſupplerem nonnulla, commutarem multa, diſtinctius penè ſingula & explicatius proponerem.

Ac dubitaui ſanè diu, conſultiúſne foret, ſententiam veterũ Auctorum de Romani Pontificis Primatu (verbi gratia, Hieronymi, aut Auguſtini) ſimul eadem ſerie continenter exponere; an potius ea Hieronymi verba, quæ ad ſingulos ordine Pontifices pertinebant, ita diſtribuere, vt quæ Damaſi Primatum confirmabant, è regione Damaſi, quæ verò Siricij aut Innocentij, etiam iuxta illorum nomina collocarem. Quod poſterius conſilium ad poſtremum me ſecutum eſſe, res ipſa loquitur. Illud memoria teneri percupio, nulla planè mea culpa, verùm potius (toto illo tempore) abſente me, ſiue operarum vel incuria, vel incogitantia, ſiue operis ipſius ac paginarum aptè collocandarum difficultate, ſiue alia quauis cauſa factum eſſe, vt nomina quorundam Pontificum (à temporibus videlicet Damaſi vſque ad Gregorium Magnũ) adeo diſſolutà peruerſeq́; diſpoſita ſint, vix vt vnquàm teſtimonijs, quæ de illorum Primatu dicuntur, aptè cohæreant, & velut ex altera parte reſpondeant. Quicquid autem in hoc genere, aut alio præterea quopiam, erratum eſt: id æqui boniq́; conſulet qui meminerit, nec aliquid in hac vità perfectum, omnibuſq́; numeris abſolutum reperiri, nec ob parua quædam errata maioribus multò commodis carendum eſſe.

De reliquo, bonis omnibus & prudentibus viris, ac potiſsimùm Sedi Apoſtolicæ ita meũ hunc laborem, imò totum me commendo & committo, vt ſi quid in hoc Opere laudãdum eſſe duxerint, Deum imprimis, cuius dono illud effectum eſt, ob id laudandum eſſe fatear. Si quid autem reprehenderint, me etiam idipſum vnà ſecum reprehendere, conteſter. Nolo enim, cùm Chriſti Sacramentis initiatus ſim, à Chriſti corpore, aut Sanctorum communione, vlla in re prudens ac ſciens diſcrepare.

DE VISIBILI

MONARCHIA Eccleſiæ,

✠IOAN. MARIA CARD. GABRIELLIVS

LIBER PRIMVS.

✠IOAN. MARIA CARD. GABRIELLIVS

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

TRES ſunt laudabiles regendarum Ciuitatum formæ: Monarchia, ſeu Regnum: Ariſtocratia, ſeu ſtatus Optimatum: Democratia, ſeu popularis Dominatio. Regnum degenerat ſæpe in tyrannidem, Ariſtocratia in factionem, Democratia in tumultū. Has tres vitioſas formas tam Catholici quàm Proteſtantes à Republica Chriſtiana vno conſenſu reijciunt, ſicuti etiam negant, illud abſolutum atque æternum Dominium, quod ſolus Chriſtus in Eccleſiam habet, ad vllos Chriſti miniſtros tranſlatum eſſe, tanquàm quod longo interuallo ſuperet vires humanas. Ex tribus igitur honeſtis Gubernationum formis, quæ ab hominibus obtineri, & adminiſtrari poſſunt, Proteſtantes Popularem Dominationem ex Ariſtocratia temperatam in Eccleſia poſitam eſſe tradunt. Catholici verò Monarchiam quandam paternam, hoc eſt, lenem, benignam & facilem, cui Optimates in partem ſolicitudinis adiungantur, in Eccleſia inſtitutam eſſe credunt. In primo igitur Libro demonſtratur, politiam Eccleſiæ non eſſe popularem, tùm in genere, quia Chriſtiani Magiſtratus præficiebantur à Chriſto dum viueret, citra vllum populi conſenſum: tùm in ſpecie, quia nullæ vnquam partes fuerunt infimæ plebis Chriſtianæ, vel in ſtatuendo de cauſis fidei, vel in cogendo Paſtores magiſtratum ſuum ritè deponere. Nam quòd plebs Magiſtratuum electioni aut interfuit, aut aſſenſit, permiſſioni Paſtorum ob certas cauſas, non autem poteſtati, quam plebs ſuo iure haberet, tribuendum eſt.

Tria eſſe omnino gubernandæ alicuius Reipublicæ genera.

CAPVT PRIMVM.

QVONIAM mihi hoc tempore quærendum, tractandumque propoſui, quodnam gubernationis genus in tota Rep. Chriſtiana primas teneat: ſequentem orationem illuſtriorem fore iudicabam, ſi ab initio de toto regendarum ciuitatum genere paucis agerem. Ita enim fiet, vt ad eam quam inſtitui de primatu diſputationem non caſu dilapſus, ſed certo iudicio videar adductus. Nam qui omnes gubernandæ Reip. modos primùm ob oculos poſuerit, ac deinde ſingulorum rationes cum Dei Monarchia, cum rerum ab illo conditarum natura, cum Euangelij veritate atq; inſtitutione Chriſti contulerit: is facillimè animaduertet, vniuerſum & Dei & Chriſti propoſitum, totamq; Eccleſiæ primitiuæ formam ad vnius Paſtoris primatum ſtabiliendum ſpectaſſe. Sunt igitur gubernandæ ciuitatis & Reipublicæ cuiuſq;

Vide Ariſtotelem.3. Politicorum.c.5. tria genera, quæ meritò in laude ponũtur. Nam vel vnus Princeps, vel pauci Optimates ad gubernacula Reip. ſedent: vel certè ipſa multitudo ſeipſam communibus ſuffragijs regit. Quanquam enim hæc genera inter ſe pluribus etiam modis commiſceri queant, tamen quicunque modus ex his tribus primas obtinet, ab eo Rempub. potiſsimùm gubernari, ſtatuendum eſt. Ac vt ſcias hæc gubernationum genera non à Philoſophorum ingenijs, verùm partim à natura, partim à iure Gentium & à rebus ipſis promanaſſe: tota mente repete hominem ſic eſſe
Gen. 2. conditum, non vt ſibi ſoli, verùm etiam alijs viueret. Deus enim ab initio mulierem produxit, vt primo homini *adiutorium ſimile* adijceret, eo ipſo docens, alterum alterius ope indigere, ac propterea homines in communi quadam ſocietate debere viuere. Vnde & Salomon
Eccleſiaſt. 4. ait: *Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur: funiculus triplex difficilè rumpitur.* Quòd ſi pluribus hominibus in publica quadam ſocietate viuendum eſt, iam neceſſariò ad hoc deuenitur, vt vel ea ratione, qua eos natura & ſanguinis ſeries de-
Regimẽ maximè naturale. uinxit, cohabitent & regantur: vel certè alia quapiam ex arte & ingenio profecta. Si naturam ducem optimam ſequi volunt, in vnius parentis tutela omnes filij ac nepotes permanebunt: illoq; defuncto ad eum, qui primogenitus ex fratribus ac maior natu cæteris fuerit, ſummam rei perpetuò deferent. Huc enim eos agnationis ratio & naturæ ordo vocat. Sed quoniam peſsimi quique (vt Cain & Nemrod) ambitione & dominandi libidine ducti, eò citius paternum hoc gubernationis genus contemnunt, quò id lenius eſt & facilius: fit interdum, vt alia conſilia neceſſariò capienda videantur. Si ergo malint homines aliam ſequi rationem à ſuo ingenio profectam: certè vel ipſa multitudo per ſe ac ſuo iuſſu, maioriſue partis conſenſu,
Status popularis. omnia vult adminiſtrari, (qui ſtatus vocatur popularis) vel certis quibuſdam viris eiuſdem ſocietatis publicam adminiſtrationem committet. Hi autem viri ſi ab initio ſciantur vel ſperentur boni viri eſſe, iam ille ſtatus appellabitur Ariſtocratia, hoc eſt, Optimatum gubernatio.
Status Optimatum. Quòd ſi vnus tantopere putetur cæteris anteponendus, vt ei potiſsimùm gubernacula Reipu.
Vnius Principatus. credantur, hic Reipub ſtatus appellabitur Monarchia. Nam ſi duo genera ex iſtis, aut etiam omnia tria alicubi retinenda videbuntur, quanquam illius Reipub gubernatio mixta erit, ta-
Mixta Gubernatio. men (vt antè dixi) vix vnquam fiet, vt non aliqua vna ex ijs rationibus cæteras vincat, ob quam verè poſsit dici, vel *Popularis*, vel *Optimatum ſtatus*, vel denique *Monarchia* in ea Re-
Vitioſę Gubernationes. pub. potiſsimùm vigere. Porrò ſciendum eſt, hæc omnia genera gubernationum apud pleraſque gentes degeneraſſe, & vel in tumultum, vel in factionem, vel in tyrannidem conuerſa eſſe. Nam Monarchia facillimè degenerat in tyrannidem: Optimatum præfectura, in factionem: popularis gubernatio, in plebeium furorem ac tumultum. Cùm igitur tot ſint genera ciuitatum regendarum, nec ad eam rem probandam alio teſte aut iudice, quàm recta ratione & communi omnium gentium iure atque vſu opus ſit: cumque ij omnes, qui Chriſto nomen
Apocal. 21. Epheſ. 2. Heb. 12. dederunt, *Ciuitas Dei*, & Reſpublica quædam ſancta & dicantur, & ſint: neceſſe eſt, aut nullam omnino eſſe in hac Dei ciuitate viſibilem gubernationem, aut hanc Dei ciuitatem vel ab vno Principe, vel à pluribus Optimatibus, vel ab ipſo populo Chriſtiano, vel deniq; à duobus horum generum, omnibúſue his generibus regi & adminiſtrari. Cùm enim Chriſtus cum hominibus eo modo agat, quem illi capere, intelligere, & moribus exprimere queant, nec ſint apud homines plura, quàm hæc tria gubernandi genera: certum eſt, aut aliquo, aut pluribus iſtorum modorum, aut ijs omnibus eos gubernari, qui ſaltem vllum omnino viſibilem rectorem habent. Quibus ita conſtitutis, quod in rebus ad Deum pertinentibus faciendum eſſe
De cœleſti Hierarch. c. 2. Dionyſius cenſuit, vt primùm quidnam Deus non eſſet, ac tum demum quidnam eſſet, indagaret: hoc mihi quoque imitandum proponam. Primùm enim quænam poteſtas in Eccleſia Dei non eſſe ab omnibus concedatur, tunc verò quænam poteſtas in eadem Eccleſia vel ab alijs putetur, vel certò deprehendatur eſſe, patefaciam. Facilius enim in ijs quæ Dei ſunt, quid tollas, quàm quid ponas, inuenies. Cùm autem ſuſtuleris ea, quæ minimè omnium in res Diuinas cadunt: ea ratione perſpicies, quid eiſdem maximè omnium, & demum quid ſolùm ac neceſſariò cõueniat. Etſi verò tam Catholici quàm Proteſtantes in reijciendis generibus ijs, quæ maximè vitioſa ſunt, inter ſe conueniant: non eſt tamen otioſum, aliquid de ijs rebus dicere, tùm quia diſputatio, quæ ordine progreditur, magis perſpicua fiet: tùm præcipuè, quia Proteſtantes per calumniam nobis interdum imponunt, modò, quòd Chriſtum Vicario indigere dicamus, modò autem quòd eam gentium dominationem, quam Chriſtus prohibuit, amplectamur. Ex ijs ergo quæ dicam, & rei veritas, & noſtra fides omnibus manifeſta erit.

Nec domi-

Nec dominium liberum & abſolutum (quod ſolius Chriſti proprium eſt) nec dominatum eiuſmodi, qualis eſt inter gentes, in Chriſti Eccleſia ex ipſius inſtitutione eſſe: quantumq́; inter profanum Dominatum, & Eccleſiaſticum Primatum interſit.

CAPVT II.

POteſtas omnis videtur in ſpiritalem & ſecularem rectè diuidi poſſe. Spiritalis rurſus aut
abſoluta eſt, & omnino libera (qualem Chriſtus ſecundùm humanam naturam accepit)
aut certis legibus & finibus concluſa, qualis illa eſt, quam Chriſtus miniſtris ſuis largitur.
Ita omnino triplex poteſtas conſtitui poteſt, ſpiritalis eademque abſoluta, quæ à principio Ec-
cleſiæ vſque ad finem pertingit: Spiritalis, quæ ad tempus Eccleſiæ inſeruit: & ſecularis,
quæ tam extra Eccleſiam eſt, quàm in ea. Scimus Dominũ de ſuo dominio in Euangelio di- Matth. 28.
xiſſe: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Apoſtolũ etiã videmus ad Romanos ſcri-
pſiſſe: *In hoc Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur.* Por- Cap. 14.
rò ſecularem dominatum, qualis ille gentiũ eſſe ſolet, Apoſtolis in Euangelio prohibitum eſſe
fatemur in his verbis: *Reges gentium dominantur earum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent* Matth. 28.
in eos. non ita erit inter vos. Nec ignoramus D. Petrum iuſsiſſe *presbyteros paſcere gregem Dei, non*
velut dominantes in cleris, ſed velut formam gregis facti ex animo. Ob quas cauſas nec abſolutam 1. Pet. 5.
illam poteſtatem, quæ ſolius Chriſti propria eſt, nobis arrogamus: & dominatum illum ſecula-
rem miniſtris Eccleſiæ Chriſti prohibitũ eſſe, credimus & cõfitemur. Per dominatum verò ſe-
cularem (qualis eſt inter gentes) intelligimus talem poteſtatẽ, cuius acquiſitionẽ pleriq; Prin-
cipes nõ tam diuino muneri, quàm ſuis aut meritis, aut natalibus tribuunt: quæ plerumq; non
præcipuè ad ſubditorum, ſed ad Principum vtilitatem ac dominandi libidinem refertur: quæ
ſemper non niſi ob pacem terrenam humanis conſilijs & rationibus exercetur: cuius ſumma
vis eſt, *vt corpus duntaxat occidere*, nõ autem animam diuini miniſterij virtute à peccatis abſol- Matth. 10.
uere, aut etiam ligare queat. Talem ergo dominatum liberè fatemur à Chriſto in Eccleſia ſua
inſtitutum non eſſe. *Miniſtri enim Chriſti & diſpenſatores myſteriorum eius quicquid poſſunt*, nõ 1. Cor. 4.
id aut ſplendori natalium, aut ſuis meritis, verùm gratuitæ vocationi Dei per interpoſitã vim Heb. 5.
cuiuſdam cœleſtis ordinationis acceptum ferunt, nec ſua, ſed ouium cauſa præſunt: nec pa- 1. Timoth. 4.
cem terrenam, ſed cœleſtem per modos & vias etiã cœleſtes quærunt: nec poteſtatẽ vltimã in Ioan 20.
corpus, ſed in animã acceperunt, ad cuius ædificationẽ (ſalua corporali vita) corpus atq; bona
externa dirigere ij poſſunt, quos in ſublimiore gradu Dominus cõſtituit ſuper familiam ſuam. Matth. 24.
Caput omnium eſt, quòd ſolus Chriſtus Deus & homo directum dominium vt orbis totius, ita
multò magis Eccleſiæ ſuæ habeat. Ille toti ſemper iure ſuo præeſt ab initio mundi vſque ad fi-
nem. Miniſtri autem eius non niſi portiunculis quibuſdam vice Chriſti ad tempus præficiun-
tur, de credita ſibi Gregis parte rationẽ Domino vniuerſalis Eccleſiæ reddituri. Nam etiamſi
vnus quiſpiã vice Chriſti ad annos fortè decem, aut etiã viginti totã, quæ in terris eo tempore
agit, Eccleſiam moderetur & gubernet: tamen quantulum eſt hoc aut ad totum totius Ec-
cleſiæ corpus, aut ad immenſam Chriſti dignitatem, qui non ad annos decem, imò nec ad mil-
le, aut bis mille, ſed in æternum, nec tantùm particulæ militantis iam Eccleſiæ, ſed & huic ip-
ſi, & præterea vniuerſæ, quæ aut fuit, aut vnquam futura eſt, non alieno ſed proprio iure, ſuoq́;
merito præeſt? Ita nec dominium ſeculare, quod infra Eccleſiæ dignitatem eſt, nec etiam vni-
uerſale & abſolutum, quod longè ſuperat hominum vires, Præpoſitis Eccleſiæ Chriſti vendi-
camus: ſed medium quiddam à Chriſto ipſo inſtitutum aſſerimus, quod non propriè dominiũ,
ſed potius ſacra præfectura & Primatus Eccleſiaſticus appelletur. Primus enim Apoſtolorũ, Matth. 10.
Matthæo teſte, Simon Petrus fuit. à primo autem Primatus denominatur. Supereſt ergo vt
oſtendamus, talem Primatum in Eccleſia Chriſti eſſe debere. Ac nimirum ſi viris non doctis
tantùm, ſed etiam ſpiritu Dei præditis fides haberetur: ſi valeret illa D. Pauli regula, *ſic præ-* 1. Cor. 15.
dicauimus, & ſic credidiſtis: qui etiam pro abſurdiſsimo habet, vt vel Paſtorum prædicatio vel
Chriſtianorum fides inanis ſit: ſi auctoritas Conciliorum, ſi mos populi Dei & inſtituta Ma-
iorum vllius apud Aduerſarios auctoritatis eſſent: iam olim finita erat iſta controuerſia. Quis
enim neſcit, iam inde ab initio Eccleſiæ vnum presbyterum multis Fidelium familijs, vnum
Epiſcopum presbyteris etiam multis, itemq́; multis Epiſcopis vnum præfuiſſe Primatem, ita
vt Ordo Eccleſiæ ipſius ab infimo ad ſumma gradatim aſcendens, magis magisq́; ſemper à dif-

fuſa multitudine ad vnitatem ſingularem appropinquaret, donec tãdem in vnius paſtoris pri-
Ioan. 10. matu tota militans Eccleſia colligeretur *in vnum gregem & ouile vnum.* ? Quis porrò neſcit,
orbem Chriſtianum iam diu ab vno Pontifice Romano, qui Chriſti Vicarius in terris & dice-
batur, & erat, quietè tranquilleq; gubernatum eſſe ? Deinde Gregorius Magnus cùm inter
Chriſti Vicarios Sacerdos non vulgaris quidam, ſed planè ſingularis Diuinorum Myſterio-
rum diſpenſator eſſet, ſuam Maiorumque & Poſterorum ſuorum moderatam & rationi con-
Lib. 7. indict. 2. Ep. 64. ſentaneam auctoritatem deſcribens, ita habet: *Si qua culpa in Epiſcopis inuenitur, neſcio quis Epi-
ſcopus Sedi Apoſtolicæ ſubiectus non ſit. Cùm verò culpa non exigit, omnes ſecundum rationem hu-
Lib. 1. ep. 24. militatis æquales ſunt.* Et alibi: *Summus locus benè regitur, cùm is qui præeſt, vitijs potius (fratrũ,
ac multò magis ſuis) quàm fratribus dominatur.* Ergo & quendam Principatum in Eccleſia, & eũ
non abſolutum, aut tyrannicum, ſed moderatum & ſpiritalem, vt cæteri Patres, ita & ipſe Ro-
manus pontifex agnouit. Cui aſſentiens D. Bernardus, ad Eugenium Pontificem Romanum
Lib. 3. de conſideratione ad Eugeniũ. in hæc verba ſcribit: *Parentes tui* (Apoſtoli) *conſtituti ſunt Principes ſuper omnem terram. Eis tu
ſucceſſiſti in hæreditatem.* (eis dicit, non Chriſto) *Ita tu hæres* (Apoſtolorum) *& orbis* (eſt) *hære-
ditas. At quatenus hæc portio te contingit, aut cõtigerit illos, id ſobria conſideratione penſandum. Non
enim per omnem reor modum, ſed ſanè quodamtenus (vt mihi videtur) diſpenſatio tibi ſuper illũ cre-
dita eſt, non data poſſeſſio. Si pergis vſurpare & hanc, contradicis tibi, qui dicit: Meus eſt orbis terræ,
& plenitudo eius. Non tu ille, de quo Propheta: Et erit omnis terra poſſeſſio eius. Chriſtus hic eſt, qui
Pſal. 2. poſſeſſionem ſibi vendicat, & iure creationis, & merito redemptionis, & dono Patris. Cui enim alte-
ri dictum eſt: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos ter-
ræ? Poſſeſſionem & dominium cede huic, tu curam illius habe. Pars tua hæc, vltrà ne extendas ma-
num. Quid, inquis? Non negas præeſſe, & dominari vetas? Planè ſic. quaſi non benè præſit, qui præeſt
in ſolicitudine. Nunquid non & villa villico, & paruus Dominus ſubiectus eſt pædagogo? Nec tamẽ
villæ ille, nec is ſui Domini Dominus eſt. Ita & tu præſis vt prouideas, vt conſulas, vt procures, vt ſer-
ues. Præſis vt proſis, præſis vt fidelis ſeruus & prudens, quẽ conſtituit Dominus ſuper familiam ſuã. Ad
quid? Vt des illis eſcã in tẽpore: Hoc eſt, vt diſpenſes, non imperes. Hoc fac, & dominari ne affectes ho-
minũ homo, vt nõ dominetur tui omnis iniuſtitia.* (& pòſt) *Nullum tibi venenũ, nullum gladiũ plus
formido, quàm libidinem dominandi.* Ex ijs perſpicere licet, neque ſecularem dominatum, neq;
abſolutum illud Eccleſiæ totius dominium cuiquam Chriſtiano in Eccleſia Chriſti vnquàm
eſſe conceſſum. Præterea ex communi tam Catholicorum, quàm Proteſtantium conſenſu re-
ijciuntur ab Eccleſia Chriſti tùm confuſæ dominationes plebeiæ, tùm illa paucorum præfectu-
ra, qui omnia dirigunt ad ſuum priuatum commodum, & non ad vtilitatem publicã. Cùm igi-
tur de quatuor ijs generibus reijciendis inter omnes cõueniat, ſequitur vt quæramus primùm,
an vlla omnino communis gubernatio tam à nobis, quàm ab Aduerſarijs concedatur: Deinde,
quoniam licet aliqua vtriſque, non tamen eadem gubernatio placet, quænam illa ſit, quam Ad-
uerſarij ponant. Illorum enim opinione in duobus primis libris confutata, ſic demũ ad noſtram
fidem in ſequentibus libris ſtabiliendam accedemus.

*Vniuerſalem Eccleſiam Chriſti non carere omni externa & viſibili gubernatione, & de
ea re inter Catholicos & Proteſtantes ſaltem verbo tenus conuenire.*

CAPVT III.

QVanquam nec ſummum illud & abſolutum Chriſti dominium, nec tyrannis eiuſmodi,
qualis inter gentes exercetur, nec etiã plebeia gubernatio aut Optimatũ factio in Ec-
cleſia Chriſti ſit: non tamen caret populus Chriſtianus omni externa & viſibili præ-
fectura, cùm Paulus adhortetur presbyteros Eccleſiæ Epheſiorum, *vt attendant vniuerſo gregi,*
Actor. 20. *in quo Spiritus Sanctus eos poſuit Epiſcopos ad regendum Eccleſiam Dei.* Idem ad Timotheum ſcri-
1. Tim. 5. bens, *presbyteros, qui bene præſunt, duplici honore dignos iudicat.* Quin etiam Apoſtolus iubet
Heb. 13. nos *obedire, atque adeo ſubiacere Præpoſitis noſtris.* Quomodo autem obedire Præpoſitis noſtris
poſſemus, ſi nulli omnino eſſent noſtri Præpoſiti? Aut quomodo alibi dixiſſet, *Qui præeſt, in
Rom. 12. ſolicitudine* præſit: ſi nullus omnino in Eccleſia præeſſet? Non enim alloquebatur tunc Pau-
lus ciuiles Eccleſiæ magiſtratus, quia nulli erant adhuc in Eccleſiam recepti: ſed illud totum
de ſpiritali & Eccleſiaſtica præſidentia intelligendum eſt. Nec tantùm ſingulæ particulares
Eccleſiæ, verùm etiam totus Chriſti grex, qui eodem tempore in terris agit, aliquo viſibili ge-
nere

nere gubernationis in officio contineri debet. Nam ſi gubernatio aliqua in particulari qua-
piam Eccleſia ob ſalutem eius conſtituitur: ipſa vniuerſalis Eccleſia multò minus tueri ſe po-
teſt, abſque aliqua communi gubernatione. Quò enim maior eſt ciuitas, eò magis regimen
aliquod flagitat. Nam neceſſe eſt verum eſſe quod Spiritus Dei per Salomonem dixit: *Vbi non* Prouerb. 11.
ſunt gubernacula, populus corruet. Et per Ezechielem: *Diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet* Ezech. 34.
Paſtor. Et Micheas Propheta cùm magnum malum populo ſuo imminere ſignificaret: *Vidi* 3. Reg. 22.
(inquit) *cunctum Iſraël diſperſum in montibus, quaſi oues non habentes Paſtorem.* Contrà verò cùm
Dominus benefacere vellet populo, id ita enunciauit per Ieremiam Prophetam: *Qui diſperſit* Ieremiæ. 31.
Iſraël, congregabit eum, & cuſtodiet ſicut Paſtor gregem ſuum. Quid quòd Apoſtoli non modò
per ſingulas Eccleſias conſtituerunt presbyteros, verùm etiam, tanquàm eorundem iudices Actor. 14.
& moderatores, reuerſi ſunt ad eaſdem Eccleſias, *vt viderent, quomodo ſe haberent, præcipientes*
cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum: atque adeo Paulus ipſe putauit ſe *in vanum & antea* Galat. 2.
cucurriſſe, & poſtea curſurum eſſe, niſi Petrus, & qui vnà cum illo erant Apoſtoli, dextras ſocietatis
ei dediſſent, atque cum illis contuliſſet Euangelium quod in gentibus prædicabat. Omnia enim mem-
bra vnius corporis pro ſe inuicem ſolicita eſſe oportet, *vt ſeruent vnitatem ſpiritus in vinculo* Epheſ. 4.
pacis. Deniq; Paulus fatetur, *ſolicitudinem omnium Eccleſiarum ſibi incubuiſſe*, ac non vni tan- 2. Cor. 11.
tùm ciuitati aut regioni ſe operam ſuam dedicaſſe. Alioqui ſi liceret ſingulis Epiſcopis quic-
quid ipſis libet, nec à ſocijs & fratribus ſuis coërceri aliquo modo poſſent, actum prorſus eſſet
de Repub. Chriſtiana. Tot enim tyrannides, aut ſaltem ſectæ aut ſchiſmata futura eſſent, quot
ſunt Diœceſes. Nullum reſtaret externum communionis Eccleſiaſticæ vinculum, nulla Epi-
ſcoporum inter ſe connexio, nulla prouinciarum & gentium viſibilis concordia & vnio, de-
nique nulla eſſet de fidei quæſtionibus iudicandi, vel Epiſcopos in delictis pertinaciter de-
gentes à communione ſeparandi poteſtas: cùm tamen Paulus dicat, *in promptu ſe habere, vt vl-* 2. Cor. 10.
ciſcatur omnem inobedientiam. Nam neque iudicium Eccleſiaſticum exerceri, neque excom-
municatio fieri poteſt, præterquàm ab aliquo Superiore, qui poteſtate à Chriſto accepta in eos
vtatur, de quorum re agitur. Atqui abundè conſtat, & iudicium de cauſis fidei ab ipſis Apo-
ſtolis (vt in eorum Actis legitur) interpoſitum fuiſſe: & Epiſcopos alios ab alijs in ipſa primi- Actor. 15.
tiua Eccleſia fuiſſe tùm excommunicatos, tùm depoſitos. Nam & Petrus Apoſtolorum Prin-
ceps *Iudam Coapoſtolum ab Epiſcopatu ſuo excidiſſe pronunciauit*, aliumque in eius locum ſubſti-
tuendi auctor fuit: & Victor Pontifex Romanus excommunicauit Epiſcopos Aſiæ, eò quòd in Actor. 1.
obſeruatione Paſchatis Decreto Pij Pontificis, ac ſuo, quod ipſi de fratrum Concilio ad pa- Euſeb. lib. 5.
cem Eccleſiæ ſtabiliendam promulgârunt, non parebant: & Cornelius Papa eos Italiæ Epi- c. 24. & lib. 6
ſcopos depoſuit, qui cõtra ius ac fas manus Nouatiano impoſuerũt. Quare neceſſariò fatendũ c. 35.
eſt, non modò in ſingulis Eccleſijs particularibus, verùm etiam in tota militante Eccleſia ſa-
cram quandam gubernationem exiſtere. Ac vt quilibet Epiſcopus quanquàm in ſua Eccleſia
(ſi ad inferiores eiuſdem Eccleſiæ Diaconos & Presbyteros aſpicimus) ſummus Sacerdos ſit,
tamen ſe non ſuo duntaxat iure, verùm alieni etiam beneficij participatione præſidere memi-
niſſet: ab ipſis Apoſtolis præclarè inſtitutum, ac ſemper in Eccleſia retentum eſt, *vt non niſi* Can. Apoſt. 1
à duobus aut tribus alijs Epiſcopis ordinaretur (vnde etiam Paulus *cum impoſitione manuum Presby-* 1. Tim. 4.
terij, Timotheum ordinauit) vtque communicatoriæ literæ aut per omnes Prouincias, aut ſal-
tem ad eos, quorum maximè intererat, de cuiuſque ordinatione darentur: qua ex re ſinguli Cyp. ad Corneliũ Papã.
admonebantur, ſe neceſſariò debere cum alijs omnibus Epiſcopis, qui ſaltem in radice & ma- lib. 2. ep. 10.
trice permanerent, communicare. Quid multis? Ne Aduerſarij quidem apertè negant ali-
quam gubernationem vniuerſalem in Eccleſia eſſe debere. Vnde Magdeburgenſes in qualibet
Centuria (ſub Capite ſeptimo) de *communi gubernatione & vniuerſali regimine totius Eccleſiæ* Magdeburg. In Cẽturijs.
nominatim tractant. Caluinus etiam cùm illum de Paſtoribus & Doctoribus locum Apoſtoli Caluinus Inſtitut. c. 8.
apud Epheſios propoſuiſſet, ita ſubiunxit: *Hominum miniſterium, quo Deus in gubernanda Ec-* artic. 15.
cleſia vtitur, præcipuus eſt neruus, quo fideles in vno corpore cohæreant. Neque enim vel ſolis lumen
ac calor, vel cibus ac potus, tam ſunt præſentis vitæ fouendæ ac ſuſtinendæ neceſſaria, quàm eſt con-
ſeruandæ in terris Eccleſiæ Apoſtolicum ac Paſtorale munus. Denique Beza *vniuerſi corporis Ec-* Beza in c. 5. ſuæ confeſſionis.
cleſiæ poteſtatem aliquam eſſe dicit, deq; illa tractat in Libello ſuæ Confeſſionis. Conuenit igi-
tur Catholicis ſaltem verbo tenus cum Lutheranis & Caluiniſtis hac in re, quòd ſit in Eccleſia
militante aliqua viſibilis & externa gubernatio. Verbo tenus conuenire dixi, quia vereor ne
cùm ad rem ipſam ventum eſt, Proteſtantes deprehendantur nullam gubernationem omnino
in Eccleſia relinquere, id quod ſuo loco patefaciam.

Quænam ſit ea communis gubernatio, quam Proteſtantes in militante Eccleſia eſſe dicant.

CAPVT IIII.

Illyricus ſub verbo Eccleſiæ.

PRoteſtantes mihi videntur in ea ferè opinione conſentire, quòd politia Eccleſiæ ſit ordinata quædam Democratia. Nam Flaccius Illyricus in libro de ſermone ſacrarum literarum dicit, *politiam populi Dei eſſe quidem Democratiam, ſed tamen non confuſam, verùm ordinatam*. Caluinus verò tametſi putet vtrumque ſtatum in Eccleſia concurrere, tamen in conſtituendo Eccleſiæ ſtatu, plus Optimatum, quàm populari gubernationi tribuere videtur, quod haud ſcio an Illyricus ſit conceſſurus. Nam Illyricus in libello, quem de Epiſcoporum electione conſcripſit, vbi affirmaſſet omnes concionatores, Eccleſiæ miniſtros eſſe: addit, *ſummũ iudicium, tribunal aut poteſtatẽ ipſius Eccleſiæ eſſe. atq; inde cõcludit, Epiſcopos non minus à plebe, quàm à clericis eligendos.* At Caluinus, quanquàm velit plebem Epiſcoporum electioni neceſſarium quendam aſſenſum præbere, tamen clariſsimè teſtatur, quòd in Primitiua Eccleſia non plebs, verùm *ſoli clerici Epiſcopos eligebant. nec ſtultis* (inquit) *populi deſiderijs obſequi neceſſe habebant. optimaq; ratione ſancitum in Laodicenſi Concilio fatetur, ne turbis electio permittatur. vix enim* (inquit) *vnquàm euenit, vt tot capita vno ſenſu rem aliquam bene componant*. Hoc ergo inter Lutheranorum & Caluiniſtarum opinionem intereſſe videtur, quòd Lutherani velint Eccleſiæ ſtatum Democratiam potius eſſe quàm Ariſtocratiam, tametſi vtrumque ſtatum admittant: verùm Caluiniſtæ malint eundem ſtatum potius ad gubernationem Optimatũ, quàm ad popularem ſpectare: quamuis nec illi populum ab omni adminiſtratione remoueant. Id ergo vtrique ſedulò agunt, vt rem à Primatu longiſsimè abducant, quem tamen præcipuum Reipub. Chriſtianæ ſtatum eſſe in ijs libris, qui ſequuntur, patefaciam, ſi prius de origine, de legibus, deque Magiſtratibus Eccleſiæ Dei nonnihil dixero, & popularem iſtam Reipublicæ Chriſtianæ adminiſtrationem, quam Aduerſarij conſtituunt, ex authoritate Diuinarum Scripturarum confutauero.

Inſtitut. ca 8. Articulo. 63.

Can. 13.

De ſtatu & cõmuni politia totius Ciuitatis Dei: in quã nemo vtiliter ingreditur abſque charitate fidem ipſius conſummante, in qua leges aliæ ſcriptæ ſunt, aliæ non ſcriptæ, quas qui faciendo quod poteſt, & petendo quod non poteſt, adimplet, vitam æternam ex inſtituto Dei promeretur. Sacrificium verò publicum & externum Eccleſiæ Dei Euchariſtia eſt, cuius Myſterij diſpenſatores neceſſariò ſunt Sacerdotes, inter quos vnus viſibilis Paſtor ex inſtitutione diuina Primatum tenet, multis alijs & in partem ſolicitudinis, & in conſilij communicationem vocatis, ac nemine penitus ex plebeijs ita excluſo, quin, ſi viſus fuerit idoneus, ad ſummum etiam magiſtratum gerendum eligi poſſit & cooptari.

CAPVT V.

NVllam hominum ſocietatem perinde aſpectabilem pulchramque eſſe, ac Dei Eccleſia ſit, ſemperque fuerit, tùm Catholici rebus ipſis demonſtrant (vti deinceps planum fiet) tùm Proteſtantes verbo ſaltem cõfitentur. Cæterùm ſi noua Proteſtantiũ opinio, quam de toto Eccleſiæ Dei ſtatu animo ſuo conceperunt, & literis prodiderunt, cum antiqua Catholicorum fide conferatur: mox conſtabit, quanto interuallo pulchrior ſit illa Eccleſiæ facies & conditio, quam Catholici per longiſsima decurrentium temporum ſpatia ritè atque ordine à Maioribus acceptam in hodiernum diem ſartam-tectam conſeruârunt, quàm ea, quæ nuper à Proteſtantibus excogitata, nouis & hactenus inauditis tùm doctrinis tùm moribus, non prius imbui cœpit, quàm deformari. Quanquam enim ab initio ſtatueram agere non niſi de illa potiſsimùm gubernatione communi, quæ per vnum viſibilem ſummum Paſtorem adminiſtratur: tamen quia non ab illo ſolo, verùm ab alijs tam legibus diuinis, quàm ſacris Magiſtratibus Eccleſia Dei regitur: non erit à propoſito noſtro alienum, ſi pleraque illorum, quæ ad ciuitatem conſtituendam maximè neceſſaria videntur, in medium proferentes, eadem opera oſtenderimus, illam Eccleſiæ conditionem, quam Catholici & credunt & tenent, longè pulcherrimam eſſe & perfectiſsimam. Quælibet igitur Ciuitas conſtat ex multitudine hominum communi quodam fœdere in vnum congregata, cui propoſitum eſt, vt pacem domi conſeruet, hoſtes

Deſcriptio Ciuitatis ſeu Reipublicæ.

arceat,

arceat, fines propaget, omniumque rerum, quoad fieri poteſt, copiam aſſequatur. Quas res quoniam homines videbant nec abſque Dei præſidio fieri, nec abſq; legum præceptis ac prudentum conſilijs rectè adminiſtrari poſſe: partim Sacra & Sacerdotes conſtituerunt ad beneuolentiam numinis conciliandam, partim & leges ipſis magiſtratibus cæteriſq; ciuibus regendis, & magiſtratus quoſdam rebus gerendis præfecerunt. Ciuitas autem Dei cum cæteris hominum ſocietatibus ita conſentit, vt nihil habeat minus, quàm illæ: multa verò habeat infinitis partibus præclariora, quàm vlli earum contigerunt. Eccleſia enim Chriſti nihil eſt dignius, quæ non niſi Deo Authore nititur: nihil antiquius, quæ lapſum primorum Parentum in paradiſo anteceſsit: nihil beatius, quæ Deo ipſo, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi*, in æternum fruitura eſt. Dicendum ergo erit, primùm quo pacto ad hanc Dei Ciuitatem aditus pateat: deinde quas leges eadem Ciuitas acceperit, & quæ præmia ſint ijs, qui leges obſeruant, conſtituta: tum autem quæ Sacra, quos hominum Ordines, quos Magiſtratus ac poſtremò quam gubernationis formam & nunc certiſsimò teneat, & ſemper tenuiſſe videatur. Principio conuenit Catholicis cum Proteſtantibus, neminem poſſe vllis operum præcedentibus meritis locum ſibi aliquem in Republica Dei comparare: ſed hoc totum *ex vocante eſſe*, qui nos peccatores & iniuſtos in ſuam familiam gratis propter Chriſtum adoptat. Conuenit etiam, neminem ſine viua fide iuſtificari poſſe. Verùm in eo tota verſatur quæſtio, *quæ ſit fides viua*. Proteſtantes dicunt illam fidem eſſe viuam, quæ Chriſtum vitam noſtram credendo tantùm, ac non etiam amando comprehendit. Adeo vt apertiſsimè doceant, *prius nos iuſtificari debere, quàm diligamus*. Atqui Paulus dicit: *Si charitatem non habuero, nihil ſum*. Ioannes verò: *Qui non diligit, manet in morte*. Cùm igitur nemo iuſtificetur niſi per fidem viuam; *qui verò charitatem non habeat, nihil ſit*, ſed *in morte*, hoc eſt, in ſtatu damnationis *maneat*: impoſsibile eſt illam fidem eſſe viuam, aut vim iuſtificandi habere, quæ Chriſtum credendo tantùm comprehendit. Iuſtificatus enim nec nihil eſt, nec in morte manet. Quapropter Catholici definiunt, non aliam fidem eſſe viuam, quàm quæ Chriſtum vitam noſtram & credendo, & amando comprehendit. Et hæc eſt illa *fides, quæ operatur per Charitatem*, non per illã velut per inſtrumentum ſuum (vt Proteſtantes interpretantur Apoſtoli verba) ſed fides operatur per charitatem, velut per formam ac perfectionem ſuam, à qua vim ſeſe mouendi atque vtiliter agitandi accipit. Cùm enim Apoſtolus *fidem, ſpem, & charitatem*, non vnum quoddam donum, ſed *tria eſſe, maioremq; fide ac ſpe charitatem eſſe* doceat, imò illis euacuatis, *charitatem nunquam excidere* teſtetur: profectò nec fides neceſſariò complectitur atque in ſe comprehendit charitatem velut arbor fructum ſuum, nec per Charitatem velut per inſtrumentum ſuum operatur. Nam nec fructus vllus, qui non niſi pars eſt arboris, ab arbore ipſa numero & ſpecie diſtinguitur, aut arbore dignior, magiſque æternus atque immortalis cenſetur: nec vllum inſtrumentum excellentius eſt eo, qui per illud operatur. Charitas verò & diſtinguitur à fide, velut aliud genus doni, & *maior fide* vocatur, & fide poſt hanc vitam ceſſante, in æternum perſeuerat in cœlo. Non igitur inſtrumentum, aut fructus, ſed forma & perfectio fidei charitas eſt. Quid quòd, charitatem vnà cum fide in ipſa radice & fundamento iuſtificati hominis Apoſtolus collocat? Nam cùm dixiſſet, *ſe flectere genua ad Patrem Ieſu Chriſti, vt ex eius dono Chriſtus habitaret per fidem in cordibus noſtris*: mox declarans, ſe talem fidem intelligere, in cuius non modò fructu, ſed etiam radice charitas velut fundans iuſtificationem noſtram adeſſet, continuò ſubiecit, *in charitate radicati & fundati, vt poſsitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum, ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatẽ Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei.* In quorum igitur cordibus Chriſtus per fidem habitat, ij non charitatem velut fidei ſolius fructum proferunt, ſed in charitate radicantur & fundantur, adeo vt fructus bonorũ operum, qui poſtea producuntur, non minus ex charitatis, quàm ex fidei radice & fundamento generentur. Gen. 2 & 3. Coloſſ. 2. Epheſ. 2. Tit. 3. Rom. 9. Iacob. 2. Status quæſtionis. 1. Cor. 13. 1. Ioan. 3. Viua fides. Galat. 5. 1. Cor. 13. Epheſ. 3.

Ineptiſsimè igitur dicunt Proteſtantes, fidem operari per charitatem velut per fructum à ſe prolatum, aut per inſtrumẽtum ſuum. Aptiſsimè verò docent Catholici, fidem operari per charitatem velut per formam extrinſecus ei de cœlo adiunctam, à qua vim bene operandi capit, vt corpus vim operandi ab anima vel ſpiritu accipit. Nam & D. Iacobus fidẽ cũ corpore, opera verò bona cum ſpiritu comparauit, dicens: *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt*. Quemadmodum igitur corpus hominis non à ſe, verùm ab inſufflatione Dei ſpiritum accipit: ſic etiam fides non à ſeipſa, verùm à charitate, quam Deus illi adiungit, vitam, ſeu vim iuſtificandi habet. Nam ſi natura fidei hæc eſſet, vt ex ſe viueret, ac Iacob. 2. Gen. 2.

per ſe iuſtificandi vim haberet, iam nulla eſſe poſſet mortua fides. Etenim quæ non viueret,
Iacob. 2. nec omnino eſſet fides. Verùm quia aliud eſt fidem eſſe (quæ etiam eſt in dæmonibus) aliud
verò fidem viuere, ſeu operari & prodeſſe: hinc apparet, vitam fidei iuſtificantis non à ſe, ve-
rùm aliunde eſſe, nimirum à charitate. Nam vbi charitas à fide abeſt, illic videmus fidem in-
Ioan. 12. utilem eſſe & velut mortuam. *Ex Principibus* (inquit Ioannes Euangeliſta) *multi crediderunt
in Ieſum.* Fidem igitur iſti habuerunt. ſed nunquid iuſtificati ſunt? Nihil minus. Nam iidem
Principes metu Phariſæorum repreſſi, *non confitebantur, vt è Synagoga non ejcerentur.* Ecce,
quia charitatem non habebant, fides illorum ipſis non profuit. Etenim cum periculo honoris
aut commodi alicuius amittendi Chriſtum confiteri, hoc ſanè opus à charitate, ac non à fide
ſola procreatur. Vnde cauſam reddens Euangeliſta, quare *Principes, qui credebant in Ieſum, non
confitebantur*, ita ſubiecit: *Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.* Confi-
teri ergo Chriſtum, in quem credebant, vi ſolius fidei non poterant, quia magnum illud chari-
tatis donum, quo Deus ſuper omnia diligitur, nondum acceperant. Confeſsio igitur gloriæ
Dei, quæ ad ſalutem fit, non tam fidei, quàm charitatis fructus eſt: vt vel hinc certum ſit, illa
Rom. 10. verba Apoſtoli: *Omnis qui credit in illum non confundetur* (ſeu, non pudefiet, quò minus ore con-
fiteatur, quod corde credit) de illa tantùm fide intelligi poſſe, cum qua dilectio in ipſa cordis
radice coniungitur. *Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.* Sed cuius
Ioan. 12. ore? Nónne illius, *qui diligit gloriam Dei magis, quàm gloriam hominum?* Non alio igitur corde
ad iuſtitiam creditur, quàm in quo dilectio Dei magis quàm vllius alterius rei viget. Nam *cùm*
Matth. 12. *ex abundantia cordis os loquatur*, vbi eſt magna Dei charitas in corde, ibi eſt in ore libera nomi-
Psal. 115. nis diuini confeſsio. vt illud iam Dauidis: *credidi propter quod locutus ſum*, & illud Apoſtoli ver-
2. Cor. 4. bum, *credimus, propter quod & loquimur*, non poſsit intelligi præterquàm de illo, qui non minus
Heb. 11. diligit Deum, quàm credit in Deum. Ac ſanè cùm *accedentem ad Deum oporteat credere*, non ſo-
Iacob. 2. lùm *quòd Deus ſit* (nam hoc etiam *dæmones credunt*) ſed præterea quòd *inquirentibus ſe remune-
Matth. 5. rator ſit* (à qua ſpe dæmones longiſsimè abſunt) cumq; *Ethnici & Publicani*, multoq; magis iuſti-
ficati, neceſſariò ament eũ, quẽ *vt remuneratorem* agnoſcunt: profectò qui nondum amat, is nec
adhuc credidit, *quòd Deus inquirentibus ſe remunerator ſit*, & ideo *nec ad Deum accesſit*. Opor-
Heb. 11. tet enim *accedentem* ad Deum, *accedentem*, inquam, oportet credere quòd remunerator ſit.
Nemo autem iuſtificatur, antequàm ad Deum accedat. nemo igitur iuſtificatur, antequam
Deum vt remuneratorem ſuum apprehendat. quod fit Deum etiam diligendo, ac non tantùm
Rom. 1. credendo in Deum. Illa ergo ſacræ Scripturæ loca, in quibus *ex fide iuſtificari, viuere, purifica-
Abacuc. 2. ri, aut ſaluari dicimur*, de illa *fide non ficta* intelligi debent, quæ per charitatem diuinitus adiun-
Actor. 15. ctam informatur & perficitur. Auguſtinus enim *fidem non fictam* rectè definit eam eſſe, *quæ
De doctrina Chriſtiana lib. 1 c. 40 nec diligit quod non eſt diligendum, & rectè viuenda id ſperat, vt nullo modo ſpes noſtra fallatur.*
Nam illa fides, quæ dilectione Dei caret, ficta eſt & mendax; vel quia non amat eum in veri-
tate, quem verè amandum eſſe per fidem didicit, vel quia credendo putat ſe Deum ſatis probè
nôſſe, qui non prius rectè cognoſcitur, quàm ſi ſuper omnia diligatur. Ait enim Ioannes:
Qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas eſt. Etſi ergo multa præter fidem &
Prouerb. 1. charitatem ei neceſſaria ſunt qui iuſtificatur, vt timor Domini, Pœnitentia, ſpes, aliaq; eiuſ-
Luc. 13. modi Spiritus ſancti dona: tamen donec tanta charitas in corde iuſtificati diffundatur, *vt di-
Rom. 8. Rom. 5. ligat gloriam Dei magis quàm gloriam hominum*, coram Deo iuſtus non habetur. Nec iniuriâ.
Ioan. 12. Iuſtificationis enim noſtræ tùm cauſæ omnes, tùm inſtrumenta, & ab amore promanant,
& per amorem fiunt, & ad amorem tendunt. Stupendum planè vt foret, ſi actus ille, in quem
tantæ amoris cauſæ concurrunt, abſque omni tamen creato in nobis Dei amore conſum-
maretur. Quis eſt primus iuſtificationis noſtræ author? Nónne Deus? ſicut ſcriptum eſt:
Rom. 8. *Deus qui iuſtificat.* Porrò *Deus eſt charitas.* At fortè non iuſtificat nos propter charitatem
1. Ioan. 4. Ephes. 2. ſuam. Imò *propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, conuiuificauit nos Chriſto*, id eſt,
effecit nos viua membra Chriſti capitis noſtri. quod vtique fit, dum nos ab eo iuſtificamur.
Rom. 8. Iam verò exemplar, ad cuius formam iuſtificamur, Chriſtus eſt. *Quos enim Deus prædeſtina-
uit, hos & vocauit: quos autem vocauit, hos & iuſtificauit. Prædeſtinauit verò nos conformes
Matth. 3. fieri imaginis Filij ſui.* De Filio autem ſuo Pater de cœlis dixit, *Hic eſt Filius meus dilectus, in
1. Ioan. 4. quo mihi complacui: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum vnigenitum miſit
Deus in mundum, vt viuamus per eum.* Summa ergo eſt Patris charitas non modò in ſua ipſius
natura, ſed etiam erga nos. Quid verò Filius? Nónne eodem modo erga nos ſecundùm hu-
Ephes. 5. manam ſuam naturam affectus erat? *Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblatio-
nem &*

nem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Nec tantùm in eo *commendauit charitatem ſuam Chri-* Rom.5.
ſtus erga nos, vt cùm adhuc peccatores eſſemus, pro nobis moreretur, ſed illa etiam Sacramenta ex
amore inſtituit, per quæ redẽptionis eius participes reddimur, dum *mundamur lauacro aquæ in*
verbo vitæ. Cum enim benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei, nõ ex operibus iuſtitiæ, Ephe.5
quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & Tit.3.
renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum,
vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ. Quid quòd etiam Chriſtus
oſtendens quã maximè in re illum referre & exprimere debeamus, dixit: *Sicut dilexit me Pa-* Ioan.15
ter, & ego dilexi vos, manete in dilectione mea. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem,
ſicut dilexi vos.

Præterea, nec ob aliud æquè cecidit primus pater orbis terræ, quàm quòd in dilectione
Dei non manſit (*non enim ſeductus eſt Adam*, ſed vxoris vocem diuinæ dilectioni prætulit) nec 1. Tim. 2.
poſt lapſum alia re magis indigebat, quàm vt Dei charitas in illo renouaretur. Et *Filius Dei, qui* 1.Ioan.3.
in hoc apparuit, vt diſſoluat opera diaboli, nihil magis prauum in mundo reperit, quàm quòd, cùm Ioan.3.
lux veniſſet in mundum, tamen *homines dilexerunt tenebras magis quàm lucem. Erant enim eorũ*
mala opera. Quos ergo Filius volebat à peccati lege, & æterna morte liberare, illorum morbis,
& vulneribus tanquàm peritiſsimus medicus tale remedium attulit, vt contraria contrarijs
commodè ſanaret. Hinc Apoſtolus ait, *eratis aliquando tenebræ, nũc autem lux in Domino. Vt filij* Epheſ.5.
lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate. Et alibi. *Fuiſtis* Rom.6.
ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi eſtis. Liberati autem à
peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Non modò igitur mentem atque intellectum noſtrum ab igno-
rantia purgauit Chriſtus, reuelans nobis viam iuſtitiæ: verùm etiam *operatus eſt in nobis et velle,* Philip 2
& perficere pro bona voluntate. Voluntatis autem ſanatio in eo conſiſtit, vt qui antea mundum,
& ea quæ in mundo erant, ſupra Deum diliximus, nunc diligamus Deum ſuper omnia, & pro-
ximum ſicut noſipſos. *Plenitudo enim legis eſt dilectio.* Denique cùm *vita æterna hæc ſit, vt co-* Rom 13.
gnoſcamus vnum ſolum verum Deum, & quem ille miſit Ieſum Chriſtum: hic ipſe finis totius iu- Ioan.17.
ſtificationis noſtræ adeo à charitate dependet, vt *nec oculus viderit, nec auris audierit, nec in* 1 Cor.2.
cor hominis aſcenderit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum. Deus enim repromiſit coronã vitæ Iacob. 1.
diligentibus ſe. Contrà verò *qui non diligit, non nouit Deum. Si quis autem diligit Deum, hic co-* 1 Ioan.4.
gnitus eſt ab eo. & nouit eum, quoniam Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, 1.Cor.8.
& Deus in eo. Quòd ſi Deus, qui efficit noſtram iuſtificationem, tùm *charitas eſt, tùm propter* 1.Ioan 4
nimiam charitatem, qua dilexit nos. & filium ſuum in mundum miſit, & nos membra Filij ſui effecit: Ibidem.
ſi Chriſtus, ad cuius exemplum & formã iuſtificamur, dilexit nos, atque ex illa dilectione ſua tùm tra- Epheſ.2.
didit ſemetipſum pro nobis, tùm lauit nos à peccatis noſtris, & ſuper omnia præcepit, vt in eius dile- Ioan 3.
ctione maneremus: ſi nos ipſi nulla re magis indigemus, quàm dilectione Dei, & proximi, qua Rom.8
potiſsimùm virtute *legem implemus:* ſi tùm *qui diligit Deum, nouerit illum, tùm qui non diligit,* Ephe 5.
non nouerit: quomodo fieri poteſt, vt noſtra iuſtificatio, quæ diuini amoris & redemptionis Ioan.15
Chriſti effectus eſt, quæque implendæ legis & adipiſcendæ gloriæ potiſsima in nobis cauſa eſt, Ioan.3.
tamen dilectionis dono careat, cùm & ab amore Dei tota proficiſcatur, & per amorem Chriſti Rom.13.
tota peragatur, & in dilectione Dei & proximi perpetuò verſetur, & ad vnionẽ diuini amoris 1.Ioan.4.
toto impetu feratur? Aut poteſt tot præcedentium, tot coniunctarum, & tot ſubſequentiũ di-
lectionũ nexus ipſe, omni amoris actione carere, & ſola fide cõſtitui? Fides nec in Deo, qui iu-
ſtificat, nec in Chriſto, qui meretur noſtram iuſtificationem, nec in cœlo, quod iuſtificationis
noſtræ finis eſt, reperitur. Ex quo manifeſtè intelligitur, fidem non eſſe illam virtutem, qua
potiſsimùm, aut *ſecundùm Deum creamur, aut Chriſto conformes reddimur, aut regni cœlorum ci-* Epheſ.4.
ues efficimur. Deus eſt Charitas, & propter Charitatem ſuam iuſtificat nos, & dum iuſtificat, Rom 8
reddit nos conformes Chriſto dilecto Filio ſuo, qui etiam *nos diligit, & mandat lauacro aquæ* Epheſ.2.
in verbo vitæ, & omnes tùm Angeli, tùm Sancti per vinculum charitatis tùm vnà cum Deo, 1.Ioan 4.
tùm inter ſe perfectè vniuntur. Charitas igitur eſt illa virtus, quæ ad donum fidei accedens, Epheſ 5.
verè nos efficit filios Dei, ſecũdùm quod ſcriptũ eſt: *Omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cogno-* 1.Ioan.4.
ſcit Deum. Hæc eſt *noua creatura*, quam in Chriſto aliquid valere Apoſtolus dixit. Hic eſt *nouus* Galat 6.
homo, qui ſecundùm Deum creatur in iuſtitia & ſanctitate veritatis. qui etiam renouatur in agnitio- Epheſ.4.
nem, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. Qui nouus homo *creatur in Chriſto Ieſu in ope-* Coloſ.3.
ribus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Creatur, inquam, non ſolùm *ad opera bona,* Ephe.2
in quibus deinceps ambulet, ſed etiam *creatur in operibus bonis*, id eſt, in fide & dilectione Dei.

Ioan.6. Nam quemadmodum *hoc eſt opus Dei, vt credamus in eum quem ille miſit:* ſic etiam hoc opus
Ioan.1. Dei eſt, vt diligamus eum, *qui dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri.* Hæc ergo fidei & dilectio-
nis opera Deus creat in nobis, dum iuſtificat nos, & creando illa in nobis, ſeu nos in illis, ſimul
etiam *præparat* illa bona opera, in quibus ambulemus. Vbi enim alioqui *præpararet* illa, niſi dum
Hieron. in c. 2 Ephes. Auguſtin. de gr. tia & lib. arb c 8. Matth.5. creamur in illis? Nec aliter eum locum aut Hieronymus, aut Auguſtinus intellexit. Huius
noui hominis iuſtitiam Chriſtus deſcribens, dixit: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm Scri-
barum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Et mox declarans, quibus ex rebus no-
ſtra hæc iuſtitia conflari debeat: *vetat non ſolùm occidere, ſed etiam ſine cauſa iraſci, vel maledi-
cere, ac ne in corde quidem permittit alienam mulierem concupiſcere, nec dimittere vxorem, præ-
terquàm ex cauſa fornicationis, nec iurare, nec inimicum vlciſci, ſed potius admonet, eleemoſynam
dare, mutuare, inimicos diligere. & denique eſtote* (inquit) *perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfe-
ctus eſt.* Talis igitur eſt nouus ille homo, qui ad imaginem Dei creatur in nobis. Vnde
toties repetit, hæc & hæc *antiquis*, id eſt, carnalibus Iudæis dicta eſſe, tanquàm videlicet ij,
quos ibi format, noui ſint, & non antiqui homines.

Hactenus dictum ſit de ingreſſu Ciuitatis Dei, quem non niſi per charitatem fidei adiun-
Coloſ.3. ctam vtiliter fieri poſſe iam planum fecimus. Etenim cùm *Charitas vinculum perfectionis* ab
Apoſtolo vocetur, abſurdum eſt, vt eum dicamus cum perfectis Eccleſiæ membris colligatum
eſſe, qui vinculo ipſo, per quod cum illis colligaretur, penitus caret. Nec minus abſur-
Peccatū non manere in ſpiritu iuſti-ficatorum. dum, atque ab Eccleſiæ præclara & eximia ſpecie, imò etiam à Chriſti gloria & honore alie-
num eſt, vt putemus peccatum ſub vera peccati ratione in eo inhabitare, qui ſit in numerum
Sanctorum cooptatus. Docent enim Proteſtantes, nihil aliud per Chriſti gratiam in mente
ac ſpiritu noſtro effici, quàm vt peccatum non imputetur nobis ad pœnam aut condemnatio-
Rom.6 nem. Atqui Apoſtolus de Baptiſmo agens, dicit nos per Baptiſmum *conſepeliri cum Chriſto, &
veterem noſtrum hominem ſimul crucifixum eſſe, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruia-
mus peccato (qui enim mortuus eſt (in Baptiſmo) iuſtificatus eſt à peccato) ſed vt quemadmodum
Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Hæc autem
eſt ſimilitudo Apoſtoli: Quemadmodum Chriſtus veterem ac mortalem vitam ſuam in Cru-
ce depoſuit, aliamq; nouam & immortalē in reſurrectione aſſumpſit: ſic nos in Baptiſmo de-
ponimus veterem hominem, qui totus ex peccatis conſtabat, nouumque ex iuſtitia conſtan-
tem accipimus: ita vt mortui ſimus peccato, viuentes autem Deo. Sed Chriſtus poſt reſurre-
ctionem ſuam prorſus caruit omni conditione mortali: nos ergo poſt Baptiſmum dignè per-
ceptum prorſus omni peccato in ſpiritu caremus. In ſpiritu dixi, quia etiam poſt Baptiſmum,
vt Apoſtolus ait, *habitat in me peccatum*, hoc eſt, in carne mea: *Scio enim*, inquit, *quod non ha-
bitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum.* Etenim vt Chriſtus abſque omni peccato conceptus
Ioan.1. & natus, *plenus etiam gratiæ & veritatis*, tamen dum viueret ſpeciem peccatoris in carne ſua
portauit, ac non obſtante iuſtitia mentis ſuæ, carnem ſuam paſſibilem eſſe permiſit & morta-
lem: ſic & nos ita in ſpiritu mentis noſtræ ad exemplum iuſtitiæ Chriſti renouamur & iuſti-
ficamur, vt interim portemus in carne noſtra imaginem peccati & mortis, donec & ipſa caro
noſtra in reſurrectione iuſtorum ad gloriam carnis Chriſti conformetur. Manet igitur in car-
ne noſtra ſpecies & fomes peccati, partim vt vita & ſalus noſtra, quæ in Deo abſcondita eſt,
fide potius quàm ſenſu comprehendatur, partim vt humiliores efficiamur, dum per aduerſa-
rium tam familiarem, & veteris inobedientiæ admonemur, & ne iterum labamur, tùm timere,
tùm cauere cogimur, vt ita *cum timore ſalutem noſtram operemur*. partim etiam eo modo fit,
vt ampliorem gratiam per libidinum refrænationem aſſequamur. Vt interim nec id omittam,
ea re fieri, vt ij qui ſecundùm carnem, & non ſecundùm ſpiritum ambulant, ex iuſto Dei iu-
Rom.8. dicio in peccatum facillimè recidant. Sed interim *lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit nos*
(hoc eſt, ſpiritum noſtrum & animam) *à lege peccati & mortis.* Vt tam verum iam ſit, pecca-
tum non eſſe in ſpiritu noſtro, quàm verum eſt, mortem æternam ibi non eſſe. *Nihil quippe
1.Cor.6. damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu. An neſcitis* (inquit Apoſtolus) *quia iniqui regnum Dei
non poſſidebunt?* At ſi peccatum in nobis, hoc eſt, in animo noſtro maneret: adhuc eſſemus
iniqui, nec poſſidere poſſemus Regnum Dei. Nunc autem Regnum Dei promittitur nobis,
Rom.8. *ſi credimus, & compatimur.* Non igitur ſumus iniqui, aut peccatores. Itaque cùm Apoſtolus
ibidem dixiſſet, *neque adulteros, neque fornicarios, neq; idolis ſeruientes, neque maledicos Regnum
1.Cor.6 Dei poſſeſſuros*: mox addit, *& hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati
eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.* Quàm apertè ſignificat, eos,
qui

qui abluti ſunt, non manere iam peccatores, ſicut antea fuerunt? Iuſtitia enim, quam Chri-
ſtus illis donauit, peccata ipſorum ſuſtulit, & veterem hominem commutauit in nouum, qui Epheſ. 4.
ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

At enim Proteſtantes, vt Eccleſiæ ſtatum adhuc deformiorem (quod in ipſis ſaltem eſt) De iuſtitia
reddant, iuſtitiam nullam à Chriſto nobis donatam aut infuſam eſſe reſpondent, verùm Chri- inhærente.
ſti iuſtitiam nobis tantùm imputari. Quaſi verò Apoſtolus cum Adamo Chriſtum conferens,
non dixerit: *Si in vnius delicto mors regnauit, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, &* Rom. 5.
iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Si ergo peccatum ab Adamo
commiſſum non fuit in illo tantùm, ſed etiam in ſingulos ab illo natos propagatum eſt: multò
magis iuſtitia non in Chriſto tantùm fuit, ſed etiã ab illo in ſingulos, qui ex ipſo nati ſunt, *ſecun-*
dùm menſuram donationis eius deriuata eſt. *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccato-* Epheſ. 4.
res conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionem (inquit Apoſtolus) *iuſti conſtituentur multi.* Rom. 5.
Quid potuit dici planius? *Multi conſtituentur iuſti.* Quo tandem modo? *Sicut multi conſtituti*
ſunt peccatores. An in ſingulis peccatoribus peccatum ſuum proprium non inſedit? Eodem
igitur modo & iuſtitia ſua cuique propria donabitur illis à Chriſto, qui conſtituuntur iuſti. ex
eoque idem Apoſtolus ait, *eos accipere abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ,* & quidem
multò magis, quàm peccatores acceperãt abundantiã iniuſtitiæ. *Non enim ſicut delictum, ita &* Rom. 5.
donum, ſed multò magis gratia Dei & donum abundauit. Nam vbi abundauit delictum, ſuperabun-
dauit gratia. Taménne iuſtitia, quam Deus nobis donauit, in nobis non inhæret? Quid ergo?
An fides per charitatem operans non inhæret in nobis? Illa enim eſt iuſtitia noſtra, quam Deus Galat. 5.
donat nobis. An illa charitas in nobis non inſidet, *quam Deus diffudit in cordibus noſtris per* Rom. 5.
Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis? An illa charitas in nobis fixa non manet, *in qua radicati &* Coloſſ. 1.
fundati ſumus? An fons ille aquæ ſalientis in vitam æternam, quem Chriſtus in ijs, qui credunt, fieri Ioan. 4.
dixit, in ijſdem non eſt ſitus? An denique ille *homo nouus* non eſt in nobis, *qui creatus eſt in iu-* Epheſ. 4.
ſtitia ſecundùm imaginem Dei? An ipſi nos per gratiam Dei *credentes, & bonum operantes ad* Coloſſ. 3. Galat. 6.
omnes, ille homo nouus non ſumus? *In Chriſto enim, qui fecit omnia noua, nos etiam ſumus noua* 2. Cor. 5.
creatura. An ergo ſumus nos extra noſmetipſos? Quæ cæcitas obdurati cordis eſt hæc, vt cùm
noua creatura in nobis ex fide per charitatem operante dicatur fieri, cumque *nouus homo in iu-* Gal. 6. & 5. Epheſ. 4.
ſtitia & ſanctitate veritatis creatus ab Apoſtolo affirmetur: tamen Chriſtiani auſint negare, iuſti-
tiam aliquam in nobis inhærere? Scilicet ijs, qui iuſtificantur per Chriſtũ, inhæret vetus crea-
tura peccati: non inhæret noua creatura iuſtitiæ? Verum hoc non eſt aſſerere, Chriſti donum Rom. 5.
longè minus fuiſſe, quàm fuerit delictum Adæ? Niſi fortè minus potens, quàm peccatum
fuit, illud donum non eſt, quod neque peccatum verè aufert, neque iuſtitiam in nobis verè cõ-
ſtituit. Ad eandem blaſphemiam pertinet, quod negant Baptiſmum in Chriſti nomine colla- Baptiſmum conferre gratiam.
tum, gratiam nobis conferre, cùm tamen & Paulus dixerit: *Deus ſaluos nos fecit per lauacrũ Re-* Tit. 3.
generationis & renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum: & Pe-
trus ſcripſerit: *Saluos nos facit Baptiſma, nõ carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interroga-* 1. Pet. 3.
tio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti. Sed hæc ſint ſatis de ijs, quæ ad primam commu-
nicationem Ciuitatis Dei pertinent. Communicatur enim Ciuitas Dei non niſi ijs fidelibus,
qui de nouo per Chriſti gratiam creati & peccata exuunt, ac ſanctitatem veram accipiunt per
Sacramentum Regenerationis, quod Chriſtus inſtituit.

Poſtquam verò ciues Sãctorum & domeſtici Dei per primam iuſtificationem facti ſumus,
non iam deinceps licet nobis otio indulgere, ſed *ambulare debemus dignè Deo qui vocauit nos in* 1. Theſſal. 2.
regnum ſuum. Dei enim factura ſumus, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt Epheſ. 2.
in illis ambulemus. Quemadmodum enim qui manent in peccato, per quod *nati ſumus filij*
iræ, illud per noua peccata ab ipſis adiecta, maiorem in modum augent, & diaboli Regnum ſta-
biliunt, ex eoque impletur in illis quod ſcriptum eſt, *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc:* Sic qui Apocal. 22. Rom. 6.
liberantur à peccatis per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti, iuſtitiam à Tit. 3.
Chriſto ipſis donatam augere debẽt, ſicut ibidem eſt ſcriptum: *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc,* Apocal. 22.
& qui Sanctus eſt, ſanctificetur adhuc. Et iterum: *Filioli, nemo vos ſeducat, Qui facit iuſtitiam,* 1. Ioan. 3.
iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt, quoniam ab initio Diabolus pec-
cat. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli. Cùm ergo vnaquæque res aptiſsimè au-
geatur & confirmetur per illa, ex quibus conſiſtit: quemadmodum iuſti non ſumus abſque
charitate, ſed per eam fidem, cui charitas vitam & operationem tribuit: ſic neque de virtute Galat. 5.
in virtutem imus, abſque eadem charitate. *Quicunque enim totam legem ſeruauerit, offendat autẽ* Iacob. 2.

in vno (id eſt, in charitate) *factus eſt omnium reus.* quia nimirum omnia præcepta continen-
Vide Auguſtinum ep. 29 tur in Charitate. Vnde ibidem Iacobus præfatus eſt: *Si legem perficitis Regalem ſecundùm Scri-
pturas (diliges proximum tuum ſicut teipſum) bene facitis.* Itaque cùm Chriſtus dixiſſet, *ſe vitem,
Ioan. 15 Diſcipulos verò eſſe palmites*. atque addidiſſet, *eos mundos eſſe propter ſermonem quem locutus eſt
illis*: mox declarans, quid ille ſermo in eis effeciſſet, aut quo nexu tùm ipſius membra primùm
Ibidem facti eſſent, tùm in ipſo poſtea manere deberent: *Sicut* (inquit) *dilexit me Pater, & ego dilexi vos,
manete in dilectione mea.* Pater Filium dilexit, Filius verò non ſolùm dilexit Diſcipulos ſuos,
verùm etiam eos diligendo, per ſermonem ſuum operatorium effecit, vt & crederent in eum
& redamarēt ipſum, ex eoque amore illi in Chriſto tanquam palmites in vite inſerti ſunt. Nec
enim dixiſſet illis, *manete in dilectione mea*, niſi etiam tunc dilectionem habuiſſent, quando
mundati ſunt, & in illo tanquam in vite inſerti. Per dilectionem igitur fidei adiunctam, & in-
ſerimur in Chriſto, & in ipſo manemus. Porrò ne iſta dilectio, per cuius poteſtatem in illo ma-
nemus, otioſa eſſe aut cogitatione tantùm, & non opere impleri poſſe putetur, audi quid Chri-
Ibidem ſtus adijciat: *Si præcepta mea* (inquit) *ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris
mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione.*

Quæ ſint leges ciuitatis Dei. Nunc ergo locus poſtulat, vt de ijs legibus Dei & præceptis agamus, quæ ab ijs, qui ciues
Sanctorum effecti ſunt, credi & obſeruari debent. Illa verò partim ſunt Decalogi præcepta,
quæ ab initio natura duce primorum Parentum animis innata, & deinde poſt lapſum eorum,
per Dei gratiā in animis iuſtorū renouata erant: partim etiā ſunt inſtituta quædam Chriſti ad
Eccleſiæ ſalutem pertinentia, quorum alia in ſacras Literas relata ſunt, alia verò ex iure
non ſcripto per Maiorum traditionem ad nos deuenerunt. Qui autem vel præcepta legis, *ad
Matth. 5. quam non ſoluendam, ſed implendam Chriſtus venit*, violauerit, vel ea quæ aut credenda, aut fa-
Ioan. 8. cienda inſtituit, credere ac facere contempſerit: non poterit tanquam *filius manere in domo
2. Pet. 2 eius in æternum, ſed tanquam ſeruus eijcietur foras. Si enim refugientes coinquinationes mundi in
cognitione Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis po-
ſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionē
retrorſum reuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato.* Nec ad mandatorum obſeruatio-
nem ſatis eſt, vt credamus ea per Chriſtum impleta eſſe. Nam etſi hoc veriſsimum ſit, ne abſ-
que impletione ac merito illius noſtra qualiſcunque impletio vllius vtilitatis futura eſſet: ta-
Rom. 8. men & *nos compati oportet, ſi volumus conregnare, & iugum illius tollere, onusq́; ferre debemus.* ſci-
Matth. 11. entes illum tam potenter noſtram ſalutem operatum eſſe, vt nos etiam pro noſtra parte &
1. Cor. 3. poſsit, & velit *ſuos cooperatores*, legiſque Dei obſeruatores per gratiam ſuam efficere, & ea ra-
tione tùm iuſtiores fieri, tùm vitam æternam promereri. Neque verò lex eiuſmodi nobis im-
Chriſti leges impleri poſſe. ponitur, quæ nullo modo poſsit à nobis impleri. Nam de parentibus Ioannis Baptiſtæ ſcriptum
eſt: *Erant iuſti ambo ante Deum* (non modò ante homines) nec tantùm iuſti, quia crederent,
Lucæ 1. ſed *incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela.* Ac magnus omni-
no cuiuſque Ciuitatis honor eſt, vt ciues ex præſcripto legis viuentes, eam quoquo modo im-
Vide Plutarchum in Lycurgo. pleant. Nam ob eam cauſam Lycurgus nullam legem in Sparta ſcriptam extare voluit, vt cùm
ſola populi conſuetudo lex ipſorum eſſet, nullam prorſus legem ſui ciues haberent, quam non
obſeruarent. Nec enim fieri poterat, vt conſuetudines ciuium non obſeruarētur ab ipſis, cùm
ſi deſinerent obſeruari, ne conſuetudines quidem omnino futuræ eſſent.

Verùm ne hic tantus honor incolumis maneret Eccleſiæ Chriſti, tanquàm illa Dei legem
obſeruaret, Proteſtantes dicunt, legem Diuinam impleri à nobis non poſſe: cùm tamen ſcri-
Rom. 2 ptum ſit, *quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* Nec timent, ne in Deum bla-
ſphemi ſint, dum affirmant, illum ea præcepiſſe ſub æternæ damnationis pœna, quæ tamē ſe-
cundùm aliquam rationem fieri non queant. Nam nec nos dicimus, legem in hac vita tam per-
fectè impleri poſſe, quàm in futura: nec dubitamus, quin alia ſit viæ, & alia patriæ perfectio.
Sed ſi lex Dei non poteſt eo modo, qui huic vitæ conuenit, impleri, quorſum dixit Apoſtolus,
Rom. 13. *legem per dilectionē impleri? Dilectio enim eſt plenitudo legis* Sed qui animā ſuā ponit pro amicis
Ioan. 15 ſuis, habet ſummū gradum dilectionis (Chriſto atteſtante, quòd *nemo habet maiorē charitatē*)
multa verò millia Chriſtianorum & poſuerunt, & quotidie ponunt animam ſuam pro fratribus
ſuis. Poteſt igitur impleri lex, quæ toties & antè impleta fuit & quotidie à Martyribus imple-
Rom 13. tur. Quid loquor de Martyrum tot millibus? *Omnes qui proximum diligunt, legem implent*, vt
idem Apoſtolus ait. Quid ergo? Nullúſne proximum diligit? Hoc ſi dicas, reſpondet Io-
1. Ioan. 3. annes: *Qui non diligit fratrem ſuum, non eſt ex Deo.* Et iterum. *Hæc eſt charitas Dei, vt man-*

data eius

data eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt: quoniam omne quod natum eſt ex Deo, 1. Ioan. 4.
vincit mundum. Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Non vtique ſola fides. Nam
illa non ſeruat mandata Dei, ſed grauia & obſeruatu impoſsibilia eſſe iudicat. Verum illa fides
Apoſtolorum vincit mundum, *quæ non ſeparatur à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Quan- Rom 8.
tum iam intereſt inter Spiritum Apoſtolorum, qui *mandata Dei grauia non eſſe* atteſtantur, &
Proteſtantium, qui mandata Dei non poſſe impleri aſſeuerant? Vnde hæc tanta diſcordia?
Profectò quia Proteſtantes Charitatem, per quam Dei mandata cuſtodiuntur, non habent. Ni-
hil enim difficilè amanti, ſecundùm quod ſcriptum eſt, *viam mandatorum tuorum cucurri, cùm* Pſal. 118
dilataſti cor meum. Et iterum. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Cu-
ſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer.* Vnde etiam Apoſtolus ſcripſit: *Con-
delector legi Dei ſecundùm interiorem hominem. Nam quod impoſsibile erat legi, in quo infirmaba-* Rom 7.
*tur per carnem, Deus Filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit pec-
catum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſe-* Rom. 2.
cundùm Spiritum. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Philip. 4.
Omnia verò poſſumus in eo, qui nos confortat Chriſtus, qui non patitur nos tentari vltra id quod ferre 1. Cor. 10.
poſſumus, ſed dat cum tentatione prouentum, vt poſsimus ſuſtinere. Scimus autem, quòd diligentibus Rom. 8.
Deum omnia cooperantur in bonum. Nec Chriſtus dixiſſet, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua man-* Matth. 19.
data, ſi nemo illa potuiſſet, quantum huic vitæ ſatis eſt, obſeruare. Quod enim vel difficilli-
mum in mandatis eſt, petenti dabitur, ſi vt oportet petierit: quia *omnis qui petit accipit, & pul-* Iacob. 4. Luce. 11.
ſanti aperietur. Qui autem non facit quod in ſe eſt, non petit quemadmodum oportuit eum pe-
tere. Præterea cùm eò facilius mandata Dei cuſtodiantur, quò minus quis *implicatur negocijs* 2. Tim. 2. Matth. 19.
huius ſeculi, ob eamque cauſam fuerint iam inde ab initio *Eunuchi* ſpirituales, *qui ſe caſtrauerunt
propter regnum cælorum,* hoc eſt, qui effecerunt, vt tam impoſsibile eſſet ipſis iure diuino libe-
ros procreare, aut Matrimonium inire, quàm impoſsibile eſt, vt Eunuchus, aut per naturam
ſic natus, aut per vim factus liberos gignat: cumque hæc ſpiritualis caſtratio ſine voto conti-
nentiæ fieri non potuerit (quoniam qui non vouit, nondùm ſe caſtrauit, aut omnino impotentē
reddidit, quò minus iure liberis operam det) cùm præterea multi ſecundùm Chriſti conſilium
vendiderint omnia quæ habebant, & pauperibus dederint, vt *perfecti fierent:* multique ad eo- Matth. 19.
rum qui primi crediderunt exemplum, omnia ſua bona ſe relinquere, voto apertiſsimo pro- Actor. 4. & 5.
feſsi fuerint, vt Chriſtū eò facilius ſequi, & mandata eius implere poſſent: hæc ipſa cōtinentiæ
& paupertatis vota vſq; eò diſplicent Proteſtantibus, vt neminem in ſuis regionibus viuere
patiantur, qui hæc Euangelij conſilia ſit amplexus. Quaſi verò quod Lycurgus in ſua Repub.
tentauit, vt nummo argenteo inde excluſo, ciuibus pecuniæ contemptum perſuaderet, hoc
ipſum honeſtiſsimè non fiat, & palam præ nobis ferendum non ſit in Chriſtiana Repub. dum
ordines quidam hominum ſanctorum conſtituūtur, qui ab eo etiam quod licet, ideo abſtinent,
quoniam *non omnia quæ licent etiam expediunt aut ædificant.* Quid enim, ſi pauci præ tota mul- 1. Cor. 10.
titudine Chriſtianorum hæc faciunt? *Quid ſi pauciores rectè prudenterq́; faciunt? Tamen dum
populi ea probant, audiunt, fauent, diligunt: fit vt populi ſuam imbecillitatem, quòd iſta non poſſunt,
nec ſine prouectu mentis in Deum* (vt Auguſtinus ait) *nec ſine quibuſdam ſcintillis virtutis accuſent.* Ad Honoratum de vtil. cred. c. 17.
At verò vt talia continentiæ & paupertatis vota & exercitia doceantur illicita eſſe, in qua hoc
tandem præterquàm in terrena & diabolica ciuitate euenire poteſt? Adeòne abhorretis ab
impletione mandatorum Dei, vt neque modos quibus ea facilius impleri poſsint, ferendos iu-
dicetis? Non enim (vt falſò nobis imponere ſoletis) relinquimus mandata Dei, vt Regulas
Benedicti aut Franciſci obſeruemus: verùm ideo has regulas & permittimus, & approbamus,
quoniam illæ eas occaſiones peccatorum amputant, quibus plerique in laqueum Diaboli per-
trahuntur. Sed iam pergamus ad reliqua.

Proteſtātes enim vt negant mandata Dei poſſe à nobis obſeruari, ſic negant vllas eſſe leges Eſſe quaſdā
non ſcriptas, vllóſue mores aut conſuetudines à populo Dei ex neceſsitate obſeruandas, præ- leges non
ter illas quæ in ſacris codicibus perſpicuè deſcribuntur. An hoc non eſt ad ſeruitutē legis Mo- ſcriptas in
ſaicæ Chriſti Rempublicam detrudere? Illa quippe lex, quia nō in cordibus rebellium Iudæo- Ciuitate Dei
rum, ſed *in lapideis eorum tabulis* conſcripta fuit: tantùm foris, & non etiam intus legebatur. &
ideo ſoli Prophetæ & iuſti homines quædam faciebant, quæ intus tantùm, & non foris legerant. Exod. 34.
quale erat, quod *Elias in Carmelo ſacrificabat.* Quodque *David comedebat panes propoſitionis, quos* 3. Reg. 18.
licebat ſolis ſacerdotibus (per legem foris ſcriptam) comedere. Machabæi etiam per eandem legem 1. Reg. 21. Matth. 12.
intus ſcriptam, & foris per ſingulorum verba in vnum collata recitatam & lectam, in Sabbatis

1. Machab. 2. aduerſus hoſtes pugnare didicerunt. *Dixit enim vir proximo ſuo, ſi non pugnauerimus aduerſus*
gentes pro animabus noſtris, & iuſtificationibus noſtris, nunc citius diſperdent nos à terra. Ex ea-
2. Mach. 12. dem etiam non ſcripta lege, ſed à Maioribus (vt videtur) per traditionem accepta, pro
fidelibus defunctis Sacrificium offerre didicerunt. Iam ſi tota noſtra lex in charta vel mem-
brana hodie concluditur, neque licet nobis Epiſtolam Chriſti in cordibus omnium Fidelium
longè clariùs conſcriptam, & tum Concilijs generalibus, tùm in Chriſtianorum moribus
prolatam & legere, & tanquàm verum Dei verbum, quoties opus eſt, in medium produ-
1. Cor. 2. Rom. 8. cere: Sine controuerſia nos quoque literam, quæ occidit, inſtar Iudæorum habemus, at *ſpiri-*
tum qui viuificat, inſtar Apoſtolorum & Prophetarum non habemus. Spiritus enim, *qui ſcruta-*
tur profunda Dei, reuelat etiam nobis quæ noſtrâ ſcire intereſt, ſiue ea ſcripta ſint, ſeu non. Si
ergo *ſpiritus Chriſti habitat in nobis*, profectò etiam in nobis loquitur Chriſtus, & verbum eius
id omne eſt, quod Paſtores in omnibus gentibus prædicant, quodque fideles populi credunt, &
ſecundùm prædicationem Paſtorum faciunt, ſiue in vetere aut nouo Inſtrumento ſcriptum id
2. Theſſal. 2. ſit, ſeu non ſit ibi ſcriptum. *State* (inquit Apoſtolus) *& tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per*
ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram. Non igitur ſola Scriptura, ſed ſermo etiam & prædicatio
Apoſtolorum eſt regula noſtræ fidei. Vnde alibi Paulus reſurrectionem Chriſti Corinthijs
1. Cor 15. probaturus, hanc illis regulam tradit: *Sic prædicauimus, & ſic credidiſtis. Si autem Chriſtus non*
reſurrexit: inanis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra, quaſi dicat, fieri non poſſe, vt
quod ab Eccleſiæ Paſtoribus vno conſenſu prædicatur, quodque à Fidelibus paſsim creditur,
2. Cor. 3. illud ſit inane aut falſum. Imò dicit, *ipſos Corinthios Epiſtolam & Chriſti & prædicatorum Euan-*
gelij eſſe, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus. Et Chriſti quidem Epiſtola erant, quia Chri-
ſtus veritatem Euangelij & gratiam rectè viuendi ſcribens in cordibus eorum, voluit illam fi-
dem ac ſanctitatem illorum velut Epiſtolam à ſe conſcriptam ab alijs ad eorum eruditionem
legi & cognoſci, quod idem de omnibus alijs fidelibus populis ſentiendum eſt. In omnium
Heb. 8. enim cordibus Chriſtus legem ſuam deſcribit, vt per eorum fidem & mores, ſciatur & lega-
tur lex Dei ab omnibus hominibus. Apoſtolorum verò Epiſtola ijdem Corinthij erant, omnéſ-
que alij Fideles miniſtrorum Chriſti Epiſtola ſunt, quia illi ſunt miniſtri eius ſcriptionis, quam
2. Cor. 3. Chriſtus per eos operatur. Nunc audiamus ipſum Apoſtolum loquentem. *Epiſtola* (inquit)
noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati
quòd Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in
tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quòd ſi fideles Epiſtola Chriſti ſunt: Epiſtola
verò Chriſti verbum Dei neceſſariò eſt: Fideles verò non ſunt ſcriptum Dei verbum, ſed
verbum alterius generis: profectò eſt in Eccleſia aliud Dei verbum, præter id quod in vetere
ac nouo Teſtamento ſcriptum extat. Huius generis eſt illud verbum Dei, quod in factis Fi-
Verbũ Dei non ſcriptum. delium vbique degentium cernitur. Veluti *quòd infantes ſuos baptizari petunt*. quòd Euchari-
ſtiam extra neceſsitatis articulum non niſi ieiuni accipiunt, quòd Feſta Natiuitatis Domini,
Vide Aug. de Baptiſmo Reſurrectionis, Aſcenſionis, aliaque ſimilia celebrant, quòd ieiunant quadraginta diebus, atq;
contra Dona alijs quatuor anni temporibus, quòd Sanctos velut cum Chriſto viuentes inuocant, quòd pro
tiſtas. lib. 2. fidelibus defunctis velut emendatorio igne ad tempus detentis orant, *vt à peccatis*, id eſt, à pec-
ca. 7. & in Epiſt. 118. catorum pœnis *ſoluantur*, quòd in Eccleſijs canunt, & in ſymbolo profitentur *Filium Patri con-*
2. Mach. 12. *ſubſtantialem eſſe, Spiritum Sanctum ab vtroque procedere*, etiamſi non magis legantur ea verba
in Euangelio, quàm Miſſæ, aut Purgatorij, aut indulgentiarum nomina ibi leguntur, cùm ta-
men res ipſæ, quas omnia hæc nomina ſignificant, in Euangelio ſatis manifeſtè reperiantur.
Eodem pertinet, quòd fideles populi & Paſtores *Virginem Mariam Dei genitricem nominant*,
perpetuamque eius Virginitatem credunt, quòd venerantur Imagines, & memorias Sanctorũ,
Pſal 5. & 98. non aliter quàm olim Prophetæ adorabant arcam fœderis, & templum Salomonis. Dum enim
fideles populi hæc & alia permulta eiuſmodi ſecundùm prædicationem Miniſtrorum Chriſti,
& facere ſe vbique oſtendunt, & credere profitentur: certè in ea re *ſunt Epiſtola Chriſti, quæ*
2. Cor 3. *ſcitur & legitur ab omnibus hominibus, miniſtratur verò ab Epiſcopis & Paſtoribus Eccleſiæ.* Quæ
Epiſtola per miniſterium Eccleſiæ Paſtorum ſcripta eſt, non in tabulis, aut in charta, membra-
náue, *ſed in cordibus carneis* eorum, qui Spiritum ſanctum in Sacramentorum Chriſti participa-
tione acceperunt, ſecundùm quod apud Ieremiam Dominus ait: *Dabo leges meas in mentem*
Ier. 31. Heb. 8. *eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas.* Cùm autem duo ſint legum genera, vnum quod ſcri-
pto comprehenditur, alterum quod ſine ſcripto moribus vtentium & maiorum traditione re-
tinetur: aut vtrumq; genus in qualibet præſtante Republica ponendum eſt (ſicut in Romana

vtrumque

vtrumque receptum erat) aut ſi non niſi alterum ex his duobus in aliqua præſtante Repub. ponitur: id neceſſariò deber eſſe genus illud, quod ſine ſcripto recipitur. Hoc enim genus poteſt per ſe conſiſtere, ſicuti manifeſtè conſtat, Eccleſiam Dei ab exordio mundi vſq; ad Moſen per bis mille quadringentos annos & amplius abſque vlla ſcripta lege ſtetiſſe. Eodemque modo Reſpub. Romana (vt Pomponius auctor eſt) annis propè viginti, Lacædemoniorũ verò multis etiã ſeculis abſque ſcripta lege floruit. Nec iniuriâ. Conſuetudines enim nõ ferè poſſunt eſſe ambiguæ, nec aliqua lis oritur circa earum interpretationem, quia omnibus ex æquo notæ ſunt: quod in ſcriptis legibus longè ſecus ſe habet. Quid quòd nulla vnquàm lex (Iuliano iuriſconſulto atteſtante) ita ſcribi poteſt, vt omnia, quæ aliquãdo euentura ſunt, definiat & comprehendat? Si ergo per ſolas cõſcriptas leges Dei Ciuitas gubernaretur, in valdè magna parte eorum, quæ paſsim contingunt, quid faceret neſciret, quia legem de his loquentem non haberet. Imò ſi tantùm vna lex toti Reipub. neceſſaria eſſe poſſet, eaq; ipſa ſcriberẽtur à prudentiſsimis viris, ac ſingulis annis ab orbe condito nouæ interpretationes eidem adderentur: tamen nunquam eueniret, vt ea lex tam plenè interpretata foret, quin cauſæ nouæ poſſent interuenire, ob quas & lex, & legis interpretatio nouam iterum poſtularet interpretationem: adeo & fœcunda eſt natura in ſuis euentis, & anguſtum ingenium humanum, & varia Iuriſperitorum ſententia, & verba tùm pauca, tùm ambigua. Quicquid enim ſcripſeris, ſemper manebit æquitati ſuus locus, & ſemper viua quadam voce opus erit, quæ legis mentem, cui nulla verba paria eſſe poſſunt, pro re nata pateſaciãt. Taménne Ciuitas Dei ſub tanta Euangelij luce, & tam copioſa Spiritus ſancti effuſione, ad ſolum ſcriptum ius reſtringitur?

Vide Pandectas Iuſtiniani De Legibus.

Vide Pomponium de origine Iuris in Pandectis

Plutarchus refert, Anacharſim (prudentem certè virum) vehementer operam Solonis irriſiſſe, quando eum intellexit leges Athenienſibus conſcriptas dare velle. *Quaſi verò* (inquit) ciuium iniuriæ ac cupiditates literis coërceri poſsint. Quinimo Scriptæ leges velut aranearũ telæ, debiles tantùm viros tenent implicatos, *à potentioribus verò ſtatim rumpuntur*. Et addit Plutarchus, rem in Athenienſium ciuitate eum exitum habuiſſe, non quem Solon ſperârat, ſed quem Anacharſis coniecerat. Contrà verò Lacedæmonij ex inſtitutione Lycurgi, legem, nec illam quidem nimis laudabilem, tulerunt, *vt ſcriptis legibus vti non liceret*. Quanquam enim præclarè conabatur Lycurgus, vt optima quæque inſtituta in mores ciuium ſuorum penitus inueteraſcerent, ac velut in animis ipſorũ inſiderent, & corroborarentur: non tamen opus fuit ſcriptionem ipſam tollere, quæ ſaltem admonere doctum virum poterat, qui alioqui cupidus officij præſtandi, quidnam illud eſſet, quod præſtare deberet, forſitan ignoraſſet. Itaque longè melius Ariſtoteles, qui ſcriptas leges non reprehendens, eas tamen præfert, quæ in mores tranſierunt. *Leges* (inquit) *quæ moribus, quàm quæ literis continentur, maiorem auctoritatem habẽt, & de rebus grauioribus ſunt*. Sed cùm neque Legum-latores, neque Philoſophi poſſent efficere, vt leges ipſorum, id quod maximè optabant, in perpetuam hominum conſuetudinem conuerterentur: ſolus extitit Chriſtus, qui dans de cœlo Spiritum Sanctum, *ſcripſit leges ſuas in cordibus noſtris:* atque ita perfectam, atque in æternum duraturam, omnibuſque numeris conſummatam Rempub. ſtabiliuit. Hoc autem ſacroſanctæ Legis genus cum omnibus regni cœlorũ ciuibus commune iam inde ab initio fuit, & per omnia tempora perſeuerat: cùm interim ſcriptæ leges in Ciuitate Dei non niſi poſt aliquot annorum millia inceperint, ex eoque nec ſemper extiterint, nec poſtquàm datæ ſunt, ab omnibus legi potuerint, quia permulti atque adeo plerique fideles viri tales literas neſciẽrunt. Cæterùm ne aliquid ad Reipub. noſtræ perfectionem deeſſet, acceſsit etiam per ſuas vices lex à Prophetis & Euangeliſtis perſcripta, quæ doctis viris materiam ſuppeditaret tùm ingenij exercendi, tùm alijs veritatem vberius prædicandi. *Sacræ enim literæ per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, poſſunt inſtruere nos ad ſalutem*. Cæterùm ne vllum Eccleſiæ Chriſti decus & ornamentum violentas Proteſtantium manus effugeret: de ipſa ſcripta lege, quam ſolam approbant, multos tamen libros deſecuerunt, & à Canone reiecerunt Tobiam, Heſter, Iudith, Sapientiam Salomonis, Eccleſiaſticum, & duos libros Machabæorum. Qua in re magis Iudæorum, quàm Eccleſiæ Chriſti Canonem approbârunt.

Vide Plutarchum in Solone.

Plutarchus in Lycurgo.

Politic lib. 3. cap. 12.

Heb 8.

Lex ſcripta.

2.Timoth.3.

His igitur duabus rebus iam conſtitutis: priore, quòd legem per Dei gratiam (Deum & Proximum diligendo) implere poſſumus: altera, quòd leges & inſtituta Chriſti partim ſcripto, partim non ſcripto iure ad nos peruenerunt: id reſtat iam quærendum, quæ pœnæ, aut quæ præmia ſint ijs, qui leges Dei vel violant, vel implent, conſtituta. Conuenit quidem Catholicis cum Proteſtantibus, pœnas violatarum legum eſſe ignem æternum, quia ſcriptum eſt, *Stipendium peccati, mors*. Verùm Proteſtantes negant, vitam æternam eſſe mercedem bonorũ operum, quia

Rom 6.

rum quia ibidem ſcribitur, *Gratia Dei vita æterna.* Quod Apoſtoli verbum ante nos ita intel-
In epiſt. 105. lexit S. Auguſtinus, vt dixerit: *Ipſa vita æterna, quæ meritis præcedentibus redditur, gratia nuncupatur, non ob aliud, niſi quia gratis datur: nec ideo, quia meritis non datur, ſed quia data ſunt & ipſa merita, quibus datur.* Ex his intelligimus, æternam vitam & eſſe mercedẽ, quia meritis præcedentibus redditur, & eſſe *gratiam*, quia merita, quibus redditur, gratis data ſunt. Iam ergo nos Aduerſarijs concedimus, *vitam æternam eſſe gratiam*, quia hoc Apoſtolus dixit: concedant & illi, vitam æternam eſſe mercedem, quia etiam hoc in Scripturis ſæpiſsimè legitur. Verùm quoniam id illi nolunt facere: proferamus aliquot loca ſacræ Scripturæ, ex quibus appareat, illos Euangelio Dei reſtitiſſe vſque adhuc. Etſi ergo poſtquàm totum quod in nobis eſt feci-
Luce. 17. mus, *nihil aliud fecimus, quàm quod facere debuimus, imò cum nihilominus ſerui inutiles futuri ſi-*
Pſal. 15. *mus* illi Domino, *qui bonorum noſtrorum non indiget*: tamen quoniam (vt ſcriptum eſt) *qui arat,*
1 Cor. 9. *in ſpe arare debet. & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi triturare: vt labor noſter non eſſet inanis*
1. Cor 15.
2. Paralip. 15 *in Domino, ſed eſſet operi noſtro merces*: placuit Domino, cui plus debemus, quàm vnquam ex nobis perſoluere poteramus, ſecũdùm diuitias bonitatis ſuæ ſeipſum nobis debitorem conſti-
Matth. 19. & 20. tuere, ac velut *operarios in vineã ſuam mittere conuentione prius facta ex denario diurno*, id eſt, ex
Gen. 12. 15. & 17. vita æterna. Hinc ad Abraham, *quem egredi iuſſerat de terra & de cognatione ſua*, dixit: *Noli timere Abram, Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Et pòſt: *Ambula coram me, & eſto perfectus, ponamq́ fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis.* Deũ autem eſſe mercedem noſtram, nihil eſt aliud, quàm vitam æternam eſſe mercedem noſtram,
Ioan. 17. *Quia hæc eſt* (inquit Chriſtus) *vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verũ, & quem miſiſti Ie-*
Lucæ. 10. *ſum Chriſtum.* Itaque cum Legiſperitus quidam diceret Chriſto: *Quid faciendo vitam æternam poſsidebo? At ille dixit ad eum: In Lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille reſpondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitq́ illi, rectè reſpondiſti: hoc fac, & viues.*
Matth. 19. Et iterum, iuueni cuidam de eadem re interroganti, dixit: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua man-*
Matth. 5. *data.* Et ad Apoſtolos ſuos: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum: beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram. Denique beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam*
Rom. 8. *ipſorum eſt regnum cælorum.* Quanquàm igitur *non ſunt condigna paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*: tamen quia placuit Deo promittere vitam æternam & ijs qui perſecutionem propter nomen eius paterentur, & illis qui ſeruarent mandata ipſius, &
Heb. 10. quoniam (vt Apoſtolus ait) *fidelis eſt qui repromiſit*: neceſſariò iam fatendum eſt, vitam æternam eſſe mercedem promiſſam illis, qui patiuntur mala, vel operantur bona. Merces autem dicta eſt à merendo, nec alijs datur, quàm ijs qui eam merentur. Cùm ergo vita æterna ſit mer-
Rom. 3. ces nobis bene operantibus promiſſa, & ab eo, *qui ſolus verax eſt*, conſtituta: quis, niſi infideli deterior, negauerit, nos bonis operibus, quæ abſque fide nunquam ſunt bona, mereri vitam æternam? Vtrum enim, quia Deus gratis dat nobis gratiam qua bene operemur, ideo nõ meremur vitam æternam illis operibus, tùm quibus ille promiſit vitam æternam, tùm quæ ille ta-
Ioan. 4. lia fecit, vt vitam æternam mererentur? *Fons enim gratiæ, qui factus eſt in nobis*, de cœlo de-
Iacob. 1. ſcendit, quia *omne datum bonum de ſurſum eſt deſcendens de Patre luminum.* Porrò hæc eſt aquæ viuæ ac ſcaturientis natura, vt non minus altum locum petat, quàm is eſt vnde oriebatur. quò
Ioan. 4.
Ioan. 7. reſpiciens Saluator, ait: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Et iterum, *qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu ſancto, quem accepturi erant credentes in eum.*

Ob duplicem igitur cauſam opera noſtra in gratia Dei facta merentur vitam æternam, & quia Deus promiſit vitam æternam ijs qui mandata ſeruarent, & quia cùm Spiritum ſanctum credentibus daret, talem in illis fontem operatus eſt, vt haberent domi ſuæ, vnde poſſent vitã
Rom. 8. æternã promereri, *ſi tamen Spiritus Dei habitaret in illis*, & non eum contriſtarentur per mala
1. Tim 1. opera ſua. Inde Paulus dicit: *Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſer-*
Heb. 10. *uare in illum diem.* Et iterum: *Nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis promiſsionem.* Quid potuit planius dici? Voluntatem Dei facientes reportabunt promiſsionem. Quam, ob-
1. Tim. 4. ſecro, promiſsionem, niſi vitam æternam? De hac enim idem Paulus alibi dixerat: *Exerce teipſum, ô Timothee ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ quæ nunc eſt & futuræ. fidelis ſermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deum viuum, qui eſt Saluator*

omnium

omnium hominum, maximè fidelium. Vita igitur, quæ futura eſt, exercitationi pietatis, & la-
bori Fidelium promiſſa eſt. Vnde iterum legimus in eadem Epiſtola ad Hebræos: *Non ſegnes* Heb. 6.
efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide & patientia hereditabunt promiſsiones. Et alius Apo- Iacob. 4.
ſtolus ait, *Deum vitam æternam promiſiſſe diligentibus ſe*: diligentibus, inquam, & non tantùm
credentibus. Hæc eſt etiam *plena merces*, de qua Ioannes ait: *Videte voſmetipſos, ne perdatis* 2. Ioan.
quæ operati eſtis, ſed vt mercedem plenam accipiatis. Itaque Chariſsimi (inquit Apoſtolus) *cum*
metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Nunquid ſalus noſtra, vita æterna non eſt? D. au-
tem Iacobus cùm dixiſſet, *Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm*: poſtea ſubiecit, *Qui* Iacob. 1.
autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed fa-
ctor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Quid eſt aliud *beatum eſſe*, quàm vitam æternam adipi-
ſci? Quid autem aliud eſt *factorem operis in facto ſuo beatum eſſe*, quàm factorem operis propter
ipſum illud quod facit, vitam æternam adipiſci? Itaque Paulus de ſeipſo in hunc modum ſcri-
bit: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliqua repoſita eſt mihi coro-* 2. Tim. 4.
na iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus Iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui
diligunt aduentum eius. Certanti, hoc eſt, operanti reponitur corona, & illa non gratiæ tan-
tùm, ſed etiam *iuſtitiæ*, neque ſolùm danda, ſed & *reddenda*, nec reddenda modò à Domino
Saluatore, ſed à Domino *iudice*, & *iuſto iudice*. Nec tantùm Paulo reddenda, ſed *& alijs qui*
diligunt aduentum Chriſti. Quid multis? *Deus* (inquit Paulus) *reddet vnicuique ſecundùm ope-* Rom. 2.
ra eius, ijs quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem
quærunt, vitam æternam: ijs autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, cre-
dunt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operan-
tis malum, Iudæi primùm & Græci: gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo pri-
mùm & Græco. Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quicunque enim ſine lege peccaue-
runt, ſine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim audito-
res legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. In his verbis clariſsimè dicitur,
vitam æternam ijs non dari tantùm, ſed etiam *reddi, qui bene operantur ſecundùm patientiam*, ſeu
ijs qui perſeuerant in bene operando.

Atque vt nec id quidem prætermittamus, non ſolùm vita æterna dabitur ijs, qui operan-
tur bene vſque ad finem, ſed etiam qui bene operantur, & poſſunt, & debent vitam æternam
expectare, tanquam mercedem operibus ſuis à Deo præparatam. Paulus enim docet, Deum
vitam æternam redditurum ijs, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorru-
ptionem quærunt, ijs inquam, *qui gloriam quærunt*, ſicuti de Moyſe ſcriptum eſt, *quòd impro-* Heb. 11.
perium Chriſti prætulit theſauris Aegyptiorum. Cur ita? *Aſpiciebat enim in remunerationem.* Imò Heb. 12.
ſi Chriſtus ipſe *propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis*
Dei ſedet: ſi Paulus *ſic currebat, non quaſi in incertum, ſed ad brauium ſupernæ vocationis Dei ſe-* 1. Cor. 9.
ipſum extendebat, & toto niſu ſequebatur, vt comprehenderet: ſi *alios hortatus eſt ſic currere, vt com-* Philip. 3.
prehenderent, idque, *non corruptibilem, ſed incorruptam coronam*: Si Iob dicebat, *diem hominis* 1. Cor. 9.
ſuper terram eſſe ſicut diem mercenarij, qui præſtolatur finem ſeu mercedem operis ſui: qua mente, Iob. 7.
aut quo ſenſu præditi ſunt, qui perhibent, nos mercedem noſtram præſtolari non debere, aut
proſpicere in authorem fidei & conſummatorem Ieſum, atque ad illius exemplum propoſito no- Heb. 12.
bis æternæ vitæ gaudio ſuſtinere crucem, confuſione contempta, & cum Apoſtolo Paulo cæ-
teriſque iuſtis non modò currere, vt brauium incorruptæ coronæ toto niſu ſequamur, verùm
etiam ſic currere, vt comprehendamus?

Duo iam mihi ſuperſunt explicanda. Prius eſt, quæ ſacra ſint præcepta in Ciuitate Dei:
alterum, qui Magiſtratus, & quæ totius Reipub. forma ſit conſtituta. De Sacris omnibus
ſigillatim non agam, quia infiniti laboris id eſſet. Quid enim poteſt in Ciuitate Sanctorum eſ-
ſe, quod ſacroſanctum non ſit? Agam igitur tantùm de ſummo genere Sacrorum, hoc eſt, de
ſacrificio Publico, & de Sacerdotibus qui ad eam rem conſtituti ſunt. Nec iam perſequar il- Iſaiæ 66.
la, quæ vel Iſaias, & Ieremias de externis Sacerdotibus: vel Salomon & Malachias de mun- Ierem. 31.
do & incruento Sacrificij noſtri genere, tot ſeculis ante aduentum Chriſti prædixerunt. Non Prouerb. 9.
repetam iam inde à iuſto Abele, aut à Melchiſedech Sacerdote Dei Altiſsimi, quomodo aut Malach. 1. Gen. 4.
ille prius faciendo ſacrum de agnis ſuis, ac deinde patiendo mortem in carne ſua, ex duplici
genere Sacrificij, tam Sacrificium Cœnæ Dominicæ, quàm Sacrificium Crucis Chriſti, ſi-
gnificantiſsimè repræſentârit: aut etiam quomodo Melchiſedech à vino & pane, antiqua Sa- Geneſ. 14.
cerdotij ſui materia quam ipſe protulerat, ſubitò tranſiuit ad benedicendum Abraham, & ad

 offeren-

offerendum illum Deo in gratiarum actionem pro victoria ipſius. Nec denique immorabor
Exod. 12. in ea re explicanda, quòd Euchariſtia eſt *nouū Phaſe* nouæ Legis, id eſt, *Sacrificium tranſitus Do-*
Ioan. 11. *mini*, & quidem tantò nobilius vetere Iſraëlitarum Paſchali Agno, quantò maior eſt Chriſtus
Lucæ. 22. Moyſe, & veritas figura. Atque hæc ſanè omnia in ſtatu Noui Teſtamenti apertiſsimè vide-
mus per Euchariſtiæ celebrationem impleri. Illud tantùm dicam hoc tempore, Deum adeo
Gen. 22. mirabiliter (ſicut olim Abraham propheticè dicebat ad filium ſuum Iſaac) prouidiſſe ſibi de
Euchariſtiā victima, vt ipſi Proteſtantes, qui nihil aliud agunt, quàm vt Sacrificium publicum de Eccleſia
eſſe publicū tollant, aliud in Euchariſtia celebranda agere non poſsint, quàm vt Sacrificium publicum in
Sacrificium. Eccleſia ſtabiliant.

Illud primum conſtat inter omnes, Sacrificium quod Chriſtus in Cruce peregit, fuiſſe pu-
1. blicum & externum opus, *in quo ſeipſum obtulit Deo, factus propitiatio pro peccatis totius mundi.*
Epheſ. 5. *Extra portam enim paſſus eſt* in conſpectu omnium: & dum in Cruce penderet, pro crucifixo-
1. Ioan. 2. ribus ſuis, qui neſcirent quid facerent, palàm orauit, ac demum magna voce exclamans,
Heb. 13. Lucæ. 23. dixit: *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum*: quod opus expirationis ſuæ, fuit ipſa per-
2. fectio & conſummatio totius Sacrificij Propitiatorij. Quò autem vnumquodque aliud ex-
ternum & publicum opus ad illud Sacrificium propitiatorium, quod Chriſtus in Cruce per-
egit, propiùs accedit: eò veriùs cum vera publici & propitiatorij Sacrificij natura neceſſa-
riò communicat. Per illud enim, quod primum eſt in quoque genere, cætera eiuſdem gene-
ris metiri debemus. Sacrificia verò omnia, quæ in vera Religione Deo fiebant, imaginem ali-
3. quam propitiatorij Sacrificij, quod Chriſtus in Cruce obtulit, ſemper geſſerunt. Ex quo fa-
Leuit. 4. & 9. ctum eſt, vt aliqua illorum dicerentur *pro peccatis & pro delictis offerri*: non certè quòd ipſa poſ-
ſent expiationem peccatorum ex ſe operari, ſed quòd eius rei ſignum erant. Euchariſtia pro-
4. piùs accedit ad repræſentandam mortem Domini per opus publicum quod in ipſa fit, quàm
Ioan. 1. vlla veterum Leuitarum ſacrificia. Nam cùm illa per Moyſen data fuiſſent, hæc inſtituta eſt
per Chriſtum. Illa figurabant mortem Domini potiùs in prædeſtinatione Dei, & iuſtorum fi-
de, quàm ex vlla ſatis aperta ratione quæ in celebratione ipſorū cōteſtata fuit. Verùm Eucha-
riſtia palàm vocatur *Corpus quod pro nobis datur, & ſanguis pro nobis fuſus in remiſſionem peccato-*
Lucæ. 22. *rum.* Illa igitur futuram veritatem obſcurè obumbrabant: hæc præteritam, imò & præſentem
Heb. 10. veritatem *per ipſam rerum imaginem* exprimit. Illa pertinebant ad vetus Teſtamentum, quod
Exod. 24. in ſanguine animalium erat ſtabilitum: Euchariſtia pertinet ad nouum Teſtamentum, quod
Sanguine Chriſti confirmatur. Vnde Calix Euchariſtiæ appellatur *ſanguis noui Teſtamenti*, vel
Matth. 26. etiam *Nouum Teſtamentum in Sanguine Chriſti*, vt Lucas & Paulus loquuntur. Euchariſtia
Lucæ. 22. 1. Cor. 11. igitur (vt iam loquar ſecundùm errorem Zuinglianorū) ſaltem eſt Imago Sacrificij verè propi-
tiatorij. Idq; propter neceſſariam relationem, quam ex forma verborū Domini ad ſacrificiū in
Lucæ. 22. Cruce peractū habet. Quid enim aliud ſignificant hæc verba, *Hoc eſt corpus meū quod pro vobis*
datur, quàm, hoc eſſe Corpus Chriſti, aut hoc ſignificare Corpus Chriſti, nō modò qua ratione
Corpus Chriſti eſt, verùm qua ratione pro nobis datum & ſacrificatū fuit? Euchariſtia igitur
propriiſsimè ſacrificati Corporis Chriſti ſignum eſt, ſignū, inquam, à Chriſto *Sacerdote ſummo*
Heb. 7. *ſub hora Sacrificij veſpertini poſt cœnam Paſchalis Agni, in pane & vino Melchiſedech Sacerdotis Dei*
Exod. 12. *Altiſsimi, penè in ipſo mortis Domini agone, ad eandem mortem annuntiandā per gratiarum actionem*
Gen. 14. Matth. 26. *& benedictionem, inſtitutum.* Et ſignum tale, à tali Sacerdote in tali materia, ſub tali hora, poſt
1. Cor. 11. talem Cœnam, in tali articulo inſtantis mortis, ſub tali forma verborum, ad finem talem id eſt,
ad mortem Domini tali modo, id eſt, opere publico, per miniſterium etiam publicum annunti-
andam, adeo ſolenniter inſtitutum, non erit tamen publicum Sacrificium? Quid ergo erit?
Sacramentum, inquiunt. Equidem fateor, Euchariſtiam Sacramentum eſſe, quia omne Sacri-
ficium eſt etiam Sacramentum, id eſt, ſignum rei ſacræ, nimirum Dominicæ mortis. Quod
ergo veritatis aut honoris Sacramentarij tribuunt Euchariſtiæ, dum illam credunt Sacramen-
tum eſſe, idem ipſum tribuimus & nos. Verùm nos præterea huic Sacramento honorem Sa-
Quomodo Sacramentū differat à Sacrificio. crificij publici tribuimus, quod non faciunt illi. Sacramentum autem in eo differt à Sacrificio,
quòd Sacramentum *nobis* tantùm diuinitus *datur*: Sacrificium verò & nobis datur, & etiam
pro nobis. Sacramentum, quod nihil niſi Sacramentum eſt, in vſu tantùm ſacro conſiſtit: nec
prius aut diutius eſt Sacramentum, quàm dum accipienti adminiſtratur. Baptiſmus enim tunc
Matth. 28. demū eſt Baptiſmus, quando inuocatur nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſuper eum, qui
eodē tempore aqua tingitur. Præterea quod tantùm eſt Sacramentū, non poteſt cuiquā à ſe ipſo
miniſtrari, ſed ab altero, qui perſonam Chriſti gerit, accipiendum eſt, vt admoneatur is, qui

Sacramen-

Sacramentum accipit, ſe conſequi ſalutem ſuã non à ſe, verùm aliunde, hoc eſt, à Chriſto Ieſu.
Et ideo publici Miniſtri & *Myſteriorum Chriſti diſpenſatores* conſtituti ſunt. 1.Cor.4.

Iam ſi demonſtrauero Euchariſtiam, etiam ſecundùm Sacramentariorum opinionem, &
pro nobis offerri debere, & ſignificare mortem Domini, antequàm eo Sacramentarij vtantur, &
præterea participari, non ab alterius lingua & manu, ſed ab ipſo Miniſtro Sacramentariorum
per ſuam ipſius manum & adminiſtrationem ſibi ipſi factam: nónne adhuc multò fortius ex
ipſorum Proteſtantium principijs factiſque publicis euicero, Euchariſtiam Sacrificium publi-
cum eſſe? Oſtendamus primum, quòd Euchariſtia pro nobis offertur, & non tantùm nobis
datur. Euchariſtia ob id potiſſimùm inſtituta eſt, vt eſſet ſignum Sacrificij verè propitiatorij,
hoc eſt, vt ſignificaret Corpus Chriſti pro nobis datum eſſe vſque ad mortem. Nam & forma
verborum Chriſti, per quam Myſterium operatus eſt, & finis totius operis huc tendunt. *Hoc* Lucæ 22.
eſt, inquit, *corpus meum, quod pro vobis datur*: Et, *Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro* Matth.26.
multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Et demum ſubiunxit, *hoc facite in meam comme-* 1.Cor.11.
morationem. Cùm igitur Euchariſtia ex principali propoſito Saluatoris, gerat imaginem &
ſimilitudinem Corporis dati pro nobis, & Sanguinis fuſi pro nobis: vtiq; ipſa Euchariſtia pro
ea ſimilitudine, quam ab illa Saluatoris morte accepit, etiam pro nobis aliqua ratione datur.
Si enim nullo pacto daretur pro nobis, nec ſignũ quidem omnino eſſet Corporis dati pro no-
bis. Nam quomodo illa oblatio Crucis pro nobis facta exprimeretur in Euchariſtia, ſi Eucha-
riſtia nullo modo offerretur? Poteſtne Sacrificium publicum & propitiatorium per id princi-
paliter & dedita opera ſignificari, quod nihil in ſe habet, quo tale aliquid ſignificet? Certè
ipſi Proteſtantes fatentur, Euchariſtiam ſignificare *Corpus datum pro nobis*, & *ſanguinem fuſum
pro nobis*. Ipſa igitur Euchariſtia gerit aliquam Corporis dati ſimilitudinem, ſecundùm quam
etiam ipſa non quidem in tota rei veritate, ſed in aliqua eius ſimilitudine datur atque offertur
pro nobis. Nam *ſi vitulus olim pro peccato Aaronis immolari dicebatur*, & tamen non ob aliud Leuit.9.
id fiebat, quàm quòd is vitulus figura eſſet futuræ mortis Chriſti, in qua verè fieret immolatio
pro peccatis noſtris: quantò magis Euchariſtia, quæ eiuſdem Chriſti mortis multò præſtantior
figura eſt, offerri etiam pro nobis & poteſt, & debet? *Nec vtique mentitur* (inquit Auguſti- Auguſtin. in
nus) *qui interrogatus reſponderit, Chriſtum (qui ſemel immolatus eſt in ſeipſo) omni die populis in* Epiſt.23.
Sacramento immolari. Hoc autem de nulla re alia, quæ tantùm eſt Sacramentũ, verè dici poſſet.
Nec enim Chriſtus pro nobis in Baptiſmo immolari vlla ratione dici poteſt. Licet enim Ba-
ptiſmus figuram quandam Dominicæ mortis gerat, dum is qui moritur prioribus peccatis, con- Rom 6.
ſepelitur cum Chriſto, vt poſtea reſurgens cum illo per nouitatem vitæ ambulet: tamen ne-
que illud ſignificatur per verba, quibus in baptizando vti Chriſtus iuſsit, neque ille præcipuus
eſt finis Baptiſmi, vt mors Domini & reſurrectio ſignificetur, ſed potius vt per Spiritũ ſanctũ
intus renouetur is, qui foris abluitur aqua, ideoque Baptiſmus non à Chriſti morte, ſed à noſtra
exteriore tinctione, & interiore mundatione, *regenerationis & renouationis*, atque adeo Bapti- Ioan.4
ſmi, ſeu lotionis nomen accepit. Neq; verò circumciſio vnquam habita eſt Sacrificium, etiãſi Tit.3.
dum illa celebraretur, ſanguis eius qui circũciſus erat, fundebatur. Cùm ergo Euchariſtia lon- Actor 2.
gè ſuperet alia Sacramenta, in propinquitate quam habet ad mortẽ Chriſti, adeo vt oblationis & Ephe 5
Sacrificij nomen iam inde ab Apoſtolorum temporibus ei tributũ ſit, cumq; per ea verba pri- Vide Irenæ. lib 4.cap.32.
mùm inſtituta ſit, quæ *Corpus Domini pro nobis datũ* enunciant, & multò ſignificantius Crucem Et Iuſtinum Martyrem in
Domini repræſentet, quàm omnia vel naturæ, vel Moſaicæ legis Sacrificia: fieri non poteſt, vt Tryphone.
ſimilitudinẽ atq; imaginẽ Sacrificij Crucis ex eo ſolo, quòd Sacramentum eſt, implere poſsit.
Nam ſi Leuitica munera, quæ in rei veritate minus ſimilia erant Chriſti ſacrificio, tamen pu-
blici Sacrificij, ac non ſolùm Sacramenti nomen honoremq; participârunt: quantò magis Eu-
chariſtia & Sacrificium publicum verè erit, & pro nobis dari atque offerri dicetur?

Deinde cùm Sacramenti ratio poſtulet, vt neq; prius neque diutius ſacræ rei ſignũ ſit, quàm
dum celebratur: oſtendemus iam Euchariſtiæ proprium eſſe, vt ſignificet mortem Chriſti, an-
tequam ab vllo mortalium participetur. Chriſtus enim de pane, quem Apoſtoli nondum ac-
ceperant, dixit, *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur*. Ponamus nunc eum voluiſſe di- Luc.22
cere, Hic panis ſignificat corpus meum pro vobis datum. Tamen cùm hoc non interim,
dum panis comeditur (quæ comeſtio eſt huius Sacramenti vſus, vt lotio eſt vſus Baptiſmi)
ſed antea dicatur: certè fatendum eſt, non ſolùm Sacramenti, verùm etiam Sacrificij ratio-
nem in Euchariſtia obſeruatam eſſe. Nam Euchariſtia ſignificat mortem Chriſti, antequam
percipiatur à Fidelibus. Huc etiam ſpectat *gratiarum actio*, quam Dominus ſtatim poſt Matth.26.

 acceptum

acceptũ panem peregit, vt oſtenderet ſe non ſolùm Deo potiſsimùm id quod ageret dedicare, ſed etiam ſe dedicare illi rem externam per opus & *benedictionem externam*. Tum autem
1.14. ſequitur *fractio* panis benedicti, quæ etiam ipſa repræſentat Dominicæ carnis fractionem per flagella ſuſceptam. Eſt igitur in ipſo pane, & non tantùm in nobis qui panem illum poſtea comedimus, annunciatio mortis Domini. Nam & prius frangitur cœleſtis ille panis, quàm manducetur, & prius mortem Domini ſignificat, quàm frangatur. *Panis quẽ frangimus* (inquit Paulus)
1 Cor.10. *nonne communicatio Corporis Domini eſt?* Præterea cùm Paulus Domini Calicem nominat *Calicem benedictionis*, quid aliud quàm docet nos per ipſum calicem Deum laudare, eique gratias agere, prius etiam quàm vllus de Calice bibat? Nec tantùm dicit, *Calicem Domini Calicem Benedictionis eſſe*, verùm etiam addit, *cui benedicimus*: vtique oſtendens, quòd Chriſtus Calici, hoc eſt, liquori quem calix continebat, benedixit, dum adhuc in Calice eſſet liquor. Imò idem Paulus & Lucas verba, quibus calix benedicebatur, ita enunciant: *Hic Ca-*
Lucæ 22. 1.Cor.11. *lix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine*. Verba nunc, vt libet, accipite: Id interim efficitur, vt *Calix*, id eſt, liquor in calice contentus, vel ſit, vel ſignificet nouum Teſtamentum in Chriſti ſanguine, dum adhuc in Calice eſt. Iam præcipuus rei cuiuſque vſus ille
Ioan.6. eſt, quem primùm accipit, dum verba Domini (*quæ vtique ſpiritus & vita ſunt*) elementis applicantur. Ac in cæteris omnibus Sacramentis verba Chriſti ad homines pertinent. *Ego te baptizo* (inquit miniſter Chriſti) *ego te abſoluo, te vngo, aut confirmo. Accipe in poteſtatem offerendi: vel te accipio in vxorem, virúmue meum*. In ſola Euchariſtia, Domini verba non referuntur ad hominem, ſed ad elementa ipſa. Nam illud verbum: *Hoc eſt corpus meum*, ad panem refertur: *Hic eſt ſanguis meus*, ad Calicem refertur. Præcipuus ergo & primus huius panis & calicis vſus eſt, vt ſignificet Domini mortem & ſanguinem in ſe, antequam ab hominibus ſumatur.

Quemadmodum igitur alia Sacramentorum verba operantur in hominem, qui baptizatur, vel cui manus imponuntur: ſic verba Euchariſtiæ operantur in res propoſitas, id eſt, in panem & vinum. Et quid tandem operarentur in has creaturas verba Chriſti, niſi quod ſignificant? Verba enim nullo alio modo, quàm per ſignificationem ſuam operari poſſunt. Significant autem verba Chriſti, hoc, quod prius erat panis, iam per ipſius benedictionem eſſe Corpus ſuum: nec id tantùm, ſed *Corpus ſuum pro nobis datum*: id eſt, ea ratione ſuum corpus eſſe, qua id Sacrificium eſt. velut dixiſſet, ſuum Corpus hoc eſſe in quodam typico & figurali immolationis modo. Hinc meritò credimus, ſubſtantiam panis & vini conuerti in ſubſtantiam Corporis & Sanguinis Chriſti, tùm quia ſic nobis tradiderunt Patres antiqui, quos hoc ab Apoſtolis accepiſſe nõ dubitamus: tùm quia hæc verba Chriſti, *Hoc eſt corpus meum*, &, *Hic eſt ſanguis meus*, cùm operatoria ſint, & in elementa propoſita operentur, non aliter vtique nunc operantur, quàm ignis in altari Leuitarum accenſus in vetera ſacrificia olim operaba-
Pſal 118 tur *Ignitum enim eſt eloquium Domini*. Ignis autem proprium eſt, conuertere id, ad quod acce-
Chry. de Euchariſtia in Encænijs. dit, in ſuam naturam. Vnde D. Chryſoſtomus de Myſterijs ait: *Num panem vides? Num vinum? Num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? Abſit. Ne ſic cogites. Quemadmodum enim ſi cera igni adhibita illi aſsimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet, nihil ſuperfluit: ſic & hic puta myſteria conſumi Corporis ſubſtantia*. Præterea ſi hoc, quod demonſtratur à Chriſto, eſt corpus eius, vt ipſe dicit: mox conſequetur, vt nec ſit lapis, nec agnus, nec vitis, nec panis, nec vinum, nec aliquid aliud à corpore Chriſti ſeparatum, ſed tantum Chriſti Corpus, & Chriſti Sanguis. Ex quo inferri poteſt, panis & vini ſubſtantiam nõ ſecùs abijſſe in carnem & ſanguinem Chri-
Ioan.2. ſti, quàm *aqua in Cana Galilea vinum facta eſt*, licet ſpecies panis & vini maneant, vt inde oſten-
Heb 7. datur, hoc Sacrificium pertinere ad religionem & cultum illius, *qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech*.

1.Cor.11. Iam verò etiam illa verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, cùm ſint ſtatim adiecta poſt horum verborum enunciationem (*hoc eſt corpus meum*) profectò prius docent Corpus Domini faciendum eſſe, quàm comedendum, ad mortis Dominicæ commemorationem. Atque ideo in illis verbis meritò dicimus, principaliter præcipi corporis Domini confectionem: vt per corporis quod moriebatur præſentiam, mors ipſa quàm ſignificãtiſsimè repræſen-
Lib 4. aduerſus hæreſes. tetur. Hinc illud Irenæi: *Quando mixtus Calix & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucha-*
Aduerſus Marcion. li. 4 *riſtia Corporis & Sanguinis Chriſti*. Hinc Tertullianus dicit: *Acceptum panem & diſtributum Diſcipulis Corpus ſuum illum fecit, dicendo: Hoc eſt corpus meum, id eſt, figura corporis mei*. Et Am-
De iis qui initiant. c.9. broſius: *Sacramentum iſtud, quod accipis, Chriſti ſermone conficitur*. Et iterum, *Hoc quod confi-*
cimus,

cimus, corpus ex Virgine &c. *Abſit* (inquit Hieronymus) *vt de ijs quicquam ſiniſtrum loquar, qui* Ad Hellodorum
Apoſtolico gradui ſuccedentes, Christi corpus ſacro ore conficiunt. Et Chryſoſtomus: *Non homo* De proditione Iudę.
eſt, qui Corpus Chriſti facit & Sanguinem, ſed ille qui crucifixus eſt pro nobis Chriſtus. Sacerdotis ore
verba proferuntur, & Dei virtute conſecrantur & gratia. Hoc eſt enim, ait, corpus meum: hoc verbo Propoſita
propoſita conſecrantur. *Denique* Auguſtinus ait: *Panis noſter & Calix certa conſecratione myſticus* conſecrantur .i. panis &
fit nobis, non naſcitur. Hi omnes dicunt, confici Euchariſtiam, non ſumptione rerum, ſed pro- vinum.
nunciatione verborum. Dicunt, *Panem & Calicem percipere verbum Domini, panem fieri Cor-* Cōtra Fauſt. Manich. lib.
pus, conficî corpus Chriſti, & res propoſitas conſecrari, & corpus Chriſti ore Sacerdotis confici, & panem 20. cap. 13.
fieri myſticum nobis. Primus ergo & præcipuus Euchariſtiæ vſus eſt in confectione ipſius my-
ſterij, antequàm à nobis percipiatur. Quòd profectò non eueniret, niſi quia Euchariſtia Sa-
crificium etiam eſt, & non modò Sacramentum. Ex eo enim quòd Sacrificium eſt, confectio
eius prius ad Dei cultum & honorem refertur, quàm ad noſtram ſanctificationem: vt implea-
tur verbum Domini quo per Malachiā prædixit, *In omni loco mūdam oblationem offerendam eſſe* Malach. 1.
nomini ſuo quia magnū eſt nomen eius in Gentibus. Et egit eo in loco Malachias de publicis Sa-
crificijs tam Iudæorum quàm Gentium, vt ex ipſa verborum lectione cuiuis conſtare poteſt.
Iam verò cùm omne Sacrificium pacificū debuerit etiam ab alijs participari: ſecundarius Eu-
chariſtiæ vſus eſt, vt participetur à fidelibus Chriſtianis Et quia non eſt nudum Sacramētum,
ſed præterea Sacrificium, quod Chriſtiani participant: hinc Apoſtolus dixit, *Quotieſcunque* 1. Cor. 11.
manducabitis panem hunc, & Calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. Exod. 12.
Annuntiatio mortis Domini per comeſtionem, eſt tale Sacrificium, quale tota multitudo fi-
liorum Iſraël offerebat, dum comederet Agnum Paſchalem antea immolatum. *Qui enim com-* 1. Cor. 9.
edunt hoſtias, participes fiunt Altaris, & quia non comeditur victima vel ſacrum quodcunque
epulum, donec oblatio peracta ſit, neceſſe autem ſit, vt illa caro, quæ velut ſacrificata come-
ditur, prius fuerit immolata per mortem: hinc Apoſtolus ait, eos qui comedunt non quemli-
bet, ſed *hunc panem*, qui prius eſt factus Domini corpus, annunciare Domini mortem. Nam
ipſa comeſtio rei vſque ad mortem conſecratæ, annunciat mortem ex neceſsitate præceden-
tem. Videmus igitur ante ſacramentalem Euchariſtiæ comeſtionem multa præcedere, quæ de-
monſtrant Sacrificium eſſe quod agitur. Præterea tàm Zuingliani quàm Lutherani hoc more
vtuntur, vt eorum miniſtri, quos ad Euchariſtiam diſpenſandam conſtituunt, ſibi ipſis mini-
ſtrent panem & poculum. Cæterùm ſi Euchariſtia nihil niſi Sacramentum eſſet, nemini lice-
ret ſibi ipſi hoc miniſtrare, ſicut nemo ſe vnquam iure circūcidit, nemo ſe baptizauit, nemo ſe
vnxit, nemo ſibi manus impoſuit. At in eo Sacramento participando, quod præterea Sacrifi-
cium ſit, ſecùs ſe res habet, propterea quòd, cùm Sacrificium Deo prius dedicatum atque in
vſu illo cœleſti & præcipuo perfectum & abſolutum fuerit: qui iam deinceps illius partem tu-
lerit, non id ſumit, quod tunc perficiendum aut conſecrandum in ſe reſtet, verùm quod prius
conſecratum & perfectum erat in ipſo Diuini Sacrificij vſu. Eſt autem omne Sacrificium etiā
Sacramentum, quia tam hoc quàm illud rei ſacræ ſignum eſt. Sed non omne Sacramentum
eſt continuò Sacrificium. Qui ergo ſumit partem Sacrificij alicuius, vtiq; Sacramentum verè
ſumit: ſed tale Sacramentum, quod ſimul ſit Sacrificium. Et quia dignior eſt ratio Sacrificij,
quàm Sacramenti: propterea non tam conſyderatur tale Sacramentum ſub Sacramenti, quàm
ſub Sacrificij ratione. Vnde Sacerdos, qui prius Deo ſecundùm eius legis ritum cui ſeruit, ſa-
crum facit, licitè poſtea ipſe non ab alio, ſed per ſeipſum ſumit tale Sacramentum: velut quod
non iam incipiat Sacramentum eſſe, quando ab ipſo ſumitur, verùm quòd tunc factum ſit Sa-
cramentum, quando ad honorem Dei conſecratum erat.

Hinc etiam Iuſtinus Martyr, qui tam propinquus fuit Apoſtolicis temporibus, teſtatur In Apologia. 2.
antiquiſsimæ Eccleſiæ vſum hunc fuiſſe, vt poſtquàm panis & vinum per Pontificem fuiſſent
cum gratiarum actione conſecrata, & ab ijs, qui aderant, participata: eadem ad alios qui abe-
rant, per Diaconos portarentur: cùm tamen ex Niceno Conſilio certum ſit, Diaconos Can. 14.
non habuiſſe ius conſecrandi ſeu offerendi. Vt planè videas ſemper Euchariſtiam velut Sacri-
ficium, & non velut merum Sacramentum habitum eſſe, hodieque ex neceſsitate rei, licet
non ex opinionis aſſenſu, eodem modo apud Proteſtantes haberi. Nam quòd iidem Prote-
ſtantes clamitant, nos derogare vnico Crucis Chriſti Sacrificio, qui aliud aliquod propitia-
torium Sacrificium conſtituimus: reſpondemus, annuntiationem mortis Chriſti, quocunque
modo in fide non ficta fiat, propitiatorium Sacrificium neceſſariò eſſe. Nam qui recolens Do-
mini paſsionem dolet de peccatis in tam benignum Redemptorem commiſsis, ac ſimul petit

 illa ſibi

illa ſibi remitti: profectò ſacrificat Sacrificium iuſtitiæ, & propitium ſibi Deum intus facit, quia ſcriptū eſt: *Sacrificiū Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*. Qui verò Domini charitatem in morte ipſius erga nos exhibitam publicè laudat, eiq; gratias agit, vel etiam inde commouetur, vt proximo ſuo Eleemoſynam vel corporalem, vel ſpiritalem det: is etiam offert Deo *hoſtias laudis & beneficentiæ, quibus Deum conciliari ſeu promereri* Apoſtolus dicit.

Pſal. 50.

Heb. 13.

Cum ergo id opus externum & publicum quod Chriſtus inſtituit, quodq; nomen & imaginem gerit Corporis dati pro nobis, & Sanguinis fuſi pro nobis, non poſsit minoris pretij eſſe, quàm id quod nos authoritate priuata vel in corde noſtro domi, vel in opere foris peragimus: non temerè opinor dicimus, Euchariſtiam ex vi eius quod fit, Sacrificium eſſe in ſuo genere propitiatorium, id eſt, eiuſmodi, per quod Deus conciliari ſeu propitius nobis fieri queat, non velut in cauſa præcipuè meritoria, vel in ea quæ conſummauerit & promeruerit redemptionem noſtram (hoc in Cruce tantùm ſemel factum eſt) ſed velut in cauſa inſtrumētali, exequente & applicante nobis redemptionis factæ beneficium & fructum. Nam ſi Chriſtus in Cruce pro omnibus & viuentibus, & defunctis, qui vnquam crederent & obedirent ſibi, ſeipſum obtulit, in Euchariſtia verò fit commemoratio eorum omnium, quæ in Cruce fiebant: profectò etiam in Euchariſtia ex ipſius rei natura & inſtitutione Chriſti, fit commemoratio tam viuentium quàm defunctorum, qui credunt & obediunt Chriſto. Quicquid enim agebatur ſemel in Cruce, commemoratur quotidie in Euchariſtia. In Cruce ita pro nobis offerebatur Chriſtus, vt à nobis in ea forma nec offerri poſſet, nec corporaliter accipi, & manducari. In Euchariſtia verò ſic offerebatur Chriſtus à ſeipſo, vt ſemper debeat eodem modo & à miniſtris Eccleſiæ offerri, & ore alicuius participari. Illic erat proprium ſolius Chriſti Sacrificium: hîc eſt commune Chriſti & Eccleſiæ Sacrificium. Ibi Chriſtus erat velut agnus Paſchalis, ad cuius Sanguinem in liminibus ædium conſpectum Angelus Domini tranſiliit, & Iſraëlitis pepercit: hîc autem eſt velut Agnus Paſchalis, qui quotannis poſtea immolabatur ab Iſraëlitis ad gratias ob priorem liberationem agendas. Itaque Agnus idem & in Cruce, & in Euchariſtia offertur, ſed non penitus ad eundem finem. Ibi, vt liberaret nos: hîc autem, vt nos haberemus vnde grati animi ſignificationē Deo redderemus. Quid multis? Semper in qualibet gente, in qualibet lege, in qualibet religione, Deus externo aliquo ritu colebatur. qui ritus dicebatur Sacrificium ab eo ſacro, quod publicè fiebat, & conſecrabatur Deo. Hic erat ſemper, & in æternum eſt proprius Dei cultus, quem Abel, Noë, Abraham, omneſque Patriarchæ Deo exhibuerunt. De hoc genere cultus diuini Dominus iuſsit Moyſen ad Pharaonem dicere: *Dimitte filium meum Iſraël, vt ſeruiat mihi*. Et iterum: *Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi*. Quis, obſecro, eſt populus Dei, aut quis Dei filius, ſi non Chriſtiani, quibus datum eſt, vt dicerent: *Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum*. Hic ergo Dei filius, hic, inquam, populus Dei cùm in ſocietate ſanctiſsima viuat, ac publicos miniſtros habeat: non tantùm debet priuatim Deum colere, ſed etiam publicè. Alioqui quod in quauis ſocietate præcipuum eſt, id in Chriſtiana deeſſet: Sacrum videlicet publicum, quod Deo vero & viuo totius gentis nomine per miniſtrum publicum fieret.

Heb. 10.

Geneſ. 4. 9. & 22.

Exod. 4. & 5.

Matth. 6.

Quæ cùm ita ſint, facilè apparet, nec Sacrificium publicum & externum deeſſe Eccleſiæ Dei, nec etiam Sacerdotes & Miniſtros, qui publicè id offerant. Nam ſi meritò habebantur Dei ſacerdotes, qui Leuitica tantùm ſacrificia miniſtrabant: quantò magis illi verè erunt ſacerdotes Chriſti, qui (vt D. Paulus docet) *vitam, iuſtitiam, & Spiritum adminiſtrant?* Quid enim? Vtrum nomen Sacerdotum honoris eſt, an dedecoris? Si honoris, cur Miniſtris noui Teſtamenti negatur? Si dedecoris eſt, cur dicitur *Chriſtus Sacerdos?* Imò & ἀρχιερεὺς, id eſt, *Sacerdotum Princeps*, velut qui Sacerdotes alios ſub ſe habeat. Et certè cùm Sacerdos *ſecundùm Ordinem Aaron* dici noluerit: verius eſt, vt non tam aliorum, quàm eorum Sacerdotum Princeps cenſeatur, qui Sacerdotio illius, quod eſt *ſecundum Ordinem Melchiſedech*, ſubſeruiunt. Sunt igitur & hi non modò ſacerdotes multò veriùs quàm Leuitici illi, verùm etiam Leuiticis ſacerdotibus antiquiores. Vnde forſan *Presbyteri*, hoc eſt, Seniores olim nominabantur, non quòd Sacerdotes non eſſent, ſed quòd tam noui ac recentes non eſſent, quàm Leuitici fuerunt, ſed eſſent veri ſacerdotes, Leuiticis illis multò antiquiores: vtpote quorum miniſterium iam inde à Melchiſedech petitur, cùm & Chriſtus voluerit ſecundùm illius Ordinem Sacerdos dici, & Presbyteri ſint miniſtri Chriſti, hoc eſt, miniſtri eius, qui fuit Sacerdos verus & æternus ſecundùm Ordinem Melchiſedech. Maioris autem dignitatis eſt, vel Hypodiaconum, hoc

2. Cor. 3.

Heb. 7.

Ibidem.

Act. 20.

1 Pet. 5.

Ioan. 2. & 3.

eſt, infimum

eſt, infimum miniſtrum Eccleſiæ Chriſti eſſe, quàm vel Principem Synagogæ veteris extitiſſe. Qua igitur fronte nomen Sacerdotum *miniſtris Chriſti, & diſpenſatoribus Myſteriorum eius* [1. Cor. 4. & 2. Cor. 3.] negatur, quod iis tribuitur, qui mortis & condemnationis occaſionem Iudæis miniſtrabant? Miror ſi Proteſtantes non animaduertunt, eiuſmodi cogitationes, quæ ſic eleuant & deprimunt Euangelij dignitatem & miniſterii Chriſti, non niſi à maligno ſpiritu manare potuiſſe.

Quibus ita conſtitutis: facilè euincitur, non vnum duntaxat, ſed plures hominum Ordines in Ciuitate Dei exiſtere. Sunt enim Sacerdotes publici, & *diſpenſatores Myſteriorum Chriſti,* [1. Cor. 4.] *quibus gratia datur per impoſitionem manuum Presbyterij*: & ſunt *Sacerdotes priuati*, qui non be- [1. Tim. 4.] nedicunt aut gratias publicè agunt, ſed tantùm reſpondent, *Amen*, qui eſt locus idiotarum, id [Apocal. 5. 1. Cor. 14.] eſt, eorũ qui nullo munere publico in Eccleſia funguntur. Atque ex iis ne permittitur quidem aliquibus (vtpote fœminis) in Eccleſia cũ authoritate loqui, ſed *iubentur domi viros ſuos interrogare, ſi quid volunt diſcere.* [Ibidem.] Alij verò nec omnino in Eccleſia Myſteriorũ tempore manere ſinũtur, quia rudes & Catechumeni adhuc ſunt, neç ad Euchariſtiæ vel ſolũ aſpectũ admitti poſſunt, priuſquàm per Baptiſmũ in membra Chriſti tranſeant. Porrò vt olim Leuitæ Sacerdotibus ex [Num. 3.] ordine Aaron, ſic hodie Sacerdotibus Chriſti ſubſeruiunt *Diaconi*, quo verbo cæteri quoq; mi- [1. Tim. 3. Actoc. 6.] nores Ordines cõprehenduntur. Nam fit apud Ignatium mẽtio *Subdiaconorum*, *Lectorum*, *Ex-* [In Epiſt. ad] *orciſtarũ, & Oſtiariorum*, atq; etiam Laicorum. Iam inde ab initio igitur alij fuerũt Clerici (quos [Antioch. & Smyrnenſes.] Hieronymus definit eſſe, *qui ſeruiunt Eccleſia Chriſti*) alij verò Laici, hoc eſt, de populo, qui nõ [Hieronymus] vocabantur, *tanquam Aaron*, ad publicũ aliquod Eccleſiæ miniſterium. Sunt qui mediũ quen- [in Epiſt. ad Nepotianũ.] dam Ordinem ex Monachis conſtituunt, vtpote qui & Laicis perfectiores iudicantur (pro- [Heb. 5.] pterea quòd licito earum rerum vſui renunciârunt, quæ Laicis interdictæ non ſunt) & iidem [Vide Dio-] Clericis minus perfecti quò ad Ordinem habentur: propterea quòd Clericis etiam alios erudi- [nyſ. Areopagitã, de Ec-] endi & perficiendi cura committitur. Ac de Ordinibus Fidelium ſcio longè accuratiorem diſ- [cleſ. Hierar.] putationem inſtitui poſſe: verùm nos ad alia feſtinamus. [cap. 6 Et Euſeb. lib. 2. cap. 8.]

Vltimum ergo ex his quæ ad Dei Ciuitatem ſpectant, quodq́ue ad propoſitum noſtrum maximè omnium ſpectat, illud eſt, vt doceamus, quæ ſit ſecundùm Catholicam fidem communis Eccleſiæ gubernatio & viſibile regimen. Credimus quidem omnes & confitemur *vnam Sanctam Catholicam Eccleſiam*. Ac tametſi Eccleſia ob plures cauſas *Catholica* dici poteſt, vel [Ob quot cauſas Eccleſia dicatur Catholica.] quòd per vniuerſum orbem propagata ſit, omneſq́ue Gentes in ſuum ſinum velut communis omnium mater colligat, vel quòd nihil eorum quæ credenda ſunt, omittit, ſed totum in corde complectitur, & cum opus eſt, ore profitetur: tamen non dubito, Eccleſiam ob id potiſſimũ Catholicam dici, quòd per omnia ſecula ſine vllius tẽporis intermiſſione ab initio mundi vſq; ad finem vna ſemper eademq́ue perſeueret. Nam cæteræ ſocietates hominum, omnes omnino ad tempus aliquod ceſſârunt, nec vlla prorſus earum, præter vnam Dei Ciuitatem, catholica fuit, aut per omnia tempora perdurauit. Primum autem Eccleſiæ fundamentum in Angelis inchoatum eſt, quando *Aſtra matutina Deum ſimul laudauerunt, & iubilarunt omnes filij Dei.* [Iob. 38.] Deus autem Angelos omnes creauit bonos, quia *vidit cuncta quæ fecit, & erant valdè bona.* [Gen. 1.] Nec ſtatim ab initio clarè viderunt Dei faciem (alioqui nunquam potuiſſent ſummum illud bonum ſemel euidenter cognitum deſpexiſſe) verùm per fidem Charitate conſummatam (qui ſaltem ex Angelis boni erant) ad tempus aliquod ambulantes, eam Eccleſiæ ſpeciem inchoârunt in cœlis, quæ poſtea eſt per homines continuata in terris. Atque vt dæmones, *qui non ſteterunt in veritate*, mox poſt primorum hominum creationem eorum fœlicitati inuiderunt: ſic Angeli boni eandem omni ratione procurârunt. *Sunt enim adminiſtratorij Spiritus in miniſterium miſſi* [Heb. 1.] *propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.*

Fundamenta igitur Eccleſiæ *in montibus Sanctis*, id eſt, in Angelis Dei. [Pſal. 86.] Et quæ Ciuitas alia tam antiqua? Nam dæmonum & malorum hominum coitiones & conſpirationes multò recentiores fuerunt. Deinde nulla hominum ſocietas à lapſu primorum Parentum vſque ad hanc diem cõtinuata eſt. Nam & primi parentes pœnitentiam de peccato ſuo egiſſe, ac ſanctæ Eccleſiæ Dei perfecta membra extitiſſe meritò creduntur, tùm quòd ſcriptum ſit, *Sapientiam* [Sap. 10.] *eduxiſſe illum à delicto ſuo, qui formatus eſt à Deo pater Orbis terrarum.* tùm quòd Euam in partu filij ſui Seth Prophetaſſe videmus, dum diceret, *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem* [Gen. 5.] *occidit Cain.* Videtur enim præcognouiſſe, quòd Seth futurus erat vir fidelis & iuſtus, qualis fuerat Abel. Quapropter vſque ad *egreſſionem Cain à facie Domini*, ſola Dei Ciuitas in terris [Gen. 4.] fuit. Illo autem egreſſo, cœpit ea malorum ſocietas iniri, quæ per Ciuitatem ab ipſo ædificatam, & à filij eius nomine appellatam, non obſcurè ſignificata eſt. [Gen. 7.] Verùm & illa ſocietas per di-

luuium

2.Pet.2 luuium Noë penitus deleta eſt, ſolis octo perſonis in Arca Noë conſeruatis, quæ omnes illo
tempore in familia præconis iuſtitiæ, atque in Eccleſia Dei cenſebantur. Poſt diluuium au-
tem quanquam malorum hominum ſocietas nunquàm tota ſimul diſſoluta & perdita eſt: tamẽ
nulla prorſus Reſpub. præter Dei Ciuitatem nominari poteſt, quæ ab illo diluuio vſque ad hæc
tempora ſemper eundem politiæ ſtatum tenuerit, aut ſtabilem in eadem regiminis forma ſuc-
Iſaiæ. 60. ceſsionem ſortita ſit. Oportuit quippe impleri Prophetiam Iſaiæ, dicentis: *Gens & Regnum,*
quod non ſeruierit tibi, peribit. Itaque in omnibus Rebuſpub. totius mundi, tot ac tantæ mu-
tationes factæ ſunt, vt cùm nullum gubernationis genus tam diuturnum fuiſſe videatur, quàm
Regna & Monarchiæ: tamen Monarchia nulla commemorari queat, quæ bis mille annos
abſq; vlla eiuſdem ſtatus permutatione impleuerit. Sola interim Dei Ciuitas, vt eandem ſem-
1.Cor.12. per in Deum fidem ac ſpem cuſtodiuit, *& in vno ſpiritu potata eſt:* ſic eundem publicæ guber-
nationis modum, eandemque politiæ formam ab initio mundi vſque ad hanc diem obſerua-
uit. Neque verò, vt certum eſt, Sacramentorum ritus aliquando fuiſſe mutatos, ſic etiam de-
monſtrari poteſt, formam externæ gubernationis mutatam fuiſſe. Nec iniuriâ. Cùm enim Sa-
cramenta rerum ſacrarum ſigna ſint, res autem ſacræ non omnibus eodem modo, ſed alijs ali-
Vide Augu. in Pſal.19. ter ſignificari debuerint: meritò comparatum eſt, vt Chriſtus aliter venturus prædiceretur,
aliter præſens demonſtraretur, & aliter in cœlo regnans commemoraretur. Sed cùm Eccleſia
ſemper fuerit vna & eadẽ Ciuitas, ſemper Sancta, ſemper Catholica: oportuit aliquid externũ
& viſibile ſemper in Eccleſia extare, quod perpetuam & ſemper ſui ſimilem Eccleſiæ formam
eſſe ac permanſiſſe, conteſtaretur. Nam ſi Eccleſia modò fuiſſet à Monarchis, modò autem
ob Optimatibus, ac tandem à toto populo gubernata: meritò dubitare poſſes, an illa interim
perpetuò fuiſſet vna & eadem Ciuitas.

Ac ſanè quoniam homines ſumus, nec aliter nobiſcum Deus, quàm cum hominibus agit:
multò veriſimillimum eſt, Deum hac in parte nihil præter communes Iuriſgentium leges ac
mores ordinaſſe. Ius autem Gentium ita rem accepiſſe videtur, vt mutata communi Ciuita-
tis gubernatione, tota Reſpub. cenſeatur mutata, & non iam eadem eſſe, quæ antè fuit. Aut
quid aliud ſentiunt, qui dicunt Iulium Cæſarem perdidiſſe Romanam Rempub. niſi eum per-
mutaſſe formam eius, ac popularem ſtatum in Regnum & Monarchiam conuertiſſe? Nam
quod anima eſt corpori, quodq; mens & ratio legi: hoc idem alicui hominum ſocietati com-
mune ipſius regimen eſſe putant. Itaque vt anima ſemel è corpore hominis egreſſa, iam is
non eſt amplius homo: ſic mutata Reipublicæ Politia, nõ amplius eſt eadem Ciuitas quæ fuit,
ſed prorſus alia. Itaq; omnes, qui vnquam de Republica ſcripſerunt, in eo ſummè conſentiunt,
quòd modus is, quo Reſpublica regitur, forma ipſius & eſt, & dicitur. Forma verò eſt vniuſcu-
iuſq; rei intima ratio. Si ergo ex Regno fit ſtatus Optimatum, iam forma Reipub. mutata eſt.
eodemque modo fit, ſi ex Optimatum ſtatu fiat popularis Dominatio. Quid multis? Audia-
mus hac in cauſa prudentiſsimi Philoſophi ſententiam: *Sermo* (inquit Ariſtoteles) *propriè ad*
Politicorum lib.3.cap.2. *hanc quæſtionem pertinet, qua tandem ratione Ciuitas eadem, aut non eadem, ſed diuerſa eſſe dici*
debeat. Cumq; ſignificaſſet, ſiue homines dũtaxat, ſeu etiã locus mutetur, ciuitatẽ tamẽ mane-
Specie ſeu forma Reip. mutata, mutatur Ciuitas re eandem: eò tandem accedit, vt dicat: *Cùm ciuitas ſit ſocietas quadam, ſocietas autem ciuium:*
vtique ſi Republica altera fiat ſpecie, cùm ſit Reſpublica diuerſa, neceſſarium eſſe videri poteſt, ciui-
tatem quoque non eſſe eandem: vt Chorus, qui modò Comicus eſt, modo Tragicus, licet ſæpe eiſdem
hominibus conſtet, diuerſus tamen eſſe dicitur. Eodémque modo quamlibet aliam ſocietatem & cõ-
poſitionem diuerſam eſſe dicimus, ſi ſpecies compoſitionis ſit diuerſa: vt concentum earundem vocum
diuerſum eſſe diceremus, ſi nunc Doricus eſſet, aliàs Phrigius. Quod ſi ita eſt, ſatis intelligitur, Ciuita-
tem, ad Republica formam ſpectantibus, eſſe dicendam, qua tùm diuerſa, tùm eadem dici poteſt, ſiue
ab eiſdem hominibus, ſiue à prorſus diuerſis incolatur. Hæc ille.

Nulla igitur alia eorum, qui in eadem ſocietate viuunt, mutatio facit ciuitatem aliam atque
aliam eſſe, præterquàm ſi forma Reipub. id eſt, commune gubernationis genus commutetur.
Ac multi quidem ſunt, qui ciues fieri cupiunt in ea ſocietate, quæ à populo adminiſtratur,
qui iidem ſub Regibus aut Optimatibus nollent degere. Nec deſunt, qui mallent agere ſub
Regibus, aut Optimatibus, quàm ſub populi dominatu. Tam diu igitur quæque Ciuitas, quæ
communi plurium fœdere inchoatur, eadem eſſe putari debet, quàmdiu ea forma ſeruatur, in
quam ab initio conſenſum eſt. Quæ forma ſi mutatur, iam alia Ciuitas inchoata eſſe intelli-
gitur. nec ea rectè ſtabiliri poteſt, niſi nouis populi pactis & fœderibus initis, quæ in commune
omnes obligent. Hinc videmus tot ciuium migrationes & voluntaria quædam exilia ſuſcipi,

vt ne

vt ne compellantur ſub alia Reipubl. forma viuere, quàm quæ illis antea probata erat. Hoc in diebus noſtris Florentiæ vſuuenit, vnde aliquot millia Ciuium partim Romam, partim Venetias, partim in alia loca ſe contulerunt habitatum, vt ne in patria ſua vnius principatui ſubeſſent. Porrò ne hoc de Ciuitatis mutatione iudicium, vnius Ariſtotelis, aut etiam Græciæ ſolius exiſtimetur eſſe: prodibit etiam Latinus teſtis, eandem veritatem confirmans. *Proponebatur* (inquit Alphenus) *ex his Iudicibus, qui in eandem rem dati eſſent, nonnullos cauſa audita excuſatos eſſe, inq́; eorum locum alios eſſe ſumptos: & quærebatur, ſi ſingulorum Iudicum mutatio eandem rem, an aliud iudicium feciſſet. Reſpondi, non modò ſi vnus aut alter, ſed etſi omnes Iudices mutati eſſent, tamen & rem eandem, & iudicium idem, quod antea fuiſſet, permanere: neque in hoc ſolùm euenire, vt partibus commutatis, eadem res eſſe exiſtimaretur, ſed & in multis cæteris rebus. Nam & legionem eandem haberi, ex qua multi diſceſſiſſent, quorum in loco alij ſubiecti eſſent: & populum eundem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuiſſet, cùm ex illis nemo nunc viueret: Itémque nauem, ſi adeò ſæpè refecta eſſet, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominus eandem eſſe exiſtimari. Quòd ſi quis putaret, partibus commutatis, aliam rem fieri: foret vt eius ratione nos ipſi non ijdem eſſemus, qui abhinc anno fuiſſemus: propterea quòd, vt Philoſophi dicerent, ex quibus particulis minimus conſiſteremus, hæ quotidie ex noſtro corpore decederent, aliaq́; extrinſecus in earum locum accederent. Quapropter cuius rei ſpecies eadem conſiſteret, rem quoque eandem eſſe exiſtimari.* Hæc Alphenus. Mutata igitur ſpecie rei, nec Alphenus quidem putat eandem eſſe rem. Species autem ſeu forma Ciuitatis eſt, non hominum multitudo, ſed genus adminiſtrationis Reipublicæ.

In Pandectis de iudicijs.

Res manet eadem, donec ſpecies eius commutetur.

Nunc ſi ad rem noſtram hæc volumus accommodare: primùm intelligimus, nullius loci aut hominum viciſſitudinem ac mutationem effeciſſe, vt Eccleſia Dei alia & alia fuiſſe putari debeat. Siue enim vixit in Meſopotamia, ſeu in AEgypto, ſeu in Syria, ſeu diffuſa eſt in omnes terras, & ſiue ex vna gente & lingua, ſeu ex pluribus atque adeo ex omnibus conſtitit, aut non conſtitit: tamen hæ mutationes non impediuerunt, quò minus vna & eadem Ciuitas Dei ſemper fuerit. Quod longè ſecus habendum eſſet, ſi mutata fuiſſet forma Eccleſiaſticæ gubernationis. Nam ſi nobiſcum Deus tanquàm cum hominibus agit, ſi populo ſuo neque ius Naturæ, neque Gentium violare vnquam permiſit: imò ſi nulla hominum ſocietas in mundo vnquam vixit, quæ iuris Gentium leges & pacta communia tam diligenter obſeruauit, quàm ſolus Dei populus: quid aliud ſentiendum eſt, quàm vel Eccleſiam ſemper ab initio mundi vſque ad finem vno & eodem regiminis modo gubernatam eſſe, vel non ſemper vnam eandemq́ue ſocietatem extitiſſe? Credimus autem omnes, *vnam ſemper fuiſſe Dei Ciuitatem, vnámque Eccleſiam*, nec vnquam dici eam potuiſſe aliam atque aliam. *Vna eſt* (inquit Sponſus) *columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ*. Habuit igitur eadem Eccleſia vnam ſemper adminiſtrationis formam, & ſemper in hoc mundo eundem communem gubernationis modum.

Cant. 6

Quibus ita conſtitutis, id inueſtigandum reſtat, quænam fuerit hæc perpetua & ſemper ſui ſimilis Eccleſiæ gubernandæ forma. Et ſanè cùm ſecundùm rationem iam propoſitam eadem ſemper fuerit Eccleſiaſtici regiminis conditio, quia videlicet vna ſemper & eadem fuit, atque adhuc eſt Chriſti Eccleſia: ſi manifeſtè oſtendero, quòd tota militans Eccleſia per vnum viſibilem Paſtorem, vel vno duntaxat anno ita gubernata fuit, vt id negari à nemine poſſit: mox euicero, Eccleſiam, quæ ſemper eadem permanet, ſemper ab vno viſibili Paſtore primo & gubernatam fuiſſe, & adhuc gubernari debere. Quis ergo negabit, Chriſtum Ieſum, quo tempore in terris apparuit, legem impleuit, turbas docuit, Diſcipulos collegit, ad euangelizandum miſit, Sacramenta inſtituit, Spiritum ſanctum dedit, pro ijs qui crederent, aut poſtea credituri eſſent, orauit, ac denique ſemetipſum vſque ad mortem pro nobis obtulit: quis, inquam, negabit, illum eo tempore totius Eccleſiæ primum viſibilem Paſtorem, & vnicum ſummumq́ue Caput extitiſſe? Qualis ergo Eccleſia militans fuit ſub Chriſto Ieſu, talis & antè fuit, & in æternum permanebit, quia non niſi vna eſſe poteſt: Eſſent autem Eccleſiæ plures, ſi forma Eccleſiæ adminiſtrandæ alia atque alia extitiſſet. Ac ne ſolis diebus illis conſidere videar, quibus in terra Chriſtus fuit: audi porrò quid dicam, idq́; ſuo poſtea loco planum (vti ſpero) faciam.

Matth. 5. Matth. 26. & 28. Ioan. 17 Ioan. 10 Epheſ. 1.

Vnus Adam, vnus Seth, vnus Noë, vnus Sem, vnus Abraham, vnus Iſaac, vnus Iacob, quiſque pro ſua vice illi multitudini præfuit, quæ ipſius ætate in terris Eccleſiæ Dei nomen ſeruauit. Iam ab initio Synagogæ vſque ad Chriſtum ſemper extitit vnus Ponti- Deut. 17.

Ioan. 21
Vide Augu. Epiſt. 165 & in Præfatio. Tom. 7

ſex Leuitici generis, penes quem ſummā rerum Sacrarum poteſtas eſſet. Chriſtus dum viueret, præfuit ſolus. Idem à terra diſceſſurus reliquit Petrum plus alijs amantem ſui erga nos amoris Vicarium, id eſt, Paſtorem primum totius Gregis ſui. Et Petro Pontifices Romani tam vſque in finem ſeculi ſuccedent, quàm iam per annos mille quingentos & amplius ordine ſucceſſerunt. Quòd ſi tempus vllum fuit, in quo non poſsit nominari, quis vnus illi, aut illi Fidelium cœtui ſacris in cauſis præfuit: audacter dixerim, multò minus nominari poſſe, qui Optimates abſque vno Paſtore primo rebus ſacris præſidente, aut quæ popularis multitudo cum ſumma poteſtate eidém cœtui eodem tempore præfuerit. Verbi gratia: Si quæras quis vnus præfuerit ſacris rebus in AEgypto poſt mortem Patriarchæ Iacobi, dico vnum Leui, filium eiuſdem Iacobi illis rebus præfuiſſe. Aut ſi hoc non poſſum tibi tam clarè oſtendere, quàm tu poſtulabis: multò minus tu poteris mihi oſtendere, quòd plures Optimates, aut quòd totus populus eodem tempore ſacris rebus præfuerit. Ego ex ijs temporibus, quæ ſub Iacob præceſſerunt, quæque ſub Moyſe & Aarone conſecuta ſunt, nō temerè, opinor, conijciam, eodem modo per interiectos illos ſeruitutis annos fuiſſe populum Dei ſacris in cauſis gubernatum, quo & paulò antè, & paulò pòſt gubernatus fuit. Tu verò pro tua populari, aut Optimatum gubernatione, quam afferes coniecturam? Et quidem de Monarchia Eccleſiæ Dei (eodem adſpirante Deo) pleniſsimè poſthac agetur. Ac tametſi nihil probabilius vel dici, vel cogitari poteſt, quàm vniuerſalem Eccleſiam, vt ſemper ab vno inuiſibili ſpiritu Chriſti, & ſemel per viſibilem præſentiam ipſius, ſic ſemper ab aliquo viſibili eius Vicario ſumma poteſtate reliquo Gregi præſidente adminiſtratam fuiſſe: tamen vt illa, quæ ſunt certiſsima, diſtinguantur ab alijs, quæ licet certa videantur, tamen æquè certa, ac perinde nota non ſunt: quocunque modo ante Chriſti aduentum in carnem, ipſius Eccleſia gubernata eſt (nec enim de cuiuſlibet particulæ eius gubernatione adeo certi ſumus, quin dubitare aliquouſque liceat) certè poſt aduentum Chriſti certiſsimum eſt, vnius Principatum in Eccleſia fuiſſe ab ipſo inſtitutum, & ſemper poſtea retentum.

Matth. 16.
Lucæ 22.
Ioan. 21

Nec verò ad id, quod nūc agitur, explendum, alterius rei probatio nobis neceſſariò imponenda eſt. Meminiſſe enim Lectorem oportet, non ſic ab initio hāc fuiſſe cum Proteſtantibus inſtitutam diſputationem, vt de totius Eccleſiæ politia iam inde ab orbe condito quæreretur, ſed tantùm vt de illo tempore quæreretur, quod poſt Chriſti aduētum in mundum vſq; ad nos defluxit. In hac autem re nihil dubitauerim affirmare, communē totius Eccleſiæ gubernationem ab ipſo Chriſto inſtitutā, & ab eius aſcenſione in cœlū ad noſtra vſq; tempora continuatā, non aliam fuiſſe, quàm vnius primi Paſtoris vt viſibilem, ita ſuauem, fraternam, & clementem præfecturam: Cui neceſſe fuerit alios Paſtores tanquā fratres & cooperatores in partem ſolicitudinis adiungi, quorum etiam conſilium, iudicium, & ſententiam in eo numero, modò, & genere, quod boni viri arbitratu Eccleſiæ Dei neceſſarium videretur, in grauiſsimis quibuſque negotijs ita adhibere primus ille Paſtor debuerit: vt interim nec infimum quidem ex fideli populo contemnere, illius conſilium, admonitionemque fraternam reijcere, aut etiam eundem (ſi tamen idoneus eſſet) à ſuſcipiendo magiſtratu, ad quem ritè eligeretur, penitus reijcere vnquam licuerit. Eo quippe modo temperata eſt Eccleſiæ Monarchia, vt quæ in quoquo gubernationis genere optima ſunt, in eam ſimul aggregentur. In Optimatum ſtatu nihil eſt melius, quàm plurium conſiliorum collatio. In populari autem ſtatu nihil eſt dignius, quàm vt aditus ad gerendos Magiſtratus cuiuis bono & prudenti viro ex æquo pateat. Vt autem vulgus ipſum per ſe dominetur, hoc neque ipſi quidem vulgo eſt vtile, propterea quòd maior plebeiorum pars rudis eſt, atque ignara tùm diuinæ legis, tùm earum literarum, in quibus ea lex vel primùm ſcripta, vel poſtea interpretata & explicata eſt. Nihil ergò maius à plebe ſecundùm rectam rationem optari poteſt, quàm vt ſi quis in ea eſt, qui ſupra cæteros dona ſapientiæ & ſcientiæ diuinitus accepit, is ſegregetur ab ea. nec ob id reijci queat, quòd vel idiotæ ſit filius, vel non ex tribu Sacerdotali natus, vel ob quampiam eiuſmodi minus liberalem cauſam.

Actor. 15.
Matth. 18.

Itaque cùm vnus ita præficitur alijs omnibus, vt neque in eos tyrannicè dominari permittatur, & præterea Sapientium conſilia neceſſariò audire, & quando id æquum eſt, ſequi debeat itemque vt neminem idoneum ex plebeijs à ſummo etiam Magiſtratu gerendo repellere queat: hinc obtinetur illa perfecta Reipublicæ forma, quam veteres Philoſophi optare fortaſſe poterant, ſperare verò nunquam audebant: propterea quòd ignorabant, ſapientiam

Matth. 20.
Lucæ 22.

Dei

Dei tantum bonum hominibus eſſe collaturam. Per hunc verò gubernationis modum ante
omnia Gentium Tyrannides ab Eccleſia remouentur: vtpote in qua non propriè Domino- Matth. 21.
rum & ſeruorum, non Regum & ſubditorum, ſed *Patrum, Fratrum, & Filiorum* nomen au- 1. Pet 5.
dias. Patres enim appellantur, qui præſunt: Filij verò ij, quibus præſunt: fratres verò di- Rom. 1. Vide Augu.
cuntur partim omnes Fideles inter ſe, cùm Dei communis omnium patris ratio habetur, par- in Pſal. 44.
tim qui ſunt eiuſdem gradus, & Ordinis, quando hominum diſtinctæ claſſes, ac variæ ipſo-
rùm vocationes ac dignitates conſiderantur. Neque primus Paſtor, qui omnibus Chriſti
membris in terra præponitur, quique tam Reges, quàm Imperatores in ouili ſuo numerat,
quos etiam, cùm vtilitas Eccleſiæ poſtulat, vel deponit à priore dignitate, vel euehit ad
maiorem, ſedemque Imperij transfert, ac terminos rerum, non pro arbitrio ſuo, verùm ad
Eccleſiæ ædificationem mutat: tamen neque ille inſolentius nomen ſibi ſumit, quàm vt
Seruum ſeruorum Dei ſe ſcribat, Papamque, hoc eſt, Patrem ab alijs appellari ſe velit. Hinc
videas, quàm Barbarico faſtu nonnulli Principes viri poſt exortum ſchiſma Lutheranum (quo [illegible] Tribunus
nunc implicantur) Pontificis Romani literas ideo reiecerint, quòd in eis tanquam filij ſa- Marcellinus,
lutarentur. Dicebant enim, ſe ſpurios non eſſe, nec Papam ſe pro patre ſuo agnoſcere.
Quid ergo? an *Comes Bonifacius* [illegible] ideo fuit Spurius, quia *Sanctus Auguſtinus eum appellauit di-* Vide 50. epi. & [illegible]
lectiſsimum filium? Aut ideo plebs Chriſtiana tanquam ſpuria ab eodem Auguſtino habita Auguſtin. & epiſt. 62. et [illegible]
eſt, *quia Melchiadem Papam vocauit & Filium Chriſtianæ pacis, & Patrem Chriſtianæ plebis?* [illegible]
An ſpurij erant omnes Epiſcopi Orientis, ad quos in ſecunda Synodo congregatos cùm Da-
maſus Papa ſcriberet, eos appellauit *Filios honoratiſsimos?* Imò an D. Marcus Euangeliſta Vide Theodoretum lib.
ſpurius fuit, quoniam D. Petrus Apoſtolorum Princeps eum appellauit Filium, dum in fi- 5. Eccleſiaſt.
ne prioris Epiſtolæ ſuæ ſcriberet: *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus* hiſtor. ca. 10.
Filius meus? Eodem etiam modo Paulus Timotheum & Titum appellat dilectos filios, ſe- 1. Pet. 5.
cundùm communem fidem. Oportuit quidem illos, qui ſecundùm Euangelij regulam ſe
credere profitebantur, filiorum appellationem benignè amplecti, nec dedignari eum agno-
ſcere Patrem, quem Petrus ſuum Succeſſorem, & Chriſtus non dedignatur ſuum eſſe Vi-
carium.

Cæterùm quid his hominibus agas, qui & meritò clamant, non ſic fieri oportere in Ec-
cleſia Dei, vt in Gentium Dominationibus euenit, & tamen quando amabile Filiorum no-
men à Pontifice Romano audiunt, id quoque odioſè interpretantur, velut ſi Presbyterorum
filij, aut ſpurij vocarentur. Quemadmodum verò dulciſsima iſtorum nominum conſuetu-
do Paſtores admonet, vt omnes Chriſtianos velut fratres ac filios ſuos & ament, & colant:
ſic inter multos Coëpiſcopos vnius præſidentia efficit, vt Optimatum ſtudia & variæ ſen-
tentiæ in factiones deſinere non poſsint. Simulac enim ab illius communione, qui primus
omnium eſt, quiſquam defecerit, mox à cæteris Schiſmaticus & Eccleſiaſticæ pacis viola- Vide Optatum lib. 2. de
tor habetur, veluti qui Cathedram adulterinam *contra vnicam ac ſingularem Petri Cathedram* ſchiſmate
erigat. Ita nec deſunt conſilia varia, quibus Eccleſia iuuetur, nec timentur factiones Opti- Donatiſtaſ.
matum, quibus Reſpub. diſcerpatur. Imò verò Chriſtus promiſit fore, vt *quoties duo vel tres* Matth. 18.
congregarentur in nomine ipſius, ibi eſſet in medio ipſorum. Dixit autem hoc non ad quoſlibet
Chriſtianos; verùm ad Apoſtolos ſuos, & ad illos eo tempore, quo dixerat, *Quicquid ab ipſis*
ligaretur in terris, id ligandum eſſe & in cœlis Ad Paſtores igitur Eccleſiæ hoc verbum promiſ-
ſionis pertinet. Qui etiam tunc intelliguntur in Chriſti nomine congregari, quando per eam
poteſtatem congregantur, quam Chriſtus ad congregationes faciendas inſtituit. Illa verò
poteſtas tunc data eſt Petro Apoſtolorum Principi, quando plus alijs amans, agnos & oues Ioan 21.
paſcere iubebatur. Paſtoris enim eſt, oues vocare nominatim, & eas educere, & in quocun- Ioan 10.
que loco vtile illis eſſe putauerit, eas congregare. Imò quis iam non modò reipſa oſtenderit,
ſed vel cogitando ſibiipſi formauerit pulchriorem Reipub. ordinem, quàm hic eſt? In quo Ple-
beij, qui bene ſe geſſerint, ad ſummos honoris Eccleſiaſtici gradus quotidie aſcendunt, &
ideo in liberrima Republica degunt: in quo plurimi exiſtunt Optimates, vt *vbi ſunt mul-* Prouerb. 11.
ta conſilia, illic ſecundùm Sapientis dictum, fit ſalus: in quo denique vnus omnium eſt pri-
mus, cuius fides (Chriſto pro illo rogante) cæteros aberrantes ad ouile reuocet, dubitan- Luc. 22.
tes inſtruat, fluctuantes confirmet, ac in omni re, qua indigere poſſunt, in verbo atque au-
ctoritate Chriſti paſcat.

Si enim Plato, ſi Ariſtoteles, cæterique ferè omnes, qui de Repub. ſcripſerunt, tunc putaue- Vide Ariſto.
runt Monarchiã cæteris omnibus Dominationũ generibus anteponendam, quando vir aliquis Politic. lib. 5.
cap. 1.

 tam præ-

tam præſtans atque excellens in Ciuitate reperiretur, cui nemo alius par eſſet: quantò magis in Dei Ciuitate Monarchiam conſtitui pulcherrimum fuerit, vbi non tantùm vir quiſpiam præſtantiſsimus ad primæ Sedis moderationem ex inſtituto Chriſti eligitur, ſed præterea is qui eligitur, tam ſingulariter à Diuina prouidentia gubernatur, vt quamuis in moribus vitæq; priuatæ inſtitutis, ab æternæ vitæ ſcopo aberrare poſsit, nō poſsit tamen ſui Decreti auctoritate alios abducere ab ea fidei & Euangelij veritate, per quam Eccleſiæ ædificatio velut per firmiſsimam Petram ſtabilitur & confirmatur.

Nec mihi iam opponat quiſpiam, hoc quod dico falſum eſſe. Nam & me poſtea demonſtraturum non dubito, verè ita ſe rem habere: & interim nihil aliud quæro, quàm vt denunciem, eam communem Eccleſiæ gubernationem, quam nos à Maioribus acceptam in vſu cōtinuo retinemus, in ſe pulcherrimam, Chriſto auctore digniſsimam, Sponſæque ipſius accommodatiſsimam exiſtere.

Vide Ariſto. lib 1. Politicor. cap. 12.

Cùm enim illud à Philoſophis prudentiſsimè traditum ſit, pro eorum qui reguntur natura, vel vnum, vel paucos Optimates, vel totum populum imperio præfici debere: cumque addant, eam Ciuium multitudinem vnius dominationi accommodatā eſſe, quæ apta eſt, vt ferat præſtantiſsimi cuiuſdam viri præfecturam: nec ſit, vnquámue fuerit, aut vllo modo eſſe poſsit vlla multitudo hominum tàm apta ad ferendum præſtantis viri Principatum, quàm Chriſtiani ſunt, qui & Deum vnum ſuper omnia colunt & vnum Mediatorem Chriſtum tanquam Regem ſuum æternum agnoſcunt, & promptiſsimi ſunt ad illius voluntem iuſſumque exequendum, & ita quemque honorant maximè, vt is vel integritate morū, vel miniſterij dignitate ad Chriſtum proximè accedit: profectò nulla communis gubernatio Chriſtianæ multitudini accommodatiòr excogitari poteſt, quàm vt ynus non tam humana quàm diuina virtute corroboratus, toti Eccleſiæ militanti, ſub Chriſto præſit.

Noſtra ergo Eccleſia infinitis partibus antecellit Proteſtantium congregationem. In ciuitatem ſuam ingrediuntur illi per fidem ſolam: nos autem in Ciuitatem Dei, qui charitas eſt, non niſi per fidem charitate conſummatam ingredimur. Quòd ſi charitas fide maior eſt, quantò plenior eſt noſtra iuſtificatio, quæ tùm ex fide, tùm ex charitate conſtat, quàm Proteſtantium ſit, qui ſola fide iuſtificari ſe opinantur? Peccata noſtra in iuſtificatione ipſa tolli, nos rectè ac decôrè credimus: illi peccatà ſua manere, ac tantùm ipſis ad pœnam non imputari, quàm turpiter docent? Iuſtitiam illi nullam ſibi propriam ineſſe fatētur, ſed in ſola Chriſti iuſtitia confidunt: Nos cùm iuſtitiam Chriſti non minus quàm illi, & amplectamur, & veneremur: præterea dicimus, propriam iuſtitiam cuique noſtrûm à Chriſto donari, dum dona Spiritus ſancti ab ipſo diffuſa in corda noſtra cum gaudio & gratiarum actione accipimus. Illorum Baptiſmus nudum ſignum eſt: noſter verò ſignum quidem, ſed operatorium, quod gratiā & ſalutem dignè baptizato affert. Leges ſcriptas oſtentant illi: eaſdem ipſas nos quoque recipimus, & quidem multò plenius quàm illi, cùm plures Sacri codices in noſtro Canone ſint, quàm in illorum. Sed leges non ſcriptas (quæ ſcriptis illis tantò præclariores ſunt, quantò dignior materia eſt cor humanum, quàm lapidea tabula) ſoli nos habemus, cùm illi nec verbo ſaltem dicant ſe tales aliquas habere. Legem ſe facere aut implere poſſe, illi negant: nos per gratiam Dei & facimus, & implemus, quantum huic vitæ ſatis eſt. Nos Chriſti Corpus & Sanguinem, quo vnico Sacrificio cœlum impletur, offerimus Deo: illi panem & vinum inanes Legis vmbras proferre ſe, non offerre gloriantur. quas tamen ipſas vmbras, velint nolint, offerunt, quia publicum opus per miniſtrum publicum in mortis Chriſti ſolennem commemorationem exercent. Illi Eccleſiam à populo multorum capitum bellua: nos ab vno præſtante Vicario Chriſti eandem adminiſtrari docemus. Poſtremò noſtra fides cum cœleſti Ieruſalem conſentit: Proteſtantium hæreſis ad ſocietatem dæmonum ſeſe adiungit. Nam vt nemo ingreditur in Regnum cœlorum, qui non ſit præditus charitate Dei & proximi: ſic nos docemus, neminem in corpus Eccleſiæ inſeri, aut iuſtificari coram Deo, præterquàm ſi charitatis donum diuinitus acceperit. Proteſtantes verò non modò primas in iuſtificatione hominis charitati non dant, verùm ſecluſa prorſus omni charitate, vniuerſam iuſtificationem noſtram nudæ fidei acceptam ferunt: cum tamen fides nec ſit omnino aut in Deo, aut iam in Angelis & Sanctis, qui Deum clarè vident, nec in nobis ad alium finem ſit, quàm vt oſtendat nobis illa, quæ aliter quàm per fidem cognoſcere non poſſumus, quò ſemel agnita vel vitemus (vt idololatriā, hæreſim, infernum, & peccata omnia) vel amplectamur, & toto corde amemus, vt Dei

Heb.11.

cultum, fidem Catholicam, cœlum, & omnem iuſtitiam. *Eſt enim fides ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium.* Quàm fœdè igitur comparatum eſt, vt in iuſtificatione

tione hominis omnia tribuantur ei virtuti, quæ magis propter alia, quàm propter ſeipſam da-
tur, vtque virtus charitatis (propter quam cætera omnia inſeruiunt, & quæ propter ſeipſam
infunditur, quæq; in æternũ perſeuerat in cœlis) penitus à noſtra iuſtificatione ſubmoueretur?

Equidem ſic ſtatuo, Dæmones habere quandam fidem, eoſdem nullam penitus habere Iacob. 2.
charitatem: contrà verò Sanctos in cœlo ſolam habere charitatem, nec vllam penitus iam
habere fidem, quia viſio Dei perfecta vacuam reddidit imperfectam fidei viſionem. Qua-
propter illa congregatio in terris, quæ ſolam fidem, abſque dilectione Dei, iuſtificare tradit,
ad Dæmonum Rempublicam pertinet. Illa verò Eccleſia & Societas, quæ ita fidem non ex-
cludit à iuſtificatione (propterea quòd adhuc *ambulamus per fidem, & non per ſpeciem*) vt tamẽ
primas in eadem iuſtificatione tribuat charitati, ad cœleſtem Ciuitatem velut ad eam, quæ tota
in Dei amorem exardet, aggreganda eſt. Deinde, vt *nihil coinquinatum intrabit in æternam Dei* Apocal. 21.
Ciuitatem: ſic in hanc militantem Eccleſiam nihil intrare Catholici credunt, quod non ſit Epheſ. 5.
ſanctum & immaculatum: quia Chriſtus nos mundat lauacro aquæ in verbo vitæ, ita vt peccatum Rom. 6.
non dominetur nobis, quia non ſumus ſub Lege, ſed ſub Gratia. Proteſtantes verò docent, peccata
manere in iis, qui fiunt membra Eccleſiæ, ac tantummodo ad condemnationem non impu-
tari. Manent ſanè peccata Dæmonum, non manent peccata Sanctorum, quoniam Agnus Dei
non ſolùm tegit, ſed etiam *tollit illa.* Proteſtantes igitur, qui peccata Fidelium habitare in Spi- Ioan. 1.
ritu illorum adhuc volunt, Dæmonum in ea re ſocii fiunt: Catholici autem de illa Eccleſia
ſunt, quæ non habet maculam neque rugam.

Sancti in cœlo tùm alio, tùm digniore modo legem Dei cognoſcunt, quàm per ſacros Co-
dices. Et Catholici credunt, legem Dei clariùs ac digniùs *conſcriptam eſſe in cordibus ſuis*, quàm Heb. 8. 2. Cor. 3.
per chartam & atramentum. Proteſtantes verò ad ſolam Scripturam, quæ foris legitur, Ec-
cleſiam reſtringentes, non niſi tale Dei verbum agnoſcunt in Eccleſia, quo etiam Dæmones
abuti ſoleant, dicentes: *Scriptum eſt.* Chriſtus in cœlo (vt verbis Magni Leonis vtar) *in* Matth. 4.
eadem carne, quam ſumpſit ex Virgine, Sacramentum propitiationis exequens, interpellat pro nobis. In Epiſt. 40. ad Anatol.
Catholici credunt, eandem Chriſti carnem (quæ non ſolùm fuit, ſed etiam *eſt propitiatio pro* Cõſtãtinop.
peccatis totius mundi) in Euchariſtia exhibitam eiuſdem propitiationis Sacramentum etiam in Rom. 8.
terris eodem tempore exequi, & ideo publicum Eccleſiæ Sacrificium optimo iure habendum 1. Ioan. 2.
eſſe. Proteſtantes omne publicum & externum Sacrificium de Chriſti Eccleſia extermi-
nantes, partim negant eam Chriſti carnem in Euchariſtia exhiberi, de qua Chriſtus dixit: *Ac-* Lucæ. 22.
cipite, & comedite, Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis datur: partim etiamſi concedant, ean-
dem carnem præſentem fieri: tamen vſque eò (ad imitationem Dæmonum) Diuinæ gloriæ
inuident, vt nolint idipſum, quod fit exterius, pro digniſſimo factorũ genere ac modo ad Dei
cultum referri. Summus enim modus Diuini cultus eſt Sacrificium: ac interni quidem cul-
tus, internum Sacrificium: externi verò, externum. *Vnde Chriſtiani* (vt ait Auguſtinus) *Sa-* Contra Fauſtũ Manich.
crificii, quod Chriſtus obtulit, memoriam celebrant. Quo tandem pacto? An ſine alio Sacificio? lib. 20. c. 18.
Imò (inquit) *Sacroſancta oblatione & participatione Corporis & Sanguinis Chriſti.* Manichæi verò
(qui olim, eodem Auguſtino Auctore, dicebant, ſicuti nunc Proteſtantes dicunt, *Sacrificia ſua* Ibidem.
eſſe ſimplices ac puras orationes) *neſcientes quid tenendum vel obſeruandum ſit in Sacrificio Chriſtia-*
norum, vanitatem ſuam Sacrum offerunt Diabolo, qui eos decepit, recedentes à fide, intendentes ſpiri-
tibus ſeductoribus. Vtinam Proteſtantes non commiſiſſent, vt idem ipſum de ipſis neceſſariò di-
cendum fuerit ac ſentiendum.

Denique in cœlo Eccleſia tota regitur ab vno Capite Summo, quod in æternum omnibus
& Angelorum, & hominum Ordinibus præſidet. Ad cuius veritatis imaginem in terris de-
pingendam Chriſtus poſt duodecim Apoſtolos, & ſeptuaginta Diſcipulos deſignatos, & in Matth. 16.
meſſem Domini miſſos, vni Petro plus aliis amanti dixit, *Paſce Agnos & Oues meas.* Vnde Ca- Lucæ. 10.
tholici credunt, ab illo die vſque ad ſecundum Chriſti aduentum non defuiſſe, nec defuturum Ioan. 21.
eſſe in Sede Petri vnum totius Eccleſiæ Summum Paſtorem, qui vice Chriſti præſit reliquo
Gregi. Proteſtantes tantopere ab hac veritate abhorrent, vt credant potius concedendũ eſſe,
Petrum ipſum fuiſſe Antichriſtum, quàm vt hic vnius Paſtoris Primatus debeat concedi. Hæc
enim ſunt Magdeburgenſium verba: *Neceſſe eſt, aut Petrum non vniuerſalem Eccleſiæ Epiſcopũ* Centur. 1.
diuinitus conſtitutum, aut ipſiſſimum Antichriſtum fuiſſe. Nónne facilè videas, quò hæc verba lib. 2. c. 7.
pertineant? Etſi enim non putem Magdeburgenſes dicere voluiſſe, *quòd Petrus fuit ipſiſſimus* pag 127.
Antichriſtus, tamen & hoc video eos dicere, quòd potius habituri ſunt Petrum pro Antichri-
ſto, quàm pro totius Militantis Eccleſiæ Summo Epiſcopo: & præterea video, Satanam &

poſſe, & cupere abuti verbis illorum ad hunc finem, vt etiamſi poſthac Primatus Petri euidentiſsimis rationibus, quibus nemo ipſorum contradicere queat, ex Dei verbo demonſtretur: Proteſtantium tamen diſcipulos potiùs ad poſtremum reſpondere cogat, *Petrum fuiſſe ipſiſsimum Antichriſtum*, quàm vt concedant, eum fuiſſe totius militantis Eccleſiæ Summum

2.Cor.2. Pontificem. Oportet enim nos dare operam, *vt non circumueniamur à Satana, atque vt non ignoremus cogitationes eius*. Nam quis dubitat, illa Magdeburgenſium verba mirum in modum Satanæ placuiſſe, vtpote cui propoſitum ſit, nòn modò Petri, ſed per Petri perſonam & nomen etiam Chriſti authoritatem imminuere? Sed quoniam vel hoc ſolum argumentum iuſti voluminis menſuram expleturum eſſet, ſi quis ſigillatim declarare vellet, quàm expreſſa Diabolicæ ſocietatis veſtigia in Proteſtantiũ congregatione cernantur, nec id mihi propoſitum hoc tempore fuit: pergamus iam in eo, quod ab initio inſtituebamus, vt popularem illam dominationem confutemus, quam in Eccleſia Chriſti poſitam eſſe Proteſtantes falsò affirmant.

Regimen Eccleſiæ Chriſti non eſſe populare, quia Chriſtus ei præpoſuit Paſtores & Doctores vnitatis vinculo copulatos, non ab Eccleſia ex authoritate ipſius per temporum vices conſtituendos, verùm ab Apoſtolis & eorum Succeſſoribus per Sacramentum Ordinis à Chriſto inſtitutum conſecrandos, & Apoſtolica authoritate in opus Domini mittendos.

CAPVT VI.

OPinionem Proteſtantium, qui, vt quàm minimùm loci D. Petri & Apoſtolorum Succeſſoribus relinquant, ad totum Dei populum regimen Eccleſiæ reuocant, duobus potiſsimùm modis ſtatui confutare. In quorum priore, de toto Dei populo in vniuerſum: in poſteriore, de eiuſdem populi membris ac partibus ſigillatim diſputabo. In regimine populari (ſicuti & ratio poſtulat, & experientia docet) nullus eſt Magiſtratus, qui non & ex conſenſu totius, maioriſue partis populi, conſtitui debeat, & pro eiuſdem populi arbitratu remoueri queat. Cùm enim populus ipſe & dominari ponatur, & tamen per ſe non poſsit Rectoris officio ſemper defungi, ſed omnino ſuis negotijs priuatis plerumq; vacare debeat: ſaltem per alios eo munere defungatur oportet, ſi omnino ius ſuum retinere vult. Siue igitur populus ius dicat, ſeu decernat, ſeu deliberet, ſeu iudicet per alios: illi alij neceſſariò debent ex voluntate populi ad id munus obeundum vocari, atque aſſumi. Alioqui aut iniuria populo fieret, aut certè totius Reipub. regimen penes populum iure ipſo non eſſet. In Eccleſia verò Chriſti, nõ omnes qui præſunt, ex voluntate populi Chriſtiani, aut ſolùm, aut potiſsimùm præſunt. Nam neque neceſſe eſt, quemlibet Magiſtratum ſeu Paſtorem Eccleſiæ per Chriſtiani populi ſuffra-

Matth.10. Luc. 10. gia conſtitui (cùm & Apoſtoli, & Septuaginta duo, quos Chriſtus ad prædicandum miſit, ab ipſo tantùm, & non à turbis fidelium conſtituti fuerint) nec Chriſtianus populus vllum Sacerdotem Dei Paſtorémue Gregis pro arbitratu ſuo remouere à dignitate poteſt. Alioqui in poteſtate Corinthiorum, Galatarum, & reliquorum Fidelium fuiſſet, D. Paulum priuaſſe Apo-

Galat. 1. ſtolatu ſuo. At cùm Paulus, *non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum & Deum Patrem ſit ad Apoſtolatum* etiam poſt aſcenſionem Domini vocatus: quem Deus in honore collocat, quis eum de illius honoris gradu poterit deturbare?

Non poteſt autem certior norma, ſecundùm quam Eccleſia gubernetur, ex vlla re alia peti, quàm ex ipſius Chriſti factis atque inſtitutis. Cùm igitur Chriſtus omnes Magiſtratus Eccleſiæ ſuæ non per ſuffragia Diſcipulorum, ſed authoritate ſua creauerit, *vocans ad ſe* (vt

Marci 3. Euangelium ait) *quos voluit ipſe*: miror nunc eſſe, qui eandem Magiſtratuum creationem totius populi Chriſtiani arbitrio committendam docent. quod certè perinde eſt, ac ſi dicerent, hanc Eccleſiam, quæ iamdiu in terris degit, non eſſe illam Eccleſiam, quæ à Chriſto, dum viueret, conſtituta & gubernata fuit. Nam cùm Eccleſia ſit quædam Ciuitas Dei, & Fidelium ſocietas: In omni autem ciuitate nihil ſit maius ipſa regiminis forma, ſecundùm quam quælibet ciuitas & in ordine certo conſtituitur, & ab eodem ordine vel Regnum, vel Ariſtocratia, vel Dominatio popularis denominatur: profectò ſi forma Regiminis, quod Chriſtus primùm in Eccleſia poſuit, vllo vnquam tempore mutata eſt, iam illa non erit eadem Ciuitas quam Chriſtus inſtituebat, ſed prorſus alia. Nec enim eadem eſt, vel Philoſophorum iudicio, illa Ciuitas, quæ à Rege, & illa quæ à populo gubernatur: cùm ſpecie Reipub. mutata,

mutata, non magis poſsit Ciuitas eadem quæ prius fuit manere, quàm aqua in vinum mutata Vide Ariſtotelem in 3. Polit. c. 2.
poteſt adhuc aqua eſſe. Chriſto autem in terris viuente, Ciuitas Dei fuit *Regnum*, & non po-
pularis ſtatus: igitur adhuc eadem Ciuitas Dei Regnum eſt, & non ſtatus Popularis. Regnum Nota.
autem hoc adminiſtratur à Chriſti ſpiritu in æternum. Sed cùm Ciues huius Regni tam ex
corporibus, quàm ex animis conſtent: Chriſtus ad viſibilem corporis ſui abſentiam compen-
ſandam, Vicarium loco ſuo reliquit, per cuius viſibile miniſterium ea diſponeret, quæ neceſſa-
ria ſunt. Ita non mutatur forma Reipublicæ à Chriſto ſemel inſtituta, ſed perpetuò eadem ma-
net. Quòd ſi dicas, neminem vnum tantæ Ciuitati regendæ ſufficere: fatebor quidem hoc ita
futurum fuiſſe, niſi Chriſtus (ſicuti antè in Moſaica præfectura deſignauerat) multos ei tùm
Fratres, tùm Miniſtros addidiſſet. Nunc autem per aliorum opem, qui vocantur in partem Exod. 18.
ſolicitudinis, hoc maximum onus multò melius per Chriſti gratiam ab vno homine ſuſtineri
poſſe contendo, quàm ab vno Imperatore Orbem Romanum videmus fuiſſe gubernatum.

Porrò, ne ante locum huic rei deſignatum in quæſtionem de vnius Primatu incidamus:
nihil aliud hoc tempore dico, quàm Chriſtum, qui præuidit vnum Petrum non poſſe tantam
molem ſuſtinere, duodecim Apoſtolos elegiſſe, qui vnà cum Petro ipſorum Principe Eccle- Matth. 10.
ſiam ipſius gubernarent. Cur igitur ſaltem non fatemur, ab alijs duodecim Eccleſiam nunc
debere gubernari? Nam ea ſaltem ratione conſtabit, regimen Eccleſiæ penes Duodecim vi-
ros, ac non penes totum corpus Eccleſiæ debere eſſe. Sin & illos non ſufficere huic oneri di-
ces: adiungantur & alij Septuaginta. & per numerum Septuagenarium intelligantur tot Re-
ctores adiungendi, quot populo Chriſtiano per vniuerſum orbem neceſſarij ſunt, vt ita ſaltem
aliquid ſit in Eccleſia noſtra ſimile tùm Moſaicæ, tùm Eccleſiæ Primitiuæ. Ac ne ſic quidem Exod. 18.
regimen Eccleſiæ Dei populare erit, cùm vniuerſa Chriſtianæ gubernationis regula & ab vno
Chriſto pendeat, & ab exemplo viſibili externoq; illius tēporis pendeat, in quo Eccleſia Chriſti
ex nulla parte à toto populo gubernata eſt. Affirmare verò, quòd omnes Eccleſiaſtici Magi-
ſtratus à populo Chriſtiano eligēdi ſunt, eſt tale regimen præſcribere, cuius nulla forma in tota
Chriſti vita præceſsit. Imò de hoc regiminis modo nihil vſpiam in Euangelijs docetur, vti po-
ſtea oſtendam. Ergo in conſtituendo Eccleſiæ regimine hactenus nos longè ſuperiores ſumus,
quòd credimus, Eccleſiam illa ratione gubernandā nunc eſſe, qua Chriſto adhuc viuente, gu- Matth. 28.
bernata eſt. Vt enim Baptiſmus Chriſto viuente inſtitutus & collatus, etiam à nobis obſeruan- 1. Cor. 11.
dus eſt, itemque vt Euchariſtiam ad exemplum Chriſti conficere, & celebrare debemus: ſic Ioan. 13. & 21
etiam credimus, eodem modo Eccleſiam regendam eſſe, quo Chriſtus eam & rexit. & regen-
dam docuit. Aduerſarij verò noſtri neceſſariò ab illius temporis exemplo diſcedunt, & ad
alia ſubſecuta ſe cōferunt, tantò vtique deteriorem cauſam ſuſtinentes, quò longius à Chriſti-
ætate coguntur abire, vt cauſæ ſuæ patrocinium aliquod acquirant.

Sed age, cùm in prima origine Eccleſiæ victoriam reportauerimus, conferamus nos etiam
ad progreſſum & incrementum eiuſdem Eccleſiæ. Poſt Chriſti aſcenſionem ad cœlum, *Ma-* Actor. 1.
thias annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis. Quis huius rei poſt Deum auctor fuit? Diui-
nitùs enim factum eſt, vt, cùm duo ſtatuerentur, *ſors caderet ſuper Mathiam*. Sed Chriſto ex-
cepto (quem omnes vna voce fatemur omnia etiam nunc inuiſibiliter gerere) quis poſtea de-
dit maximam authoritatem huic negotio? Nónne *Petrus, qui exurgens in medio Fratrum, & Iu-*
dam ex Epiſcopatu excidiſſe pronunciauit, & alium dixit in eius locum ſubſtitui oportere? Nam Pſalm. 40.
quòd Petrus conſenſu aliorum, qui aderāt, in ea cauſa vſus eſt, nihil hoc ad rem pertinet: quia
neque nos negamus, quin is, qui vel ſuo iure, vel ex alterius mandato, præſit, ſubditorum con-
ſenſum ad quácunq; rem velit, adhibere poſsit. In eo autem tota quæſtio verſatur: cùm Deus
aliquo ſaltem hominum miniſterio in electione Mathiæ vſus ſit, vtrum præcipui eius miniſtri
totus Fidelium cœtus fuerit, an potius pauci ex eo cœtu, an etiam vnus ſolus? Nam ſiue Deus
paucorum, ſeu præcipuè vnius miniſterio vſus eſt: conſtat præcipuum regimen vtrouis modo Actor. 1.
non eſſe penes populum Chriſtianum. Petrus authoritatem rei dedit, Prophetias in medium
protulit, quid faciendum eſſet, edixit. Reliquus verò cœtus non iudicauit de oratione Petri,
nec an verum dixiſſet, inquiſiuit, ſed paruit verbo eius, & ſtatuit duos, quorū alter diuinitus eſt
electus. Deus igitur Petri miniſterio principalius, quàm reliquæ multitudinis vſus eſt: niſi fortè
principalius non eſt præire, quàm ſubſequi: prædicare, quàm audire: auctorem eſſe, quàm al-
terius auctoritate confidere. Quòd ſi miniſterium Petri præclarius & glorioſius fuit, quàm re-
liqui cœtus miniſterium: iam iterum dicta eſt cauſa, iam tota res finita eſt. quia ſi regimen Ec-
cleſiæ eſſet populare, nihil ipſo populo Magiſtratibus deſignandis maius, aut plenioris pote-
ſtatis eſſe

ſtatis eſſe potuiſſet. Nunc verò cùm Deus Petri potiùs, quàm reliqui cœtus authoritate ad
Mathiæ electionem faciendam & teſtificandã vſus fuerit: clarum eſt, Deum prætuliſſe vnius
miniſterium miniſterio multitudinis. Cuius autem miniſterio Deus magis vtitur, per illum
magis regit Eccleſiam ſuam. Iam verò cùm omne regimen ab illa parte, quæ in ipſo dignior
& magis præcipua eſt, nominari debeat: ſine controuerſia regimen Eccleſiæ potiùs dicendũ
eſt vnius regimen, quàm populare. Nec enim adhuc in illam difficultatem intro, vtrum aliquæ
omnino partes multitudinis in regẽda Eccleſia ſint, nec ne. Ac profectò ſi multitudinẽ accipi-
mus, omnes Chriſtianos præter vnum: vtiq; ſunt aliquæ partes multitudinis in Eccleſia regẽda.
Neceſſe enim eſt, vt ſint plures Rectores præter vnum, etiamſi nullus omnino par & æqualis
Exod. 18. illi vni eſſe poſsit. Sin per multitudinem intelligimus infimam plebem, quæ rudis eſt & ad Cle-
rum penitus non aſſumpta: iam dico, nullas eſſe iſtius multitudinis partes in domo Dei gu-
bernanda. Verùm quia nondum eò vſque progreſſa eſt oratio noſtra: demus interim, quoſuis
de plebe aliquid poſſe in Magiſtratibus eligendis. Si tamen aut pauci aliquot, aut vnus ſolus
plus tota eadem plebe efficere poteſt, regimen Eccleſiæ iudicandum eſt ſecundùm potiorem,
& non ſecundùm imbecilliorem ipſius partem. Ita omni ratione verum eſt, vniuerſale regi-
men Eccleſiæ non eſſe populare. Hoc idem oſtendi poteſt in ſeptem Diaconorum electione.
Actor. 6. *Duodecim enim Apoſtoli conuocantes multitudinem Diſcipulorum, iuſſerunt illam conſiderate viros
ſeptem boni teſtimonij, quos ipſi Apoſtoli conſtituerent ſuper hoc opus.* Apoſtoli præſcribunt quid
fieri debeat, itemque ſibi ſeruant potiores partes, vt videlicet *conſtituant* Diaconos ſuper opus
ob quod eligebantur. Non igitur huius Eccleſiaſtici regiminis prærogatiua penes populum eſt.

Tertium exemplum ab electione aut ſegregatione Pauli Apoſtoli ad certum opus, petatur
Actor. 13. licet. *Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores. Miniſtrantibus autem illis
Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam ad opus, ad
quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponenteſq́; eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi qui-
dem miſſi à Spiritu ſancto, abierunt Seleuciam* Erat Eccleſia Antiochiæ, & erant in ea Prophetæ
& Doctores. Eccleſia ex multis Fidelibus conſtitit, Prophetæ & Doctores erant pauci. Nunc
ſi regimen Eccleſiæ fuiſſet populare, Spiritus ſanctus plus detuliſſet multis Fidelibus, quàm
paucis: quia maior populi pars in pluribus continebatur, quàm in paucioribus. At nunc pau-
ciores illi iubentur id facere, quod maximè pertinuit ad rationem gubernandi. Gubernatoris
enim eſt, aut per ſeipſum regere, aut alium qui regat mittere. Paulus verò miſſus eſt ad opus
Domini, vt eò iam deinceps cum authoritate aliqua maiore fungeretur: & miſſus eſt à paucio-
ribus, reliqua Eccleſia non modò non præeunte, ſed neque omnino vt ſuffragaretur, interro-
gata. Ex quo apparet, in Prophetarum & Doctorum arbitrio poſitum eſſe, velintne an nolint
multitudinis conſenſum in Magiſtratũ creando adhibere, niſi quòd quando mores eorũ, quos
Actor. 14. in opus Domini miſſuri ſunt, ignorant, nec eos ab alijs præterquàm ab hominibus plebeijs co-
1. Tim. 3. gnoſcere poſſunt: tunc quidem neceſſariò teſtimonia etiam plebeiorũ requirenda ſunt. quan-
quàm in tali cauſa id non ad authoritatem rei dandam, ſed tantùm ad ſecuritatem præſidentium
1. Tim. 5. fit, *vt nemini citò manus imponant*, atque vt non niſi homines probatæ fidei & vitæ in opus Do-
mini mittant. Quæ cùm adeo clara ſint: quanta cæcitate illos teneri putabimus, qui nec Mo-
narchiam, nec Ariſtocratiam, ſed potiſsimùm Democratiam in Eccleſia conſtitutam affirmant?
Quæ opinio ſi vera eſſet, oporteret commutatam eſſe etiam illius regiminis formam, quæ poſt
1. Cor 11. Domini aſcenſionem conſtituta fuit. Nec liceret Apoſtolo iam dicere: *Ego accepi à Domino,
2. Tim. 2. quod & tradidi vobis*: aut, *quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus,
qui idonei erunt & alios docere:* Sed ad poſteriora ſecula recurrendum eſſet, vt ſciremus, quo
pacto Eccleſia Dei gubernaretur. Et quænam erunt illa ſecula, ad quorum teſtimonia ſciſci-
tanda nos conferemus? Nam vſque ad ducentos & amplius annos à Chriſti aſcenſione, non
erat immutata vetus illa & Apoſtolica Epiſcoporum ordinatio. Cuius rei locupletiſsimus te-
Lib. 5. epiſt. 6 ad Lapſos. ſtis D. Cyprianus eſt. *Dominus noſter* (inquit) *cuius præcepta metuere & obſeruare debemus, Epi-
ſcopi honorem & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens, in Euangelio loquitur, & dicit Petro: Ego dico tibi,
quia tu es Petrus, & ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferorum non vincent
eam. Inde per temporum & ſucceſſionum vices Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit, vt
Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituatur* (id eſt, fundetur & ſtabilis reddatur) *& omnis actus Eccleſiæ
Gubernatio Epiſcoporũ diuina lege fundatur. per eoſdẽ Præpoſitos gubernetur. Cùm hoc itaq; Diuina lege fundatũ ſit, miror quoſdã audaci temeritate
mihi ſcribere voluiſſe, cum Eccleſia in Epiſcopo, & Clero, & omnibus ſtantibus ſit conſtituta* Hacte-
nus Cyprianus, qui non aliam nouit originem Epiſcoporum, quàm fuerat olim Apoſtolorum,

vtriuſque

vtriuſque Ordinis originem ad Chriſtum auctorem ex æquo referens. Quæro igitur, quo
tempore eius ordinis, quem Chriſtus in Eccleſia primùm poſuit, mutatio facta ſit? Ille con- Epheſ. 4.
ſtituit Apoſtolos primo loco, tãquam præcipuum totius Eccleſiæ membrum. Illos velut ope-
rarios miſit, qui congregarent meſſem in horrea Domini, per illos plantauit Eccleſias, illi ge-
nuerunt filios Chriſto, & filiolos iterum ei parturiêrunt. Certè priores filijs patres ſunt, &
dignior quàm vinea, is eſt, qui vineam plantat. Quæro igitur, quando Eccleſia cœperit ipſa
ſibi conſtituere Paſtores, & maior toto Paſtorum collegio haberi? Apoſtoli certè conſtitue-
runt in Eccleſia Presbyteros, & Epiſcopos: idque non ad nutum Eccleſiæ, ſed ad inſpiratio- Act. 14. & 20.
nem Dei. Nam ſi quando interrogârunt conſenſum Eccleſiæ, vt ſcirent quinam eſſent, qui-
bus teſtimonium bonæ vitæ diceretur: tamen ille conſenſus non fecit, vt ij, de quibus inter-
rogabant, mox Presbyteri, aut Epiſcopi eſſent: ſed quod longè maximum in ea cauſa erat,
penes Apoſtolos aut alios Gregis Præfectos reſtabat, *vt ijs manus presbyterij imponerent*, & præ- 1. Timoth. 4.
terea *mitterent* eos, qui iam conſecrati eſſent, *in opus Domini*. Conſecratio & miſsio ſunt illa,
quæ potiſsimùm paſcendi & regendi authoritatem dant. Soli *Prophetæ & Doctores Antioche-* Act. 13.
ni ſegregârunt Paulum & Barnabam in opus, ad quòd Dominus aſſumpſit eos: etiamſi eſſet eo tem-
pore cœtus Fidelium in Antiochia. Et qui dimittebantur ab illis Prophetis & Doctoribus,
dicebantur *mitti à Spiritu ſancto*. Idem dicamus licet de Tito, *quem Paulus reliquit Cretæ, vt* Tit. 1.
conſtitueret Presbyteros per Ciuitates, ſecundùm quod Paulus diſpoſuerat illi. Cùm ergo Apoſtoli nõ
ceſsârint ab Epiſcopis creandis, & à Presbyteris mittendis, poſtquàm Eccleſia iam aliquò vſq;
dilatata erat, imò cùm Paulus iuſſerit Titum *conſtituere Presbyteros*, & Timotheo præceperit,
ne citò manus imponeret, eo ipſo ſignificãs, poſſe illũ alijs manus imponere, modò id ritè atq; or- 1. Tim. 5.
dine faceret, eademq; regula in æternũ ſeruata ſit, vt nos credimus: quæro ab Aduerſarijs, quã-
do mutata ſit hæc ratio Eccleſiaſtici regiminis, quando, inquam, effectum ſit, vt non licuerit
Epiſcopis, qui Apoſtolis ſucceſſerunt, & Presbyteros per impoſitionem manuum Presbyterij
conſecrare, & illos conſtituere per Ciuitates? Nam ſi hoc ab Apoſtolis per manus acceptum
ſemper licuit: ſemper etiam fuit regimen Eccleſiæ Chriſti vt penes ipſos Apoſtolos, dũ viue-
rent, ſic penes eorũ Succeſſores, & nõ penes populum Chriſtianũ. Nec hîc diſputo de conſen-
ſu populi. Nam etſi non ſemper neceſſarius is erat, nec ſemper eſt adhibitus, vt in Pauli conſe- Act. 13.
cratione apparet: tamen demus, eũ ſemper fuiſſe adhibitũ. An hoc ſatis eſt, vt penes populum
præcipuè regimen Eccleſiæ eſſe dicatur? Qui ius regiminis verè in ſe habet, nõ modò vnã par-
ticulam, ſed aut totã prorſus gubernationem, aut certè maximã eius partem in ſua manu habet.
Sed conſenſus populi præterquã quod non ſemper eſt neceſſarius, etiam minima pars eſt eorũ,
quæ ad conſtituendum Eccleſiæ Paſtorem concurrunt. Reſtat enim manus impoſitio, quã po- 1. Timoth. 4.
pulus exercere non poteſt: reſtat miſsio illius, cui manus imponuntur, in opus Domini, quæ
etiã ipſa non fit à populo, ſed ab eo, qui manus imponit, aut eas imponi iubet. Conſecratio autẽ
& miſsio Sacerdotum, verè dat illis poteſtatẽ quam habent. Conſenſus verò populi nihil aliud
dat, quàm vt is gratioſior ſit & charior populo, quem populus ipſe & expetiuit, & cooptauit.
Nam & populum Iſraëlis non dubito conſenſiſſe, vt Aaron in Pontificem conſecraretur: ſed
non ille conſenſus, verùm conſecratio Moyſis & miſsio ad ſacrificandũ, fuit illud opus, quod Exod 28.
Aaronem effecit Sacerdotem. Quæ cùm ita ſint, nihil video, quin vſque in hodiernum diem
regimen Eccleſiæ maneat penes Apoſtolorum Succeſſores, nec ſit conuerſum in aliam politiæ
formam. Ac nimirum, ſi res aliter ſe haberet, oporteret non multitudinem per ſuos Opti-
mates, verùm Optimates ipſos per Chriſtiani populi multitudinem paſci & doceri, quod lon-
gè ſecùs ſe habet. Nam Chriſtus Eccleſiæ regimen ita diſpoſuit, vt non quemlibet ſtatim per
ſeipſum, ſed plæroſque per alios neceſſaria cognitione imbuat. Vnde Apoſtolus ad Galatas Galat. 6.
ſcribit: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in*
ſpiritu lenitatis. Quò autem quiſquam propiùs à Chriſto abeſt, & coniunctiùs ab eo inſtruitur
ad hunc finem, vt alios iterum publicè paſcat: eò ſublimiorem in Eccleſiaſtico regimine locũ
tenet. Cùm enim *Princeps Paſtorum ſit ipſe Chriſtus*, & ille non omnes ex æquo per ſe, verùm 1. Pet. 5.
pleroſque per aliorum hominum operam & miniſterium doceat: primus Paſtor poſt Chri-
ſtum is erit, per quem Chriſtus potiſsimùm Eccleſiam ſuam paſcit. Eſſe autem proximum
Chriſto in Eccleſia paſcenda, hoc vtique eſt primum Chriſti Miniſtrum eſſe, & eadem ope-
ra maximum omnino Rectorem eſſe in Eccleſia Dei. Nam ſi quis accuratè velit indagare,
quid ſit regere Eccleſiam, inueniet omne regimen Eccleſiaſticum in verbo *paſcendi & mini-*
ſtrandi cõprehenſum. Ait enim Ezechiel de Chriſto Ieſu: *Et ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos, &* Ezech. 37.

Paſtor vnus erit omnium eorum. Idem ergo eſt, Regem ſuper Eccleſiam, & Paſtorem eſſe.
Matth.25. Ioan.10. Vnde Chriſtus, qui Eccleſiam ſuam perſæpè appellauit *Regnum cœlorum*, de Rege illius, hoc
eſt, de ſeipſo dixit: *Ego ſum bonus Paſtor.* Et alibi de miniſterio Eccleſiæ loquens: *Ego* (inquit)
Matth.20. *in medio veſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat. Et Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare:*
Ioan.13. cùm tamen aliâs dixerit, *ſe Dominum & Magiſtrum omnium noſtrûm eſſe.* Quando igitur de
Epheſ.1. Eccleſia regenda loquimur, vt omnes fatemur Chriſtum Regem eſſe *Caput Eccleſiæ ſuper om-*
1.Pet.5. Philip.1. *nia, & Principem Paſtorum. & eum qui ſubminiſtrat Spiritum ſuum Sanctum, & Magiſtrum vnũ*
Matth.23. *in cælis, & qui habet clauem Dauid, quiq́; tollit peccata mundi:* ſic neceſſe eſt fateamur, eum ſub
Apocal.3. Ioan 1. Chriſto maximum in terris, & ſummum viſibilis Eccleſiæ rectorem eſſe, qui eſt primus Paſtor
Matth.10. inter homines, & primus Miniſter Ieſu Chriſti, & primus Clauium Regni cœlorum ſuſceptor,
Ioan 21 Matth.16. & Magiſter ſummus in terris. Hoc autem officium non pertinet præcipuè ad totum popu-
lum Chriſtianum (nec enim is ipſe à Chriſto ſic docetur aut mittitur, vt iterum alios mittat,
alioſque doceat in ſummo viſibilis miniſterij gradu): non igitur populare eſt regimen Eccle-
ſiæ Dei. Quòd verò totus Fidelium cœtus non ſit primus Miniſter Ieſu Chriſti, & is Magi-
ſter, per quem ſinguli Paſtores doceantur, vt alios iterum doceant, ſic demonſtro.

Matth.10. Deus per Spiritum ſuum ſanctum nos docet, ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Spiritus Pa-*
1.Cor.2 *tris veſtri loquitur in vobis.* Et alibi: *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* Spiritus
Luc.24. verò ſanctus non primùm datus eſt toti Fidelium cœtui, ſed Apoſtolis tantùm. Nam *cum vn-*
decim congregati eſſent, Ieſus ſtetit in medio eorum, & aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scriptu-
Ioan.20. *ras.* Et dixit eis: *Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Et cùm hoc dixiſſet, inſufflauit,*
& dixit eis, Accipite Spiritum Sanctum: quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum reti-
Rom.8. *nueritis, retenta ſunt.* Primitias igitur Spiritus ſancti non niſi vndecim Apoſtoli acceperunt.
Itemque illi ſoli *mittuntur à Christo*, & ſic mittuntur, *vt ipſe miſſus eſt à Patre ſuo*, id eſt, cum tã-
Actor 8 1.Timoth.4. ta authoritate, vt alios iterum poſſint mittere, vtque *ad impoſitionem manuum ipſorum Spiri-*
Matth.16. *tus ſanctus & gratia Dei alijs detur.* Vni ex illis Claues Regni cœlorum ante omnes alios pro-
Ioan.21 mittuntur, & ille idem ſolus à Chriſto nominatur ouium & agnorum Paſtor. Non igitur to-
tum Eccleſiæ corpus, velut ſtatus quidam popularis, ſummam poteſtatem primo ſtatim loco à
Chriſto accipit, ſed partim pauci, partim vnus reliquæ multitudini præferuntur. Quòd ſi ob-
ijcias, & Petrum, & cæteros Apoſtolos pro Eccleſia poteſtatem illam accepiſſe, velut qui per-
ſonam totius myſtici corporis ſuſtinuerint: meminiſſe debes, id quidem habere in ſe vt aliquã
Quomodo Paſtores miniſtri ſint Eccleſiæ. veri partem, ſic multum fraudis occultatum. Sunt enim omnes Apoſtoli Miniſtri Eccleſiæ,
id eſt, ij, qui iubeantur à Domino miniſtrare ipſius Eccleſiæ. Ideoque perſonam Eccleſiæ ge-
runt, ſed à quo impoſitam? Verum ab Eccleſia? Hoc illud eſt, in quo venena ſua Proteſtan-
tes rudi populo propinant. Ita enim rem efferunt, velut Eccleſia Apoſtolos & Paſtores om-
nes conſtituiſſet ſuos Miniſtros: quod prorſus ab omni veritate abhorret. Non enim Eccle-
ſia miſit Apoſtolos Chriſti: ſed Chriſtus fecit Apoſtolos Eccleſiæ procuratores & admini-
ſtros. Itaque ſunt quidem Paſtores omnes miniſtri totius Eccleſiæ, ſed non ab illa, verùm ab
illius Domino conſtituti. Manet igitur firmum quod dixi, Eccleſiam non eſſe illam, cui pri-
mùm Deus in ſeipſa, ac per illam Apoſtolis dedit Spiritum ſuum: ſed Eccleſia eſt illa, propter
quam Deus Apoſtolis ſuis primùm dedit Spiritum ſanctum, ac per illos Eccleſiæ reliquæ eam
2.Cor.3. gratiam contulit. Vnde D. Paulus appellat miniſterium ſuum, *Miniſtrationem ſpiritus miniſtra-*
tionemq́; iuſtitiæ, videlicet quia miniſtrabant Apoſtoli ſpiritum & iuſtitiam alijs Fidelibus.

Porrò ne illuc tandem confugias: Chriſtum in terris agentem feciſſe, quod ipſi videba-
tur, & ideo conſtituiſſe Apoſtolos Eccleſiæ ſuæ Rectores, verùm iam in cœlis agentem aliter
Eccleſiam ſuam gubernare, & nunc per Eccleſiam ſuam, hoc eſt, per totam Fidelium multitu-
dinem omnes noui Teſtamenti Miniſtros conſtituere & mittere: audi quid Apoſtolus Pau-
Epheſ.4. lus de gubernatione Eccleſiæ in æternum duratura conſcribat. *Vnicuique noſtrûm data eſt*
gratia ſecundùm menſuram donationis Christi: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam
autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationẽ San-
ctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Quibus in verbis Apoſtolus de guber-
natione Eccleſiæ agit, eoſque commemorat gradus atq; Ordines Paſtorum, per quos Eccleſia
regitur. Illos autem omnes dicit *Chriſtum dediſſe.* Tu fortè ſupplebis, quòd per Eccleſiam in-
teriectam illos dederit. Cæterùm ſi hoc ita comparatum fuiſſet, oportuit ante omnia dici, quòd
Marc.3. Chriſtus dediſſet Eccleſiam, quæ poſtea dediſſet Apoſtolos & Paſtores. Deinde conſtat, Apo-
Ioan.20. ſtolos ab ipſo Chriſto & electos, & miſſos fuiſſe, nulla prorſus perſona interpoſita, cùm Chri-
ſtus ipſe

ſtus ipſe inſufflauerit in eos, & iuſſerit eos accipere Spiritum ſanctum. Tertiò, vt Christus dedit Apoſtolos abſque vllius perſonæ interuentu, ſic & *Prophetas dedit*, aut nullo interpoſito, aut certè non niſi Apoſtolorum perſonis interpoſitis. Eodemq; modo *Paſtores alios* aut ſtatim à ſeipſo dedit, aut eos non niſi per Apoſtolos, Prophetas, & Euangeliſtas interiectos, dedit. Non enim libenter hoc tempore in alienam diſputationem deflecto, vt quæram, quibus modis omnia ſunt diſpoſita & ordinata. Id tantùm dico, Paſtores, quibus Eccleſia regitur, aut ab ipſo Chriſto ſine medio datos eſſe (vt etiam Apoſtoli per ſe ab ipſo dati ſunt) aut tantùm per illos Ordines, aliquémue eorum, quos Apoſtolus recenſuit, eſſe datos. Nulla enim ratio patitur, vt id quod Apoſtolus dicit, abijciamus, & id quod non dicit, de noſtro apponamus. Ille dicit, *Chriſtum dediſſe primùm Apoſtolos, deinde Prophetas, poſtea Euangeliſtas, & demum Paſtores atq; Doctores.* Quemadmodum ergo Apoſtolos per ſe, & non per Eccleſiam ſuam dedit, ſic etiam dedit Paſtores & Doctores vel per ſe, vel certè non niſi per Apoſtolos, Prophetas ſeu Euangeliſtas ſuos. Verùm vt Eccleſia non interuenit inter Chriſtum & Apoſtolos: ſic neq; interuenit inter Chriſtum & Paſtores Doctoreſque.

Porrò Paſtores & Doctores, quos Apoſtolus nominat, in Eccleſia perſeuerant vſque ad conſummationem ſeculi, quod nec Aduerſarij negant. Semper igitur Chriſtus dat Paſtores & Doctores, abſque interuentu Eccleſiæ. Si ergo inter Chriſtum & reliquam Eccleſiam, Paſtores ac Doctores interueniunt: iam profectò non eſt regimẽ populare in Eccleſia, ſed vel paucorum, vel tantùm vnius: paucorum, ſi plures Paſtores à Chriſto abſque vllo qui ſit eorum Princeps, dantur: vnius, ſi plures per vnius authoritatem interiectam dati ſunt. Etſi enim Apoſtoli omnes à Chriſto abſque vlla perſona interiecta ſunt miſſi: tamen & ipſos ita præparauit ad Apoſtolatum, vt primùm vocaret Petrum: & ipſis ita dedit poteſtatem Clauium, vt eas vni Petro priùs promitteret: & ad poſtremum ita eos miſit in vniuerſum mundũ, vt priùs Petro ſoli diceret, *Diligis me plus his? Paſce Agnos, Paſce Oues meas.* Itaque cùm omnes ab illo mitterentur, tamen non omnes abſque vllo Principe inter ipſos conſtituto, ſed vnà cum Petro ipſorum Principe mittebantur. Verùm de Primatu aliàs. Nunc animaduerto, Paſtores & Doctores non magis habere totam Eccleſiam inter ipſos & Chriſtum conſtitutam, quàm Apoſtoli totam Eccleſiam inter ipſos & Chriſtum conſtitutam habent. Paſtores igitur, qui mittuntur à Chriſto abſque Eccleſiæ medio, non ſubſunt fidelium multitudini quoad authoritatem prædicandi & regendi, licet eidem ſubſint quoad voluntatem eius, qui iuſsit eos miniſtrare & ſeruos Eccleſiæ eſſe. Quod perinde ſe habet, ac ſi Rex aliquem mittat in publicam cuſtodiam, vt ibi miniſtret atq; inſeruiat ijs, qui vinculis alligantur. Is enim obſequitur & ſubeſt vinctis, non tanquam ij ad hoc vocauerint aut miſerint eum, aut hoc ei præceperint, ſed tanquam ex præcepto ſui Regis. Matth. 10. & 16. Ioan. 21. Matth. 20.

Hoc idem adhuc multò magis cõfirmatur ex ijs quæ ſequuntur apud Paulum. Ait quippe, iſtos *Paſtores & Doctores datos eſſe in ædificationem Corporis Chriſti, & in opus miniſterij, & ad cõſummationem Sanctorum*, id eſt, ad redintegrationem & refectionem Fidelium, qui abſque eo quòd iſti Paſtores interuenirent, confracti & diſiecti iacerent. Nunc autem (vt Dominus apud Ezechielem ait) *Ecce ego ipſe ſuper Paſtores, requiram Gregem meum de manu eorum. Ego paſcam oues meas. Quod perierat, requiram, & quod abiectum erat, reducam. & quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, conſolidabo.* Hoc vtiq; officio ipſe Chriſtus, dum in terris ageret, per ſe ipſe functus eſt. Iam verò idem ipſum facit per externam Paſtorum operam & miniſterium. Si ergo Paſtorum eſt Eccleſiam iacentem erigere, collapſam reficere, diſiectam conſolidare, & diſperſam vnire: Chriſtus autem ſit robur, & fortitudo, & lapis angularis Eccleſiæ ſuæ: profectò inter Chriſtum & diſperſos Eccleſiæ lapides, interueniunt Paſtores ac Doctores Eccleſiæ, velut fabri & ſtructores quidam, quorũ viſibilis, & temporalis, ac Vicarius Architectus ſit Petri Succeſſor, inuiſibilis verò æternuſque Architectus, & ſua poteſtate præſidens, Chriſtus Ieſus. Quòd ſi Paſtores ab Eccleſia mitterentur, atque ab illa poteſtatem acciperent: illa neceſſariò deberet eſſe fortior, ſolidior, & magis integra perfectaque quàm ij ſunt, quos mitteret. *Apoſtolus enim non eſt maior eo qui miſit illum.* Neque verò Chriſtus per Eccleſiam Paſtores mitteret, niſi etiam per eãdem vires, robur, & Spiritum ſanctum illis ſuppeditaret. Cùm verò Paſtores Eccleſiam conſolident, ſtabiliant, & ædificent, hoc eſt, vniant, & in corpus perfectum compingant & coagmentent: nónne manifeſta inſania eſt, Paſtores reliquæ multitudini ſubijcere, & eos, qui longiùs à Chriſto abſunt, ijs qui fortitudinem ab ipſo in ſublimiore gradu etiam ad alios corroborandos participant, præponere? Sed quid Epheſ. 4. Ezech. 34. Epheſ. 2. Ioan. 13. Epheſ. 4.

 argumentor?

argumentor? Ipſe Apoſtolus nudè omnia & perſpicuè explicat in his verbis: *Chriſtus dedit Paſtores & Doctores in ædificationem corporis ſui, donec veritatem facientes, in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.* Principiò, ſi totum Eccleſiæ corpus compingitur & connectitur ex Chriſto, non igitur diſſolutum eſt Eccleſiæ corpus, ſed ordine conſtructum eſt & coagmentatum. Quo autem pacto coagmentatur? *Per omnem iuncturam*, ſiue, *per omnē tactum & commiſſuram ſubminiſtrationis Chriſti.* Vna enim pars Eccleſiaſtici corporis non aliter cum alia parte vndique connectitur & aptè cohæret, quàm aut vna pars domus cum alia

Ephcſ. 1. eiuſdem domus parte, aut animalis vnum membrum cum alio membro. *Caput verò Eccleſiæ Chriſtus eſt.* Non ergo ſtatim venter aut pedes capiti adiunguntur, ſed intercedunt alia membra, quæ per naturam inter caput, ventremque, & pedes debeant interponi. Quid ergo capiti proximè adhæret? Vtique collum. Quid collo? Pectus. atque ita *per omnem iuncturam* & commiſſuram peruenitur ad imos pedes.

Ac ſanè conuenit nobis cum Aduerſarijs, quòd Caput Eccleſiæ Chriſtus eſt, ex quo Capite profluit, quicquid Eccleſiam vel conglutinat, vel paſcit. Sed Eccleſia paſcitur non tota ſimul, verùm *per operationem* & occultam vim, quam Chriſtus ſubminiſtrat vnicuique mēbro, non ex æquo, ſed *pro menſura* quæ illi membro conuenit. Alia enim eſt menſura & dignitas colli, alia pectoris, alia ventris, alia crurum, alia poſtremò pedum. Atque ita corpus totum ordinatè ac ſecundùm proportionem debitam *augetur & creſcit in Chriſto.* Illud autem mem-

Ioan 1. Ephcſ. 4. brum maiore gratia refertur, quod in iſta connexione propiùs capiti adhæret. *De plenitudine enim capitis omnia membra participant, vnumquodque pro menſura ſua.* Quemadmodum enim caloris, qui ab igne proficiſcitur, eò magis quidque fit particeps, quò propinquiùs ad ignem accedit: ſic fit in myſtico Eccleſiæ corpore, vt illud membrum gratia capitis copioſius perfundatur, quod à capite propius abeſt. Cùm ergo vnū Eccleſiæ membrum vicinius Chriſto quàm aliud ſit (quomodo alioqui cōnecteretur Eccleſiæ corpus ex Chriſto, per omnem iuncturā ſub-

Ephcſ. 4. miniſtrationis) cùm Apoſtolus ibi nominatim agat *de Paſtoribus, & Doctoribus, quos Chriſtus dedit ad conſummationē Fidelium, & ad ædificationē corporis ſui*, atq; ideo neceſſe ſit, vt ipſos Paſtores & viciniores Chriſto eſſe, & de poteſtate gubernādi plus reliqua multitudine participare intelligat: manifeſtè euincitur non Paſtores per Eccleſiam, ſed Eccleſiam per ſuos Paſtores interpoſitos cum Chriſto coniungi, & vniri. Nam membrum minus dignū per aliud membrū dignius & præclarius cū capite cōnectitur. Cæterùm ſi ſtatus Eccleſiæ eſſet popularis: Chriſtus dona gratiæ illius, qua Eccleſiam regit, in totam populi turbam, & tanquàm in ventrem & medium Eccleſiæ primùm diffudiſſet: vt Eccleſia deinde vnicuique Magiſtratui, quantum ei ſatis videretur, de illo, quod à Chriſto accepiſſet, diſtribueret. Atque ita corpus Eccleſiæ non eſſet aptum & connexum ex Chriſto, ſed hinc emineret Chriſtus ſuper totum corpus Eccleſiæ diffuſus, & nullo ordine cum illo connexus: inde ſeparata iacēret tota Eccleſiæ multitudo, non in manus, aut pedes, articulóſue diſtincta, ſed velut chaos quoddam immenſum, cui Chriſtus non per collum aut pectus, verùm abſque vllo membro interiecto ſuum ſpiritum impartiret. Tertiò Eccleſia ipſa ingentem hāc molem ſuam poſtea in membra quædam minora formaret: vnde alij Paſtores fierent, alij Oues, atque ita quoddam Eccleſiæ collum, & vbera, & manus, & crura, & pedes apparere inciperent. Ipſa enim diſtinctio Eccleſiaſtici corporis in Prouincias, in Diœceſes, atque in Parochias, hoc vtique eſt in hoc mundo membra illi & partes quaſ-

Baſilius in Epiſt 77. dam diſtinctas addere. Itaq; cùm Baſilius Magnus ad Occidentales Epiſcopos ſcriberet: *Sine* (inquit) *Caput vos ipſos vniuerſalis Eccleſiæ reputatis, nō poteſt pedibus dicere caput, non eſt mihi opus vobis: ſiue in reliquum vos Eccleſiaſticorum membrorum ordinem locatis, non poteſtis nobis dicere, qui in eodem vobiſcum corpore conſtituti ſumus, non eſtis nobis neceſſarij. Nam & manus mutuam inter ſe operam neceſſariam habent, & pedes mutuò ſeſe firmant, & oculi per concordiam habent, quòd obiecta clarè & dilucidè apprehendunt.* Vbi perſpicuè declarauit, ſecundùm exteriorem Eccleſiæ formam, alias Prouincias velut manus, aut caput, alias autem velut pedes aut

Vide Greg. Nazianzen. in Monodia. brachia eſſe. Porrò conſtat, diſtinctionem Prouinciarum ab Epiſcoporum iuriſdictione promanaſſe.

Quibus ita poſitis, ſi connexio iſta membrorum & partium Eccleſiæ, quam Paſtores & Doctores efficiunt, non fit ab ipſo Chriſto abſque vlla re interiecta, ſed fit ab illo per vniuerſalis Eccleſiæ interuentum: iterum efficitur, vt duplex quodammodo Eccleſiæ corpus poni

debeat:

debeat : vnum incompoſitum & confuſum, quod nullos adhuc Doctores habeat, ſed à Chriſto ſolo irrigetur (Nam ſi Eccleſia conſtituit Paſtores, neceſſe eſt, vt prius Eccleſia ſit, quàm Paſtores vllos habeat) ac deinde aliud erit corpus Eccleſiæ coagmentatum & pulchrè diſpoſitũ, quod Chriſtus ſecundariò per Eccleſiam ſuam operetur. Nemo quippe negare poterit, quin corpus Eccleſiæ lõgè illuſtriùs & aptiùs futurum ſit, poſtquàm acceperit Paſtores & Docto- Epheſ.4. 2.Cor.3 res, quàm prius fuerat : cùm illi ſint, qui ædificant & perficiunt Eccleſiam, quique ſpiritum in illa & iuſtitiam adminiſtrant. Hinc autem plura ſanè abſurda conſequentur. Nam primùm ſecundaria Chriſti actio, quam per alium operatur, longè perfectior erit, quàm prima illa actio, quam per ſeipſum operatus eſt. Chriſtus per ſeipſum (vt Proteſtantes aiunt) vniuerſalem Eccleſiã regit, & per illã poſtea conſtituit Epiſcopos, Presbyteros, & alios Eccleſiæ Præfectos. Perfectius eſt autem opus illud, per quod Eccleſia Presbyteros & Epiſcopos accipit, quàm illud in quo iiſdem caret. Ex eoque etiam Chriſtus rem perfectiorem operaretur per Eccleſiam ſuam, quæ Paſtores conſtituit, quàm per ſeipſum, qui Eccleſiam Paſtoribus adhuc carentem producit. Deiode contrariæ repugnanteſque eſſent ipſius Chriſti actiones. Nam 1.Cor.4. primùm genuit Apoſtolos, vt illi gignerent plures Eccleſiæ filios : nunc autem gigneret primùm Eccleſiam, vt illa poſtea gigneret Paſtores & Doctores.

An fortè illud dices, primùm à Chriſto genitos eſſe Apoſtolos velut Eccleſiæ Patres: deinde vniuerſalem Eccleſiam velut Apoſtolorum filiam procreaſſe Paſtores & Doctores velut filios quidem ſuos, Apoſtolorum verò nepotes? Atqui nec iſta inter ſe cohærent, Vniuerſalis quippe Eccleſia non coit aliquando in vnum, vt vnum aliquem Paſtorem aut vniuerſo corpori, aut vni cuipiam membro præficiat. Nam etſi Paſtores Eccleſiarum aliquando in vnum coëant, & vniuerſalem Eccleſiam repræſentent: tamẽ hoc nihil adiuuat cauſam Proteſtantium : quia Paſtores illi non coëunt ad multitudinis imperium, ſed ſponte ſua, ac ſeſe mutuò prouocantes: & quicquid inter ſe decernunt, id potius probat, regimen Eccleſiæ ſtatim ſub Chriſto penes ipſos eſſe, quàm penes reliquam Eccleſiam. At per ſe vniuerſalis Eccleſia nec vnquam congregata eſt, nec aliquaodo aut Paſtores ipſa fecit, aut deinceps quo ordine fierent, præſcripſit. Proferes fortè illud Auguſtini ad Eccleſiam dicentis: *Genuerunt te* Pſal.44. *Apoſtoli: ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi Patres. Pro Apoſtolis nati ſunt tibi filij, conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum, vnde nati ſunt? Ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum*, id eſt, Apoſtolorum. Ad Auguſtinum igitur, id eſt, ad hominis teſtimoniũ confugies, cùm ego te verbo Dei premam. Oſtendamus ergo, quæ fuit Auguſtini mens & iudicium in hac re. *Eccleſia* (inquit) *genuit Epiſcopos*: hoc eſt, Eccleſia illos genuit in Baptiſmo, qui poſtea ex ipſo Fidelium corpore aſſumpti ſunt ab alijs Epiſcopis ad honorem Epiſcopalem. Iam ſi quæras, quomodo Eccleſia illos genuit: ipſe Auguſtinus tibi reſpondebit, Eccleſiam illos genuiſſe, dum à Presbyteris aut alijs Eccleſiæ miniſtris baptizarentur. Nec tamen cùm baptizantur Fideles, Miniſtri neceſſariò conuocant Eccleſiam, velut abſque illius iuſſu Baptiſmum adminiſtrare non poſſint : ſed qoia quod Paſtores Eccleſiæ faciunt, cum ſummo bonorum conſenſu & voto id ſemper faciunt : id ipſum, quod à paucis verè fit, ab omnibus fieri, meritò interpretamur. Non enim per ſe baptizatos gignit Eccleſia, ſed voto quidem ſuo, lingua verò & manu miniſtrorum ſuorum eos gignit. Nunc adde quod ſequitur : *Eccleſia conſtituit Epiſcopos in ſedibus Apoſtolorum*. Quo tan- Actor.13. 1 Timot.4. dem modo? Nónne per interpoſitam Epiſcoporum poteſtatem, qui manibus de more impoſitis ad paſcendum Dei populum eos miſerunt? Per alios igitur Eccleſia genuit Epiſcopos, & per alios conſtituit eoſdem in ſedibus Apoſtolorum. At ipſa (inquies) hoc fecit per alios, velut per ſuos miniſtros. Equidem fateor. Sed iſti miniſtri non ex inſtitutione ipſius Eccleſiæ, ſed ex inſtitutione Domini hoc miniſterium Eccleſiæ præſtant. Itaq; in hoc verſatur ſumma rei: vtrũ Auguſtinus putauerit Miniſtros Eccleſiæ fuiſſe ab ipſa Eccleſia primùm inſtitutos, an potius à Chriſto Ieſu, non per interpoſitam Eccleſiæ authoritatem, ſed per inſtitutum ab ipſo Chriſto aliquod Sacramentum. Neq; verò vllus vnquam Theologus grauis & doctus iudicauit, Sacramenta Chriſti per Eccleſiam eſſe omnino inſtituta, ſed tantùm per Chriſtum Eccleſiæ totius Caput. Cùm igitur quidam Donatiſtæ dicerent, quoſdam rebaptizari poſſe, quia licet ipſorũ miniſtrorum is, quem acceperunt, baptiſmus amitti non poſſit, tamẽ Presbyter vel Epiſcopus, qui recedit ab vnitate Catholica, *ius dandi Baptiſmi* (vt illi putabant) amittit, tanquam ſi ille poſtea conetur baptizare, nihil faciat: Auguſtinus reſpoodit in hunc modum : *Nulla oſtenditur* Contra epiſt. Parmen. lib. 2. cap 13. *cauſa, cur ille, qui ipſum Baptiſmum amittere non poteſt, ius dandi amittere poſſit. Verumq; enim Sacra-*

Sacramentũ Ciuitas. E noro Teſt. men.quæſtio.93.

mentum eſt, & quadam conſecratione vtrumque homini datur : illud cùm baptizatur, iſtud cùm ordinatur. Ideoq; in Catholica vtrumq; non licet iterari. Et alibi: *Illud autem quod inflaſſe in Diſcipulos Dominus legitur poſt paucos dies reſurrectionis ſuæ, & dixiſſe, Accipite Spiritum Sanctum: Eccleſiaſtica poteſtas collata intelligitur eſſe. Quia enim omnia in traditione Dominica per Spiritum Sanctũ aguntur, idcirco cùm regula eis & forma traditur huius diſciplinæ, dicitur eis : Accipite Spiritum ſanctum. Et quia verè ad ius Eccleſiaſticum pertinet, ſtatim ſubiecit, dicens : Cuius tenueritis peccata, tenebuntur, & cuius remiſeritis, remittentur ei. Inſpiratio ergo hæc gratia quadam eſt, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Vnde Apoſtolus dicit ad Timotheũ: Noli (inquit) negligere gratiam quæ eſt in te quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij. Semel ergo fieri oportuit, vt de cætero traditio iſta non ſine dono Spiritus Sancti eſſe crederetur. Sicut enim in Saluatore forma data eſt viſibiliter, vt poſt Baptiſmum Spiritus Sanctus credentibus de cætero inuiſibiliter dari non ambigeretur : ita & in ſupradicta cauſa forma data eſt in principio, vt ex eo traditioni Eccleſiaſticæ Spiritus Sanctus infuſus credatur.*

Gratia infunditur ordinatis per traditionem, id eſt, per Epiſcopos ordine ſibi ſuccedentes. 1. Tim. 4. Matth. 3.

Cùm igitur Auguſtinus crediderit, non minus eſſe aliquod Sacramentum Ordinis, quàm Baptiſmi, nec potuerit ad Epiſcopatum cõſcendere, qui prius non eſſet presbyter ordinatus : manifeſtũ eſt, illum non eo ſenſu dixiſſe, quòd *Eccleſia Epiſcopos conſtituit in ſedibus Apoſtolorum*, velut illa hoc faciat ex iure ſuo atque ex ſua inſtitutione : verùm quia id agit per Præfectos ſuos, quibuſcum *vnum corpus & vnus ſpiritus eſt*. Sic enim credimus, totam Eccleſiam ex varijs membris conſiſtere : potiora verò eius membra, Epiſcopos & Presbyteros eſſe : qui ab Apoſtolorum Succeſſoribus ordinati, alios iterum ordinant, vt ita ſemper Principatus Eccleſiæ maneat apud illa digniora Eccleſiæ membra, & non penes totam multitudinem Fidelium: qui tamen Fideles, quia vnum corpus cum ipſorum Paſtoribus efficiunt, atq; in eodem corpore omnia ſunt communia, rectè id totum facere dicuntur, quod vllum Eccleſiæ totius membrum facit.

Epheſ. 4.

Eccleſia igitur conſtituit Epiſcopos in Sedibus Apoſtolorum, quando Patres Eccleſiæ id agunt, & ſinguli in Eccleſia loquuntur linguis omnium gentiũ, quia de eo corpore ſunt, in quo ſunt aliqui ex omnibus gentibus. Verùm aliter loquendum eſt, quando Hæretici ea confundere nituntur, quæ ſunt alioqui diſtincta. Itaque cùm Aërius diceret, Presbyteros ab Epiſcopis nulla debere differentia diſcerni: Epiphanius rectè Catholicã fidem tutatus eſt, dicens: *Epiſcoporum Ordo Patrum generator eſt: Patres enim generat Eccleſiæ. Presbyterorum verò cùm non poſſit generare Patres, per lauacri regenerationẽ generat filios Eccleſiæ, nõ tamen Patres, aut Doctores.* Ecce Ordo Epiſcoporum eſt, qui generat Epiſcopos, conſtituendos in Sedibus Apoſtolorũ. Gregorius etiam Nyſſenus Sacerdotum ordinationem non ad populi ſuffragia, ſed ad Sacramenti ſanctificationem refert. Cùm enim de Sacramentis Baptiſmi & Euchariſtiæ diſputaret, eaq; vi diuinæ benedictionis ſanctificari declaraſſet: *Eadem* (inquit) *vis etiam Sacerdotem auguſtum & honorandum facit, nouitate benedictionis à communitate vulgi ſegregatum. Quum enim heri ac tempore ſuperiore vnus è multitudine ac plebe eſſet, repente redditur Præceptor, Præſes, Doctor pietatis, Myſteriorum latentium Præſul, eaq; continenter efficit, quum nihil vel corpore, vel forma mutatus, ſed quod ad ſpeciem externam attinet, ſic ſit, qui erat, inuiſibili quadã vi ac gratia, inuiſibilem animã in melius transformatam gerens.* Magnus autem Leo Sacramentũ Ordinis duplici columna ſtabilitũ fuiſſe teſtatur his verbis : *Præter authoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra Scriptura manifeſtat, quòd cùm Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus Sancti ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus : vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curandũ ſit, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo piè & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hanc ordinandorum Sacerdotum formam per Eccleſias, quibus Dominus præeſſe te voluit, etiam ipſe ſeruaueris, vt his qui conſecrandi ſunt, nunquam benedictio niſi in die Reſurrectionis Dominicæ tribuatur.*

Auguſtinus Hær. 53. Epiphan. in Hær. 75. De ſancto Baptiſmate. In epiſtol. 81. alias 63 ad Dioſcorum Alexandrinũ cap. 1

Tam igitur ex Græcorum Patrum, quàm ex Latinorum teſtimonijs, imò etiam ex diuina Scriptura conſtat, Sacramentum quoddam ſacrorum Ordinũ eſſe. Totius autem Ordinis Eccleſiaſtici capita Epiſcopi ſunt, atteſtante D. Ambroſio, cuius hæc ſunt verba : *In Epiſcopo omnium Ordinationum dignitas eſt. Caput eſt enim cæterorum membrorum.* Quæ cùm ita ſint, putabimúſne illos Magiſtratus ad arbitrium plebis aut conſtitui aut remoueri poſſe, quos diuina benedictio conſecrauit, & vt D. Cyprianus loquitur, *quos Deus ordinauit? Christus* (inquit) *arbitrio, nutu, ac præſentia Præpoſitos ipſos, & Eccleſiam cum Præpoſitis gubernat.* Præpoſiti ergo proximè adhærent Chriſto, illis verò adhæret Eccleſia, & ita per ſuos Præpoſitos

Ambroſ. in 1. Cor. c. 1. Cyprian. lib. 4. epiſt. 9.

Eccleſia

Eccleſia Chriſto adhæret. Atq; in ipſis etiam Præpoſitis ordo eſt. Nam cæteri adhærent primo, id eſt, Petro, & Petrus Chriſto, quæ omnia D. Cyprianum ſenſiſſe videmus in eodem loco. Cùm enim Puppianus obijceret D. Cypriano, quòd propter eum Eccleſia portionem ſui in diſperſo haberet: reſpondit Cyprianus, *eam eſſe Eccleſiam, quæ adhæret Epiſcopo. Dominus* (inquit) *in Euangelio, cùm eum loquentem Diſcipuli derelinquerent, conuerſus ad duodecim, dixit: Nunquid & vos vultis ire? Reſpondit ei Petrus, dicens: Domine, ad quem ibimus? Verbum vitæ æternæ habes, & nos credidimus & cognouimus, quoniam tu es Filius Dei viui. Loquitur illic Petrus, ſuper quem ædificata fuerat Eccleſia: Eccleſiæ nomine docens & oſtendens, quia etſi contumax ac ſuperbè obaudire volentium multitudo diſcedat, Eccleſia tamen à Chriſto non recedat, & illi ſunt Eccleſia, plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhærens. Vnde ſcire debes, Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi qui cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe, & fruſtrà ſibi blandiri eos, qui pacem cum Sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quoſdam communicare ſe credunt, quando Eccleſia, quæ Catholica vna eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa, ſed ſit vtique connexa, & cohærentium ſibi inuicem Sacerdotum glutino copulata.* Sacerdotes igitur glutinum Eccleſiæ ſunt, ſine quibus cùm Eccleſiæ corpus connexum ex Chriſto & compactum non ſit, per illos verò conglutinetur & compingatur: neceſſe eſt vt dicamus, totam Eccleſiam eſſe ita compoſitam, vt in ipſa prima eius inſtitutione, atque in omni progreſſu & incremento, Paſtores & Doctores tanquam præcipua Eccleſiæ membra, & glutinum Eccleſiæ è Chriſto ipſo per ſucceſſionum vices, & ordinationes Epiſcoporum, vnà cum cæteris Eccleſiæ membris procedant, non autem ab Eccleſia per ipſius Eccleſiæ authoritatem creentur & præponantur. Ac nimirum ſi Eccleſia neque agnos quidem & oues per authoritatem ſuam abſq; Dominica inſtitutione per Sacramentum Baptiſmi operante, creare poteſt: quantò minus per ſe poteſt creare Paſtores ipſos & Doctores? Nos credimus, & agnos, & oues, & ouium Paſtores ita ex ipſius Chriſti propria, &, vt ita dicã, immediata inſtitutione procedere, vt quemadmodum pater totum hominem, tam caput & cor, quàm manus & pedes ſimul quidem, ſed tamen iuxta cuiuſque menſuram & exiſtendi ordinem generat: ſic Chriſtus totum Eccleſiæ corpus ſimul producat, iuxta menſuram cuiuſque membri. Et quemadmodum monſtri loco haberetur, vt pater quiſpiam generaret hominem ſine capite, & corde, & neruis: ſic inſtar monſtri eſſet, vt Pater Eccleſiæ Chriſtus generaret Eccleſiam ſine Paſtoribus, qui ſunt velut caput, & cor, & nerui Eccleſiæ. Poſtremò quemadmodum corpus aliquod ſine capite, aut corde, aut neruis, ex materno vtero prodiens, non poſſet poſtea caput, cor, aut neruos ſibi coaptare: ſic neque Eccleſia poſſet ſibi Paſtores & Doctores eligere, ſi Chriſtus eam ſine Paſtoribus à ſeipſo immediatè inſtitutis reliquiſſet. Porrò ſi corpus Eccleſiæ vnà cum neruis, corde, capiteque ſuo producta eſt: quemadmodum quodlibet animalis corpus ita creſcit & augetur vſque ad vltimam perfectionem, prout ab initio formatũ eſt: ſic etiam Eccleſiæ corpus in ea forma progreditur, quam à Chriſto primùm accepit. nec modũ incrementi ſui aliter poteſt nunc operari, quàm à Chriſto formari cœpit, dum adhuc in Eccleſia primitiua velut in vtero materno coagmentata eſt. Quemadmodum igitur Paſtores ab initio, non per interiectã Eccleſiæ authoritatem, ſed ab ipſo Chriſto per vim ac poteſtatem æterni Pontificatus ſui, propriè & per ſe inſtituti ſunt: ſic ſemper poſtea, non per interiectam ipſius multitudinis authoritatem, velut cui Chriſtus hoc commiſit, ſed per Sacramentum Ordinis à Chriſto ipſo inſtitutum, atque ab Epiſcopis Chriſti miniſtris vice Chriſti adminiſtrandum, præficientur ijdem Paſtores Fidelium gregi.

Li 4. epiſt 9.

Diuinitus ante annos mille & penè ducentos hoc totum docuit D. Gregorius Nazianzenus, dum eum ipſum locum D. Pauli explicans, quo nos hoc tempore nitebamur: *Quemadmodum* (inquit) *in corpore aliud membrum principatum tenet, ac velut præſidet, aliud ſubeſt ac ſequitur: ad eundem quoque modum Deus vel æquobilitatis lege, quæ meritum cuiuſque perpendit, vel etiam prouidentia, qua vniuerſam rerum molem velut quibuſdam vinculis adſtrinxit, hoc in Eccleſiis conſtituit, vt alij paſcantur, imperiumq; accipiant (quibus id vtilius eſt) ac tùm ſermone, tùm opere ad officium dirigantur, alij contrà ad concinnitatem perfectionemq; Eccleſiæ Paſtorum magiſtrorumq; munere fungantur, nimirum qui virtute neceſſitudineq; ad Deum & familiaritate vulgus antecellunt, rationem animæ ad corpus, aut mentis ad animam ſuſtinentes: vt hæc duo inter ſe compoſita atque compacta (hoc eſt, tam id quod minus plenum eſt, quàm quod exuberat, vt in membris intueri licet) ac ſpiritus compage & commiſſura inter ſe connexa, & conglutinata, vnum corpus omni ex parte perfectum, atq; ipſo Chriſto, qui Caput noſtrum eſt, omnino dignum efficiant.* Tantus Theologus ex

Gregorius Nazianzen. In Apologet. cur in Pontũ fugerit.

Paſtores ad Eccleſiã ſunt velut anima ad corpus.

Epheſ. 4.

logus ex tota Eccleſia vnum corpus facit, cuius corporis velut anima & mens Paſtores ſint. Nónne hinc argumentari licet, vt mentem à corpore nunquam produci, aut creari, ſed tantùm ab ipſo Deo fieri & inſufflari: ſic etiam Paſtores nūquam præponi ac inſtitui ab ipſa multitudine Fidelium, ſed tantùm ab ipſo Chriſto, qui viſibiliter inſufflauit in Apoſtolos, iubens eos accipere Spiritum ſanctum, ac ad effectum eundem Ordinis Sacramentum inſtituit, eiuſq; miniſtros fecit Apoſtolos, atque Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores? Sic in æternum progreditur Eccleſia eo modo creſcens, quo primùm producta eſt. Producta eſt non abſque Paſtoribus, ſed potius ita, vt Paſtores initium formationis eius eſſent: atque ita in æternum perſeuerat. Alioqui ſi Dominus nunc Eccleſiam diſſolutam produceret, illa verò poſtea conglutinaret ſua ipſius membra: Domini opus diſſolutum & valdè imperfectū, Eccleſiæ autem opus pulcherrimum & perfectiſsimum reperiretur. Aut nunquid appoſitio glutini, quo res alioqui diſiectæ confractæq; compinguntur, ad corporis totius compoſitionem adeò neceſſaria non eſt, vt ſine eo nullum corpus, quod ex pluribus particulis efficitur, coaleſcere queat? Chriſtus ergo Eccleſiam ex viuis lapidibus conſtantem, ex latere ſuo non produxit, ſi eam ſine Sacerdotibus, hoc eſt, ſine glutino produxit. Neque enim omnino viſibilis Eccleſia eſt, cuius membra per totum mundum viſibilis vnitatis vinculo non copulantur. Viſibile autem vinculum Eccleſiæ, Sacerdotes ſunt. § Quæ ſi luce meridiana clariora ſunt, quid conſilij, quid mentis, aut quid ſenſus communis reliquum habent, qui dicunt totam multitudinem Fidelium ſuis Præpoſitis ſuperiorem eſſe, vtpote quæ Præpoſitos ipſa ſibi ſua authoritate conſtituat? Quæ opinio cum viritate Euangelij conſiſtere non poteſt, vti multis iam modis oſtendimus. Nam Chriſtus, non autem Eccleſia, conſtituit, & miſit Apoſtolos in vniuerſum mundum. Apoſtoli porrò (& non multitudo Eccleſiæ) conſecrârunt per Sacramentum Ordinis à Chriſto inſtitutum, & miſerunt Epiſcopos & Presbyteros in opus Domini. Iſti ſunt Paſtores, qui ab ipſo Ieſu Chriſto Architecto iubentur *paſcere gregem, & ædificare Eccleſiam*, & glutinum Eccleſiæ eſſe, per quos totum corpus non ex authoritate multitudinis Fidelium (velut Chriſto per eam operante) ſed ex authoritate ipſius Chriſti compingitur & coagmentatur, donec in virum perfectum creſcat, vt eum facie ad faciem videre, & gloria ipſius in æternū frui poſsit. Sed hæc ſint ſatis de toto genere gubernationis Eccleſiaſticæ, quam ex ijs, quæ dixi, popularem non eſſe, liquidò apparet. Nunc totum corpus Eccleſiæ in tria membra partientes, in Miniſtros Eccleſiæ, in Magiſtratus ciuiles, & in plebem infimā: demonſtrabimus iuxta Euangelij veritatem, nec plebem, nec Magiſtratus ciuiles, nec ipſos Epiſcopos in ſummo præſidētiæ gradu poſitos eſſe, & conſtitutos: ſed potius vnum omnibus ad ſupplendam viſibilem Chriſti præſentiam præeſſe. Epiſcopos autem, velut Optimates, in partem ſolicitudinis vocari: reliquam verò multitudinem per Presbyteros & Diaconos ab Epiſcopis regi.

Ioan. 20. | 1. Pet. 2. | Matth. 28. | Tim. 4. | Tit. 1. | Ioan. 21. | Epheſ. 4.

Politiam Eccleſiæ Chriſti non eſſe Democraticam, hoc eſt, eiuſmodi, vt Eccleſia Dei à toto populo Chriſtiano gubernetur, cùm plebs infima ſic ab alijs regatur, vt ipſa neminem regere queat.

CAPVT VII.

CVM populi appellatio tam Principes & Patritios, quàm infimam ciuium multitudinem, quæ plebs propriè dicitur, cōplectatur: ille ſtatus non poteſt popularis eſſe, in quo plebs aliquam gubernandi facultatem non obtinet. Alioqui enim popularis gubernatio non diſtingueretur ab Optimatum ſtatu & gubernatione. Plebem verò Chriſtianam, quæ in plebis ordine manet, nec ad altiorem dignitatē aſſumitur, ab omni Eccleſiaſtica gubernatione remotam eſſe, contendo. Ac tametſi Chriſtianæ plebis nomine omnes ij cōprehendantur, qui aliqua dignitate Eccleſiaſtica præditi non ſunt, ex eoq; tam cæteri ciuiles Magiſtratus, quàm ipſi Reges ac Imperatores (quando Eccleſiaſtici regiminis cauſa expenditur) non niſi priuatorū loco, & de Chriſtianæ plebis numero exiſtant: tamen partim vt Principes politici non ſe in ordinē redigi querātur, partim vt ſequens diſputatio planior fiat, Reges ac Magiſtratus ciuiles à reliqua Laicorū multitudine deſtinguam. Principio igitur dico, plebem illam, quæ omnis Magiſtratus tam ciuilis, quàm Eccleſiaſtici expers eſt, non ſuſtinere vllā Eccleſiæ gubernationem: id quod tribus potiſsimùm modis planum faciam: vno, quia nullum tale regimem à Chriſto inſtitutū reperitur: altero, quia nullum tale regimen in vſu Eccleſiaſtico vnquam fuit: ac poſtremo,

Populus quis ſit. | Plebs.

quia id

Augustinus de republica Romana disputans quam Scipio apud Tullium dixerat [illegible] populi [illegible] Romae [illegible] vera [illegible] [illegible] Christus [illegible] ipsa [illegible] ecclesia [illegible] Christi [illegible] rempublicam [illegible] quoniam [illegible] populi [illegible]

quia id genus regiminis minimè omnium laudabile aut præclarum exiſtit.

Ac primùm ſi qua Eccleſiam gubernandi poteſtas in plebe Chriſtiana reſidet, illa neceſ-
ſariò profecta eſt à Chriſto, qui ſolus in æternum totius Eccleſiæ Caput ac moderator eſt: nec Epheſ. 1.
quiſquam in myſticum Eccleſiæ corpus quicquam iuris habere poteſt, quod à Chriſto eiuſdem
Eccleſiæ Domino & Sponſo non acceperit. Alioqui nónne hoſtis eſt Sponſi, qui præter ipſius
voluntatem, in Sponſam cum vno Chriſto iure matrimonij copulatam aliquid ſibi authoritatis
arrogat? Chriſtus igitur vbi iuſsit plebem ad ſuæ Reipub. gubernacula ſedere? Quo in Euan-
gelio tale quippiam legitur inſtitutum? Scimus quidem, vbi *Petrus iubeatur agnos & oues Do-* Ioan. 21.
mini paſcere: verùm vbi oues & agni iubeantur, aut ſe, aut Paſtores ſuos paſcere, hoc ipſum
eſt quod quærimus. *Ouium eſſe Chriſtus dicit, vt audiant vocem Paſtoris ſui, & vt ſequantur* Ioan. 10.
ipſum: Qui verò alterum ſequitur, & alterius ipſum docentis vocem audit: non vtiq; præeſt,
ſed potius paret atque obedit. Vnde Apoſtolus *gratias Deo agit, quòd Romani obedirent ex* Rom. 6.
corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi erant. Cùm ergo certiſsimum ſit, nomen agno-
rum & ouium, maximè omnium in plebem infimam cadere: non video, qua ratione plebs,
quæ Paſtoris vocem audire & ipſam ſequi iubetur, vllum omnino regimen ſibi vendicare queat.
Quos enim regeret plebs? Vtrum Paſtores ſuos? Atqui Paſtores ob hunc finem conſtitu-
untur, vt plebem regant. *Nónne greges* (inquit Propheta Ezechiel) *à Paſtoribus paſcuntur?* Ezech. 34.
Qui verò ſunt greges Domini magis, quàm ipſa plebs Chriſtiana? Idem enim Propheta para-
bolam iſtam interpretatus, ad Iſraëlem in perſona Dei ait: *Vos aũt greges mei, greges paſcuæ meæ,*
homines eſtis. Homines igitur ſunt greges Domini, & greges à Paſtoribus paſcuntur. Porrò
paſcere nihil eſt aliud, quàm ſine omni auſteritate gregem Domini regere, atque ad vtilita-
tem ouium potius, quàm ad ſuam, ouibus præeſſe. Sic enim Dauid Propheta & Rex Iſraël Pſalm. 77.
ad paſcendum Iacob conſtitutus eſt, dicente ad illum Domino: *Tu paſces populum meum Iſraël,* 2. Reg. 5.
& tu eris Dux ſuper Iſraël. Paſcere igitur in ſe complectitur etiam ducendi ſeu ducatum præ-
ſtandi authoritatem, & totius gregis moderationem.

Quis iam (niſi inſaniat) ad plebem Chriſtianam pertinere ſtatuet, vt eos Paſtores, qui
ad plebem in officio continendam præficiuntur, ipſa plebs regat & gubernet? Nam ſi Pa-
ſtores ſuos plebs non regit, quem tandem alium reget? An ſeipſam? Atqui ob eam potiſsi-
mùm cauſam Paſtores plebi dantur, quia plebs non poteſt ſeipſam regere. Imò abſque Paſto-
ris præſidentia non erit vllus Grex aut plebs, quæ vel à ſe, vel ab alio quopiam regi poſsit.
Ita enim ait Dominus apud Ezechielem: *Diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet Paſtor, &* Ezech. 34.
factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt. Errauerunt greges mei in cun-
ctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo, & ſuper omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges mei,
& non erat qui requireret. non erat, inquam, qui requireret. Neque negari poteſt, quin hæc tam
de viſibili Paſtore, quàm de viſibili grege ſint dicta. Quum igitur plebs neque ſeipſam,
neque Paſtores ſuos regere poſsit: imò cùm abſque Paſtoribus erratura, & in omnes hæreſes
ac ſuperſtitiones præceps itura ſit: profectò ſupereſt, vt plebs Chriſtiana nullam omnino re-
giminis Eccleſiaſtici partem obtineat. Qui enim regit, oportet vtique vt aliquem regat:
quia regere eorum eſt, quæ ad aliud quippiam ſunt & dicuntur. Non poteſt autem excogi-
tari, quem potiſsimùm plebs regeret: non igitur omnino præeſt. Verùm ſi Eccleſiæ ſtatus
popularis eſt, etiam plebs in aliqua ſaltem parte dominatur. Democratia enim ſignificat to- Democratia
tius populi Dominatum & Imperium. Populi autem non minima pars eſt ipſa plebs. Vbi
ergo plebs ex nulla parte dominatur, ibi non eſt Democratia, hoc eſt, regimen populare.
Falſum igitur eſt, quod Proteſtantes dicunt, Eccleſiam totam ab vniuerſo populo Chriſtiano
regi & adminiſtrari.

Præterea qui non poteſt rectè paſcere populum Dei, non poteſt eum omnino regere. Nam
vel regere populum Dei, nihil omnino aliud eſt, quàm illum paſcere: vel certè recta paſcendi
ratio tam neceſſariò cum regendi poteſtate cohæret, vt abſque paſcendi facultate nemo ſit
idoneus, qui gregem Chriſti regat. Etenim ſi rectè non paſcatur grex, aut prorſus diſpergitur,
ita vt deſinat eſſe grex, aut ab ipſo Paſtore ita deglubitur, & deuoratur, vt potius mactetur ad
Paſtoris commodum, quàm ad ſuam vtilitatem conſeruetur. Rectè autem paſcere non poteſt,
qui rectè docere non nouit. Nam modus paſcẽdi maximè neceſſarius, & ſine quo nullum re-
gimen exerceri poteſt, is eſt qui doctrina conſtat. Vnde apud Ieremiã Dominus ait: *Dabo vobis* Ierem. 3.
Paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Et alibi oſtendens quinam habeant
iſtam doctrinam: *Labia* (inquit) *Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius.* Malach. 2.

Oſee. 4. Ex altera verò parte in Oſee Dominus dicit: *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sa-*
Iſaię. 5. *cerdotio fungaris mihi.* Et apud Iſaiam legimus: *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia*
non habuit ſcientiam. Deniq; Paulus Apoſtolus ita *Paſtores & Doctores* coniungit, vt per nomen
Doctorũ velut interpretatione quadam declarauerit, quid nomine *Paſtorũ* intelligi voluerit. Ait
Epheſ. 4. enim, *Chriſtum dediſſe Paſtores & Doctores in opus miniſterij, in ædificationem Corporis Chriſti.*
Non alius igitur paſcit, niſi qui docere poteſt, & ita docere, vt *ædificet Eccleſiam. Qui autem*
1. Cor. 14. *prophetat* (inquit Apoſtolus) *hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſola-*
tionem, & Eccleſiam ædificat. Paſcere igitur non poteſt, qui docere ac docendo populum ædi-
Auguſt. in ficare non poteſt. *Paſtores & Doctores* (ait ad Paulinum Auguſtinus) *eoſdem puto eſſe, ſicut &*
Ep. 59. q. 4. *tibi viſum eſt, vt non alios Paſtores, alios Doctores intelligamus. Sed ideo cùm prædixiſſet Paſtores,*
ſubiunxit & Doctores, vt intelligerent, ad ſuum officiũ pertinere doctrinam. Ideo enim non ait, Quoſ-
dam autem Paſtores, quoſdam verò Doctores, ſed cùm ſuperiora ipſo locutionis genere diſtingueret,
dicendo, quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, quoſdam verò Euangeliſtas: hos tanquàm
vnum aliquid duobus nominibus complexus eſt. Quòd ſi rectè non regit Dei Eccleſiam, qui eam
non nouit paſcere, nec rectè paſcit, qui eam docere, docendoque ædificare non poteſt: do-
cere autem non poſsit, qui ſcientiam non habet: profectò ſi quis eſt in Eccleſia, in quo non
ſit ſcientia, idem ab Eccleſiaſtica gubernatione repelli omnino debet. Apoſtolus verò dicit,
1. Cor. 8. *non in omnibus eſt ſcientia.* Nam quòd antea dixit, *Scimus, quoniã omnes habemus ſcientiã*, D. Io-
annnes Chryſoſtomus id non de imbecillioribus, verùm de doctioribus dictum eſſe interpre-
tatur. De imbecillioribus igitur dictum eſt: *Non in omnibus eſt ſcientia.* Vnde etiam ſequi-
tur, non in omnibus eſſe poteſtatem gubernandi Eccleſiam Dei: ex eoque nec penes popu-
lum eſſe regimen Eccleſiaſticum. Nam quod populare eſt, omnibus commune ſit oportet.

Ac licet ſanè in profanis rebus permultis plebs abundè inſtructa ſit, & ideo in illis diju-
Leuit. 10. dicandis permultum in populari ſtatu poſsit: *tamen ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & pro-*
fanum, inter mundum & pollutum (quæ ſolis in Lege Sacerdotibus credita eſt) plebs Chriſtiana
non ſic aſſecuta eſt, vt quid æquum, aut iniquum ſit, alijs nouerit præſcribere. Vnde cùm De-
Theodoret. moſthenes (qui & baptizatus, & Valentis Imperatoris culinæ præfectus erat) Magnum Baſi-
lib. 4. c. 17. lium de rebus Diuinis Epiſcopali authoritate diſputantem barbaro more interpellaret, con-
uerſus ad eum Baſilius: *Tuum eſt* (inquit) *iuſculorum curare condimenta. Nam cùm aures habeas*
De vtilitate *oppletas ſordibus, ſacroſancta dogmata audire non potes.* Et, *Si vnaquaque diſciplina* (inquit B. Au-
credendi ad guſtinus) *quanquam vilis & facilis, vt percipi poſsit, Doctorem requirit aut Magiſtrum: quid te-*
Honora c. 17 *meraria ſuperbia plenius, quàm diuinorum Sacramentorum libros & ab interpretibus ſuis nolle co-*
gnoſcere, & incognitos velle damnare? Quomodo autem plebs, quæ neque literas plerumque
nouit, aut ipſos diuinos Libros, aut interpretes eorum legere poteſt? Porrò ſcientia, quæ
audiendo ſacras conciones acquiritur, licet ad fidem ſufficiat, tamen tanta non eſt, vt hæreti-
In Epiſt ad corum fraudes detegere, & veritatem à falſo in omni cauſa diſtinguere queat. Itaque D. Hie-
Paulinum. ronymus pro abſurdiſsimo habet, vt cùm minores artes, quæ non tam lingua quàm manu ad-
Presbyt. miniſtrantur, abſque Doctore eſſe non poſsint quod cupiunt: tamen *ſolam Scripturarum artem*
ſibi paſsim omnes vendicant. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc Sophiſta verboſus, hanc
vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant. Alij diſcunt, pròh pudor, à fœminis, quod
Viros doceant: imò edißerunt alijs, quod ipſi non intelligunt. Puerilia ſunt hæc, & circulatorum ludo
ſimilia, docere quod ignores, imò vt cum ſtomacho loquar, ne hoc quidem ſcire quod neſcias. Hæc
Hieronymus. Cùm igitur ſint aliqui etiam inter Chriſtianos artis Scripturarum ignari, &
cum naturali ratione pugnet, vt cùm fidei cauſæ potiſsimùm à Scripturis petantur, de eo iu-
dices quod ignoras: planè barbarum & inſanum eſt, plebi tribuere facultatem iudicandi & ſta-
tuendi de rebus grauiſsimis, quæ ingenium & vires illius omnino ſuperant. Sed redeamus ad
1. Cor. 12. Apoſtolum. In eadem enim Epiſtola, de qua paulò antè locuti ſumus, Paulus dicit: *Nunquid*
omnes Apoſtoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes Vir-
tutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid
omnes interpretantur? Quibus verbis quid aliud quàm docet, non omnes linguis loqui, aut pro-
phetare, aut eſſe Doctores. At enim qui Doctores non ſunt, regere Eccleſiam non poſſunt,
quia carent maximè neceſſario dono, per quod populus in viam ſalutis æternæ perducatur.
Non igitur omnium eſt Eccleſiam Dei regere. Omnium verò eſſet, ſi populare fuiſſet Eccle-
ſiæ regimen.

Ac ſanè ſi Deus commiſiſſet Eccleſiæ ſuæ gubernationem vniuerſo populo: dediſſet etiam

vniuerſo

vniuerſo populo eam docendi facultatem, ſine qua nullum regimen, quod Eccleſia dignum ſit, intelligi poteſt. Non ſatisfaciet huic argumento, ſi quis dixerit, nonnullos in plebe doctos inueniri, quorum ope cæteri adiuti officio ſuo fungi queant. Hoc enim perinde eſt, ac ſi dicas, nonnullos in plebe inueniri, quibus regimen Eccleſiæ committi queat, quod neque nos negamus. Ex plebe enim ferè ſumuntur ij omnes, qui ad quamcunq; dignitatem Eccleſiaſticam vocantur. Verùm ſi tota plebs docta non eſt, tota non eſt apta quæ regat. Si pars aliqua plebis docta eſt, illa certè quidem ex ea parte apta eſt vt regat, ſed non ſtatim reipſa Eccleſiã reget, niſi tùm cætera omnia concurrant, tùm per ſignum aliquod externnm à vulgo ſegregetur, & tanquam Aaron vocari, atque ad regimen aſſumi declaretur. *Omnia enim honeſtè & ſecundùm ordinem in Eccleſiis fieri debent.* Quanto igitur tempore, qui ex plebe docti ſunt, inter plebeios manent, Eccleſiam non regunt: quia non ſola doctrina facit, vt quis Eccleſiæ præſit. Alioqui etiam Neophyti, id eſt, nuper ad fidem conuerſi, quos interdum doctrina excellere videmus, Eccleſiæ Dei præeſſent, quod tamen D. Paulus vetat. Deinde cùm *Scientia*, quam Charitas non cohibet, *inflare* ab Apoſtolo, *non autem ædificare* dicatur, talis verò ſcientia in Præfectis Eccleſiæ deſideretur, non quæ inflet, ſed quæ Eccleſiam ædificet: neceſſariò iudicium aliquod interponi debet, vt ſciatur, quinam ex ijs, qui docti ſunt, ad Eccleſiam ædificandam præponi debent. Nos autem non iam de ſingulis hominibus, verùm de ordine quodam hominum agimus, qui ordo Plebs vocatur. Hic autem non ex vno aut altero, ſed ex maiore ipſius parte iudicandus eſt. Maior verò vulgi pars abſque omni controuerſia eſt indocta, & prorſus ad regẽdi facultatem inepta. Accedit eòdem, quòd Eccleſia Dei ab Apoſtolo cõfertur cum humano corpore. *Sicut enim in vno corpore multa membra, omnia autẽ membra non eundẽ actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, habentes donationes ſecundùm gratiam, quæ data eſt nobis, differentes: ſiue Propheticam ſecundùm rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtranda, ſiue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit, in ſimplicitate, qui præeſt, in ſolicitudine, qui miſeretur, in hilaritate.* Si hæ donationes differunt, profectò vt aliqui ſunt, qui non habent Prophetiæ donum: ſic etiam ſunt, qui non habent donum *præſidendi.* Nam ſi omnes præeſſent, non diceretur, *qui præeſt, in ſolicitudine præſit* ſed potius cùm omnes præſint, id faciant in ſolicitudine. Nec enim hìc enumerantur dona, quæ ſunt ex æquo omnibus communia, ſed quæ aliqui ſic habent, vt alij careant iiſdem. *Nec omnes* (inquit) *eundem actum habent.* Actus autem vnus ex his, qui iam enumerantur, eſt *præeſſe.* Sunt igitur qui hunc actum non habent, ſicut etiam ſunt qui nõ prophetant. Quicunque verò non præſint, ij repelluntur à gubernatione Eccleſiæ.

Obiectionis remotio. — Heb. 5. Act. 13. 1. Timoth. 4. 1. Cor. 14. — 1. Timoth. 3. — 1. Cor. 8. — Rom. 12. — Sunt in Eccleſia, qui actum præſidendi non habent.

Atq; vt in ſimilitudine eadem pergamus, cùm Eccleſiæ corpus humano corpori ſimile ſit, etiam in eo quòd officia membrorum diſtincta ſunt (nam qui eſt oculus, non eſt auris, & qui eſt odoratus, non eſt tactus, & qui eſt caput, non eſt pes) efficitur, vt quemadmodum in humano corpore multa membra ſunt, quæ nullam omnino præſidentiam exercent, ſed quorum ordo & locus poſtulat, vt tantùm pareant & obediant: ſic etiam in Eccleſiæ corpore multi ſint, qui non præſunt omnino, ſed tantùm obediant, idque quoniam in tali ordine & loco Eccleſiæ ſtatuuntur. Quicunque verò illi ſunt, à nobis hoc tempore infima plebs appellantur. Plebs igitur non regit Eccleſiam Dei vlla ex parte. Licet enim caput pedibus, & Rector plebe ob officia mutua neceſſariò indigeat, *vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed pro inuicem ſolicita ſint membra:* tamen non poteſt aut vnumquodque membrum ſeorſim, aut omnia ſimul præter caput, vnius capitis honorem, ac in gubernando poteſtatem ſibi, abſque eiuſdem capitis iniuria, vendicare. Aliud eſt enim officium præſtare, aliud præſidere. Officio pedum & auxilio caput etiam indiget, ſed pedes non tantùm communi officio & auxilio capitis, verùm etiam moderatione eius ac præſidentia opus habent, quod non eſt officium vulgare, ſed eximium, & vnius mentis proprium. Ratio igitur auxilij, non autem præſidentiæ, per totum Eccleſiæ corpus communis eſt. At in omni Democratia plebs etiam infima quarundam rerum cognitionem vnà cum Patritijs & Senatoribus iure publico habet. Nam plebs tam Athenienſis, quàm Romana, æquè ac Senatus, aut Equeſtris ordo, ius habebat iubendi & antiquandi leges, & Iudicia publica in grauiſsimis quibuſque cauſis exercendi. Habebat igitur Plebs ipſa publicam adminiſtrationem in populari ſtatu. At in Eccleſia Dei nihil tale publicè ac ſuo iure adminiſtrare poteſt Chriſtiana plebs, quia nec ſcientiam habet, nec poteſtatem vel ſe, vel alios regendi, cùm ſit inſtar agnorum & ouium, quæ ita Rectore indigent, vt nec ſeipſas, multò minus Paſtores ſuos regere poſsint. Verùm de tota hac re audiamus doctiſsimum Gregorij Na-

1. Cor. 12. — Vide Plutarchum in Solone.

In oratione de moderatione in diſputationibus ſeruanda. Alius caput, alius pes.

zianzeni Commentarium: *Ordo* (inquit) *in Eccleſijs conſtituit, vt alij oues ſint, alij Paſtores, alij præſint atque imperia accipiant, alius caput ſit, alius pedes, alius manus, alius oculi, alius aliud quoddam corporis membrum ad totius Eccleſiæ concinnitatem & ornatum, vtilitatemq́; ſubditorum, vel Præfectorum. Et quemadmodum in corporibus licet membra inter ſe abrupta atque diſtracta non ſint, verùm tota illa congeries vnum corpus ſit ex diuerſis membris conflatum: non tamen eadem eſt omnium vis atque facultas (tametſi alioqui ad beneuolentia concordiaq́; neceſſitatem, honorisq́; parem in diſparibus rationem, alia aliorum opera ex æquo indigeant: Neque enim oculus incedit, ſed viam demonſtrat: nec pes proſpicit, ſed ingreditur ac loca permutat: nec lingua voces accipit, id enim aurium munus eſt, nec rurſus auris loquitur, quod linguæ officium eſt: Et naris quidem eorum, quæ olfactu ſentiuntur, organum eſt: guttur autem, ſicut Iob ait, cibos deguſtat: manus porrò dandi atque accipiendi inſtrumentum eſt: mens denique omnibus præeſt, atque imperat, nimirum à qua vis ſentiendi proficiſcitur, & ad quam ſenſus omnes tendunt & referuntur) ad hunc quoque modum apud nos, hoc eſt, in communi Chriſti corpore, res ſe habet. Omnes enim corpus vnum in Chriſto ſumus, ſinguli autem Chriſti, atque alij aliorum membra. Alij enim dominantur & præſunt, alij parent & reguntur. Et quanquam eadem non ſit vtrorumque actio (niſi quis idem eſſe contendat præeſſe, quod parere) fiunt tamen vtriq; in vnum Chriſtum ab eodem Spiritu conſtructi atque compacti. Ac rurſus quemadmodum inter eos qui ſubſunt, permagnum diſcrimen reperitur vt qui & doctrina, & vſu atque exercitatione, & ætate inter ſe diſtent: eodē modo inter Præfectos quoq; nō parua differentia eſt.* Hæc Nazianzenus.

Opera membrorum mutua eſt, non præſidentia.

Iob.34. Sola mens præeſt.

Vt autem propiùs ad rem ipſam intremus, atque ad ſecundam huius orationis partem accedamus, animaduertendum eſt, nos iam agere non de particulari alicuius ciuitatis, verùm de communi totius militantis Eccleſiæ gubernatione. Quæ communis gubernatio, ſi ad vniuerſum populum iure diuino ſpectat: certum eſt, per annos mille quingentos aliquam talem occaſionem ſeſe interdum obtuliſſe, vt oportuerit ad ſummum hoc Tribunal perueniri. Quæro igitur ab Aduerſarijs, an vllum tempus proferre queant, in quo vllius cōmunis cauſæ cognitionem dijudicationemq́; Populus Chriſtianus in ſe ſuſceperit? Fuitne vnquam in locum aliquem ob eiuſmodi cauſam euocatus? Congregatúſne eſt aliquando? An poſitæ ſunt illi Sedes iudiciariæ? An ſuffragia tulit? An ad ſententiam vltimam peruenit? An ſecuta eſt executio? Vbi hoc factum eſt? Quo ſeculo? Quibus Imperatoribus? Quo moderante? Quòd ſi nihil tale actum eſt vnquam: nónne fruſtrà prætexitur à Chriſto inſtitutum, quod nullo modo per tot ſecula in vſum aliquem fuerit deductum? Aut eſt quippiam in toto regno cœlorum (quod eſt Eccleſia) maioris ponderis & momenti, quàm totius myſtici corporis Chriſti publica gubernatio? Quomodo igitur Eccleſia dicitur in commune à populo Chriſtiano gubernari, cùm totus populus nunquam hactenus quippiam tale fecerit, per quod iuriſdictionē hanc ſuam orbi Chriſtiano teſtatam redderet? Nec hoc dico, quaſi velim vniuerſum populum de omnibus locis in vnum conueniſſe. Nam ſufficeret, vel paucos nomine aliorum comparuiſſe: modò tamen vocarentur omnes, nec vllus qui ſe obtuliſſet, excludi poſſet: nullaque Regio, Ciuitas, Oppidum, Eccleſiáue ſic prætermitteretur, quin ſuffragium ſuum per Legatum aliquem ex ea Orbis terrarum parte miſſum, interpoſuiſſe cenſeretur. Hoc verò tantum à veritate atque ab vſu omni abeſt, vt nihil tale vel tentatum vnquam fuiſſe acceperimus. Teſtatur quidem Euſebius, Conſtantinum Imperatorem Concilium generale (tanquam quendam Dei exercitum inſtitueret) in vnum locum coëgiſſe. Sed quid? An vniuerſum populum Chriſtianum eò vocauit? Aut vt ſuo nomine Legatos mitteret, præcepit? Nihil minus. *Epiſcopos* (inquit Euſebius) *vndiq; per literas honorificè ſcriptas acciuit. Atq; vna ciuitas eos omnes, tanquam maximā Sacerdotū coronam ex multiplici nitidorum floſculorum varietate contextam, excepit.* Conſentit cum Euſebio Ruffinus ſub his verbis: *Conſtantinus ex Sacerdotum ſententia apud vrbem Nicæam Epiſcopale Concilium conuocat, ibiq; Arium, trecentis decem & octo Epiſcopis reſidentibus, adeſſe iubet, ac de eius propoſitionibus & quæſtionibus iudicari.* Ecce non populus, verùm Epiſcopi ſunt conuocati. quod idem in omnibus poſteà Concilijs factitatū eſſe, nemo in hiſtorijs Eccleſiaſticis verſatus ignorare poteſt. Epiſcopi verò quid aliud ſunt, quàm Optimates populi? At ſi cognitio iſta vel æquè ſpectabat ad plebem, ac ad Epiſcopos, vel ex vlla omnino parte ad plebem ſpectabat: qui factum eſt, vt negligeretur plebs vniuerſa? Nam ſi dicas, eam non per ſe, verùm per Epiſcopos ſuos comparuiſſe: eodem modo dicas, plebem non per ſe, verùm per Epiſcopos ſuos Eccleſiam Dei regere. Cùm enim Epiſcopi Concilio affuerint, non plebis nomine, verùm ſuo iure tanquam Optimates Reipubl. Chriſtianæ: aut alij doceantur plebis nomine ad Synodos miſſi, aut doceantur Epiſcopi duplices in Synodis partes obiuiſſe, vnam ſuo, aliā plebis nomine

De vita Cōſtanti. li. 3. c. 6

Ruffinus lib. 1. cap. 1.

nomine. Qui aũt aliorum nomine Synodis affuerũt, eorum nomine, quorũ Legati erãt, ſubſcri-
bere ſolebant. Ita Victor & Vincentius Presbyteri vrbis Romæ dicebãt, *ſe Nicenæ Synodo ſub-* In 1. Tomo
ſcribere pro venerabili viro Papa & Epiſcopo ſuo Silueſtro. Idemq; aliorum Epiſcoporũ Legati fece- Concil. ſub
runt. Dic mihi igitur, an vllus vnquã Primas pro plebe ſuæ Prouinciæ, aut Epiſcopus pro ſuæ fine Concilij
Diœceſis vel Ciuitatis plebe ſubſcripſerit. Percurre veteres Hiſtorias, & acta Conciliorum Nicæni.
omnium: nihil tale factum reperies. Pro Epiſcopis verò alicuius Prouinciæ aut Regionis, alios
eiuſdẽ loci Epiſcopos cõparuiſſe, non ignoramus. Nã Patres in ſecunda Synodo Generali apud
Cõſtantinopolim cõgregati, *cùm à Damaſo Põtifice Romano vrgerentur, vt Romã ſe cõferrent, inter* Theodoret.
alias cauſas cur id facere nõ poſſent, hanc attulerũt: propterea quòd per eiuſdẽ Damaſi literas ad Theo- in lib. 5. c. 9
*doſiũ Imperatorẽ ſcriptas ita eſſent euocati, vt ad iter dũtaxat Cõſtantinopolim vſq; faciendũ ſe prepa-
rarent. Atque de hoc vno* (inquiunt) *Concilio celebrando conſenſum Epiſcoporum, qui in Prouincijs
manſerunt, vnà nobiſcum attulimus.* Qui ergo ad Synodos conuenerunt, *Epiſcoporum, qui domi
remanſerant, conſenſum vnà ſecũm attulerunt.* Verùm de plebis conſenſu vel domi per Epiſco-
pos nominatim petito, vel in Synodos allato, quis vnquam legit, aut quis audiuit? Quod cer-
tiſsimum indicium eſt, nihil vnquam negotij (ſaltem ſuo iure) cuiquam de plebe cum Con-
cilijs aut Prouincialibus, aut Generalibus extitiſſe. Nam quæ ratio cogeret, vt plebs tota Chri-
ſtiana in Concilijs Generalibus vnà cum Epiſcopis per Legatos ſuos præeſſet, eadem cogeret,
vt in Prouincialibus Concilijs plebs illius Prouinciæ per aliquos ipſius nomine delegatos adeſ-
ſet. Nunc autem cùm nihil tale ſit factum, meritò dicimus, nullum tale ius plebis in Eccleſia
Primitiua cognitum fuiſſe. Nam cùm nihil minus latêre poſsit, quàm ipſa Eccleſiæ præfectura,
quæ omnium ſe oculis exponit: ſi Chriſtiana plebs gubernationem aliquam ſuo iure olim con-
ſecuta eſſet, nunquam potuiſſet illa res latêre, aut in omnibus, quæ vſpiam extant, Hiſtorijs
prætermitti. Omittamus alia Concilia: Illud primum, & antiquiſsimum, quod ab ipſis Apo-
ſtolis celebratum eſt, vtrum plebem Chriſtianam vnà cum Epiſcopis & Presbyteris iudican-
tem ac definientem vidit? Audiamus, quid ſacræ Scripturæ in ea re commemorent. Pri-
mùm *Paulus, & Barnabas, & quidam alij aſcenderunt in Hieruſalem.* Ad quos tandem? An ad Actor. 15.
vniuerſam plebem? *Ad Apoſtolos* (inquit Lucas) *& Presbyteros.* Aſcenderunt ergò ad Apo-
ſtolos & Presbyteros, & tamen non ſolùm ab illis, verùm etiam *ab Eccleſia,* id eſt, à tota Fide-
lium multitudine ſuſcepti ſunt. Suſcipere enim Legatos, qui ob cauſas Eccleſiaſticas mit-
tuntur, cùm hoc non ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam, verùm ad officium vrbanitatis
ſpectet, æquè ad omnes extendi poteſt. Deinde, *Conuenerunt Apoſtoli & Seniores videre
de verbo hoc.* Per Seniores autem intelliguntur Paſtores populi, & Presbyteri tales, cuiuſ-
modi Timotheus erat, *cui data eſt gratia per Prophetiam cum impoſitione manuum Presbyterij.* 1. Tim. 4.
Sic enim Presbyterorum & Seniorum nomen ſub nouo Teſtamento accipi, abundè conſtat ex
illis Petri verbis: *Seniores ergo, qui in vobis ſunt, obſecro conſenior & teſtis paſsionum Chriſti, pa-* 1. Petr. 5.
ſcite qui in vobis eſt gregem Dei. Atque etiam Ioannes Apoſtolus ita de ſe ſcribit: *Senior electæ
Dominæ,* &, *Senior Gaio chariſsimo.* Ad Apoſtolos ergo & Presbyteros aſcendebatur. *Apoſtoli
& Presbyteri conuenerunt videre de verbo hoc.* Nam alij etiam Fideles conuenerunt quidem,
ſed non vt viderent, aut iudicarent de re propoſita, ſed tantùm vt audirent Apoſtolorum ſen-
tentias, & ita fidem ſuam confirmarent. *Cùm enim magna conquiſitio fieret, ſurgens Apoſtolus* Actor. 15.
*Petrus dixit: Quid tentatis Deum, impònere iugum ſuper ceruices Diſcipulorum, quod neque Pa-
tres noſtri, neque nos portare potuimus?* Quis verò poſt Petrum locutus eſt? Vtique *Barnabas
& Paulus Apoſtoli.* Quis deinceps? An quiſpiã de plebe? Nihil minus. *Tacuit enim omnis mul-
titudo, & poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacobus, dicens: Ego iudico* (id eſt, inquit Chryſoſtomus,
cum poteſtate dico) *non inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum, ſed ſcribere ad eos,*
et quæ ſequuntur. *Tunc placuit Apoſtolis & Senioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, &
mittere Antiochiam.* Ecce cùm ſententia de cauſa fidei dicenda eſt, eam ſoli dicunt Apo-
ſtoli, quorum in loco iam Epiſcopi ſucceſſerunt. *Omnis autem multitudo tacuit.* At in eligendo
viros, qui Antiochiam mittantur, ne plebis quidem conſenſus prætermittitur. Hinc diſcimus,
in his quidem quæ facti ſunt, multum omnino plebi olim conceſſum eſſe: in his autem, quæ ad
iuriſdictionem Eccleſiaſticam pertinent, nihil eidem plebi eſſe delatum. Licuit plebi *ſuſcipere
venientes Legatos,* licuit *adeſſe in Concilio,* licuit ad eorum legationem *ſuffragari,* quos à Con-
cilio ad rei deciſionem promulgandam mitti oportebat. Verùm in ijſdem Concilijs dictionem
ſententiæ, in rebus præſertim Eccleſiaſticis, olim plebi permiſſam fuiſſe, id prorſus negamus.
Niſi enim plebs in Concilijs iudicium ſuum interponat, nihil video, cur per ſuam in illis præ-

 ſentiam

ſentiam Eccleſiæ regimen vlla ex parte ſuſtinere exiſtimetur. Ita enim iudicijs intereſſe, vt in iiſdem nullū dicendæ ſententiæ ius tibi ſit, hoc nihil aliud eſt, quàm te priuati loco adeſſe, tuo ipſius facto declarare.

Nota. Cæterùm vt quod præterea in iſto Apoſtolorum Concilio animaduerſione dignum eſt, non omittamus, illud inprimis obſeruo, reliquam plebem, quæ in alijs regionibus agebat, ne vocatam quidem fuiſſe ad hanc Synodum. Neque enim Chriſtiani omnes ex Epheſo, Galatia, Corintho, aut ex alijs vrbibus vicinis ad Synodum accerſiti ſunt. Cur ita obſecro? Niſi quia non erat neceſſe, vt omnes Chriſtiani conuocarentur. At ſi omnium erat cognitio, ſaltem in eo illata illis eſt iniuria, quòd non modò non ſunt expectati, ſed neque omnino illis denunciatum eſt, vt ſaltem adeſſe poſſent, ſi hoc illis videretur. Apoſtolos verò plebi Chriſtianæ iniuriam intuliſſe, nemo ſapiens iudicabit. Tantùm igitur abeſt, vt iure diuino aut Eccleſiaſtico plebs Chriſtiana locum ſententiæ dicendæ in cauſis fidei obtineat, vt neque adeſſe illam neceſſe ſit. Quòd ſi iam illud mihi opponas, ne Presbyteros quidem omnes, aut Epiſcopos fuiſſe conuocatos, cùm tamen Epiſcopis ius definiendi, & in Concilijs iudicandi tribuamus, audi quid reſpondeam. Non minus enim à me ſtat iſta conuocandi Epiſcopos, quàm illa conuocandi Laicos prætermiſsio. Nam ego neque Democratiam in Eccleſia eſſe, (quod ipſa conuocandi Laicos prætermiſsio docet) neque Optimates ſupremum gubernationis Eccleſiaſticæ locum tenere puto, quod etiam conuocandi Epiſcopos prætermiſsio docet & confirmat. Etſi enim tùm Epiſcopi omnes, vt ad Synodum veniant, inuitari poſſunt, tùm quoties adſunt (neque ob hæreſim, aut crimen aliquod grauiſsimum excluduntur) ſententiæ dicendæ ius neceſſariò habeant, tamen quia primus Eccleſiaſticæ gubernationis gradus ex institutione Chriſti penes vnum Epiſcopum eſt: ad Concilij iuſti & legitimi (non etiam ad Oecumenici) perfectionem atque adeo ſolennitatem ſatis eſſe dico, vt ille vnus Epiſcopus cum aliquot alijs Epiſcopis & Presbyteris rem cognoſcat & definiat. Quæ ipſa res Apoſtolorum factis confirmatur, qui nihil aliud curârunt, quàm vt ad Apoſtolos ac Preſbyteros in Hieruſalem, vbi Princeps Apoſtolorum D. Petrus erat, aſcenderent. verùm de his poſtea. Nunc nihil aliud quærimus, quàm vt oſtendamus, plebem Chriſtianam ab omni gubernatione remotam eſſe. Primùm, quoniam ſit inſtar ouium & agnorum, qui neque ſe, neque alios regere poſſunt. Deinde, quoniam maior plebis pars ſcientia, & doctrina ſemper caret, ſine qua nullum regimen Eccleſiaſticum exerceri poteſt. Tùm autem, quia eum in corpore Eccleſiæ locum tenet, qui parêre tantùm debeat: quemadmodum pedes & crura in corpore humano tantùm parent nec vlla ex parte imperant. Poſtremò vſus Eccleſiæ docet, nullum ius plebi eſſe in cauſis fidei diſceptandis, propterea quòd plebs tota nec vnquam ſit ad Synodos conuocata, nec pro ſe Legatos, qui nomine ipſius ſubſcriberent, vnquam miſerit, nec ſi quando adfuiſſet, ſententiam ſuam ritè atque ordine interpoſuerit.

Tertio demum loco ſupereſt, vt oſtendam, hoc genus popularis regiminis in Eccleſia Dei conſtitutum non eſſe, propterea quòd minus laudabile, ac minus præclarum cæteris gubernationum generibus exiſtit. Nam ſi profani vrbium conditores, & earum impij atque Idolis dediti Legum-latores nihil magis optauerunt, quàm vt Ciuitates ab ipſis creatæ aut conſtitutæ perpetuò ſtarent ac florerent, ob eamque cauſam in Ciuitatibus gubernationem atque ordinem poſuerunt, quem longè optimum iudicarent: quis dubitet, quin ſapientia Dei Patris Rempub. in terris erectura, eandem & optimis legibus, & optimo genere gubernationis muniuerit ac firmârit? Neceſſe iam vt ſit, eos, qui Eccleſiam democraticè gubernari defendunt, ſimul etiam defendere, quòd popularis gubernatio ſit humano generi & omnium vtiliſsima, & longè optima. Tantum verò abeſt, ne Caluinus id affirmare auderet, vt omnes gubernandi formas inter ſe conferens, non dubitauerit ſcribere: *Proclinis eſt à regno in tyrannidem lapſus: ſed non multò difficilior ab Optimatum poteſtate in paucorum factionem: multo verò facillimus à populari dominatione in ſeditionem.* Ab ijs igitur, quæ mihi Caluinus concedit, ita concluſerim. Chriſtus in ſua Eccleſia non poſuit eam regiminis formam, à qua lapſus multò facillimus in ſeditionem exiſtat, quia *pacis, non diſſenſionis auctor eſt*: ſed ex Caluini ſententia multò facillimus eſt lapſus à populari dominatione in ſeditionem: non igitur poſuit Chriſtus in Eccleſia ſua dominationem popularem. Et hoc quidem Caluini verbum tantopere aduerſatur Lutheranorum ſententiæ, vt quid reſpondere aliud poſsint, quàm Caluinum falli ac decipi, prorſus non intelligam. Caluinus verò ipſe non fatebitur aliquando, ſeipſum in hac re deceptum eſſe. Quid ergo dicet? Vtiq; ſe non prorſus popularem Dominationem in Eccleſia

Inſtitut. c. 20

ponere,

ponere, ſee mixtam ex populari & Optimatum poteſtate. Ita enim vbique docet.

Primùm iſta commixtionis ratio, quam Caluinus excogitauit, abundè oſtendit, nullum certum politiæ genus huic homini placuiſſe: cùm tamen Lutherani apertè fateantur, Eccleſiæ Regimen Democraticum eſſe ac populare. Iam verò ſi Caluinus omnino voluit mixtam ex pluribus formis gubernationem vni alicui formæ præferre, ſaltem debuit ſuum illud regimen aut ex omnibus tribus gubernandi formis componere, aut duas meliores formas, ac non duntaxat duas peiores miſcuiſſe. Ipſe autem fatetur, *facilem quidem eſſe lapſum à regno in tyrannidem, ſed facillimum à dominatione populari in ſeditionem.* Debuit igitur genus aliquod medium ex Regio & Optimatum ſtatu conflaſſe, propterea quòd ab illis formis non niſi facilem lapſum in contraria vitia eſſe arbitratur, ac non prætermiſſo Regno (à quo fatetur non niſi facilem eſſe lapſum in tyrannidem) ad popularem dominationem cum Ariſtocratia temperandam ſe conferre, *à qua facillimum in ſeditionem lapſum eſſe* concedit. Nam ſi omnino voluit populo ſuo quendam locum ac poteſtatem concedere, etiam viſibili vnius gubernationi debuit ſuum locum reliquiſſe, quod vtiq; ſi feciſſet, non tàtopere à vero aberraſſet. Omnes enim fatentur, vnius principatum, cui Senatus Optimatum adiungitur, longè pulcherrimum eſſe inter homines gubernationis modum. Nunc autem nec vnum aliquod regiminis genus cæteris omnibus præfert, & cùm plures gubernationum formas confundat, nec omnia tria, ac neq; duo præſtantiora in mixtionem ſuam adhibet, ſed prætermiſſa Monarchia, quæ (vtpote Dei ac naturæ propria) omnium digniſſima eſt: reliqua duo ita commiſcet, vt multitudini tamen potiores partes neceſſariò deferat. Cùm enim plus quidem poſſit, minus autem plebeijs concedi non poſſit, quàm vt ſuffragia ſua ad id de quo agitur conferant, & ſuffragia plerumq; ex numero æſtimentur, nec aliter ea vnquam in Eccleſia Dei æſtimata fuiſſe doceri poſſit, neceſſe autem ſit vt plebs numero vincat Optimates: profectò euenit, vt ſi plebs cum Optimatibus in Eccleſia regenda concurrit, prærogatiua ſemper ſit plebis. Etenim quanquam Optimates bonis ac ſalutaribus conſilijs populo præeant, tamen cùm ad ſententias & conſenſum ſemel ventum eſt, illa cauſa vincet, quæ maiori multitudinis parti probabitur. Quæ cùm ita ſe habeant, fruſtrà vult Caluinus, Paſtores præeſſe populari electioni, *ne quid vel per leuitatem, vel per mala ſtudia, vel per tumultum à multitudine peccetur.* Quomodo enim iſta in populari ſtatu vitari poſſunt, cùm rei ſumma non penes illos, qui præſunt, ſed penes ipſum populum ſit, cuius pars maior & leuis ſemper eſt, & plerumq; in peiora procliuis?

Graue D. Chryſoſtomo viſum eſt, vt Magiſtratus aliquis populo ſeruiat, vel ſolùm captandæ gloriæ cauſa. *Si enim ab eodem Magiſtratu, quid populus ſit, percontaberis: quiddam (inquit) tumultus perturbationisq́ plenum, è ſtultitiis maiori ex parte conſtans, atque temerè compoſitum, ad inſtar fluctuum maris varia & pugnante ſententia ſæpenumero iactatum. Qui igitur ſub eiuſmodi Domini ſeruitio premitur, nónne omnium eſt ſanè miſerrimus?* Hæc Chryſoſtomus. In Ioan. Homil. 2. Quòd ſi vir tam ſapiens miſerum illum & ſeruum iudicauit, qui ſolùm ob auram popularem captandam, populo ſeipſum priuatim ſubijcit, propterea quòd populus perturbationum plenus eſt, atque è ſtultitia maiori ex parte conſtat: quid de illo dicturus eſſet, qui regimen ipſius Eccleſiæ populo ſubijciendum prædicaret? Nónne illum & ſeruum, & ſtultum iure aſſereret? Nam ſi populus, etiam cùm non ſedet ad Reipub. gubernacula, tamen ex ipſa vi multitudinis in animos non æqualium modò, ſed etiam magiſtratuum ſuorum ita dominatur, vt eos ad ſtudia vulgi effuſis ſumptibus venanda pelliciat: quid faciet hæc bellua, ſi in Regio etiā ſolio collocetur? Quàm tunc arrogans, quàm ſeditioſa, quàm inconſtans & vana euadet? Dicant ſapientes quicquid ipſis videbitur, ſuadeant, diſſuadeant, minentur, blandiantur: ſi tamen ſemel cōceſſerint iuris aliquid in re ſtatuenda populo competere, præterquā quòd nō deerunt vnquam Paſtores, qui ambitione aut auaritia ducti, ſub ſpecie honeſta populo peiora quæque amplectenda proponant: etiam ipſe populus partim non intelligens rei grauitatem, partim gratia & ſtudijs delinitus, partim libidine & impetu commotus id faciet, quod ex ipſius aut commodo, aut cupiditate futurū apparebit. Itaq; illud in Chriſtiana Repub. eueniet, quod ſapientiſsimi quique in ipſis gentilium ciuitatibus vituperandum meritò iudicabant. Etenim Anacharſis profeſsione Philoſophus, natione Scytha, cùm interfuiſſet concioni Athenienſiū, quorum ſtatus erat popularis, vidiſſetque grauiſsimos viros in hanc illàmue partem ſuadere, populum verò decernere: ad Solonem conuerſus, *admirari ſe dicebat, quòd apud Græcos viri ſapiētes dicerent, ſtulti verò iudicarent.* Plutarchus in Solone. Eleganter ſanè per ipſius naturæ lumen animaduertit, plus ſapientiæ in illis requiri, ad quos decernēdi & ſtatuendi poteſtas, quàm in illis ad quos ſuadendi

officium

officium pertineret. Satis enim eſt vt is qui ſuadet, probabiliter in vnam partem dicat. Oportet verò vt is, qui decernet, vtramque partem non tantùm probabili, ſed vera etiam ratione dijudicet, ſciatque, præſertim in cauſa fidei aut morum, quid vel amplectendum ſit, vel euitãdum. At longè maior populi pars tantum ab iſto acumine abeſt, vt vix nouerit verum videre, quando à ſapiente viro clariſsimè proponitur, & ante oculos omnium conſtituitur: id quod (omiſſo Anacharſi) à Philoſopho Chriſtiano confirmatum audiamus. Is erit D. Auguſtinus omnium ferè Theologorum ſapientiſsimus, qui ad Honoratum Manichæum de vtilitate credendi ſcribens, quodam in loco ſic habet.

De vtilitate credẽdi. c. 12.

Nemini dubium eſt, omnes homines aut ſtultos, aut ſapientes eſſe. Nunc autem ſapientes voco, non cordatos aut ingenioſos homines, ſed eos quibus ineſt, quanto ineſſe homini poteſt, ipſius hominis Deiq́ firmiſſimè percepta cognitio, atque huic cognitioni vita moreſq́ congruentes: cæteros autem, cuiuſque modi artibus inertiaq́ affecti ſint, quolibet victu probandi ſiue improbandi, ſtultorum in numero deputandum. Quæ cùm ita ſint, quis mediocriter intelligens, non planè viderit, ſtultis vtilius atque ſalubrius eſſe, præceptis obtemperare ſapientium, quàm ſuo iudicio vitam degere? Nam factum omne ſi rectè factum non eſt, peccatum eſt. Nec rectè factum eſſe vllo modo poteſt, quod non à recta ratione proficiſcitur. Porrò recta ratio eſt ipſa virtus. Cui autem hominum virtus, niſi ſapientis animo præſto eſt? Solus igitur ſapiens non peccat. Stultus ergo omnis peccat, niſi in his factis, in quibus ſapienti obtemperauerit: à recta enim ratione talia facta proficiſcuntur, nec, vt ita dicam, dominus ſui facti ſtultus exiſtimandus eſt, cum eſt tanquam inſtrumentum miniſteriumq́ ſapientis. Quare ſi omnibus hominibus non peccare, quàm peccare melius eſt: melius profectò ſtulti omnes viuerent, ſi ſerui poſſent eſſe ſapientium. Atque hoc ſi in rebus minoribus, vt in mercando vel colendo agro, in vxore ducenda, in ſuſcipiendis educandiſq́ liberis, in ipſa denique re familiari adminiſtranda expedire nemo ambigit, multò magis in Religione. Nam & res humanæ promptiores ad dignoſcendum ſunt, quàm diuinæ: & in quibuſcũque præſtãtioribus & ſanctioribus (rebus) quò magis eis obſequium cultumq́ debemus, eò ſceleratius perículoſiusq́ peccatur. Nihil igitur nobis reſtare amodò vides, quàmdiu ſtulti ſumus, ſi nobis vita optima & religioſa cordi eſt, niſi vt quæramus ſapiẽtes, quibus obtẽperando Dominationem ſtultitiæ neq́ ita multum ſentire, dum ineſt nobis, & euadere aliquando poſſimus.

Stultis vtilius eſt obtemperare.

Stultus non eſt ſui facti dominus: non ergo regit.

Argumentatio Auguſtini etiã in Religione valet.

Ex hac D. Auguſtini grauiſsima diſputatione facilè addiſcimus, & quàm pauci verè ſapiẽtes inueniãtur, & qui ſapiẽtes nõ ſunt quàm longè ab omni Dominatione arceri debeant etiã in cauſis ciuilibus, ac multò magis in ijs quæ Religionis ſunt. Nec eſt quòd quiſpiam opponat, Spiritum Dei etiam in mulieres & pueros effuſum eſſe. Hoc enim & nos fatemur: eaſque mulieres, & eos pueros in numero ſapientium habemus. Verùm vnde cognoſces quis ille ſit, cui ſpiritus præ cæteris donetur? Hoc enim eſt quod Auguſtinus mox inueſtigat, cùm ait: *Difficillimam*

Ibidem. c. 13.

oriri quæſtionem, quomodo ſtulti ſapientem inuenire poſſent, cùm nomen ſapientis & plerique ex obliquo ſibi vendicent, & tamen de rebus ipſis, quarum cognitione conſtat ſapientia, ita inter ſe diſſentiant, vt aut nullum eorum, aut certum vnum neceſſe ſit eſſe ſapientem. Quid ergo eſt? *Huic* (inquit Auguſtinus) *tam immani difficultati quoniam de Religione quærimus, Deus ſolus mederi*

Ibidem. c. 14

poterit. Is igitur quo pacto medicinam iſtam adhibuit? Reſpondet Auguſtinus. *Chriſtus afferens medicinam, miraculis conciliauit authoritatem, authoritate meruit fidem: fide contraxit multitudinem: multitudine obtinuit vetuſtatem: vetuſtate roborauit Religionem, quam non ſolùm Hæreticorum ineptiſſima nouitas fraudibus agens, ſed nec Gentium quidem veternoſus error violenter aduerſans, aliqua ex parte conuelleret.*

Chriſtus igitur per miracula ſua ſibi authoritatem ac fidem apud turbas conciliauit, qua ſemel parta, Diſcipulis etiam ipſius, partim quòd à Chriſto mittebantur, partim ob miracula quæ ipſi fecerunt, & ob ſanctiſsimam ipſorum vitam credebatur. Diſcipulis Chriſti mox alij, ac deinceps alij tamdiu ſucceſſerũt, donec ipſa iam vetuſtas inſtar miraculi eſſet. Verùm vt Chriſtus ipſa Dei ſapientia fuit, ſic poſt illum nihil Apoſtolis ipſius, nec poſt illos aliquid Apoſtolorum Succeſſoribus ſapientius aut in Eccleſia eſſe, aut ab hominibus cognoſci poteſt. Ad hoc enim non cuilibet de turba, ſed paucis potiſsimùm & miraculorũ & linguarum dona cõceſſa ſunt, vt cæteri ſcirent, per illorum ſapientiam imperitæ multitudinis turbam eſſe moderandam. Ex quo apparet, minimè omnium debere populum Chriſtianum præeſſe, cùm omnino ei expediat non dominari, ſed obedire etiam in profanis negotijs. quantoque magis in ſacris & Eccleſiaſticis? Et quia ſemel in Auguſtini grauiſsimam authoritatem incidimus: à quibus ille ſapientiam iſtam petendam iudicauerit, attendamus. Nam vt nunc docuit, longè maximam hominum partem ſtultorum numero habendam, & ſolam eſſe authoritatem quæ ſtultos mouet,

authoritatem

authoritatem verò miraculis primùm conciliatam,ac deinde ſequentium multitudine & temporis vetuſtate firmatam eſſe: ſic in eodem libro declarat, *huius multitudinis Primates quærẽdos eſſe*, vt ab his potius de ſacris literis aliquid diſcatur. *Qui Primates* (inquit) *ſi non eſſent, diſcendum omnino eſſe neſcirem*. Ita, quanquam ipſa multitudo fidelium multum momenti ad fidem de aliqua re faciendã afferat,ſapientia tamen Dei,quæ authoritatem fidei Chriſtianæ per multitudinem credentiũ attulit, multitudinem per *Primates ipſius* & ad fidem perduxit, & in Eccleſia tenuit. Vnde alibi Auguſtinus manifeſtè affirmat, *paucos ſpiritales in Catholica Eccleſia ad ſinceriſsima ſapientiæ cognitionem peruenire: cæteram* (inquit): *urbam non intelligendi viuacitas,ſed credendi ſimplicitas tutiſsimã facit*. At certè ſi regimen vniuerſalis Eccleſiæ penes populũ eſſet: oporteret ipſam multitudinem tanta viuacitate intelligẽdi pollere, vt Primates ſuos inſtruere ac docere poſſet. Par enim eſt, vt qui ſummũ in Eccleſia locum tenet, ſummũ etiam ſciẽtiæ donum poſsideat: vt poſsit rationem de ea fide reddere, quam à tota Eccleſia retinendam pro authoritate dominationis ſuæ aſſerit. Verùm vt breuiter iſta concludã, præterquam quòd nulla Scripturarũ authoritas producitur, in qua Chriſtus populo Chriſtiano ſuam Eccleſiã cõmiſit: præterquã quòd Chriſtianus populus nunquã ab Eccleſia primũ inſtituta invnũ locũ,aut per ſe, aut per Legatos ſuos cõuenit, vt regiminis ſui ſpecimẽ in cõmune ederet: præterquã quòd hoc genus regiminis & plenũ tumultu, & male ex duobus tantùm, iiſq; minus præclaris generibus cõmiſceretur: etiã ſtatus popularis à natura ipſa lõgiſsimè recedit, quæ vbiq; Primatum, & non multitudinis dominationẽ & inſtituit, & amplectitur. Neq; verò aut Angeli, aut cœli, aut ſtellæ, aut Patriarchæ, aut Iudæi à maiore multitudinis parte regebantur, aut ipſæ Gẽtes tam approbârunt popularem ſtatũ, quàm Regiũ, qui etiã ſtatus à Deo Monarchias ingẽtes ob totius mundi bonũ erigente ſupra omnes alios cõmendatus eſt. Vt mirer quod exemplũ aut Dei, aut naturæ ſequantur, qui velint Eccleſiã à bellua multorũ capitum regi. Sed ſi veritatẽ amamus, præ odio Primatus Romani, ad hãc cæcitatem detruſi ſunt. Cùm enim illũ Principatum, qui tam clarè in Petro inſtitutus, & tã manifeſtè in Eccleſia Romana propagatus eſt, omni ratione oppugnandũ ſuſciperent, omnia etiam abſurdiſsima dicere maluerũt, quàm vt aliquid cõtra vnius Primatum nõ dicerent. Sed nũc argumenta illorũ audiamus, ne ſe inaudita cauſa cõdemnatos querantur.

Ibid.c.14.

Contra Epiſto fundam. cap.4.

Rationes eorum confutantur, qui ſtatum & gubernationem Eccleſiæ Chriſti volunt eſſe popularem.

CAPVT VIII.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Cùm Eccleſia (ſecundùm Illyrici mentem) non quemuis confuſum populi conuentum (vt agora) ſed ordinatũ & per claſſes ſuas diſtinctũ, maximè apud Athenienſes ſignificet: Apoſtoli nomẽ Eccleſiæ in vſum aſſumpſerũt, vt oſtenderẽt, politiã Eccleſiæ eſſe quidẽ Democraticam, non tamen confuſam, verùm ordinatam.

RESPONSIO.

QVID afferunt iſti homines præter ſua placita, cur Apoſtoli, quando nomen Eccleſiæ in vſum aſſumebant, ad Athenienſiũ præcipuè cœtus atq; inſtituta reſpicerẽt? Scilicet Hebræi homines, nec aliunde ferè quàm à Spiritu Sancto per miraculũ edocti, dederunt operam, vt ſcirẽt quo verbo populus Atheniẽſis cœtus ſuos, vel confuſos, vel ordinatos diſtinguerer. Quantò rectius iudicabimus, Apoſtolos hoc ipſum *Eccleſiæ* nomẽ à Septuaginta duobus Interpretib. accepiſſe? Cùm enim ſacras Literas gẽtibus Hebrææ linguæ ignaris tùm in cõcionibus exponerẽt, tùm deſcriptas traderent: neceſſariò illas in Græca lingua, vt à Septuaginta Interpretibus ante aliquot ſecula cõuerſæ fuerãt, & ipſi legerũt, & gentibus legẽdas tradiderunt. Apud Septuaginta verò Interpretes quanquam Synagogæ nomen multò frequẽtius quàm Eccleſiæ reperiatur, tamẽ non rarò etiã Eccleſiæ vocabulũ occurrit. Verbi gratia: In Libro *Deuteronomij* quater apud Septuaginta Interp. Eccleſiæ nomen eodem in loco legitur. Vbi certè non ſignificat popularẽ aliquẽ ſtatũ, ſed eũ potius, qui ſub vnius Moyſis principatu degebat. Sic etiã cùm Saul Iſraelitici populi Rex eſſet, Dauid de populo ſub illius principatu agẽte dixit, γνώσ\-εται πᾶσα ἡ ἐκκλησία αὕτη. *cognoſcet vniuerſa Eccleſia hæc, quia nõ in gladio, nec in haſta ſaluat Dominus*. Et poſtea: Cùm Salomon Rex benediceret populo in dedicatione Templi, Septuaginta frequentem

Deuter. 23.

1.Reg 17.

quentem populi ſed maximè Seniorum conuentũ per nomen Eccleſiæ expreſſeriit, dicentes:
3 Reg. 8. *Omnis Eccleſia Iſraël ſtabat.* Eccleſiæ igitur appellatio non repugnat ſtatui Regio, ſed cõuentum
populi ſignificat, ſiue is cõuentus ſub Rege, ſeu etiã ſub Optimatibus celebretur. Ac tametſi quò
quiſq; conuentus magis ordinatus eſt, eò laudabilior ſit: tamen Eccleſiæ nomen ad confuſum
Actor. 19. etiam conuentũ à Diuo Luca in Actis Apoſtolorũ deſcribendis accõmodatur. *Et erat* (inquit)
Eccleſia confuſa. Nihil ergo ſolidi ex Eccleſiæ vocabulo ad ſtabiliendã populi Chriſtiani Demo-
cratiam cõcluſeris. Quinimò cùm *Eccleſia* primùm *ab eucando* ſit denominata, cumq; & is, qui
nos euocat, *Deus vnus* exiſtat, & is, per quem nos euocat, vnus Chriſtus ſit, & modus, quo euo-
Philip. 2. camur, *vna ſit fides*, & nexus, quo euocati coniungimur, *vnũ ſit corpus, vnus ſpiritus, eadem cha-
ritas, vnaq; ſpes vocationis noſtræ*, & finis quo tendimus, vna ſit æterna vita: rectius meo iudicio
dixeris, per Eccleſiæ nomen ſtatũ eum, in quo vnus ſit Princeps, deſignari. Nã omnis Eccleſiæ
ratio ab vno Principe profluit, vno vinculo continetur, & in vnũ finem deſtinatur. Cùm verò
tam Synagogæ, quàm Eccleſiæ nomen apud Septuaginta Interpretes in vſu fuiſſet, Auguſtinus
Auguſt. in Inchoata expoſitiõe. epiſto. ad. Roman. eam rationẽ attulit, cur noſter ſtatus Eccleſia potius appelletur, quòd videlicet *Eccleſia ex vo-
catione, Synagoga verò ex congregatione appelletur. Conuocari, magis hominibus conuenit: congregari,
magis pecoribus.* Quòd ſi prophani vſus aliqua ratio habenda eſt, cum Iacobo Tuſano dicerẽ, *Ec-
In Lexico Tuſani ſub verbo, ἐκκλησία. cleſiam* propriè apud Athenienſes appellar* conuentum eorum, qui non foris, ſed intus habitant.
Nam quoties ad magnæ alicuius rei ſpectaculum homines ex agro accerſebant, illã rem Athe-
nienſes non Eccleſiam, ſed διάκλησιν appellabant. Et ſanè magna cum ratione cœtui Fidelium
nomen illud imponitur, quod ciues illos ac domeſticos, non aũt ruſticos & peregrinos eſſe de-
Epheſ. 2. ſignet. *Sumus enim iã nõ hoſpites & aduenæ, ſed ciues Sanctorũ & Domeſtici Dei.* Verùm vt Sancti
iam facie ad faciem Deum in cœlo videntes potiſsima pars Eccleſiæ ſunt, neq; tamẽ propterea
regũtur à ſeipſis populariter, ſed regio & monarchico vnius Dei Principatu gubernãtur: ſic al-
tera Eccleſiæ pars, quæ adhuc in terris agit, potiorem ſuam partem, quæ in cœlis agit, quantum
poteſt imitans, non populariter, ſed ab vno Paſtorum Principe gubernari debet.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Pergit Illyricus in illo ſuo commento: & vniuerſam rationem Eccleſiaſticæ Politiæ deſcribens, eam dicit eſſe Democraticam quidẽ, verùm ordinatam, *vt quæ habeat ſuũ regem Chriſtum, & ſuam Ariſtocratiam Doctorum, ac præcipuorum membrorum, quem ordinem aut harmoniam etiam Paulus, Rom. 12. & 1. Cor. 12. & Epheſ. 4. deſcribit.*

RESPONSIO.

Quid Paulus in duodecimo capite tam Epiſtolæ ad Romanos, quàm prioris ad Corinthios, itemque in quarto ad Epheſios ſibi voluerit, iam antè declarauimus. Etenim cùm in illis locis Eccleſiã corpori humano ſimilẽ eſſe dicat, nec politia corporis humani aut animalis cuiuſpiam ſit democratica, verùm regia & monarchica, vtpote in qua principatus penes vnum eſt, ſiue id cor, ceu cerebrũ exiſtat: cumq; ſi rationẽ, quæ potiſsima hominis pars eſt, cõſideremus, membra corporis omnia ſic ei ſubſint, vt nullo modo ad cõm*nem corporis gubernationem illa cõcurrant, ſed vniuerſa regantur ab vna mente ac ratione, quæ ſola præſidet: quis non eodem modo politiã corporis Eccleſiaſtici diuinitus ita ordinatã eſſe dicat, vt vnus in ea primas teneat, cætera verò mẽbra, ſecundùm quod vel nobiliora, vel ignobiliora ſunt, ſic magis aut minus de Principatu capitis vnius participẽt, cùm interim omnia vni potiſsimùm Principi obediant? Deinde in his Illyrici verbis id ſumma reprehẽſione dignũ eſſe nõ dubito, quòd dum Eccleſiæ politiã ex Chriſto, ex Optimatibus, & ex tota plebe Chriſtiana cõſtare vult: interim Chriſtianorum plebem infimam ipſi Chriſto parem in aliqua ſaltem gubernationis parte facit. Niſi enim in aliquo ciuitatis negotio tantum efficiat plebs, quantum non modò Paſtores alij, verùm etiam ipſe Rex Chriſtus: fruſtrà ſtatus Eccleſiæ vocatur popularis. Neq; verò vllam puto Rempub. (quæ ſaltem rectis legibus aut moribus regeretur) aliquando extitiſſe, in qua gubernandi ratio non fuerit aliquantulum mixta. Quis enim Rex bonus caruit vnquam Senatu ſuo? Porrò Senatores quid aliud ſunt, quàm Optimates? Aut qui Optimates vel in cõſtituendo Magiſtratu, vel in tributis exigẽdis, vel in rogãdis legibus, ſimilibúſue cauſis nõ aliquid ſaltẽ loci plebeis reliquerunt? Quemadmodum igitur Monarchia vel Regnum vocatur, non ſolùm vbi Optimates aut plebs nihil omnino poſſunt, verùm etiam vbi Rex plus illis poteſt: & quemadmodum ſtatus Optimatum ap-

matum appellatur, non vbi vulgus ab omni actione publica prohibetur, verùm vbi ſumma rei paucis Principibus potiſsimùm adminiſtranda committitur: ſic popularis ſtatus erit, non vbi Rex aut Nobiles nihil poſſunt, verùm vbi plebs in aliqua ſaltem gubernationis parte aut plus illis, aut certè non minus poteſt. *Iudicauit Populus Romanus de perduellione etiam ſub Regibus, ſi quis à Duumuiris ad populum prouocaſſet:* nec tamen propterea is ſtatus dicebatur eſſe popularis. In omni enim mixto ſtatu id potiſsimùm attenditur, quod cæteris partibus antecellere videtur Quid ergo ſibi voluit Illyricus, quando politiam Eccleſiæ *ex Christo velut Sũmo Rege, atque ex Doctoribus & præcipuis membris velut Optimatibus conſtantem*, nihilominus popularem appellauit? Fac nonnullas cauſas ad plebis non minus, quàm ad Optimatum cognitionem pertinere. An tamen quiſquam vſque adeo deſipit, vt in illis ipſis cauſis plebem, atq; etiam Optimates plebi adiunctos, non minus quàm Chriſtum efficere putet? Si plebs atque Optimates cum Chriſto in vlla parte adminiſtrationis ex æquis partibus cõcurrunt, concedo ſtatum Eccleſiæ ex illa parte popularem dici poſſe. Verùm ſi nihil omnino proferri poteſt, in quo plus infinitis partibus ſoli Chriſto, quàm toti præterea populo tribuẽdum non ſit: quomodo tanta erit in vlla re plebis atque Optimatũ facultas, vt ſtatus Eccleſiæ vniuerſus potius à populi adminiſtratione, quàm ab ipſius Chriſti Principatu nominetur? Cur nõ potius, quia quicquid populus Dei habet, Chriſti dono habet: ad honorem Chriſti Regis noſtri dicimus, Reipub. Chriſtianæ ſtatum aut non niſi regium, aut certè magis regium eſſe, quàm popularem? An id fortè intellexit Illyricus, inuiſibilem Eccleſiæ Dei politiam ab vno Rege Chriſto pendêre: viſibilem verò à toto populo Chriſtiano? Nam ſi hoc ipſum non ſenſit, blaſphemè nimium de Chriſto ſenſit, cui plebem in vlla parte gubernandi adæquauit. Si ergo Chriſtum inuiſibili, populũ viſibili modo præeſſe vult: cur quæ diſsimilia erãt, ſimul in oratione ſua cõiunxit? Cur viſibilem gubernatorem cũ inuiſibili, mortalem cũ immortali confudit? Duplicem igitur politiã Eccleſiæ Illyricus ponat, neceſſe eſt: vnam inuiſibilem & regiam, ſecundùm quam ſolus Chriſtus omnia per miniſteriũ eorum, quos ad eam dignitatem vocauit, moderatur: alterã viſibilem & democraticã, in qua populus totus, hoc eſt, tam Paſtores & Doctores quàm vulgus Eccleſiam Dei ex æquo regit. Omittamus illud *ex æquo:* vt reliqua oratio tam Caluini, quàm Illyrici opinionem confutet. Nam Caluinus plebi minus quidem quàm Optimatibus, ſed aliquid tamen neceſſariò in ratione gubernandi concedendum exiſtimauit. Ergóne duplicis generis & conditionis, Eccleſiæ regimen eſt? Aut alia eſt, quæ videtur foris, & alia, quæ intus latet, Reipub. Chriſtianæ forma? Nónne prima ſtatim facie pulchrius, magiſq; decorũ eſſe iudicares, ſi cùm externa politia Eccleſiæ ab illa inuiſibili Monarchia Chriſti profluat, altera potius alteri ſimilis, quàm diſsimilis foret? Aut tu aliam Democratiæ tuæ originem edes, præter ipſius Chriſti Principatũ? Quod ergo generat, nónne potius aliud ſibi ſimile generat, quàm diuerſum? Monarchia (inquam) inuiſibilis, quæ in Chriſto iam latet, potius viſibilem Monarchiam, qua populus Dei regatur, generabit, quàm Democratiam quæ longiùs etiam à Monarchia, quàm Optimarum ſtatus, abeſt: niſi fortè monſtri ſimilem vis eſſe diuinam Eccleſiæ Dei gubernationem. Quando enim proles non refert imaginem & ſimilitudinem generãtis, iam certè ad mõſtri naturam ea res vergit. Quæcunq; aũt ſit ratio & forma Eccleſiaſticæ gubernationis, illa non niſi proles eius Monarchiæ eſt, per quam Chriſtus in totam Eccleſiã dominatur. Antequam Filius Dei carnem aſſumpſiſſet, in honorẽ viſibilis Monarchiæ ſuæ adhuc futuræ, Eccleſiã ſuam non per populũ vniuerſum, ſed potiſsimùm per Pontificem vnũ vniuerſo populo viſibiliter præſidentem gubernauit. Et tu nunc poſtquam Chriſtus carnem & aſſumpſit, & in immortalitatem tranſtulit, non modò vnũ Pontificem, ac neq; ſolam Paſtorũ multitudinem viſibiliter vis præeſſe, verùm etiã totam plebem ad viſibile Eccleſiæ regimen vocas? Obſecro te, qui ad tempus regit Eccleſiã Chriſti, nũquid in ea re miniſter non eſt æterni Principatus, quem ſolus Chriſtus accepit? *Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores Myſteriorũ Dei.* Nũquid ergo prorſus omnes Chriſtiani aliqua Myſteria diſpenſant? aut ſimul omnes Chriſti ſunt miniſtri? Nunquid omnes aliquo miniſterij genere fungũtur? Verùm de his rebus iam antè ſatis copioſè dictum eſſe puto.

Vide T. Liuium Decadis.1.lib.2.

Deut.17.

1.Cor. 4.

1.Cor. 12.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Iubet Chriſtus eum, qui neq; fratrem admonentem, neq; duos teſtes audierit, denunciari Eccleſiæ, velut ſupremo tribunali. Eccleſiæ verò pars Laici & plebs infima ſunt. Habent igitur & illi ius ſuum in controuerſijs cognoſcendis. Matth.18.

RESPONSIO.

Matth. 18. Cum Chriſtus iubet peccatorem contumacem Eccleſiæ denunciari, per nomen Eccleſiæ publicum aliquod (fateor) Eccleſiæ forum intelligit. Nam primùm, inter eum qui deliquit, & eum in quem delinquitur, priuatim agi vult, vt famæ delinquentis parcatur: mox autem ſi non emendetur, neque ex toto priuatim, neque publicè, verùm media quadam ratione coram *duobus aut tribus teſtibus* agendum eſt. Quòd ſi delinquens neque ſic pœnitentiam agat, Publicum forum. prorſus ad publicum Iudicium acceditur. Sed quodnam eſt hoc publicum Iudicium? Certè illud, in quo Præſules populo adſtante cauſas cognoſcũt, & ſententiam ferunt. Populum adſtare dixi, non quòd neceſſe ſit, aut ſingulos de plebe, aut maiorem partem, aut quenquam, præter eos quorum intereſt, adeſſe: verùm quòd nemo arceri facilè poſsit ab eo loco, in quo Iudicium publicum exercetur. Item intereſſe iuriſdictioni quidem plebs poteſt, præeſſe non item. Apo-1. Cor. 6. ſtolus enim cùm de ciuilibus cauſis ageret, certos Iudices etiam minimos quoſque *& contemptibiles*, potius quàm nullos, *ab Eccleſia conſtitui voluit*. vt Chriſtiani apud ſuos potius, quàm apud infideles iudicarentur, ſi omnino volebant litigare. Quòd ſi non omnis populus in cauſis ſeculi iudicat, ſed ij tantùm *qui conſtituuntur*: quantò minus idem ipſis permittetur in cauſis ſpiritalibus & Eccleſiaſticis? Nam vt cùm certi miniſtri conſtituti ſunt, omnis populus promiſcuè miniſtrare non poteſt: ſic poſtquàm certi Iudices in Eccleſia ſunt conſtituti, nullus 1. Cor. 7. præterea debet ſe huic negotio ingerere. *Vnuſquiſque* (inquit Apoſtolus) *maneat in ea vocatione, in qua vocatus eſt.* Quid quòd D. Ambroſius eum locum Apoſtoli, in quo ſapientem ſi Ambroſ. in 1. Cor. 6. quis eſt conſtitui voluit, vt inter fratres iudicet, ita interpretatur: *Ideo fratrem iudicem eligendum dicit, quia adhuc rector Eccleſiæ illorũ non erat ordinatus*: quaſi dicat: ordinato ſemel Rectore, iudicandi poteſtas penes illum ſolum exiſtet, donec ipſa Eccleſia ciuiles Magiſtratus ſortita ſit, qui de ſecularibus cauſis cognoſcat. Quæ omnia D. Chryſoſtomus probè ſciens, hæc verba Chriſti (*Dic Eccleſiæ*) in hunc modum interpretatur: *Dic Præſulibus, & Præſidentibus.* Imò Chryſoſtom. homil. 61 in Matthæum. Illyricus, qui Democratiam ſupra cæteros vrget, in libro de ſermone Scripturarum, dicit: *Nonnunquam Eccleſia videtur ſignificare tantùm miniſtros Verbi & Sacramentorum, & aliquos Seniores & intelligentiores: ſicuti Chryſoſtomus interpretatur dictum Chriſti, Matth. 18. Dic Eccleſiæ. Sed tamen poteſt exponi de toto cœtu vnius loci cùm ei quid publicè indicatur.* Si hæc omnia eſſent vera: non tamen conuinceret hic locus, regimen vniuerſalis Eccleſiæ ad populum pertinere. Nam quod de vnius loci cœtu nominatim dicitur, non vtique continuò pertinet ad omnium locorum cœtus Eccleſiaſticos. Verùm nunc quale eſt, vt Illyricus à D. Chryſoſtomi ſententia, & ab vſu Eccleſiarum omnium recedat, & ſuum ſomnium nobis pro Euangelio obtrudat? Nam ſi D. Petrus cognito Ananiæ ac Saphiræ mendacio, ac voti violatione, homines caſti-Actor. 5. gauit, non expectato vllius præterea conſilio vel conſenſu: itemque ſi D. Paulus fornicato-1. Cor. 5. rem Corinthium excommunicauit, non adhibito in conſilium cœtu Corinthiorum (aberat enim corpore ab illorũ cœtu) quid hoc eſt, quòd Proteſtãtes cauſarum eiuſmodi cognitionem ad vniuerſum cœtum neceſſariò ſpectare dicunt? Quaſi verò poſtquàm Chriſtus dixerat: *Dic* Matth. 18. *Eccleſiæ*: non ſtatim ſubiecerit, *Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo*. perſpicuè declarans, nomen Eccleſiæ ad Apoſtolos tunc, qui ſoli poterant ligare & ſoluere, & ad Apoſtolorum Succeſſores, atque ad eos qui vicem Epiſcoporum gererent nunc ſpectare. Vnde Ignatius tam præclarus Apoſtolicorum temporum, ac eorum, quæ in Primitiua Eccleſia Ignatius in Ep. ad Smyrnenſes. gerebantur, teſtis, affirmat *nihil in Eccleſia Epiſcopo maius eſſe, vtpote qui Sacra Deo facit pro totius mundi ſalute.* Quòd ſi nihil in Eccleſia maius Epiſcopo eſt, profectò nec ipſius plebis Chriſtianæ Clericorumque omnium eiuſdem Eccleſiæ maius tribunal eſſe poteſt. Nam quod Lib. 3. ep. 10. Cyprianus ad Presbyteros & Diaconos ſcribit, *à primordio Epiſcopatus mei ſtatueram nihil ſine conſilio veſtro & ſine conſenſu plebis mea priuata ſententia gerere*: nonne apertè oſtendit, primùm inter Presbyteros & plebem, deinde inter Epiſcopum & Presbyteros magnum diſcrimen interceſsiſſe? Presbyteri dabant conſilium, non tamen iudicabant, vel præſcribebant præſente Epiſcopo. At plebs tantùm aberat à præſidentia, vt neq; conſilium quidem, ſed tantùm conſenſum ſuum impertiret. Nec enim plebis conſenſum neceſſariò expectare debebat Epiſcopus: alioqui non dixiſſet Cyprianus, *ſe ſtatuiſſe nihil gerere abſque plebis conſenſu.* Nam eo verbo docet, licuiſſe quidem ſibi aliud facere, verùm ſe illa mente fuiſſe, vt vellet ad eam rem ſeſe obligare. Interim verò Epiſcopus, aut de mandato eius alius quiſpiam, modò aliundè in cauſa inſtructus eſſet, omnia quæcunque ad Presbyteros, plebémue in commune non pertinebant, poterat vel

terat vel ſine Presbyterorum conſilio, vel plebis conſenſu peragere : idque in *perſona Chriſti,* Actor. 5. 2. Cor. 2.
tam D. Petri, quàm D. Pauli exemplo. Et ſanè fateor, magnæ cuiuſdam tùm humilitatis, tùm
perfectionis fuiſſe, atque adhuc eſſe, vt Epiſcopus omnia cum Presbyteris & grauioribus ex
plebe conferat, & communicet. Sed oportet ea quæ conſilij ſunt, ab ijs quæ ſub præceptum
cadunt diſtinguere. Conſilij autem fuit, vt Epiſcopus nihil magnum ſine Presbyterorum Se-
natu ageret. Vnde D. Ambroſius ita ſcribit: *Et Synagoga, & poſtea Eccleſia Seniores habuit quo-* In c. 5. prio- ris ad Tim.
rum ſine conſilio nihil agebatur in Eccleſia. Quod qua negligentia obſoleuerit, neſcio, niſi fortè Do-
ctorum deſidia, aut magis ſuperbia, dum ſoli volunt aliquid videri. Hæc ille. Siue autem deſi-
dia, ſiue ſuperbia factum ſit, vt Doctores ſoli præſideant : certè D. Ambroſius non dicit om-
nino illegitimum illicitúmue eſſe, vt ſoli Epiſcopi aut eorum Vicarij præſint Eccleſiaſticis
cauſis. Nec ſolos cùm dico, id ita intelligo, velut nulli debeant ipſis adeſſe : verùm quòd ne-
que ſolenne ſit Presbyteros omnes conuocari, neque neceſſarium : modò tamen ij adſint, quo-
rum conſilijs iudex plenè inſtrui queat.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Scribit Lucas, Presbyteros Eccleſiæ, Chriſtianorum Suffragijs electos. Ac Mathias, & ſe- Actor. 14.
ptem Diaconi ſuffragio vniuerſi cœtus ad miniſterium vocati ſunt. Et antiqui Patres (vt Cy-
prianus & Leo) teſtantur, Epiſcopos à Laicis electos. Cùm autem eligere Epiſcopos, nonnulla
regiminis Eccleſiaſtici pars ſit, regimen Eccleſiæ penes Laicos etiã eſt, & ideo democraticum.

RESPONSIO.

Etiamſi daremus, Epiſcopos tam olim fuiſſe electos, quàm nunc à Laicis neceſſariò debere
eligi : non video tamen quòd ex ea re concludi queat, Eccleſiæ regimen populare eſſe. Nam
in regnis aliquot Reges non ſuccedunt per cognationem, ſed eliguntur (vt in Polonia fit) aut
in Comitijs Nobilium, aut in plebeijs : neque tamen propterea is ſtatus aut Optimatum, aut
popularis eſt. Nam qui neceſſariò eligit eum, qui futurus eſt aut Rex, aut Paſtor ſuus, etſi agat
id quod aliquo modo ad regimen pertinet : tamen ſi finis agendi (quæ potiſsima ex cauſis eſt)
ſpectetur, non tam agit vt regat, quàm vt regatur. Itaque ſi vnum ſolum qui præſit eligat, per
electionem declarat, ſe vnius Principatui : ſin autem plures eligat, Optimatum gubernationi
ſubiectum eſſe. Sozomenus refert, Valentinianum iam recens ad gubernacula Imperij ele-
ctum, *ad milites, vt alterum ſibi velut imperij ſocium adiungeret, clamantes reſpondiſſe : Me ad im-* Sozomenus lib. 6. c. 6.
perandum eligere penes vos erat. Sed cùm iam à vobis delectus ſim, conſortem imperij quem poſtulatis,
non in veſtra, ſed in mea ſolius poteſtate eligere ſuum eſt. Eodem modo ſi penes Laicos eſſet eli-
gere Epiſcopos ſuos, dicendum eſſet, eoſdem Laicos poſt electionem confectam, regere Ec-
cleſiam non poſſe. Verùm enimuerò permultum intereſt inter diuinas res, & humanas. Illæ
deſcendunt de cœlo : hæ oriuntur de terra. Illæ igitur per Deum interueniente Chriſto pri-
mùm, deinde Apoſtolis Chriſti : hæ autem per Deum interueniente Gentium aut Ciuili iure
diſponuntur. Chriſtus verò non legitur aut facto aut verbo aliquo ſuo detuliſſe plebi neceſ-
ſariam Epiſcoporum electionem. Nam primùm Chriſtus Apoſtolos ac Septuaginta Diſcipu
los, dum in terris ageret, ſolus abſque plebis cuiuſquam conſenſu elegit, atque ad prædicandum Marci 3.
miſit. Vnde Cyprianus : *Meminiſſe* (inquit) *Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt, Epi-* Luc. 6 & 10.
ſcopos & Præpoſitos Dominus elegit. Epiſcopi ergo ad eius electionem maximè pertinent, qui Cyprianus lib. 3. epiſt. 9
vicem Domini potiſsimùm in terris ſuſtinet. Poſt Domini verò aſcenſionem in cœlum, Paulus
Titum in Creta reliquit, *vt per ciuitates conſtitueret Presbyteros*, nihil quicquam vel de inter- Titum. 1.
poſito plebis alicuius conſenſu ad Titum in Creta relinquendum, vel ad plebis conſenſum in
Presbyterorum electione adhibendum, interponens. Iam verò Mathias non prius in Apo- Actor. 1.
ſtolum ab ijs, qui aderant, eligi cœptus eſt, quàm D. Petrus Apoſtolus (penes quem D. Chry-
ſoſtomus eligendi ius potiſsimùm fuiſſe atteſtatur) eius rei autbor extitiſſet. Ac tunc etiam
non tam ab eis electus, quàm vnà cum Barnaba nominatus eſt, *Deo interim per ſortem oſtendēte,* Actor. 6.
quem ex duobus elegiſſet. Electio igitur illa primùm Dei fuit, deinde Petri, nominatio autem
totius multitudinis. Præterea Apoſtoli permiſerunt multitudini Diſcipulorum, *vt conſidera-*
rent, non quos ipſi, ſed *quos Apoſtoli conſtituerent ad miniſtrandum.* Conſideratio plebi permit-
titur, conſtitutio Apoſtolis reſeruatur. Illa proponit vota & deſideria ſua: hi iuſta plebis de-

 ſideria me-

ſideria meritò implent, iniuſta verò, cum opus eſt, repellūt. Verùm ſi noluiſſent Apoſtoli hanc
rem ad plebem referre, ſed ſua in hac re authoritate vſi eſſent: iam nihil ſibi vendicare multi-
tudo potuiſſet. Expectēt igitur populi Epiſcoporū ad ſe relationē, & tunc iure poterūt facere,
quod in Diaconis eligendis plebem Chriſtianam tēpore Apoſtolorū feciſſe vident. Neq; verò
Actor 13. ſemper Paſtores & Doctores plebi ſuffragia permiſerunt. Nam *Prophetæ & Doctores, qui An-
tiochiæ erant, manus Paulo & Barnabæ impoſuerunt & dimiſerunt illos in opus ad quod aſſumpſit eos
Dominus*, non expectato plebis conſenſu aut ſuffragio. Quin imò nec Diaconos elegerunt po-
puli ex iure ſuo, verùm ex authoritate ab Apoſtolis conceſſa. Ideoque *electos ſtatuerunt ante
Actor 6. conſpectum Apoſtolorum, qui orantes impoſuerunt eis manus.* Quod autem obijcitur, *Presbyteros
Actor. 14. Chriſtianorum ſuffragijs electos*: id tametſi eſſet certum (vt non eſt, quia nihil frequentius ac-
cidit, quàm vt verbis interdum abutamur, quod idem de Græco verbo χειροτονεῖν apud Lucam
cenſeri poteſt) tamen is locus ita intelligi debet, quòd Paulus & Barnabas Presbyteros fideli-
bus populis conſtituerunt eos, qui teſtimonium honeſtæ vitæ ab iiſdem populis accepiſſent.
Cùm enim Apoſtoli non manerent in aliqua certa ciuitate, ſed per omnia loca peragrarent:
mirandum non eſt, ſi eorum vitam ignorarent, quibuſcum educati non eſſent. Oportuit ergo
non quoſuis, verùm eos, qui iudicati fuiſſent à ciuibus ſuis idonei, ad publicum miniſterium
cooptare. Ac ſanè recta ratio docet, vt, ſi hodie ob alicuius Eccleſiæ neceſſitatem cogeretur
Epiſcopus creare Presbyterum & Diaconum, de cuius moribus & inſtitutis aliunde edoctus
non eſſet: omnino plebis, quæ tunc adeſſet, teſtimonium depoſceret, ne minus idoneum or-
1. Timoth. 5. dinando & *nimium citò manus imponendo* tam ſuo nomini conciliaret notam infamiæ, & eum
alienis peccatis communicaret, quàm Eccleſiæ, cui conſulere debebat, iniuriam inferret. At
verò vt electio ſic penderet à plebe, tanquam Paulus aliquem ſibi notum ſine plebis ſuffragio
creare non poſſet: hoc prorſus à veritate abhorret, cùm Dominus dixerit, *ſe ita mittere Apo-
Ioan. 20. ſtolos ſuos, ſicut ipſe à Patre eſt miſſus.* Conſtat verò Chriſtum ita miſſum eſſe à Patre ſuo, vt ſine
cuiuſquam ſuffragio quemlibet, dum in terris ageret, vel Presbyterum, vel Epiſcopum, vel
2. Cor. 5. Apoſtolum creare poſſet. *Ac Deus quidem erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Apoſtoli
autem pro Chriſto legatione fungebantur.* Apoſtolis in iuriſdictione omni, quæ ſaltem Eccleſiæ
neceſſaria eſt, Epiſcopi ſucceſſerūt. Quemadmodū igitur plebs, atq; adeo totus populus Chri-
ſtianus in Chriſtum nihil iuriſdictionis habuit, ſic neque in Apoſtolos eius, neque in Epiſco-
pos aliquid poteſtatis accepit. Aut quod minimum verbum è Scripturis proferri poteſt, vbi
conſtet, Chriſtum turbam & multitudinem in vlla re feciſſe totius Eccleſiæ ſuæ inſpectorem
ac moderatorem? Quod autem Cyprianus & Leo populi conſenſum in electione Epiſcopo-
rum adhiberi ſolitum eſſe teſtantur: fatemur id ita factum eſſe ex decoro ferè ſemper: non au-
Locus populi in electionibus ſacris. tem ex neceſſitate iuris diuini, præterquam ſi aliter vita ordinandi ſciri non potuit. Nam nec
hodie fas habetur, ſolenni ritu aut ordinari Presbyterum, aut Epiſcopum conſecrari, præter-
quàm in conſpectu populi, cui populo ſuus etiam locus conceditur, vt ſi quid afferre poteſt,
Cyprianus lib. 1. epiſt. 4. cur hic homo ad talem dignitatem aſſumi non debeat, liberè id audacterque proferat. Nec
aliter intelligenda ſunt D. Cypriani verba. Nam cùm dixiſſet, *Plebs maximè habet poteſtatem
vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recuſandi*, è veſtigio ſeipſum interpretatus adiunxit:
*Quod & ipſum videmus de Diuina authoritate deſcendere, vt Sacerdos plebe præſente ſub omnium
oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac teſtimonio comprobetur, ſicut in Numeris
Numer. 20. Dominus Moyſi præcepit, dicens: Prehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, &
impones eos in monte coram omni Synagoga, & exue Aaron ſtolam eius, & indue Eleazarum filium
eius. Inſtruit & oſtendit, ordinationes ſacerdotales non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri opor-
tere: vt plebe præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur. Et ſit or-
dinatio iuſta & legitima, quæ omnium ſuffragio ac iudicio fuerit examinata, quod poſtea ſecundùm di-
uina magiſteria obſeruatur in Actis Apoſtolorum.* Hæc Cyprianus. Cuius verba qui rectè per-
pendit, is facilè videt, eum non aliter putaſſe conſenſum plebis ad conſtituendum Epiſcopum
in Nouo Teſtamento neceſſarium eſſe, quàm in vetere Teſtamento neceſſarius fuit. Nam di-
uinam authoritatem ab Eleazari conſecratione repetitam ad ſtatum nouæ Legis trahit. At in
vetere Teſtamento res non pendebat vel præcipuè vel neceſſariò à populi cōſenſu. Nam Deus
ipſe per Moyſis operam conſtituerat Aaronē Pōtificem, & Eleazarum voluit ei ſuccedere in
Pontificatu, ſiue plebs conſentiret, ſeu recuſaret. Rem verò in conſpectu populi voluit geri,
tùm vt is non ignoraret quis eſſet ſuus Pontifex, tùm vt libentius ei pareret, cuius cōſecrationi
aſſenſiſſet. Quod idem in Nouo Teſtamento ſemper eſt obſeruatum, adeo vt hodie liceat plebi

Epiſcopatum

Epiſcopatum alicuius impedire, ſi ea crimina Epiſcopo conſecrando poteſt intendere, ob quæ indignus Epiſcopatu appareat. Si autem plebs ordinari Epiſcopum videns, nihil ei opponat, ſed prorſus taceat, cum loquendi tempus eſt: in conſecrationem eius meritò videtur conſentire. Præterea in omnibus regnis Chriſtianis videmus hoc fieri, vt Rex eum prærogatiua ſuffragij ſui donet, quem Epiſcopatui præeſſe optat. Rex autem per tacitum populi conſenſum, in ea re totius populi, cuius gubernator à Deo conſtitutus eſt, perſonam gerit. Si ergo quem Rex nominat, eundem poſtea Clerus elegerit: iam ſalua ſunt omnia, nec aliquid aut de populi, aut de Cleri priuilegijs perit. Nam loco plebis & omnium Laicorum Rex interponit authoritatem ſuam. Sin ea res Populo non ſatisfacit: cum Rege potius, qui & ſuam, & populi vicem ſupplet, quàm cum Clero, qui vix locum ſuum tuetur, iniuriarum agere debet. Nam ſi omnia reuocabimus ad nudam veritatem: potius Clerici, quàm Laici hodie priuantur ſuis ſuffragijs. Etenim parum abeſt, quin vbique Rerumpublicarum Principes tantum non cogant Clericos, vt eum eligant, qui ab ipſis fuerit expetitus. Si autem quæritur, quid ex neceſsitate iuris diuini ad Presbyteri aut Epiſcopi creationem ſpectet: neque altiùs hanc rem repetere poſſumus, quàm à Chriſto ipſo, qui ſolus abſq; vllius electione ex authoritate ſua miſit Apoſtolos & Septuaginta Diſcipulos ad prædicandum: neq; tutiùs in vllius præterea exemplo conquieſcere. Illius veſtigia inſequentes Apoſtoli & antiqui Patres, nunquam dubitàrunt abſentibus etiam populis Presbyteros vel Epiſcopos iam prius conſecratos mittere, ficuti B. Marcus Alexandriam, B. Martialis Rauennam, B. Valerius Treuerim à B. Petro eſt miſſus. & poſtea Eleutherius Pontifex Romanus Fugatium & Damianum ad Lucium Regem Anglorum, Celeſtinus Palladium Epiſcopum ad Scotos: Aegyptij Epiſcopi B. Moyſen Epiſcopum ad Saracenos miſerunt. Quos omnes atq; alios innumerabiles certum eſt, non ex illorum populorum, ad quos mittebantur, ſuffragijs, ſed ex eorum, qui eos cõſecrârunt iudicio, creatos eſſe. In ſumma, talium Epiſcoporum electio, quorum vita & doctrina ijs, qui præſunt, ſatis cognita eſt, non eſt plebi neceſſariò committenda, cùm ſufficiat, vt Apoſtoli & eorum Succeſſores, quorum curæ Eccleſia eſt credita, eligant & mittant aliquem, à quo plebs regatur. Ex decoro autem ſuffragatio quædam plebi Chriſtianæ permitti poteſt, vt eum amet ſtudioſiùs, quem inuita rectorẽ non accipit, quanquã nullum, qui mittitur ab ijs, quorum intereſt, inuita deberet accipere. Cæterùm ſi plebs aut non petat hunc ſuffragij locum (vti iam fit in Eccleſia Catholica) aut ſufficere putet, vt ſuo loco Rex aut primus Magiſtratus aliquem idoneum deſignet: iam nihil iniuriæ nõ modò iuris neceſsitati, verùm neque eccleſiaſtici moris vſui & decoro infertur. Poſtremò cùm Laodicenum Concilium iam olim ſtatuerit, *non eſſe populis concedendum, vt electionẽ faciant eorum, qui Altaris miniſterio ſunt applicandi* maniſeſtiſsimum eſt, populorum electionẽ nunquam tantæ neceſsitatis in Eccleſia Chriſti habitam eſſe, vt aliter facta electio non ſubſiſteret, ſed potius totum quod in ea re agebatur, decoro & temporũ illorum opportunitati cõceſſum eſſe. Atque hæc ſint ſatis de eo, quòd plebs Chriſtiana Eccleſiam Chriſti ex aliqua parte iure Diuino regere non debeat.

Qui tacet cõſentire videtur.

Epiſcopi ad abſentes miſſi.

Athanaſius Frumentiũ epiſcopũ ordinatũ ad interiores Indos

Laodiceni concilij c. 13.

ARGVMENTVM

Libri Secundi.

QVemadmodum in ſuperiore infimam Laicorum plebem, ſic in hoc libro potiorem Laicorum partem, hoc eſt, Reges, Imperatores, atque omnes ciuiles Magiſtratus à rerum Eccleſiaſticarum dijudicatione tùm iure Diuino, tùm more Maiorum remoueri oſtendam. Vbi etiam de Ciuilis & Eccleſiaſticæ poteſtatis differentia, deque ijs erroribus agetur, qui verſantur circa ſpiritalem poteſtatem, quam Reges in rebus ſacris ſibi non rectè vendicãt. Ad poſtremum, nec Epiſcopos quidem ſummæ rerum præfectos eſſe, planum faciã. Itaq; totus hic Liber in eo verſatur, vt Eccleſiam Chriſti neget ab Optimatibus in ſummo gradu regi & adminiſtrari: cùm alioqui non neget, Epiſcopos pro ſuæ ſolicitudinis parte ad Eccleſiæ gubernacula ſedere.

DE VISI-

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ,

LIBER SECVNDVS.

Quid interſit inter Ciuilem & Eccleſiaſticum magiſtratum: quodq́; origine, vſu, & fine differunt: & quot errores in ea re hoc tempore deprehendantur. Vbi etiam obiter declarabitur, quomodo Chriſti regnum de hoc mundo, vel ex eo non ſit, cùm tamen in eo ſit.

CAPVT. I.

DE PLEBE Chriſtiana ſic hactenus diſſerui, vt eos, qui nullum gererent
Eccleſiaſticum aut ciuilem Magiſtratum, vel ob ignorátiam, quæ in longè ma-
xima ipſorum parte eſt, vel ób infimum quem in Eccleſia Chriſti locū tenent,
ab omni Eccleſiaſtica gubernatione remotos eſſe oſtenderem: niſi quòd ſi qui
ex plebe ad Magiſtratū in Eccleſia gerēdum idonei ſunt, per Præpoſitos Ec-
cleſiæ ad eum honorem vocari & poſſunt, & debent. Nunc dicendum eſt de altera illa ple-
bis Chriſtianæ parte, quæ non Eccleſiaſticum, ſed ciuilem Magiſtratum gerit. Huius autē rei
explicatio eò difficilior videbitur, quò pauciores nouerunt, quid inter Ciuilē & Eccleſiaſticū
Roman. 13. Magiſtratū interſit. Cùm enim vtraq; poteſtas à Deo ſit, multi putāt, aut vtramq; in omnibus
cauſis ex æquo agnoſcendam eſſe, aut primas Regibus & Imperatoribus, tùm nonnunquam
in Eccleſiaſticis, tùm ſemper in ciuilibus cauſis deferendas. De ſingulorum autem erroribus
deinceps agetur, ſi prius vtrique poteſtati ſuos fines & limites iure Diuino præſcriptos eſſe
demonſtrauero. Differunt autem hæ duæ poteſtates nō tam in primo principio, aut in vltimo
fine (vbi rectè ſaltem exercentur) quàm in medijs quibuſdam cauſis, officijs, & finibus. Etſi
enim ab vno principio, quod eſt Deus, tam ciuilis quàm Eccleſiaſtica poteſtas promanet: tamē
ciuilis poteſtas per alia media, & rurſus Eccleſiaſtica per alia ad nos plerumque deriuatur. Nā
ciuilis poteſtas per media iuris naturalis, gentium aut ciuilis ad homines plerumq; deducitur.
Etenim vt pater in filium, auus in nepotē, atq; ita deinceps maior natu in minorē aliquid pote-
ſtatis habeat: hoc vtique Deus per ius naturale effecit, dum ex naſcendi modo & ordine de-
clarauit illum ſuperiorem me eſſe, qui vel cauſam, vt ego naſcerer, præbuit, vel cum eo, à quo
natus eſſem, cognatione quadam coniunctus ſit. Patruus enim, qui patris mei frater eſt, meus
quodammodo eſt pater.

Exod. 20. Poteſtas hæc naturalis in eo Dei præcepto patefit, quo dictum eſt: *Honora patrem tuum &
matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Poteſtas verò
dominorum in ſeruos, & Regum in ſubditos, à Deo per ius Gentium videtur inſtituta. Nam
ius integræ atque incorruptæ naturæ nullum aut mortalis domini ſeruum, aut Regis terreni
ſubditum agnouiſſet. Vnde nec ante diluuium, nec etiam poſt, vſq; ad Nemrodum, vlla Regiæ
Geneſis 10. poteſtatis facta eſt mentio. Et ipſe Nemrod (*cuius regni principium Babylon erat*) *tanquam ro-
buſtus venator coram Domino*, vi potiùs rapuiſſe, quàm diuinitus regnum ſortitus eſſe videtur.
Certè Moyſes prædicens, Iudæos velle ſibi Regem optare, eam rem ita deſcripſit, vt diceret,
Deuter. 17. *eos velle ſibi Regem conſtituere, ſicut habent omnes per circuitum nationes.* Itaque ſecundùm id
quod Moyſes præuiderat, poſt aliquot ſecula Iudæi ad Samuelem venerunt, dicentes: *Conſti-
1. Reg. 8. tue nobis Regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſa habent nationes.* & iterum: *Rex erit ſuper nos,
& erimus nos quoque ſicut omnes Gentes. Et iudicabit nos Rex noſter, & egredietur ante nos, &
pugnabit bella noſtra pro nobis.* Gentium ergo ſimiles in Rege conſtituendo Iudæi eſſe volue-
runt. Ex quo apparet, poteſtatem regiam à Deo quidem eſſe, verùm non immediatè, ſed po-
tius per interpoſitum ius Gentium. Si qua verò iuſta & legitima poteſtas ita in vna aliqua ci-
uitate aut regione recepta erat, vt eadem apud pleraſque Gentes non eſſet in vſu: talis pote-
ſtas etiam à Deo erat, ſed propriè ad ius ciuile aut municipale referebatur, hoc eſt, ad conſen-

ſum

ſum & legem eius populi aut ſocietatis, in qua illud ius conſtitutum erat: vt ſemper verum
ſit quod Apoſtolus ait: *Non eſt poteſtas niſi à Deo.* Neque tamen negandum eſt, quin Deus for- Rom. 13.
tè reuelauerit aliquid etiam immediatè de cœlo, quod in ſeculi huius regimine obſeruari vel-
let, quale nõnulli putãt eſſe illud: *Quicunq; effuderit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius.* Geneſ. 9.
Et certè quidẽ permulta, etiã circa res terrenas, in lege Moſaica diuinitus inſtituta fuerũt,
nullo eius populi conſenſu ad eam rem interpoſito. Sed quoniam ea lex, præterquàm in his
quæ iuris naturalis ſunt, abrogata intelligitur: nihil eſt quòd circa illã diutius iã immoremur.

Illud ergo inter omnes, opinor, cõſtat, Regiam atq; Imperatoriam poteſtatẽ, etiã quæ hodie
in Eccleſia Chriſti exercetur, in omni cauſa, de qua in nouo teſtamento aliter diſpoſitũ nõ
ſit, vel iuris Gentiũ, vel iuris ciuilis habendã eſſe. At verò poteſtas Eccleſiaſtica tota eſt à cœ-
lo, nec per interiectũ ius naturale, Gentiũ, aut Ciuile, ſed tantũ per Mediatorẽ Dei & hoĩum, 1. Timot. 2.
hominem Ieſum Chriſtũ ad nos dimanauit. Licet igitur tã ciuilis quàm Eccleſiaſtica poteſtas
à Deo ſit: tñ ciuilis à Deo plerunq; eſt per media quædã, vel naturæ, vel ingenij humani in-
terpoſita. Ob eã cauſam ciuilis poteſtas apud Gentes, quæ Deũ non cognoſcunt, eadẽ repe-
ritur, quæ apud fideles Reges exiſtit, licet Chriſtus talem in ſui regni miniſtris eſſe noluerit.
Dicebat enim: *Principes gentiũ dominantur eorũ, & qui iuniores ſunt poteſtatẽ exercent in eos. Non
ita erit inter vos.* Principes ergo Gentiũ eos vocat, qui ſecundùm morẽ & ius Gentiũ impera-
bant. Poteſtas verò Eccleſiæ per nulla naturæ aut ingenij humani media interiecta, ſed imme-
diatè à Deo ipſo inſtituta fuit. *Nec enim animalis homo percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei.* Itaque 1. Cor. 2.
Chriſt⁹, qui fatetur Eccleſiã regnũ ſuũ eſſe (*nã regnabit in domo Iacob in æternũ*) quiq; ſeipſum
Regẽ eſſe nunquã negauit, negat tñ regnũ ſuũ eſſe de hoc mũdo, quia nimirũ de cœlo, ac nõ
de hoc mundo, regnũ ipſius profectũ eſt. Vnde cõſtat, & regnum ſeu ſpiritalem poteſtatẽ Ec-
cleſiæ nõ eſſe de hoc mũdo, & cætera terrena regna ſeu terrenas poteſtates de hoc mũdo eſſe.

Animaduertendũ verò eſt, permultũ intereſſe, vtrũ dicas, Regnũ Chriſti nõ eſt in hoc mun-
do (nam hoc falsò diceretur) an verò regnum Chriſti non eſt de hoc, vel ex hoc mundo, quod
vtiq; veriſsimè dicitur. Hìc enim eſt regnum Chriſti, ſed hinc non eſt. In mundo eſt: de mun-
do, vel ex mundo non eſt. Regnum verò terrenũ & hìc eſt, & hinc eſt, tam ex hoc mundo pro-
ductum per ius gentium & humanam conſenſionem, quàm in hoc mundo finitum & conclu-
ſum. Infinito ergo interuallo regnum Chriſti, regna huius mundi antecellit. Cumque pote-
ſtas ſpiritalis & Eccleſiaſtica ex ſola Chriſti poteſtate profluat, quid illis ingenij reliquũ eſſe
putabimus, qui Reges terrenos Paſtoribus Eccleſiæ in vlla re ſpiritali adminiſtrãda præferũt?
Imò cùm nulla ſit cõparatio inter Chriſtum Dei filiũ, qui Deus ipſe eſt, & creaturã iuris natu-
ralis, aut gentium, aut ciuilis: nulla eſt etiã cõparatio inter poteſtatẽ Eccleſiaſticã, quæ tota ſo- Geneſ. 9.
lùm eſt per Chriſtũ Mediatorem nobis collata, & poteſtatẽ Regiã, quæ vel tota, vel penè tota
non niſi per ius gentiũ aut ciuile à Deo inſtituta eſt. Nam etiamſi Deus reuelauerit aliquid
de cœlo, quod ad poteſtatẽ Regiã pertinuit: ſi tamen id nõ pertinuit ad æternã ſalutem, quæ in
Chriſto abſcondita eſt, verùm ad pacẽ inter hoĩes conſeruandã: id vtiq; nõ aliter putandũ eſt
reuelatũ fuiſſe, quàm vt eſſet declaratio quædã iuris eius, quod vel natura nobis inſeuerat, vel
neceſsitas exprimere, vtilitáſue ſecundũ naturæ ſemina in lucẽ producere debuerat. Atq; hæc
de origine vtriuſq; poteſtatis dicta ſint. Quoad vſum verò & officium earundẽ rerum, ſcimus
eã diſtinctionẽ in illis obſeruatã eſſe, vt qui plenã poteſtatem Eccleſiaſticam habuiſſet, etiã ci-
uilem in gubernando populo Dei, abſq; ſpeciali quapiam cõſecratione habere poſſet. Sicut in
Noẽ, in Melchiſedech, in Abrahamo, in Moyſe, in Heli, atq; in Samuele, & Machabæis euenit.
Cæterùm non eodẽ modo verũ erat, vt qui ex iure gentiũ aut ciuili Rex fuiſſet (qui ſummus
eſt gradus honoris in eo genere) mox etiã poteſtatẽ Eccleſiaſticã haberet, niſi per ſpecialem
cõſecrationem id ſibi iuris collatum eſſet. Hinc cùm Ozias Rex adolere vellet incẽſum ſu- 2. Parali. 26.
per altare thymiamatis, ſtatim *ingreſſus poſt eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini
reſtiterunt Regi, ac dixerunt: Non eſt tui officij, Ozia, vt adoleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum,
hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſterium.* Itemq; Ioſaphat Rex Iuda 2. Paralip. 19.
vtrãq; poteſtatem diſtinguens, dicebat ad Leuitas & Sacerdotes: *Amarias Sacerdos & Pontifex
veſter in his, quæ ad Deũ ptinent, præſidebit. Porrò Zabadias filius Iſmael, qui eſt dux in domo Iuda,
ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent.* Ecce alia pertinent ad Pontificis, alia verò ad
Regis officiũ. De fine aũt vtriuſq; poteſtatis (nõ vltimo, ſed medio) id tãtùm notauerim, quòd
poteſtas ciuilis nõ niſi hanc vitã attingit, dicẽte Chriſto: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, a-* Matth. 10.
nimam autem nõ poſſunt occidere. Et iterum Apoſtolus iubet nos *orare pro Regibus, & ijs qui in*

ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus. Vita igitur quieta eſt finis vltimus poteſtatis ciuilis extra Eccleſiam degentis: eius verò, quæ in Eccleſia eſt, non vltimus quidẽ, ſed tamen proprius finis eſt. Cùm interim poteſtas Eccleſiaſtica pertingat ad futurã vitã, dicente Christo: *Quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* Quòd ſi Eccleſiaſtica poteſtas à ciuili differt origine, vſu & fine: & Eccleſiaſticæ poteſtatis tã origo, quàm vſus & finis longè dignior ſit: nónne à viris prudẽtibus inſani iudicabũtur, qui vel cõfundi has poteſtates, vel Regiã, hoc eſt, ciuilẽ Eccleſiaſtica ſuperiorẽ eſſe volunt? Cæterùm ne illa, quæ iam diximus, ex noſtro, ac nõ etiã ex antiquorũ Patrum iudicio locuti eſſe videamur, operæpretium eſt audire, quid D. Chryſoſ. de Regni & Sacerdotij diſcrimine cõſcripſerit. *Alij ſunt* (inquit) *termini Regni, alij termini Sacerdotij. Hoc Regnum* (id eſt, Sacerdotiũ) *illo maius eſt. Neq; enim ex his, quæ videntur hîc, declaratur Rex: neq; è gemmis illi affixis, neq; ex auro, quo amictus eſt, debet æſtimari Rex. Ille quidẽ ea, quæ ſunt in terris, ſortitus erat adminiſtranda: cæterùm Sacerdotij ius è Supernis deſcendit: Quæcũq; ligaueritis ſuper terrã, erũt ligata & in cælo. Regi ea, quæ hîc ſunt, cõmiſſa ſunt: mihi cæleſtia. mihi quũ dico, Sacerdotẽ intelligo. Itaq; quũ videris Sacerdotẽ indignum, ne traducas Sacerdotiũ. Nõ enim oportet dãnare res, ſed eũ qui re bona malè vtitur. Quandoquidẽ & Iudas proditor fuit, verùm nõ ob id accuſatur ordo Apoſtolicus, ſed illius animus: nec crimen eſt Sacerdotij, ſed malũ animi. Et tu igitur ne Sacerdotiũ vituperes, ſed Sacerdotem malè re bona vtentẽ. Etenim ſi quis tecum diſputet, dicatq; vidiſti illũ Chriſtianum? reſpondeto: at ego non de perſonis, ſed de rebus tibi loquor. Alioqui quot medici facti ſunt carnifices, ac venena pro pharmacis dederunt? Non tamen artem vitupero ſed malè vtentem arte. Quot nautæ malè rexerunt nauigia? Verùm non ars nauigandi mala eſt, ſed illorũ animus. Si Chriſtianus fuerit improbus, ne incuſes profeſſionem ac Sacerdotium, ſed re bona vtentem malè. Regi corpora commiſſa ſunt: Sacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, Sacerdos maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur. Ille neceſſitate, hic conſilio. Ille habet arma ſenſibilia, hic arma ſpiritualia. Ille bellum gerit cum Barbaris, mihi bellum eſt aduerſus dæmones. Maior hic principatus; propterea Rex caput ſubmittit manui Sacerdotis, & vbique in veteri Scriptura Sacerdotes inungebãt Reges.* Hactenus Chryſoſt de Sacerdotij & regni differẽtia diſſeruit Tres aũt errores in hoc genere deprehendũtur. Primus error eſt eorũ, qui dicunt Regiã poteſtatẽ in Chriſtiano Principe quauis Eccleſiaſtica ſuperiorem eſſe, quam opinionẽ Proteſtãtes Anglicani tuentur. Secundus error eſt eorũ, qui Regiã poteſtatẽ ad quaſdã cauſas Eccleſiaſticas regio iure cognoſcẽdas & diiudicandas extendũt. Tertius deniq; eorum eſt, qui putãt Principẽ Chriſtianũ ſaltẽ in oĩ negotio ciuili atq; in ſuo regno ſemp, & ſine oĩ exceptiõe quouis Eccleſiaſtico Magiſtratu maiorẽ eſſe, nec ob vllum peccatũ quod in Eccleſia Dei cõmittet, à regni adminiſtratione remoueri poſſe.

Matth. 18.

Chryſoſt. De verbis Eſaiæ, Homil. 4.

Origo Sacerdotij è ſupernis.

❧ *Nullum Regem Chriſtianum in ſuo regno ſupremum Eccleſiæ Caput aut Gubernatorem ſummum in cauſis Eccleſiaſticis immediatè ſub Chriſto eſſe.*

CAPVT. II.

QVI ſupremum Caput, aut ſummus Gubernator vllius congregationis iure, ac meritò dici poteſt, is neceſſariò habet poteſtatem omnia illa faciendi, quæ ab inferioribus eiuſdem congregationis Magiſtratibus ex officio, aut munere aliquo ad eam cõgregationẽ propriè ſpectante, obiri poſſunt. Fiet hoc planius per exempli appoſitionẽ. Qui eſt in exercitu Imperator, non modò habet poteſtatem Imperatoriam ſupra omnes Tribunos & Centuriones, ſed præterea id ſibi vendicare iure poteſt, vt locum Tribuni occupet, atque vt centum militum ductor fiat, ſi quando id ei faciendum videbitur. Qui toti Reipub. dominatur, poteſt, ſi velit, cauſam infimi cuiuſque cognoſcere, & non ſolùm Principis omniũ, verùm etiam Prætoris ſui, aut etiã Iudicum minorum vices ſuſtinere ac munere defungi. Qui eſt Epiſcopus, habet poteſtatẽ & baptizandi, & claudẽdi oſtia, & theſauros Eccleſiæ diſtribuendi, quanquã ea ſoleãt fieri ab inferioribus miniſtris. Verum enim eſt, quòd D. Ambroſius dixit, *Epiſcopus primus eſt: vt oĩs Epiſcopus Presbyter ſit, nõ omnis Presbyter Epiſcopus*. Deniq; quælibet poteſtas, quæ certis limitibus nõ coercetur, ſed ſumma & maxima eſt, aliã quamlibet inferiorẽ ita ſub ſe cõtinet: vt qui ſumma poteſtate ſit præditus, etiã inferiorem Magiſtratũ gerere, nec vllo iure prohiberi poſsit, quò minus illũ adminiſtret Non dico eũ, qui ſumma poteſtate ſit præditus, habere ſtatim peritiã minoris cuiuſlibet officij: hoc quippe facti eſt, non iuris. nec etiam dico, ſemper decorũ eſſe, vt inferius illud officium ipſe per ſe exæquatur: ſed dico, ius nõ obſtare, poteſtatemq; non deficere, quò minus Magiſtratus ſummus ea faciat, quæ inferiores in eadẽ Repub. facere ſolẽt.

In 1. Timo. 3

Quibus ita prælibatis, addo iã ſupremum alicuius Eccleſiæ Caput aut Gubernatorẽ eſſe ſupremum eius Reipub Magiſtratum, quod nemo ſanus negauerit. Si ergo Rex poterit iure ac

meritò

meritò dici ſupremū illius Eccleſiæ, in qua degit, Caput & Gubernator, vt in Anglia iā diu fit?
neceſſariò idem Rex habebit facultatem illa omnia obeundi, quæ ab illo Magiſtratu eiuſdem
Eccleſiæ obiri poſſunt. Alioqui eius Eccleſiæ, quatenus Eccleſia eſt, ſummus Gubernator non
erit. In Regno autem quolibet Chriſtiano permulti & ſunt, & eſſe debent, qui verbum Dei Fi
delibus prædicent, qui gentes conuerſas in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizent, Matth. 28.
qui remittant peccata, qui Euchariſtiam conficiant ac diſtribuant. Qui ergo eſt ſupremus Gu- Ioan. 20.
bernator alicuius Eccleſiæ, debet etiam tali poteſtate præditus eſſe, vt nullum ius obſtet, quò 1. Cor. 11.
minus hæc omnia implere ac præſtare queat. Rex autē ſecularis, etiamſi Chriſtianus fuerit, nō
poteſt iſta præſtare ex vi Regiæ ſuæ poteſtatis. Alioqui etiam mulier poſſet tùm in Eccleſia
docere, tùm peccata remittere, & Baptiſmum ordinariè ac ſolēniter conferre, Euchariſtiámq;
adminiſtrare. Cùm enim & iure gentium ſit receptum, vt mulier ad Regni gubernacula poſsit
admitti, & in lege Moyſis ſcriptum ſit: *Homo cùm mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſi-* Num. 27.
bit hereditas: in hæreditatis verò appellatione, etiam Regnum apud pleraſque Gentes veniat:
Cúmq; *Debora Prophetis iudicaneris populum Iſrael,* & tùm Athalia, tùm Alexandra in Iudæa re- Iud. 4.
gnauerint: planè appareat, ius regium non minus ad fœminas, quàm ad viros ſpectare. Quod 4. Reg. 11.
idem de pueris etiam dicendum eſt: quia ſecundùm Apoſtolum, *hæres etiamſi paruulus ſit, tamē*
Dominus eſt omnium. Et Ioas regnare cœpit anno ſeptimo: Ioſias autem anno octauo ætatus ſuæ. Puer Galath. 4. 4 Reg. 11.
autem propter iudicij defectum, fœmina verò propter ſexus imbecillitatem, ad Verbi Dei præ- 4. Reg. 22.
dicationem, aut ad ſolennem Sacramentorum adminiſtrationem non admittitur. *Docere* (in-
quit Apoſtolus) *mulieri non permitto. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia.* Atque idem ait,
hæredem paruulum nihil differre à ſeruo. Non eſt autem Eccleſiaſtici moris, vt qui ſeruus ad- 1. Timoth. 2.
huc manet, miniſter Eccleſiæ fiat. 1. Cor 14. Galat. 4.

Cùm igitur eadem ſit cauſa in Regni iure, viri, fœminæ, ac pueri: de paribus autē cauſis par
atq; idem iudicium exiſtat: conſtet verò, nec puerum, nec fœminam, ex eoq; etiam nec virum
(qui nihil niſi Rex ſit) poſſe illa præſtare in Regno ſuo, quæ ab alijs Eccleſiæ Dei miniſtris ne-
ceſſariò præſtanda ſunt: efficitur, vt nec idem Rex iure dici queat ſupremus Eccleſiæ, in qua
degit, Gubernator & Caput. Quomodo enim ſummus erit Eccleſiæ Gubernator, qui alium
ſupra ſe in Eccleſiaſtico miniſterio habet? aut quomodo non habet alium ſupra ſe, qui per ius
diuinum ab eo munere ac miniſterio implendo arcetur, quod prorſus ſpirituale & cœleſte
eſt? Aut nūquid *nō debet homo Apoſtolos & eorū* ſucceſſores *ſic exiſtimare, vt miniſtros Chriſti, &* 1. Cor. 4.
diſpenſatores Myſteriorum eius? Hoc ergo miniſterium cui creditum non eſt: aut ideo creditum
non eſt, quia tam vile ſit, vt ab eo geri non debeat, (quod quis dixerit de miniſterio Chriſti &
Apoſtolorum eius?) aut certè maius ac diuinius eſt, quàm vt Reges ſeculi, ex vi Regiæ poteſta
tis, ad illud aſpirari queant, idque quoniam ad hoc ſanctificati, & *velut Aaron,* legitimè vocati Heb. 5.
non ſunt, ſecundùm quod Azarias Pontifex ad Oziam Regem dixit: *Non eſt tui officij, Ozia, ad-* 2. Paral. 26.
olere incenſum Domino, ſed Sacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi
miniſterium. Egredere de Sanctuario. Cúmq; Ozias nihilominus adoleret incēſum, *ſtatim orta eſt*
lepra in fronte eius, & Sacerdotes feſtinatò expulerunt eum. Si autem Eccleſiæ miniſterium Re-
gio miniſterio minus atq; inferius eſſet: profectò potius gratiæ eſſent Regibus agendæ, ſi quā-
do ſe ad humile miniſterium Eccleſiæ demittere dignarentur, quàm vt ob eam rem è San-
ctuario expellendi, aut inſtar Oziæ lepra feriēdi eſſent. Nunc verò quantò ſublimius eſt, Chri-
ſtianum eſſe, quàm eſſe hominem, tantò etiam maius eſt, miniſtrum eſſe Chriſtianæ, quàm hu-
manæ Reipub. Si ergo Miniſter Eccleſiæ Chriſti maius ac diuinius miniſteriū exercet, quàm
Rex, aut quilibet alius Princeps: quomodo Rex illius Eccleſiæ ſupremū Caput eſt, in qua quoſ-
dam miniſtros Chriſti maiores ſeipſo videt? Maiores, inquam, non quà homines ſunt, ſed quà
diſpenſatores myſteriorum Chriſti ſunt. Ac nimirū illud meo iure mihi ſumpturus videor, non 1. Cor. 4.
eſſe Chriſtianiani cuiuſquā Regis maiorē auctoritatem in ſuo regno Chriſtiano, quàm fuerit
olim auctoritas Iudaici alicuius Regis in populo Iudaico. Si enim Dei Ciuitas, cui Chriſtus *no*
men nouum ex ſuo nomine impoſuit, dignior quidē eſſe poteſt, inferior autē Synagoga Iudæorum Iſaiæ 62.
eſſe non poteſt: profectò ſequitur, vt Rex Chriſtianus in regnū ſuū Chriſtianum plus poteſta-
tis obtinere nō poſsit, quàm Rex Hebraici generis in Hebræos olim obtinebat. Quò enim
magis ſubeſt aliqua Reſp. ſuo Regi terreno, eò minor eſt eius Reipublicæ auctoritas. Non po-
teſt autem minor eſſe Eccleſiæ Chriſti, quàm Synagogæ Iudæorum auctoritas, quia in Eccle-
ſia Chriſti, *vſque ad ipſam rerum imaginem* complentur, quæ in Synagoga Iudæorum per nu- Hebr. 10.
das ferè vmbras figurabantur. Eſt ſanè vt veritas imagine, ita & imago, vmbra ſua, maior. 1. Cor. 10.

Cõſtat verò, minorem olim fuiſſe ſolius Regis Iudæorum, quàm vel totius populi Iudaici, vel ſummorum Sacerdotum auctoritatem: minor eſt igitur etiam Chriſtiani Regis, quàm regni ſui Chriſtiani, aut Epiſcoporum ſuorum auctoritas. Quod ita ſi eſt, Rex Chriſtianus, qui & Eccleſia, & Epiſcopis regni ſui minor eſt, ſupremum eiuſdem Eccleſiæ Caput immediatè ſub Chriſto eſſe non poteſt. Nam inter Chriſtum & Regem, populus ipſe Chriſtianus, ac rurſus inter populum & Chriſtum, Epiſcopi & Presbyteri interijciuntur, velut inferiores Chriſto Rege omnium, maiores autem populo & Rege Chriſtiano. Reſtat ergo, vt Regem Hebraicæ gentis probemus, & gente ſua, & ſuo Pontifice minorem extitiſſe. Quis melior in hac cauſa iudex erit, quàm ipſe Deus? Is enim de ſacrificijs pro peccato per ignorantiam commiſſo a-
Leuit. 4. gens, quatuor genera hominum diſtinguit. Aut enim vnctus Sacerdos, aut populus, aut Princeps, aut priuata perſona peccat. Ex his quatuor generibus primas tenebat *Sacerdos vnctus*,
Leuit. 4. ſecundas *Populus Iſrael*, tertias *Princeps*, vltimas *priuatus*. *Si ſacerdos, qui vnctus eſt, peccauerit, de-*
1. *linquere faciens populum, offeret pro peccata ſua vitulum immaculatum Domino. Quòd ſi omnis turba*
2. *filiorum Iſrael per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini eſt, & poſtea intellexerit pecca-*
3. *tum, offeret pro peccata ſua vitulum. Si peccauerit Princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiã*
quod Domini lege prohibetur, & poſtea intellexerit peccatum ſuum: offeret hoſtiam Domino hircum
de capris immaculatum. Quòd ſi peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, offeret capram im-
4. *maculatam.* Ecce quatuor Sacrificia: ex quibus digniſsimum eſt *vitulus*, qui tam pro Sacerdote, quàm pro toto populo immolatur. Proximæ autem dignitatis eſt *hircus*, quem Rex offerebat: vltimæ ſortis eſt *capra*, quàm priuati offerebant.

Quemadmodum igitur Princeps priuatis, ita Principi omnis turba: his autem vtriſq; vnctus
Philo in lib. de victimis. Sacerdos præfertur. Vnde Philo, qui harum rerum (vtpote Iudæus) neceſſariò peritiſsimus fuit: *Decebat* (inquit) *Principem priuato homini præferri vel in Sacrificio, ſicut Principi populum, quãdoquidem totum eſt ſua parte maius: Pontificem verò æquiparari populo in expiatione, impetrandaq́; peccatorum venia. Habetur tamen is honor Pontifici, non propter ipſum, ſed quia miniſter eſt populi, publicè vota faciens ſoluenda totius gentis nomine.* Quòd verò Pontificem æquiparari populo dicit: hoc quidem intelligendum eſt ita eueniſſe in re immolata. Nam vterque *vitulum* offerebat. Cæterùm cùm perſonæ offerentes ibi commemorentur ſecundùm dignitatẽ ſuam: ex eo quòd Sacerdos primo loco nominatur, eum aliqua de cauſa digniorẽ populo eſſe perſpicitur. At dices: Philonem addere, *quòd is honor habetur Pontifici, non propter ipſum, ſed quia miniſter eſt populi.* Fateor ita eſſe: nec in eo deceptus eſt Philo, quòd Pontificem populi miniſtrum eſſe iudicauit. Verùm quòd Philoni adhuc Iudæo reuelatum non erat, id nos Chriſtiani ignorare non debemus, Pontificem videlicet fuiſſe miniſtrum non populi tantùm, ſed etiam Dei, ac præterea figuram Chriſti. Nam & hoc ipſum ſignificatur, quando non ſimpliciter *Sacerdos*, ſed χριστός, hoc eſt, *Sacerdos vnctus* appellatur. Chriſtus enim ab vnctione deno-
Pſal. 104. minatus, miniſtros ſuos voluit dici *vnctos*. Vnde illud Dauidis: *Nolite tangere Chriſtos meos.*
Heb. 3. Nam ſi Moyſes, *tanquàm famulus in domo Dei*, hoc eſt, in populo Iudaico, *fidelis fuit in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant:* vtique cùm cæteri Pontifices ex genere Aaronis deſcendentes, Moyſis legem obſeruârint, etiam ipſi fuerunt *tanquàm famuli in domo* Dei & Chriſti, vt ea quæ dicenda erant teſtata facerent. Famuli autem fuerunt non tantùm populi, ſed multò
Num. 3. magis Chriſti. Vnde apud Moyſen Deus ait: *Leuitæ mei ſunt, ego Dominus.* & apud Ieremiã:
Ieremiæ 33. *Multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtros meos.*

Quemadmodum igitur Pontifices, ex eo quòd erant miniſtri Synagogæ, minores populo, cui miniſtrabant, fuiſſe debebant: ſic ex eo quòd erant miniſtri Chriſti, atq; ab illo Synagogæ præfecti, etiã maiores erãt eadem Synagoga. Nã cùm Chriſtus fuerit verus Dominus tã Syna-
Ioan. 13. gogæ, quàm Eccleſiæ: licuit ei facere de ſuo, quod ipſi bonũ videbatur, & *conſtituere ſeruum fi-*
Matth. 24. *delem ſupra familiam ſuam.* Neque verò Dominus tantùm, ſed is præterea, quem Dominus ſuper familiam cõſtituit, eadem familia maior eſt. Quapropter *Sacerdos vnctus* tanquàm Chriſti miniſter, in loco primo ante ipſum populum conſtituitur, cùm interim Rex tertio demum loco ſubſiſtat, nec multum à priuato in ratione ſacrificandi abſit. Vnde Ioſephus de iiſdem re-
Ioſephus de antiq. Iudaic. lib. 3. c. 10. bus ita ſcriptum reliquit. *Principes quoque cùm pro peccato ſacrificant, eadem quæ plebeij offerunt, hac tantùm differentia, quòd victimas adducunt taurum & hædum maſculum.* Quibus verbis Ioſephus ſignificat, priuatos vaccam, non taurum, caprámq;, & non hædum obtuliſſe. Theodo-
Theodoretus in Leuiticũ. quæſt. 1. retus verò de hac eadem re his vtitur verbis: *Docet quanta ſit Sacerdotij dignitas, quam vniuerſo populo parem facit. Principem autem, qui prætergreſſus fuerit legem aliquam, non vitulum, ſed hircum,*

aut caprum

aut caprũ anniculum offerre inbet. Tam procul abeſt à Sacerdotali dignitate is,cui corporeum Impe- rium commiſſum eſt. Poſtremò Procopius Gazæus in eundem locum ita ſcribit: *Hinc col- ligere licet, Sacerdotem eſſe honoratiorem Principe: etiam populum maiore dignitate, quàm Principẽ, ſplendere. Quapropter priſcis temporibus quidam Reges Sacerdotali dignitate ſemetipſos ornauerunt.* Si ergo Princeps tam populo quàm Sacerdote inferior eſt, vtpote qui poſt vtrũq; in tertio demũ loco recẽſetur, ac debilius animal, & minus dignum offert: quomodo ſummũ Eccleſiæ Caput immediatè ſub Chriſto exiſtimatur, qui inter ſe & Chriſtum, tam populum Chriſtianum, quàm Epiſcopos Chriſti miniſtros habet? Præterea *ſine vlla contradictione* (inquit Apoſtolus) *quod minus eſt, à meliore benedicitur. Aaron verò extendens manum ad Populum, benedixit ei:* maior igitur erat Aaron, quàm populus, & ideo vt populus ante Regem, ſic Sacerdos vnctus ante populum collocatur. Quòd ſi dicas, etiam *Salomonem benedixiſſe Synagogæ Iſrael*, atque ideo maiorem Synagoga fuiſſe: ſine vlla contradictione in ea re maior fuit Salomon, quàm Synagoga. *Solui enim Scriptura non poteſt, quæ dicit, minus à meliore benedici.* Verùm Salomon duplicem perſonam ſuſtinuit: vnam Regis, alteram Prophetæ. Vt Propheta verò, erat inſignior miniſter Chriſti, quàm ob regiam dignitatem: & hac ratione maior illis fuit, quibus prophetabat: & ita non ex Regio, ſed ex Prophetico munere benedixit populo. Verùm Sacerdotes non ex alieno munere, ſed ex officio Sacerdotali benedicunt tùm vniuerſo populo, tùm multò magis Regi, qui populo toto inferior eſt.

Nota. Procopius in Leuiticum. Heb. 7. Leuit. 9. 3. Reg. 8. Heb. 7.

Ac ſanè cùm Deus maluiſſet, populum ſuum à Sacerdotibus Leuitici generis & Prophetis benedici, quàm à Rege gubernari: tamen populus contra beneplacitum Dei petijt Regem: quam petitionem Deus permiſit quidem impleri, cùm tamen eam ad ſui nominis contemptũ ferri videret. Vnde ad Samuelem dicebat: *Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* Quanquàm enim Deus ſuper populum regnabat, etiam quando Reges illi præerant: tamẽ multò ſignificantiùs & apertiùs regnare viſus eſſet, ſi populus alicui Prophetæ, Sacerdoti aut Leuitæ obediſſet. Nec enim quiſquàm ſanæ mentis vnquam dubitauit, quin *Sacerdos Dei* magis Deum ſuum, cuius Sacerdos dicitur, in gubernando exprimat & repræſentet, quàm Rex, cuius nomen ad populum potius, quem regit, quàm ad Deum cui ſubeſt, refertur. Regnante igitur aliquo Sacerdote aut Propheta, Deus palam regnaſſet. Abiecto autem Sacerdote aut Propheta: etiam Dei ipſius Imperium, cui is Propheta & Sacerdos obediebat, abiectum intelligitur. Quid quòd Rex ad Idololatriam abducturus erat populum? At ſummi Sacerdotes & Prophetæ in ſolo Salomonis templo ritè ſacrificabant Domino Deo. Vnde Gregorius de hac Regis poſtulatione agens: *Meritò* (inquit) *ſe abiectum Dominus conqueritur. Meritò Regiam dignitatem concedit, indignatus. Tanta quidem erat iniquitas poſtulantium, vt cùm illud peterent, per quod à Deo recederent, ex Dei iudicio permitti poſſet, prohiberi* (fortè rectius legeretur, *probari*, ſeu *approbari*) *non poſſet.* Et iterum: *His autem, qui viuebant ſub ſpirituali regimine, Regem petere quid aliud eſt, quàm eandem ſpiritalem prælationem in ſecularem dominationem transferre, geſtire?* Quapropter cùm Sacerdotum inſtitutio à Dei beneplacito, & à gratuita ipſius miſericordia ſit profecta, Regis autem dignitatem Deus nõ niſi ad populi petitionem iratus conceſſerit: meritò Regis quàm populi minor ratio habetur, tùm quia Rex populi tantùm cauſa, tùm quia ad populi tantùm petitionem conſtitutus eſt. Verùm Sacerdotes, etſi populi cauſa conſtituti ſunt, tamen nec tantùm illius cauſa, verùm multò magis ob Chriſti honorem: nec omnino ad petitionem populi, ſed potiùs ex gratuita Dei miſericordia conſtituti ſunt, idq́ue ob illam æternam Dei prædeſtinationem, quæ circa noſtram ſalutem ordinata fuerat ad effectum ſuo tempore perducendam.

1. Reg. 8. 3. Reg. 12. In. 1. reg. l. 4. c. 4.

Cùm igitur Epiſcopi Eccleſiæ Chriſti non ſint hodie minoris dignitatis, quàm Leuitici Sacerdotes olim fuerunt: imò cùm Apoſtolus de miniſtris noui Teſtamenti agens, atque illos cũ veteribus Leuitis cõferens, dicat *illos miniſtraſſe mortẽ & literam quæ occidebat, hos verò miniſtrare ſpiritũ qui viuificat, & iuſtitiam*, atq; ideo miniſtros noui Teſtamenti digniores veteribus Leuitis eſſe: qualem eum Regem putabimus, qui miniſtris noui Teſtamẽti contemptis, ſeipſum dicit eſſe *ſupremum regni ſui Chriſtiani Caput, idq́ immediatè ſub Chriſto?* Nam ſi miniſtros Chriſti non agnoſcit ſupra ſe: benedici ab illis non poteſt, ex eoq́ue nec illum ſpiritum ſanctificantem participare, cuius illi ſunt miniſtri. Dauid clamat: *Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore: Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Quòd ſi regum eſt, erudiri: eſt etiam illorum, eatenus ſubeſſe. Qui enim eruditur, à magiſtro aliquo eruditur, & fit illi diſcipulus à quo eruditur. *Diſcipulus autem non eſt*

2. Cor. 3. Pſal. 2. Matth. 10.

ſupra magiſtrum ſuum,ſed in ea re,quam à magiſtro ſuo diſcit,illo inferior neceſſariò eſt . Cùm
Matth.25. igitur Apoſtolis dictum ſit : *Ite,docete omnes gentes*:cumque gentium nomine reges etiam ea-
rum comprehendantur : & Epiſcopi ac Presbyteri Apoſtolis in officio docendi ſucceſſerint:
profectò in docẽdi munere maior eſt Epiſcopus Rege ſuo:tãtum abeſt,vt rex Epiſcopi Caput
in omnibus rebus & cauſis eſſe queat Qui tamen titulus non Regi modò,ſed etiam Reginæ
Iſaiæ 49. ab iſtis hominibus,in Anglia nuper decreto publico tributus eſt.Iſaias prædixit,*Reges fore nu-
tritias Eccleſiæ Chriſti, & vultu in terram demiſſa adoraturos illã*,& mox ſubiungit: *Scies, quia ego
Dominus*? Hoc enim verè ſignum eſt,Dominum regnare in nobis,ſi tantum deferamus Eccle-
ſiæ ipſius,vt palàm appareat, miniſtros Chriſti maiores quolibet Rege ac Regina eſſe. Verùm
ſi Rex in ſolio ſuo ſedeat, ſeque vt ſupremũ illius Eccleſiæ Caput,ab Epiſcopis,hoc eſt,à præ-
cipuis eiuſdem Eccleſiæ Paſtoribus & Doctoribus adorari iubeat:idque quoniam Rex eſt,ille
1.Petri.2. videlicet,quem Petrus *præcellentem* vocat & cuiChriſtus *tributum dari* iuſsit:vtrum hoc modo
Matth.17. & 22. ſcimus Reges adorare ſponſam Chriſti, aut Chriſtum eſſe Dominum?Imò verò mundus hoc
modo creditur & agnoſcitur Dominus eſſe:non quòd putem Regem eſſe mundi miniſtrum,
& non Dei:ſed quòd ſciam Deum,qui fecit etiam mundnm,dediſſe Reges,vt mundũ tanquàm
miniſtri eius gubernarent : ex mundo autem ſegregaſſe ſibi Eccleſiam,in qua reges mundi fa-
terẽtur,aliquem ſeipſis ſuperiorem in hoc mundo eſſe,illum videlicet,à quo Baptiſmum pete-
Matth.25. Ioan.20. rent,à quo fidem docerentur,& à quo peccatorum remiſsionem acciperent . Qui autem petit
& accipit aliquid per miniſterium alterius , quod miniſterium regia ſua conditione maius &
nobilius ſit: is facto ipſo agnoſcit,illum,qui talia dona miniſtrat,ſe digniorem eſſe, quanquam
verbo ſeipſum prædicet *ſupremum Eccleſiæ Caput* . Nã vt qui ſub Rege aliquo iubetur ius ſuum
cuique diſtribuere,& ita publicæ iuſtitiæ miniſter eſſe, eo ipſo fit quouis alio Regis ſubdito,qui
ſimili miniſterio nõ fungitur,dignior & honorabilior:ſic omnino qui iuſtitiæ ſpiritalis in Chri-
ſti Eccleſia miniſter eſt , quouis alio ad ſimile miniſteriũ nõ prouecto, ipſius officij ſui ratione
dignior eſt, & maiore honore proſequendus. Cùm igitur Rex nec ad Sacerdotale,nec ad ma-
ius aliquod miniſterium ſit prouectus:neceſſe eſt,vt Sacerdos ipſo dignior exiſtat. Maius autẽ
miniſterium quàm Sacerdotale ſit,nec(Auguſtini quidem iudicio) vllum omnino eſſe poteſt in
hac vita . Auguſtinus enim cùm de Moyſe Aaronem conſecrante diſputaret,fatetur Moyſen
verbo quidem in Lege ſacerdotem non dici, cùm tamen reuera & eſſet Sacerdos , & alibi ſic
Pſal.98. in Sripturis diceretur *Dauid quippe ait;Moyſen & Aaronem fuiſſe in Sacerdotibus Domini*. Vbi
Auguſtinus: *Si hoc*(id eſt, Sacerdos) Moyſes *non erat,quid erat? Nunquid Sacerdote maiar eſſe po-
terat*? Quaſi dicat,nihil Sacerdote maius in hoc mundo eſſe poſſe.Cùm igitur Rex non ſit Sa-
1.Cor.4. cerdos talis,qui pnblicè Myſteria diſpenſet: cumque habeat plurimos Sacerdotes,*qui Myſteria
Chriſti diſpenſant in regno ſuo,nihil autem Sacerdote maius eſſe queat:* nullo modo intelligi poteſt,
qnomodo Rex ſupremum regni ſui Caput verè appelletur.

Id autem in hac cauſa multos decepit,quòd & Regem Chriſtianum eſſe,& Chriſtianis præ-
eſſe vident. Neſciunt enim,aut ſaltem nolunt ſcire,quantum interſit,vtrum homini Chriſtiano
præſis,quia homo,an quia Chriſtianus eſt. Rex quidẽ præeſt hominibus Chriſtianis,verùm nõ
Vide Chryſoſtomum in c.13. ad Ro. quia ſunt Chriſtiani,ſed quia hoĩes ſunt Et quoniã ipſi Epiſcopi ſunt homines,Epiſcopis etiã ex
ea parte Rex præeſt Quod inde quidẽ clariſsimũ euadit,ſi cõſideramus,Reges Chriſtianos nõ
modò Chriſtianis hominibus,verũ perſæpe Iudæis,interdũ Mauris,& Tartaris,ex æquo præeſ-
ſe,idq;ob hoc ſolũ,quòd Reges ſunt. Epiſcopi verò ſic præſunt Chriſtianis,vt alijs vllis præeſſe
tanquã Epiſcopi non poſsint. Cùm igitur Imperiũ Regis ad omnes homines ex æquo, Epiſco-
porũ verò principatus ad ſolos Chriſtianos porrigatur : ipſa res clamat, Regem præeſſe nobis,
vt ſumus homines, & ob eam conditionem qua Turcis , Mauris & Tartaris pares ſumus Epiſ-
copum verò non niſi ob id,quòd ſumus Chriſtiani. Cumq; conditio Chriſtianitatis noſtræ,hu-
manam,quæ in nobis eſt,naturam in immenſnm ſuperet:quo ſenſu præditus eſt,qui Rectorem
corporeæ & animalis naturæ noſtræ,anteponit illi Epiſcopo aut Presbytero, *qui vigilat pro ani-
Heb.13. mabus noſtris,quiq; vel ſoluit peccata noſtra,ſi dignos pœnitentiæ fructus agamus,vel eadem ligat, ſi
Lib.3. de Sacerdotio. cor impœnitẽs circumferimus? Habent*(inquit)*Chryſoſtomus etiam terreni Principes vinculi poteſta-
tem,verùm corporum ſolùm. Id autem, quod dica,Sacerdotum vinculum ipſam etiam animam con-
tingit,atque ad cœlos vſque peruadit.* Iam verò quòd Reges etiam Chriſtiani ſint terreni Reges,
Epiſto.48. D. Auguſtinus demonſtrat,qui Donatiſtas ab Epiſcopis iudicibus ad Cõſtantinum appellatio-
nem interponentes dixit *accuſaſſe datos ſibi Epiſcopos iudices apud terrenum Regem*. Ergo Magnũ
Conſtantinum tanta pietate, fide , ac integritate virum, Auguſtinus *terrenum Regem* vocauit.

Et Ambro-

Et Ambroſius cùm intelligeret, *Flauianum*, qui Antiochiæ Epiſcopatũ ambiebat, ad Theodoſij opem in ea cauſa confugiſſe: *fruſtra ergo* (inquit) *tãtorum Sacerdotũ fuſus labor: iterũ ad huius ſeculi iudicia reuertendũ.* Theodoſij Maioris Chriſtianiſsimũ tribunal *huius ſeculi iudiciũ* appellat, quia licet tã pius is Princeps fuerit, nõ tamen ob pietatẽ regnauit (alioqui fortaſſe D. Ambroſ. aut etiã D. Hieron. potius quàm Theodoſius regnaſſet) verùm cùm ſorte, aut ſuffragio ei delatũ eſſet Imperiũ, Dei benignitate aut pius fuit, aut poſtea factus eſt etiã pius. At nuper vnius Regis ambitio effecit, vt dogma nouũ, & ante hæc tempora inauditum, prodiret: *Vnumquemq; Regem Chriſtianũ eſſe in ſuo regno ſupremũ eius Eccleſiæ Caput immediatè ſub Chriſto.* Scilicet hoc neſciebat olim Cõſtantius ille Arianus, qui reprehenſus à Leontio Tripolis Lydiæ Epiſcopo, *quòd ea in cauſis ſpiritalibus dyudicandis tractaret, quæ ad ſolos Epiſcopos pertinebant*, non auſus eſt reſpõdere, ſe immediatè ſub Chriſto supremũ Eccleſiæ Caput eſſe: verùm (vt Suidas teſtatur) *verecundia quadã affectus, eiuſmodi edictis abſtinuit*. Nata quippe non erat illo in ſeculo, ac neq; apud Arianos cognita hæc Regis Chriſtiani celſiſsima dignitas & Præſidentia.

Lib. 10. Epiſtol. 78.

Suidas in nomine Leõtij.

Noſtro primùm ſeculo exorti ſunt, qui hunc immoderatum honoris titulũ ſibi non timuerunt arrogare. At ſi quo ſucceſſu id factum ſit, animaduertimus: habebunt fortaſſe alij Reges nõ tam quod imitentur in ea re, quàm quod fugiant & exhorreant. Cùm enim Henricus Octauus Angliæ Rex omnium hominum (quod equidem ſcio) primus appellaſſet ſeipſum *totius Anglicanæ & Hybernicæ Eccleſiæ ſummum Caput immediatè ſub Chriſto*, præterquàm quòd ille poſtea nihilo auguſtior, ſed potius multò infelicior, & propter vxorum, quas plures duxit, adulteria, & propter pecuniæ publicæ adulterationem, ac ſubditorum ſuorum expilationẽ habitus eſt: etiam eo defuncto Deus mirabili quadam ratione toti orbi oſtendit, quàm parum Regibus conueniret Eccleſiaſticus ille Primatus & ſublimis appellatio. Mortuo enim Henrico Octauo, ſucceſſit in Regnum filius Eduardus nouem ferè annorum natus. Si ad ius, quod puer iſte in regno habebat, aſpicimus: non minus fuit ille Rex, quàm pater ipſius. Verùm ſi conuertimus oculos ad ſtatum Eccleſiæ: multùm ſanè intereſt, vtrũ ea regatur à puero, an ab homine perfectæ ætatis. Nam ſi ne Chriſtus quidem regimen Eccleſiæ ſibi aſſumpſit, antequàm trigeſimum ætatis annum attigiſſet: quantò minus voluit, eandem Eccleſiam ab impubere gubernari? Quid quod puer, quamdiu paruulus eſt, *ſub tutoribus ac rectoribus degit*: atque ita ſupremum Eccleſiæ Caput alio ſuperiori capite, non tam caſu aut fortuitò, quàm ex imbecillitate propriæ naturæ, & ipſius rei neceſsitate indiget, à quo regatur & gubernetur. Quomodo ergo ſupremum Eccleſiæ Caput eſt, qui ſub alio capite agit? Nam ſi dicas, eadem ratione illũ ne regni quidẽ ſui caput ſummum eſſe, propterea quod illud quoque per alios regere cogitur: facilis eſt reſponſio, non eſſe mirum, ſi lex humana, quæ pueros regnis vi ſucceſsionis præfecit, imperfecta deprehendatur. Eſſet verò valde mirandum, ſi lex etiam Chriſti; qua Paſtores Eccleſiæ ſuæ præfecit, vlla ex parte imperfectionis accuſari poſſet. Nam vt lex Moſaica *nihil ad perfectum adduxit*: ſic è contrario lex Chriſti nihil imperfectũ reliquit, vtpote quẽ decuit *omnẽ iuſtitiam implere*. Non ergo erit vllum, ac multò minus ſummũ in Eccleſia Chriſti Caput, qui capitis Eccleſiaſtici officium obire per naturam non poteſt. Puer autem nec docere nec baptizare, nec difficiliores Euãgelij quæſtiones diſſoluere vlla ex ratione poteſt.

Henricus octauus.

Eduar. puer.

Galath. 4.

Epheſ. 4.

Hebr. 7.

Matth 3.

Itaque cùm Deus viro non optimo ſupremum ſe Eccleſiæ Caput appellanti puerum ſubſtituit, rebus ipſis nos admonuit, eum honorem non rectè patri conueniſſe, qui tã male filio coaptatus eſt. Quid quod cùm ne ſic quidem homines euigilaſſent: puero etiam poſt ſextum imperij annum defuncto, fœminam Deus regno Angliæ præfecit, quæ longius etiam ab Eccleſia gubernãda, quàm puer abeſſe debuit? Etenim ſexus, qui ſaltem nõ diſplicuit in puero, ſic in fœmina quoad Eccleſiæ gubernationem Spiritui ſancto diſplicuit, vt is, in quo Chriſtus loquebatur, non dubitarit ſcribere: *Mulieri docere in Eccleſia non permitto*. Accedit eòdem, quòd immenſa Dei benignitas talem fœminã ad Anglicani regni gubernacula vocauit, quæ hoc ipſum & vidit, & confeſſa eſt. Maria enim Regina non modò non aſſumpſit ſuperbum illum ſupremi Eccleſiæ Capitis titulum, ſed etiam cùm ab alijs, vt patri ſimilis eſſe vellet, admoneretur, grauiſsimas rationes attulit, cur id facere non deberet. Quapropter ipſa inprimis adhortante, Titulus ille omiſſus, ac ſuus honor D. Petri Succeſſoribus eſt reſtitutus.

1. Timoth. 2.

Maria.

Sed cùm permulti hæreſibus dediti, hanc inſignem Reginæ modeſtiam ægrè ferrent, nec Dei conſilium in Eccleſia ipſius moderanda etiam adhuc intelligere vellent: effecit Deus, vt mortua etiam fœlicis recordationis Regina Maria, regnũ Angliæ ad talem fœminam deuolueretur, quæ nunc ſeipſam inſcribit: *ſupremam Eccleſiæ Gubernatricem in omnibus rebus & cau-*

Elizabetha.

ſis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, vt vel ita demũ per ſucceſſum ipſum homines duri cordis & obſtinatæ ceruicis animaduerterent, quàm male id officij ſibi ſumpſiſſet Rex Henricus, quod ab ipſius hærede & ſucceſſore ritè atque ordine impleri non poſſet. Cui enim docere non permittitur, quod maximè neceſſarium Eccleſiaſtici Capitis officium eſt: quomodo illa maioribus illis muneribus defungetur, quæ in eorum, qui populum docere debent, caſtigatione & reprehenſione verſantur? Aut nunquid quæ indigna eſt, vt vel infimo in gradu ipſa publicè doceat, alios in ſummo gradu publicè docentes cum auctoritate legitima moderabitur atque reprehendet? Aut ſi reprehendere illos iure non poteſt, iure tamen erit ſuprema Eccleſiæ Gubernatrix? Omitto hic quæ in his annis, qui proximè præterierunt, ſub eiuſmodi ſupremis Eccleſiæ capitibus in Anglia neſcio quàm indecorè facta & prædicata ſint. Parco eorum, qui præſunt, dignitati: aliàs, ſi Deus volet, ſigillatim demõſtraturus, quàm vehementer & à lege Dei, & ab Eccleſiæ antiquæ ſententia, & à recta ratione ille ſtatus Reipublicæ abſit, in quo Rex aliquis ſupremi Eccleſiæ Capitis officium ac nomen ſibi arrogat.

Nullum Regem aut Magiſtratum ciuilem in cauſis fidei diiudicandis, quicquam ſibi vendicare poſſe. In propugnanda verò Eccleſia, & in promulgandis exequendiſq́ue Epiſcoporum Decretis, omnes Chriſtianos Magiſtratus operam ſuam interponere & poſſe, & debere. Vbi de imperatoria Synodorum conuocatione, deq́ue iudiciali Epiſcoporum cognitione, cæteriſq́ue ſimilibus cauſis agetur.

CAPVT. III.

EX iis erroribus, qui circa Regum & Magiſtratuum poteſtatem verſantur, ſecũdus error illorum eſt, qui putant Reges non quidem Eccleſiarum, in quibus regnant, præcipua Capita, ſed tamẽ in quibuſdã cauſis Eccleſiaſticis mẽbra æquè digna eſſe, ac Epiſcopi ſunt. Nam etiamſi fortè in vna quapiam re (vtpote in docendi officio) Epiſcopos Regibus anteponunt: certè partim in alia re Eccleſiaſtica (vtpote in deponendo Epiſcopum de ſede ſua, vel in moderanda Synodo aliqua) Reges Epiſcopis præferunt: partim liberum eſſe Regibus volunt, vt penè in omni re Eccleſiaſtica tanquam iudices & cognoſcant, & decernant. Cuius erroris confutandi hæc erit ratio, vt oſtendam Reges in omni cauſa Eccleſiaſtici iuris cognoſcenda & dijudicanda vſque adeo priuatorum loco eſſe, vt iſta diſceptatio ne poſſit quidẽ illis ab Eccleſiaſticis iudicibus delegari: quanquam non negem, quin facti alicuius, quod ad ius Eccleſiaſticum ſpectat, cognitio Regibus aut Magiſtratibus mandari poſſit. Antequam verò cauſa Eccleſiaſtica cognoſcatur, Rex ad eum finem authoritatem ſuã ritè interponit, vt locus quietus, vbi iudicent Epiſcopi, cõcedatur. Itemque vt Epiſcopi ad eum locum certo die conuocẽtur. Vtque interim, dum cauſa Eccleſiaſtica cognoſcitur, pax publica in ipſo etiam Sacerdotũ conſeſſu conſeruetur. Denique poſt cauſam cognitam & à Sacerdotibus iudicatam, Rex vel *gladio, quem fruſtra non portat*, vel alia pœna corporea in eum animaduertere poteſt, ſi quis recuſauerit Sacerdotũ ſententiæ obedire. Itaque nõ negamus, quin & ante, & circa, & poſt Epiſcopale iudiciũ, aliquæ Regum partes ſint. At in ipſo munere iudicãdi nihilo plus Reges, quàm priuati poſſunt. Nam vtrique rectè & conſilium impartire, & quid ſibi videatur oſtẽdere: neutri verò, quid in ea re ius diuinum aut Eccleſiaſticum ſtatuat, definire poſſunt. Quibus ita declaratis, nunc ad ipſius rei probationem nos conferemus.

De iis, quæ Dei ſunt, homines aliter diſponere non poſſunt, quàm ſi Deus illis talem authoritatem concedat. Cauſæ autem fidei maximè omnium Dei ſunt: quia fides maximè neceſſariũ Dei donum eſt, quod nullus hominum ſibi vllis viribus aut naturæ, aut artis acquirere queat: Cauſæ igitur fidei non poſſunt ab alijs iudicari, quàm quibus eam poteſtatem Deus conceſſit. Deus verò talem poteſtatem certis hominibus, & non paſſim toti populo Chriſtiano conceſſit. Nam Deus alios conſtituit Apoſtolos, alios Prophetas, alios Euangeliſtas, alios Paſtores, & Doctores in ædificationem myſtici corporis ſui, quod eſt Eccleſia: alios verò conſtituit velut oues & agnos, qui per Paſtores & Doctores ſuos *ædificarentur, & quibus Paſtores attenderent, ne circumferrentur omni vento doctrinæ per aſtutiam hominum*. Paſtores verò ſoli iudicant, quid ouibus idoneum ſit, aut non ſit. Nam oues æquali cum Paſtoribus poteſtate donatas contendere, hoc

Epheſ. 4. Ioan. 21. Actor. 20. Epheſ. 4.

hoc nihil eſt aliud, quàm diſcrimen, quod Chriſtus inter Paſtores & oues poſuit, tollere, ac
quæ ille diſtinxit, commiſcere & confundere. Reges igitur ac Magiſtratus, ſi tanquam oues
in Chriſti grege habentur (ſicuti verè ſunt oues) vnà cum Paſtoribus non iudicant. Sin ha-
bentur velut paſtores: quæro vnde probent, Chriſtum eis talem poteſtatem contuliſſe? *Quid
enim habent, quod non acceperunt?* Chriſtus verò, vt antiquam Regum poteſtatem iure gen-
tium conceſſam non ſuſtulit, aut imminuit: ſic neque eis nouam paſcendi oues ſuas poteſta-
tem annexuit.

Porrò antiqua Regum poteſtas etſi à Deo ſit, tamen ab illo eſt per modum iuris Gentium
& Ciuilis, ac non per aliquam ſpecialem & præcipuam Euangelij conſtitutionem, ſicut
antea declaratum eſt. Si ergo Reges & politici Magiſtratus vllam habent poteſtatem in
cauſis fidei: aut illam à iure naturali, gentium & ciuili, aut à iure diuino, quod Eccleſiæ re-
uelatum eſt, acceperunt. Atqui (vt à poſteriori membro prius incipiam) à iure Diuino,
quod Eccleſiæ reuelatum eſt, nihil tale Regibus conceditur. Nihil quippe aliud in nouo
Teſtamento de Principum poteſtate reuelatum eſt, quàm *vt dentur Cæſari quæ ſunt Cæſaris, vt* Matth. 22.
tributa ſoluantur, vt pro Regibus oretur, vt tam Regi quàm Ducibus ab eo miſſis obtemperetur, ac 1. Timot. 2.
denique, vt omnis poteſtas à Deo promanare, & quilibet magiſtratus non fruſtrà gladium portare, 1. Pet. 2.
ſed in ea re miniſter Dei eſſe agnoſcatur. Rom. 13.

Porrò nihil horum eſt, quod Regem nominatim iubeat de CHRISTI Eccleſia di-
ſponere, vel in cauſas fidei quicquam ſibi arrogare. Niſi igitur iure naturali, gentium, aut
ciuili talis poteſtas Regi permittatur: clarum eſt, eum nullam omnino poteſtatem in eas
res habere. Certum verò eſt, ea iura non poſſe Regi tribuere vllam poteſtatem in res,
quæ iiſdem iuribus non ſunt ſubiectæ. Nullum enim ius de alijs aut rebus, aut perſonis,
aut actionibus conſtituere aliquid poteſt, quàm quæ ſub ipſius ambitum cadunt. Res ve-
rò Eccleſiaſticæ in immenſum excedunt poteſtatem iuris Naturalis, Gentium, & Ciuilis.
Nam ex his tribus facilè conſtat, ius Naturale & primum, & maximum eſſe. At nec illud,
quum in terris ortum ſit, in CHRISTI Myſteria, quæ ſolùm è cœlo ducunt originem,
quicquam ſtatuere poteſt. Nam vt de viribus naturæ integræ nihil nunc dicam, certè qui-
dem poſtquàm per peccatum Adæ natura totius humani generis corrupta eſt, & mors *per* Rom. 5.
vnum hominem intrans in omnes pertranſiit: fieri non poteſt, vt ab illa origine infecta quic- 1. Cor. 2.
quam boni promanet. *Arbor enim mala non poteſt bonos fructus facere: Nec animalis ho-
mo* (quales per naturam omnes ſumus) *percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei.* Iudicare verò de
rebus Eccleſiaſticis non mediocre bonum eſt, ſed vnum ex præcipuis quæ CHRISTVS Matth. 18.
Eccleſiæ ſuæ donauit: Quia paſcendi *& ſoluendi ligandique poteſtatem Apoſtolis*, hoc eſt,
ſummis Eccleſiæ ſuæ Magiſtratibus, velut donum maximum contulit. quod vtique munus,
niſi iudicio vel præcedente, vel comitante nunquam rectè poſſent exercere. Qui enim liga-
bit non niſi quod ligandum, & ſoluet non niſi quod ſoluendum eſt, is neceſſariò prius & de-
liberabit, & ſtatuet hoc ligandum, illud ſoluendum eſſe. Rem verò talem faciendam, aut
non faciendam in Chriſtiana religione ſtatuere, hoc vtique eſt, quod appellamus de cauſa
fidei iudicare.

Cùm ergo poteſtas tam cœleſtis & præclara non poſſit ex naturæ corruptæ principijs oriri:
ſequitur, vt tantùm à gratuita Dei miſericordia proficiſcatur. Illa verò DEI miſericordia 2. Theſſal. 2.
ſub tempore noui Teſtamenti partim ſcripto, partim non ſcripto iure manifeſtata eſt.
Neutro autem modo vlla poteſtas Regibus in cauſis Eccleſiaſticis conceditur. Neque ve-
rò aut vlli Reges ab initio Chriſtiani erant, quibus vllam poteſtatem CHRISTVS com-
miſerit, aut Apoſtoli regulam vllam tradiderunt, ſecundùm quam Reges, qui ad fidem
pòſt accederent, de cauſis Eccleſiaſticis iudicarent. Nam ſi quis ob id ſolùm Reges dicat 1. Cor. 2.
in cauſa fidei iudices conſtitutos, quia per Baptiſmum effecti ſunt *ſpirituales, qui omnia iudi-
cant, & ſpiritus probant qui ex Deo ſint*: hoc quidem fateor verum eſſe in priuati, non autem in
publici iudicij genere & modo. Aliud eſt enim, quum Catholicæ Eccleſiæ membrum ſis,
nec Paſtoribus tuis te anteponas, quid tibi priuatim neceſſarium ſit, iudicare (atque hoc 1. Ioan. 2.
quidem vnctio docet): & aliud, quum ad publicum Eccleſiæ miniſterium, tanquam Aaron, Heb. 5.
non ſis vocatus, tibi tamen docendi alios poteſtatem ſumere, & Paſtoribus tuis, quid ipſi
facere, aut docere debeant, præſcribere. Verùm de priuati iudicij ratione partim dicetur
latiùs poſtea, partim, quod ſatis erat, iam antè dictum eſt in eo loco, vbi aliquot Chriſtia-
nos probauimus ita eſſe velut brachia, manus, latera, crura, pedes, aliáue inferiora corporis

membra, vt nunquã regendi facultatẽ, quæ ſolius rationis propria eſt, conſequantur. Quod autem eſt ratio in homine, hoc vtiq; eſt in Eccleſia miniſteriũ Epiſcopale, & Sacerdotalis Ordo. Reges verò & laici omnes, tametſi quoad ſeipſos priuatim regẽdos per Baptiſmi ſacramẽtum
Apocal. 5. *Sacerdotes quidam facti ſint*: non tamen publico ſacerdotũ miniſterio funguntur, & ideo *ſcien-*
Leuit. 10. *tiam diſtinguendi inter ſacrum & prophanum, aut inter mundum & pollutum conſque* nõ habent, vt etiam Cathedram inuadere debeant, & de publica Eccleſiæ doctrina iudicare. Verùm vt præcipuum caput huius quæſtionis clarius intelligatur, libuit aduerſariorum argumenta ex verbo Dei petita & breuiter proponere, & ex eodem Dei verbo confutare.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

In toto veteri teſtamento videmus, Duces & Reges tùm præſcripſiſſe Sacerdotibus, quid in rebus Eccleſiaſticis agere deberent, tùm ipſos officium ſuum negligenter obeuntes à miniſterio abdicaſſe.

RESPONSIO.

Si hoc ita eueniſſet in veteri teſtamento, tamen nulla ratio cogeret, vt idẽ in nouo teſtamẽto fieret, quum mutata ſit ratio Eccleſiaſtici regiminis. Nec iniuriâ. Synagoga quippe Iudæorũ licet verè Iſraelitas & iuſtos aliquos in ſe contineret, tamen & fuit, & dicebatur terrenum potius, quàm cœleſte regnum: adeo vt Auguſtinus dubitet, an vnquam in veteri Teſtamento regnum cœlorum vel nominetur, nedũ in mercedẽ promittatur. Ea enim quæ gerebantur, ſignificabant quidẽ res diuinas (vt & Lex ipſa erat etiam ſpiritualis) verùm ipſæ res in ſe nõ perinde erant diuinæ, ac noſtræ ſunt: adeo vt gloriã Synagogæ ne gloriam quidem omnino fuiſſe
2. Cor. 3. Apoſtolus doceat, præ excellẽte gloria eius miniſterij, quod iam in Eccleſia per miniſtros noui Teſtamẽti non litera, ſed ſpiritu exercetur. Itaq; quum populus Dei conſtet ex corpore & anima ſeu ſpiritu: carnalis pars in vetere populo primas interdũ obtinebat, & ſpiritualia ſignificãda conſtituebatur. Vnde vt mõs Synai, ignis accẽſus, turbo, caligo, procella, & tubæ ſo-
Exod. 19. & 20. Hebr. 12. nus, & vox verborũ, erat ex terra tantùm, & carnalis: ſic iam omnia ſunt ſpiritualia & interna. Illic regnauit ſeruilis timor Dei, & gladius corporeus: hîc autẽ amor intimus, & gladius ſpiritualis. Abutuntur ergo Scripturis ſanctis, qui propter illa, quæ in vetere Teſtamento à regibus gerebantur, nũc etiam putant regnum cœlorum (quod eſt Eccleſia) regibus terrenis ſubiectum eſſe. Alioqui ſi regum antiquorum ſtatus ad tempus noui teſtamenti trahetur, nónne etiã pon-
Num. 3. tificum Leuitici generis ſtatus eadem ratione ad noſtra tempora trahetur? Sit ergo vna tantùm Tribus Sacerdotio externo addicta, ſit vnum in mũdo Templum, ſit vnicus Epiſcopus, & cruenta repetantur ſacrificia. Sin iſta concedis irrita eſſe facta: cur non etiam illa concedis irrita eſſe, quæ Reges circa diuinas cauſas egerunt? An verò ſolæ regum res geſtæ æternæ ſunt, nec à Chriſto (quoad rerum ſacrarum diſpoſitionem) mutari potuerunt?

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Si quæ in lege veteri fiebant, ad tempus noui teſtamenti non trahuntur: cur pro Pontificis Romani Primatu Papiſtæ ad exemplum vnius Leuitici Pontificis, itemq; pro externo Sacrificio ad vetera ſacrificia confugiunt?

RESPONSIO.

Quicquid in Lege excellens & perfectum fuit, id meritò in Eccleſia Dei multò magis extiſtere debere, concedimus. Eſt enim Eccleſiæ ſtatus multò perfectior Synagogæ ſtatu. Verùm
Gen. 4. & 14. ſecus eſt in ijs, quæ imperfecta & minus eximia fuerunt. Sacrificare Deo etiam exterius perfecta eſt res, ideoque nec in lege Moſaica tantùm, ſed etiam in naturæ melioris ſtatu recepta erat. Perfectionis etiam erat, vt populus Dei ab vno Pontifice regeretur. Sic enim & finis litibus imponebatur, & pax in populo Dei conſeruabatur. Modus autem Sacrificiorum per cruo-
Deutero. 17. rem pecorum & ignem externum, erat imperfectus, itemque ſucceſſio Pontificum ſecũdùm carnem & ſanguinẽ, erat imperfecta. Illis igitur abiectis, quæ imperfectionis erãt, rectè dicimus ea, quæ olim ad perfectionẽ pertinebãt, retinẽda eſſe: nõ illa quidẽ in eodẽ genere & ordine, ſed in ſublimiore. Nã Pont. ſummus in ſtatu Euãgelij nõ ſecundùm carnis propagationẽ naſcitur,
ſed eli-

ſed eligitur ſecundùm dona ſpiritualis gratiæ. Itemq; ſacrificia noſtra non in ſanguine pecorũ fundendo, ſed in immaculati Agni ſanguine, qui ſemel fuſus eſt, commemorando, & per eiuſdẽ Agni ſubſtantiam incruento modo exhibitam quotidie annuntiando conſiſtunt. Ita quod erat in Lege perfectum & ſpiritale, non amiſimus: quod verò erat imperfectum & carnale, non retinuimus. Vt autem Rex in negotijs eccleſiaſticis procurandis Sacerdote Dei maior haberetur (ſi tamen vnquam ſic habitus eſt) magnæ imperfectionis fuiſſet. Primùm, quia Sacerdotium Regio iure antiquius fuit. Sacerdotum enim creatio partim ab initio recepta eſt ſub lege naturali etiam ante diluuium, quando nulli adhuc erant Reges: partim aliquot ſeculis poſt Moyſen ſecundùm legem ab ipſo latam obtinuit, quum nulli adhuc Reges in populo Dei extitiſſent. Quò autem quidq; in religione antiquius eſt eò etiam dignius meritò cenſetur. Deinde Sacerdotium prorſus neceſſarium erat, vt nõ deeſſet in populo Dei aliquando figura, per quã æterni Sacerdotij Chriſti admoneremur: quum tamen idem Dei populus adeò potuerit Rege carere, vt Deus abiectum ſe conquereretur, quando Samuele Leuita ipſius neglecto, Rex terrenus depoſcebatur. Præterea Rex à Deo ad populi petitionem conceſſus eſt, *vt ad bellum egrederetur ante populum*, non autem vt res Eccleſiaſticas adminiſtraret. Illis enim Deus iam prius per Leuitas & Sacerdotes ſuos conſuluerat. Quid quòd Regis poteſtati acceptam ferre Iudæi potuerunt diuiſionem populi, Apoſtaſiam regni Samariæ, & Captiuitatem Babylonicã? Vnde ab illa Captiuitate reuerſi, non iterum ſibi regẽ, qui maior Põtifice haberetur, ſed ducem coaptârũt, qui nõ minus præeſſet in rebus prophanis, quàm Põtifex in ſacris principatũ gereret. 1.Reg 8.

Illud verò in hoc genere primarium dixerim, quòd Chriſtus in hoc mundo quum eſſet, totamque legem, atque *omnem iuſtitiam impleret*, tamen rebus eccleſiaſticis tantùm vt ſacerdos, ac nullo modo vt rex terrenus, præeſſe voluit. Recuſauit enim regnum terrenum palam adminiſtrare, ideoque fugit, quum turbam hoc agere videret, vt eum conſtitueret regem, ſeque diuiſorem inter fratres conſtitutum negauit. Si verò ſecundùm perfectam legis Moſaicæ rationem & mentem decorum ſaltem fuiſſet, vel Eccleſiam, vel ipſum Pontificem à rege terreno gubernari: nec eam rem Chriſtus inexpletam reliquiſſet. Neque enim difficile illi fuerat, etiam terrenum regnũ ad breuiſſimum aliquod tempus adminiſtraſſe. Quod quum non fecerit, nec tamen aliquid omiſerit, quod ad perfectum Eccleſiæ ſuæ regimen iuſtè deſiderari poſſet: eo ipſo declarauit, nullius omnino perfectionis vnquam fuiſſe, aut etiam adhuc eſſe, vt rex terrenus in res eccleſiaſtcas vllam aliàm ſibi poteſtatem arroget, præterquam vt gladio ſuo tueatur & propugnet, quod ſacerdotum ſententijs definietur. Atque hæc ita ſe haberent, etiãſi olim reges Iudæorum in res eccleſiaſticas, aut in ipſos Pontifices ſummam quandam poteſtatem exercuiſſent. Nunc autem nec id verum eſt, quòd Reges Iudæorum Leuitici generis ſacerdotibus maiores habiti ſint in ijs, quæ ad res Eccleſiaſticas pertinebant, adminiſtrandis: id quod ſigillatim monſtrare non grauabor. Ac primùm Moyſes præcepit, vt poſtquam rex in ſolio regni ſui ſederet, *deſcriberet ſibi Deuteronomium legis ſuæ in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ Tribus*. Quòd ſi pro deſcribenda Lege ad ſacerdotes non modò à cæteris, verùm etiam à Rege ipſo eundum erat: quomodo rex in ea lege interpretãda Princeps fuit, cuius exemplar ab alijs petere cogebatur? An non hoc ipſo admonitus eſt, vt meminiſſet, Sacerdotes in ijs, quæ ad legem ſpectabant, ſuperiores ſe eſſe? Nam vt quilibet Magiſtratus à rege gladium petẽs & accipiens, eo ipſo regem in iure gladij ſeipſo maiorem agnoſcit: eodem modo fit, quum rex à Sacerdotibus exemplar diuinæ legis accipit. Deuteron.17.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Moyſes quum eſſet ipſe Legiſlator & Princeps nõ ſolùm totius populi, ſed etiam Leuitarũ omnium & ſacerdotum: tamen non fuit ſummus ſacerdos, ſed eum honorem fratri ſuo Aaroni contulit. Præfuit igitur velut politicus Princeps, qui populum Dei ad finem cœleſtem dirigeret, quod procurare cuiuſlibet fidelis Principis officium eſt.

RESPONSIO.

Vix dici poteſt, quàm ineptè hoc totũ nobis de Moyſe obiicitur. Si enim Moyſes, quando legem promulgauit, terrenum quendam Principatum geſſit: vtiq; ad reges Iudaicos etiã pertinuit, ſacerdotibus mitras imponere, eorum manus initiare, Pontificem induere, docendi munus arripere, altare vngere, & ſacrificium offerre? Nam hæc omnia Moyſen feciſſe legimus. Exod.28.& 29.

Dixit enim Dominus ad Moyſen: *Septẽ diebus conſecrabis manus Aaron & filiorũ eius, & vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiandum, mundabiſq́; altare quum immolaueris expiationis hoſtiam, & vnges illud in ſanctificationem*: & quæ ſequuntur. Sin conſtet hæc non Regũ, ſed Pontificum & Sacerdotum officia fuiſſe: profectò nec Moyſes iſta fecit velut Rex, aut politicus Princeps, verùm vt Propheta & Sacerdos Dei. Nam quòd Moyſes etiam fuerit Sa-
Pſal. 98. cerdos, Dauid atteſtatur, quum ait: *Moyſen & Aaron in Sacerdotibus Domini fuiſſe: Samuelem verò inter eos fuiſſe, qui inuocabant nomen Domini.*

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Melchiſedech Per Sacerdotum nomen ſæpe intelliguntur Principes & Heroës, ſicuti in Samuelis lib. ſecundo legitur: *Filij Dauid Sacerdotes erant*: eodemque modo etiam Sacerdos dicebatur, quia Princeps totius Populi erat.

RESPONSIO.

Fatemur, Sacerdotum nomen aliquando porrigi ad primarios quoſq; viros. Verùm quòd Moyſes non ea tantùm ratione Sacerdos fuerit dicendus, ex ipſa definitione Sacerdotum
Heb. 5. conſtabit. *Omnis Pontifex* (inquit Apoſtolus) *ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis*. Cæterùm Deus ipſe di-
Exod. 4. xit ad Moyſen: *Aaron loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris ei pro Deo, vel in ijs quæ ad Deum pertinent*. Si ergo Moyſes etiam ipſi Aaroni erat pro Deo, vel in ijs quæ ad Deũ pertinebant: ſi Moyſes eum cõſecrauit, ſacrificiaque pro peccatis eius obtulit: vtique non nomine tenus, ſed re ipſa, Moyſes Sacerdos fuit. Iam quòd Propheta Dauid non acceperit nomẽ Sacerdotum pro nomine Principum aut Heroum, quando ſcripſit, *Moyſen & Aaronem fuiſſe in Sacerdotibus Domini*, manifeſtiſsimè apparet: primùm, quia Moyſen cum Aarone coniunxit. Notum eſt autem, quo Sacerdotij genere Aaron functus ſit. Deinde quia dixit eos fuiſſe non
Rabbini. ſimpliciter in numero ſacerdotum, ſed in numero *Sacerdotum Domini*: Doctores verò Iudæorum eam differentiam animaduerterunt, vt quoties nomen *Domini aut Dei* ad Sacerdotum ap-
Gen. 14. pellationem adiungitur (veluti cum Melchiſedech dicitur Sacerdos Dei altiſsimi) toties non de primarijs viris tantùm, ſed de ijs accipiatur, qui offerunt ſacrificia pro peccatis. Poſtremò Dauid Samuelem ab eadẽ appellatione Sacerdotali ſeiunxit. Ita enim dixit: *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius*, id eſt, Domini, & *Samuel inter eos qui inuocant nomen eius*. Quòd ſi nomen Sacerdotum pro viris primarijs caperetur: iam & Samuel in Sacerdotibus Domini fuit, quia & is fuit primarius Propheta, & Iudex totius populi. Verùm is non in Sacerdotibus, ſed in ijs qui inuocant nomen Domini recenſetur. Aaron verò & Moyſes numerantur inter Sacerdotes,
Hieronymus Aduerſus Iouini. lib. 1. non quoſlibet (vt filij Dauidis) ſed inter Domini Sacerdotes. *Noſcendũ* (inquit Hieronymus) *quod Samuel Leuita, non Sacerdos, non Pontifex fuerit. Vnde & in Pſalmis non nominatur inter Sacerdotes, ſed inter eos qui inuocant nomen Domini. Moyſes (inquit) & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.*

Auguſtin. in Pſal. 98. Nec aliter ſanè Auguſtinus ſentit, dum eadem Pſalmi verba interpretatur. Quinimò Philo
Philo in lib. 3. de vita Moyſis. Iudæus *duas* (inquit) *partes vitæ Moyſis deſcripſimus, quæ ad Regnum & leges latas attinẽt: ſupereſt tertia, in qua dicetur de Sacerdotio*. Ac ne dicas, de Sacerdotio quidem agere Philonem, ſed non de Sacerdotio quo Moyſes ipſe fungebatur, ſed de eo quod Deus per illum inſtituit: audi quomodo idem Philo totam orationem ſuam de vita Moyſes concludat. *Huiuſmodi fuit vita obituſq́; Moyſis. Regis, legiſlatoris, vatis & Pontificis, ſicut ſacris literis proditur*. Ecce tam Põtifex fuit Moyſes, quàm Rex, idque ſacris literis proditum eſſe, Philo Iudæorum omnium doctiſsimus
Eccleſ. Hier. cap. 5. affirmauit. Quid quod Dionyſius Areopagita Moyſen appellat *primum Pontificum, legalium Myſten & Ductorem* eundemque ait conſecrationis munus erga fratrem exequutũ eſſe ἱεραρχικῶς, id eſt, vt eum decuit, qui Pontifex verè eſſet. Gregorius etiam Nazianzenus quum Moyſen & Aaronem inter ſe cõferret, ambos dicit *ſimiliter Sacerdotes fuiſſe*. idque probat, quoniam ſcriptũ
In oratione ad Gregoriũ Nyſſenum. ſit, *Moyſes & Aaron inter Sacerdotes eius. Moyſes* (inquit) *principum Princeps, & ſacerdotum Sacerdos Aarone pro lingua vtens, ipſi viciſſim in ijs rebus operam nauauit, quæ ad Deum pertinebant.*
Leo Epiſt. 86 aliàs, 88. Denique Leo primus ita ſcribit: *Solus Moyſes in tabernaculo Dei erexit altare, ſolus ipſe vnxit, qui vtique ſummus Sacerdos Dei erat, ſicut ſcriptum eſt de eo: Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius*. Poſt tantam verò teſtium & rationum copiam, ſi quis adhuc Moyſen negat Sacerdotẽ fuiſſe,

fuiſſe, is mihi & rationis expers, & ab illa fide, quæ ſacris ſcripturis debetur, omnino alienus videbitur. Principatus igitur Moyſis probat quidem eum, qui Pontifex ſit, poſſe etiam res terrenas per aliorum operam gubernare, vt & Moyſes per operam Ioſue bellum geſsit, multaque alia per alios adminiſtrauit. Verùm ex iis, quæ Moyſes Propheta & Pontifex geſsit, non rectè concluſeris, alios Reges & Principes quicquam in rebus ſacris facere aut tentare poſſe, niſi vt Sacerdotum decreta comprobent & exequantur.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Poſt mortē Moyſis Ioſue duxit populum, & præſcripſit Leuitis & Sacerdotibus, quando vel Arca Dei mouenda eſſet, vel populus circumcidendus. Itemque Dauid Sacerdotes reprehendit, quòd humeris ſuis non impoſuiſſent Arcā Dei: conſtituit Cantores, & benedixit populo in nomine Domini. Salomon etiam abiecit Abiathar, vt non eſſet Sacerdos Domini, & Sadoch Sacerdotem poſuit pro eo. Similia quoque & Ioſaphat, & Ezechias cæterique Reges fecerunt in rebus & cauſis ſpiritualibus. Paral.13.& 15 3.Reg.2.

RESPONSIO.

Qui non totam rem, ſed partem aliquam duntaxat contemplantur, nihil miror, ſi eos contingat falli plerumque & decipi. Non negamus, quin optimi quique Iudices & Reges permulta omni ætate fecerint, quæ ad Dei Religionem ornandam pertinerent. Sed aliud eſt, Regem ea quæ Dei ſunt prómouere, & aliud, illis ex Regia poteſtate præeſſe. Iſti autem ferè omnes, qui iam numerati ſunt, non ſolùm Reges fuerunt, verùm etiam Prophetæ, quos Deus rerum ſacrarum miniſtros etiam extra ordinem interdum conſtituere ſolitus eſt. Ita enim Elias, non in Templo Hieroſolymitano, vt lex præſcripſerat, ſed in monte Carmelo, ſecùs quàm lex iuſſerat, bouem ſacrificauit, quemadmodum Spiritus Dei & voluit eum facere, & factum eius inſigni miraculo comprobauit. 3.Reg.18. Fruſtra ergo in iis, quæ extra ordinem, & præter ſolitum fiunt, ordinaria Principum iuriſdictio & poteſtas inueſtigatur. Nam ſi ordinem diuinitus conſtitutū ſequimur, audi quàm perſpicuè Dominus ad Moyſen de Ioſue filio Nun locutus eſt: *Pro Ioſue ſi quid agendū erit, Eleazar Sacerdos cōſulet Dominū. Ad verbū eius egredietur, & ingredietur ipſe, & oēs filij Iſraël cū eo & cætera multitudo.* Numer.27. Siue igitur Arca Dei tollebatur, ſeu populus circūcidebatur, ſeu quid aliud ex iis, quæ ad cultū Dei pertinebant, ex mandato Ioſuæ fieret: aut ad verbum Eleazari hoc mandatum eſt, aut per extraordinariam Spiritus ſancti reuelationem diſponebatur. Nam in vniuerſum Malachias Propheta dixit: *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.* Malachi.2. Si quid verò Deus aliquando Regi cuipiam (qui aliàs Propheta eſſet) reuelauit, hoc non irritam fecit ordinariam regulam, quæ ad Sacerdotes aſcendi, & ſummorum Sacerdotum vltimam ſententiam ſub pœna mortis obſeruari iubebat: ſed tantùm demonſtrauit, Deum non ſemper aſtringi ad ea media, quæ per Moyſen famulum ſuum conſtituerat. Deuter.17. Ac ſanè quod in his, quæ obiiciuntur, longè maximi momenti videtur eſſe (eiectio videlicet Abiathar Sacerdotis per Salomonem Regem) manifeſta fuit eius prophetiæ, quam Deus antè reuelauerat, executio: idque in ipſa Scriptura ſacra perſpicuè his verbis exprimitur: *Eiecit Salomon Abiathar, vt non eſſet Sacerdos Domini.* 3.Reg.2. Cur ita? *Vt impleretur ſermo Domini, quem locutus eſt ſuper domum Heli in Silo.* Ecce quod Dominus faciendum antè prædixerat, id iam exequendum Salomoni reuelat. Salomon ergo non authoritate Regia, ſed diuina, & ea non ordinaria, ſed inſpirata vtebatur, quando Abiathar abiecit à miniſterio, & Sadoch pro eo ſubſtituit. Vt ergo ſemel concludam hunc locum, qui ad res veteris teſtamenti ſpectat: partim nō obligamur ad illam rudem & imperfectam rerum diuinarum diſpoſitionem, quæ ſub Lege fuerat: (nihil enim ad Perfectum adduxit Lex) partim ea ipſa in rebus diuinis conſtituendis plus Pontificibus, quàm Regibus ex ordinaria ſaltem via & ratione detulit. Cæterùm Chriſtus, qui omnis iuſtitiæ & in ſeipſo impletor, & in Eccleſia inſtaurator eſt, ita res omnes Eccleſiaſticas perfectè ſolus impleuit atque ordinauit, vt neque Regiam poteſtatem ob eam cauſam ipſe exerceret, neque regibus primatum in Eccleſia legaret. Imò ne Reges quidem vllos ad aliquot ſecula ſui corporis mēbra eſſe voluit, vt eò apertius liqueret, Eccleſiam ſuam, quando ſub Apoſtolis perfectiſsimè gubernata, & omnibus numeris abſoluta fuit, tamen Rege terreno caruiſſe, atque eodem modo in æternum carere poſſe, niſi quia nec

illos ab æterna redemptione ſua penitus excludi voluit. Intrauerunt ergo Reges & Imperatores in Eccleſiam Chriſti ſuo tempore, ſed aut nihil vnquam ſibi circa res Eccleſiaſticas arrogârunt, aut ob eam rem tyranni & perſecutores potius habiti ſunt, quàm nutritij & cultores Ec-
Iſaiæ 49. cleſiæ, cuiuſmodi eos debere eſſe Iſaias prædixit.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Imperatores Chriſtiani ſemper licere ſibi exiſtimârunt, vt de cauſis Eccleſiaſticis iudicarent, adeò vt Conſtantinus Magnus cauſam Donatiſtarum & ipſe audiuerit, & Epiſcopis tanquam eius vice iudicaturis ſæpius delegauerit. Idem Imperator & Nicenam Synodum conuocauit, & in illa præfuit. Quod eius exemplum Theodoſius, Martianus, Theodoricus Italiæ Rex, atque alij Imperatores & Reges ſequuti ſunt, qui nunquam aut hoc ſibi ſumpſiſſent, aut ab Epiſcopis id facere permiſſi eſſent, niſi iure diuino & Eccleſiaſtico talis poteſtas eis credita fuiſſet & collata.

RESPONSIO.

Quicquid Conſtantinus in cauſa Donatiſtarum fecit, non eo animo id fecit, tanquam ſe putaret iudicem legitimum eſſe, ad quem ab Epiſcopis in cauſa Eccleſiaſtici ordinis appellari deberet: verùm quòd aliter pacē Eccleſiæ tueri conſeruareq́; non poſſet, quodq́; videbat, Donatiſtas Epiſcoporū iudicio non acquieſcere. Cæterùm quid Conſtantinus de eo Donatiſtarū
facto iudicârit, illa eius verba teſtātur, quæ apud Optatū extāt: *O rabida* (inquit Cōſtantinus) *fu-*
De ſchiſmate Donatiſt. lib 1. *roris audacia: ſicut in cauſis gentilium fieri ſolet, appellationem interpoſuerunt.* Præterea Auguſtinus
Epiſt. 48. eandem hiſtoriam tractans: *Donatiſtas* (inquit) *magis hinc arguimus, quia quum apud Imperatorem vltro Cæcilianum accuſaſſent, quem primò vtique apud collegas tranſmarinos conuincere debuerant, ipſo autem Imperatore longè ordinatius agente, vt Epiſcoporum cauſam ad ſe delatam ad Epiſcopos mitteret: nec victi pacem cum fratribus habere voluerunt, ſed rurſus ad eundem Imperatorem venerunt, rurſus non Cæcilianum tantùm, verùm etiam datos ſibi Epiſcopos Iudices apud ter-*
Apud terrenū Regem. *renum regem accuſauerunt, rurſus ab alio epiſcopali iudicio ad eundem Imperatorem appellauerunt.* Duo in his Auguſtini verbis notanda ſunt Nam primùm, ait: *Donatiſtas debuiſſe primò apud collegas tranſmarinos agere*: oſtendens vtique, ab Epiſcopis Africæ rem fuiſſe ad Epiſcopos orbis terræ deferendam. Deinde reprehendit eoſdem Donatiſtas, quòd Epiſcopos Iudices apud *terrenum Regem* accuſauerunt. Quem appellat *terrenum Regem*, profectò illum ſignificat iudiciū interpoſuiſſe non ob vllam authoritatem, quam propriè ab Eccleſia, vel etiam vt membrum Eccleſiæ accepiſſet (nam illa non eſſet poteſtas terrena) ſed ob illam, quæ non minus gentiliū, quàm Chriſtianorum Regibus iure gentium competit. Accedit eodem quod Auguſtinus alibi
Epiſt. 162. quoque de illa Donatiſtarum ad Imperatorem appellatione diſputans: *Qua in re* (inquit) *quemadmodum deteſtetur illos Conſtantinus, audiſtis. Atque vtinā ſaltem ipſius iudicio inſaniſſimis animoſitatibus ſuis finem poſuiſſent: atque vt eis ipſe ceſſit (vt de illo cauſa poſt Epiſcopos iudicaret, à ſanctis Antiſtitibus veniam poſtea petiturus) ſic & illi aliquando cederent veritati.* Videmus ergo, & Conſtantinum ceſsiſſe Donatiſtarum furori in ea cognitione, quam poſt Epiſcopos ſuſcepit, & eam rem eiuſmodi fuiſſe, *vt veniam poſtea deberet à ſanctis Antiſtitibus petere.* Nihil igitur inde quoad legitimi iudicij poteſtatem colligerē potes, vbi omnia hinc per *Donatiſtarum furorem*, inde verò per Conſtantini piam & quodammodo neceſſariam alieni iuris occupationem facta ſunt. Nam & Donatiſtæ peccârunt ob id ipſum, quia venerunt ab Epiſcopis *ad Regem terrenū*: & Rex non ſuo iure, verùm ea ſpe iudicauit, quòd ſancti Antiſtites veniam illi poſtea conceſſuri eſſent, eò quòd paci Eccleſiaſticæ (quam procurare Imperator & ſuo iure poteſt, & ad beneficium Eccleſiæ debet) optimè illo modo conſultum fore exiſtimauit. Quàm iniquè igitur tale factum Conſtantini citatur ab Aduerſarijs, vt probent laicos in cauſis Eccleſiaſticis legitimos eſſe iudices? Quòd ſi mentem Conſtantini extra neceſsitatis articulum liberè pronunciatam ſcire volumus: ecce quū in media Epiſcoporum Synodo apud Niceam ſederet, & Catholici Epiſcopi vltrò ad eum querelas detuliſſent, apertè omnibus Epiſcopis dixit: *Deus vos*
In Eccleſiaſt histo. Ruffini lib. 1. cap. 2. *conſtituit Sacerdotes: & poteſt[illegible] vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari: propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudicium, & veſtro iurgio, quæcunque ſunt, ad illud diuinum reſeruentur examen. Vos etenim nobis à Deo dati eſtis Dij, & conueniens non eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in*

ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diſcernit. Hæc Conſtantinus.

Quòd verò idem Imperator Synodum Nicenam, alijque eius Succeſſores alias Synodos indixerunt, nihil id præiudicij cauſæ noſtræ adfert. Aliud enim eſt conuocare Concilium, & aliud in eodem Concilio iam indicto cum authoritate iudicare. Neq; verò quicunque aliquos conuocat, continuò Iudex in ea cauſa eſt, ob quam illos conuocat, niſi tam cauſa, quàm perſonæ ex æquo ſubſint cõuocantis poteſtati. *Præcepit Rex Nabuchodonoſor, vt conuocarẽtur Arioli, & Magi, & malefici, & Chaldæi.* Sed cur tandem? *Vt indicarent Regi ſomnia ſua, quæ ab illius memoria receſſerant.* Quid ergo? An poſtquam acceſſerũt Magi & Chaldæi, etiam Rex, qui eos conuocauerat, aut præſcribebat ipſis quid agerent, aut vnà cum illis iudicabat? Nequaquam. Etſi enim perſonæ iſtorum hominum Regi ſubiectæ fuerunt, tamen in eorum ſcientiam non perinde poteſtatem vllam habuit. Sic omnino euenit in Epiſcoporum conuocatione. Conuocat enim eos Imperator, vt de illa fidei cauſa iudicent, in qua ipſe rudis eſt, & quam ab ipſis edoceri cupit. Ineptè igitur à conuocandi more iudicandi poteſtatem Imperatoribus competere, Aduerſarij noſtri colligunt. Nihil enim aliud ex ea re inferas, quàm perſonas eorum Epiſcoporum, qui in orbe Romano fuerunt, Romano Imperatori ſubiectas fuiſſe, quod nos non negamus, ſaluo tamen honore, quem Patribus ſpiritualibus Chriſtiani Reges ac Imperatores debent. Daniel.2.

Imperatorum verò authoritas in Synodis conuocandis multas ob cauſas perneceſſaria olim
fuit. Primùm, vt Epiſcoporum ex orbe terrarum coitio ſpeciem illiciti Collegij, & ſeditioſæ 1.
conſpirationis non haberet. Nam quæ ratio patitur, vt tot Præſules cum tanto comitatu in vr-
be Imperiali abſque Imperatoris conſenſu conueniant? Conſenſus verò illius optimè intelli-
gitur, ſi non modò patiatur, verùm etiam inuitet Epiſcopos, vt certa in Vrbe coëant. Deinde 2.
Imperialis conuocatio effecit, vt cæteri gentiles ac præſertim Magiſtratus, qui nondum erant
Chriſtiani, & tamen Romano parebant imperio, tranſitum liberum & quietum Epiſcopis per
ſingulas prouincias concedere cogerentur. Tum autem, vt equi & iumenta, ſecundùm quod 3.
Conſtantinus iuſſerat, Epiſcopis publicè præberentur. Præterea iſto modo Imperatores (vt in
Aquileiẽſi Cõcilio dicitur) *fidei ſuæ ſtudium probant, dum ad remouendas altercationes congrega-* 4.
re ſtudent ſacerdotale Concilium, & Epiſcopis honorificentiam reſeruare, vt nemo deeſſet volens, ne-
mo congregaretur inuitus. Atque hac quidem in re Imperatores verè præſtiterunt ſe *Aduocatos*
Eccleſiæ. Nam ſic D. Bernardus Conradum Imperatorem appellat. Quid quòd hoc modo Cõ- Epiſt.243.
cilia firmiora & ſanctiora eſſe exiſtimantur, dum vtraque poteſtas tam Eccleſiaſtica, quàm 5.
ſecularis ad illorum coitionem ſuffragatur? Poſtremò Imperatores & alij Principes eò prom- 6.
ptius Concilij eius Decreta exequuntur, cui & ipſi conuocando operã dederunt, & conuo-
to interfuerunt. Cæterùm illud prorſus abſurdum eſt, vt ratum eſſe Concilium negetur, quod
Imperator nõ indixerit. Quomodo alioqui conuenerunt Apoſtoli & presbyteri Hieroſolymis? Actor.15.
Quomodo aliæ Synodi omnes congregatæ ſunt in Italia, in Hiſpania, in Aſia, & Africa ante Synodum Nicenam? Ac neque neceſſe eſt, vt Epiſcopi ad ſolam Imperatoris vocem ex toto orbe terrarum conueniant: partim quòd Imperator in totum orbem terrarum non acceperit poteſtatem, ſed tantùm in orbem Romanum: partim etiam, quòd Epiſcoporum conſenſus neceſſariò requiritur ad id Concilium, quod Epiſcopale ſit futurum. Nam ſi neque ſeruus cogi poteſt vt hæreditatem adeat, niſi ipſe velit conſentire: quàm abhorret à recta ratione, vt Patres Chriſtianæ plebis ab ipſorum filijs in vnum etiam inuiti congregentur? Itaque Ruffinus teſtatur, *Conſtantinum ex Sacerdotum ſententia epiſcopale Concilium apud Niceam conuocaſſe.* Theodoretus etiam narrat, Conſtantinum non quidem cum authoritate in Cõcilio præſediſſe, aut ſententiam dixiſſe, ſed *& vltimum ex omnibus eſſe ingreſſum, & ab Epiſcopis poſtulaſſe, vt ſella parua in medio poſita conſidere ſibi permitteretur.* Qui poſtulat ab altero, vt ſibi cõſidere liceat, an ille tibi videtur ſuo iure tanquam Iudex in Concilio adeſſe? Ambroſius verò addit, *tam liberam fuiſſe*
Concilij congregati diſputationem, vt Conſtantinus nullas ei leges imponeret. Si conferendũ eſt de fide: Lib.5.in epiſtol.32.
(inquit Ambroſius) *ſacerdotum debet eſſe iſta collatio, ſicut factum eſt ſub Conſtantino Auguſtæ memoriæ Principe, qui nullas leges antè præmiſit, ſed liberum dedit iudicium Sacerdotibus.* Ex altera verò parte ſi aut Imperator per edicta cogit, aut magiſtratus ſeculares præſideant cognitioni alicuius cauſæ Eccleſiaſticæ: etiamſi Epiſcopi adſint, non habebitur Epiſcopale iudicium, vel
Athanaſio teſte, qui ſic ait. *Præclari Euſebiani, quò veritate [illegible] que ſua oblitterent, nomẽ Synodi* In Apolog.2.
ſuis actis prætexunt, quum res ipſa negotium imperatorium, nõ Synodale haberi debeat: quippe vbi Comes præſideat, & milites ſuo ſatellitio Epiſcopos cingant, & Imperatoria edicta, quos ipſi volunt, coire compellant. Diſtincta igitur ſunt iudicia Epiſcoporum ab Imperatorijs: illa ſunt Eccleſiaſtica,

hæc

hæc ſecularia: illis Epiſcopi præſident, his Tribuni & Comites.

In epiſt. ad ſolitariam vitã agentes.

Ac mortuo quidem Conſtantino, filius eius Conſtantius tùm patri ſuo, tùm fratri Cõſtãti perdiſsimilis, vim Epiſcopis adhibere cœpit, eoſq; ad ſuam ſententiã exilij tædio pertrahere. Verùm Hoſius Cordubenſis Epiſcopus tam liberè illius tyrannidi reſtitit, vt (quemadmodum Athanaſius commemorat) ad Conſtantium Imperatorem in hæc verba ſcripſerit: *Ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed potius ea à nobis diſce. Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit.* Et pòſt paulò ipſe Athanaſius ex ſua ſẽtẽtia dicit: *Si iſtud eſt iudicium Epiſcoporum, quid commune cum eo habes Imperator? Sin contrà, iſta minis Cæſaris conſtantur, quid opus eſt hominibus titulo Epiſcopus? Quando à condito æuo auditum eſt? Quãdo iudicium Eccleſiæ authoritatem ſuam ab Imperatore accepit? Aut quando vnquam hoc pro iudicio agnitum eſt? Plurimæ antehac Synodi fuère, multa iudicia Eccleſiæ habita ſunt. Sed neque Patres iſtiuſmodi res Principi perſuadere conati ſunt, nec Princeps ſe in rebus Eccleſiaſticis curioſum præbuit. Paulus Apoſtolus habebat amicos in Cæſaris familia, & per eos in literis ſalutabat Philippenſes, non tamẽ eos in iudicio ſocios aſſumpſit. Nunc autem nouum quoddam ſpectaculum ab Ariana hæreſi editur. Conuenerunt enim in vnum Hæretici & Imperator Conſtantius; vt ille quidem ſub prætextu Epiſcoporum ſua poteſtate aduerſus eos, quos velit, vtatur, & tamen in perſequutione mouenda perſequutor non appelletur: illi verò ſuccincti Principis poteſtate, inſidias faciunt quibus volunt: volunt autem omnibus, qui non eadem impietate, qua ipſi vtuntur, vti velint.* Vixit iiſdem temporibus Leõtius quidam Tripolis Lydiæ Epiſcopus. Is quum videret aliquãdo Conſtantium inter Epiſcopos præſidentem, & Eccleſijs præſcribere volentem: cæteris Conſtantij dicta cum plauſu excipientibus, ſolus tacuit. A Conſtantio igitur cur taceret interrogatus: *Miror* (inquit) *qui fiat, vt cùm alijs curãdis deſtinearis, alia tractes. Quum enim rei militari & ciuilibus negotijs præſis, tamen Epiſcopis ea præſcribis, quæ ad ſolos pertinent Epiſcopos. Verecundia igitur tactus Imperator, eiuſmodi edictis in poſterum abſtinuiſſe fertur.*

Vide Suidã in verbo Leontij.

Theodoritus lib. 4. cap. 15. & 16.

adigere

Valens autem Conſtantij tã in imperio, quàm in hæreſi ſucceſſor, Beato Barſa Edeſſæ Epiſcopo in exilium miſſo, Lupum Arianum in eius locum ſubſtituens, Presbyteros & Diaconos Edeſſæ, vt hæreſi Arianæ fauerent, vi ac minis agere cœpit. Quum ergo ad Eulogiũ Modeſtus Præfectus dixiſſet, *cõmunica cũ Imperatore* Eulogius facetè reſpõdit: *Nunquid cũ imperio eſt etiã Sacerdotij dignitatem conſequutus?* Non iſtud, dixi, ô ſtupide (inquit Præfectus) ſed vos hortatus ſum, vti communicetis cum iiſdem, quibuſcum Imperator communicat. Vbi autem Eulogius dixit, *ſe habere Paſtorem, cuius nutum ſequeretur*: Præfectus octoginta pariter comprehenſos in Thraciam amandauit. Quemadmodum verò abſurdiſsimum beato Eulogio viſum eſt, vt quis iubeatur communicare cum Imperatore, quia principium communionis Eccleſiaſticæ non à Regibus, verùm ab ijs, qui myſteria Chriſti diſpenſant, petendum eſt: ſic prorſus eſt abſurdum, vt alij iudicent, quid inter ſacrum & prophanum interſit, præter Epiſcopos & Presbyteros, quibus ſacrorum poteſtas diuinitus creditur. Ex his ergo, quæ tùm Patres Catholici rectè ſenſerunt, tùm Ariani iniquè patrârunt, perſpicuè conſtat, nullam omnino poteſtatem Imperatoris, ac multò minus plebis in Eccleſiaſticis negotijs in Eccleſia Catholica fuiſſe. Ob eamque cauſam quum Imperator hæreſi Arianæ fauens volebat Arianorum hoſtes vlciſci, non per ſuũ & plebis, ſed tantùm per nomen & ſpeciem iudicij Epiſcopalis id poterat agere. Itaque quum ſanctus Imperator Valentinianus videret, Eccleſiam per eiuſmodi tyrannidem multum detrimenti accepiſſe, meritò dicebat: *Non eſt meum iudicare inter Epiſcopos.* Sic enim eum dixiſſe teſtatur Ambroſius. Si ergo totius populi caput Romanus Imperator, non modò Epiſcopos nõ iudicat, ſed neque iudicat inter illos: quis iudicij locus iam plebi relinquitur in vllo Concilio quantumuis generali. Præterea Seuerus Sulpitius ſacræ hiſtoriæ lib. 2. *Martinus*, inquit, *vir planè Apoſtolis conferendus ſatis ſuperq; ſufficere dicebat, vt Epiſcopali ſententia hæretici Priſcillianiſtæ iudicati Eccleſijs pellerentur. Nouum eſſe & inauditum nefas, vt cauſam Eccleſiæ iudex ſeculi iudicaret.* Hæc Martinus. Cùm verò Priſcillianus ne ab Epiſcopis audiretur, ad Principem prouocaſſet: Sulpitius id noſtrorum inconſtantia permiſſum eſſe dicit, cùm potius Epiſcopi debuerint ſententiam in refragãtem ferre, nec Imperatori cauſam de tam manifeſtis criminibus permittere. Denique D. Ambroſius refert, Valentinianum Imperatorem non ſolùm ſermone reſpondiſſe, verùm etiam legibus ſuis ſanxiſſe, *in cauſa fidei vel Eccleſiaſtici alicuius Ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar ſit, nec iure diſsimilis. Hoc eſt* (inquit Ambroſius) *Sacerdotes de Sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam ſi aliàs quoque argueretur Epiſcopus, & morum eſſet examinanda cauſa: etiam hanc voluit ad Epiſcopale iudicium pertinere.* Hoc idem Sozomenus de eodẽ

Epiſt. 32.

Sulpitius ſacræ hiſtor. lib. 2.

Ambroſ. li. 5. Epiſt. 32.

Sozome. li. 6. cap. 7.

Impera-

Imperatore cõmemorat his verbis:*Petentibus Epiſcopis vt ſibi de doctrina fidei rectè conſtituenda in vnum conuenire permitteretur, Valentinianus reſpondit, ſibi qui vnus è Laicorũ numero eſſet, non licere eiuſmodi negotijs ſe interponere. Et ideò (inquit) Sacerdotes & Epiſcopi, quibus hæc cura ſunt, per ſe, vbicunq; ipſis libitum fuerit, in vnum conueniant.* Ratio autẽ, quam Valentinianus attulit, non Imperatorem modò, ſed præterea omnes *Laicos* à rerum Eccleſiaſticarũ cognitione remouet. Nã ſi non licuit Cæſari ſuam authoritatem interponere ad doctrinã fidei conſtituendã, idque *quoniam Laicus eſſet:* nõ video qua ratione alij Laici, quorũ minor eſt authoritas, aliquid ſibi iuris in eadem re vendicare queant. Sozomenus lib. 6. cap. 7.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

At enim Ambroſius in illa Epiſtola, quã toties laudatis, & in oratione ſubſequente fatetur, *quòd de fide in Eccleſia coram populo debet tractari:* & iterũ, *Cauſam fidei in Eccleſia agendam quis abnuat? Si quis cõfidit, huc veniat.* & pòſt: *Iſte populus iudicat, cuius in corde lex diuina eſt, nõ humana: lex non atramento ſcripta, ſed ſpiritu Dei viui.* Quibus in verbis Ambroſius iudicandi facultatem populo tribuit in cauſis fidei. Lib. 5 ep. 32.

RESPONSIO.

Vt huic authoritati ſatisfaciam, non alterius quàm D. Ambroſij iudicio, quàm variè nomen iudicij accipiatur, patefaciã. Iudicium quippe aliud eſt priuatũ, aliud publicũ: & priuatum quidẽ illud eſt, quum quiſq; rationem eam ſequitur, quæ ipſi recta apparet, quocunq; modo ad eã mentẽ ac ſententiam ſit adductus. Publicũ verò iudiciũ eſt, quũ nõ quiſq;, ſed Magiſtratus aut Iudex legitimus id ſolùm ſequitur, quod pro tribunali ſedẽs legitimè probatũ ac teſtificatum audiuit. De priuato iudicio Ambroſius in illa verba Apoſtoli (*Nonne de ijs, qui intus ſunt, vos iudicatis*) ita ſcribit. *Iudicat quis, dum diſcernit cui fratri adhæreat, quẽ arguat, quẽ deuitet.* De publico aũt iudicio non multò pòſt ſic ait: *Quia ſunt ſapientes fratres, aliqui horũ eligantur ad iudicandum. Magnus enim pudor eſt, ſi inter eos, qui dicuntur Deũ cognouiſſe, non inueniatur qui examinare poſſit negotium iuxta ius Euangelicum.* Diſcernere aũt cui adhæreas, & quẽ deuites, hoc priuati iudicij genus eſt: verùm examinare negotiũ iuxta ius Euangelicum, hoc non eſt cuiuſlibet, verùm eius, qui ad hoc authoritate publica eligitur & conſtituitur. Prius ergo iudicij genus permittitur populo in cauſis fidei, poſterius aũt ſolis Epiſcopis & Iudicibus Eccleſiaſticis. Et quòd Ambroſius de priuato iudicio in illa Epiſtola ſenſerit, de qua iã diſputamus, perſpicuè cõſtat. Sic enim ait de Iudicibus, quos Auxentius dicebatur elegiſſe. *Veniant planè, ſi qui ſunt, ad Eccleſiam: audiant cũ populo: non vt quiſquã Iudex reſideat, ſed vnuſquiſq; de ſuo affectu habeat examen: eligat quem ſequatur. Agitur de iſtius Eccleſiæ ſacerdote. Si audierit illum* (id eſt, Auxentium) *populus, & putauerit melius diſputare, ſequatur fidẽ eius: non inuidebo.* Hîc videmus, nihil aliud intelligere Ambroſiũ per iudiciũ populi, quàm vt domi apud ſe diſcernat vnuſquiſq; cuius velit eſſe fidei, vtrũ Catholicæ, an Arianæ: & quẽ Epiſcopũ ſequi malit, Ambroſiúmne, an Auxentiũ: non quòd Ambroſius quenquã vellet ſuæ prudẽtiæ in hac re inniti, verùm quòd nec aliud obtineri tunc potuit, quũ Imperator potius faueret Arianis, quàm Catholicis, & Ambroſius probè nouerat, populũ ſuum eſſe Catholicũ. Mox enim ſubiungit: *Omitto quòd iam ipſe populus iudicauit. Taceo quia eum, quem habet* (id eſt, Ambroſium) *de Patre tuæ Clementiæ poſtulauit.* Et iterũ poſtea: *Hæc ego, Fratres, coram Auxentio apud vos plenius diſputarem: ſed* (Auxentius) *certus, non ignaros vos eſſe fidei, veſtrum refugit examen, & gentiles quoſdam quatuor aut quinq; fermè homines elegit cognitores ſibi, ſi tamen aliquos elegit, quos vellem adeſſe in cœtu omnium, non vt de Chriſto iudicent, ſed vt Maieſtatem audiant Chriſti. Tamẽ illi iam de Auxentio pronunciauerunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quæ maior eius condemnatio, quàm quòd ſine aduerſario apud Iudices ſuos victus eſt? Ergo & ipſorum ſententiam contra Auxentium iam tenemus, & quòd gentes elegit, iure damnandus eſt, quia Apoſtoli præcepta dimiſit.* Li. 5. epi. 32.

Quibus ita conſtitutis, videmus non hoc ſenſiſſe Ambroſium, vt populus de cauſa fidei publicum iudicium ſuſciperet, aut alij cuipiam, quid eſſet credendum, præſcriberet (qua de re nos cum Aduerſarijs cõtendimus): ſed tantùm vt quiſque iudicaret, quid ipſi ad ſalutẽ conſequendam magis expedire videretur. Quod priuati iudicij genus etſi ad iudicium Catholicæ Eccleſiæ conformari ſemper deberet, tamẽ ea tẽpora interdũ accidunt, vt ob Magiſtratuũ, qui ius gladij habent, aut ſocordiam aut hæreſim, plebs iudicio ſuo relinquenda ſit. De eodem Theodoſio D. Ambroſius in Aquileienſi Concilio poſt reſcriptũ ipſius recitatũ, dixit: *Ecce quod*

Chriſtianus cōſtituit Imperator. Noluit iniuriam facere Sacerdotibus, ipſos interpretes cōſtituit Epiſcopos. Nónne tibi nūc videtur Ambroſius dixiſſe, illū Imperatorē, qui Epiſcopos nō conſtituit interpretes, iniuriā ſacerdotibus facere? Nō enim laudat Theodoſiū, quaſi de ſuo iure aliquid Sacerdotibus cōceſſerit, verùm quòd ius alienū, vt Imperatores quandoq; ſolent, nō inuaſerit. Prӕterea quū Ambroſius intellexiſſet, Flauianū de Epiſcopatu Antiocheno cū Euagrio cōtendentem non acquieſcere Sacerdotali iudicio, ſed Imperatorū implorare auxiliū, hoc modo ea

Lib. 10. epiſt. 78. de re ad Theophilū Alexandrinū ſcripſit: *Quū ex ijs æquiſſima Synodi cōſtitutis ſperaremus iam remediū datū, finemq; oblatū diſcordiæ: ſcribit Sanctitas tua, iterū fratrē noſtrū Flauianū ad precū auxilia, & Imperialiū reſcriptorū ſuffragia remeauiſſe. Fruſtrà ergo tantorū ſacerdotū fuſus labor: iterū ad iudicia huius ſeculi reuertēdum, iterū ad reſcripta, iterū vexabūtur Sacerdotes ſenes*, & quæ ſequuntur. Quàm perſpicuè iudicia Imperialia vocat *iudicia ſeculi*, eaque Epiſcopalibus iudicijs tanquàm cōtraria opponit? Nā vtcunq; Theodoſius fuerit Imperator Chriſtianiſsimus & vir ſanctus: tamen poteſtas, in qua Iulio Cæſari & Auguſto ac Tiberio ſucceſsit, ſeculi poteſtas fuit, ac non Eccleſiaſtica. Quòd aūt Flauianus ad fidē ac patrociniū Theodoſij confugerit, Theo-

Lib. 5. ca. 21. doretus in hiſtoria ſua apertiſsimè docet. His temporibus floruit Magnus ille Chryſoſtomus, qui poteſtatem Regiam cum Sacerdotali conferens: *Habent* (inquit) *& terreſtres Principes*

Chryſoſt. lib. 1. de Sacerd. *vinculi poteſtatē, ſed corporū ſolùm. Id aūt, quòd dico, Sacerdotū vinculū ipſam etiā animā contingit, atq; ad cælos vſq; peruadit: vſque adeò vt quæcunq; infernè Sacerdotes confecerint, illa eadē Deus ſupernè rata habeat, ac ſeruorū ſententiā Dominus cōfirmet. Etenim quidnā hoc aliud eſſe dicas, niſi omnium rerū cæleſtiū poteſtatē illis à Deo conceſſam?* Quòd ſi ex D. Ioānis Chryſoſtomi iudicio Reges non niſi corporū poteſtatē habēt, poteſtas verò Eccleſiæ ad animas pertingat: certū eſt, reges non habere vllā poteſtatē Eccleſiaſticā, ac multò minus plebē, quæ regibus minor eſt atq;

Diſtinct. 79. inferior. Bonifacius aūt Pont. Romanus quum ad Honoriū Auguſtū ſcribens, diceret: *Honoriū res humanas regere, ſuū verò ſacerdotiū Eccleſiæ Romanæ deputari*: adeò nihil ea diſtinctione Imperator offenſus eſt, vt mox reſcriberet, *ſe ſcripta Beatitudinis illius debita reuerentiæ cōgratulatione ſuſcepiſſe, ac petere, vt Apoſtolatus eius ſtudiū ac votū ſuū quotidianis orationibus circa ſalutē Imperij dignaretur impendere*. Nam quòd idē Honorius Epiſcopali collatione, quæ in Aphrica eſt habita, *Marcellinū* cognitorē dedit: id non niſi ad Epiſcoporū Catholicorū petitionē eſt factū, qui iam diu experti erant, alio modo quàm brachij ſecularis metu, ac manu militari, Donatiſtas in officio contineri nō poſſe, aut ab iniuria Catholicis inferenda cohiberi. Quod ergo in Epiſcoporū gratiā, quò ſecurius cōuenirent, factum eſt, ſtultè obiicitur nobis, velut ex ea re probetur, quòd Imperialis poteſtas Epiſcoporū diſputationibus Præſidē iure ſuo cōſtituere poſsit. Præſidet quidē imperator Epiſcopis ad pacem ac concordiā retinendā, non aūt ad ſententiam in rebus diuinis ferendā. Itaque Theodoſius Iunior, qui Honoriū ſequutus eſt, partes tùm ſuas, tùm Epiſcoporū præclarè diſcernens, ſibi quidē ſumit, vt pacē Eccleſiæ tueatur: Epiſcopis aūt rerū Eccleſiaſticarū diſceptationē & iudiciū relinquit. Eius enim hæc ſunt verba in Epiſtola quā-

In 4. Tomo operum Cyrilli. epiſt. 4. dā ad Cyrillum Alexandrinū: *Volumus illā* (pietatis doctrinā) *coactâ ſacra Synodo ventilari & hactenus præualere, quatenus decêre videbitur. Siue aūt veniæ participes futuri ſint, ſiue nō ſint, qui à patribus victi fuerint, nos ſanè nō patiemur, vt ſimul & vrbes & Eccleſiæ turbētur, neq; vt inexcuſſa ſit nobis ea doctrina, cui diiudicandæ præfici oportet eos, qui circū quaque ſacerdotio præſident, & per quos*

Diſt. 96. cap. Satis euidenter. *in ſententia veritatis firmiores & ſumus, & poſthac erimus.* Idē Theodoſius quum ſanctæ Synodo Epheſinæ primæ ſcriberet, dixit: *Deputatus eſt Candidianus magnificētiſſimus Comes ſtrenuorū domeſticorū tranſire vſque ad ſanctiſſimā Synodū noſtrā: & in nullo quidē, quæ faciēda ſunt de pijs dogmatibus quæſtiones, ſeu potius expoſitiones, cōmunicare. Illicitū nāque eſt eū, qui nō ſit in Ordine ſanctiſſimorū Epiſcoporū, Eccleſiaſticis intermiſceri tractatibus.* Idē in Cōmonitorio ad Elpidiū, quod extat in Actione prima Chalcedonēſis Cōcilij, officiū ſecularis magiſtratus in Cōcilio præſentis ea ratione deſcribit, *vt nullū fieri tumultū permittat, tumultuantē verò cuſtodia mācipet, denique vt interſit iudicio, & operā det, celerē & circūſpectam probationē à Synodo fieri, ac de his rebus Imperatorē facias certiorē. atq; ad hos effectus cōplendos tā ciuile, quàm militare auxiliū illi delegauit.* Nihil hic dicitur de Imperatoris præſidētia, nihil de ſuffragio quod Laicorū nomine vnà cū Epiſcopis interponat, nihil de iudicādi authoritate præcipitur. Adeo enim illa fuerūt ab vſu Eccleſiaſtico remota, vt ne fœminā quidem ſanctiſsimam hæc res, qua de agimus, latuerit. Pulcheria quippe Auguſta quum ſedulò curaſſet, vt vndique multitudo Epiſcoporum congregaretur, primùm in Nicea, deinde Chalcedone, ſcripſit ad Conſularem Bithyniæ Strategum, *vt monachos atque laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, omnimodo de ciuitate & ipſis locis expelleret,*

vt cum

vt cum omni diſciplina conſidente ſancta Synodo, ſine aliqua commotione atque contentione, quæ à Domino Chriſto reuelata fuerint, communiter ab omnibus confirmentur. Ecce antiqua Eccleſia paſſim credidit, *nullam rationem vocare laicos ad Concilium.*

Iam verò ſi opponatur, quòd ipſe Imperator Martianus, qui Laicus erat, tamen Concilio interfuit: reſpondemus, eum non ad ius in rebus Eccleſiaſticis dicendum, ſed ad pacem ciuilẽ conſeruandam interfuiſſe. Etenim quum Epiſcopi paulò ante Chalcedonẽſem Synodũ Epheſi conueniſſent, ibiq; Dioſcori minis & iniurijs omnia fuiſſent perturbata (vnde & illa *Synodus prædatoria* dicta eſt) ne quid ſimile Chalcedoni eueniret, reuerendi Epiſcopi & Præsbyteri à reuerendiſsimo Leone Archiepiſcopo vrbis Romæ venientes, à Martiano (quẽadmodum ipſe in ſacris literis ad Epiſcopos tranſmiſsis atteſtatur) petierunt, *quatenus omnino adeſſet ſancto Concilio, alioquin enim nec ſe affuturos, aiebant.* Martianus ergo quum in Synodum vnà cum Auguſta Pulcheria introiuiſſet, præfatus eſt, *ſe non ad oſtendendã potentiam, ſed ad confirmandam fidẽ exemplo Imperatoris Conſtantini adeſſe, ne in poſterum multitudo populi inſtitutionibus prauis attracta inueniatur diſſentiens. Quare prouerarent Epiſcopi concordantibus animis fidem Catholicam ſecũdùm doctrinam Patrum exponere.* Martiani ergo & Iudicum, qui ab eo ſecundùm petitionẽ Epiſcoporum dabantur, illæ tantùm partes erant, vt curarent eã fieri, atq; (vt ipſi ſæpe interlocuti ſunt) vt effectui mãciparentur ea, quæ Epiſcopi vel fieri petijſſent, vel faciẽda eſſe iudicaſſent. Nã quum Legati Leonis Papæ nõ paterentur Dioſcorũ vnà cũ ipſis cõſidere: Iudices curârũt, vt abſq; omni tumultu in medio conſeſſu ſtatueretur, quum alioqui illis abſentibus timẽdum erat, ne Dioſcorus vim potius intentaſſet, quàm vt vel tantillũ de honore diſcederet. Verùm quod ad fidei quæſtionẽ attinet, iidẽ glorioſiſsimi Iudices palã dixerunt ad Epiſcopos: *Scientes, quia Deo rationem reddituri eſtis, tã pro proprijs animabus ſinguli veſtrùm, quàm pro noſtris omnibus: doceri, quæ ad religionẽ pertinent, rectè deſideramus, & omnẽ ambiguitatẽ auferri.* Et iterum. *Quod placuit reuerendo Concilio de ſancta fide ipſum nos doceat.* Nõ opinor de fidei cauſis iudicaturi venerant, qui deſiderabãt doceri, quæ ad religionẽ & fidem pertinerẽt. Iudicaturus enim quæ ſit recta fides, non debet fidei veræ ignarus eſſe: Ignarus eſt aũt, qui expetit doceri. Præterea quũ Epiſcopi ad Imperatores Valẽtinianũ & Martianũ ſcriberẽt, illoſq; velut medicos à Deo cõſtitutos agnoſcerẽt: nihil tamẽ maius eis tribuerũt, quàm *quòd omne cõmodaſſent auxiliũ, vt ſactæ intermerentur diſcordiæ. & paterna fidei doctrina roboraretur.* Diſcordias tollere, & fidẽ nõ quidem docere aut tradere, ſed ab Epiſcopis traditam roborare, hoc propriũ eſt ſecularis Magiſtratus. At verò definire, quæ ſit vera fides, hoc vſq; adeo Epiſcoporũ eſt, vt Martinus quãuis & præsbyter & Archimandrita eſſet, id ſibi non ſumpſerit tamẽ, verum dixerit: *Non eſt meum ſubſcribere. Epiſcoporum tãtum eſt, & eorum qui digni ſunt.* In ea enim reſponſione patefecit Eccleſiæ morẽ patrium atque auitum, in quo ſoli Epiſcopi velut definiẽtes, ſolebant ſubſcribere.

[Hæc Martianus epiſt penult. eſt inter eas quæ præambulares in Synodum Chalcedonẽſem dicuntur.]

[Præter actionem primã Concil. Chalcedonenſ. vide Euagriũ li. 2. cap. 4.]

[In Actione ſecũda Chalcedonenſ.]

[Action. 4.]

[Action. 8.]

[In 1. Actio. Chalcedon. vbi Actio. 5. Conſtantin. Concilij recitatur.]

Porrò ſiquando alij Catholici viri præter Epiſcopos vllã de rebus Eccleſiaſticis tulerũt ſentẽtiam, id aut non niſi ex Sacerdotum expreſſo cõſenſu fecerunt, aut certè ea mente fuerunt, vt ſententiã ſuam Epiſcoporũ iudicio ſubijcerent, aut veniã ab illis, aut confirmationẽ ſecundùm rei qualitatem petituri. Nã in Synodo Chalcedonenſi præclarum diſcrimẽ inter Epiſcopos & Imperatores ſeu alios quoſcunq; laicos Ioãnis Epiſcopi Germaniciæ verbis, quibus ille ad Dioſcorum vſus eſt, conſtituitur: *Glorioſiſsimi iudices* (inquit) *& ſacratiſsimus Senatus vnà cũ ſancta Synodo examinationẽ de peccatis Dioſcori fecit, & decernens promulgauit ſententiã, ſi hoc placuiſſet ſanctiſsimis Epiſcopis, quibus hanc inferre à Domino Deo creditum eſt. Sed quod ipſam decet ſancta & magna Synodus concipiens, hactenus Dioſcoro dedit inducias.* Ecce Laici, & fortè etiam Diaconi & Presbyteri volebant ſententiam in Dioſcorum promulgare, ſi penes ſe rei ſumma extitiſſet. Verùm ſi maximè ſententiã tuliſſent, tamẽ non ea mente id feciſſent, velut iure diuino ipſorũ ſententiæ Dioſcorus parêre obligatus fuiſſet. Perſpicuè enim dicitur, *ſanctiſsimis Epiſcopis à Domino Deo traditũ eſſe, vt ſententiã inferant.* Iudicũ igitur aliorum ſententia iuris humani, hoc eſt, vel naturalis, vel gentium, vel ciuilis tantùm fuiſſet ac non etiam eius diuini iuris, quo Eccleſiaſtica negotia terminantur. Hoc enim ſciẽtes iudices, qui Concilio aſsidebãt, etſi votũ ac deſideriũ ſuũ in ferendo ſententiã cõtra Dioſcorũ Epiſcopũ declarârũt, tamẽ omnia permiſerũt Epiſcopis, velut ijs quibus ea res à Domino Deo eſſet credita. Itaq; ſentẽtia in Dioſcorũ nõ in Imperatoris aut Iudicũ, ſed in Papæ Leonis nomine (per legatos ſuos & per Synodũ iudicãtis) lata eſt. Imò verò Cecropius Epiſcopus Sebaſtopolitanus Dioſcoro petẽti, vt magnificẽtiſsimi Iudices & Senatus adeſſet, reſpõdit: *Quãdo regularia quædã examinãtur, neq; Iudices, neq; alios Laicos intereſſe oportet, niſi tantummodo tuam ſanctitatẽ, quæ in propria accuſatur perſona.*

[Actio. 3 poſt tertiam vocationem Dioſcori.]

[In Act 3. quando Dioſcorus ſecundò vocatus eſt.]

K ij Hinc

Hinc apparet, dum excutitur cauſa fidei, Laicos quidem adeſſe poſſe, quia poteſt is tractatus eis prodeſſe, dum confirmantur in fide, & addiſcunt quæ antè neſciebant. Verùm quando cauſa morum Epiſcopi alicuius examinatur, *ne intereſſe quidem Laicos debere*, multò minus præeſſe: ne incipiant ex ea re magis magiſque contemptui habere miniſtros Eccleſiæ Dei, & ex humano errore putent Myſteria ipſa Chriſti minoris eſſe virtutis, quæ per homines interdum peſsimos diſpenſantur.

In Synod. 3. ſub Symmacho. In Synodo aũt ſub Papa Symmacho Romæ habita quũ Baſilius Patritius vices Regis Odoacris agens, edixiſſet de rebus Eccleſiaſticis, nõ quidem quatenus Eccleſiaſticæ fuerunt, verùm ſub hac ſpecie, *ne per occaſionem ſeditionis ſtatus ciuilis vocaretur in dubium*: tamen Epiſcopi omnes id ſtatutũ ſeruari prohibuerunt, *quòd contra Patrum regulas eſſet, aliquid de Eccleſiaſticis facultatibus diſponi à Laicis quãuis religioſis, quibus nulla de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponẽdi legitur vnquam attributa facultas*. Hæc Eulalius, cui omnes alij Epiſcopi aſſenſum præbuerunt. In quarta autẽ Synodo, quæ ſub eodem Papa Symmacho habita eſt, ne Theodoricus quidem Rex, licet Arianus eſſet, ſibi iudicium in Epiſcopos arrogauit, ſed poſtquàm ab Epiſcopis plurimis audiſſet, *Papam Symmachum ob prærogatiuã ſuæ Sedis non poſſe compelli, vt minorum iudicio ſe ſubijceret*, reſpondit *in Synodali eſſe arbitrio, in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam de Eccleſiaſticis negotijs pertinere*. O miram veritatis vim! Conuocat Theodoricus Epiſcopos, vt neſcio quid cõtra Papam Symmachum moliretur. At nunc libertate admonitionis Epiſcoporum conterritus, omnia Epiſcoporum iudicio relinquit, *nec ad ſe quicquam de rebus Eccleſiaſticis pertinere ait, niſi vt eas, qua par eſt, reuerentia proſequatur*.

Porrò quum Rex Vandalorum Hunericus Epiſcopos Africæ ad rationẽ fidei Catholicæ reddendam cogere inciperet, *Eugenius Carthaginẽſis Epiſcopus* (vt Victor ſcribit) *cauſam fidei communem eſſe reſpondit, & ideò ſe ſcripturum*: cui tandem? An omnibus per vniuerſum orbem Catholicis? Nihil minus, ſed *Fratribus ſuis, hoc eſt, Epiſcopis, vt in Africam veniant*. Communis igitur omnium cauſa per ſolos Epiſcopos expediri & poteſt, & debet.

De Vandalica perſecutione lib. 2.

Iam verò in quinta Synodo, quæ ſub Iuſtiniano Conſtantinopoli habita eſt, poſtquàm Clericorum teſtimonia de quæſtione, quæ tunc agitabatur, audita fuerant, iamque oportebat laicos etiam ſuum teſtimonium dicere, ſanctiſsimi Epiſcopi dixerunt: *Supereſt, vt rem præſentem teſtimonium conſequatur eorum, qui extra ſacrum Concilium ſunt: & mox Comitum ac Palatinorum* teſtimonia ſequũtur. Qua ex re manifeſtò liquet, Laicos omni maiorum memoria ſemper extra ſacrum Concilium habitos eſſe, præterquam ſi ad fidem ſuam confirmandam, vel ad pacem Eccleſiæ conſeruandam adfuiſſent. Ab hoc tanto clariſsimorum teſtium numero Gregorium Magnum abeſſe non patiemur. Cùm igitur Epiſcopus quidam Salonitanus de ſymonia & alijs criminibus apud D. Gregorium Pontificem accuſatus, & ideo Romam ad cauſam dicendã accerſitus, reſpondiſſet: *Sereniſsimos Dominos* (Mauritium Auguſtum, & Conſtantiam) *præcepiſſe, vt domi ſuæ, hoc eſt, in Illyrico eius cauſæ cognitio haberetur*: Diuus Gregorius reſpondit, *Nobis & omnibus notum eſt, piiſsimos Dominos diſciplinam diligere, & Ordines ſeruare, Canones venerari, & ſe in cauſis ſacerdotalibus non miſcere*. Quod ob eam cauſam in medium protuli, vt tam pietas Mauricij Imperatoris, quàm iudicium Gregorij Magni de hac etiam re cognoſceretur. Ne aũt iſta oratio in infinitum euadat, finem huic quæſtioni verba Baſilij Imperatoris imponent, qui quum orationem grauiſsimam in Octaua Synodo haberet: *vobis* (inquit) *laici tam qui in dignitatibus, quam qui abſolutè* (hoc eſt, abſque dignitatibus) *verſamini, nullo modo licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali Synodo aduerſari. Hæc enim inueſtigare & quærere, Patriarcharum, Pontificum & Sacerdotum eſt, qui regiminis officiũ ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluẽdi & ligandi poteſtatẽ habẽt, qui Eccleſiaſticas & cæleſtes adepti ſunt Claues: nõ noſtrùm, qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel à ligamẽto ſolui egemus. Quantacunq; enim religionis & ſapiẽtiæ laicus exiſtat, vel etiamſi vniuerſa virtute interius polleat: donec laicus eſt, ouis vocari non deſinet. Rurſus Epiſcopus quantacunq; ſit irreuerẽtia plenus, & nudus omni virtute: donec Antiſtes eſt, & veritatis verbum rectè prædicauerit, Paſtoris vocationis & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ouium conſtitutis? Paſtores verborum ſubtilitatem diſcutiendi, & ea quæ ſuper nos ſunt, quærendi & ambiendi habent. Oportet nos ergo cum timore & fide ſyncera hos audire, & facies eorum vereri, (quum ſint miniſtri Domini omnipotentis, & huius formam poſsideant) & nihil amplius, quàm ea quæ ordinis noſtri ſunt, requirere*. Hæc Baſilius Imperator. Etenim Imperatorum potius, quàm Præſulũ hac in re ſentẽtias in mediũ produxi, partim ne Epiſcopi & Presbyteri talia docẽtes cauſam ſuã egiſſe viderentur,

In Collatione 5. Synodi quinq;.

In regiſtro lib. 5 indict. 14. epiſt. 25.

Laicus eſt ouis.

rentur, partim vt hæc res tam nota olim fuiſſe intelligeretur, quam nec ij quidem ignorarent, qui minimè omnium Theologiæ aut diuinarum rerum ſcientiæ operam dediſſent: vt minus hodie ferendi ſint Theologi (ſi tamen ſunt Theologi) qui rerum ſacrarum non modò ſcientiam, ſed præterea cognitionem & iudicium ijs concedunt, qui per nullum viſibile ſignum à Chriſto inſtitutum in res ſacras poteſtatem acceperunt.

Reges & Imperatores Chriſtianos, qui populis Chriſtianis præſunt, licet aliâs in cauſis & rebus ſeculi non ſubſint Miniſtris Chriſti, per illos tamen vi Clauium regni cælorum tunc demum coërceri ac deponi poſſe, quando ipſorum Præfectura veritatem fidei ac ſalutem animarum lædunt. Ad quam fidem ſalutémque promouendam omnium Chriſtianorum regna & bona quæcunque ex eo ipſo, quòd Chriſtiani ſunt, neceſſariò inſtituuntur & ordinantur.

CAPVT. IIII.

QVemadmodum eſt homo terrenus, & homo cœleſtis: ita etiam eſt regnum terrenum, & regnum cœleſte. Homo terrenus eſt Adam, qui de terra factus eſt. Homo cœleſtis eſt Chriſtus Dei Filius, qui ſecundùm diuinam ſuam naturam de cœlo deſcendit, dum humanam naturam de Virgine Maria acceptam ſibi vniuit. Regnum verò terreſtre illud eſt, quod homines de terra facti per conſenſum humanum Principi ſuo detulerunt. Sic *Nemrod* factus eſt Rex primus per conſenſum quorundam poſterorũ Noë. Sic alij Reges alibi ſunt facti, adeo vt in diebus Abrahæ quælibet ferè magna ciuitas Regem ſuum proprium haberet. Cœleſte autem regnum eſt illud, quod Chriſtus in terra ſtabiliuit, dum homines terrenos fide, ſpe & charitate donatos in nouam creaturam gratiæ ſuæ potentia cõuertit, & membra ſua effecit. Etſi enim Chriſtus per incarnationem ſuam omnium prorſus hominum Rex eſt (quia, quod in vnoquoque rerum genere præcipuum eſt & digniſsimum, id per naturæ vim cæterarũm eiuſdem generis rerum caput eſt & principium) tamen non ferè aliorũ Rex dici vult, quàm eorũ, qui ad imaginem ipſius animo tenus conformantur. Vnde Angelus prædixit, eum *in domo Iacob regnaturum in æternum*. Per Iacob autem intelligitur quicunque fidelis populus. Iam verò vt Chriſtus in mundum veniens, non deſtruxit priorem hominis naturam ab ipſo formatam, ſed peccata, in quæ ſua negligentia & culpa homines ceciderant, in ijs qui eum recepiſſent, abſtulit: ſic etiam non euertit regnum terreſtre, quod ipſe per hominem rationis compotem non ſine admirabili prouidentia erexerat: ſed vitia, in quæ terreni Reges ſua culpa ceciderant, in ijs qui ſeſe regno ipſius cœleſti ſubijcerent, emendanda curauit.

[1. Corin. 15. — Geneſ. 10. & 14. — Geneſ. 14. — Luc. 1. — Ioan. 1.]

Non tantùm igitur poſſunt terreni reges, Eccleſiæ Dei ciues fieri, verùm etiam iure ſuo veteri, & principatu liberrimo vtentur in ijs cauſis omnibus, quæ fidem religionemque Chriſti non imminuũt. Præficient enim idoneos Magiſtratus ciuiles quos volent, pœnas legitimas pro arbitrio ſuo in malefactores conſtituent: omniaque alia, quæ iure naturali, gentium, aut ciuili ſeu municipali probata fuerint, liberè adminiſtrabunt: nec Paſtores Eccleſiæ in ijs rebus authoritatem ſuam interponent, præterquã vt eos admoneant interdum, ac fidele conſilium præbeant. Neq; verò Dominia & Regna omnia paſtoribus Eccleſiæ diuino iure vbiq; & in omnibus ſubiecta eſſe defendimus: ſed in ijs tantùm cauſis, quæ fidem ac ſalutem Chriſtianã impeditur æ eſſent, niſi partim prohiberentur (vt diuortia, vſuræ, ac alia eiuſmodi peccata, quæ gentes impunè committunt) partim præciperentur, vt eleemoſynarum largitio, proximorũ & maximè inopum defenſio, Eccleſiæ Chriſti & Religionis Chriſtianæ propugnatio: ac denique alia omnia, quæ ius Diuinum velut res ad ſalutem neceſſarias Regibus imperat & præſcribit. Nec mirum cuiquã videri debet, vt Reges in iis rebus Chriſto pareant. Ipſorum enim hoc maximè intereſt, cùm aliter vitam æternam adipiſci non poſsint. Cùm igitur dicimus, terrenos Reges Chriſti miniſtris ſubeſſe, id tantùm dicimus, eos aliter neque ſaluari poſſe, neque à Chriſtianis populis aut ad regnũ aſſumi, aut in regni adminiſtratione tolerari debere, quàm ſi ea & faciant, & prætermittant, quæ lex Chriſti vel fieri, vel prætermitti iubet. Quæ autem ſit Chriſti lex, & quid præcipiat, nullibi melius cognoſci poteſt, quàm ex eorum ore, quibus Seruator dixit: *Ite, docete omnes gentes: &, qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit.* Nunquam enim deſunt in Eccleſia, qui *legatione pro Chriſto fungantur, tanquam Deo exhortante per ipſos*. Quemadmodum enim tam alij homines, quàm ipſi terreni Reges Chriſto per miniſtros eius, per Chri-

[Poteſtas Chriſtianæ Principis. — Matth. 5. Luc. 6. — Matth. 25. Iſaie 60. Pſal. 2. — Matth. 28. Luc. 10. 2. Cor. 5.]

 ſtum

ſtum autem Deo reconciliantur : ſic non tantùm Deo, ſicut & antea, ſed etiam Chriſto, atque
adeo miniſtris Chriſti nunc ſubeſſe debent . Fruſtra enim ſe Chriſto ſubijcit, qui recuſat mi-
niſtris Chriſti parêre.

Porrò non ſatis eſt Regi Chriſtiano, vt faciat ea quæ priuati ſolent, niſi etiam ea præſtet, quæ
1.Cor 7. ad Regis officium ac dignitatem propriè ſpectant . Vnuſquiſque enim Domino ſeruire, ac di-
Ephes.4. gnè ambulare debet *in ea vocatione, in quo vocatus eſt* . Vocatus es in ſtatu matrimonij? Seruias
Deo, non tantùm vt homo, ſed etiam vt maritus. Vocatus es in ſtatu Regio? Seruiendum tibi
eſt vt Rex es, ac non tantùm vt homo. Alia verò ſunt Regum, & alia priuatorum officia. Vnde
in Epiſt.50. Auguſtinus eleganter ait : *Aliter ſeruit quia homo eſt, aliter quia etiam & Rex eſt . Quia homo
eſt, ei ſeruit, viuendo fideliter : quia verò etiam Rex eſt, ſeruit, leges iuſta præcipientes, & contraria
4. Reg.18. prohibentes, conuenienti vigore ſanciendo . Sicut ſeruiuit Ezechias, lucos & templa idolorum, &
4.Reg.22. illa excelſa, quæ contra Dei præcepta fuerant constructa, deſtruendo . Sicut ſeruiuit Ioſias, talia & ipſe
Ionæ 3. faciendo . Sicut ſeruiuit Rex Niniuitorum, vniuerſam ciuitatem ad placandum Dominum compel-
Daniel.14. lendo . Sicut ſeruiuit Darius, Idolum frangendum in poteſtatem Danieli dando & inimicos eius leo-
Daniel.3. nibus ingerendo . Sicut ſeruiuit Nabuchodonoſor, omnes in regno ſuo poſitos à blaſphemando Deo lege
terribili prohibendo . In hoc ergo ſeruiunt Domino Reges, in quantum ſunt Reges, cum ea faciunt ad
ſeruiendum illi, quæ non poſſunt facere niſi Reges.* His ita conſtitutis, iam nunc planũ fiet, quanta
cum æquitate defendamus, Chriſtianos Reges, qui populis Chriſtianis præſunt, miniſtris Chri-
ſti ſaltem in ijs, quæ ad fidem Religionemque pertinent, etiam ſub pœna regni amittendi ſub-
eſſe debere, ſi prius hoc vnum propoſuerimus.

1. Principio, & ius diuinum, & naturalis æquitas manifeſtè docet, non alium Regem à Chri-
ſtianis ad ius regni adminiſtrandum ſponte vocari debere, quàm eum, qui ſit ipſe Chriſtianus.
Hoc enim eſt, quod Dominus per Moyſen Iſraelitis dixit: *Cùm dixeris, Conſtituã ſuper me Regẽ
Deuter.17. ſicut habẽt omnes per circuitum nationes, cum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de nume-
ro fratrum tuorum . Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus* . Per
fratrem verò intelligimus eum, qui ſit fidelis, & Chriſtianus. Quanquàm verò Chriſtiani olim
cogebantur Imperatoribus Ethnicis parêre : tamen ipſi nunquàm commiſiſſent, vt eiuſmodi
homines ad Imperij adminiſtrationem vltrò accerſerent. Quis enim ferat, vt membra Chriſti
præficiant ſibi membrum diaboli ? Certè Iouianus, cùm poſt mortem Iuliani Apoſtatæ ſaluta-
Theodoretus lib.4.c.1. retur Auguſtus & Cæſar: *non poſſum* (inquit) *cùm ſim Chriſtianus, Iuliani exercitum regere, qui tam
peſtifera doctrina præceptis imbutus ſit*. Tum milites reſpõderunt, ſe à Chriſtiana Religione alie-
nos non eſſe . Verùm ſi tanta eſſe debet inter caput & membra ſimilitudo & cohærentia, vt
Chriſtianus Imperator non niſi Chriſtianis militibus præeſſe vellet : quantò magis iniquum
atque indecorum eſt, vt Chriſtiani milites Paganum aut hæreticum hominem ſpontè ad im-
perium accerſant? Nam quid hoc aliud eſt, quàm ſeipſos in diſcrimen fidei amittendæ inijcere?

2. Ius autem Dei, quod præcepit, vt à Chriſtianis non niſi Chriſtianus præficiatur: idem ipſum
iubet, vt à Catholicis populis non alius, quàm Catholicus ad regni gubernationem aſſumatur.
Qui enim Catholicus non eſt, licet verbo ſe Chriſtianum vocet, tamen reipſa viuum Eccleſiæ
3. Chriſti membrum eſſe deſijt. Quæ cùm ita ſint, id porrò addendum eſt, etiamſi aliquis cùm
Rex primùm fieret, Chriſtianus & Catholicus fuit, ſi tamẽ poſtea fiat Apoſtata vel hæreticus:
rectam rationem poſtulare, vt is inter Catholicos populos à regni adminiſtratione remouea-
tur. Tanti enim momẽti eſt Rex fidelis & pius, vt neq; infidelis fidelibus præfici, neq; Apoſta-
ta fideliũ Princeps manere debeat . Neq; verò minus periculi ſubditis creatur ab eo, qui poſt-
quàm in ſolio Regio collocatus eſt, ad hæreſim deficit, quàm ab illo, qui antequam Rex fieret
1.Cor.6. hæreticus extitit . Ac nimirũ ſi Apoſtolus indignè tulit, vt Chriſtiani apud infideles magiſtra-
tus iã prius publica lege cõſtitutos litigarent : quantò indignius ferret, vt ijdem Chriſtiani vel
2.Ioan.ep. ſpõtè ſibi præficerẽt infidelẽ, vel hæreticũ pertinacẽ regnare paterẽtur ? Cui enim nec *Aue* di-
cere debẽt, *ne communicent cum operibus eius malignis*: quomodo illum tanquàm Regẽ ſuũ cole-
re abſq; inſigni peccato poſſunt? Aut nónne plus eſt hæretico parêre, quàm ei ſalutem dicere?

Huc igitur iam tandem res deducta eſt, vt Regem hæreticum à regno, quod in Chriſtianos
obtinet, remoueri oporteat. Et quoniam crimen ob quod remouendus eſt, in fidem committi-
tur, iamque abundè ſatis paulò antè probatum eſt, eiuſmodi cauſas non à populo, qui inſtar oui-
Leuit 10. um regitur, ſed ab ijs Paſtoribus iudicandas eſſe, *quorum eſt inter mundum & immundum diſcer-
Malach.2. nere, & quorum labia ideo ſcientiam cuſtodiunt, vt populi ex eorum ore legẽ Domini requirant*: vtique
ad Epiſcopos in primis ſpectat, tùm vt regẽ ipſum pronũcient hæreticũ, aut alioqui Apoſtatã:
tùm vt

tùm vt ſubditos eius declarent ab omni deinceps obediētia illi præſtanda liberos eſſe, ipſoſq́;
operam dare debere, vt alius in eius locum quàm primùm ſurrogetur. Quòd ſi nec ſubditi hac
in re officio ſuo conſulant, Paſtorū eſt, quacunq; ratione poſſunt, prouidere, vt qui ſedet in ca-
thedra peſtilentiæ, nō regnet in Eccleſia Dei. Nónne ita ſe res habet? Nōne *vigilant Paſtores pro* Heb.13.
animabus tam Regum, quàm eorum qui Regibus parent? Illorum igitur eſt nihil eorum præter-
mittere, quæ ſaluti animarum expedire cognouerint. Quis autem non videt à ſalute animarum
prorſus abhorrere, vt is regnare ſuper Fideles permittatur, qui ipſe eſt infidelis? Nónne tunc
neceſſe eſt, populum quoque infidelem euadere? Atqui cùm Ieroboam Samariæ Rex idola duo 3.Reg.12.
in Dan & Bethel erexiſſet, ſcimus ex ea re decem Tribus penè vniuerſas in idololatriam di-
lapſas eſſe, ac vnius Dei fidem paulatim abiecīſſe. Eritne igitur hominis appellatione dignus,
qui aſſeuerabit, impium Regem cogi non debere, vt ſeſe à magiſtratu abdicet? Sin omnino, ſal-
tem ob hæreſim, deponendus erit: quomodo ea his abſque Doctorum Eccleſiæ cognitione iu- Actor.20.
dicabitur, qui ſoli ordinariam & legitimam ex officio ſuo poteſtatem habent, *vt attendant gregi
in quo eos poſuit Spiritus ſanctus ad regendam Eccleſiā Dei?* Iudices autem Regis alieuius, Paſtores
& Doctores Eccleſiæ non eſſent, niſi Rex illis ea in re minor atque inferior eſſet. Nam *ne-
que par in parem, nec inferior in ſuperiorem poteſtatem habet*. Meritò igitur aſſerimus, quoſ-
cunque Reges Chriſtianos in ijs, quæ ad fidei negocia pertinent, ita Epiſcopis & Presby- Tit.3.
teris ſubeſſe, vt cùm in religionem Chriſtianam *poſt vnam & alteram correptionem* pertina-
citer delinquentes perſeuerauerint, ob eam cauſam à temporali ſua præfectura, quam in Chri-
ſtianos tenent, per ſententiam Epiſcoporum deponi & poſsint, & debeant. Deus enim, qui
cœleſte regnum ſuum ita primùm à terreno regno diſiunxit, vt pateretur *Reges terræ conueni-* Pſal.2.
re in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius, ex eoque potentiam ſuam inſigniter 1.Cor.2.
oſtendit, dum *per infirma mundi*, hoc eſt, per Apoſtolorum paupertatem, & tormenta Martyrū,
fortia deuicit. idem paulò pôſt ita ſcoiunxit regnum ſuum cœleſte cū terreno regno, vt ibi quo-
que non minorem & potentiam, & miſericordiam oſtēderet: dum alij Reges pauperibus Chri-
ſti miniſtris ſeſe vltrò ſubijcerent: alij verò iiſdem ſubijci primùm recuſantes, per illorum ta-
men ſpiritalem poteſtatem vel poſtea conuerterentur ad pœnitentiā, vel deijcerentur de ſub-
limi gradu imperij quod poſsidebant: vt vndique verum ſit, quod Danieli reuelauit Deus: *In* Dan.2. & 7.
*diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſsipabitur, & regnum
eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in
æternum*. Hoc vtique eſt regnum cœlorum, ſeu poteſtas Eccleſiæ Dei.

Ergóne (inquies) Epiſcopi & Paſtores ouium Chriſti regnis temporalibus præſunt? Propriè
quidem, & ex ſe, nullo modo. Sed ita demum præſunt Epiſcopi regnis temporalibus, ſi talia re-
gna ſubijciant ſe fidei Chriſtianæ. Hoc enim ipſo, quòd Reges & nationes Chriſti fidem & ſa-
cramenta poſtulant, hoc ipſo promittunt, ſe aut diutius imperare, aut imperio cuipiam terre-
ſtri parêre nolle, quàm fides & Religio Chriſtiana patiatur. Si ergo aut Regis imperium, aut
populi obedientia incipiat aliò dilabi: ex vi ſiue taciti, ſeu expreſsi pacti, quod ab initio cū Ec-
cleſia Chriſti fecerunt, aut deponi ab imperio, aut etiam à poteſtate eligēdi Regem iuſtiſsimè Huc facit
excludi poſſunt. Quicquid enim vſque adeo eſt ex natura eius quod agitur, vt ſi fortè illius mē- quod Pōpo-
tio ab initio facta eſſet, aliter de illo quàm vno modo cōuenire nō poſſet: id etiamſi expreſſum nius ait l. Cū
inter cōtrahentes non fuit, pro expreſſo tamen habetur: quia in eius, quod fiebat, natura neceſ- quid mutuū,
ſariò continebatur. Verbi gratia: dicit vir mulieri, Ego te accipio in vxorē, illa viciſſim reſpō- de rebus cre-
dente, & ego te accipio in virum. Quòd autem vſque ad mortem ſimul victuri ſint, hoc quā- ditis.
quàm in pactum expreſſè non ſit deductum: tamen ita in ipſius rei natura comprehenditur, vt
neceſſariò intelligatur. Eodem modo ſit, cùm ſiue Rex, ſiue priuatus aliquis Eccleſiæ membrū
per fidem & Baptiſmum efficitur. Eo enim ipſo, quòd *abrenunciat mundo & pompis eius*, vtique
promittit, ſe regni ſui terreni poteſtate contra fidem & Eccleſiam Chriſti nunquàm abuſurū.
Sin id fecerit, ſe non recuſaturum, quin eodem regni ſui iure priuetur. Quæro enim, ſi hoc no-
minatim veniret in quæſtionem, vtrum hoc neceſſariò reſpondendum ei Regi nō ſit, qui velit
fieri Chriſtianus? Eſto. Veniat Rex Lucius ad B. Eleutherium Papam, aut etiam Rex Clodo-
ueus ad B. Remigium, & poſtulent ſe in ſocietatem plebis Chriſtianæ admitti. Demus autem,
B. Eleutherium aut Remigium alteri eorum reſpondere: Gratū nobis eſt, chariſsime fili, quòd
ciuis regni cœlorum fieri exoptas, verùm enimuerò id ſcire debes, non ita in regno cœlorum, 2 Cor 10.
ſicut in ſeculo agi. Nam in Eccleſia ſic viuēdum eſt, vt & *captiues intellectum in obſequium fidei*, Matth.19.
& ſerues mandata. Tu autē quò maior es in hoc ſeculo, eò magis nocere potes Eccleſiæ Dei, ſi
iure

iure gladij tui ad Hæreticorum defenſionem contra fidem Catholicam abutereris. Non aliter igitur tibi aditus ad Eccleſiam patêre poteſt, quàm ſi promiſeris, te in ea fide permanſurum, eamq́ue Eccleſiam totis viribus tuis defenſurum, quæ ab Apoſtolis accepta, per ſucceſsiones Epiſcoporũ in hunc vſq; diẽ propagata, & per orbem terrarum diffuſa eſt. Sin aliter te facere contingat, te non recuſaturum, quin regni iure decedas, & priuatam vitam agere ſpondeas. Hîc ſi Rex Lucius reſpondeat: Ego fidem Chriſtianam agnoſcere paratus ſum: ſed nec promitto, me fidem Catholicam meo gladio propugnaturum, nec veſtro me arbitratu regni ius, quicquid fecero, depoſiturum: poteritne Epiſcopus huic homini ſic affecto Baptiſmum conferre, & Euchariſtiam tradere? Ergóne ille fiet membrum Chriſti, qui ſceptrum ſuum Chriſto ſubij-

Daniel. 7. cere, ac illi ſeruire abnuit? Quomodo igitur Dominus apud Danielem dixit, *Regnum, & poteſtas & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cælum, detur populo Sanctorum Altiſsimi, cuius regnum regnum ſempiternum eſt, & omnes Reges* (ſeu poteſtates) *ſeruient ei & obedient?* Quomodo apud

Iſaiæ 60. Iſaiam dixit Dominus Eccleſiæ ſuæ: *Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum miniſtrabunt tibi: & venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi?* Quomodo verbum Chriſti verum erit, in quo ad Di-

Lucæ 10. ſcipulos dixit? *Qui vos ſpernit, me ſpernit?* Aut illud, quod ad Petrum ait: *Tu es Petrus, & ſu-*

Matth. 16. *per hanc Petram ædificabo Eccleſiã meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Etenim ſi Epiſcopus illum baptizabit, quem audit nominatim dicentem, ſe nolle Diadema ſuum Chriſto ſubmittere, aut (quod idem eſt) ſe nolle miniſtris Chriſti regnũ ſuum etiam in cauſa fidei ſubij-

Rom. 1. cere: Vbi eſt illa *obedientia fidei*, ad quam in omnibus gentibus procurandam Apoſtoli miſsi ſunt? Æquúmne eſt, vt is, qui denunciat ſe ob nullum omnino crimen velle imperio ſuo carere, tamen nomine Chriſtiani ac Sacramentis Chriſti armetur ad maiores inſidias Eccleſiæ ipſius ſtruendas? Quis enim dubitat, maius diſcrimen eſſe ab hoſte domeſtico, quàm ab externo?

Quòd ſi omnes fatebuntur, non poſſe Epiſcopum aliquem illi Regi abſque graui peccato Baptiſmum conferre, quem tam ſuperbum eſſe viderit: profectò etiamſi Epiſcopus per negligentiam aut obliuionem nihil Regi de ea re dixerit: tamen talis eſt illa obedientia, quam Rex ipſe Euangelio Chriſti præbet, quãdo ſe membrũ illius facit, ab eoq́; ſaluari petit: vt, velit, nolit, in eo facto cõtineatur hæc promiſsio, quòd *Chriſto atq; Eccleſiæ Chriſti miniſtrabit* vel in legibus pro ea ferẽdis, vel in armis pro ea ſuſcipiẽdis, vel in anima pro fratribus ſuis ponẽda, multoq; ma-

Luc. 14. gis in regno ſuo pro eorũ ſalute vel impendẽdo, vel deponẽdo. *Si quis venit ad me* (inquit Chriſtus) *& nõ odit patrem ſuũ, & matrẽ, & vxorẽ, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animã ſuam, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.* Regnũ verò quodcunq; charius Regi eſſe non debet, quàm vita ſua. Cùm igitur animam pro Chriſto quiuis Chriſtianus odiſſe debeat: quantò magis Rex aliquis regnum ſuum odio potius habere debet, quàm committere, vt Chriſtũ deſerat? Quòd ſi aliter quiſpiam, qui ad Chriſtum venit, apud ſe ſtatuerit, nihil aliud quàm ſeipſum decipit. Ex eo enim, quòd Chriſtus hanc legem in Euangelio poſuit, vt nemo ad ipſum accedere, hoc eſt, in Eccleſiam eius ingredi queat, quin paratus eſſe debeat huius mundi bona omnia potius deſerere, quàm Chriſti fidem relinquere: eo ipſo quòd Rex aliquis fit Chriſtianus, pollicetur ſe non modò regnum, ſed & vitam potius depoſiturum, quàm vt ſcandalum fratribus afferat. Si ergo poſtea idem Rex in fidem Chriſtianã ita peccet, vt nullo modo emendari velit, per Chriſti miniſtros regno ſuo priuari poteſt: non quòd omnia regna temporalia miniſtris Chriſti ſubſint, ſed quoniam Chriſtianorum Principum regna ex rei quæ agitur natura, ijſdem ſubijciuntur, quoties ea ob fidelium populorum ſalutem vel hoc vel illo modo transferri expedit.

Quid quòd fidelium Principum regna, quorum populi Deum timent, non prorſus terrena ſunt aut ſecularia? Qua enim parte in Chriſtum crediderunt, de hoc mundo eſſe quodammodo deſierunt, ac æterni regni membra cœperunt eſſe. Nam tametſi externa rerum facies in regno Chriſtiano ſit, quæ in regnis merè ſecularibus inuenitur: cùm tamen ſpiritus hominis longè potiſsima eius pars ſit, iſque totus Chriſtum Regem ac ſolum Dominum agnoſcat:

Chriſtianorũ regna merè ſecularia nõ ſunt

nihil video, cur Chriſtiana regna ſecundùm potiorem ſuam partem ſpiritalia potius, quàm terrena iudicari non debeant. Atque hæc eſt cauſa, cur iam olim, qui populo Dei præfuerunt, à miniſtris eius, nõ aliter quàm Prophetæ, aut Sacerdotes, inungi ſolebãt. Fiunt enim & ipſi Re-

1. Reg. 15. ges miniſterij ſpiritalis aliquo modo participes, quando inunguntur: non vt illa faciant, quæ

2. Paral. 26. ſolis Sacerdotibus ad hoc ritè conſecratis committuntur, ſed vt ea, quæ alij Reges tantùm ad finem prophanum & terrenum referunt, iſti iam ad ſacrum finem ſe dirigere debere meminiſſent. Nam cùm ipſi facti ſint ſpiritales, par eſt, vt omnia ſua velut ſpiritalia etiam haberi velint.

Iam

Iam verò ſpiritalia omnia Eccleſiæ Chriſti ita ſubſunt, vt liberè de illis ad totius myſtici corporis commodum diſponere ac ſtatuere queat. Cùm ergo populus Iſraël omnino Regem ſibi concedi poſtularet: ex iuſſu Dei *Samuel tulit lenticulam olei & effudit ſuper caput Saulis, & deoſculatus eſt eum, & ait: Ecce vnxit te Deus ſuper hæreditatem ſuam in Principem.* 1. Reg. 15. Quòd perinde mihi ſignificare videtur, ac ſi dictum eſſet: niſi Dominus te vngeret in Principem, non poſſes rectè atque ordine Princeps eſſe in populum ſuum, quem inſtar peculij de toto mundo ſibi elegit & reſeruauit. In id quippe, quod eſt Dei, nullus homo poteſtatem ſibi ſumere abſque diuina permiſſione poteſt. Dominus autem non per ſe, verùm per miniſtrum ſuum Samuelem, Saulem vnxit in Principem. Quapropter quiſquis dominatur in populum Chriſtianum (qui non minus Deo gratus eſt, quàm Iudæorum populus fuerat) is præter ius, quod à Deo per cõſenſum populi accepit, etiam à Chriſto per miniſtros eius agnoſcere ſuum imperium debet, ſi tamen is eſt, qui fidem Chriſtianam colit. Vnde in hodiernum diem omnes Chriſtiani Reges ab Epiſcopo aliquo Chriſtiano, aut ab alio Dei miniſtro vnguntur, eo ipſo referentes principatum ſuum non modò ad populum, & ita ad Deum, ſed præterea per Chriſti Sacerdotes ad Chriſtum, cuius illi ſunt miniſtri. Nam Leo Papa eleganter ad Leonẽ Auguſtum ſcripſit: *Debes incunctanter aduertere, regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad* Leo in epiſt. 75. aliàs 75. *Eccleſiæ præſidium eſſe collatam: vt auſus nefarios comprimendo, & quæ bene ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas.*

Quòd autem Chriſtiani Regis imperium Chriſto acceptum feratur: non niſi à Myſterio Incarnationis Chriſti profluxit, vt omnes Chriſtiani Reges humanam Chriſti naturam ſuo principatu ſuperiorem agnoſcerent, & ideo miniſtris etiã Chriſti in iјs rebus, quæ ad fidẽ Chriſti, aut ad ſalutẽ æternã pertinẽt, ſe inferiores eſſe intelligerent. Quorſum alioqui ſpectat illa Regum inunctio ſolennis & conſecratio, quæ præſtari ſolet per Sacerdotes Chriſti? *Maior eſt* (inquit Chryſoſtomus) *Sacerdotis, quàm Regis Principatus. Propterea Rex caput ſubmittit manui Sacerdotis: & vbiq; in veteri Scriptura Sacerdotes inungebãt Reges.* Chryſoſtom. Homilia 4. in verba Iſaiæ. Ac ſanè vt populus Dei à cæteris omnibus populis per fidei donum differt, vtque fidei promulgandæ miniſtri Sacerdotes ſunt: ſic Sacerdotum benedictio & conſecratio, quam Regibus impertiunt, peculiare quoddam ſignũ eſt, quo myſterium Incarnationis Chriſti, & miniſtrorum eius in eodem myſterio diſpenſando principatus agnoſcitur. Ponamus Chriſtum ipſum in terris hodie verſari, vt olim verſatus eſt. Quiſquámne dubitare poteſt, quin omnes Chriſtiani Reges illius imperio (vt homo eſt) tùm in omnibus Eccleſiaſticis, tùm in iјs ſecularibus cauſis, quæ cauſam Eccleſiæ promouere poſſent, ſubeſſe deberent? *Regnabit quippe in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Luc. 1. Si ergo Reges terreni pars domus Iacob fiant, ſuper illos regnabit Chriſtus, illorumq́ue regna ſuo regno ſpiritali ſubijciet. Quæcunque autem poteſtas ad æternam ſalutem neceſſaria Chriſto inerat: illius externum & viſibile miniſterium ad Apoſtolos tranſtulit, cùm diceret: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Ioan. 20. Apoſtoli ergo & eorum ſucceſſores non minus in ſpiritalibus cauſis præſunt Regibus Chriſtianis, quoad viſibile miniſterium: quàm Chriſtus ipſe, quoad ſacram humanæ ſuæ naturæ poteſtatem, iis in veritate præeſt. Epiphanius in Hær. 29. Vnde Epiphanius ait: *Largitus eſt Chriſtus ſub ſe conſtitutis regnum, vt ne diceretur à paruis ad maiora procedere. Manet Thronus Chriſti, & regni eius non erit finis, & ſedet ſuper Thronum Dauid, ita vt regnum Dauid vnà cum Pontificatu tranſtulerit ac largitus ſit ſeruis ſuis, hoc eſt, Pontificibus Catholicæ Eccleſiæ.* Ecce, tam ſacerdotalis, quàm Regia poteſtas communicata eſt Paſtoribus Eccleſiæ Chriſti, vt eo modo 1. Cor. 15. Chriſtus in æternum, etiam velut homo ſpiritalis & cœleſtis, regnare oſtendatur. Atque hoc quidem vnctio illa teſtatur, quam Reges à Sacerdotibus accipiunt.

Quapropter cùm duplex in Eccleſia poteſtas exiſtat: vna tantùm ſpiritalis, cuiuſmodi eſt Matth. 28. illa Miniſtrorum Chriſti, quibus præceptum eſt, *vt docerent ac baptizarent omnes gentes.* alia verò mixta, hoc eſt, origine quidem ſecularis, quæ tamen ad finem ſpiritalem referenda iam ſit: licet hæ poteſtates origine, vſu, ac medio quodam fine differant (vt antea declaratum eſt) In c. 1 huius libri. tamen cùm & in eodem Eccleſiæ corpore concurrant, & ad vnum æternæ ſalutis finem ferantur: ob eas res velut vna quædam ſubordinata poteſtas haberi debent. Quemadmodum enim Galat. 3. *In Chriſto Ieſu non eſt Iudæus neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque fœmina, ſed ij omnes vnum ſunt in Chriſto:* ſic in regno Dei non ſunt velut prorſus diſtinctæ poteſtates vel patris in filium, vel viri in vxorem, vel Domini in ſeruum, vel Principis in ſubditum, vel Paſtoris in gregem ſuum, ſed hæ omnes poteſtates in Eccleſia DEI vnum ſunt. Ac inter omnes opinor conſtat, has omnes poteſtates ab immenſa illa gloria, quæ in futura vi-

Heb.10. tam filios adoptionis effundetur, ſic abſorbendas eſſe, vt nihil ſeculare futurum ſit in regno
Dei. Cumq; Eccleſia Chriſti futuræ vitæ expreſſa quædã imago ſit, etiamſi maneãt adhuc (pro-
pter mixtã huius vitæ conditionẽ) iſtarũ poteſtatũ certa diſcrimina: tamẽ ſic inter ſe diſponũ-
tur, & ordine ſuo collocantur, vt quemadmodũ vnaquæq; earũ ad futurã vitã propiùs accedit,
ſic alijs omnibus magis ac magis imperare debeat. Manifeſtum autẽ eſt, regiã & ciuilẽ quãlibet
Epheſ.4. poteſtatem apud eos etiã eſſe, qui non ſunt membra Chriſti. Nec minus liquidò patet, Paſtorũ
& Doctorum poteſtatem in ſola Dei Eccleſia (ob ipſius ædificationem in Chriſto Ieſu) poſitã
eſſe & conſtitutam. Ex quo euincitur, ſpiritalem Paſtorũ Eccleſiæ poteſtatẽ propiùs accedere
ad futuræ vitæ ſtatum, quàm alia quæpiã vel familiæ, vel Reipublicæ terrenæ poteſtas accedit.
Heb.13. Nã ad hoc Paſtores in Eccleſia præpoſiti ſunt, *vt vigilent pro animabus noſtris, vt doceant, bapti-*
Matth 28. 1.Cor.4. *zent, myſteria Chriſti diſpenſent, manifeſtos peccatores Satanæ tradant, eiſdemq́ ſecundùm Deum ob*
1.Cor 5. *peccata ſua dolentibus in Chriſti perſona condonẽt*, denique vt per Claues ſuas in regnũ cœlorum
2.Cor 2.& 7. Matth.16. tam Reges terrenos, quàm alios homines introducant. Cum igitur Chriſtus tã ſpiritali, quàm
terrenæ poteſtati meritò velut Dominus omniũ imperet: cumq; ſpiritalis poteſtas à Chriſto,
non niſi vt is Redemptor humani generis eſt, promanet: eaque poteſtas ob æternæ vitæ conſe-
cutionem propriè ſit inſtituta & comparata: nec vllo modo dici, aut cogitari à ſapiente viro
Rom 8. poſſit, velle Chriſtum, vt poteſtas terrena ſpiritali præſit in ſua ipſius Eccleſia, quæ tota *ſpiritu*
agi, ac ſuper terrena omnia eleuari debet: profectò neceſſe eſt, vt in Eccleſia Chriſti, quæ vna
eſt, ſola ſpiritalis poteſtas dominetur: vtque patris, viri, domini, atq; adeo Regis ipſius poteſtas
vnicæ Paſtorum à Chriſto conſtitutorum poteſtati, cùm de rebus futuræ vitæ agitur, omnino
1.Cor.2. ſubſit. Nam vt *animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*: ſic neque animalis poteſtas
moderatur & gubernat ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Nam etſi Reges præſunt membris Chriſti: nõ
tamen ea ratione ijs præſunt, quia ſunt membra Chriſti, ſed qua ſecularibus negotiis adhuc va-
cant. Mẽbra enim Chriſti Rege carere poſſunt, vt quondam per tria ferè annorum millia, iam
inde ab orbe condito vſque ad regnum Saulis, terreno Rege caruerunt. At verò, Paſtore ali-
Rom.10. quo nunquam caruerũt Chriſti membra: quia ſemper *fides ex auditu, auditus autem per verbum*
Chriſti. Qui autem verbũ Chriſti prædicârunt, ij fuerunt Paſtores gregis.

Quapropter cùm Reges & Paſtores in vnum Eccleſiæ corpus iam conuenerint, eorumq́ue
diſtinctæ antea poteſtates, nũc vni Chriſto inſeruire debeant, quæque videlicet in ſuo loco &
ordine: certiſsimum verò ſit, poteſtatẽ ſpiritualẽ, quæ ob Eccleſiam inſtituta eſt, cum Chriſto
propiùs connexã, quàm Regum terrenorum poteſtatem, quæ ob homines in pace terrena cõ-
tinendos, non modò intra, ſed etiam extra Eccleſiam Chriſti comparata eſt: nõ video, quin cõ-
munem ſenſum in rebus Dei diiudicãdis perdiderit, ſi quis contendat, ſpiritalem Eccleſiæ po-
teſtatem terrenæ Regum poteſtati non præeſſe. Nam ſi neutra præſit alteri, quomodo in vno
Eccleſiæ corpore duæ poteſtates manent non vnitæ? Aut quomodo vniuntur, ſi adhuc ita di-
ſtinctæ manent, vt neutra poſsit alteri imperare? Aut quis vnquam in vno corpore animalis,
duo prorſus diſtincta mẽbra in eodem loco & honore diſpoſita vidit? Quis (præterquã in cor-
pore prodigioſo) pedem brachio, femur collo, tibiam lateri adæquatam conſpexit? Quòd ſi re-
gia & ſpiritalis poteſtas non ſunt aut prorſus paria membra ſolo numero diſtincta, vt duæ ma-
nus, duo pedes, atque oculi duo (quæ enim origine, vſu, ac fine differunt, nunquã paria eſſe poſ-
ſunt) aut etiã prorſus ſeparatæ res quia in eodẽ corpore Eccleſiæ vniuntur, & coaptãtur: om-
nino fatendum eſt, eas & ſitu differre, & vnius corporis ambitu contineri. Vtra ergo priores
partes in corpore Eccleſiæ obtinebit? Nónne ſpiritalis poteſtas, quæ ab ipſo Deo per Ieſum
2.Cor.3. Chriſtũ in eũ finẽ data eſt, vt nobis *iuſtitiã, ſpiritũ, & vitã miniſtraret*? Nam regia poteſtas à Deo
1.Reg.8. quidẽ profluxit, nõ ſolùm ac propriè per Chriſtũ, vt is ſaluator eſt, ſed per populi etiã (ſiue is ſit
fidelis, ſeu infidelis) conſpirantẽ animi ſenſum & voluntatẽ: nec ad cœlũ ſola pertingere vnquã
potuit, aut ſpiritũ & vitã ſubditis ſuis miniſtrare. Si ergo priores partes in corpore Eccleſiæ ſpi
ritali poteſtati debẽtur: illa profectò regiæ, omniq; terrenæ poteſtati, quæ in eodẽ Eccleſiæ cor-
pore inuenitur, meritò præſidebit & dominabitur. Nam vt in eodem corpore hominis omnia
membra, vnius rationis & mẽtis imperio debent obedire, quia nihil eſt ipſa mente in eodẽ cor-
Rom 12. pore ſublimius: ſic etiam in Eccleſia, quæ inſtar humani corporis eſt, cùm ſpiritalis poteſtas
1 Cor. 12. tanquam mens & ratio præſideat, quæcunque alia poteſtas in eadem Eccleſia reperitur, ſpiri-
Epheſ. 4. tali poteſtati neceſſariò ſubiicienda eſt. Subiicienda, inquam, non vbique, nec omnino: ſed in iis
rebus, quæ ad animarum ſalutem, & propriam Eccleſiæ iuriſdictionem ſpectant. Si enim ter-
rena poteſtas aut iniuriam ſponſæ Chriſti fecerit, aut eam ab alterius iniuria, cùm poteſt, non

tuetur

tuetur, aut in quapiam re deficiat à iuſtitia & veritate : qui præſunt Eccleſiæ Dei, debent ad-
monere ciuilem magiſtratum, vt *declinet à malo, ac faciat bonum*. Quòd ſi magiſtratus ciuilis Pſal.34.
neque ſic quidem ſeſe emendauerit, ad alia remedia properandum eſt. Nec enim fieri poteſt
in bene conſtituta ciuitate, quin cuicunque malo, quod occurrere queat, remedium ſit præpa-
ratum. Si quis verò admonitus nõ emendat ſeſe, iubemur eum *denunciare Eccleſiæ. Qui ſi Eccle-* Matth.18.
ſiam non audierit, habendus eſt tanquam Ethnicus & publicanus. Iam verò ſi Rex aliquis Eccleſiã
non audiens, tamen regnum in Chriſtianos tenere atque adminiſtrare permittatur: quis nõ vi-
det, totum populum, cui Rex ille præeſt, in periculum certiſsimum amittendæ fidei venire?
Nec enim minus verum quàm tritum eſt illud:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Sic vno Ieroboam, vt antè dixi, adorante duos vitulos, vnum in Bethel, & alterum in Dan, &
conſtituente Sacerdotes, *non de filijs Leui, ſed de extremis populi*: facta eſt res hæc in peccatum 3.Reg.12.
decem Tribubus, & perijt fides de longè maxima parte Iſraëlis.

Cùm igitur ſapientia Dei non reliquerit Eccleſiam ſuam (quæ eſt ciuitas optimè fundata & Pſal.86.
munita) ſine medicina, quam tali morbo adhibeat, nec tamen alia medicina opem ferre poſsit, Matth.16.
quàm quæ *auferat Regem adeo malũ de media populi*, & regnum viro meliori tradat: credendum 2.Cor.5.
eſt, talem poteſtatem ſaltem ſummo Paſtori Eccleſiæ conceſſam eſſe in his verbis: *Paſce oues* Ioan.21.
meas, &c., *quicquid ligaueris in terra, erit ligatum & in cœlis*: vt ſummus Paſtor poſsit nõ modò ex- Matth.16.
communicare impium Regem, ſed etiam ſubditos eius ab omni obſeruãtia ipſius liberos red-
dere. Si enim *quicquid ſoluit Petrus, aut Petri Succeſſor in terra, ſolutũ etiam ſit in cœlis*: profectò Matth.16.
cùm ritè atque ordine ſoluit ſubditos fideles ab obedientia impij Regis in terra, illi ſubditi etiã
in cœlis ab eiuſdẽ Regis obedientia ſoluti ſunt. Præterea *ſi quicquid Petrus, aut Petri Succeſſor li-*
gat in terra, ligatum etiam ſit in cœlis quandocunque Petri ſucceſſor ex æquo & bono iubet ali-
quem Regẽ aut cedere magiſtratu, quẽ iniuſtè (vt ſic affectus) detinet, aut alium Regem qui fi-
delem populum ab æterna vita retardat, quibus poteſt modis impedire, ne in impiè agẽdo pe-
reat: is Rex obligatur etiã in cœlis, id eſt, corã Deo, & Angelis eius, vt ſummi Pontificis decre- Ioan.10.
to pareat, niſi velit ſua peccata coram Deo retineri, & non remitti. Si enim quicquid poteſtatis
Rex quiſpiam habet, id totum in honorem Chriſti cõuertere & accõmodare debet: qui ſecus
fecerit, rationẽ de peccato ſuo in die iudicij redditurus eſt, quando is ipſe gladius (quem olim
aut contra Chriſtum ſtrinxit, aut pro Chriſto ſtringere noluit) ipſum inobedientiæ accuſabit.
Itaque ſi rectam rationem ſequeremur: vt Chriſti miniſter non deberet eum in Principẽ con-
ſecrare, quem videret Chriſtianũ, aut Catholicum non eſſe: ita nec eũ in Chriſtianos principa-
tũ diu gerere pati deberet, quẽ ab eodem legitima quapiam ratione remouere poſſet. Etenim
Dominus miniſtro ſuo Ieremiæ tam perſonas regias, quàm regna eorum ſubiecit, dicens: *Ecce* Ierem.1.
dedi verba mea in ore tuo: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas,
& diſperdas, & diſsipes, & ædifices, & plantes. Quæ verba in Chriſti perſonam aptiſsimè cadere,
ab eo autem per miniſtros eius quotidie in Eccleſia impleri, nemo Catholicus dubitat.

Verùm Proteſtantes, qui ferre non poſſunt, vt caro ſpiritui, aut vt regnũ temporale ſpiritali
cedat, (nimiũ enim vbique carni & ſeculo fauent) ante omnia nobis opponunt illud verbum
Chriſti: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*. Videndum eſt igitur, quid Chriſtus in illis verbis Ioan.18.
intelligi voluit. Proteſtantes enim huc ea detorquent, velut miniſtri Eccleſiæ Chriſti, *quæ eſt* Matth.23.
regnum cœlorum, nullã poteſtatem in Reges Chriſtianos, aut in eorum terrena regna cauſaſque
illis ſubiectas vllo vnquam tempore habeant, quia regnũ ipſius Chriſti non ſit de hoc mundo.
Sed nimium fœdè in hac re falluntur. Aliud enim eſt *Chriſti regnum non eſſe de hoc mundo*, & lõ-
gè aliud, regnum Chriſtianum, quod in hoc mundo eſt, Chriſto & miniſtris Chriſti non ſub-
ijci. Quando Chriſtus negat, regnũ ſuum de hoc mundo eſſe: aut per *mundi* nomen, peccatum
peccatiq́; tyrannis, & reproborũ maſſa intelligitur (ſicut alibi Dominus ait, *de mũdo non eſtis,* Ioan.15.
alioqui mundus, quod ſuũ eſt, amaret: ſed ego elegi vos de mũdo) aut per mundi nomẽ tota creatu-
ra iſta viſibilis intelligitur, cuius pars etiam fideles ſunt, quãto tẽpore hìc degunt. Si ergo per
mundum intelligimus tenebras, & peccata, & reprobos huius mundi: certum eſt, regnũ Chriſti
nullo modo eſſe de hoc mundo, quia totũ Chriſti regnũ lux eſt, & tenebræ nõ ſunt in regno eius,
qui illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Sin per mundũ, viſibiles creaturas accipi- Ioan.1.
mus, in iiſq́; Eccleſiã Dei cõprehendimus: nõ vtiq; negat, illas creaturas ſibi ſubiectas eſſe, aut
etiam temporalia hæc regna, quæ in ipſum credunt, ſub regno ſuo æterno comprehendi. Sed
negat ſuum regnum *hinc eſſe*, id eſt, ex hoc mundo (vti alia regna ſolent) originem trahere.

L ij Nec

Nec enim à iure Gentium(vt alia regna)ſed à iure diuino,& naturali,atque adeo ſupernatura-
li regnum Chriſti ortum eſt. Vnde Auguſtinus animaduertit,Chriſtum dixiſſe, non quidē,*re-*
In c. 18. Ioā. *gnum meum non eſt hic*,ſed,*non eſt hinc* In mundo quippe eſt,de mundo non eſt,ſed de cœlo. Et
quanquam Chriſtus ſupra naturæ ordinem de Virgine ſit natus:cùm tamen & verus homo,&
verè natus fuerit,ac per naturam is debeat eſſe omnium Rex & Princeps,qui in eo rerum ge-
nere primus & vnicus ſit:mihi valde probatur eorum ſententia,qui Chriſtum, vt homo eſt,ve-
rum Regem,& totius humani generis Monarcham eſſe docent, licet regnum eius nō ſit eiuſ-
modi, vt rebus terrenis vnquam ſe immiſceat, præterquàm vbi ad finem ſpiritalem vſui eſſe
poſſunt.

Math. 28. Regnum ergo Chriſti & de cœlo venit, & ad cœlum tendit. Nam & *omnis poteſtas data eſt*
Rom 14. *ei*, vt homo fuit,& mortuus eſt, ac reſurrexit,vt & mortuorum & viuorum dominetur,vtque
Pſal. 8. *conſtitueretur ſuper opera manuum Dei*,& *omnia ſubijcerentur ſub pedibus eius,oues,& boues, inſu-*
per & pecora campi.Quinimò D.Cyrillus dicit,etiam impios in die nouiſſimo ad pœnam reſur-
In Ioan li. 4. recturos *propter Chriſtum,qui primus reſurrexit,& omnes,vt homo.in ſeipſo continebat*. Cùm igitur
cap 12. etiam terreni Reges adminiſtrent ea, quæ pertinent ad oues, & boues, & ad pecora campi:
etiamſi maneant Ethnici & infideles, tamen Chriſto Regi tanquā homini digniſſimo,qui prin
cipatum in res omnes huius mundi, non à terra, ſed à cœlo acceperit,verè ſubſunt,eique ma-
le adminiſtratæ Reipublicæ rationē ob id ipſum reddēt,quòd regna ſua non retulerunt ad finē
ſpiritalem, id eſt, ad gloriam vnius Dei. Chriſtus autem, quoad naturam humánam, *minor*
Pſal. 8. *Angelis*, regnum illud (quod primus Adam in omnes creaturas ad vnius Dei gloriam admini-
ſtraſſet,niſi à gratia excidiſſet)mihi videtur accepiſſe,& in ſeipſo inſtauraſſe, atque ad ſpirita-
1. Cor. 15. lem finem direxiſſe,vt cùm *ſubiecta fuerint Filio hominis omnia, tunc & ipſe Filius ſubijcietur ei,*
qui ſubiecit ſibi omnia,vt ſit Deus omnia in omnibus. Cùm ergo Chriſtus per naturam humanā
ſit Rex omnium,omnia vtique dirigit ad finem ſpiritalem,id eſt,ad gloriam Dei. Nam DEVS
Rom 9. etiam in ijs,qui damnantur,gloriam meretur,tùm ob potentiam,tùm ob iuſtitiā ſuam. Nec iſta
dico, vt inde oſtendam, poteſtatem in vniuerſum mundum Pontificibus Eccleſiæ conceſſam
eſſe,tanquam illi ſint in omnibus Chriſti hominis miniſtri,& vicarij: neque enim totam Chri-
ſti poteſtatem adminiſtrandam acceperunt, ſed eam partem,quæ ad credentes propriè ſpectat.
Ioan. 21. Paſtori enim primo dictum eſt, *Paſce* non omnes homines, ſed *oues meas*, & *tibi dabo claues*,non
Math. 16. totius mūdi,ſed *regni cælorum*.Cùm igitur Chriſtus regnum quoddam cœleſte acceperit,quòd
etiam terrenis rebus vniuerſis ad gloriam Dei vtatur:cumque ex rebus totius mundi ſocieta-
tem quandam hominum ſegregauerit,quæ præcipua quadam ratione Deum in fide & charita-
te colat:in hoc tantùm ſecundo rerum genere vicarios Paſtores inſtituit. Totum ergo Chri-
ſti regnum de cœlo venit, id eſt,de illa dignitate,quæ humanæ ipſius naturæ,propter vnionem
ad diuinam,data eſt.Nec vllo modo ipſius regnum à iure gentium, aut ciuili originem traxit.
Ioan. 6. Recuſauit enim populi ſuffragijs Rex creari, aut hæreditatem inter fratres diuidere, dicens:
Lucæ. 12. *Quis me conſtituit Iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* tanquam diceret:neque Reſpublica,neque
Imperator me conſtituit iudicem:& tamen illi fratres de tali iudice cogitabant. Qua verò ex
parte Chriſtus fuit conſtitutus à Deo Iudex per incarnationem ſuā, ex illa dixit illis fratribus:
Cauete ab omni auaritia. Videbat quippe,illos nondum ita hæreditatem ſuam ad finem ſpiritalē
retuliſſe,vt cœleſte Chriſti iudicium ferre poſſent. Itaque oſtendens in quē finem omnia,quæ
Lucæ. 12. in mundo ſunt,referri debent: *Quærite* (inquit) *regnum Dei,& hæc omnia adijcientur vobis*: vbi
non negat, etiam res terrenas pertinere ad regnum Dei: ſed illas non vult propter ſeipſas,ſed
tantùm propter Dei regnum quæri.Regnum verò quod in Chriſtum credit,de hoc mūdo ex
ea parte eſſe deſijt,qua ex parte Chriſtus regnum ſuum de hoc mundo eſſe negauit. *Factum eſt*
In Ioan. tra- (inquit Auguſtinus) *regnum non iam de mundo, quicquid inde in Chriſto regeneratum eſt.*
ct. 24. 115. Cùm ergo nos non dicamus, alia regna miniſtris Eccleſiæ Chriſti ſubeſſe, quàm illa quæ
in Chriſtum iam credunt, aut aliquando crediderunt: vtique ſtultiſſimè nobis opponitur,
Epiſcopos nihil poteſtatis habere in Reges Chriſtianos, eorúmque regna, quia ſcriptum ſit,
Regnum Chriſti(quod miniſtris eius pro parte,qua hic agit,committitur) *non eſſe de hoc mundo*.
Nam nec nos quærimus de regnis,quæ ſunt de hoc mundo, ſed de ijs, quæ licet in hoc mundo
ſint, tamen per fidem in Chriſtum de hoc mundo eſſe deſierunt. Si ergo tale regnum, quod
Chriſto dicatum eſt, ita gubernari videmus,vt Rex per abuſum gladij,quē portat,ciues Chri-
ſtianos in peccata grauiſſima,imò in ſchiſma & hæreſim abducat, ſi Chriſtum non niſi creatu-
ram eſſe dicit, ſi diuortia paſſim permittit, vſuraſque eſſe licitas affirmet; nunquid nefarium

erit,

erit, hunc Regem *poſt vnam & alteram correptionem*, primùm à communione fidelium remo- Tit. 3.
uere, deinde ſi adhuc ſeſe non emendet, eundem per aliorum Principum operam à ſui regni
gubernaculis prorſus repellere?

At nulla (inquiet aliquis) Reges coërcendi, aut ab officio remouendi poteſtas Eccleſiæ Obiectio.
data eſt. Itaque ſi Reges ſponte emendari nolunt, omnino ferēdi ſunt, nec aliud aliquid in eos
tentari legitimè poteſt. Ita quidem nonnulli prædicant. Verùm ego non dubito, quin quælibet
neceſſaria & vtilis poteſtas Paſtori detur in omnes oues ſuas, ſiue ſint agni, ſeu agnorum ma- Reſponſio.
tres, ſeu arietes, idque, *vt quod infirmum eſt, conſolidet: quod ægrotum, ſanet: quod confractum, alliget:* Ezech. 34.
quod abiectum, reducat: quod perierat, quærat, modò cum auſteritate, & potentia non imperet. Deinde
menti ac rationi datur poteſtas in omnia membra corporis, adeo vt putridum illud membrū
de corpore amputari iubeat, à quo reliquis membris, ne inficiantur, timeri poſsit. Paſtores autē
in Eccleſia ſunt velut mens in humano corpore, vt D. Gregorius Nyſſenus annotauit. Præ- In orat. de moderat. in diſputat. ſeruanda.
terea Paulus nominatim docuit, poteſtatem Eccleſiæ datā eſſe in bona, ſeu in res corporeas Fi-
delium. Perſuadet enim Corinthijs, vt ſi omnino litigare volunt, apud Chriſtianos, & non apud 1. Cor. 6.
Ethnicos litigent. Et quia dici poterat, nullos ex Chriſtianis conſtitutos eſſe publicos magi-
ſtratus aut iudices: monet Fideles, *vt ipſi conſtituant iudices ex ſeipſis*: &, ſi fortè ſapientes in eo
genere non eſſent (quod tamen non erat veriſsimile) ſaltem vt potius *contemptibiles ad iudicā-*
dum cōſtituerent, quàm apud infideles litigarēt. Porrò ne quis diceret, nihil eſſe Eccleſiæ Chri-
ſti cum negotijs huius mundi, expreſsè ait: *An neſcitis, quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt?* 1. Cor. 6.
& ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis? Neſcitis, quoniam Angelos
iudicabimus? Quantò magis ſecularia? Ecce argumentatur Apoſtolus à ſpiritali poteſtate ad tem-
poralem, in hunc modum: Cui licet quod plus eſt, licet quod eſt minus. verùm nos Chriſtiani
iudicabimus de hoc mundo, & Angelos Apoſtatas, dæmoneſque ipſos iudicabimus: (quod
quidem euenit per ſpiritalem poteſtatem, qua facti ſumus *filij Dei, & cohæredes Chriſti*) multò Rom. 8.
igitur magis poſſumus exercere iudicia ſecularia. Ex quo apparet, ſecularia ſpiritalibus & infe-
riora eſſe, & à ſpiritali poteſtate non eſſe aliena, verùm ſub illam cadere tunc præſertim, quan-
do agitur de ijs hominibus coërcendis aut iudicandis, qui Eccleſiæ Chriſti membra ſunt. Illorū
enim bona vſque eò ſubſunt Eccleſiaſticæ poteſtati, vt liceat Eccleſiæ ex priuatis conſtituere
magiſtratus, qui de ſecularibus cauſis, ac nō ſolùm de Eccleſiaſticis iudicent. *Nemo autem plus* De regulis
iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet. Eccleſia igitur, quæ habet poteſtatem eos conſti- iuris.
tuendi iudices, qui prius priuati erant: ipſa multò magis in eaſdem ſeculares cauſas poteſtatem
per eos miniſtros Dei accepit, qui *tanquam Aaron* ad Ieſu Chriſti publicum miniſterium vocā- Heb. 5.
tur. Quicquid enim à Chriſto ad Rempublicam Chriſtianam in commune defertur, per eos
defertur, qui *legatione pro Chriſto funguntur, & Myſteriorum eius diſpenſatores ſunt.* 2. Cor. 5.

Iam verò ſi potius conſtituendi ſunt noui iudices ab Eccleſia, quàm vt apud infideles in ſe- 1. Cor. 4.
cularibus cauſis litigemus: nónne potius etiam conſtituendi ſunt noui Reges ab Eccleſia, Nota.
quàm vt apud hæreticos & ſchiſmaticos Reges cauſas agere cogamur? Certum quippe eſt, lō-
gè plus periculi eſſe ab hæreticis regibus, quàm ſit ab infidelibus iudicibus. Nam infideles iudi-
ces non niſi de ſeculi rebus iudicant, idque ſecundùm ius aut naturæ, quod ſemper eſt æquum:
aut ciuile, quod rarò iniquum eſt. Deinde, quid ſi paterer iniuriam apud tribunal Pagani Iudi-
cis? Parum damni eſt *pati rapinam bonorum temporalium, quam viri boni cum gaudio ſuſcipiunt.* Heb. 10.
At verò hæretici reges cogunt ſuos ſubditos, vt abiecta fide Catholica, ipſorum hæreſim am-
plectantur, quod ſine detrimento æternæ ſalutis fieri non poteſt. Prorſus igitur licet Eccleſiæ
Chriſti, Regem hæreticū, ſchiſmaticum, ſymoniacum, eum denique, qui ſe corrigere non vult,
à regimine ſuo amouere, & alium eius loco inter Chriſtianos præficere. Nam ſi regnum Sau- 1 Reg. 10. & 13.
lis non ſtetit ob hoc ipſum, quòd Samuelis præceptum in expectando eum ſeptem diebus an-
tequam ſacrificaret, non obſeruaſſet: imò ſi Dominus *proiecit Saulem ne Rex eſſet*, eò quòd etiā 1. Reg. 15.
aliud præceptum Domini, per miniſteriū Samuelis annunciatum in occidendo Agag, non im-
pleſſet: ſi ob hanc Saulis inobedientiam, illo adhuc regnante, *Samuel iubebatur Dauidem vnge-* 1. Reg. 16.
re in Regem Iudæorum, idque Samuel in Bethleem occultè fecit: nec poſt Spiritum ſanctum de
cœlo miſſum, minor poſsit eſſe nunc in Eccleſia Chriſti ſpiritalis poteſtas, quàm in Synagoga
olim fuit: etiam nūc fatendum eſt, eum Regem, qui Dominum per ſummi Pontificis os loquē-
tem audire contempſerit, regni iure ita priuari poſſe, vt alius interim ab eodem Pontifice in
Regem vngatur, vtque ab illo die is verè ſit Rex, quem Pontifex ritè inunxit, aut aliàs conſe-
crauit, & non is, qui manu ſatellitum armatus regni ſolium occupat. De talibus enim propheta Oſeæ 8.

Oſee 8. dicit: *Ipſi regnauerunt, & non ex me.* Quod vſque adeo verum eſt, vt etiam Ionathas Saulis fili-
1 Reg. 23. us agnouerit, regnum ad Dauidem poſt mortem ſui patris deuoluendum, & percuſſerit fœdus cum eo. *Et conuenerunt ad Dauidem omnes qui erant in anguſtia conſtituti, & factus eſt eorũ Prin-*
1. Reg. 22. *ceps, fuerunt́q; cum eo quaſi quadringenti viri.* Cumque Achimelech Sacerdos *conſuluiſſet Dominum pro Dauide,* & Saul ea re intellecta, iuſsiſſet ſeruos ſuos irruere in Sacerdotes Domini: nemo tam crudele imperium exequi auſus eſt, præter vnum Doeg Idumæum. Iam verò ne quis putet, ſaltem eorum Regum, qui ex Dauide orti eſſent, poteſtatem ſpiritali Synagogæ pote-
3 Reg. 11. ſtate maiorem extitiſſe: animaduertat præterea, quod *Ahias Silonites,* viuo adhuc Salomone, prædixit, Ieroboam decem Tribubus præfuturum. Ex quo intelligitur, vel totum regnum, vel partem aliquam ab iniquo Rege per ſpiritalem Eccleſiæ poteſtatem auferri poſſe. Quæ enim
Ephes. 4. poteſtas olim fuit in Sacerdotibus & Prophetis: eadem nunc eſt in Paſtoribus & Doctoribus Eccleſiæ, quorum eſt ita ſaluti animarum conſulere, vt non patiãtur, per impij regis inobedientiam & tyrannidem infinitæ multitudinis populum ad ſchiſma & hæreſim cõpelli & pertrahi.

3. Reg. 19. Eodem pertinet, quòd *Elias vnxit Aſael Regem ſuper Syriam, & Iehu Regem ſuper Iſrael, & Eliſeum vnxit in Prophetam pro ſe,* ea conditione, *vt qui fugiſſet manus Aſael, occideret eũ Iehu; qui autem fugiſſet manus Iehu, interficeret eum Eliſæus.* Qua figura quid aliud ſignificatum eſt, quàm complures poteſtates idcirco in Eccleſia Dei excitatas erectaſque eſſe, vt quod per vnã earum non fit, per alteram fiat: quarum poteſtatum vltima & ſuprema ſit penes Prophetas, hoc eſt, penes Eccleſiæ Dei Paſtores & Doctores? Nam vt Eliſæi gladius vltimo loco enumeratur, velut quem nemo effugere poſsit, etiamſi gladium vel Aſaelis, vel Iehu effugerit: ſic ſpiritalis poteſtatis cenſura euitari nullo modo poteſt, etiamſi quis poteſtatis ſecularis gladium effugerit. Spiritalis enim poteſtas non vtitur corporali aut viſibili gladio, qui certis modis impediri poteſt, ſed vtitur gladio ſpiritus, qui pertranſit omnia loca, & vſque ad animam illius pertingit quem petit. Quid quod ſpiritali huic gladio paret etiam alius materialis gladius, qui & ipſe pœ-
4. Reg. 1. nas de eo ſumit, qui gladio ſpiritali ſe opponit? Nam Elias per gladium ſpiritus, hoc eſt, per preces ſuas præcepit igni, vt de cœlo deſcenderet, atque eos Quinquagenarios conſumeret, qui deſpecta Prophetæ ſpiritali poteſtate, dicebant ad eum in terrenæ poteſtatis nomine: *Homo Dei, Rex præcepit, vt deſcẽdas.* & iterum, *hæc dicit Rex: feſtina, deſcende. Confidebãt enim iſti Quinquagenarij* in terrena poteſtate ſua, hoc eſt, tã in militũ qui ſub ipſis erãt numero, quàm in Regis authoritate pro quo legatione fungebãtur, & præ iſta poteſtate contẽnebant illã ſpiritalẽ poteſtatẽ, qua Elias præditus erat. Et ideo cũ irriſione ſalutarunt eum, *hominẽ Dei.* At cùm ad verbum Eliæ deſcẽdiſſet ignis de cœlo, & deuoraſſet duos Quinquagenarios, & bis quinquaginta viros, qui erãt cum eis: tertius Quinquagenarius à Rege Ochozia miſſus, agnouit gladiũ Eliæ, & ideo
4. Reg 1. nõ imperauit ei (vt alij fecerãt) ſed *precatus eſt eum, & ait: Homo Dei, noli deſpicere animã meã, & animas ſeruorum tuorum qui mecum ſunt.* Quid autem eſt, quòd regis imperio non curauit Propheta obedire, niſi quia ipſe fuit in ea cauſa ipſo rege maior, ac ſpiritalem Eccleſiæ poteſtatem terrena maiorem eſſe, rebus ipſis docuit? Nec enim à tertio etiam Quinquagenario humillimè rogatus, ad Regem prius deſcẽdit, quàm Angelus Domini iuſsiſſet eum non timere, ſed deſcẽdere. *Sedebat quippe in vertice montis,* hoc eſt, in loco ſummo Eccleſiæ. quem locum terrenus Rex honore potius afficere debuit propter Chriſtum, cuius perſonam Elias geſsit, quàm ex imperio iubere, vt vir Dei relicta Cathetra ſua ad regem, velut ſubditus, accederet. Nam & D.
Ambroſ. lib. 5 Epiſt. 27. Rom 13. Ambroſium legimus queſtum eſſe, quòd *ſtaret inter Conſiſtorianos Epiſcopus*, atque Imperatori dixiſſe: *Si me agnouiſſes, nõ hoc loco videres.* Non quòd negem, Prophetas & Paſtores Eccleſiæ, quoad bona & corpora ſua, Regi ſubiectos eſſe: verùm quòd poteſtatem illorum non modò æqualem, verùm etiam ipſa regia iuriſdictione ſuperiorem eſſe contendam, quoties de animæ ſalute agitur. Nam nec illud ignorandum eſt, ideo Eliam noluiſſe obedire Ochoziæ regi, ſed potius duces & milites eius interfeciſſe, propterea quòd Rex ægrotans conſuluiſſet non Domini
4. Reg 1. Prophetam, ſed *Beelzebub Deum Accaron.*

Si ergo Rex aliquis ad hæreſim & ſchiſma pertinaciter dilabitur, non modò non parebit ei Epiſcopus & Propheta, verùm etiam puniet eum, non ſolùm negando illi bona ſpiritalia, verùm & auferẽdo bona illius corporalia, debito modo & ordine. Indignum autem fuit perſona Eliæ, vt manibus ſuis centum ac duos Regis milites interficeret, ideoque verbo tantùm dixit, & deſcendit ignis de cœlo, qui deuorauit duos Quinquagenarios cum militibus ipſorum. Nunc demus, affuiſſe Eliæ Principem aliquem virum, qui poteſtate gladij accepta ſeſe illo pro Elia vſurum eſſe obtuliſſet. Aut etiam demus, ei ab Elia dictum eſſe: quia iſti milites me, ac in me

Deum,

Deum,cuius Propheta ſum,contemnunt : irrue in eos, & occide eos. Nunquid peccaſſet ille
Princeps, ſi ad verbum Eliæ, regis ſubditos occidiſſet? Aut quod miniſterium ignis de cœlo
præbuit,idipſum non poterat gladius terrenus præſtitiſſe? Nihil ſanè apud prudentes viros re- Ex paribus non refert
fert,quid ex ijs fiat,quæ eiuſdem ponderis & momenti ſunt. Si ignis nobilius elementum eſt, quid fiat.
quàm terra vel etiam ea metalla,quæ ex terra effodiuntur : non video quin is,qui ignem euo-
cauit de cœlo,qui imperio ipſius ſatisfaceret, multò magis potuerit magiſtratui gladium por-
tanti dixiſſe,vt eum gladium pro ſe contra quemcunque regem exereret,ac ſtringeret. Quan-
quam verò Principes ſeculi huius non videant potentiam gladij ſpiritalis,tamen ſi orante Eli-
ſæo, Deus dignabitur oculos eorum aperire: videbunt plures exercitus eſſe cum Pontifice,
quàm cum quouis Imperatore. *Ecce enim mons plenus equorum & curruum igneorum in circui-* 4. Reg. 6.
tu Eliſæi. Cùm autem rex Iſraël famis magnitudinem videns,iuraſſet,*caput Eliſæi non ſtaturum*
illo die ſuper illum: Eliſæus,qui ſciebat hoc regis iuramentum fuiſſe illicitum, in ſpiritu præui-
dens nuntium adeſſe,qui iuſſum Regis exequeretur,dixit ad ſenes qui erant ſecum: *Nunquid* Ibidem.
ſcitis,quòd miſerit filius homicidæ hic,vt præcidatur caput meum? Videte ergo,cùm venerit nuntius,
claudite oſtium,& non ſinatis eum intraire. Imò Sãctes Pagninus ita vertit poſteriora hæc verba:
Opprimite eũ in oſtio. Quibus verbis non tantùm excluſio nuncij regis,verùm etiam vis quædam
ei ſignificatur illata. Quæ omnia in hunc finem adduxi,vt oſtenderem,Paſtores Eccleſiæ po-
teſtatem habere non tantùm in animas, verùm etiam in corpora & bona fidelium, quoties ex
ea re ſalus animarum promoueri poteſt. Scimus enim *& duos vrſos de ſaltu egreſſos laceraſſe* 4. Reg. 2.
quadragintaduos ex iis pueris,qui Eliſæo illudebant. Quo etiam declaratum eſt,omnes Dei crea-
turas in eorum iniuriam vindicandam inſurgere,quos Deus ſpiritali poteſtate ornauit. Et qui-
dem cùm Reges boni deerant, qui contumeliam Paſtoribus Eccleſiæ illatam vlciſci vellent, 4. Reg. 1.
elementum ignis,& feræ ſylueſtres eam curam ſibi ſumpſerunt.

At nunc poſtquàm venit tempus acceptabile, in quo multi reges Chriſtiani ſint,quorum
aliqui ſemper obediunt Vicario Chriſti: iam non eſt opus miraculis,aut creaturarum rationis
expertium miniſterio, cùm non deſint Principes fideles, qui hoc totum efficiant & exequan-
tur. Cùm enim Zacharias Propheta Dei tantum fontem gratiæ diuinæ poſt Chriſti aduentum Zachariæ 13.
omnibus patentem fore prædixerit,vt etiam *pater & mater eum ſint confixuri,quem intellexerint*
locutum eſſe mendacium: quantò magis non deerunt hodie,qui eum viuere non patientur,quẽ
ſummi Sacerdotis imperio nolle obedire perſpexerint? Tantò enim maior eſt Miniſtrorum Chriſti, Deutero. 17.
quàm Sacerdotum Leuitici generis poteſtas: quanto interuallo, *iuſtitiæ, ſpiritus & vitæ, quam* 2. Cor. 3.
nos miniſtramus, damnationi, literæ ac morti præſtant, quas res Leuitici Sacerdotes per occa-
ſionem miniſtrabant. Et tamen etiam in Leuitico ſacerdotio tanta Eccleſiaſticæ poteſtatis
ſublimitas figurabatur, vt tunc quoque videamus, reges à ſacerdotibus coactos eſſe, quò ſeſe
magiſtratu abdicarent. Nam *cum Ozias roboratus eſſet: eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum,* 2. Paral. 26.
& neglexit Dominum Deum ſuum,ingreſſuſq́; Templum Domini,adolere voluit incenſum ſuper alta-
re thymiamatis. Tunc Azarias Pontifex, & alij Sacerdotes viri fortiſſimi poſt eum ingreſſi, reſtite-
runt regi. Cùmque ille nihilominus *tenens in manu thuribulum,vt adoleret incenſum, minaretur*
Sacerdotibus: ſtatim orta eſt lepra in fronte eius,quem ſacerdotes reſpicientes feſtinatò expulerunt eũ.
Quid ergo ſubſecutum eſt? *Habitauit Ozias in domo ſeparata plenus lepra,ob quam eiectus fuerat*
de domo Domini. Porrò Ioatham filius eius rexit domum regis,& iudicauit populum terræ. Quis nõ
videt,corporalem illam Regis è domo Domini eiectionem, liquidò exprimere poteſtatem il-
lam Eccleſiaſticam, qua Reges officia Sacerdotum ſibi ſumentes,è regno cœlorum eijci poſ-
ſint per ſummi Pontificis excommunicationem?

Præterea ſi quia rex Ozias leproſus eſt redditus, regiæ domus adminiſtratio, totiuſq́; po-
puli gubernatio ad filium regis deuoluta eſt: quantò magis infectio hæreſis, quæ per lepram
(auctore Auguſtino) ſignificatur,efficere debet,vt Princeps aliquis ad priuatæ vitæ conditio-
nem redactus,cogatur vacuam domum ſucceſſori ſuo relinquere? Atque vt leproſi à ſolis Sa- Quæſtionũ Euang. li. 2.
cerdotibus diſcernuntur,vtrum ſani ſint,an infecti: ſic hæreſum dijudicatio ad ſolos Dei Sa- q. 40.
cerdotes ſpectat. Manifeſto igitur diuinæ Scripturæ teſtimonio euincitur,Regem hæreticum
deponi & poſſe, & debere, ne ſubditos omnes eo morbi genere inficiat. Nec enim communi
ſenſu præditus videri poterit,qui hoc infectioni animorum putabit indulgendum, quod infe-
ctioni corporum fateatur eſſe denegatum. De lepra corporali ſic ſcriptum eſt: *Quicunque* Leuit. 13.
maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium Sacerdotis: omni tempore, quo leproſus eſt &
immundus, ſolus habitabit extra caſtra. Quæ omnia cùm *in figuram contigerint Iudæis, ſcripta* 1. Cor. 10.
ſint

ſint autem propter noſtram doctrinam : res ita prorſus accipienda eſt, vt negetur eorum cohabi-
tatio cum fidelibus permittēda, qui doctrinas peregrinas velut lepræ maculis diſtinctas, in Ec-
cleſiam afferunt. Iam ſi neque priuati ſoli, verùm etiam Reges hac lege tenebantur, (vti de
2. Paral. 26. Ozia rege Scriptura ſacra teſtatur) profectò etiam Reges hæretica prauitate maculati à Chri-
ſtianorum conſortio, & omni regiæ poteſtatis vſu atque adminiſtratione, Sacerdotum iudicio
4. Reg. 11. arcendi ſunt. Sed quid argumentor? *Athalia Ochoziæ mater interfecit omne ſemen regium præ-
ter Ioam*, quem Ioſaba in domo Domini abſconderat. Porrò Athalia regnauerat ſuper terram
annis ſeptem. *Anno autem ſeptimo Ioiada pontifex aſſumens Centuriones, Duces & milites, pepi-
git cum eis fœdus, & adiurans eos in domo Domini, oſtendit eis filium regis. Et præcepit illis quid fa-
cere deberent. Produxitq́; filium Regis, & poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium. feceruntq́; eum
Regem, & vnxerunt. Athalia verò cùm vidiſſet Regem ſtantem ſuper tribunal iuxta morem, excla-
mauit: Coniuratio, coniuratio. Præcepit autem Ioiada Sacerdos Centurionibus, & ait: Educite eam ex-
tra ſepta Templi, & quicunque eam ſecutus fuerit, feriatur gladio: & Athalia interfecta eſt in domo
regis. Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Dominum & regem, & inter populum, vt eſſet populus Domini,
4. Reg. 12. & inter populum & regem: fecitq́; Ioas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eū Ioia-
da Sacerdos*. Nònne hîc perſpicuè videmus, totam regiæ cauſæ cognitionem penes vnū Pon-
tificem Ioiadam extitiſſe? Is milites conuocat, Reginam, quæ ſeptem annis præfuerat, iniuſtè
regnaſſe iudicat, eāq; & deponi, & occidi iuſsit, in eiuſque locum Ioam regem ſubſtituit, eūq;
& Domino ſubiecit, & populo præfecit. Quæ omnia cùm rectè facta ſint, nònne iam verum
eſt ſecundùm Scripturæ diuinæ ſententiam, Pontificem debere cognoſcere etiam de regum
& Imperatorum cauſis, vtrum iuſtæ, an iniuſtæ ſint? Quicquid enim Pontifex in hoc genere
Malach. 2. facit, ſiue regem eſſe deponendum, ſeu præficiendum definit: nihil aliud quàm *Angelus Domi-
ni exercituum eſt, de cuius labijs legem Domini requirere* tam reges, quàm priuati debent. Summus
Sacerdos, vt inter Dominum & regem, ſic etiam inter regem & populum velut ſequeſter eſt,
apud quem tam rex quàm populus eas querelas deponat, quibus iniuriā ſibi fieri aſſeuerat. Ita
dum vnus iudex in Eccleſia tùm inter ipſos reges mutuis litibus agitatos, tùm inter eoſdem
& populos ſuos conſtituitur, infinitæ bellorum & tumultuum occaſiones præciduntur.

Si quis verò dicat, hæc omnia in vetere Teſtamento ita eueniſſe, aliam verò eſſe no-
ui Teſtamenti rationem: is primùm meminerit, ampliorem eſſe miniſtrorum Chriſti po-
teſtatem in nouo Teſtamento, quàm Sacerdotum Leuitici generis in vetere Inſtrumento
2. Cor. 3. & 4. fuerit, ſicuti paulò antè ex ipſo Apoſtolo docui, qui hoc argumentum ex propoſito tractans,
docet miniſterium noui Teſtamenti Leuitico infinitis propè interuallis præſtare. Quic-
quid ergo poterant Leuitici Sacerdotes: hoc ipſum, & multò plura efficere poſſunt Paſto-
res Eccleſiæ Chriſti. Deinde nec in nouo quidem Inſtrumento exempla deſunt, quibus o-
ſtendatur, vitam corporalem (ac multò magis bona Fidelium) ſpiritali poteſtati toties ſub-
iecta eſſe, quoties harum rerum diſpoſitio ſaluti vel eorum, de quibus agitur, vel certè alio-
rum fidelium prodeſſe intelligitur. Ac conſtat quidem Saluatorem noſtrum ob ſalutem
Marci 5. vnius hominis, aut certè duorum, qui legionem dæmonum in ſe habebant, duo millia por-
corum in mare præcipitari paſſum eſſe. Vt enim ſpiritus immundi exirent ex anima homi-
Beda in c. 8. Matthæi. nis, conceſsit eis vt in gregem porcorum intrarent. Vnde Beda D. Auguſtini abbreuiator e-
leganter ait: *Erubeſcat Manichæus, qui hominum & beſtiarum vnam dicit eſſe ſubſtantiam, dum
pro vnius hominis ſalute duo millia porcorum ſuffocantur.* Dignum verò ponderatione etiam illud
eſt, quòd non modò porci eorum, qui tenebantur à Dæmonibus, verùm etiam aliorum, qui in
ea regione habitabant, ob proximi ſalutem iuſtiſsimo & clementiſsimo Chriſti iudicio perie-
runt. Quo admonemur, tanti eſſe ſalutem proximi, vt non tantùm ipſius, verùm etiam aliena
bona negligi debeant, vt vel animæ, vel etiam corpori hominis parcatur. Itaque cùm Chriſtus,
Matth. 28. *penes quem fuit omnis poteſtas*, ita regnum ſuum ſpiritale adminiſtrauerit, vt animæ ſeruādæ cau-
ſa tot porcos nihili æſtimauerit: ex ea re miniſtris ſuis exemplum reliquit, vt dummodo ani-
mas Fidelium à laqueis Diaboli eximant, nihili æſtiment vel Principum à magiſtratu ſuo abdi-
Marci 8. cationem, vel damna, quæ ex bellis aut tumultibus plebeijs inferri ſolēt. *Quid enim prodeſt vni-
uerſum mundum lucrifacere, ſi quis animæ ſuæ detrimentum patiatur?* Huc etiam ſpectat, quòd
Ioan. 2. *Chriſtus facto de funiculis flagello, eiecit de Templo eos, qui vendebant oues, & boues, & columbas, &
nummulariorum effudit æs. & menſas ſubuertit.* Quanquàm enim Chriſtus temporale aliquod re-
gnum adminiſtrare noluit, tamen quum omnia temporalia & propter ſpiritalia fieri, & illis per
naturam ſubijci probè ſciret: ſpiritalis regni ſui partem hanc eſſe oſtendit, vt quoties ea, quæ
tempora-

temporaliter fiunt,& adminiſtrantur , æternæ ſaluti cuiuſcunq; hominis obſunt, ea diſponi ab
his debeant,quorũ curæ ſalus animarũ cõmiſſa eſt. Nam & Apoſt.Paulus neglexit interitũ ſeu
vexationẽ carnis præ ſalute ſpiritus in eo Corinthio, qui Patris ſui vxorem habebat . *Tradidit* 1.Cor.5.
enim hunc fornicatorẽ Satanæ in interitũ carnis,vt ſpiritus ſaluus eſſet in die Domini noſtri Ieſu Chri- 1.Timoth.1.
*ſti.Tradidit etiã Hymenæũ & Alexandrũ Satanæ,vt diſcerẽt nõ blaſphemare.*Quomodo autẽ Apo-
ſtolus tradidiſſet hos Satanæ,vt in carne affligerẽtur,ad ſpiritus emendationẽ:niſi quia idẽ Apo
ſtolus poteſtatẽ habebat etiã in corpora Fideliũ? Et tamen Chriſtus nuſquã legitur tradidiſſe
Apoſtolis ſuis poteſtatẽ in corpora Chriſtianorũ. Quid ergo eſt? Certè cũ dedit illis poteſtatẽ
in aĩas noſtras: ſimul vtiq; poteſtatẽ in bona,in corpora,& in oĩa illa dedit,quorũ miniſterio aĩa
poſsit ad ſanitatẽ reuocari. Vnde B.Chryſoſt.de ipſo Paulo ſic ſcribit: *Ipſi nõ deerat authoritas pu* 1.ad Timot. Homil.5.
niẽdi,ſicut cũ dicit: Quid vultis? In virga veniã ad vos? Qui aũt cõcedit alicui facultatẽ faciendi 1.Cor.4.
quippiã:cõcedit vtiq; & illa oĩa,ſine quibus id effici & cõſummari nõ poteſt.Cùm igitur Chri-
ſtus dederit Apoſtolis & eorũ Succeſſorib.poteſtatẽ in animas noſtras,dicens: *Quorũ remiſeritis* Ioan.20.
*peccata,remittũtur eis,&c.*cúmq; nulla res frequẽtius animarũ ſaluti obſit, quàm dũ hoĩes quærũt
quæ ſua ſunt,& nõ quæ Ieſu Chriſti:certè bonus Paſtor habet poteſtatẽ remouendi hæc terre-
na impedimenta: ſiue id fiat per pœnã corporalẽ,dũ nos *tradit Satanæ in interitũ carnis*,ſeu per 1.Cor.5.
dãna fortunarũ,dũ aut capere aliquid ex teſtamento,aut in hæreditatẽ ſuccedere,aut beneficij
Eccleſiaſtici fructus percipere,aut in Eccleſia terrenũ magiſtratũ adminiſtrare per paſtoralis 1.Cor.4.
virgæ ſuæ poteſtatẽ vetat. Atq; vt de poteſtate Paſtorũ in alias res minus dubites,audi Petrum
Apoſtolũ vita etiã priuantẽ eos,qui nõ implebãt vota,quæ Deo promiſerãt.*Vir enim quidã noĩe* Actor.5.
Ananias cũ Saphira vxore ſua vẽdidit agrũ,& fraudauit de pretio agri,cõſcia vxore ſua.& afferẽs par
tẽ quandã ad pedes Apoſtolorũ poſuit.Dixit autẽ Petrus:Anania, Cur tẽtauit Satanas cor tuũ,mẽtiri te
Spiritui Sãcto,& fraudare de pretio agri? Nõne manẽs tibi manebat,& venũdatũ in tua erat poteſtate?
Quare poſuiſti in corde tuo hãc rẽ? Nõ es mẽtitus hoĩbus,ſed Deo. Audiẽs autẽ Ananias hæc verba,ce-
cidit & expirauit. Et factus eſt timor magnus ſuper oẽs qui audierũt.Surgentes autẽ iuuenes amoue-
rũt eũ,& efferentes ſepelierunt. Factũ eſt autẽ quaſi horarũ triũ ſpatiũ,& vxor ipſius neſciens quod fa-
ctũ fuerat,introiuit. Reſpondit autẽ ei Petrus: Dic mihi mulier,ſi tanti agrũ vendidiſtis? At illa dixit,
Etiã,tanti. Petrus autẽ ad eã: Quid vtiq; conuẽnit vobis tentare Spiritũ Domini? Ecce pedes eorũ qui
ſepelierũt virũ tuũ ad oſtium,& efferent te. Confeſtim cecidit ante pedes eius,& expirauit. Intrantes
autẽ iuuenes inuenerunt illã mortuã,& extulerunt,& ſepelierunt ad virũ ſuũ. Et factus eſt timor ma-
gnus in vniuerſa Eccleſia,& in omnes qui audierunt hæc. In hac autẽ hiſtoria D. Chryſoſtomus Chryſoſto in
multa valde inſignia annotauit. Primùm,quòd Petrus cognouit ea,quæ in mente iſtorũ erant, Acta Apoſt.
quantumuis illi clã ea eſſe vòluiſſent. Deinde,quòd *præcepto illos occidit.* nec id iniuſtè. Nam(vt Homil.12. Num.15.
Chryſoſt.ait) *Si is qui ligna collegerat,lapidatur: quantò magis qui ſacra diripit,ſacrilegus*(eſt)? *Ete-*
nim pecunia illa iam ſunt ſacra. Quare accipis,quod promiſiſti? Neq; vẽdere cœgimus,neq; pecunias,
poſtquã vendidiſti,dare. Tu verò ex tua voluntate feciſti. Cur igitur furatus es de ſacris pecunijs? Ter-
tiò,Chryſoſtomus oſtẽdit vtilitatẽ huius occiſionis. *Nõ oportet*(inquit) *quod fiebat,omnino cõte-*
mni,ſed vt putrefactionẽ quandã excindi,vt ne poſtea totũ corpus incõmodet. Nam nunc quidẽ & il-
le(Ananias) *vtilitatẽ accepit,ne vltrà pergat in malitia,& cæteri magis ſtudioſi facti ſunt. Et ortus eſt* Vtilitas mortis Ananiæ.
timor magnus ſuper eos qui audiebãt hæc. Ille punitus eſt,& alij lucrifacti ſunt. Quartò,notat quãto
cũ timore Chriſtiani Apoſtolũ obſeruabant. Cùm enim vir ſolus primò eſſet mortuus,ac triũ
horarũ ſpatio intercedente,vxor intraſſet,tamẽ toto hoc tempore tanta res illi non fuerat nũ-
ciata. *Hoc erat metus magiſtri,honor Diſcipulorũ,& obedientia.* Poſtremò, prudentiſsimè notat,
quòd Apoſtoli in ſuos erãt auſteri,in alios autem potentia non vtebantur. Si ergo poteſtas Apoſtolo-
rum vſq; ad vitã corporalẽ verbo ſolo, ac non exteriore gladio auferendam ſe extendit (nec
enim decet incruenti Sacerdotij miniſtrũ cruorẽ manu ſua fundere & haurire) idq; ob id po-
tiſsimùm comparatũ eſt, vt alij cautiores in poſterũ fiant, atq; à ſimilibus peccatis abſtineant:
profectò etiam hodie licet Epiſcopo Romano, qui D.Petro ſucceſsit, certis vijs & rationibus
corporalem aliorũ vitam (vbi alia remedia nõ ſufficiunt) ad reliqui gregis vtilitatem auferre,
modò id verbo ipſius,abſq; externo ſuæ manus miniſterio effici queat. Verbo autem ipſius fit,
ſi Principes Chriſtiani, *qui gladiũ fruſtra non portant*, eius rogatu bellũ ſchiſmaticis Regibus in- Rom.13.
dicant,ex eaq; occaſione vel tyrannos ipſos,vel defenſores eorũ interficiant. Id tantùm ſum-
mopere à Põtifice cauendũ eſt,ne aliud in ea re quærat,quàm ſui gregis cõmodum & ſalutẽ.

Ac profectò cùm Chriſtus iuſſerit Petrum *paſcere agnos & oues ſuas*, atq; ad rationem pa-
ſcendi pertineat,tùm vt lupi quocunq; modo arceantur,tùm vt ſalutaria pabula ouibus mini- Ioan.21.

ſtrentur: non eſt cõmittendum,vt vlla corporea paſcendi oues via legitima habeatur,quæ ea-
dem in ſpiritali modo paſcendi putetur illegitima Ideo enim à paſcẽdis ouibus corporeis me-
taphora ſumpta eſt,vt inde admoneremur,quid in regendis animabus faciendũ eſſet. Ponamus
ergo,pecora quædã noſtræ curæ cõmiſſa eſſe. Sit prætereà quidã aries dux & caput reliqui gre
gis qui furore quodã percitus,aut morbo afflictus,cæteras oues vel cornibus petat,vel tabe in-
ficiat. Nunquid non & licebit nobis,& neceſſe erit(ſi paſtores boni eſſe volumus) hũc arietem
(etiámſi primus in toto grege ſit)de ſuo principatu deponere,aliumq́; in eius locũ ſubſtituere?
Aut poſſumus præſtantiorẽ ſimilitudinẽ ab vlla re,quàm ab ouibus & paſtoribus petere, cùm
Ioan 21. Chriſtus gregẽ ſuũ vocet oues: miniſtros autem ſuos,eiuſdem gregis paſtores appellet? Quod
Ephes 4. autem in grege ouium eſt aries,hoc in magna multitudine hominũ eſt rex,aut quiuis alius ma-
giſtratus. Pontifex igitur non minus dabit operã,vt regẽ,qui populũ Chriſtianũ falſa doctrina
imbuit,à regimine populi remoueat,quàm Paſtor operã dat, vt malè affectũ arietem de medio
auferat. Tũc enim tantùm poteſtas regia põtificis iuriſdictioni ſubijcitur,quando ſalutẽ anima-
rũ,cui promouẽdæ Pontifex præficitur,Chriſtianus rex impedit. Nam ſi Rex,qui terreni regni
miniſter eſt,omnes ſuas actiones ad ſalutis æternæ conſecutionẽ dirigat:præclarè cum illo agi-
1.Cor.4. tur,nec quicquã eſt,cur diſpenſator Myſteriorũ Chriſti ſeſe in illius regis adminiſtrationẽ in-
Vide diſtin. 96 cap. Duo ſunt quibus principaliter hic mundus regitur. gerat. Ita enim illa intelligenda ſunt,quæ paſſim apud Sanctos reperias, *diſtinctas inter ſe res eſ-
ſe Regnũ,& Sacerdotiũ: illud regibus,hoc Epiſcopis concreditũ eſſe: nec aut reges Epiſcoporũ officiũ in-
uadere,aut Epiſcopos Regũ poteſtatẽ imminuere debere Deus enim vtriq; officio ſuos limites appoſuit,
quos tranſgredi non liceat.* Sin Rex miniſteriũ ſuũ terrenũ ad perniciẽ ſalutis æternæ conuertat,
ipſumq́; ſpiritale miniſteriũ ad ſuum cõmodum & honorem transferre cupiat: quid obſecro
tunc facient Paſtores gregis Chriſti? Nónne ſumma cũ ratione ad talẽ regẽ dicent? Fili,tu ſe-
mel gladium tuũ Chriſto ſubmiſiſti,ac Satanæ pompiſq́; eius renunciaſti. Cæterùm quia vide-
mus,te iam abuti gladio tuo ad perniciem animarũ,ac ad noſtrũ officium pertinet,vt quia *mo-
1.Cor.5. dicũ fermenti totã maſſam corrumpit,malũ quoad poſſumus,de nobis ipſis auferamus:* monemus te,vt
hæc celeriter emendes: quod ſi non facis,à communione Sacramentorũ te repellimus. Iam ſi
rex ille miniſtris ipſis vim inferet,ſi rectè monẽtes de regno ſuo expellet,ſi alios,qui vitia eius
adorent & defendant,ſubſtituet,ſi hoc pacto periculũ ſit,ne regnũ totũ à Chriſti Euãgelio diſ-
cedat: vtrũ nihil maius tentabit Eccleſia? Nónne de manu furentis huius regis gladium,ſi po-
Actor.23. teſt,extorqueri curabit? Nónne,inſtar *Pauli contra Iudæos in ſe conſpirantes ad militarem Tribuni
poteſtatẽ confugientis*,Eccleſia quoq; aliorũ fideliũ Principũ opem ad eam rem corrigendã im-
plorabit? Si nihil horum facere Eccleſia poteſt,eò quòd maior ſit iſtius inſani regis terrena po-
tentia,quàm vt ei vllo pacto reſiſti queat: fateor Eccleſiã ferre neceſſariò debere,quod emen-
dare non poteſt,ſicuti ab initio per ſecula multa factũ eſt,quando aut vnus Imperator tantùm
fuit,aut certè ſi qui erant præterea reges Chriſtiani,vel ijdẽ fuerunt ſchiſmatici,vel non ea po-
tentia præditi fuerunt,vt tantis Imperij viribus ſe tutò poſſent opponere.

Idem ergo iſtis reſpondemus,qui nunc arma regum Eccleſiæ Chriſti ſeruire nollent, quod
Auguſtinus olim reſpondit Donatiſtis,qui dicebant Apoſtolos non petijſſe à regibus terræ,vt
In epiſt.50. iuſtas leges contra hæreticos ferrent. *Non cõſiderant* (inquit Auguſtinus) *aliud fuiſſe tũc tempus,
& omnia ſuis tẽporibus agi. Nondũ enim agebatur,quod in ſecundo Pſalmo dicitur: Et nunc Reges in-
telligite: erudimini qui iudicatis terrã. Seruite Domino in timore,& exultate ei cũ tremore. Quomodo
reges Domino ſeruiũt in timore,niſi ea quæ cõtra iuſſa Domini fiunt,religioſa ſeueritate prohibendo atq;
plectẽdo?* Hæc Auguſtinus. Quando autẽ plures eodẽ tempore ſunt reges,quorum aliqui fidem
oppugnant: tantò magis alij Reges Catholici Domino ſeruient,ſi eandem fidem gladio,quem
Theodoret. lib.2.c.5. portant,tueantur & defendant. Nam & Magnus Athanaſius nihil dubitauit,Conſtantis Impe-
ratoris Catholici fidem atq; opem contra Cõſtantij Cæſaris vim ac perfidiã implorare. Et ta-
men Conſtantius erat Orientis, hoc eſt, eius regionis Imperator,in qua ſedes Athanaſij poſi-
ta fuit. Ergo tantus Epiſcopus & athleta Dei nõ putauit illicitum eſſe, vt cõtra ſuũ Imperato-
rẽ ab alieno in cauſa bona ſubſidium poſtularet. Ac nimirum ſi militem Epiſcopus per plateas
gladio ſtricto incedẽtem, & turbã,quæ occurrit,paſſim cædentem videt: vtrũ natura non do-
cet,quòd ſas ei erit, vt ciues iubeat gladiũ de militis huius manu vi potius exprimere atq; au-
ferre,quàm vt ſanguinem innocentẽ temerè fundi patiatur? Quæ autẽ ratio in cohibendo gre-
gario milite eſt,cui gladium ſemel commiſit terrenus Imperator: eadem eſt ratio in reprimen-
do Centurione aliquo,atque etiam Tribuno, imò & in Cæſare,ſi gladio ſecus vtatur, quàm ei
à Chriſto imperatum erat. vt mihi propè inſanire videantur, qui putant Pontifici non licere,

illum regem & ex Eccleſia eijcere, & à regni adminiſtratione per aliorum operam (ſi poteſt) repellere, quem gladio ſuo contra Chriſtum abuti videt. Nam cùm tota ſocietas Fidelium (vt antè dixi) vnum corpus in Chriſto ſit, cumque hoc corpus à Spiritu ſancto regi totum debeat: Chriſtus verò diſpenſatores Myſteriorum ſuorum idoneos noui Teſtamenti miniſtros non litera, ſed ſpiritu fecerit: abſque omni controuerſia quemadmodum dignior eſt in Eccleſia Chriſti miniſtrorum noui Teſtamẽti, quàm Regum aut Imperatorum poteſtas: ſic illa huic in rebus diuinis præſcribere debet, per quod vtraq; Domino fideliter ſeruiat. Nam & in eodẽ humano corpore cùm ſit duplex poteſtas, vna rationis, altera concupiſcentiæ: nónne quemadmodum ſi concupiſcentia rationi cedat, præclarè cum toto corpore agitur: ſic ex altera parte ſi concupiſcentia, quam rationi parêre oportebat, imperiũ in rationem ſumit, à recta ratione reprimi & cohiberi debet? Ad eundem modum ſi rex terrenus egrediatur fines ſuos, & obſit ſaluti æternæ, ad quam diſpenſatores Myſteriorum Chriſti nos ducunt: nónne à ſpiritali digniorėque poteſtate, quantum fieri poteſt, vel in officio continebitur, vel ab iniuſta gubernatione repelletur?

2.Cor.3.

Ex his igitur, quæ tùm diuinum ius tùm ipſius naturæ lumen reuelat, abundè apparet, quãtopere aberrent à veritate, qui putant Reges Chriſtianos in ſuis regnis ſupremam ſemper poteſtatem habere, nec vnquam Epiſcopis ita ſubeſſe, vt cùm in fidem obſtinatè peccant, à regno remoueri queant. Cur ergo Ambroſius Epiſcopus Theodoſium, cur Innocentius Põtifex Arcadium Imperatorem excommunicauit? Et Ambroſius quidem excommunicauit Theodoſiũ, non ob crimen Eccleſiaſticum (qualis fuit Arcadij cauſa, qui D. Ioannem Chryſoſtomum iniuſtiſsimè perſequebatur) ſed ob hoc ſolum, quòd Theſſalonicæ homicidium iniuſtè perpetraſſet. Si ergo licuit Ambroſio ob homicidij crimen Theodoſium punire, licuit eidem Ambroſio cauſam eiuſdem homicidij cognoſcere. Nemo enim rectè condemnat, antequam cognouerit cauſam. Licuit igitur Epiſcopo iudicare de ciuilibus aut criminalibus cõtrouerſijs, etiam illis, quæ ad ipſius Imperatoris perſonã ſpectabant: non tamen ea ratione, qua eædẽ cauſæ fuerunt ciuiles aut criminales, verùm qua reus earũ rerũ Chriſtianus fuit, & Chriſti Myſteria nondum ritè expiatus percipere volebat. Cùm enim Theodoſius poſt cædẽ illã peractã in templũ ingredi cuperet, Ambroſius obuiã procedens, interrogat qua fronte *manus iniuſta cæde & ſanguine reſperſas extendere auderet, vt eiſdẽ ſacroſanctũ Corpus Domini acciperet?* Poſt octo autem menſes (tanto enim ſpacio Imperator à templo abſtinuit) cùm Theodoſius obſecraſſet Ambroſium, vt vincula ſibi ſolueret: is legem cõſcribi iubet, *qua cædis & publicationis bonorũ cognitiones ac ſententias nõ niſi poſt triginta dies ratas eſſe pateretur.* vt ita ſi quid per iracundiã pronuntiaſſet, intra tot dierũ ſpatiũ pœnitentiã agere, ac decretũ reuocare poſſet. Quã legẽ poſtquàm Imperator ſubſcriptione ſua confirmauerat, tùm demùm Epiſcopus vincula eius ſoluit, & Myſteriorum participẽ vnà cũ reliquis Laicis extra cancellos reddidit. Theodoſius autẽ reuerſus Conſtantinopolim, nec ibi quidẽ intra cancellos manſit, ſed Nectario Epiſcopo faſſus eſt, *agrè ſe tandem didiciſſe, quid inter Imperatorẽ & Epiſcopũ intereſſet: agrè tandẽ reperiſſe veritatis magiſtrum. Nam ſolũ Ambroſiũ Epiſcopi nomine ſibi dignum videri.* Iam verò qua poteſtate Ambroſius effecit, vt Imperator legẽ ad ipſius arbitriũ conſcriberet: eadem efficere poſſet alius quiuis Epiſcopus, vt arma caperet Princeps Catholicus ad obſtinatũ alterius regis animũ reprimendũ. Neq; verò hæc efficiunt Epiſcopi tanquã ciuiliũ cauſarũ & poteſtatũ vndiq; Domini, ſed per cenſuras Eccleſiæ, quibus obnoxij eſſe boni & Catholici Principes nullo modo volũt. At ſi reſtitiſſet Ambroſio Theodoſius, ac nõ modò nullã de homicidio pœnitentiã agere, verùm etiã hæreſim docere cœpiſſet, videlicet quòd impunè liceat Imperatori cædẽ cõmittere, nec ob eam rẽ aut ab Epiſcopis coërceri, aut à Deo iudicari debeat: profectò ſi ea tempora id tuliſſent, licuiſſet etiã Sancto Antiſtiti eos, quorũ erat Imperatorẽ creare, ad noui Imperatoris creationẽ adhortari. Indignus enim erat imperio in Chriſtianos, qui Chriſtianus cùm eſſet, tale crimẽ pertinaciter defenderet, ob cuius impiã defenſionẽ cõmunicare cũ Chriſtianis amplius non poterat. Sed ea tũc tẽpora nõ erãt, in quibus tale aliquid tẽtandũ fuerit: propterea quòd cùm Comites Palatini & milites nondũ eſſent omnes Chriſtiani, forſitã Eccleſia plus detrimẽti, quàm cõmodi ex eare ceptura eſſet. Cùm autẽ cõmutata iã ſint tẽpora, & omnes Chriſtiani probè nouerint, Epiſcopos ad regendũ Eccleſiã Dei conſtitutos eſſe: non immeritò Eccleſiaſtici regiminis ratio aliquantulũ cõmutata eſt. Itaq; & Chilpericũ Franciæ regẽ ob ſolã ſocordiã à regno ſuo legimus (per Zachariæ põtificis authoritatẽ rogatu Francorũ interpoſitã) fuiſſe remotũ, ſubſtituto Pipino: & Cõſtantinopolitanũ Imperatorẽ partim ob hæreſim Iconomachorũ, parti ob Italiã nõ

Vide Georgium Patriarcham Alexandrinum in vita D. Chryſoſtom.

Vide Theodoretum li. 5 Eccleſ. hiſtor. ca. 17.

Intereſſe inter Imperatorẽ & Epiſcopum.

Ado Vienẽſ. & Regino in Chron. Cedrenus in compend. hiſtor.

defenſam, parte Imperij ſui mulctatum vidimus, tranſlato in Occidentem, vel potius reſtituto Occidentis Imperio. Nec dubium eſt, quin Deus vtramque tranſlationem ſibi valde placere, ex proſpero vtriuſque rei ſucceſſu reuelauerit. Certè Gregorius Magnus, poſtquàm priuilegia quædam monaſterio in Gallijs per Brunichildam Reginam conſtructo donaſſet, non du-
Lib.11 epi.10 bitauit ad extremum adijcere: *Si quis Regum, Sacerdotum, Iudicum, ac perſonarum ſecularium, hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit: poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reúmque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat.* Tantus ergo Pontifex iudicauit, fieri poſſe, atque interdum debere, vt tam Reges, quàm ſacerdotes ob iniquitatem perpetratam *carerent poteſtate honoréque ſuo*. Non me latet, D. Gregorium Papam appellare ſe *famulum Imperatoris Mauritij*, eademque ratione illum agnoſcere Mauritium *Dominum ſuum*, & ipſius iuſsioni ſe profiteri ſubiectum. Scio tamen, eundem Gregorium eiuſdem Mauritij legem iniuſtam reprehendiſſe, & ad Imperatorem ſcripſiſſe in hæc verba: *Ad*
Li 2 indict. 11. epi. 61. *hoc poteſtas ſuper omnes homines Dominorum meorum pietati cœlitus data eſt, vt qui bona appetunt, adiuuentur, vt cœlorum via largius pateat, vt terreſtre regnum cœleſti regno famuletur.* Quòd ergo Gregorius Imperatori ſe tam humiliter ſubiecit, vtique id fecit, vt quantò apud homines humilius ſe geſsiſſet, tantò & facilius fratribus prodeſſet, & maior coram Deo euaderet. Neque verò mirandum eſt, ſi is, qui ſe vbique & paſsim *Seruum ſeruorum Dei ſcribebat*, tanti Regis fa-
Rom. 1. mulum ſe agnouit. *Omnibus enim debitor fuit, vt omnes lucrifaceret.* Quòd verò Imperatorem tùm de officio ipſius admonuit, tùm etiam dixit, *terreſtre regnum cœleſti regno famulari debere:* ſatis manifeſtè inſinuauit, Regni terreſtris miniſtrum cœleſtis regni miniſtro ſecundùm rectã rationẽ ſubeſſe. Quæ enim ratio eſt regni ad regnũ, eadẽ eſt eorũ inter ſe, qui vel hoc, vel illud adminiſtrãt. Mauritius regẽ & Dominũ habebat in cœlo nõ minus, quàm Gregorius. Rex verò cœlorũ in terra non tam duplex regnum, quàm vnum duplicis conditionis & naturæ habet: cuius vna pars terreſtris vocatur, altera cœleſtis. Illam per Mauritium, hanc per Gregorium adminiſtrauit. Nam ſi prorſus diuerſa eſſent hæc duo regna, quomodo ſcripſit Gregorius, *Regnũ terreſtre ad hoc eſſe conſtitutum, vt cœleſti regno famuletur?* Famulus enim ab hero ſuo alienus nõ eſt, verùm aut conciuis eius, aut certè domeſticus. Quòd ſi terreſtre hoc & cœleſte regnum ita vniantur, vt in eadem Dei domo cohabitare poſsint: illaque domus Dei à Gregorio po-
Ioan. 21. tius regatur, quàm à Mauritio, quia Gregorij eſt, velut Paſtoris, Mauritium velut ouem Chriſti paſcere: profectò iam conſtat, eam eſſe Gregorij Pontificis cauſam, vt quibuſcunque verbis quàmlibet humilibus vtatur, eius tamen monitis & præceptis Mauritius aut in re grauiſsima parêre, aut regno cœleſti excidere neceſſe habeat. Si ergo Gregorius Mauritiũ magni peccati reum iudicaſſet, nec id vellet emendare Mauritius: quis neget, iuſtè illum ab eo Imperio deponi poſſe, quod ſub nomine Chriſtiani potius contra Chriſtum, quàm pro ipſo exerceeret? Auferendus enim eſt gladius ab eo, qui non rectè illo vtitur, & alteri dandus, qui (vt Gregorij verbis vtar) *bona appetentes adiuuet, qui cœlorum viam largius pateſaciat, quíque regnum ſuum terreſtre cœleſti regno Chriſti ſubijciat.*

Supremum Eccleſiæ regimen nec olim fuiſſe, nec adhuc eſſe debere penes Optimates, cùm neq; qui ſint Optimates Eccleſiæ ſatis perſpicuè adhuc definitũ ſit, nec doceatur, vbi Chriſtus illos præfecerit, nec illud regimen iuge vnquàm aſſiduúmue in Eccleſia fuerit, aut ſatis opportunum ſit ad hæreſes & ſchiſmata tollenda: & quæ ſit vtilitas conſociationis Eccleſiarum ſub vno Paſtore primo, de qua Magdeburgenſes tam multa (ob vnius Primatum remouendum) ineptè ſcribunt.

CAPVT. V.

NON me fugit, Proteſtantes verbo quidem non tam ſolis Optimatibus, quàm toti populo Chriſtiano in communi vniuerſalis Eccleſiæ gubernatione ſummam tribuere poteſtatem. Sed cùm ad rem ventum eſt, nihil prorſus afferunt, vnde vel tenuis coniectura capiatur, plebis Chriſtianæ vllas omnino partes in gubernanda vniuerſali Eccleſia extitiſſe. Contrà verò in omnibus Magdeburgẽſium Centurijs, vbi de politia & communi Eccleſiarũ guberna-

gubernatione agitur, quid tantopere proponitur, quid toties tantoque cum tædio repetitur, ac mutuæ illæ operæ, quas Epiſcopi & Doctores vel eiuſdem regionis, vel plurium prouinciarum, in moderanda Christi Eccleſia communiter tradiderunt? vt nihil dubitem affirmare, multò plures ex ijs, qui vnitate Eccleſiæ deſerta Centurias Magdeburgenſium legunt, in eum errorem trahi, vt putent Eccleſiam olim aut à ſolis Optimatibus, aut ab illis præcipuè administratam fuiſſe: quàm ſint qui vel ſuſpicentur, plebem vnà cum Optimatibus ad commune regimen Eccleſiæ vlla vnquàm in re concurriſſe. Quis enim (niſi inſanit) vnquàm ſibi perſuadebit, tabernarios, opifices, & ſedentarios de cauſis Epiſcoporum, & dogmatibus Eccleſiaſticis inter Præpoſitos Eccleſiæ cognouiſſe, ac iudicaſſe? Verùm vt permulti etiam docti viri arbitrentur, Epiſcopos & doctores inter ſe de Eccleſiæ dogmatibus contuliſſe, controuerſiaſque ortas communibus ſtudijs, cauſa cognita, ex bono & æquo decidiſſe: hæc vtique opinio tam ſanis iudicijs conuenit, vt veriſsimè ita factum fuerit, nec in alia re iſti decipiantur, quàm quòd neſciant talia nihil derogare primæ Sedi: ſed ſub vnius Paſtoris primatu à cæteris Epiſcopis & ſemper poſſe, & interdū neceſſariò fieri debere. Sic enim ferè argumentantur Magdeburgenſes, vt quicquid ab alio præterquàm à Romano Pontifice fit, id contra illius Primatum eſſe aut ipſi putent, aut alios putare velint. Licet iſto modo negent Christum, dum in terris ageret, maiorem Apoſtolis & Diſcipulis ſuis fuiſſe, quia quod Euangelium Christus docuit, hoc ipſum etiam & Apoſtoli, & Diſcipuli eius prædicârunt. At verò vt quanquàm Christus & Apoſtoli eius interdum eandem rem facerent, alia tamē auctoritate Christus, & alia Apoſtoli eam faciebant: eodem modo licet alij Epiſcopi hoc perſæpe fecerint, quod Romanus Pontifex in gubernanda Eccleſia fecit, nunquam tamen illi cum tanta Eccleſiaſticæ iuriſdictionis auctoritate quicquam adminiſtrârunt, quanta ſoli Romano Pontifici diuinitus competebat. Neque verò nos negamus, quin ſententia & conſenſus Optimatum, magni omnino momenti, tùm in quolibet regno, tùm multò magis in Christi Eccleſia ſemper habitus fuerit, haberique in perpetuum debeat. Sed aliud eſt, magno in pretio haberi, & aliud, ſummum honoris gradum obtinere. Illud ſemper in Eccleſia Optimatibus conceſſum eſt, hoc non item. Nec iam illa profero, ex quibus euincitur, vnum Pontificē ex inſtitutione Christi cæteris omnibus in Eccleſia præponendum eſſe. Quanquàm enim ea ratio maximè omnium Ariſtocratiam, hoc eſt, ſupremam primarij cuiuſque viri gubernationem expugnet: quia tamen proprius de Monarchia dicendi locus à ſequēte primùm libro incipit: hoc tempore iſtam plurium & maximè inſignium virorū communem præfecturam non niſi ex iis, quæ ad hoc genus regiminis propriè pertinent, confutabo. In hac igitur quæſtione, hæc ferè ſpectanda ſunt. Primùm quinam ſint iſti Optimates: Deinde, quibus verbis ſummum totius Eccleſiæ regimen illis à Christo ſit commiſſum? Pòſt autem, qua ratione id muneris executi ſint: quot, quando, & vbi iudicauerint, qua via ſciri poſſit, rem ſemel ab illis iudicatam ritè atq; ordine deciſam eſſe: Denique an regimen hoc eum finem pacis & vnitatis in Christiana Republica vel aſſecutum ſit, vel aſſequi potuerit, ad quem omne regimen potiſsimum referri debet.

Sub. c. 7.

Inepta ratiocinatio.

Methodus tenenda in hac re.

1. 2. 3. 4. 5.

Quinam igitur ſunt iſti Eccleſiæ Optimates? aut vnde huius rei notionem intelligentiáq; recipiemus? Certè quicunque erunt, neceſſe eſt, vt maior illis in Eccleſia nemo ſit. Alioqui quomodo erunt ſummi Iudices, qui alios ſupra ſe agnoſcunt? Verum igitur ſolos quatuor Patriarchas totius Eccleſiæ Optimates fuiſſe dicemus? Illos enim conſtat, ſupremum locum in Eccleſia Dei olim tenuiſſe. Atqui non illi ſoli iudicabant in Synodis: verùm omnibus præterea Epiſcopis & adeſſe, & ſententiam cum poteſtate dicere licebat. Conſtabitne igitur Optimatum ordo ex omnibus omnino Epiſcopis? Verùm ſi hoc demus, cùm poſitum ſit Optimates iure ſuo præeſſe toti Eccleſiæ: quomodo factum eſt, vt ipſis Optimatibus alij rurſus præſint? Aut nunquid Metropolitani, atque etiam Archiepiſcopi maiores in iure dicendo Epiſcopis non ſunt? Vnde alioqui tam eximium præ alijs Epiſcopis nomen atque officium ſortiti ſunt? Vnde factum eſt, vt in Synodo Nicena decerneretur, *eum non debere Epiſcopum eſſe, qui præter voluntatem & conſcientiam Metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus?* Vnde aliæ Epiſcopatus Eccleſiæ præ alijs tanto honore afficiuntur, atque etiam ante Synodum Nicenam affectæ ſunt, vt Alexandrini Epiſcopi iuriſdictio & poteſtas per totam AEgyptum, Lybiam, & Pentapolim extenderetur? Hinc certè apparet, Epiſcopos non fuiſſe olim ſummos Eccleſiæ Dei Magiſtratus. Nos verò de ſummis quærimus, quos iam appellamus Optimates. Dices fortè: Optimatum nomen plures hominum gradus comprehendere, quorum primus Patriarcharum ſit, ſecundus Primatùm, & Archiepiſcoporum, tertius denique Epiſcoporum: qui omnes ad cō-

Prima quæſtio.

Nicen. Concil. Can. 6.

Arg. Heb. n.

Can. 6.

Obiectio.

munem Eccleſiæ gubernationem ita ordine ſuo concurrant, vt nemo iſtorum omnium à ſen-
Reſponſio. tentia dicēda excludi poſsit. Hac ita eſſe, tamē ex altera parte occurret noua difficultas, vtrū
in ſolis Epiſcopis Optimatum nomen concludatur, an porrigatur etiam ad Presbyteros, Dia-
conos, Abbates, atque omnes Eccleſiæ Paſtores & Doctores. Nam Presbyteros, & interdum
Diaconos (alieno ſaltem nomine) Synodis non modò interfuiſſe, verùm etiam aliquando
præfuiſſe, conſtat. Et Archimandritas, atque Abbates ad Synodos conuenire ſolitos, ex multa-
rum Synodorum actis apparet.

Vide Synodum Chalcedonenſem.
Accedit eòdem, quòd Proteſtantes (falsò quidem) ſed tamen docent, Presbyteros iure diui-
no pares Epiſcopis eſſe. Qua opinione ſemel poſita, neceſſe eſt non minus Presbyteros, quàm
Epiſcopos in Optimatum numero haberi. Et quoniam hæc diſputatio cum Proteſtantibus po-
tiſsimū initur, cōtra illos ipſorū ſententia rectè vtimur. Nec tamen illorū opinio facit, vt mox
quod opinātur verū ſit: cæterùm id omnino facit, vt magis incerta & minus explorata ſit Opti
matū Eccleſiæ cōditio & natura. Quid ergo, aut quæ tandē eſt Optimatū plena & perfecta de-
ſcriptio? Quæ, inquā, regula in huiuſmodi cauſa ob rē tā cognitu neceſſariā, à Chriſto, ab Apo-
ſtolis, aut alioqui à maioribus tradita eſt? Vtcunque ſit, illud audacter notauerim, vt nihil ſatis
explicatè in Eccleſia de tota Optimatū qualitate & ſtatu eſſe traditū: ſic ex eo ipſo non leuem
coniecturā capi, quòd Chriſtus Eccleſiā ſuā Optimatibus in ſummo gradu regēdam non cōmi-
ſerit. Nihil enim minus hominū etiam infimorū notitiā effugere ſolet, quàm id genus regimi-
nis, quo vniuerſum Reipub. corpus in ſummo poteſtatis gradu adminiſtratur. Neque verò illa
hominum ſocietas Reipub. nomine vnquàm digna erit, quæ poſt aliquot etiam ſecula, nō accu-
Nulla Reſpublica ignorat ſupremū iudicem ſuum. ratiſsimè nouit ſupremum tribunal ſuum. Nouerant Aſſyrij & Perſæ Regis ſui ſolium. Nouerāt
Athenienſes & modum leges ferendi in ſua Republica, & ordinem dicendi iuris, & neceſſariū
vel iudicum vel ciuium numerum, ſine quo nihil iure agi poterat. Nec vllus vnquam popu-
lus naturam illius vltimi & ſummi fori, cuius auctoritate lites omnes finiebantur, ignorauit. Ac
profectò ſi Pontifex Romanus, vt verè totius militantis Eccleſiæ caput per tot iam ſecula ab
omnibus Chriſtianis habitus eſt, ita hodie ab Aduerſarijs ſupremus Eccleſiæ Paſtor eſſe agno-
ſceretur: nemo etiam ex Chriſtianis ſummum Eccleſiæ Tribunal ignoraret. Verùm quoniam
& Pontifex Romanus negatur eſſe totius Eccleſiæ primus Paſtor, & Optimates illius loco ſup
ponuntur: nec tamen poſt quindecim ſecula ſatis inter doctos viros conuenit, quinam ſint iſti
Optimates: vel id ſolum ſatis argumenti eſt, vt eos certò ſciamus nunquam in ſummo loco &
gradu Eccleſiæ Dei præfuiſſe.

2. Quæſtio Veniamus iam ad illud alterum, vt iſtorum Optimatum primam inſtitutionem inueſtige-
mus. Cùm nemo ſibi vendicare iuris aliquid in Ciuitatem Dei & ſponſam Chriſti poſsit,
præterquàm ſi Chriſtus ipſe eius rei fecerit poteſtatē: quæro vbinam Chriſtus, aut quibus ver-
bis Eccleſiam ſuam alicui vel Epiſcoporum, vel alterius generis hominum Congregationi gu-
Matth. 28. bernandam commiſerit. Nam quòd Apoſtolos omnes iuſsit *docere, baptizare, corpus ſuum confi-*
Luc. 22. Matth. 18. *cere ligare, ſoluere & peccata vel retinere vel remittere*, & quæ ſunt eius generis: certè illa eiuſ-
Ioan. 20. modi ſunt, vt ſingula poſsint, atque etiam interdum debuerint à ſingulis obiri, abſque vlla Epi-
ſcoporum congregatione. Niſi fortè nemo prædicabit, Sacrum faciet, Baptiſmum cōferet, aut
peccata cuiquā remittet, præterquàm in Epiſcopali Concilio: quod neminem puto vnquam
vel ſomniaſſe. Quòd ſi ea, quæ omnibus ex æquo Apoſtolis præſcripta ſunt, à ſingulis ſeorſim
expediri poterant: nunquam ex ijs, quæ Chriſtus Apoſtolis in vnum congregatis præcepit, ne-
ceſsitatem vllam inferre queas, quòd alicui Optimatum congregationi adminiſtratio Eccleſiæ
Matth. 18. potiſsimùm credita ſit & commiſſa. Iam quòd Chriſtus alicubi dixit: *Vbi ſunt duo vel tres con-
gregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum:* hoc vtique non præſcribit, quomodo ab Epiſco-
pis potiſsimùm regenda ſit Eccleſia: ſed quomodo in charitate & pace continēda ſit. Nō enim
dictum eſt, vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi eſt Principatus Eccleſiæ meæ:
ſed ibi ſum in medio eorū. perinde ac ſi diceret: ibi eſt ſpiritus Chriſti. Quod verum eſt, etiāſi
illi eo modo congregati, omnium infimi ſint & idiotæ. Præterea Chriſti præſentia eò loci non
tam ab ipſa congregatione pendet, quàm *à nomine ipſius Chriſti, in quo duo aut tres congregantur.*
Illud ergo ante omnia quærendum eſt, quid ſit *nomen Chriſti*, in quo nos congregari oportet.
Rom. 5. Id autem ſi de gratia & virtute, *quam in cordibus noſtris diffundit*, intelligatur: nihil ea res ad vi-
ſibile regimen Eccleſiæ ſpectat. Nam quæ in animo cuiuſque fiunt, ea nullam ijs, quæ foris ge-
runtur, formam aut regulam imponunt. Sin velis ea verba ad viſibilem aliquam congregationē
referri, *nomenq́ illud Chriſti, in quo duo aut tres congregantur*, per ſignum viſibile patefieri: pro-
fectò

fectò inueſtigandum eſt, quod nomen, quamq; poteſtatem Chriſtus inſtituerit, in qua duo aut tres congregarentur. Equidem video, *Paſtoris nomen* aptiſsimum eſſe ad congregandas oues, cùm Chriſtus ipſe dixerit: *Paſtor proprias oues vocat nominatim, & educit eas, & oues illum ſequũtur, quia ſciunt vocem eius.* Si ergo per nomen Chriſti, in quo duo aut tres congregantur, poteſtatem vllam externam intelligimus: meritò affirmauerim, Chriſtum eſſe in medio illius congregationis, quam is conuocat, quem Chriſtus primum ſui gregis Paſtorem inſtituit. Is verò vnum Petrum, *plus alijs amantem*, in eo gradu Paſtorem inſtituit, ad quem nullus alius Apoſtolorum pertingebat. Alioqui eum vt plus aliis amantem non donaſſet illa poteſtate. Si ergo in Petri poteſtate oues conuocantur, tunc demùm in earum medio eſt Chriſtus, quando à Petro aut Petri ſucceſſore Chriſtiani congregantur. Atqui talis congregatio non ipſa ſummum in Eccleſia locum tenet, ſed ſupra ſe Paſtorem primum, à quo in vnum vocetur, recognoſcit. Aut igitur iſta verba (*vbi ſunt duo congregati in nomine meo*) nihil pertinent ad declarãdum gubernationis Eccleſiaſticæ modum, aut potius Principatum vnius, quàm plurium confirmant. Non enim congregatis abſque omni adiunctione, ſed *cõgregatis in Chriſti nomine* ſpiritus Chriſti promittitur. Prius ergò definiendũ eſt, quid ſit nomẽ Chriſti eo in loco, quàm ex illa oratione quicquam concludas. Oportet autem non modò perſpicua eſſe verba, quæ rem tantam decidant, verùm etiam eadem tùm prædicatione Paſtorum, tùm fide ac moribus fidelium planiſsima fieri, quia regimen Eccleſiæ, quod ad omnes & ſingulos ſpectat, nunquàm in obſcuritate vocis alicuius latêre potuiſſet. Da ergo aut perſpicuum Scripturæ ſacræ locum, aut clarã experientiam quæ teſtetur, cuinam Optimatum cõgregationi Eccleſiæ gubernacula ſint credita. Sin nihil tale proferri poteſt: quod Chriſtus non fecit, vt congregationem aliquam Eccleſiæ ſuæ præponeret, ſi quis hoc poſtea faciendum docet: ſciat ſe de ſuo id ingenio docere, nec doctrinam illam ſuam Dominica niti auctoritate. Illa verò verba: *Dic Eccleſiæ*, &c. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus*, partim à Catholicis ad ſingulos cuiuſque loci Præſules (vt antea declaraui) partim ad particularem cuiuſque Eccleſiæ cœtum (vt Proteſtãtes ipſi docent) ac non ad ſolos Epiſcopos in vnum conuenientes pertinent. Alioqui nemo delinquens alij, quàm Synodo Epiſcoporum ex toto orbe collectæ, denunciaretur: quod abſurdiſsimum eſſe, nemo nõ videt. Cùm igitur nihil aut in ſacris Euangelijs perſcriptum, aut à maioribus traditum ſit, quo doceatur, communem totius Eccleſiæ gubernationem pluribus Epiſcopis aut Optimatibus commendatam eſſe: non video qua auctoritate dicatur, ſummam Eccleſiæ poteſtatem penes Optimates eſſe.

Ioan. 10.

Ioan. 21.

Arg. 1. Cor. 19

Matth. 18.

Præterea, ſi penes Optimates ſumma rei Chriſtianæ foret: oportebat vel hoc genus ſemper exercendo muneri ſuo vacare, vel certos homines fuiſſe aut à Chriſto, aut à maiore Optimatũ parte deſignatos, qui perpetuò inſeruirent maximis quibuſque controuerſijs, quæ domi decîdi non poſſent, ex illa ſumma Optimatum poteſtate finiendis. Scimus autem, nullos vnquam aut Epiſcopos, aut alios primarios viros tali cauſarum cognitioni perpetuò vacaſſe. Scimus OEcumenicas Epiſcoporum Synodos non fuiſſe vnquam perpetuas, ſed poſt certa temporum interualla coijſſe. At certè regimen Eccleſiæ, quodcunque illud erit, oportet vt non per interualla quædam ſuſcipiatur, ſed ſtatum ac certum ſit: vt ciues Chriſtiani ſemper ſciant, vnde in rebus dubijs tale reſponſum ferãt, in quo ſecurè poſsint ac debeãt acquieſcere. Quòd ſi & Epiſcopi dicantur eſſe Optimates, & illorum curia & forum (quoad vniuerſalis Eccleſiæ regimẽ) non niſi Oecumenicæ Synodi fuerint: efficietur, vt neceſſariò fatendum ſit, tùm regimen illud non niſi per longiſsima ſæpe interualla exerceri ſolitum eſſe, tùm per totos trecentos annos, hoc eſt, ab illo tempore, quo Hyeroſolymis Apoſtoli conuenerunt, vſque ad Conſtantinũ Magnum, Eccleſiam prorſus vniuerſali ſuo regimine orbatam fuiſſe. Tanto enim ſpatio temporis Epiſcopi totius orbis, nullibi ad vllas totius Eccleſiæ cõtrouerſias publica auctoritate decidẽdas, conuenerunt: cùm tamen interim grauiſsimæ quæſtiones inter maximas Eccleſias & Epiſcopos ortæ eſſent, *de ſolenni Paſchatis obſeruatione, de pœnitentium reconciliatione, de illorum qui ab Hæreticis baptizati eſſent, rebaptizatione, de ſchiſmate Donatiſtarum*, atque alijs eiuſmodi rebus. Nam multæ etiam hæreſes interim diſſeminatæ ſunt, Valentini, Marcionis, Origeniſtarum, & Manichæorum. Quid ergo poteſt abſurdius cogitari, quàm vt Eccleſia, cùm adhuc recens eſſet, maximeque omnium rectore indigeret, ac tot ſcandalis premerẽtur, tamen omni regimine vniuerſali per tot ſecula caruiſſe exiſtimetur? Et tamen vt hoc dicant neceſse eſt, qui putant Ciuitatem Dei ab Optimatibus potiſsimùm adminiſtrari. Optimates enim ex toto orbe ad cõtrouerſias totius Eccleſiæ finiendas, alibi quàm Niceæ, iam inde à temporibus Apoſtolorum

3. *Quæſtio*

Acto. 15.

Euſeb. lib. 5. ca. 21. & 24. Item lib. 7. c. 7. & 8.

vſque ad Conſtantini tẽpora non conuenerunt. Quis ergo per annos ferè trecentos Eccleſiam toto orbe diffuſam in vnitate ac pace continuit? Verum nullus omnino! At & Petro dictũ eſt: Ioan. 21. *Paſce oues meas*, & ab Ezechiele ſcriptum eſt: *Diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet Paſtor.* Ezech. 34. Atque in remedium eius mali ſubiectum eſt: *Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas. Sicut viſitat Paſtor gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum: ſic viſitabo eas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſa fuerant in die nubis & caliginis.* Quo ex loco intelligitur, Chriſtum non relinquere oues ſuas abſque Paſtore, hoc eſt, abſque aliqua ſumma & certa gubernationis forma, & tam Proteſtantes, quàm Catholici de viſibili regimi- Prou. 11. ne iam agunt. Nam ſemper apud homines verum eſt, quod Sapiens ait: *Vbi non ſunt gubernacu-la, populus corruet.* Matth. 16. Non corruit verò Eccleſia Chriſti, quia ſuper Petram ædificata eſt, *& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Erãt igitur in illis primis tribus à morte Chriſti ſeculis quædam vniuerſalis Eccleſiæ gubernacula, licet Optimates ad illa non ſederint. Quòd ſi dicas, in-*Obiectio.* terim Prouinciales aliquot Synodos extitiſſe, ac præterea Epiſcopos mutuis literis & coniunctis conſilijs Rempublicam gubernaſſe (hoc enim Magdeburgenſes paſsim repetunt) id abs te quæro: vtrum Optimates ita præeſſe velis, vt domi ſuæ manentes, alijs quid ex neceſsitate ſe-*Reſponſio.* quendum ſit, præſcribere queant: an verò, vt tantùm in Synodis ſuis eam auctoritatem exercere poſsint. Si dum in ſuis Eccleſijs ſinguli Epiſcopi agunt, fratribus ſuis præcipere aliquid poſſunt: mirabor, quis cui præcipiet. Cur enim non æquè præcipiat Irenæus Polycrati, ac Polycrates Irenæo? Aut vbi omnes aſſeruntur æquales, quis præcipiendi locus vni alicui relinquitur? Et certè vtcũque aliquis Patriarcha vel Primas alteri eiuſdem Prouinciæ Epiſcopo præcipiat: quomodo tamen toti Eccleſiæ præcipiet? Aut qua pœna præceptum ſuum muniet, ne id contemptui habeatur? Præterea, quid potuit ab aliqua Prouinciali Synodo ita definiri, vt alteri Prouinciæ liberum nõ fuerit ab eodem recedere? Teſtatur hoc Synodus octoginta & amplius Epiſcoporum in Africa ſub Cypriano habita, quam cæteræ omnes Eccleſiæ non modò liberè potuerunt, ſed neceſſariò etiam debuerunt reijcere, & omni auctoritate vacuam decernere. Non igitur aut Epiſcoporum domi ſuæ agẽtium, aut Prouincialium Synodorũ auctoritas Eccleſiam Dei regere, & ab errore liberam ſeruare potuit. Nõ ignorant Catholici quomo-Euſebius in Chron & li. 5 c. 24. & li. 7. c. 7. & 8. do illis trecentis annis Eccleſia tota regebatur. Sciunt, Pij & Victoris Pontificum Romanorum decreto cauſam Paſchatis eſſe deciſam, adiecta excommunicationis pœna, ſi quis nõ obediret. Nouerunt, Cornelij Põtificis decreto & auctoritate, Nouatianorum ſchiſma & hæreſim eſſe depreſſam. Sciunt Stephanum Papam decreuiſſe, ne rebaptizarentur in Eccleſia, qui fuiſſent ab hæreticis baptizati, atq; ita oues Chriſti pauiſſe, vt in hæreſes aliquas non diſpergerentur. Sed qui negant clariſsimam illam vnius Romani Pontificis præſidentiam, & ad Optimates omnia reijciunt, nullum habent vniuerſale regimen, quod totis annis trecentis in Eccleſia Dei vel fando auditum ſit.

4. Quæſtio Poſtulat iam locus, vt de via & ordine, quo in Optimatum Synodis vtendum fuerit, quæramus. Hoc enim ſemel poſito, quòd omnes Eccleſiæ Paſtores pari poteſtate ſint præditi, quis primùm cõuocabit Concilia? Nam olim conſtat, Metropolitano in ſua Prouincia hoc iuris cõceſſum eſſe. Vnde Polycrates Metropolita Epheſius, per Victoris Romani Põtificis literas ad-Euſeb. lib. 5. cap. 24. monitus, Epiſcopos Aſiæ ad Synodum conuocauit. Quodque iuris in vna Prouincia Metropolitano ratione primæ Sedis, quam ibi tenebat, datum fuerat: hoc idem conceſſum eſt Pontifici Romano in omnibus Prouincijs, ratione poteſtatis, quam in vniuerſam Eccleſiam acceperat: qui tamen poteſtatem ſuam in Synodis indicendis exercere non potuit, quàmdiu Imperatores nondum fidem Chriſti amplexi fuerant, ſed potiùs eandem perſequebantur. Verùm Chriſtus non ita defuit Eccleſiæ ſuæ, quin quod vna via fieri non poterat, alia fieret. Ob hoc enim ipſum oportebat vnum, vice Chriſti, Eccleſiæ præeſſe, vt quia ſemper indici Concilia nõ poterant, ſemper tamen eſſet à quo Eccleſia regeretur. Cæterùm ſi, vt cœpi dicere, nullus Metropolita in qualibet prouincia, nulluſque in tota Eccleſia primus Paſtor eſſet: quis Concilia indixiſſet? Verum Imperator? At per annos trecentos nullus fidem Chriſtianam publicè profiteri auſus eſt. Nec opinor ab Idololatris obtineri potuit, vt Synodum Epiſcopalem indicerent. Et quod aliquando euenit, quin iterum euenire poſsit, quis denegabit, vt Imperator ſit maximus ac ſeueriſsimus Eccleſiæ & fidei totius hoſtis & perſecutor? Quis ergo tunc illa Concilia indicet, quibus tota Eccleſia in commune gubernetur? Quid quòd res ipſa docuit, Imperatores ad illas anguſtias iam reductos eſſe, vt vix paruam orbis Chriſtiani partem adminiſtrẽt, nec illorum edicto ij parêre velint, qui extra ipſorum iuriſdictionem degunt? An igitur omnes

Chriſtiani

Chriſtiani Principes, communibus ſtudijs Concilia generalia indicēt? At quæ ſpes vnquā erit, vt in ea re Principes inter ſe diſſentientes conueniant, cùm tam ægrè, etiam nunc per auctoritatem ſummi Pontificis ad id perduci queant, vt Synodo per ipſum indictæ non ſe opponāt, liberúmue aditum Epiſcopis per ſuas regiones tranſeuntibus præbeant? Cùm autem ad Synodum iam conuentum eſſet: quis inter omnes æquali dignitate deliberaturos præſideret? Si nullus: nónne omnia perturbata forent & confuſa? Vult tamen Apoſtolus *omnia inter Chriſtianos ſecundùm ordinem fieri*. Si ergo primæ partes alicui deferendæ videbuntur: quantum in ea re ſchiſma expectandum erit, antequam definiatur, cui primus ille præſidendi locus, omnium aut maioris partis ſuffragio, deferatur? Quòd ſi Principum Legati ad Synodum capite viſibili carentem accederent: quantas etiam contentiones de eorum Legatorum præſidentia oriri neceſſe eſſet? Imò in re nondum conſtituta, iure timeri poſſit, ne Dioſcorus quiſpiam, aſſumptis vel Cæſaris, vel Principum, qui adeſſent, copijs, Primatum ſibi manu militari aſſereret. Vnde fieret, vt latrocinio quàm Synodo ea coitio ſimilior futura eſſet. Fac de locis inter Epiſcopos conuenire. Quid fiet, cùm ad ſententias dicendas venietur, dum vnus hoc, alius illud primùm proponi vult & expediri? 1. Cor. 14. Vide Leonis epiſtolā de prædatoria Dioſcori ſynodo.

Conuenerunt Seleuciæ centum & ſexaginta Epiſcopi, nec illis nomine Pontificis Romani quiſquam præerat (quia erant Ariani) ſed præerat *Leonas vir illuſtris ex aula Conſtantij*. Nam nec Ariani quidem aliquo Præſide carere poterant: nunquam alioqui vel in ſuo ſcelere concordes ad vnam horam extitiſſent. Verùm quia Epiſcopi timere Leonam poterant, reuereri velut patrem ſuum non poterant: vide quid ſit conſecutum. Primùm aliquot Epiſcopi negabant, quiequam in quæſtionem vocari debere, donec qui deſiderabantur, aduentârent. Hæc lis vtcunque per Leonæ interloquutionem finita eſt, qui abſentes expectandos negabat. Sed maior quæſtio mox orta eſt, vtrum prius agendum eſſet de criminibus eorum, qui accuſabantur, an de cauſa fidei? Ex huius enim rei contentione Synodus illa in duas partes diſtracta eſt, quarum alteri Acacius Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus, alteri Georgius Laodiceæ vrbis Syriæ Epiſcopus præerat. Cùm tandem viciſſet illa factio, quæ primùm de fide quæri voluit: ecce è veſtigio tertia lis orta eſt, dum alia pars fidem Nicenam abrogari, nouamque fidem ſcribi poſtulat, alia verò cætera in Concilio Niceno Decreta confirmari vellet, ſublato ſolò *Conſubſtantialis* vocabulo, in quo nimirum omnia continebantur. Itaque licet vtraque pars hæreſim Arianam promoueret, adeo tamen Acatianis alterius partis contradictio diſplicuit, vt prorſus è Concilio ſe ſubducerent: eorumque Aduerſarij poſtridie ſontibus occluſis, fidei formulam ſubſcriptionibus ratam facerent. Cumque tertia die Leonas conaretur Acatianos in concordiam cum alijs reuocare, nihil aliud obtentum eſt, quàm vt noua fidei formula propoſita, etiam nouæ quæſtiones quotidie orirentur, atque ita Conciliabulum illud (vt eorum qui Eccleſiaſtico præſide carebant) incertius multò dimiſſum eſt, quàm ab initio fuerat. Illud adhuc longè periculoſius foret, ſi (quod etiam aliàs factum eſt) poſtquam ducenti aut trecenti Patres vno in loco quippiam decreuiſſent, in alio interim loco alij trecenti conuenirent, ac prorſus in contrariam ſententiam concluderent. Nam ſi nullum primùm Eccleſiæ Caput eſt, ad cuius cōmunionem præcipuè retinendam omnes obligentur: nónne tanta erit Ariminenſis, quanta Nicenæ Synodi auctoritas? Inde ergo factionum & diſcordiarum vel origo, vel certè maximum fomentum proficiſcetur, vnde pax & tranquillitas expectanda erat. Notum eſt, quot Synodos Ariani congregârint, & quantum damni Eccleſiæ Chriſti per eius rei ſpeciem intulerint. In quibus certè grauiſſimis Eccleſiæ perturbationibus, ad Pontificem Romanum velut ad portum fidei Catholicæ ſemper confugiebatur, vt inde remedium peteretur, *vnde vnitas ſacerdotalis eſſet orta*. Verùm ſublata vnius primi Paſtoris præſidentia, nullus vnquā portus erit, ad quem ſe Catholici recipiāt: ſed eueniet illud, de quo apud Ezechielē Dominus conqueritur, *vt diſpergantur oues, quia non habent Paſtorē*. Socrates li. 2 cap. 31. Hæc omnia habentur ibi dē apud Socratem. Cyp. lib. 1. Epiſt. 3. Cap. 34.

Neque verò leges aliquæ conſtitutæ vnquàm ſunt, per quas intelligatur, quæ Optimatum Synodus, ex eo quòd Optimatum ſit, legitima, vel adulterina haberi debeat. Nam ſi qua Synodus ideo recipitur, quoniam vnà cum Optimatum conſenſu primi Paſtoris auctoritas coniunctā eſt: iſta Synodus non ex auctoritate ſola Optimatum, ſed potius ex auctoritate vnius Præſidis, Optimatum conſenſui adiuncta, vim capit. Verùm ego regulam quæro quæ doceat, quale id Decretum eſſe debeat, quod ſic ab Optimatibus interpoſitum dicatur, vt propter illorum ſummam auctoritatem ab eo recedi non poſſit. Talem regulam hactenus non audiuit Eccleſia Dei. Conuenerant multi Optimates ad Polycratis Epheſij Synodum, in Aſiæ 5. Quæſtio

Socrates lib. 2 ca. 24. 39. & 32. multi ad Cypriani ſynodum, in Africa: multi ad Conſtantij Imperatoris ſynodos, Syrmij, Arimini, Seleuciæ: ac ſanè centum & ſexaginta Epiſcopi Seleuciæ, Arimini autem amplius quàm trecenti conuenerant. Quæ tamen omnes Synodi nullius vnquàm auctoritatis in Eccleſia ſunt habitæ: non profectò quòd Optimatum concurſu, aut numero, aut conſenſu carerent: ſed quòd Optimatum concurſus ad plenarium Concilium conſtituendum ſatis virium non habuit: quia Chriſtus in ſummo ſaltem gradu non præfecit Optimates gregi ſuo. Itaque cùm nulla vnquàm Synodus abſque Optimatibus celebrata fuerit: qui neſciunt inter veras rerum cauſas diſtinguere, putant ideo præcipuè Synodos omnes ratas fuiſſe, quòd Optimates in illis affuiſſent. Ideo quidem Synodi fuerunt, quia Optimates in illis erant: ſed non ideo legitimæ rat æque Synodi fuerunt, quia illis aderant Optimates (alioqui omnes Optimatum Synodi ratæ fuiſſent) verùm quia illis aderat ſummi Paſtoris vel auctoritas & conſenſus, vel ſaltem rati-habitio & confirmatio. Cuius auctoritas plerumque aderat, vt conuocarentur: conſenſus Papæ aucto-ritas, conſen-ſus, confir-matio. verò ſemper, dum res agebatur: ſemper autem rati-habitio, dum quod actum antea eſſet, poſtea vel tacita, vel expreſſa Pontificis voluntate confirmabatur. Auctoritas conuocandi prætermitti aliquando poterat ob rei neceſsitatem: conſenſus nunquàm defuit Concilijs Generalibus, dum celebrarentur, quamuis defuerit alijs: rati-habitio ſaltem tacita nec Generalibus, nec Prouincialibus Synodis deeſſe vnquam potuit, ſi alicuius auctoritatis in Eccleſia DEI futuræ erant.

Obiectio. Nec tamen dicat quiſpiam, ſuperuacanea eſſe Concilia, ſi hoc modo à ſummi Pontificis *Reſponſio.* auctoritate potiſsimùm pendent. Nihilominus enim maximè vtilia, & interdum neceſſaria ſunt. Primùm, hac ratione intelligitur, quòd eadem ſit fides Romanæ Eccleſiæ, cæterarumque omnium, quæ ſaltem à Patrum regula non degenerant. Nam fideles & ignari populi permultùm ædificantur in illa fide, quam omnibus Epiſcopis ex æquo probari vident. Paulus enim Actor. 15. & Barnabas ad Apoſtolos & Presbyteros, Hieroſolymas venerunt, non quòd ipſi dubitarent de propoſita quæſtione, ſed vt omnes ſcirent, illam ſuam eſſe communem omnium Apoſtolorum fidem. Deinde, ſi in Scripturis difficile quid occurrit, quod Hæretici ad ſuas partes trahant; vera Scripturarum interpretatio per ingenia & doctrinam plurium faciliùs inuenitur, ſolidiùs confertur, clariùs explicatur, & maiore cum auctoritate alijs traditur. Præterea, ex ipſa Epiſcoporum inter ſe collatione, multi Epiſcopi & docti viri, aut ab hæreſi reuocantur, aut in recta fide ſtabiliuntur, ac multò doctiores domum redeunt. Quid quòd de moribus omnium plenior ſit inquiſitio, & abuſus particularium locorum multò diligentius & deteguntur, & emendantur? Imò ſi quid in Pontifice Maximo, aut in Collegio Cardinalium, aut in familia Pontificis, aut denique in Primatibus, & Metropolitanis corrigendum eſt: maiore cum auctoritate omnes eius rei admonentur à pluribus Collegis ſuis, & eò facilius ad emendationem prouocantur. Reges etiam & Principes ex ea re excitantur ad vindicandum in eos, qui conturbant Eccleſiam, dum promittunt ſe velle exequi, quod ab omnibus Dei Sacerdotibus confirmabitur. Poſtremò, ſi Pontifex nullus eſt, aut ſi quod ſchiſma in Romana Eccleſia euenerit, quod aliâs difficulter tolli queat: plurimum in ea cauſa valet Epiſcoporum auctoritas & conſenſus. Quò enim minus de vero Eccleſiæ capite conſtat, aut quò illud infirmius eſt & debilius: eò magis vel conſtituitur caput, vel declaratur, vel ad valetudinē reducitur, per præcipuorum mēbrorum Eccleſiæ auxilium & conſilium. Sit igitur (vt re vera eſt) maxima Optimatum neceſsitas vtilitaſque in Eccleſia, ſint Synodi perutiles, & neceſſariæ: non tamen propterea primas partes in moderanda Eccleſia vel hodie tenent, vel aliquando tenuerunt.

6. Quæſtio Illud demum reſtat inquirendum, an Optimatum Præfectura poſsit illū pacis, amoris, atque vnitatis Eccleſiaſticæ finē conferre, ob quem præcipuè omnis externa gubernatio inſtituitur. Chriſtus enim ad mortē (qua pacificaturus erat omnia, quæ in cœlis, quæq; in terris erant) iam Ioan. 14. trāſiens, *pacē Apoſtolis ſuis dedit, pacē* (inquā) *non huius mundi, ſed ſuam illis reliquit*. Et Apoſtoli 1. Cor. 1. & 5. nec aliquid frequentius, quàm Chriſti pacem Chriſtianis cōmendārunt, nec aliquid ſeuerius in eis reprehenderit, quàm ſchiſmata & factiones. Pax aūt Chriſti duplex eſt: externa, & interna. De interna pace iam nō agimus, niſi pro ea parte, qua illa per externæ pacis vinculū promouetur & adiuuatur. Videndū igitur eſt, vtrum Præfectura Optimatū ſit vel optima, vel ſaltē ſatis cōmoda ratio pacem & vnitatē externā in Eccleſia efficiēdi, necne. Tantum certè abeſt Præfectura Optimatum ab iſto effectu conſtituendo, vt ferè nulla res alia cogitari poſsit, qua pax Matth. 24. & vnitas Eccleſiæ faciliùs diſſoluatur. Nā externa Eccleſiæ pax diſſoluitur maximè per hære-Rom. 16. ſes & ſchiſmata: vnde tā Chriſtus prædixit, *vt à Pſeudoprophetis Eccleſia ſibi caueret*, quàm Apo-

ſtolus monuit, vt *declinaremus ab illis, qui præter doctrinam, quam didicimus, diſſenſiones & offendicula faciunt*. Cùm verò ſint tria gubernationum genera, hoc eſt, vel vnius, vel Optimatũ, vel populi totius Præfectura: ex ijs tribus generibus nullum vſque adeo ſubiectũ eſt periculo hæreſum, quàm ſtatus Optimatũ. Cùm enim hæreſes & ſchiſmata nihil aliud ſint, quàm Eccleſiaſticæ quædam partes ac factiones, facillimum verò ſit, vt Optimatũ ſtatus in factiones cadat, propterea quòd *factio* vicinum illud vitium eſt, in quod Optimates per vitioſæ naturæ inclinationẽ velut præcipiti curſu feruntur: profectò, vt tyrannis ab vnius Principatu, & ſeditio à populari ſtatu difficillimè arcetur, ſic etiam longè difficillimũ eſt, vt ſi Eccleſia per Optimates regitur, ab hæreſibus & ſchiſmatis non penitus abſorbeatur. Imò etiam multò magis Eccleſiæ timendum eſſet ab hæreſibus ac ſchiſmatis, ſi ab Optimatibus regeretur, quàm ab ijſdem timeri poſſet, ſi penes populum totius rei ſumma foret. Nã hæreſes nõ aliunde magis oriuntur, quàm ab illa *ſcientia*, quæ charitatis expers *inflat potius, quàm ædificat*. Illa verò ſcientia non in vulgo aut infima plebe, ſed tantùm in Optimatibus reperitur. Vnde vix vllæ vnquàm hæreſes in Eccleſia ortæ ſunt, præterquam ab illis, qui vel doctrina inſigni, vel dignitate quapiam Eccleſiaſtica præditi erant. *Simon Magus fuit aliquis magnus* in ſua ſcientia Magica. Nicolaus fuit vnus ex ſeptem Diaconis. Marcion & Valentinus Philoſophi fuerunt. Origenes, Tertullianus, Arius, Presbyteri: Eutyches fuit Abbas. Paulus Samoſatenus, Macedonius, Neſtorius, Dioſcorus, Epiſcopi erant.

Roman. 16. | 1. Cor. 8. | Acto. 8.

Cùm igitur hæreſes ab inflante ſcientia promanẽt, illa verò non ſit in idiotis & rudi populo: ex altera verò parte, cùm adeo ſit in Optimatibus, vt nullus propè ad honorem Optimatũ aſpirare queat, niſi aliquouſque doctus habeatur: ſine dubio non tantum eſſet periculum ab hæreſibus in populari, quàm in Optimatum ſtatu. Iam verò ab hæreſibus præcipuè labefactatur Eccleſia, adeo vt illas præcipuè *portas inferorum* à Chriſto dictas eſſe, ſancti Patres docuerint. Cùm ergo credendum ſit, Chriſtum, qui promiſit, *portas inferorum aduerſus Eccleſiam non præualituras*, talem gubernationem non reliquiſſe, quæ ad hæreſes & excogitandas, & alendas aptiſſima ſit: non eſt etiam credẽdum, quòd Eccleſiam voluerit ab Optimatibus potiſſimùm adminiſtrari. Vt enim homines *non colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus*: ſic neque de ſeminario factionũ & hæreſum pacem Eccleſiaſticã metere poſſunt. Aut quis, obſecro, finis contentionũ ibi erit, vbi quò plura factionum capita ſunt, eò ſemper longiùs ab vnitate ac pace receditur? Ac alij quidẽ Optimates vnius ferè Prouinciæ ambitu cõtinentur, & vna in Vrbe ad deliberandum adeo frequenter cõueniunt: vt tùm ex vicinitate loci, tùm ex frequentia coitionũ, nõ leuis ratio ad factiones, aut ne oriãtur prohibẽdas, aut ſtatim ab initio extinguẽdas, inde naſcatur. Verùm Eccleſiæ Catholicæ Principes & tã ſunt locorũ interuallis per totũ orbẽ diſtincti, & tã raro in vnũ coeũt, vt nõ eadẽ ſit facultas cohibẽdi hæreſes in Eccleſia, quæ alibi eſt ad factiones reprimẽdas. Præterea multò plures in Eccleſia ſunt Optimates, quàm in vlla vnquàm Repub. extiterũt. Senatores enim quàmlibet multi, tamen certo ferè numero comprehenduntur. Verùm Epiſcopi, Doctores, atq; alij Eccleſiæ primarij viri tot ſunt, vt nunquã putẽ vllius ætatis Optimates ad certũ numerũ hactenus redactos fuiſſe. Quò autem plures ſunt Principes, eò citius inter multos aliqui reperiuntur pertinaces, & contentioſi. Accedit eòdem, quòd cæterorum Optimatum diſcordiæ ſtatim apparent atque cernuntur. Hæreſis autem *ſerpit vt cancer*, nec ſtatim ab initio animaduertitur: eoque periculoſiùs ille ſtatus gubernationis permitteretur, qui maximè idoneus eſt ad hæreſes fouendas. Si ergo Ciuitas Dei per Optimates regeretur: quis contentionum finis eſſet, aut quod aduerſus hæreſes ac ſchiſmata remedium excogitari poſſet? Aut quid in eo genere præſtitit antiqua Eccleſia? Equidẽ ſcio Magdeburgẽſes pluñ rimũ in hac cauſa deferre Eccleſiarũ, vel in eadẽ Prouincia, vel in vniuerſali Eccleſia cõſociationi. Vnus (inquiũt) Epiſcopus alij ab exilio reuertẽti gratulabatur: vnus aliũ nominabat fratrẽ ſuũ. Itemq; literis ad ſe inuicem datis, alius ab alio petebat conſilium, alius alium obiurgabat, & vel de officio ſuo monebat, vel de ſtatu Eccleſiarum, ſiue tranquillo, ſiue turbulento, certiorẽ faciebat, vel fidem propugnabat, vel hæreſim detegebat. Quaſi verò hæc omnia non potuerint fieri, etiamſi vnus toti Eccleſiæ præſit. Hæc enim non ſunt ſupremi regiminis indicia, ſed tantùm oſtendunt, omnes Epiſcopos in partem ſolicitudinis vocatos, eoq; munere ſuo diligẽter eſſe functos. Nec ego vnquam negauerim, fuiſſe talẽ aliquã Eccleſiarũ inter ſe conſociationem. Sed quòd ſupremũ Eccleſiæ regimen penes iſtarũ Eccleſiarũ inter ſe conſociationẽ fuerit, idipſum eſt quod pernegamus. Alioqui fuiſſent certæ leges iſti conſociationi vel ex Apoſtolorum inſtitutis, vel omnium conſenſu præſcriptæ, vt ſcirent cæteri, quæ cauſa legitimè

Epiphanius in Ancorato. | Matth. 16. | Matth. 7. | 2. Tim. 2. | Magdeburgenſium cõſociationes deteguntur.

definita eſſet, vel quæ adhuc diſcutienda reſtaret. Verùm nihil tale vnquàm præſcriptum eſt,

Caput conſociationis.

nec in Eccleſia Dei promulgatum. Imò hæc ipſa Eccleſiarum conſociatio à principio quodam viſibili, & certo huius ſocietatis authore neceſſariò pendebat, quocum, niſi Epiſcopi alij communicaſſent, fruſtrà inter ſe communem ſocietatem inibant. Fiet hoc totum illuſtrius per exemplorum appoſitionem.

Euſeb. lib. 5. cap. 23.

Epiſcopi Aſiæ celebrabãt Paſcha non in Dominica die, ſed in decima quarta primi mẽſis Lunæ, quocunque ea die obueniſſet. Habebant aliæ Eccleſiæ aliam conſuetudinem: ex quo factũ eſt, vt Eccleſia nec in Paſchate, nec in Aſcenſione Domini, nec in Pentecoſte, imò nec in Dominicis diebus poſtea per totum annum celebrandis ipſa ſibi conſentiret. Si ergo iam quæratur, quomodo hæc lis componi, & hæc diſſenſio tolli poſſit: inueniemus, ſolam Eccleſiarum conſociationem non ſatis auxilij ad eam rem conferre. Nam vt aliæ Fidelium Eccleſiæ, ſic etiã Aſiaticæ habebant inter ſe mutuam ſocietatem. Nec minus Aſiaticæ laborabant, vt in ſua illa vetere conſuetudine relinquerentur, quàm aliæ Eccleſiæ operam dabant, vt totũ corpus myſticum in præcipuis feſtiuitatibus celebrandis eandem regulam teneret. Ac erat ſanè duplex inita ſocietas ad Aſiæ defenſionem: vna, quæ omnino retinendam conſuetudinem priſtinam, velut longè optimam, in Prouinciali etiam Synodo contenderet, quæ fuit Polycratis & ſociorum eius opinio: alia, quæ tametſi conſuetudinem illam non valdè laudabat, tolerari tamẽ poſſe, ac etiam debere arbitrabatur: quæ mens fuit Irenæi, & Gallicanæ Eccleſiæ. Interim Romana

Euſeb. lib. 5. cap. 24.

Eccleſia (cui ſemper aderant permulti Italiæ Epiſcopi) ſcandalum hoc diutius non eſſe tolerandum, iudicauit. Quàm enim abſurdum erat, eodem die alios Chriſtianos ieiunijs Quadrageſimæ affligi, alios verò feſtum Paſchatis celebrare, alios Crucem & mortem Domini, alios eiuſdem Reſurrectionẽ publicè colere, alios adhuc in Aſcẽſione occupatos detineri, alios iam

De his vide Euſebium in vita Conſtantini.

deſcenſum Spiritus ſancti repræſentare? Imò fiebat interdum, vt in eodem anno bis cõmemoraretur Domini reſurrectio, in alio autem nec ſemel. Id omnium erat peſſimum, quòd Aſiatici Iudaico more Feſtum Paſchatis agẽtes, illorum errori fomentum præbere videbantur, qui Legem cum Chriſti Religione coniungendam dicebant. Cùm hæc ſcandala tolli oporteret, non tantùm cõſociatione Eccleſiarum (quæ vtrinque adhibebatur, & ea multiplex) ſed multò magis duce quopiam & auctore certo opus erat, ad cuius ſocietatem cæteri neceſſariò deberẽt cõuenire, ne alioqui diſſenſio euaderet infinita. Poſito igitur duce vno, quẽ in dubio ſequi neceſſè ſit: iam Eccleſiarum conſociatio multum planè prodeſt, quæ alioqui potius auget ſchiſma, & diſſentiones nutrit. Nec enim dubium eſt, quin hodiè tam Lutherani, quàm Zuingliani, & Caluiniſtæ quandam ineant ſocietatem. Sed quo duce? Non vno aliquo. Alioqui non tantopere inter ſe diſsiderent. Nunc autem dum Lutherani ad Lutherum, Zuingliani verò ad Zuinglium, Caluiniſtæ ad Caluinum aſpiciunt: fit, vt quotidiè magis magiſq; ſecum ipſi pugnent. Vnum enim ducem oporteret ſtatui ob hoc, vt duæ ſectæ ad vnitatem reducerentur.

Verùm vt ad priorem quæſtionem reuertar, cùm omnes Eccleſiæ fidelium ſcirent, Ducem

Vide Optatũ lib. 2. vbi Petrum appellat Principẽ noſtrum.

ac Principem Eccleſiaſticæ communionis Petrum Petrique ſucceſſorem eſſe debere: tandem Fratrum ſocietas vniuerſa in hoc incubuit, vt principalem Eccleſiam cæteræ ſequerentur. Quæ autem Eccleſia id recuſaret facere: vt ea priuaretur cõmunione totius Chriſtiani orbis. Hinc præualuit Eccleſiæ Romanæ conſuetudo: & qui pertinaciter ei repugnabant, Hæreticis

Epiphanius hær. 50.

annumerati, dicebantur *Quartadecimani*. Idem prorſus dicendum eſt de altera illa quæſtione, an rebaptizandi ſint, qui ſemel ab hæreticis baptizati, ad Eccleſiam poſtea ſe conferunt. Neque verò hac in re conſociatio Eccleſiarum Africæ nobis ob oculos ponenda eſt, quia verus Princeps totius Eccleſiaſticæ ſocietatis non in Africa, verùm Romæ ſedebat, cuius ſocietatem qui ſequebantur, illi tenebant caput communionis Eccleſiaſticæ, ac propterea ſocietatem rectam & ſinceram contrahebant. Alij verò aut errabant ad tempus inuiti, non ea pertinacia errorẽ ſuum defendentes, vt ob eam rem primæ Cathedræ ſocietatem relicturi eſſent (quæ D. Cypriani cauſa fuit) aut ſi ad errorem primum pertinaciam vſque ad primæ ſedis reiectionem addebant (id quod Donatiſtis aliquibus accidit) in hæreſim pernicioſam omnium Patrum iudi-

Li. 2. de ſchiſmate Donatiſtarum.

cio inciderunt. Vnde Optatus de Donatiſtis ait: *Contra Cathedram Petri ſacrilegio militatis*. Cõſociatio igitur Eccleſiarum præclara eſt, ſi Ducem à Chriſto datum ſequitur: alioqui perniciẽ potius affert. Vnum præterea exemplũ ſi adiecero, de hac re plura non dicam. Surrexit Arius, & Filiũ Patri conſubſtantialem negauit. Num, obſecro, ille omni Eccleſiarum conſociatione caruit? Nónne tùm Alexandriæ, tùm alibi multos habuit vel ſocios, vel ſectatores? Nónne mox Eccleſia Nicomedienſis, paulò aũt pòſt etiã Conſtantinopolitana ei ſe adiunxit?

Nónne

Nónne tandem vniuerſus propè Oriens in eam partem inclinauit? Imò adeo non deerat Ario Eccleſiarum conſociatio, vt decem Synodi ab eius parte breui ſpacio fierent, Imperatores eius doctrinam propugnarent, Orbis contremiſceret, ac Arianum ſe factum admiraretur. Quid ergo eſt? Nónne ab altera etiam parte inibatur Eccleſiarum ſocietas contra Arium? Nónne Occidens fidem integram ſeruabat? Maximè. Sed cùm maior pars orbis videretur Arij perfidiam ſequi, nec illa etiam Scripturarum teſtimonijs (malè tamen productis) careret: vnde ſcimus, illam partem, in qua Eccleſiæ pauciores coëunt, veritatem tueri ac propugnare, niſi quia illic eſt Sedes Petri, nexus & vinculum communionis Eccleſiaſticæ? Conſociationem igitur Eccleſiarum & ſemper fuiſſe, & adhuc eſſe debere, aſſeueramus. Verùm huic ipſi conſociationi duce quodam & Principe opus eſt, vt ſciat ſe non impiam, ſed ſanctam inire ſocietatem. Hunc ducem ac Principem ſi tollas, conſociatio ad hæreſim fouendā plus virium habet, quàm ad rectam fidem conſeruandam.

Vide Hieronymum aduerſus Luciferianos.

Proteſtantes verbo quidem aliquam, re vera nullam communem vniuerſalis Eccleſiæ gubernationem in rebus fidei dijudicandis conſtituere.

CAPVT VI.

MEminerit Lector, me iam non agere de particulari ſingularum Diœceſium, ſed tantùm de communi vniuerſalis Eccleſiæ gubernatione. Cùm igitur omnes tam Lutherani, quàm Caluiniſtæ verbo ſaltē cōcederent, cōmune aliquod eſſe totius militantis Eccleſiæ regimen: ſeriò inueſtigare cœpi, quale tandem hoc regimē eſſe tradidiſſent. Occurrit mox Caluinus, qui poſtquàm communem hanc Eccleſiæ poteſtatē in Concilijs vel Prouincialibus, vel Generalibus ſpectari, eamq́ue poteſtatem vel in doctrina, vel in iuriſdictione, vel in legibus ferendis, conſiſtere dixiſſet: tandem de facultate interpretandi ſacram Scripturā agens: *Nos* (inquit) *libenter concedimus, ſi quo de dogmate incidat diſceptatio, nullū eſſe nec melius, nec certius remedium, quàm ſi verorum Epiſcoporum Synodus conueniat, vbi controuerſum dogma excutiatur.* Si nullum eſt melius, aut certius remedium ad excutienda dogmata, quàm Epiſcopalis alicuius Synodi auctoritas: certè nulla eſt (Caluini ſaltem iudicio) maior in Eccleſia, quàm Synodorum vniuerſalium poteſtas. Maxima enim Eccleſiæ poteſtas certiſsimum eſt remediū ad quæſtiones grauiſsimas, quæ de Religione oriuntur, decidendas. Nam ob hoc ipſum oportuit olim Iudæos ex omni Tribu & gente, in qua degerent, ad ſummum Sacerdotem ac Iudicem venire, vt inde certam auferrent de lite orta ſententiam. Nec dubium eſt, quin dum Chriſtus viueret, ille tùm ſummus Eccleſiæ Pontifex eſſe à ſuis Diſcipulis agnoſceretur, tùm ad decidendas cōtrouerſias de quacunq; re motas, certiſsimum remedium afferret, nec id ob aliud, quàm quòd maxima polleret poteſtate. Neque verò magis ob vllam rem aliam inſtitutum eſt ſummum in qualibet Ciuitate regimen, quàm vt omnibus cauſis (quatenus inter homines fieri poteſt) vltimus finis imponatur. Cùm ergo ex ſententia Caluini *certiſsimum ſit remedium in Concilijs ad excutienda dogmata*: in Concilijs etiam maxima Eccleſiæ militantis poteſtas neceſſariò cernitur. Nam ſi qua ſublimior poteſtas in Eccleſia diuinitus conſtituta eſſet: ibi profectò melius & certius remedium ad dogmata excutienda foret: quod ſecus eſſe Caluinus iudicat. Si ergo eſt aliqua gubernatio, quæ in quæſtionibus de fide ortis ad totam Eccleſiam pertinet: illa in Synodis quærenda eſt. At illa communis gubernatio, quæ à Synodis petitur, eiuſdem Caluini iudicio vel nulla, vel incerta eſt. Ait enim: *Hoc perpetuum eſſe Nego, vt vera ſit & certa Scripturæ interpretatio, quæ Concilij ſuffragijs fuerit recepta.* Et paulò antè: *Dum numerantur* (inquit) *non appenduntur ſententiæ, meliorem partem à maiore vinci ſæpius neceſſe fuit. Certè multas impias ſententias protulerunt.*

Inſtit. c. 8. artic. 166.

Deutero. 17.

Ca. 8. Ar. 167 Optimatum præfectura reijcitur.

Ex quibus Caluini verbis rectè concluſeris, Eccleſiam in commune per Synodorum auctoritatē diuinitus non gubernari. Nam omnis gubernatio, maximè autem quæ diuinitus cōſtituitur, eſt certa: ſemperq́; ei obedire nos oportet, ſi nolumus carere æterna vita. Verùm Caluinus nō vult, vt ſemper pareamus interpretationi Scripturarū, quam Synodi adhibent: imò putat, meliorem partem ſæpius in Synodis vinci. Vult igitur Eccleſiam in cauſis fidei nō gubernari per Synodos. Idem tamen melius remedium ad excutienda dogmata eſſe negat: nullum igitur certum remedium ad excutienda dogmata in Eccleſia relinquit. Atqui fides noſtra in dogmatum certa & cognita veritate omnino conſiſtit. Oportet enim confiteri fidem, cum

Rom. 10.

Heb 11. opus eſt. Quod vtique non poſſumus, niſi eam prius accuratè nouerimus. *Abſque fide autem
impoſsibile eſt placere Deo*, quia quoad noſtram eruditionem, fides eſt fundamentum id, præter
quod nemo poteſt in animis noſtris aliud ponere. Cùm igitur fides à dogmatum Eccleſiaſti-
corum ſcientia pendeat, dogmata verò excutiantur optimè ac certiſsimè in Synodis: nihil au-
tem in Synodis frequentius tractetur, quàm quis legitimus ſit de quolibet controuerſia Scri-
pturarum ſenſus: & tamen Synodorum interpretatio non ſemper ſit certa & vera, imò pars
melior ſæpius in Synodis vincatur: efficitur ex Caluini iudicio, vt nulla ſit ratio, qua vniuer-
ſalis Eccleſia in cauſis fidei vel per Synodos, vel per alium quempiam modum gubernetur.
Quod ipſum liberè fatentur Eccleſiarũ miniſtri Tiguri, Bernæ, Scaphuſij, Sangalli, & alij plu-
In cap. 2. res in Confeſsione fidei ſuæ. *Non patimur* (inquiunt) *nos in controuerſiis Religionis, vel fidei cau-
ſis, vrgeri nudis Patrum ſententiis, aut Conciliorum determinationibus, multò minus receptis conſue-
tudinibus, aut etiam multitudine idem ſentientium, aut longi temporis præſcriptione.* Ecce omnes
vias remouent, per quas communis aliqua gubernatio exerceri queat. Nam Patribus quid vn-
quam erat in Eccleſia ſanctius, vel doctius? At illorum ſententijs vrgeri aut cogi nolunt. Cõ-
cilijs quid magis vnitum & conſentiens? At nec illis patiuntur ſe vrgeri. Porrò per conſuetu-
dinem, per multitudinem idem ſentientium, & per longi temporis præſcriptionem, à Neoteri-
cis excluſam, eadem opera excluduntur ſuffragia non eorum modò fidelium, qui iam in terris
agunt, ſed omnium præterea Fidelium, qui vnquam extiterunt. Quis ergo modus reſtat, per
Democratia reijcitur. quem gubernetur Eccleſia? Democratia vel regimen populare ibi valere non poteſt, vbi mul-
titudo idem ſentientium, conſuetudines populorum fidelium, & tam Patrum ſententiæ, quàm
Conciliorum determinationes remouentur. Nam ex his tantùm partibus conflatur Eccleſiæ
Matth. 5. populus. In ſingulis Eccleſijs Patres præſident, velut *lumina in candelabris conſtituta*. In Conci-
lijs eorundem Patrum conſenſus eminet. Domi verò plebs Chriſtiana in multitudine conſi-
ſtit, & per conſuetudines optimè ſuam fidem ac ſententiam teſtatur. Si ergo nulla ratione ex
his omnibus vrgeri ſe Proteſtantes patiuntur, nullam omnino admittunt vniuerſalem guber-
Rom. 13. nationem. Alioqui neceſſe erat, vt diuinæ ordinationi cederent. *Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei
ordinationi reſiſtit.*

Scriptura. Scio quid hoc loco reſpondebunt. Scriptura ſacra erit id, quod omnem Eccleſiã reget. Sit
ita, quando eſt perſpicua. Verùm vt Caluinus, ita & nos de interpretatione Scripturæ iã quæ-
rimus. Quis ergo interpretabitur illam, quando eſt obſcura? Verùm ipſa ſeipſãm explicabit? At
Collationis Iudex. quo pacto id fiet? Per collationem, opinor, vnius loci cum alio. Sed quis erit iudex, vtrum re-
ctè, an ſecus fiat collatio? Nam & Lutherus contulit Scripturam, cum affirmabat Domini cor-
pus in Euchariſtia contineri: & Zuinglius, cum idem ipſum negabat. Nec ceſſant in hodier-
num diem aut Lutherani conferre illam, aut Zuingliani & Caluiniſtæ. Ad quod ergo Tribu-
nal tandem venietur? Reſpondent ijdem miniſtri eodem in loco: *Non alium ſuſtinemus in cau-
ſa fidei Iudicem, quàm ipſum Deum per Scripturas ſanctas pronunciantem, quid verum ſit, quid fal-
ſum, quid ſequendum, quidue fugiendum.* Audio: ſed quî ſciam, vtrum Deus intelligat verba iſta
(hoc eſt Corpus meum) propriè, atq; vt voces ipſæ ſignificant, an tropicè, & aliter quàm voces
ſignificant? Reſpondent Miniſtri: *Iudiciis non niſi ſpiritualium hominum ex verbo Dei petitis ac-
quieſcimus.* Verùm iſtos ſpirituales homines, aut hoc Dei verbum, quando abſque ambagibus
nobis exponetis? Nam Dei verbum eſſe neſcitur, quod quo ſenſu accipiendum ſit, ignoratur:
quia verbũ Dei nõ pro ſono, verùm pro ſenſu accipiendũ eſſe vnà cum D Hilario, opinor, cõ-
cedetis. At neq; certam regulam profertis, qua ſenſum verbi diuini cognoſcam: & eos Patres,
Concilia, multitudinem, conſuetudineſq;, & longi temporis præſcriptiones tollitis, quibus po-
tiſsimùm vijs ad cognitionem diuinæ ſententiæ perueniendum erat. Non igitur verè commu-
nem vllam gubernationem in Eccleſia relinquitis, vtcunq; verbis aliquã reliquiſſe videri vel-
letis. Quæro enim talem gubernationem, quæ finem vltimum imponat litibus & controuer-
Conſociatio Epiſcoporũ. ſijs de fide ortis. Talem verò aliquam nondum protuliſtis. Nam quicquid Magdeburgenſes de
conſociatione plurium Eccleſiarum, & Epiſcoporum collatione, vel in Synodis, vel extra Sy-
nodos afferunt: totum hoc amicabile quoddam colloquium eſſe poteſt: verùm communis
quæpiam gubernatio diuinitus conſtituta eſſe non poteſt. Nam quomodo habetur illa guber-
natio à Deo profecta, cui non parêre impunè licet?

Nam ſi Concilio maximè vniuerſali, ſacram Scripturam certo modo interpretanti, quiſ-
piam reſponderit, non eam eſſe veræ ſacræ Scripturæ interpretationem: Deum enim ipſi per-
miſiſſe, vt cuiuſuis Concilij Decreta cõferret cum ſacris literis: ibi autem ſe animaduertere,

quòd

quòd Conciliũ ipſam verbi medullã & Spiritũ Dei non ſit aſſequutũ: ſed quòd maior Concilij pars meliorẽ vicit, in eáq; ſentẽtiã multa ex Lege, ex Prophetis, ex Euãgelijs proferre incipiat: quid huic homini facies? Vtrũ, vt Cõcilio pareat, cogendũ dices? At lõgè aliter ſcriptũ reliquiſti. Negas enim, veram ſemper & certã eſſe interpretationem, quæ Cõcilij ſuffragijs recipitur. Fateris meliorem partem ſæpius vinci. Quod tu ſæpius fieri cõcedis, ille hoc tempore factum eſſe affirmat. Iam ſi & ipſe multos habet ſectatores, ſi regẽ fortè aliquẽ ſecũ ſentientem habet: quis dubitat, quin mox Conciliũ aliquod, quod tuo opponatur, obtenturus ſit: vt ita nõ verbis modò, ſed rebus etiam ipſis fateri cogaris, nõn omnino Conciliorum Decretis ſtandum eſſe. Quid ergo fiet? Vtique in fide liberum cuique erit, quid velit, ſentire ac docere. Quòd ſi ad certum dogma quenquam aſtringes, tyrannidem manifeſtam ſecundùm tuæ doctrinæ principia exercebis. Nam vt velis & cuique liberum eſſe quò dijudicet quod ab alio profertur, & ſub pœna capitis quos potes cogas, vt tecum ſentiant: hoc ſanè perinde eſt, ac ſi dicas, liberè crede ac doce quicquid vis, modò ne credas aut doceas, quod meo iudicio falſum exiſtat. Ita tollitur ex vniuerſali Eccleſia omne regimẽ, vt plenum totius Eccleſiæ regimen ſingulis quibuſque Superintendentibus permittatur. Nam ſi quiſquàm in Caluini regno aliter, quàm ille ſentit, docere audet: mox igni hominem tradendum curabit. Sin ipſe aliquid igne dignum commiſerit, iam de ipſius ſententia nullus eſt Iudex in terris, qui hoc pronunciet, præter Dei verbum, quod Caluinus à ſe totum eſſe contendit. Verùm ſi Seruetus in ſuo regno Caluinum nactus fuiſſet, non dubito quin & ille iudicem aliquem viuum & mortalem interpoſuiſſet, cuius opera Caluinus quoque in ignem coniectus eſſet. Res ipſa clamat, hos homines (ſi tamen ſunt homines) nihil aliud agere, quàm vt confuſa vel ſublata potius omni Eccleſiaſtica gubernatione, ipſi tyrannidem ſoli occupent. Verbo enim admittunt communem aliquam gubernationem: re vera nullam omnino admittunt, ſed ἀναρχίαν conſtituunt, & ordinatiſsimum Eccleſiæ ſtatum à Chriſto relictum miſerrimè perturbant & diſsipant.

ARGVMENTVM
Libri Tertij.

CVM viderem, Caluinum cæteroſq; Proteſtantes adeo parum Monarchiæ deferre, vt alias Reipublicæ formas huic etiam in Eccleſia Dei regenda præponere non erubeſcerent: operæpretium me facturum putaui, ſi Monarchiæ laudes paulò plenius perſequerer, oſtenderemq; multò veriſimillimum eſſe, Chriſtum id genus regiminis in Eccleſia ſua inſtituiſſe, quod & optimum eſt in ſe, & maximè aptum toti rerum viſibilium naturæ. Magna quippe eſt inter Eccleſiam, & alia Dei opera vicinitas & ſimilitudo. Quæ igitur de cœlis, de ſyderibus, de plantis, de animalibus, deq; hominum & naturali, & ciuili regimine dicentur, quanquam fortè ſeorſim non efficiunt neceſſariò, vt Primatus viſibilis in Eccleſia conſtituendus fuerit: tamen & Monarchiæ præſtantiam (cui rei hic liber præcipuè deſtinatur) neceſſariò demonſtrant, & reliquam de vnius Paſtoris Primatu diſputationem probabiliorem conſtituent. Sed ante omnia declarandum eſt, nec in ſe impoſsibilem eſſe, nec gloriæ Chriſti quicquam detrahere, vnius Paſtoris Primatum.

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ,

LIBER TERTIVS.

Non eſſe impoſsibile, vt vnus ſummus Epiſcopus vice Chriſti totam militantem Eccleſiam, ab alijs inferioribus Epiſcopis pro parte cuiuſq; gubernatam, in grauioribus cauſis dirigat, & velut ex altiore quadam ſpecula moderetur. Imò nullum aliud viſibile gubernationis genus aut facilius, aut ſuauius excogitari poſſe: quódque ſolicitudo omnium Eccleſiarum vni, aut potius vnicuique ex Apoſtolis incubuerit.

CAPVT I.

QVONIAM quod fieri non poteſt, fruſtrà factum eſſe contenditur: ante omnia probandum mihi eſt, eam vnius Præfecturam, quam Aduerſarij prorſus impoſsibilem aſſerunt, rectè in Chriſti Eccleſia inſtitui & collocari poſſe. Hinc apparebit, quàm ineptè vel in Apologia Eccleſiæ Anglicanæ ſcriptum ſit: *Neminem vnum eſſe poſſe, qui ſumma rerum vniuerſa præſit*: vel in Bezana Confeſsione

Cap.5.arti.5. legatur, *Deum ſolum eſſe, qui huic oneri ſuſtinendo par eſſe poſsit*. Ac primùm quis non videat, hanc ipſam obiectionem à ſpiritu Antichriſti atque à rectæ fidei defectu proficiſci? Quis enim locus apud Fideles relinquitur de eo diſputandi, *poſsitne Chriſtus vnum ſupra omnes alios præficere in tota Eccleſia ſua*? Nam ſi fatentur, Chriſtum poſſe id facere: cùm nos dicamus, id non à Nerone, aut à Iuliano, ſed tantùm à Ieſu Chriſto factum eſſe: fruſtrà eum vnius Primatum velut impoſsibilem oppugnant, quem nos non niſi à Chriſto & optimè inſtitui potuiſſe, & verè inſtitutum eſſe defendimus. Ant igitur ea, quæ de impoſsibili vnius Præſidētia dicunt, nihil ad rem pertinent: aut negant Chriſtum poſſe facere, vt vnus homo totius Ecclſiæ adminiſtrationem ſuſtineat. Quòd ſi Chriſtus hoc non poteſt efficere: aut ea res omnipotentiam Dei vincit, aut Chriſtus non creditur verè eſſe Deus. Eſt autem Chriſtus verè Deus, quia ipſe &

Ioan.10. Pater vnum ſunt, nec Déo quicquam eſt impoſsibile. Quare ſi Chriſtus inſtituit vnum præcipuum totius Eccleſiæ ſuæ Paſtorem (ſicuti poſteà planum fiet) quàm ineptè nunc ratiocinantur, qui negant, vnum hominem totam Eccleſiam regere poſſe? Etenim quanquam ordinariæ hominis vires eò vſque pertingere non poſsint: tamen Dei Filius de ſuo id quod deeſt ſup-

Ioan.21. plet, vt ita ſaltem verbum ipſius impleatur, quo vni Petro *plus alijs amanti dixit: Paſce oues meas*. Quibus ita poſitis, oportet iam non amplius de potentia, ſed tātùm de voluntate Chriſti reliquam diſputationem inſtituere. Verùm quoniam Deo placuit alijs etiam exemplis planum facere, non modò quàm non impoſsibile, verùm etiam quàm facile fuerit, vnum hominem permultas gentes & prouincias gubernare: non abs re fuerit, iſtius generis nonnulla ob oculos Lectoris proponere.

Summus Sacerdos, qui ex Leuitarum genere olim fuerat, in vno quidem loco iuxta Domini Templum aſsiduus erat, nec longè vnquàm à Sancta Ciuitate recedebat. Is tamen cùm Pontifex vnicus in toto orbe eſſet, non modò illos Iudæos, qui propiùs à Templo aberant, verùm etiā illos regebat, qui per vniuerſum orbem terrarum diſperſi quocunque in loco habitabant. Quanquàm enim Sacrificij locus omnibus Iudæis vnus erat, tamen conſtat eos in omni natione, quæ ſub cœlo eſt, Synagogas habuiſſe. In quibus ſi aliqua cauſa (vt ſæpè accidit) per inferiores iudices definiri non poterat, inde aſcendebatur *ad locum quem elegerat Dominus, &*

Deutero.17. *ad Sacerdotem Leuitici generis, cuius imperio qui non paruiſſet, eum oportebat mortem ſubire*. Vnde

ſtatim

ſtatim apparet, quàm falsò ac ineptè philoſophentur Pſeudoëuangelici, dum dicunt fieri non poſſe, vt vnus quiſpiam Epiſcopus Eccleſiæ per totum mundũ diffuſæ Iudex & Paſtor exiſtat. Si enim vnus Pontifex Leuiticus omnes grauiores Iudæorum controuerſias, in quacunq; regione ſub cœlo habitaſſent, & poterat & debebat tùm cognoſcere, tùm finire, cùm tamẽ is neque vllos foris collegas haberet, nec ferè in alias Prouincias legatos mitteret, nec generale Cõcilium ex pluribus gentibus conuocare poſſet, nec tantam diuinæ gratiæ pollicitationem (quãta nouæ legis Pontificibus & Petri ſucceſſoribus iam data eſt) accepiſſet: profectò etiam Pontifex Romanus tot coëpiſcoporum fide induſtriaque adiutus, qui ſemper Legatos in maximis quibuſque Prouincijs conſtituit, vt eiuſmodi rebus prouideant: quique non modò Senatũ grauiſsimum in Vrbe, verùm etiam Synodum ex orbe toto collectam ſæpiſsimè adhibet: profectò etiam ille poteſt omnium Eccleſiarum grauiores duntaxat cauſas ex æquo & bono decidere. Quantò enim maior eſt Eccleſia Chriſti, quàm Iudæorum Synagoga fuerat: tantò etiam plus & gratiæ, & auxilij Chriſtianorum Pontifici præbetur, vt onus, quod Chriſtus D. Petro impoſuit, vires eius, qui Petro in eadem Cathedra ſuccedit, non excedat.

Præterea, qui negant vnũ Pontificẽ tam inſigniter adiutũ, toti Eccleſiæ in cauſis grauioribus cõſtituendis, præeſſe poſſe, clariſsimè conuincuntur, & omniũ Monarcharũ, & præcipuè Romanorũ exemplo: qui licet ſpiritum gratiæ ac donum fidei non accepiſſent, tamen latiſsimas & maximas Prouincias per Proconſules, Præſides, & Prætores ſuos multis etiã ſeculis gubernârunt, & ita gubernârũt, vt nunquã pacatius & tranquillius ageretur in terris, quàm cùm plurimæ regiones vni primo Regi aut Imperatori parêrent: adeo vt Chriſtus tunc demum naſci elegerit, quãdo totus penè orbis vni viro parebat, hoc eſt, Cæſari Auguſto, qui per annos plurimos totum orbem Romanum tranquillè gubernauit. Audiamus in hac re Euſebium: *Quis* (inquit) *non obſtupeſcat ſecum cogitans atque animo verſans, nõ humanum hoc fuiſſe opus, vel ex eo, quòd nunquã aliâs ſub vno Romanorum Imperio plurimæ orbis gẽtes eſſe potuerũt, niſi ſecundùm Ieſu tempora? Nam ſimul ac ille admirabiliter ad homines venit, atque inter homines verſatus eſt: etiam res Romanas ad ſummũ perueniſſe contigit, quo primùm tempore videlicet Auguſtus plurimarũ gentium Dominus euaſit. Id verò fuit, cùm & Cleopatra capta eſt, & Ptolemæorum Succeſsio in Ægypto diſſoluta, atque ex illo in hunc vſque diem, quod ab initio orbis, & ab ipſa (vt ita dicam) hominũ origine ſteterat, Ægypti regnũ euerſum eſt. Ex illo Iudæorum quoq; natio à Romanis in ſeruitutem redacta, Syrorum item, & Cappadocum, & Macedonum, & Bithyniorũ, & Græcorum ac deniq; reliquorũ omnium, qui Romano Imperio ceſſerunt. Hoc aũt non ſine Deo vnà cum doctrina quæ de Saluatore noſtro ferretur, introiſſe in orbem, quis non fateatur? reputans, non facilem Ieſu Diſcipulis externarum regionum peragrationẽ futuram fuiſſe, ſi gentes inter ſe diuiſæ, diſcordéſque fuiſſent, neq; vllũ prorſus ob multiplices Principatus inter illas cõmercium: quibus ſanè ſublatis Principatibus, intrepidè tã atque impunè negotium propoſitũ cõpleuerunt, cùm ſupremus Deus & iter illis expeditũ ac facile cõpararet, & ſuperſtitioſorũ in ciuitatibus animos terrore maioris Imperij cohiberet. Reputa enim tecũ parũper, ſi nulla res impedimẽto fuiſſet ijs, qui errore colẽdi multos Deos tenebãtur, ne doctrinã Chriſti oppugnarẽt: quã multas antehac ciuiles ſeditiones & in vrbibus, & in agris vidiſſes, quot vexationes, quot bella nõ mediocria illa quidẽ, ſi ſuperſtitioſi illi ſua ipſorũ poteſtatis fuiſſent, ac penes ſe ius Imperij habuiſſent? Nunc aũt hoc quoque ſupremi Dei fuit opus, maiore quodam terrore ſupremæ alicuius potentiæ proprij Verbi inimicos habere iã domitos: id enim proficere indies, & apud cũctos homines creſcere volebat.*

Si ergo Principatus politicus & tã opportunus inſtituto Chriſti fuit, & tã facilè ab vno, etiã nulla æternæ vitæ gratia imbuto, regebatur: quãtò facilius hoc idẽ in Eccleſia Chriſti fiet ab illo, qui talẽ à Chriſto poteſtatẽ accepit, vt pl⁹ alijs tũ amaret, tũ paſceret gregẽ Chriſti? Et tñ quod in Rep. ſeculari ſummo Dei beneficio ſæpius factũ eſſe, hiſce oculis vidimus, id vt in Dei Rep. fiat, prorſus obtineri nõ poſſe ſtatuemus? Eritne igitur minor Eccleſiæ Chriſti iã gratia, quàm olim fuerit terreni regni potẽtia? Cur nõ potius credimus, in hoc præparatã eſſe Monarchiarũ veterũ potentiã, vt illæ ipſæ viã Euangelio Chriſti ſternerẽt? Certè magnus Leo ita iudicauit. *Verbum* (inquit) *caro factũ ita diuinã naturã natura vniuit humanæ, vt illius ad infima inclinatio, noſtra fieret ad ſumma prouectio. Vt aũt huius inenarrabilis gratiæ per totũ mundũ diffunderetur effectus, Romanũ regnũ diuina prouidẽtia præparauit. Cui⁹ ad eos limites incremẽta perducta ſunt, quibus cunctarũ vndiq; gentiũ vicina & contigua eſſet vniuerſitas. Diſpoſito namq; diuinitus operi maximè cõgruebat, vt multa regna vno cõfœderarẽtur Imperio, & citò peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius teneret regimẽ ciuitatis. Hæc aũt ciuitas ignorãs ſuæ prouectionis auctorẽ, cùm penè omnibus dominaretur gẽtibus, omniũ gentiũ ſeruiebat erroribus, & magnã ſibi videbatur aſſumpſiſſe*

Euſebius de Demonſtratione Euãg. lib. 3. cap. 9.

In ſerm. i. de natali Petri & Pauli.

religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem. Vnde quantum erat per diabolum tenacius illigata tantum per Chriſtum eſt mirabilius abſoluta. Nam cùm duodecim Apoſtoli, accepta per Spiritũ ſanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Euangelio mundum, diſtributis ſibi terrarum partibus, ſuſcepiſſent: beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici ordinis, ad arcem Romani deſtinatur imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet. Cuius autem nationis homines in hac tunc vrbe non eſſent? Aut quæ vſquã gentes ignorarent, quod Roma didiciſſet? Hîc conculcandæ Philoſophiæ opiniones, hic diſſoluendæ erãt terrenæ ſapientiæ vanitates, hic confutandi Dæmonum cultus, hic omnium ſacrilegiorum impietas deſtruenda, vbi diligentiſſima ſuperſtitione habebatur collectum, quicquid vſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum. Ad hanc ergo Vrbem tu, beatiſſime Apoſtole Petre, venire non metuis, & (conſorte gloriæ tuæ Paulo Apoſtolo, aliarum adhuc Eccleſiarum ordinationibus occupato) ſyluam iſtam frementium beſtiarum, & turbulentiſſimæ profunditatis oceanum conſtantior, quàm cùm ſupra mare graderetis, ingrederis. Nec mũdi Dominã times Romã, qui in Caiphæ domo expaueras Sacerdotis ancillã.

Flumen eloquentiæ, quod è labijs Magni Leonis prorupit, longiùs quàm cogitaui, me in eius oratione detinuit. Id tantùm hoc in loco dicere volui, non modò impoſsibilem Deo vnius Paſtoris Primatum in hoc mundo non eſſe, verùm etiam veteres Monarchias, ac potiſsimùm Romanam, in hoc eſſe præparatam, vt dum orbis totus in vnam quaſi vrbem colligeretur, illaque vrbs primo Eccleſiæ Paſtori per Chriſti potentiam cederet: interim & facilis, & ſuauis eſſet vnius Epiſcopi ſuper militantem Eccleſiam Præfectura. Qui enim tota mente ſecum cogitat, quantum interſit inter potentiam Chriſti, & naturam hominum: inter ſtatum peccati, & ſtatum gratiæ: inter hominem ſuis viribus relictum, & hominem diuina virtute renouatum: & tamen viderit hominem vnum adhuc in ſtatu peccati agentẽ (quales erãt Octauianus Auguſtus, & Tiberius Cæſar) potuiſſe orbem Romanum, cui tot gentes & linguæ ſuberant, non modò regere, verùm etiam pacificè & tranquillè regere: is niſi malitia occæcatus fuerit ex eo perſpiciet, quãtò faciliùs ab vno Dei Sacerdote nõ tantùm (inſtar cæterorũ Fide-

Ioan. 21.

liũ) per gratiã renouato, ſed etiã iuſſu & authoritate ipſius Chriſti ad hoc, vt oues, ſuas paſcat, ornato & prædito, vniuerſus orbis Chriſtianus regi & adminiſtrari queat. Itaque ſi orbis Chriſtianus etiã decies orbe Romano maior eſſet (quod nondũ vidimus extitiſſe) tamẽ facilius eſſet vni Pontifici, quem Chriſtus gregem ſuum paſcere iuberet, totũ orbẽ Chriſtianum per Fratrũ opem atque auxilium paſcere, quàm vni Cæſari vel tertiam partem orbis Romani gubernare.

Cuius rei ratio non modò à Chriſti potentia, quam ſuo Vicario eximiam tribuit, verùm etiam ab ijs Fidelibus peti poteſt, qui parent Vicario Chriſti. Quantum enim ad regendi facilitatem inter feras, & cicures beſtias, tantùm diſcriminis eſt inter Paganum, & Chriſtianum. Ille nihil facit, niſi coactus: hic omnia ſpontè ac voluntariè. Ille metu, hic amore Ille non niſi ſuũ commodum honoremq;: hic in primis Dei honorem, & commodum proximi ſpectat. Iam abs te quæro, quicunq; putas Eccleſiã ab vno ſupremo Iudice regi nõ poſſe: malléſne decẽ millia ouiũ, an vnũ vrſum aut leonẽ regere? Quòd ſi multò ſecurius eſt, etiã centũ millia ouiũ, quàm vnũ leonis catulũ in agris educare & paſcere: dic mihi, vtrum Chriſtiani nõ ſint agni & oues,

Iſai. 11.

Pagani aũt vrſi & leones? Itaq; Chriſtus ad Petrũ loquẽs: *Paſce* (inquit) *oues meas.* At Iſaias cùm gentes nondum ad fidẽ conuerſas, vrſis, lupis, & leonibus comparaſſet, Chriſti aduentũ & gratiam, qua gentes feræ in mitiſsima animalia tranſmutarentur, conſyderãs: *Habitabit* (inquit) *lupus cũ agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur & puer paruulus minabit eos.* Audi Hæretice: puer paruulus, hoc eſt, is qui ex ſe imbecillis, & ſecundùm ſeculũ contemptibilis eſt, per Chriſti gratiam minabit non modò manſueta animalia, vitulum & agnũ, ſed etiam *leonem, vrſum, & pardum*, ſimul tamen cum vitulo & agno in vna Chriſti Eccleſia morantes. Id eſt, homo non ideo magnus, quia ſeculari poteſtate eleuatur, ſed quia ſpiritali auctoritate præditus eſt, gẽtes quãtumlibet feras Chriſto collum ſubijciẽtes facilè ducet quò volet, ac tranquillè gubernabit. Hæc quidẽ fateor permiranda eſſe. Nam & ab Iſaia pro mirandis rebus prædicuntur. Sed nihilominus ita fient, vt cùm aliquam viſibilem Præfecturam nõ modò in ſingulis partibus, verùm etiam in toto corpore Eccleſiæ eſſe oporteat: nullum tamen aliud Præfecturæ genus excogitari queat, quòd minus difficile aut impoſsibile ſit, quàm iſte vnius Paſtoris Primatus. Cùm enim ſint tria gubernationum genera, vnum populare, alte-

A populo difficiliùs regi Eccleſiã, quã ab vno.

rum Optimatum, & tertium quod præcipuè vnius eſt: multò difficiliùs eſt, Eccleſiam totam vel à populo, vel ab Optimatibus, quàm ab vno ſolo adminiſtrari.

Ac primùm, ſi popularis eſſet Reipub. Chriſtianæ ſtatus: quo tandem pacto fieri poſſet, vt

vniuerſus

vniuerſus Dei populus per totum orbem diffuſus in vnum aliquem locum ad ferenda ſuffragia conueniret? Aut quis locus tantam multitudinem capere, quod tempus tot hominum ſuffragijs colligendis ſufficere, quis modus eorum animis, aut cùm rudes ſunt informandis, aut cùm diſſentient, conciliandis adhiberi poſſet? Caput eſt, quòd hactenus nulla Eccleſiæ lex fuit, quæ his rebus modum, ordinemque præſcriberet. Porrò ſi ad Optimates eadem dominatio deuoluetur, qui primùm erunt iſti Optimates? Vtrum ſoli Epiſcopi? At nonnulli hodie hæreſim Aërij renouantes, putant Presbyteros Epiſcopis iure diuino pares eſſe, ob eamque cauſam volunt Presbyteros Optimatum numero haberi. Taceamus de Presbyteris. Erúntne ſaltem Cæſares Auguſti, Reges, & cæteri magiſtratus, qui fidem in Chriſtum profitentur, ex Optimatum numero? Catholici negant, præſertim quoad definiendum id, quod in quæſtionem de regula fidei cadit. At cùm Lutherani aliter ſentiant, quis interim ſtatuet de hac ipſa quæſtione? Fac de Optimatibus ipſis inter nos conuenire. Quomodo tamen iudicabunt de maximis quibuſque controuerſijs? Qua lege? Qua forma? Quo exemplo? Vtrum ſinguli cognoſcēt ſeorſim? At hoc modo non deliberarent in commune (quod tamen Optimatum eſt) nec quiſquā alium ſuo conſilio iuuaret. Deinde quis rem ad cuiuſque domum referet? Quis ſuffragia excipiet? Quis recenſebit? Quid ſi alius ab alio (vt ferè ſemper euenit) diſſentiat? Cuius officium erit ſupremam controuerſiæ manum imponere? Quòd ſi dices, Optimates ipſos debere in vnum coire: quo duce, quo die, in quem locum coibunt? Nam & probè ſcimus, quantopere homines de his rebus diſſentiant, & penes quemcunque erit hoc totum decîdere, is vtique ſupra cæteros erit, & eo ipſo ad Primatum quendam aſpirabit. Sin hæc omnia de omnium aut plurimorū Optimatum conſilio fient: iam non puto rem vnquam ad exitum peruenturam: adeo difficile eſt vel omnium per orbem Epiſcoporum ſedes adire, vel eorum ſententias exquirere, vel an tunc etiam, cùm res definienda eſt, in hoc mundo ſuperſint, cognoſcere, vel modum reperire, quo hæc integrè caſteque tractari & expediri queant. Age, conuenerint Optimates de loco & tempore: quot ad minimum neceſſe erit ad Synodum conuenire, vt retractari poſtea res non poſſit? Nam ſi quod iudicatum ſemel fuit, poſtea reſcindetur: quis non videt, hoc iudicij genus omnium riſui expoſitum eſſe? Quot ergo in vnum conuenient? Vtrùm omnes? At quæ vnquam ſpes erit, vt omnes per orbem Epiſcopi, Presbyteri, & Principes Chriſtiani coëant. Quot annis ad tale opus conficiendum opus erit? Quàm raro conuenient? Et tamen controuerſiæ in tam immenſa Repub. quotidianæ ſunt. Conuenient igitur plerique? Eadem ferè difficultas exiſtet. Quid quòd vix vnquam ſciri poteſt, quæ ſit omniū Epiſcoporum maior pars? Satiſne igitur erit, vt pauci rem decîdant? Cæterùm qua lege pauciores pluribus præiudicabūt? Quid ſi, dum triginta Optimates vno in loco ſedent, interim alij triginta in alium locum confluentes prorſus in contrarias ſententias eant? Imò quid ſi eiuſdem Synodi Patres varia & repugnantia ſtatuant? Quæ ſpes concordiæ? Aut quis exitus iudicij erit? Neque verò negari poteſt, quin talia impedimenta paſſim occurrant. Denique ex omnibus gubernationum generibus nullum æquius, melius, facilius à Deo comparatum, & vel iure Naturali, vel Moſaico, vel Euāgelico reuelatum fuit, quàm illud, in quo ſumma rei penes vnum eſt. Quapropter ineptiſſimè ſentiunt, qui & aliquam omnino Præfecturam in commune ſtatuunt, & tamen vnius Præfecturam, quæ ſola omnibus controuerſijs finem facillimè imponit, impoſſibilem eſſe arbitrātur. Nam ſi nulla ratio alia, certè illa ſola deberet apud prudentes viros valere, vt ideo vnius Paſtoris Primatus in Eccleſia poneretur, quoniam omnes alij gubernationum modi in tā immenſa Repub. tùm minus faciles, tùm multò abſurdiores forent. Nemo faciliùs cōſulitur, quàm vnus Princeps, nec quiſquam poteſt ab altero minus diſsidêre, quàm idem à ſeipſo: vnde meritò dixit Pomponius, Romæ *eueniſſe, vt neceſſe eſſet Reipub. per vnum conſuli. Nam Senatus* (inquit) *non perinde omnes Prouincias commode regere poterat.* Quod igitur plures facere non poterant, id neceſſariò ad vnum eſſe delatum Pomponius refert, vt ita demum rectè fieret. Etenim cùm vnus Princeps adhibuerit Optimates in conſilium, omni periculo ea res vacabit, tùm quia ſatis erit, viros prudentes & bonos conuocare, nec aut de numero, aut de genere hominū, aut de modo ſententiā ferendi vlla erit difficultas, propterea quòd ſiqua impedimenta occurrent, ea omnia vnius arbitrio, quē Chriſtus ipſe gregi ſuo præfecit, ritè atq; ordine expediētur, ſicuti res ipſa per tot ſecula in Eccleſia factū eſſe demōſtrat. Hactenus de eo ſit dictū, quòd nullum dominationis genus aut minus impoſſibile, aut facilius exiſtat, quàm vnius Pōtificis Primatus.

Difficultates quæ ſunt in Optimatum regimine.

Nōdum eſſe definitum, quot Optimatum ſuffragia ſufficiant.

Inter cæteros modos illū minus difficilem eſſe, vt ab vno regatur Eccleſia.

In Pandectis de origine Iuris.

Praxis Eccleſiæ.

Cæterùm qua fronte audent Proteſtantes id pro impoſſibili habere, quod non modò fieri poſſe, tùm Lex Moſaica docet, tùm experientia Monarchiarum probat: verùm

etiam re ipſa nouæ Legis tempore factum eſſe, verbum Dei pronunciat? Nonne Paulus Apo-
2. Cor. 11. ſtolus fatetur, *ſolicitudinem omnium Eccleſiarum ſibi incubuiſſe?* At quo tempore incubuiſſe? Cùm omnia eſſent adhuc in ipſa herba, cùm totus orbis Idolorum cultu plenus eſſet, cùm Iudæorum Templum nondum eſſet euerſum, nec deformata religio, cùm Principes gentiũ, magiſtratus Iudæorum, populi propè omnes aduerſarentur fidei Chriſtianæ, cùm Euangelia non-
Rom. 10. dum eſſent in ſcriptum relata, cùm *in omnem quidem terram exirent verba Apoſtolorum*, ſed nondum altas radices agere poſſent, cùm nondum eſſent Eccleſiæ conſtitutæ, ſed multa reſtarent diſponenda, cùm fides nouella perpaucos reperiret, qui ſcirent Euangelij veritatem, ne-
Actor. 20. dum qui alios eam docerent, cùm ſurgerent falſi fratres, ac teneros adhuc Chriſtianorum ani-
2. Corin. 11. mos Legis ac Prophetarum nomine concuterent, ac *Satanas in Angelum lucis ſeipſum transfiguraret, multiq́; Antichriſti in mundo eſſent*. His tot impedimentis (quæ iam olim aut penitus ceſſarunt, aut maxima ex parte ſunt imminuta) non obſtantibus, tantus Apoſtolus non dubitauit dicere, *omnium Eccleſiarum ſolicitudinem ſibi incumbere*. Et nunc poſtquam Idola gentium confracta ſunt, poſtquam Templum Hieroſolymitanum eſt euerſum, & Iudæorum religio tranſlata, poſtquam Principes gentium ac populi penè omnes facti ſunt Chriſtiani, poſtquam non modò Euangelia ſunt ſcripta, verùm multæ etiam Synodi OEcumenicæ ſunt celebratæ, poſtquam tot Epiſcopi & Primates in vinea Domini cooperantur, poſtquam Eccleſiæ ſunt tot ſeculis confirmatæ: poſtquam tot hæreſes tot modis confutatæ ſunt, vt potius improbiſſimi quique veteres hæreſes ab inferis reuocare cogantur, quàm nouas excogitare poſsint: nunc impoſsibile habetur, vt *vni Epiſcopo incumbat ſolicitudo omnium Eccleſiarum?* Quod ergo in difficillimis Reipub. Chriſtianæ temporibus factum eſſe, nec ipſi Proteſtantes negare poſſunt, hoc in alijs facilioribus eiuſdem Reipublicæ temporibus fieri poſſe, negabunt?

Neque verò Paulus talem ſolicitudinem intellexit, quæ ſolo animo, ac non etiam exteriore opere exerceretur. Nam poſtquam diſſeminauerat Euangelium in varijs regionibus, dixit ad
Actor. 15. Barnabam: *Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates, in quibus prædicauimus verbũ Domini, quomodo ſe habeãt.* Idẽ ſcripſit Epiſtolas ad Romanos in Italia, ad Corinthios in Achaia, ad Galatas, Coloſſenſes, & Epheſios in Aſia, ad Philippenſes & Theſſalonicenſes in Macedonia, ad Titum in Creta, ad Hebræos ſiue in Syria, ſeu alibi degentes: in quibus Epiſtolis, tùm quæſtionibus, quæ ab alijs mouebantur, Apoſtolica authoritate reſpondet, tùm facilè oſtẽdit, quòd non aliter cum illis Eccleſijs, quàm ex *perſona Chriſti agit, legatione pro illo fungens*, & poteſtate
2. Cor. 2. & 5. vtens, quam non in deſtructionem, ſed in ædificationem acceperat.

Cùm igitur Pauli ſolicitudo talis omnino fuerit, qualem nos hodie Pontifici Romano vindicamus: cur hodie, quando res pacatiores ſunt, id in vno Pontifice iudicatur impoſsibile, quod in triſtiſsimis Eccleſiæ temporibus non perinde habebatur? Si Pontificem Romanum dicas idẽ non poſſe præſtare, quod præſtitit Paulus (cùm tamen vterque non ſua, verùm Chriſti poten-
2 Co. 3. & 4. tia confidat) iam à prima aſſertione dilapſus es, qua dicebas, Deum ſolum eſſe, qui totius militantis Eccleſiæ oneri ſuſtinendo par eſſe poſsit. Paulus verò non erat Deus, & tamen cùm *ei ſolicitudo omnium Eccleſiarum incumberet*, adeo ſub hoc onere non defecit, vt paulò ante mortem
2. Timo. 4. ſuam diceret: *Fidem ſeruaui, curſum conſummaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*. Nec ad rem attinet, ſi dicas Paulum habuiſſe multos Coapoſtolos, pari cum illo poteſtate præditos. Hoc enim probat, duodecim fuiſſe viros, à quibus ſingulis omnium Eccleſiarum cura ſuſcepta eſt. Neque enim propterea de Epheſiorum Eccleſia ſolicitus non fuit Paulus, quia illic tã Ioannes Apoſtolus, quàm Timotheus Epiſcopus prædicabant: ſed ſinguli Apoſtoli tùm in totum
Marci. 16. Ioan. 21. orbem ex æquo mittebantur, tùm de tota Eccleſia ſolicitì ex æquo erant, licèt ea cura Petro, tanquam omnium Principi maximè impoſita fuerit, ſicut ſuo loco planum fiet. Porrò Epiſcopus Romanus in hac generali cura & ſolicitudine tùm omnibus communiter Apoſtolis, tùm ſpecialiter Petro ſucceſsit. Quid multis? Nondum quæritur de Pontificis Romani Primatu, ſed tantùm id volui demonſtrare, ac iam demonſtraſſe me non dubito, quòd non ſit impoſsibile, vnum hominem toti militanti Eccleſiæ Chriſti eo modo præeſſe, quo iam declaraui.

Prima-

Primatum vnius Pontificis, qui ſe Vicarium Chriſti profitetur, non imminuere, ſed potius augere gloriam Chriſti in hoc mundo: & Catholicos, qui Pontificis Romani Primatum agnoſcunt, multò pluribus modis, quàm Proteſtantes, Primatum & gloriam Chriſti colere & præſeferre.

CAPVT II.

QVia Chriſtus *Caput corporis Eccleſiæ* paſsim in Scripturis ſacris appellatur, & *in omnibus Primatum tenere dicitur*: ſunt qui putant, nonnihil de Chriſti gloria detractum, ſi alius aliquis vel *Caput Eccleſiæ ſub Chriſto* vocetur, vel Primatum aliquem in terris reſpectu eorum, quos ad tempus gubernat, tenere ſtatuatur. Qui homines ſi ad ſobrietatem ſaperent, iã olim animaduertere debuerant, permultum referre, non quibus verbis, ſed qua mente quidque dicatur, aut nominetur. Cùm enim verba pauca, res autem multæ ſint: fit vt eadem verba diuerſis rebus plerumq; inſeruiant, cùm tamen non eodem ſenſu de illis omnibus enuntientur. Vnus Chriſtus inter omnes homines verè eſt *lux mundi*: & tamen Apoſtolis idem ipſe dicit, *Vos eſtis lux mundi* non quòd eodem modo Apoſtoli ſint lux mundi, quo & Chriſtus: ſed quòd illi quoque aliquo modo lux mundi ſint, licet non ſint vnà cum Chriſto illa æterna lux, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Eodem modo, ſi nos diceremus, aliquem præter Chriſtum hîc eſſe Caput Eccleſiæ, vt Chriſtus eſt, aut talem Primatum tenere, qualem Chriſtus tenet: meritò blaſphemiæ accuſari poſſet noſtra oratio. Nunc autem dicimus, Chriſtũ ſuo iure eſſe totius corporis Eccleſiæ æternum Caput: Petrum verò, & Papam Romanæ Eccleſiæ, non niſi eius partis Eccleſiæ Caput eſſe, quæ ad tempus aliquod in terris agit, idque non ſuo, ſed alieno iure, quod ius ipſi Chriſtus delegauit. Quo poſito: quæri fortè poteſt, vtrũ Chriſtus tale aliquod ius Petro, aut Pontifici Romano delegauerit, néc ne. Cæterùm etiamſi Chriſtus nihil tale cuiquã delegaſſe probaretur: non tamen video, cur illius oratio in Chriſtum cõtumelioſa videri debeat, qui dicit hoc ius alteri delegatum eſſe, quod à Chriſto abſque detrimento gloriæ ſuæ delegari poſſet, etiamſi delegatum non fuiſſet. Aliud eſt enim falsò loqui: & aliud contumeliam Chriſto irrogare. De rei ergo veritate agetur poſtea. Interim illud affirmo nullam Chriſti gloriæ iniuriam ex eo fieri, quòd Chriſtus dicatur temporale quoddam Caput in Eccleſia ſua præfeciſſe, quod viſibilis præſentiæ ipſius locum & vicem ſuppleat. Nam ſi nullus omnino particularis alicuius loci aut ſocietatis Caput abſque contumelia Chriſti eſſe, aut dici poteſt: concedo, illam opinionem blaſphemam eſſe, quæ ponit aliquod ſub Chriſto eſſe militantis Eccleſiæ Caput, & primarium Pontificem. Sin Moyſes dicat, Iſraelem mandata Dei cuſtodientem, præ alijs gentibus *conſtituendum eſſe in caput, & non in caudam*: Propheta etiam Oſee teſtetur, filios Iuda & filios Iſraël, quando poſt Captiuitatem Babylonicam pariter congregabũtur, *poſituros ſibimet Caput vnum*, idq; ſecundùm literam intelligi poſsit de Zorobabele, quo duce Iudæi redierunt in terram ſuam: itemque ſi Propheta Iſaias, præterquam quòd *Raſin Caput Damaſci* vocat, etiam *longæuum & honorabilem in populo Iſraelis Caput eſſe* definiuit: certè non ſtatim blaſphemus eſt, qui aliquem dicit Caput Eccleſiæ ſub Chriſto eſſe. Videmus enim capitis appellationem, licet non prorſus in eodem ſignificationis gradu, tamen aliquo modo in alios, præterquam in Chriſtum ipſum cadere. Vnde Magnus Athanaſius *eximiarum vrbiũ Epiſcopos, tantarum Eccleſiarum capita vocat.* Non igitur gloriæ Chriſti repugnat, vt aliquis dicatur ſub ipſo Caput Eccleſiæ conſtitui. Nam & Caput quoddam eſſe alius præter Chriſtum poteſt: & ſub Chriſto Caput eſſe, potius Chriſti Dominium & Principatum, quàm vllam eius ignominiam aut contumeliam indicat. Qui enim ſub Chriſto Eccleſiæ Caput eſſe dicitur, vtique ſic dicitur Eccleſiæ Caput eſſe, vt eo ipſo Chriſtus longè magis, longeque excellentiore modo & via, eiuſdem Eccleſiæ Caput eſſe declaretur.

Epheſ. 1. Coloſ. 1. Ioan. 8. Matth. 5. Ioan. 1. Ioan. 21. Deutero. 28. Oſee. 1. Iſaiæ. 9. In Apologia ſecunda.

Quibus ita conſtitutis, audacter dico: Chriſti gloriam in hoc mundo augeri, dum aliquis vnus dicitur ſub illo totius militantis Eccleſiæ Caput eſſe. Si enim gloria Chriſti eſt (vt verè eſt) Caput Eccleſiæ ſuæ eſſe: quantò pluribus vijs hæc gloria prædicatur, & in omnium notitiã perducitur, tantò maior gloria Chriſto in hac vita defertur. Sint autem quotcunque erũt modi, quibus Chriſti Primatus annuncietur: certè pauciores erunt, quàm nunc ſunt, ſi negetur vnus aliquis Epiſcopus in tota Eccleſia militante primus omnium, qui in terris agunt, & ſub

Chriſti gloriam augeri per cariſtis vicarij ſubſtitutionem.

 Chriſto

Chriſto reliquorum Caput exiſtere. Quotieſcunque enim vnus in terris Vicarius Chriſti creditur quotieſcunque vnus ſummus ſub Chriſto Pontifex cogitatur, quotieſcunque Caput vnũ & vnus Eccleſiæ Iudex ad tempus in hoc mundo nominatur, quoties in eam ſententiã aliquid ſcribitur, quoties ad vnum tanquàm ad vice Chriſti præſidentem ob quamcunque cauſam acceditur: toties Chriſtus fide, mente, verbo, ſcripto, aut facto ſummum Eccleſiæ Caput agnoſcitur, & eo ipſo tanquàm Primatum in omnibus tenens, & fratribus ſuis benigniſsimè conſulẽs, piè colitur & adoratur. Quis ergo magis fauet gloriæ Chriſti? Vtrum ille, qui eos modos quibus honor Chriſti prædicetur, quàmplurimos eſſe cupit: an ille, qui multos ex his modis, quibus iam honor Chriſto defertur, auferre & præripere conatur? Honor Chriſti permagnus in hoc mundo ille eſt, vt profiteamur eum totius Eccleſiæ Caput eſſe. Hoc ipſum Catholici profitentur, & alijs quidem omnibus, & præterea ijs rationibus, per quas vnum Pontificem vice Chriſti præſidentem agnoſcunt. Eſt enim firmiſsima hæc concluſio: *Pontifex Romanus eſt Caput Eccleſiæ militantis ſub Chriſto:* igitur Chriſtus nõ modò eſt Caput eiuſdem militantis Eccleſiæ, verùm etiã eſt ſublimius & honorabilius Caput, quàm Põtifex Romanus ſit. Alioqui Pontifex Romanus nõ eſſet Caput Eccleſiæ ſub illo, ſed ante illum, vel vnà cum illo. Quicunque ergo credunt, cogitant, dicunt, aut opus aliquod faciunt, per quod Pontificis Romani vicarius ſub Chriſto Primatus agnoſcatur: ij omnes tãtò pluribus modis Chriſti Primatũ prædicãt & profitentur, quàm illi, qui negant eundem vicarium Pontificis Romani Primatum. Illi enim licèt aliàs fateantur, Chriſtum Eccleſiæ Caput eſſe, tamen recuſant Chriſtum Eccleſiæ Caput per illas omnes vias confiteri, quæ à vicaria Romani Pontificis ſub Chriſto Præſidentia, ad concludendum Chriſti ſupra vniuerſalem Eccleſiam Principatũ, neceſſariò deducuntur. Quotcunque autem modis Proteſtantes agnoſcunt aut confitentur Chriſti Primatum, iiſdem ipſis nos etiam eundem Chriſti Primatum confitebimur, & præ nobis feremus. Contrà verò nos primatum Chriſti per vicarium eius Pontificem Romanum colimus, & adoramus illo modo, quem Proteſtantes non tantùm nolunt agnoſcere, verùm etiam oderunt & deteſtantur. Catholici ergo manifeſtant pluribus modis Chriſti Primatum, quàm Proteſtantes, & propterea Catholici Chriſtum etiam, eiuſque Primatum pluribus modis honorant, quàm Proteſtantes. Vnde fit, vt ex nimia cordis cœcitate laborent, qui eum modum, quo Chriſti gloria non mediocriter augetur, ad Chriſti contumeliam pertinere opinantur.

Catholicos pluribus modis Chriſti Primatũ agnoſcere, quã Proteſtãtes.

Multò plura de hac re dici poſſent, quæ videntur in alium locum opportuniorem differẽda: quale illud eſt, quòd cùm ex Proteſtãtium iudicio, multi ſint Epiſcopi & Rectores in Eccleſia prorſus æquali poteſtate præditi, nec ſub vnius alicuius viſibili præſidentia in vnitatem viſibilem collecti: ex ea re falſum aliquid inſinuatur, videlicet non vnicum Chriſtum præſidere toti Eccleſiæ, ſed eum habere conſortes æterni Principatus ſui. Cùm enim Eccleſia, quæ in hoc mũdo agit, imago quædam ſit Eccleſiæ, quæ in cœlis cum Deo viuit: ſicuti Paſtores multi ſunt in hac vita, & ij æquales abſq; vno qui omnibus præſit: ſic in futura vita nõ vnus Chriſtus gregi vniuerſo præfuturus, ſed multi Chriſti ex æquo præfuturi videri poſſent. Non ſolùm autem hoc de Chriſto credendum non eſt, verùm neque in ſuſpicionem eius rei aliquo modo adduci deberemus. Talis enim vel ſuſpicio ſola non minimam Chriſti gloriæ iniuriam inferret. Verùm de his aliàs. Tantùm addemus in hoc loco: ſi quia Chriſtus totius militantis Eccleſiæ Caput eſt, alius ſub Chriſto eiuſdem Eccleſiæ caput eſſe non poſſet: profectò neque particularis alicuius Eccleſiæ quiſquàm ſub Chriſto Caput futurus eſſet. Chriſtus enim vt totius militãtis Eccleſiæ, ſic etiã ſingularum Diœceſium, & Paræciarũ Caput eſt. Tam firma igitur in genere ſuo eſt hæc cõcluſio: *Chriſtus eſt Caput Pariſiẽſis, aut Londinẽſis Eccleſiæ: igitur alij ſub Chriſto earundẽ Eccleſiarũ Capita eſſe non poſſunt:* quàm illa putatur firma eſſe: *Chriſtus eſt Caput totius militantis Eccleſiæ, igitur alius ſub Chriſto eiuſdem militantis Eccleſiæ caput eſſe non poteſt.* Si ergo nihil honori Chriſti derogat, qui fatetur alium ſub Chriſto Londinenſis Eccleſiæ Caput eſſe: profectò nec ille honori Chriſti derogat, qui credit alium ſub Chriſto militantis Eccleſiæ caput eſſe. Imò ſi gloriæ Chriſti pars in eo cernitur, quòd ſingulis gregibus, qui aut Londini, aut Pariſijs, aut Venetijs degũt, ſingulos Paſtores præter ſeipſum præpoſuit: quãtò maior eiuſdem gloriæ Chriſti pars eſt, vt ſciatur, vniuerſo gregi ſuo per tot Prouincias & regiones diffuſo, & ideo in maius errandi periculum incurſuro, vnum Paſtorem præter ſeipſum præpoſuiſſe, qui omnes oues in vnum ouile Chriſti colligat? vt dum omnes Paſtores vnum inprimis agnoſcere, & vni obedire tenentur, oues interim ſciant, eum, qui vnitatem primi Paſtoris non ſeruat, ſchiſmaticum eſſe; & ideo cum Chore, Dathan & Abyron, ac non cum Moyſe & Aarone

Heb. 10.
Apocal. 22.
Infirmæ ſunt vtræque cõcluſiones.
Ioan 10.
Num. 16

Chriſti

numerandum. Hæc eſt vera Chriſti gloria, qua gregi ſuo conſulit, eumque ad ſalutem æternã perducit. Quam Chriſti gloriam ſoli Catholici & nouerunt, & agnitam colunt: Proteſtantes verò ab hoſte ipſorum & noſtro circumuenti, eandem veram Chriſti gloriam & oderunt, & contumelia afficiunt, aliamque falſam gloriæ vmbram ſequuntur & amplexantur, dum putant inglorium eſſe, vt Chriſtus gregi ſuo per vnum viſibilem Paſtorem alijs omnibus præſidentem conſulat, cùm tamen ille in aliquot Apoſtolorum præſentia vni Petro dixerit: *Amas me plus his? Paſce oues meas.* Ioan.21.

Monarchiam eſſe optimum & digniſsimum gubernationis genus: vnde meritò indicare debemus, id à Chriſto in Eccleſia ipſius poſitum eſſe & conſtitutum.

CAPVT III.

OMnes mihi facile conceſſuros puto, Chriſtum filijs ac fratribus ſuis, hoc eſt, Chriſtianis hominibus multa longè præclariora dona contuliſſe, quàm in rerum natura poterant vſpiam inueniri. *Eſt enim eminens gratia Dei in nobis, & donum inenarrabile. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.* Vt verò ex altera parte aliquid in rerum natura excellẽs & præſtans fuerit, quo Chriſtus Eccleſiam ſuam nõ exornarit, id nunquam cõceſſerit is, qui ſano iudicio ſit præditus. *Qui enim proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Conſtat ſanè, nullum gubernationis genus tam præclarũ eſſe, quàm id quod vnius eſt. Nam & *vnus eſt Deus* Conditor ac gubernator omnium rerum, & *vnus Chriſtus* omnium hominum Redemptor, *quem Deus dedit Caput ſuper omnia, ipſi Eccleſiæ*, & ab *vno homine* omnes prognati ſumus, cuius paternæ gubernationi per naturæ ipſius vim ſubijciendi eramus. Et in cœlo igitur, & in Paradiſo, & in Myſterio Eccleſiæ per Chriſtum renouatæ, certi Principis vnitas, & vnius potiſsimùm Principatus nobis commendatur: vt dubitari iam non poſsit, quin illud longè optimum genus regiminis habendum ſit, quod & ante peccatum in Paradiſo fuit, & poſt peccatorum remiſsionẽ in Chriſto renouatum eſt, & à principio vſque ad omnẽ æternitatem in cœlo perdurat. Ac Deus quidem cùm ſit in eſſentia vnus, in perſonis verò trinus, quemadmodum tota Trinitas eorum, quæ creata ſunt, vnum omnino idemque principium eſt: ſic in ipſa Trinitate cùm ſumma ſit naturæ ſimplicitas, tamen perſonarum talis eſt ordo, vt Spiritus ſanctus à Patre Filioque, tanquam ab vno principio procedat, Filius autem à Patre generetur, velut à principio, non quidem per temporis interuallum antiquiore, ſed quod propter cauſæ originiſque ſolùm rationem, principium Filij nominetur. Pater denique, & Filij, & Spiritus Sancti vnum quoque principium eſt ingenitum, quod à nullo prorſus principio originem trahit. Adeo enim ab vnitate omnia & pendent, & profluunt, vt & tota Trinitas eorum, quæ extra ipſam ſunt, vnum ſit principium: & duæ perſonæ Pater & Filius non duo, ſed vnum Spiritus ſancti principium ſint, & Pater ſolus principium ingenitum exiſtat, à quo tùm Filius generetur, tùm Spiritus ſanctus procedat.

2.Cor.9. 1.Cor.2. Rom.8. Deutero.6. 1.Cor.8. Epheſ.1. Actor.17. Vnitas in Deo & in Trinitate.

Vndique igitur vnum principium, & vnius Principis vnitas in ipſo Deo & erga ſe, & erga illa, quæ extra Deum ſunt, nobis intuenda & admiranda proponitur. Quod autem regiminis genus in ſe eſt optimum, id etiam nobis, quoties obtineri poteſt, vtiliſsimum euadit. Poſſe autẽ Monarchiã apud nos obtineri, iam planũ feci. Etenim ſi nõ aliud vtile eſt, quàm quod honeſtũ ſit, quodq; eſt honeſtiſsimũ, id etiã vtiliſsimũ ſit: non poteſt fieri, vt vlla regiminis forma ſit nobis vtilior, quàm Monarchia, cùm illa ſit lõgè honeſtiſsima, & optima: vt mirer, Caluinũ ſcribere auſum eſſe in hæc verba: *Si ipſos ſtatus extra circũſtantias inter ſe cõpares, nõ facile ſit diſcernere, quis vtilitate præpõderet, adeo æquis cõditionibus contendũt. Et quidem ſi in ſe conſyderẽtur tres illæ, quas ponunt Philoſophi, regiminis formæ: minimè negauerim, vel Ariſtocratiam, vel temperatum ex ipſa & Politia ſtatum alijs omnibus longè excellere.* Itáne? Tu ergo faues aut multitudini Deorum, aut duobus tribúſue principijs, quæ Marcion, Lucianus, Manichæi, atque alij hæretici ponebãt? Tu nõ legiſti: *Vnus Deus, & vnus Chriſtus?* Aut non credis *vnam Eccleſiam?* Quod enim in Deo excellit, profectò excellit etiam in nobis, quia nos iubemur *perfecti eſſe, ſicut Pater noſter cæleſtis perfectus eſt.* Quicquid ergo in tuæ inſaniæ probationem partim ab experimento, partim ab auctoritate affers, vanum eſt & nugis plenum. Nam quod experimento probatum eſſe dicis, Ariſtocratiam, vel temperatum ex ipſa & Politia ſtatum excellere: eadem facilitate hoc à nobis negatur,

Inſtitut. c.20 Vide Epiphanium de his hæreſibus. Epheſ.4. Matth.5.

negatur, qua eſt à te poſitum. Imò vſus rerum à nobis totus eſt, quia & Angeli & homines optimè ab vno Principe gubernãtur. Nam quod in Ariſtocratia longè optimum eſt, vt multa videlicet conſilia in re ardua & graui adhibeantur: hoc omnes Monarchæ, non Hebræi modò & Greci, verùm & barbari obſeruârunt, ſicut ſcriptum eſt: *Rex Aſſuerus interrogauit ſapientes, qui*
Eſther 1. *ex more regio ſemper ei aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio, ſcientium leges ac iura Maiorum.* Vbi autem multa ſunt conſilia quibus præeſt vnus, ibi perfectiſsima eſt Reipublicæ forma. Nã nec prudentia, quæ in pluribus maior eſſe ſolet, ab illa Republica abeſt: & factionum, quæ inter Optimates plerumque ſeminantur, periculum propter vnius, quem omnes obſeruant, Præfecturã prorſus tollitur. Sed tu, Caluine, cœlo bellum indicis, & Eccleſiam à Deo impiè diuellis, cùm aliud aliquod regiminis genus in populo Dei, Monarchiæ præfers. quod tamen facis, non tantùm quoties certarum rerum circumſtantiæ id cogunt, ſed omnino *etiamſi res in ſe citra circumſtantias conſyderetur.* O quantum abeſt iſtorum hominum ſenſus & mens ab omni veritate, qui præ odio in Papatum, nec Monarchiam quidem, quæ ipſius Dei tam propria eſt, alijs adminiſtrandæ Reipub. formis apud nos excellere, aut etiam adæquari volunt? Quaſi verò Fideles,
Ioan 10. ad quos Dei ſermo factus eſt, *non ſint etiam Dij*, ac non debeant ſe, quantum poſſunt, in ſua Ciuitate moderanda ad eius imitationem conformare, ad *cuius imaginem facti ſunt. Mundi vnus eſt*
Cyprianus. De vanitate Idolorum. *Rector* (inquit Cyprianus) *qui vniuerſa, quæcunq; ſunt, verbo iubet ratione diſpenſat, virtute conſummat.* Hunc ergo naturæ auctorem, hominum Politiæ imitari debent, vt etiam apud illos vnus ſit ſub Deo cuiuſque Reipublicæ ſummus Rector & adminiſtrator. Ac ſanè Ariſtoteles etiam in-
Ariſtoteles politicorum lib 3. cap. 11. & lib. 4. c. 2. ter homines *illam eſſe primam & maximè diuinam Reipublicæ formam non dubitat, in qua vnus præſtantiſsimus vir ſumma rerum omnium poteſtate defungitur.* Præterea ſi de cœlo exemplũ Monarchiæ tam excellens non oſtenderetur nobis, ſi natura infideles Philoſophos hanc eandem veritatem non docuiſſet: nónne ipſa experientia nos docet, quòd homines ob pacem vnitatemque conciliandam, in ſocietate degunt? Finis igitur præcipuus (in hac ſaltem vita) totius humanæ ſocietatis & omnium Rerumpublicarum eſt, pax & tranquillitas tùm totius Ciuitatis, tùm ſingulorũ ciuium. Hic verò finis à qua gubernationis forma optimè conficitur? Nónne ab vnius Principatu? Nam ſi plures præſint, diſſentire in modo gubernandi plerumque ſolent. Quapropter ab ijs belli & diſcordiarum ſemen oritur, qui ad pacem procurandam conſtituebantur. Quod malum Vlyſſes apud Homerum perpendens, dicebat:

Multos imperitare malum eſt, Rex vnicus eſto.

In oratione exhortatoria ad Gentes. Quod carmen cùm Iuſtinus Martyr laudaſſet, de ſuo adiecit: *Non eſſe multorum Principatum ſalutarem, ſed contra noxium, reipſa declarandum docendumq; ſuſcepit, dum eorũ & bella propter multitudinem, & pugnas, & diſsidia, & inſidias inter ſe exponit. Vnius enim Principatus à bellis diſsidijſq; ſolutus & liber eſſe ſolet.* Atque hæc quidem fiunt, ſi plures illi, qui præſunt, diſſentiant. quod nunquam ferè aliter euenit. Et quàm difficulter pax per multitudinem Principum nunc efficienda ſperatur, quæ tam rarò hactenus eo modo effecta eſt? Sed ponamus multos conſentire in regimine ſuo: tamen verum inſtar vnius hominis in ea re non fiunt? Perfectior igitur vnitas & pax ab vno, quàm à multis efficitur. Nam vnus neceſſariò non niſi vnus eſt. Multi verò cupiunt eſſe tanquam vnus. Ibi ergo eſt vnitas naturæ, quæ nunquam mutatur: hîc autem artis, quæ rarò ſummã perfectionem adipiſcitur. Nam perfectius eſt exemplar ipſum, ad cuius imitationem aliud quippiam refertur, quàm id ſit, quod per imitationem ab alio deducitur. At multi Principes, vt etiam optimi ſint, nihil magis cupiunt, nec aliquid diuinius vnquàm aſſequuntur, quàm vt ſint tanquàm vnus Princeps. Exemplar ergo, quod multi Principes ſibi proponunt imitandum, eſt vnitas, & conſtans in gubernando ratio vnius Principis. Ex quo liquet, natura ipſa perfectiorem eſſe vnius Principis, quàm multorum gubernationem. Ac ſanè inter multos ſi vel vnus fuerit malus, ſolus totam Rempub. perturbauerit: vnus autem Monarcha etiamſi peſsimus fuerit, eò tamen minus lædet Rempublicam, quò minus aut à ſe ipſo diſſentire poteſt, aut alium reperire æquali poteſtate præditum, à quo diſſentiat. Denique etiam tyrannis quanquàm ſingulis interdum plus noceat, tamen minus nocet publicæ paci, quàm Optimatum factiones: adeo vt multæ Reſpub: coactæ ſint potius tyrannorum imperio ſe ſubijcere, & vni vtcunque iniuſto placere, quàm infinitos Dominos ita pati, vt cui potiſsimùm ſeruire aut placere debeant, incertum ſit. Quia enim filij Samuel, *quos ille poſuerat Iudices, acceperunt munera,*
1. Reg. 8. *& peruerterunt iudicium* Hebræi poſtulauerunt Regem ſibi conſtitui, quamuis ius Regis durũ ac propè iniquum fore, ab ipſo Samuele audiſſent. Nec Reſpub. Romana poterat vnquàm bellorum ciuilium finem ſperare, nedum adipiſci, præterquã ſi ceruicem vnius Imperio ſubijcere

in ani-

Seneca vero in libro primo de Clementia sic habet. Natura commenta est Regẽ: quod ex alijs animalibus licet cognoscere et ex apibus, quarum Regi amplissimum cubile est, medioque ac tutissimo loco.

in animum induxiſſet. Alioqui ſemper Syllæ Marijs, Cæſares Pompeijs, Antonij Brutis & Caſſijs, vſque ad omnem poſteritatis ſucceſſionem reſtitiſſent. Itaque vt de tota vniuerſitate prudentiſſimè à Philoſopho ſcriptum eſt: *Multos eſſe Principes non eſt bonum, vnus ergo ſit Princeps:* Sic de hominum ſocietate, quæ præcipua quædam totius vniuerſitatis pars eſt, veriſſimè dixerim: Etſi bonum aliquando ſit, multos eſſe in Republica Principes, tamen ſemper melius eſt, vnum conſtitui Principem. Eccleſia verò longè perfectiſſima Reſpublica
eſt, vtpote quæ *Ciuitas DEI & Regnum cælorum* appellatur. Toto igitur cœlo errant, qui ne- Apocal. 21.
gant Chriſtum, qui optima quæque Eccleſiæ ſuæ contulit, præfeciſſe ei vnum Principem Matth. 13.
eiuſdem conditionis & naturæ, cuius Eccleſia ipſa eſt, à quo & in hac vita tranquillè regi, & in futuram rectà deduci queat, gratuito Chriſti donò habitante in cæteris quidem, ſed maximè in eò, qui viſibilem ipſius ſpeciem, æternamque Monarchiam in terris repræſentat. Ac ne quis dicat, hanc de qua loquimur Monarchiam ſoli Deo propter ſimpliciſſimam eius naturam conuenire, in alijs verò creaturis eundem gubernationis modum non ſeruari: age, oſtendamus in ipſis creaturis eandem Monarchiæ rationem diuinitus ita eſſe conſtitutam, vt inde etiam aliqua gubernandæ Eccleſiæ forma peti non immeritò poſſet.

Quòd in cælis Principatus quidam & Monarchia ſit, quódque Paſtores Eccleſiæ cælorum ſint ſimiles.

CAPVT IIII.

COEleſtia corpora plura eſſe, & oculi demonſtrant, & Diuinæ literæ tradunt: cùm in prin-
cipio cœli ſint creati, ſecundo autem die Firmamentum, & quarto Luminaria ſint facta Geneſ. 1.
in Firmamento cœli. Et alibi Moſes ait: *Domini Dei tui cælum eſt, & cælum cæli.* Atque Deut. 10.
etiam D. Paulus *raptum ſe fuiſſe dixit vſque ad tertium cælum.* Vt igitur ab eo corpore cœleſti, 2. Cor. 12.
quod primum omnium mouetur, incipiam: nónne omnes Planetarum orbes ab vno Mobili primo tam perſpicuè reguntur, vt etiamſi aliâs ab Occidente verſus Orientem proprio motu ſuo ferantur, interim tamen, ad primi mobilis impetum, velint, nolint, ab Oriente in Occidentem rapiantur, primique Mobilis velut Principis ſui viam & reuolutionem tanquam honoris cauſa comitentur & obeant? Præter Philoſophos Græcos retulit hoc Plinius in hiſtoria naturali.
Certum eſt (inquit) *omnium errantium ſyderum meatus, interq́ ea Solis & Lunæ, contrarium mundo* Plinius lib. 2.
agere curſum, id eſt, læuum, ſemper illo in dexteram præcipiti. Et quamuis aſſidua conuerſione immen- cap. 5.
ſæ celeritatis attollantur ab eo, rapianturq́ in Occaſum, aduerſo tamen ire motu per ſuos quæque paſſus. Vt autem inter cœlos primum Mobile, ſic inter Eccleſiæ Paſtores, primus Paſtor Principatum obtinet. Sunt enim Eccleſiæ Paſtores inſtar cœlorum, id quod Apoſtolus Paulus ma-
nifeſtè docet in his verbis: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt: Quàm ſpe-* Rom. 10.
cioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? Sed non omnes obediunt Euangelio. Iſai. 52.
Iſaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per
verbum Chriſti. Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eo- Pſal. 18.
rum, & in fines orbis terræ verba eorum. Ecce quod Propheta Dauid de cœlis dixerat in libro Pſalmorum, id Apoſtolus ad prædicatores Euangelij ita accommodat, vt hos illorum ſimilès exiſtere intelligamus. Eſt igitur inter eos, qui prædicant Euangelium, vnus quiſpiam Princeps, quemadmodum inter cœlos vnum eſt quod cæteris dominatur. Nam ſi Paſtores Eccleſiæ cœlorum ſimiles ſunt, par eſt vt in eo ſint ſimillimi, quod in cœlis ipſis maximè ſuſpicimus & admiramur. Id autem eſt non modò ipſorum magnitudo, qua vniuerſitatem rerum
complectuntur, ſed præterea ordo inter ipſos, & pulchritudo. Vnde & Moſes nominat *ex-* Geneſ. 2.
ercitus cælorum, & Dominus apud Iob ait: *Nunquid noſti ordinem cæli?* Cùm igitur Ec- Iob. 38.
cleſia Chriſti, ob quam hic mundus eſt factus, toto mundo ſit præſtantior: abſurdum eſt, eum Primatum in Eccleſia non eſſe, quem ſingulæ mundi partes in ſuo quæque genere conſecutæ ſunt.

Quòd inter Luminaria, quæ in cœlis ſunt, quidam Primatus exiſtit, quódque Paſtores Eccleſiæ inſtar Luminarium ſint.

CAPVT V.

[Gene. 1.] FEcit Deus Luminaria in cœlo, non vtique omnia eiuſdē poteſtatis, ſed *luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas*. Maius verò illud luminare Sol dicitur, quem Baſilius Magnus [In Hexaëm. orat. 6.] *quaſi quendam oculum, qui hāc rerū machinam illuſtrat*, meritò appellauit. [Plinius naturalis hiſtoriæ lib. 2 c. 6.] *Medius ſyderum Sol* (inquit Latinus ille Philoſophus) *fertur ampliſsima magnitudine & poteſtate. Nec temporum modo terrarumq́, ſed ſyderum etiam ipſorum cœliq́, rector. Hic reliqua ſydera occultat. Hic ſuum lumen cæteris quoq́ ſyderibus fœnerat*. Hūc Dauid [Pſal. 18.] velut *ſponſum de thalamo ſuo progredi, ac velut gigantem ad iter ſuum conficiendum exultare dicit: à cuius calore qui ſe abſcondat, eſſe neminem*. Iam verò cùm Chriſtus per naturam ſit [Malach. 4. Ioan 8.] *Sol iuſtitiæ & lux mundi*, tamen per gratiam dignatus eſt Apoſtolis dicere: [Math 5.] *Vos eſtis lux mundi*. Et Apoſtolus qui dixerat, [1. Cor. 15.] *aliam eſſe claritatem Solis, aliam Lunæ, aliamq́ ſtellarum, ſtellamq́ à ſtella differre in claritate*: alibi docuit, [Philip. 2.] *Fideles in medio nationis prauæ & peruerſæ lucēre, ſicut Luminaria in mundo*. Fideles igitur omnes, cùm ad infideles aſpicimus, luminaria quædam ſunt. Quando autem ipſos Fideles inter ſe conferimus, tunc Paſtores & Doctores [Math. 5.] *lucernæ ſunt in candelabro poſitæ, vt luceāt omnibus qui in domo ſunt*. [Daniel. 12.] *Qui enim docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor Firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*. Quæ cùm ita ſint, quemadmodū inter omnia mundi Luminaria vnum eſt cæteris maius, quod velut fons luminis totius conſtituitur: ſic inter omnes Doctores & Paſtores oportet vnū excellere, qui cæteris, cùm opus eſt, præluceat, ipſoſque Doctores pro humana fragilitate interdum cæcutientes ad ſcopum veritatis dirigat. Et quia Chriſtus eſt verus ille Sol, qui corpore abſens, ſpiritu autem præſens [Math 28.] *nobiſcum futurus eſt, vſque ad conſummationem ſeculi*. decuit, vt nobis, qui tam ex corpore quàm ex ſpiritu cōſtamus, ſpiritū ſuum per alterius viſibilis hominis corpus reuelaret, vt ita [Math. 3.] *omnis iuſtitia impleretur*, dum neq; aliū haberemus primum Doctorē præter Chriſtum, neq; nos, qui theſaurum cœleſtē [2. Cor. 4.] *in vaſis fictilibus*, hoc eſt, in corporibus noſtris circūferimus, à ſolo ſpiritu, quem videre, audirēue (ordinaria ſaltem via) non poſſumus, doceremur: ſed à ſpiritu quidem Chriſti per os alterius prolato, ab ignorantia omni purgaremur, & ſalutari doctrina inſtitueremur. Vt autē vnus eſt Sol in mundo, vnuſq; orbis, in quo admirabilis illa fax circūfertur, vt [Math. 23.] *vnus eſt Chriſtus magiſter* verax: ſic & vnum oportuit illum eſſe, per quem præcipuè velut per vehiculum Chriſti vox & oraculum ad nos perduceretur. Vnū aūt cùm dico, cæteros Doctores non excludo, ſed eos huic vni ſubijcio velut ſtellas minores maiori luminari. Sunt enim tritæ quædā viæ, quibus alij Paſtores atque etiam ſummus Pontifex erudiuntur, vt alios iterū erudiant. Cæterùm quādo res ad eum ſtatum peruenit, vt incertum videatur, quid ſtatuendū ſit: tūc ad oraculū illud vnum confugimus, pèr quod Sol verus nobis reſpondere dignatur. Hæc aūt à me ficta non eſſe perſpiciet, qui meminerit Chriſtum iam breui corporaliter diſceſſurū, vni [Ioan 21.] *Petro plus alijs diligenti*, hoc eſt, ab alijs omnibus per Chriſtum ſeparato, & in altiorē gradū euecto, dixiſſe: *Paſce agnos, & oues meas*: quaſi diceret, ego per te pluſquàm per vllum aliū paſcā oues meas. Ita impletur in Eccleſia quod figuratur inter ſydera, vt ſit vnū Luminare maius quod præſit diei.

In elementis Principatum quendam eſſe, ex quo etiam Principatus Eccleſiæ adumbratur.

CAPVT. VI.

QVis inter elementa ignem, vt ſummū, ita & primum tenere locum ignorat? Quis aërem in ſecundis, aquam in tertijs, terram verò in infimis ſubſiſtere non fatetur? Neque verò ignis & aër primas ex æquo tenent, ſed quod inter elemēta eſt primum, idē etiam eſt vnum, vt vndique nobis oſtenderetur, vbicunque eſt ordo, illic & aliquid eſſe primum, & idipſum ex inſtituto Dei ſemper eſſe vnum. Eſt aūt ordo in Eccleſia militante ex Proteſtantium ipſorū confeſsione. Eſt igitur & primū aliquid, & id vnicū in Eccleſia militāte. Quid tandē? Vtiq; aliquid igneū. Ignis quippe propriū eſt, ima deſerere, ac ſemper in ſublime ferri. Deus [Deutero. 4. 1. Ioan 4.] autem cùm & *ignis conſumens, & charitas* appelletur, [Rom. 5.] *diffundendo charitatem per corda noſtra*, in

igneam

igneã qualitatem conuertit tùm cæteros, tùm illos maximè, quos iuſsit paſcere gregem ſuum. Quò enim quemque plus alijs paſcere voluit, eò plus illi charitatis, qua id implere poſſet, donauit. Itaque non prius Petro agnos & oues ſuas paſcendas commiſit, quàm ab eo quæſiſſet, an ſe *plus alijs diligeret*. Dicendo autem: *Diligis me plus his?* apertè ſignificauit, ideo ſe maiorẽ in illo quàm in alijs Apoſtolis depoſcere charitatẽ, quia maiorem paſcẽdi poteſtatem illi vni, quàm alijs daturus erat. Ac ſanè cõſtat, Spiritũ ſanctũ in figura ignis ita deſcendiſſe & in Apoſtolos, & in alios qui credebãt, vt tamen omnes non ex æquo gratiæ diuinæ cõpotes fierẽt. Omnes quidem loquebantur, ſed *prout Spiritus ſanctus dabat illis eloqui. Spiritus autem diuidens ſingulis, prout voluit,* omnibus vnum prætulit Petrum, *qui ſtans cum vndecim leuauit vocem ſuam,* & rationem huius miraculi ex Prophetis primus reddidit. Itaque tùm illi omnes, qui replebantur Spiritu ſancto, in ſuperiore quodam gradu præ alijs erant, qui eundem Spiritum non acceperant, tùm ex ijs, qui Spiritum acceperant, duodecim Apoſtoli alijs fidelibus prælati ſunt, & inter duodecim vnus Petrus abſque omni controuerſia primus eſt deſignatus, qui & primus fidem docuit, Baptiſmique Sacramentum promulgauit, & fratres antea incredulos ad pœnitentiam conuertit. Quæ omnia licet poſtea multò copioſiùs explicanda ſint, hic tamen attingenda erant, vt aliquam ſimilitudinem eſſe oſtenderem inter elementum ignis, quod primo loco præſidet, atque Spiritus ſancti dona per linguas igneas figurata, quæ totam Eccleſiam ſic exornant, vt vni tamen Primatum tribuant.

Ioan. 21.

1 Cor. 12.

Actor. 2.

Ioel. 2.

Act. 2. & 10.

Et quoniam ſemel cœpimus de elemẽtis loqui, operæpretium eſt animaduertere, quòd cùm aëris etiam vnicum ſit corpus, id tamen inordinatũ non eſt, ſed in tres regiones, ſupremã, mediam, & infimã ordinatiſsimè diuiditur: ita vt, cùm totus aër inter ignem & aquã interpoſitus, cum igne calorem, cũ aqua humiditatem cõmunem ex natura ſua habeat, tamen ſuprema eius pars ob ignis vicinitatẽ minus humida & magis calida, quàm aliàs futura eſſet, efficiatur: infima verò, magis etiã humida & magis calida, quàm natura ipſius poſtulabat, propter Solis reflexionem, & vapores ex terra aſcendentes fiat, cùm interim pars media propter calores extrinſecus nimium intentos, frigidiſsima perſeueret. Tantum ergo charitatis ſymbolum in ipſis elementis elucet, vt de ſua natura nonnihil cedant, ne cum vicinis ſuis vlla ex parte diſſentiant.

Vnitas & ordo aëris.

Iam verò cùm aquas in vnum locum congregari oportebat, vt terram hominibus & beſtijs vacuam relinquerent: ſic in varias terræ partes ob agrorum irrigationem, aliaq; hominum cõmoda partitæ ſunt, vt tamẽ vnitatem naturalem non amitterent. Vnde Cyprianus ait: *Cùm de fonte vno riui plurimi defluũt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundãtis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine.* Nec tantùm omnes riui ab eodem fonte promanantes in origine illa ſua vnitatẽ ſeruant, ſed præterea omnes, qui vſpiam in orbe ſunt, fluuij ſeruant generalẽ quandam vnitatẽ in ipſo mari, *quò* (vt Salomon ait) *omnia flumina intrant, & ad locum vnde exeunt reuertuntur, vt iterum fluant. Aquæ* verò (inquit Angelus ad Ioannem) *populi ſunt, & gentes & linguæ.* Quemadmodum igitur in aquis duplex vnitas apparet: vna particularis, quam ſingulæ in fonte ſuo habent, altera generalis, quam omnes ſimul in mari habent: ſic etiam in populis Chriſtianis duplex vnitas inuenitur: vna particularis, quã ſingulæ Parœciæ aut Diœceſes in ſuis Paſtoribus aut Epiſcopis habent, altera generalis, quam omnes ſimul in illo maximo primi Paſtoris ouili adipiſcuntur. Poſtremò terra ipſa quæ infimum in mundo locum tenet, nónne & in ſe vna eſt, & lapides, metalla, herbas, frutices, arboreſque omnes ita velut in gremio ſuo complectitur, vt res alioqui ſeparatas & diſiunctas in ſe coniungat & vniat? Quid multis? Primatũ & vnitatem tota rerum natura proclamat, diuinitusq; cõparatum eſt, vt infima quæq; corpora ordine à ſuperioribus ita regerentur, vt quod in tota corporum natura ſummũ eſt, id cæteris omnibus præeſſet. Cætera verò quæ interponũtur, ineffabili quidẽ ratione ſic inter ſe colligata ſunt, vt Plinius grauiſsimè dixerit: *mutuo cõplexu diuerſitate effici nexũ, & leuia põderibus inhiberi, quo minus euolẽt: contráq; grauia, ne ruant, ſuſpẽdi, leuibus in ſublime tendẽtibus. Sic pari in diuerſa niſu, vi ſua quæq; cõſiſtere, irrequieto mũdi ipſius conſtricta circuitu: quo ſemper in ſe currente, imã atque mediã in toto terrã, eandemq; vniuerſi cardine ſtare pendentẽ, librantem per quæ pẽdeat, ita ſolã immobilẽ circa eã volubili vniuerſitate, eandemq; ex omnibus necti, eidémq; omnia inniti.* Quòd ſi & cœleſtium corporum, & ſyderum, & elementorum hæc ratio eſt, vt in omnibus monarchia quædã eluceat: profectò cùm homines ex materia cum aliarũ rerũ corporibus cõmuni conſiſtant, cùmque in vniuerſa hominũ multitudine Fideliũ longè maxima ratio habeatur: quis credat, illos ita eſſe in vnam Eccleſiam aggregatos à Chriſto melioris vitæ authore, vt neminẽ inter ſeipſos primũ, neminẽ medium, aut poſtremum agnoſcere debeãt? Quis (niſi

Vnitas aquarum.

De vnitate Eccleſię.

Eccleſi. c. 1.

Apocal. 17.

Ioan. 10.

Vnitas terrę.

Naturalis hiſtor. li. 2. c. 5.

 præ inui-

præ inuidia in veram Dei Eccleſiam excœcatus) hoẽm, qui velut paruus mundus, imò totius inferioris creaturæ Dominus maximè per fidem in Chriſtum eſt conſtitutus, ita non in ordinem, ſed infra omnem ordinem ad ἀταξίαν & perturbationem miſerrimam redigat, vt inordinatiùs agat, quàm ignis, quàm aër, quàm aqua, aut etiam terra? Si enim elementa præter vnius Dei Principatum, etiam ex ſeipſis vnum cæteris dignius agnoſcunt, ſi & ſydera, & cœli hoc idem faciunt: quæ cæcitas hæc eſt, vt ſolis hominibus Chriſtianis fas non ſit, alium Paſtorem primum ſub Chriſto præſidentem agnoſcere?

In ſingulis plantis atque arboribus primum aliquid & id vnicum eſſe, per quod Primatus Eccleſiæ à D. Cypriano velut per ſimilitudinem quandam declaratur.

CAPVT VII.

Cyprian. de vnitate Eccleſiæ. DIuus Cyprianus de vnitate Eccleſiæ nominatim agens, eam Soli & arbori comparat in his verbis: *Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quo modo Solis multi ſunt radij, ſed lumen vnum: & rami arboris multi, ſed arbor vna, tenaci radice fundata. Auelle radium Solis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit.* In primis ponderandum eſt, quòd Cyprianus non de vna quapiam particulari Eccleſia iam loquitur, ſed de illa, *quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur.* Tota igitur per Orbem Eccleſia vna eſt. Quo tandem modo? Per fidem (inquies) & charitatem. Quis negat? Verùm Cyprianus de illo vnitatis modo iam non agit, vt
Cyprian de. vnitate Eccleſiæ. neque de illo, ſecundùm quem ſpiritaliter in Chriſto vnum omnes ſumus. *Epiſcopatus* (inquit) *vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur.* De tali ergo vnitate Eccleſiæ agitur, que fit per Epiſcopos, qui licet ſinguli totum Epiſcopatus officium pro parte ſua in ſolidum obeant: ſic tamen ab vno Pontifice primo pendent, vt multi radij Solis ab vno corpore Solis, ac multi rami arboris ab vna eiuſdem arboris radice. Nam & ſinguli radij Solis lumen Solis, quod vtique non niſi vnũ eſt, communicant: & ſinguli rami arboris illam arboris vegetantem vim, quæ & ipſa vna eſt, participant. Sed vt radij Solis à Sole, & rami arboris ab eius radice vim illam trahunt: ſic & Epiſcoporum diffuſa & fœcunda multitudo per vnam radicem, qui eſt ſummus Pontifex, Epiſcopalis officij ſui partem in ſolidum tenent. Atque vt ramus non minus viuit, quàm arbor cuius eſt ramus, eâdemq; vita viuit, quæ in arbore ipſa ineſt: ſic & Epiſcopi omnes per totum mundum non minus ſunt Epiſcopi, quàm ſummus Pontifex, nec aliam Epiſcopatus naturam, ſed eandem prorſus cum illo tenent. Cæterùm vt alia eſt poteſtas radicis, alia ramorum, vtque radix alit ramos, non autem rami radicem: ſic Dominus noſter Ieſus Chriſtus non per alios Epiſcopos primum Pontificem vel vegetat, vel confirmat, ſed per communionem cum primo Põtifice alios omnes gregi ſuo præficit, & in fide ſtabiles reddit. Quod autem hoc tempore inſtitui tractare, nihil aliud erat, quàm vt demonſtrarem, per hanc ſimilitudinem, quæ ab arbore ſumitur, in Eccleſia quoque Primatũ quendam declarari. Nam vt arbor ab vna radice in plures ramos extenditur: ſic Eccleſia ab vno Paſtore primo in plures Coepiſcopos diffunditur. Ac
Matth.10. dum Chriſtus in terra vixit, ipſe vnus & ſolus radix iſta fuit, ipſe plures Apoſtolos, qui etiam Epiſcopi erant, inſtituit, ijq́ue omnes ab illo velut ab æterna radice pendebant. Poſtquàm verò Chriſtus in cœlum aſcendit, ipſe quidem retinuit & veritatem radicis, & vegetandi vim, ſed
Lib.2.epi.10. miniſterium viſibile huius rei Petro cõmiſit. Petrus verò Cathedram ſuam poſuit in vrbe Roma. Ex quo factum eſt, vt Romana Eccleſia fieret *radix & matrix*, quemadmodum à Cypriano
Lib.1.epi 3. ſæpius appellatur. Atque etiam idem Cyprianus ob eandem cauſam appellat Romanam Eccleſiam, *Petri Cathedram & Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt.* vt planè aut cæcus, aut diabolica pertinacia præditus ſit, qui negat Cyprianum ſenſiſſe, quòd Romanus Põtifex fuerit primus Paſtor, & radix præ alijs omnibus Epiſcopis. Cypriani ergo mentem ex hac occaſione declarauimus: cùm alioqui non id præcipuè ageremus, ſed tantùm in omni re naturali aliquid primum, & id vnicum cuperemus demõſtrare. Cumq́ue Eccleſiaſticum ius & ordo nunquam violet naturæ ius, ſed ſemper id exprimat & confirmet: par eſt etiam, vt quemadmodum in omnibus plantis vna eſt radix, ita & in omnibus qui in terris agunt Epiſcopis, vnus putetur in terris etiam primus, inſtarq́ue radicis eſſe.

In ani-

❧ In animantibus ſingulis certum eſſe membrum, cui ex vi naturæ cætera pareant, & Eccleſiam corpori Animalis ab Apoſtolo comparari.

CAPVT VIII.

Singula ſeorſim animalia ſi ſpectamus, certum eſt, in ijs vnum aliquod eſſe, quod cætera omnia regat, & id ipſi corpori per omnia aptum eſſe & cõſentaneum, vtpote quod & creſcit & minuitur vnà cum corpore, eique ſecundùm motum & ſenſum perpetuò adeſt, atq; ad id ſiue cor, ſeu caput exiſtat, alia membra naturæ ipſius vi potiſsimùm reſpiciũt. Vnde Ariſtoteles in animali tùm herile, tùm ciuile regiumque Imperium animaduertit. Herile, dum animal ſuo corpori: ciuile verò, dum mens appetitui præeſt. Iam verò Apoſtolus ait: *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli aũt alter alterius mẽbra.* Quæ verba licet ad vniuerſam Eccleſiam, quæ aut ab orbe condito fuit, aut vnquam poſthac erit, referri poſsint, eaque ratione Chriſtum ſolum vniuerſalis Eccleſiæ Caput in æternum agnoſcant: tamen ita de vniuerſali Eccleſia vniuerſaliter intelliguntur, vt interim ad ſingulas Eccleſiæ partes pro ea conditione, quæ cuique parti ad tempus propria eſt, ſimul etiam accomodari debeant. Quatenus enim corpus Eccleſiæ, quod morti adhuc in hoc mundo ſubiectum eſt, propriam quãdam conditionem, & ab Eccleſia, quæ in cœlis degit, ſeparatam habet: eatenus hoc mortale corpus Eccleſiæ & membra mortalia, & inter illa vnum velut præcipuum habet, ſiue id cor, ſeu caput appellatur, ad quod ante omnia reſpiciat, à quo exterius gubernetur. Cùm igitur Eccleſia corpori animalis, quod ex pluribus membris conſtat, ab Apoſtolo comparetur, cùmque in corpore Eccleſiæ viſibili & mortali neceſſe ſit, id membrum, quod cæteris ſecundùm huius vitæ conditionem excellit, viſibile quoque eſſe & mortale, ne alioqui res monſtri ſimilis euadat, ſi corpori mortali nullum aliud vicarium & mortale caput apponatur: profectò ex iſta ratione efficitur, vt quẽadmodum in vno corpore mortali non niſi vnum caput eſt: ita & in tota militante Eccleſia nõ niſi vnum ſit militans caput, quod militantem Eccleſiam externo & viſibili modo regat. Quãquam enim Chriſtus totum corpus Eccleſiæ ſpiritu ſuo vegetat, tamen quia nos non ſolùm ex ſpiritu, ſed etiam ex corpore conſtamus, *nec tam ſecundùm carnem Chriſtum nouimus*: ab alio, quem Chriſtus inuiſibiliter paſcat, nos paſci debemus, qui ſecũdùm carnem à nobis cognoſcatur, & is erit militantis Eccleſiæ ſub Chriſto Princeps, & ſummus Paſtor.

Ariſtoteles lib. 1. politic. cap 3.

Rom. 12.

2. Cor. 5.

❧ In animalibus ijs, quæ gregatim paſcuntur, ac multò magis in Eccleſia, quæ grex Domini eſt, certum eſſe Ducem & Principem: & quid Caluini circa eam rem cauillationi reſpondendum ſit.

CAPVT IX.

Qvantopere author naturæ Deus res omnes creatas incitauerit, & commouerit, non modò vt ipſius Monarchiæ obediant, verùm etiã vt propriam in ſuo genere Monarchiam exerceant: tùm ex alijs quæ iam commemoraui, tùm præcipuè ex eo perſpicitur, quod nunc dicam. Cùm enim ex animalibus quædam ſeorſim ac ſola degant, alia verò gregatim paſcãtur: in his, quæ paſcuntur gregatim, animaduertas ferè vnum quendam ducem ac Principẽ, non quidem electione, ſed inſtinctu naturali conſtitutum, ad cuius vel motum, vel quietem cætera vel moueantur, vel quieſcant. Hoc in gruibus, plurimiſque auium generibus, in ceruis, in ouibus, multoq; magis in apibus cernitur. Vnde & Virgilius *ducem gregis arietẽ* vocat, & *Rex vnus eſt apibus* (inquit Cyprianus) *& dux vnus in gregibus, & in armẽtis.* Aſtipulatur etiam Cypriano Hieronymus, dicens: *Muta animalia & ferarũ greges, duces ſequũtur ſuos: in apibus Principes ſunt. Grues vnã ſequũtur ordine literato.* Cùm igitur homo ſit animal ſociale, nec vlla præclarior ſocietas in hoc mundo ſit, quàm illa Eccleſiaſtica, quã per fidẽ in vnum Deum & Chriſtum Filium eius inter nos cõtrahimus: nónne par eſt, vt tota Eccleſiæ ſocietas vnũ ad tempus Ducem ſui generis conditioniſque habeat, ad cuius vocem vel moueatur ad agendum, vel quieſcat ab opere? Certum quippe eſt, quòd Eccleſia etiam grex quidam ſit, dicente Domino apud Ezechielem Prophetam: *Vos autem greges mei greges paſcuæ meæ, homines eſtis, & ego Dominus*

De Idolorũ vanitate.

Tom. 1. Epiſt. 4.

Ezech. 34.

Ioan 10.

Deus veſter, dicit Dominus Deus. Et Chriſtus in Euangelio ait: *Fiet grex vnus, & vnus Paſtor.* De quibus verbis plura dicam, cùm ad Euangelij tempus ordine peruenero. Nunc autē ſi Eecleſia Chriſti grex Domini eſt, nunquid ſolus Domini grex illo Duce ac Principe viſibili carebit, quem bruti greges non ſine hominum admiratione conſecuti ſunt? Plinius enim ita ſcribit:

Natural. hiſt. lib. 11. cap. 5.

Inter omnia inſecta principatus Apibus, & iure pracipua admiratio. Rēpublicam habent, conſilia priuatim, ac duces gregatim. Quod ergo gregibus Apum Deus conceſsit, id gregi ſuo Chriſtus negaſſe putabitur?

Caluini reſponſio ad prædicta.

Nec vllius momenti eſt illa Caluini reſpōſio, qua dicit, *non ex toto orbe confluere apes, aut etiā grues, vt Regem vnum eligant, ſed ſingulos Reges ſuis aluearibus aut cateruis contentos eſſe:* ideoq́ue nihil aliud inde euinci, quàm ſingulis Eccleſijs debere ſuos Epiſcopos attribui: hæc, inquam,

Eiuſdem reſpōſionis cōfutatio.

Caluini reſponſio nullius momenti eſt: propterea quòd non modò quælibet particularis Eccleſia per ſe vna eſt, verùm etiam tota militans Eccleſia eſt etiam vna, quod in apibus & gruibus ſecus ſe habet. Illorum enim cateruas Chriſtus non ita collegit in vnum aliquod corpus, ſicuti vniuerſam Eccleſiam, quæ in terris agit, vnam & dici, & eſſe voluit. *Ieſus enim mortuus eſt, vt*

Ioan. 11.
Cyprianus lib. 1. epiſt. 8.

filios Dei, qui erāt diſperſi, cōgregaret in vnū. Deus vnus eſt (inquit Cyprianus) *& Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna ſuper Petrū Domini voce fundata. Aliud Altare cōſtitui, aut Sacerdotium nouum fieri prater vnum altare, & vnū Sacerdotium non poteſt. Quiſquis alibi collegerit, ſpargit.* Audis, Caluine, quid dicat? *Collegiſne tu cum Cathedra vna ſuper Petrum Domini voce fundata?* At ſpargis potius, tot vnas Eccleſias in mundo conſtituens, quot ſunt apum aut gruum vni greges. Tibi ſatis eſt, vt quælibet particularis Eccleſia ſit in ſe vna. Verùm nos contendimus, totam Eecleſiam militantem non niſi vnum eſſe gregem, & ideo Paſtorem quoque & ducem ſpiritalem in ſummo gradu non niſi vnum habere.

Leo in Epiſ. ad Anatholium Conſtātinop.

Vt per totum mundum (inquit Leo) *vna nobiſcum ſit vnius caſta communionis integritas.* Vt igitur in vno apum aut gruum grege vnus tantùm eſt Rex, ita & in tota militante Eccleſia (quæ magis vna eſt, quàm vllus grex apum aut gruū) vnus viſibilis Præpoſitus eſſe debet, quem cæteri velut Regem ac ducem ſuum ordine literato inſtar gruum ſequantur. Eodem vitio laborat & altera, quæ mox adiungitur, Caluini reſponſio. Nam cùm Catholici Doctores Monarchiam pluriū Dominationi præſtare dicerent, idq́ue ex

Altera Caluini confutatio.

Homero cōfirmarent qui dixit οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, non eſt laudabilis multorū Principatus: Caluinus reſpondet, *Homerum nihil aliud voluiſſe, quàm regnum duos non capere.* Imò (inquā) plus dixit. Nam & multorum Dominationem reprehendit, & ex contrario illum Reipub. ſtatum laudauit, in quo plures æquali poteſtate non præſunt. Ergo & regnum ſupra cæteros gubernādi modos extulit, & præ illo plurium dominationem præclaram eſſe negauit. Cùm autem pul-

Salomon in Canticis Cāticorum.
Iſaias ca 60. 61. 62.
Matt. 13.

chritudo Eccleſiæ Chriſti apud Salomonem & Iſaiam valdè prædieetur: neceſſe eſt, vt præclariſsimam quamque gubernationem in Eccleſia conſtitutam exiſtimemus. Verùm ſit ita, vt Caluinus ait: non capiat duos regnum. An oblitus eſt, Eccleſiā regnum eſſe, ac *regnum cœlorum* à Chriſto vocari? Verùm de eo poſtea. Interim animaduertere oportet, non modò ſingulis animalium generibus, quæ ſaltem in ſocietate viuunt, ſingulos duces præeſſe: verùm etiam toti

Plinius li. 10. cap 3.
Epiphan. hæreſ. 74.

auium generi Aquilam, toti verò animalium terreſtrium Leonem dominari. Vnde & Plinius *ex his auibus, quas nouimus, Aquilæ maximum honorem eſſe dicit, maximámque vim:* & Epiphanius *leonum genus ſuper alia animalia maximè regale eſſe atteſtatur.*

Hominem omnibus animantium & piſcium generibus ex Dei voluntate dominari.

CAPVT X.

NE illæ innumerabiles piſcium, auium, cæterorumq́ue animalium ſpecies, quas author naturæ condidit, hac ſaltem ex parte viderentur inordinatæ, quod ijs omnibus nullus dux

Gen. 1.

vnus præponeretur: *Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit, vt præeſſet piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs, vniuerſæq́; terræ, omniq́; reptili quod mouetur in terra.* Quæ igitur in genera penè infinita ſigillatim diſtinguebantur, quæq́ue locis longiſsimè diſiūcta erant, cùm alia in cœlo, alia in terra, & alia in mari degerēt: hæc omnia in vnum Deus collegit, quando ea iterū vniuerſa vni homini, hoc eſt, præcipuo & primo *omniū animantiū* generi ſubiecit. vt ita non modò ſingula animalium corpora in ſeipſis, nec tantùm ſinguli greges aut genera ſingula, verùm etiam tota vniuerſitas animalium haberet præter Deum & ſub Deo certū Ducē & Principem, cui parērent. Quò minus dubitare licet, quin præter caput, quod in hominū

ſingulorum

ſingulorum corpore eminet, ac præter Duces Præpoſitoſque Eccleſiaſticos, qui in ſingulis Eccleſijs cernuntur: ſit etiam vnus dux primus omnium quæ in mundo ſunt Eccleſiarum, cui cæteræ omnes Eccleſiæ debeant obedire. Quemadmodum enim cæteræ omnes creaturæ Monarchiam vnius Dei agnoſcunt non abſque vlla re interiecta, ſed primùm per interpoſitam ſuorum in vnoquoque genere Ducum, deinde per interpoſitam hominis communem Præfecturam: ſic etiam Chriſtiani homines vnius Chriſti Monarchiam in Eccleſia ipſius agnoſcunt, nõ abſque vlla re alia interiecta, ſed primùm per interpoſitos in ſingulis quibuſque Eccleſijs ſingulos Paſtores, ac deinde per vnum Paſtorem viſibilem omnibus communiter interpoſitum, qui loco viſibilis præſentiæ Chriſti omnibus præeſt.

Monarchia Dei per medios quoſdã Principatus agnoſcitur.

Homines ita conditos fuiſſe, vt omnes, qui ſimul in terra viuerent, vni ſubeſſe debuerint, atque inde gubernationis Eccleſiaſticæ exemplum petendum eſſe,

CAPVT XI.

GRegES animalium ſuis ſinguli Ducibus: Duces verò ipſi, omniaque omninò animalia per Dei legem vni homini ſubijciuntur. Iam verò ne cùm plures ſint homines, illi ſaltem putentur non iterum alij Duci, verùm abſque vlla re interpoſita vni Deo, atq; vni Chriſto ſubeſſe: reſtat, vt & ipſos homines numeroſa propagatione diffuſos vinculo quodã naturali cohærere declarẽ, vt tã in terra, quàm in cœlo nulla repèriatur multitudo, quæ non reuocetur ad certã ſuæ naturæ cõgruentem vnitatẽ & Primatũ. *Deus* (inquit Apoſtolus) *ex vno fecit omne genus hominum*. Primùm ergo (vt etiam D. Chryſoſtomus admonet) *Deus Caput vnum omnibus dedit ipſum Adã. Cur enim è terra (quemadmodũ ille) perfecti nõ ſumus? nẽpe vt partus, vt nutricatio, vt ſucceſſio generãdi nos inuicẽ ligarent. Hãc ob cauſam nec mulierẽ ex terra fecit. Itaque velut à capite quodam vno totum humani generis corpus dependet. Et quia iam à principio parentes duo fuiſſe videri poſſunt, vide quî conglutinet, quî in vnum lege connubij coniungat. Et eum ex quo facta eſt, maritum mulieri tradit. Deinde hunc imperare, illam ſubeſſe iuſſit: eſſe enim inter æquales æmulationẽ nouit: itaque noluit eſſe Democratiam, ſed Regnum: & quod videre in exercitu licet, id in omni bene custodita domo deprehendas. Regis locum obtinet maritus, vxor Primatis & Ducis: imperium proximum liberi tenent, infimum familiares: nam & hi in ſubiectos ſimiliter imperium tenent. Et vnus quiſpiam cæteris omnibus præfectus, heri vicem tenet, ſed vt ſeruus. Atque aliud eſt rurſus imperium inter ipſos, vxorũ & liberorũ dico: in ipſis denique liberis aliud, prout cuiuſque ætas aut natura tulit: nã ne in pueris quidẽ æquale imperiũ fœmina tenet. Aſſiduis igitur, & cõtinentibus vndique vinculis, ad concordiã nos Deus diſciplinamq́ coëgit.* (Et pòſt) *Denique quòd ex viro ſis mulier, & liberi item ex vtroque, hinc multi naſcũtur affectionis modi: hũc, quia pater eſt, amamus: illũ, quia auus: hanc, quòd ſit mater, illam, quòd nutrix: hunc, quod filius, illũ quòd nepos, & illum item, quòd pronepos: hãc quia filia, illam quia neptis: hunc quia frater, illum quia ex fratre nepos: hanc quia ſoror, illam ex ſorore neptem. Et quid recenſere vniuerſam cognationis ſeriem attineret? Aliam coniunctionis formam commentus eſt inſuper: cognatorum connubio interdicto, ad alienos nos eduxit, illos vicißim ad nos pellexit, & quos naturali neceßitudine copulari non licet, hos nuptijs conglutinauit, integras ſæpè familias vnius nymphæ gratia conciliando, genus generi totum permiſcet.* Ac ne tantùm in rebus politicis, non item in Eccleſiaſticis hãc Primatus & vnitatis legem inſtitutam dicas, audi etiam quid porrò Chryſoſtomus dicat. *Obedite* (inquit Apoſtolus) *illis, qui vobis præpoſiti ſunt. Malum quidem eſt, vbi nullus eſt Principatus, & multarum cladium hæc res exiſtit occaſio, & confuſionis eſt turbationumq́; principium. Sicut enim ſi ex Choro ipſum Coriphæum auferas, nequaquam modulatus chorus vel ordinatus exiſtit: & phalanx militum, ſi ducem non habeat, nullo modo acies illa numero vel ordine procedit: & nauis, ſi gubernatore priuetur, peſſum eat neceſſe eſt: ſic & gregi ſi Paſtorem abſtuleris, cunctus diſpergetur & peribit.*

Actor 17. In 1 Cor. Hom. 34.

Caput vnum humani generis.

Noluit Democratiã, ſed Monarchiã. Sic Papa Chriſti vicẽ tenet, ſed vt ſeruus.

Chryſoſtom. in Hebr. 13. Homel. 34.

Ne autem morbo huic medicinam eſſe factam putes, ſi plures ſimul in alijs atque alijs Eccleſijs conſtituantur Paſtores: ſubijcit ibidem Chryſoſtomus, *Malum igitur eſt, vbi nullus eſt Principatus*. Niſi ergo ipſi Paſtores (cùm præſertim & plurimi ſint, & linguis, regionibuſque disiungantur) ſub certo Principatu alterius viſibilis Pâſtoris degant: ei rationi, qua D. Chryſoſtomus vtitur, nullo modo ſatisfactum eſt. Nam ſi tot millia Paſtorum quot in Eccleſia ſunt, Paſtore ſummo, cui obediant, priuentur: nónne cùm ipſi Paſtores in varias hæreſes diſcedunt,

neceſſe

Inter Paſtores ipſos debet eſſe Principatus.

neceſſe erit greges illis ſubiectos multò etiam magis diuelli, & diſsipari? *Malum eſt igitur, vbi nullus eſt inter ipſos etiam Paſtores Principatus*. Sicut autem cum de vna ſola naui agitur, eam ſi gubernatore careat rectè cum D. Chryſoſtomo perituram dicimus: eodem modo ſi claſsis nauium inſtruatur, ipſam claſſem dicimus multò magis perituram, ſi & illa certum ducem non habeat, cuius auctoritate in hanc illámue partem feratur, & cuius arbitrio vel pugnam ineat, vel declinet. Singulæ autem Fidelium Eccleſiæ cum naui vna, verùm ipſa Catholica Eccleſia meritò cum claſſe nauium comparatur. Quemadmodum igitur qui nec vnam nauim abſq; gubernatore incolumem fore dicit, multò magis intelligit claſſem integram abſque duce aut principe vno, cui pareat, ſaluam eſſe non poſſe: eodem prorſus modo qui nec ſingulas Eccleſias abſq; Paſtoris alicuius Præſidentia in recta fide atque vnitate contineri poſſe dicit: multò magis intelligit, totam Fidelium multitudinem, quæ per vniuerſum orbẽ diffunditur, ab hæreſibus & ſchiſmate immunem permanere non poſſe, præterquam ſi Paſtorem vnum habeat, qui totius corporis Paſtorumque omnium curam gerat.

Hæc ſæpius repetenda iudicaui, propterea quod non ignoro, Aduerſarios noſtros illa, quæ de Paſtorum Principatu vel in Scripturis ſanctis, vel in Patrum libris leguntur, ad particularem quamque Eccleſiam ſic referre, vt nolint vniuerſo Eccleſiæ corpori illis modis conſuli, quibus conſultum eſt ſingulis quibuſque membris. Quaſi verò Deus maiorem rationem totius Eccleſiæ non habeat, quàm ſingularum eius partium. Quantò præclariùs ſenſit D. Auguſtinus, cùm diceret? *Deus non ſolùm ſingulis hominibus quaſi priuatim, ſed vniuerſo generi humano quaſi publicè conſulit*. Deus ergo in gratiam totius generis humani Principatum quendam naturalem ab initio inſtituit, & ſic inſtituit, vt inde gubernandæ Eccleſiæ ſuæ exemplum peti vellet. Nam vt vnus erat omnium hominum pater, qui dictus eſt à Sapiente pater non paucorũ hominũ, ſed pater orbis terrarum: ſic vnus eſt omnium Fidelium Paſtor Chriſtus Ieſus. *Adam enim erat forma futuri. Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes*. Iam verò quemadmodum moriente Adamo non perijt de terra gubernatio paterna aut Principatus ille naturalis, verùm ad liberos Adæ, qui ſucceſſerunt in ius paternum, pertranſijt: idemque fuit primùm Seth, deinde Noë & Abraham cæteris mortalibus, quod Adam ipſe futurus erat, ſi perpetuò vixiſſet: ad eandem rationem cùm placuiſſet Chriſto, vt poſtquam viſibiliter in hoc mũdo præfuiſſet ex hoc mundo trãſiret ad Patrem, non perijt de genere humano viſibilis præfectura vnius Paſtoris. Verùm licet Chriſtus maneat Eccleſiæ ſuæ Caput in æternum, & ob eam rem longè ſuperet veterem Adamum, tamen quia viſibiliter & manifeſtè hoc officium iam nõ exercet, loco viſibilis præſentiæ ſuæ, alium ſubſtituit, per quem Eccleſiam vſque in finem ſeculi adminiſtret. Loco ſpiritus Chriſti non dico quenquam ſubſtitutum, ſed tantùm loco viſibilis præſentiæ eius. Spiritu enim adhuc nobiſcum adeſt: viſibili autem corporis ſui ratione abeſt. Mirabilis ſanè eſt Deus in operibus ſuis, & ſapientia mirabili cuncta diſpoſuit. Adam vnus omnium parens factus eſt, tùm vt præterita imitaretur, tùm vt futura præfiguraret. Præterita imitabatur, dum ea Monarchia, quæ in cœlo præceſſerat, in ipſo exprimebatur. Futura verò præfigurabat, dum ea, quæ in Eccleſia quandoque futura erant, per ipſius originem & filiorum eius progreſſum adumbrata ſunt. Ita vltimis prima, vltimaque primis, & media vtriſque reſpondent. *An ignoratis* (inquit Apoſtolus) *quoniam Sancti de mundo hoc iudicabunt? Ideo hunc mundum* (teſte Ambroſio) *dixit, vt oſtendat & alterum. Hic ergo mundus ad ſuperioris ſimilitudinem factus eſt. Vnde homo hic poſitus eſt, ad imaginem DEI factus, vt ſicut in ſuperiore mundo ab vno DEO ſunt omnia, ita & in hoc ab vno homine omnes haberent originem. Hinc eſt vnde Moſes in Deuteronomio: Cùm diuideret* (inquit) *Altiſsimus Gentem, quemadmodum diſperſit filios Adæ, ſtatuit fines gentium ſecundùm numerum Angelorũ Dei. Quid tam apertum, hunc mundum ſuperioris eſſe imaginem certa ex cauſa? Eſt enim & Hieruſalẽ inferior, & illa ſuperior, quam matrem noſtram vocat idem Apoſtolus. Eſt & inferior Paradiſus, in quo homo poſitus, mãdatum, & vt operaretur, & vt cuſtodiret accepit. Eſt & ille cœleſtis, in quo raptus Apoſtolus audiuit verba arcana*. Hæc Ambroſius. Quæ ego in eum finem protuli, vt appareret, tùm magnã eſſe conſenſionem inter iura & cœlorum, & naturæ, & Eccleſiæ, tùm illa omnia iura vnius Præfecturam vbique conſtituere. Tranſeamus iam à naturali hominum Monarchia, cui Eccleſiaſtica ſimilis eſſe debet, ad illud Monarchiæ genus, quod ab ipſis hominibus ſecundùm naturam inſtitutum eſt, vt ab illa etiam Eccleſiaſticæ Monarchiæ quoddam adminiculum petamus.

Auguſtin de vera religione. cap. 25.

Sapient. 10.

Rom. 5.

1. Cor. 15.

Matth. 25.

1. Cor. 6.

Ambroſ. ibidem Omnes ab vno.

Hic mundus eſt imago cœleſtis Curiæ.

Gal 4.

Monarchiam in gentibus regendis iure ciuili, gentium, & diuino receptam eſſe: cùm interim non minus Eccleſiaſtico regimini, quàm ciuili neceſſario ſit.

CAPVT XII.

SEquitur, vt quæramus an hominum gubernatio iure gentium & ciuili recepta, non perinde etiam præferat Monarchiam cæteris omnibus gubernãdi modis. Optãdum ſanè fuerat, vt nemo relicta clementiſsima illa Patrumfamiliâs gubernatione, quam Deus per naturam ipſam inſtituit, ad aliam ſe contuliſſet. Verùm quoniam poſt peccati corruptelam, cæcum eſt genus hominum, nec vnquam in vllo viuendi genere acquieſcit: factum eſt, primùm vt *Cain à domo ſui patris diſcedens, habitaret in terra profugus, ciuitatemq́; à ſe ædificatam ex filij ſui nomine Henochiam appellaret*, vbi videlicet ipſe gereret principatum à ſe excogitatum, poſtquàm paternum iugum à Deo inſtitutum excuſsiſſet. Cuius exemplum *Nemrod* etiam, poſt Diluuiũ ſecutus, cœpit eſſe potens, non in Domino, ſed *in terra*, factuſque eſt tam robuſtus venator, vt quẽadmodum inſignia quæque Domini eſſe apud Hæbreos dicebantur, ſic etiam ipſe diceretur *venator coram Domino* vnde Prouerbium exiuit, *Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino.* Hic autem primus erat Rex in terra. *Principium enim regni eius Babylon* Quamuis autem hoc regni conſtituendi principium eatenus à malo videatur eſſe, quatenus aut Cain, aut Nemrod à meliore alterius Principatu defecerunt: tamen hoc poſito quòd ſemel deficere voluerunt, magnum ſanè bonum generi humano ex hoc nouo gubernationis Regiæ modo creatum eſt. Factum quippe eſt, vt qui nolebant miniſtris Dei obedire, tamen ſine omni obedientia non viuerent, ſed obedirent ſaltem ei viro, in cuius Principatum ipſi conſenſiſſent. Ita per Dei prouidentiam effectum eſt, vt licet inordinata hominum ambitio præclariſsimum ordinem diuinitùs inſtitutum violaſſet, in ordinem tamen alium inferiorem illum quidem, ſed tamen etiam diuinum redigerentur. Nata eſt ergo in diebus Nemrod terreſtris Monarchia. Sed cùm alij quoque viri audaces & bellicoſi eam rem animaduertiſſent, volebant & ipſi non amplius alteri ſubeſſe, verùm alijs in locis regnare, prout quiſque multitudinis alicuius aſſenſum ad eam rem conciliare potuit. Itaque cùm plures iam reges in omnibus penè Vrbibus exiſterent, eaq́; res humanum genus, quod in vna ſocietate contineri totum debebat, nimium disiungeret, atque in diuerſa ſtudia traheret: immenſa Dei miſericordia *regnum Aſsyriorum in diebus Nini Regis excitauit*, quod fines ſuos propagans, multa alia regna vniret atque inter ſe complecteretur. Succeſsit poſtea huic Aſsyriorum Monarchiæ primò Perſarum, deinde Græcorum, ac deniq; Romanorũ Monarchia, ſub cuius initio Chriſtus naſci voluit. Ac quantũ quidẽ bonũ Orbi terrarũ ex his Monarchijs prouenerit, tùm ex Prophetia Danieli de iiſdẽ reuelata, tùm ex ijs, quæ antè ex *Euſebio & Leone Papa* in mediũ protulimus, abũdè intelligi poteſt. Sic enim ait Daniel ad Nabuchodonoſor: *Tu Rex Regum es, & Deus cæli regnũ, & fortitudinẽ, & Imperiũ, & gloriã dedit tibi: & omnia, in quibus habitant filij hominũ & beſtiæ agri: volucres quoq; cæli dedit in manu tua, & ſub ditione tua vniuerſa conſtituit. Tu es ergo caput aureum. Et poſt te cõſurget Regnum aliud minus te: & regnũ tertiũ aliud æreum, quod imperabit vniuerſæ terræ Et regnũ quartum erit velut ferrum. Quomodo ferrum comminuit & domat omnia, ſic comminuet & conteret omnia hæc.* Et pòſt: *In diebus autem regnorum illorum, ſuſcitabit Deus cæli Regnum, quod in æternũ non diſsipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum. Secundùm quod vidiſti, quòd abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum. Deus magnus oſtendit Regi, quæ ventura ſunt poſtea. & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius.*

Margin notes: Geneſ. 4. — Geneſ. 10. — Luc. 2. — Huius lib. c. 8 — Danielis, 2.

Hîc autem duo præcipuè notanda ſunt: vnum, quòd de Regnis potius, quàm de vllis alijs Ciuilium gubernationum generibus cura eſt Deo. De iis enim rebus Prophetias maximè reuelat, quarum maximam rationem habet. Alterum verò, quod inſigniter animaduerti velim, illud eſt: iſta Regna, quæ Daniel prædicat, minora eſſe regno Chriſti: quod tamen *Chriſti Regnum Eccleſia eius* intelligitur eſſe. Quæ Chriſti Eccleſia, vt viſibiliter in hoc mundo agit, etiamſi ad cœleſtia & inuiſibilia ſuſpiret: ſic non eſt dubitandum, quin viſibilem cœleſtis quidem, ſed tamen Regni formam in hoc mundo præ ſe ferat: verùm de hac re poſtea. Cùm igitur penè omnes per orbem nationes regibus quæque ſuis parèrent, populus Dei eò tardius in regnum terrenum conceſsit, quò præclarius ad regni cœleſtis modum à ſpirituali

Matth. 13.

Paſtore, quem Deus ei præfecerat, regebatur. Nunc illud in primis vrgeo, Monarchiam omni generi hominum adeò fuiſſe non ſolùm vtilem & opportunam, ſed præterea neceſſariam, vt neq; Dei populus in ſacris rebus vllo vnquam tempore, nec ferè quidē in profanis vno caruerit Rectore ac Duce, quocunq; is nomine vocabatur. Nā ſi fortè poſt obitū Ioſue, Dux qui præcederet in bello, defuerat (nam, qui præcederet in ſacrificio atq; in alijs templi ceremonijs, nunquam defuit) mox aut ad oraculum Dei, aut ad conſenſum populi properatum eſt, vt Dux vnus conſtitueretur, ſine quo neq; pax in exercitu proprio, neq; victoria de hoſte ſperari

Iudicum 1. poterat. *Poſt mortem Ioſue conſuluerunt filij Iſrael Dominum, dicentes: Quis aſcendet ante nos contra Chananæum, & erit Dux belli? Dixitq́; Dominus: Iudas aſcendet. Ecce tradidi terram in manus*

Iud. 20. *eius.* Et iterum: *Iſraelitæ ſurgentes venerunt in Domum Dei, hoc eſt, in Silo, conſulueruntq́; Dominum, atque dixerunt: Quis erit in exercitu noſtro Princeps certaminis contra filios Beniamin? Quibus reſpondit Dominus: Iudas ſit Dux veſter.* Erāt quidē ſingulis Tribubus ſui Principes & Duces. Cæterùm niſi Dominus nominatim deſignaſſet, cuinam potiſsimùm totius rei ſumma cōmitteretur, periculum erat, ne prius inter ſe de Principatu, quàm cum hoſtibus de victoria dimicarent. Neq; verò quiſquam facilè patitur Imperij conſortem. Vnde Alexander Magnus Dario, cùm is dimidium regni ſui obtuliſſet, reſpondiſſe dicitur: Vnum Regnum nō magis fert duos Reges, quàm vnus mūdus duos ſoles. Itaq; cùm etiā D. Cyprianus vnicū eſſe Deū contenderet: *Ad Diuinum*, inquit, *Imperium etiam de terris mutuemur exemplum. Quando vnquā Regni ſocietas aut cum fide cœpit, aut ſine cruore deſiit? Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis diſsidentibus etiam in morte diſcordia: & Romanos geminos vnum non capit regnum, quos vnum vteri cepit hoſpitiū. Pompeius & Cæſar affines fuerunt, nec tamen neceſsitatis fœdus in æmula poteſtate tenuerunt. Nec tu de homine mireris, cùm in hoc omnis natura conſentiat.* Et Cypria-

Tom. 1. Epiſtol. 4. no Hieronymus aſſentiens, *Imperator*, inquit, *vnus, Iudex vnus Prouinciæ. Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit. In Rebeccæ vtero Eſau & Iacob bella geſſerunt.* Nec aliter

Lib. 2. de ordine. exiſtimauit Auguſtinus: *Nónne quanto*, inquit, *multitudo eò minus vincitur, quò magis in vnū coit? Vnde ipſa coitio in vnum, cuneus nominatus eſt, quaſi couneus.*

Quòd ſi tanta eſt neceſsitas vnius Ducis in bello, quod aduerſus carnē & ſanguinē geritur, ſi tot modis vnitati & concordiæ ciuili, per vnius præfecturā conſulitur: quantò magis nos, qui nō cum carne & ſanguine, ſed cū ſpiritibus tartareis, & cū principibus tenebrarum de fide ac ſpe dimicamus, vnius Ducis præſidentia muniri debemus, vt ne vexillum diaboli transfigurā-

Cantic. 6. tis ſe in Angelum lucis, putemus eſſe vexillū Chriſti. Etenim ſponſa Chriſti à Salomone aciei caſtrorum ordinatæ cōparatur, & ideo non minus Duce viſibili in hac ſpiritali militia ſua indiget, quàm olim populus Iudæorū Duce aliquo in bellis externis indigebat. Semper igitur Dominū rogare debemus, vt certū Ducem, cuius vexillum in cōſpectu noſtro ſit, nobis præbeat, dū in hoc mundo militamus. Ac ſanè ſi quis dixerit, corporalia Iſraëlitarum bella, & ſingulos Duces bellorū, figuram fuiſſe eorum, quæ nunc in Eccleſia Chriſti fiunt, non errabit: cùm Pau-

1. Cor. 10. lus dicat, *omnia in figuram contigiſſe illis.* Plus dico: Viſibiles & terrenæ Monarchiæ tùm cæteræ omnes, tùm potiſsimū Romana, licet ob multas cauſas à Deo ſint cōſtitutæ, quas antè ex parte commemoraui: tamen ob nullam potius cauſam conſtitutæ ſunt, quàm vt pacificū iter Euangelio Chriſti prępararēt. Qua in re, vt Euſebij & Leonis teſtimonia, quæ antè poſui, nūc omit-

In Epiſt. ad Valerianū. tā, ita elegātiſsimè ſcribit Eucherius Lugdunēſis Epiſcopus: *Illa* (inquit) *externa omnia, id eſt, nationes & regna, putáſne ob aliud in ditionem ac ius ceſsiſſe Romanum, & ob aliud magnam partem generis humani in vnum tranſiſſe populum, niſi vt facilius tanquam medicamentum per corpus vnum, ita per vnam gentem fides infuſa penetraret, & vt capiti ingeſta velociter ſe per membra diffunderet? Alioqui non ita cucurriſſet inter crebras & diſcrepantes ritibus linguisq́; gentes, nec*

Rom. 15. *tam longè per nouorum ſemper graduum obiecta tranſiſſet. Denique B. Paulus per hunc eundem populum diſterminans fidē, ſcribit ſe ab Hieroſolymis vſque ad Illyricum Euangelio Chriſti cuncta repleſſe. Quando autem iſtud inter nationes, aut multitudine innumeras, aut immanitate barbaras extitiſſet? Inde eſt, quòd nunc terra à Solis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari Chriſtum reſonat, quod ad vitā omnia mundi latera concurrunt; dum fidem Thrax, fidem Libys, fidem Syrus, fidem receptat Hiſpanus. Magnum ergo ex hoc diuinæ pietatis argumentum eſt, quòd ſub Cæſare Octauio, cùm vtiq; Romanus poſſeſsio verticē tenuit, tunc ſe Deus terris dedit. Itaq; vt iua apud te proferā, cùm ab ortu regni huius centeſimus & octogeſimus quintus ferè ſupra milleſimū vertatur annus, quicquid vel ſub illa dominatione regū vetuſta, vel ſub illa deinde gemina adminiſtratione Conſulū Roman. acceſsit Imperio, omnia Chriſti aduētui præparata, & diffundēda fidei prouiſa, poteſt, ſi quis eſt idoneus aſſertor, oſtēdere.*

Quòd

Quòd ſi Monarchiæ ciuiles tantum vtilitatis Euangelio propagando attulerunt, idq; quoniam per illas multi populi ſunt in vnam gentem redacti & collecti: quantò magis neceſſarius eſt nunc aliquis Paſtorum Princeps, qui eoſdem populos in tam diuerſis Prouincijs degẽtes in vnitate vnius ouilis & ſemel conſtituat, & ſemper conſeruet? Nam ſi Monarchia ciuilis, quæ foris conſtituta eſt, tantum Eccleſiæ profuit, dum viam Euangelio prædicando per aliarum gentium concordiam patefecit: quantò magis Monarchia Eccleſiaſtica, quæ ipſum corpus Eccleſiæ intus vegetat & nutrit, eidem Eccleſiæ ad concordiam domi ſtabiliendam proderit? Sed nunc relicta & naturali gubernatione, & ea quæ ſecundùm naturam maximè eſt, ad eam Reipublicæ formam accedamus, quæ ab ipſo Deo in Eccleſia ipſius inſtituta eſt.

ARGVMENTVM
Libri Quarti.

ETSI tota Dei Eccleſia verè vna eſt, quia & ab vno Deo eſt conſtituta, & vnico eius Spiritu conſeruatur, & in eiuſdem ſummi boni æterna fruitione acquieſcit: tamen cùm alia ſit Angelorum, aliaque hominum natura, & ij vtrique non ſtatim à creatione ſua Deum facie ad faciem viderint, ſed prius probati fuerint, quàm ad contemplandam Dei Maieſtatem admitterentur, cumq; homines pro varia temporum occaſione aliter ſub Lege Naturæ, aliterq; ſub Moſaica vixerint: Eccleſiam Chriſti cum ſingulis & Angelorum & hominum degendi modis ita conferam, vt vbique vnius Primatum diuinitus inſtitutum, & à Prophetis vnicè commendatum fuiſſe declaraturus ſim, eádemque opera oſtenſurus, eandem regiminis rationem in Eccleſia Chriſti collocandam fuiſſe.

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ,

LIBER QVARTVS.

Inter Angelos, cùm ab initio crearentur, vnum extitiſſe Principem, qui poſtea, vt Sancti Patres ex diuinis Scripturis collegerunt, defecerit à Deo, eandémque eſſe nunc Eccleſiæ Chriſti conditionem, quæ Angelorum ab initio fuerit, niſi quòd Chriſtus pro noſtri Principis fide rogauit, vt ea non deficeret.

CAPVT I.

PLACVIT Deo, *qui Spiritus eſt, & in Spiritu coli vult*, de nihilo quoſdã Spiritus puriſsimos mox ab ipſo mundi exordio creare, qui luminis & claritatis diuinæ non ita multò pòſt (ſi tamen *in veritate perſtitiſſent*) participes redderẽtur. De quorum cõditione & agendi modo antequã aliqui ex illis beati fierent, etſi nihil in Scripturis diuinis ſatis perſpicuè dictũ videatur: tamẽ multi Prophetæ & Apoſtoli quaſi aliud agentes ſcripſerunt multa, ex quibus viri ſancti diuinitus inſpirati, quædam ad Angelorũ conditionẽ pertinentia in vnum collegerunt. Quorum ego vt ingenium admiror, induſtriã laudo, fidem ſuſpicio: ſic argumenta & collectiones in hoc genere maximi quidem, non tamen pluris facio, quàm vt intra limites humanæ authoritatis (à qua tamen recedendum facilè non ſit) eas hac in re conſiſtere exiſtimem. Neque enim puto, illum vnius Angeli ſupra cæteros Principatum, de quo nunc ago, tam clarè aut in Scripturis proponi, aut ab Eccleſia hactenus definitum eſſe: vt hæreticus, aut infidelis haberi debeat, ſi quis contradixerit. Sed tamen qui ex altera parte id contemnet, quod ex diuinæ Scripturæ authoritate per ingenia grauiſsima, tanto fidei & charitatis dono exculta, concluſum fuerit: eum puto non inſtar magiſtri ſui *mitem eſſe aut humilem*, ſed inani ſuperbiæ typho temerè inflari.

Ioan. 4. Ioan. 8. Iob 40. Iſai. 14. Ezech 28. Epheſ. 3. Matth. 11.

Ego autem cùm in omni rerum vniuerſitate, atque etiam in ſingulis penè rerum generibus Principatum quendam diuinitus inſtitutum eſſe demonſtrare conatus ſim, non potui in Angelica natura hunc ipſum Principatum non inueſtigare.

Epheſ. 3.

D. Paulus ſcribens ad Epheſios, ait, ſe impetrandæ cuiuſdam rei gratia *genua flexiſſe ad Domini noſtri Ieſu Chriſti Patrẽ, ex quo* (inquit) *omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur.* Quod autem Latinus interpres vocauit paternitatem, poſſet etiam verti familia, tribus, aut cognatio. Sed interpres ad nomen æterni Patris alluſit, *vt ex Ieſu Chriſti Patre omnem paternitatem, ſiue qua in cœlo, ſeu qua in terra eſt, nominari diceret.* nominatur enim à patre paternitas. Nec erat cur Eraſmus ex iſta interpretatione ſententiam Pauli periiſſe diceret, aut etiam cur D. Thomam Aquinatem notaret ob ea, quæ de paternitate in Angelis exiſtente inquirit. Nam Theophilactus vir doctiſsimus atq; etiã natione Græcus, in hunc ipſum locũ ſcripſit, πατριᾶς, quo verbo Apoſtolus eſt vſus, *à patrũ nomine appellatas.* Quo igitur pacto quod à patre deducitur, ſignificãtiùs vertas, quàm per nomẽ paternitatis? adeo vt D. Hieronymus dicat: πατριὰν *Latini paternitatẽ interpretantur, cùm ex vna radice multa generis turba diffunditur.* Qui etiam ſenſum Pauli reddens: *Solus pater* (inquit) *præſtat cæteris, vt patres eſſe dicantur. De terrenis cæleſtia contemplemur. Adam (quem primùm plaſmauit Deus, & Creator ipſius & Pater ſui:) certè Deo Patri ſcit ſe debere, quòd ſubſtitit. Rurſum hi qui geniti ſunt ex Adam, patrem illum intelligunt, ex quo orti ſunt. Vnde & in Euangelio ſecundùm Lucam cùm paulatim à Chriſto, Dauid & Abraham retrorſum eſſet generatio ſupputata, ad extremum Scriptura ait, filij Seth filij Adam filij Dei: vt paternitatis in terra vocabulum à Deo primùm eſſe demonſtraret. Quæritur verò, quam ob cauſam & in cœlis ab eo omnis paternitas appelletur. Quomodo nos qui non ſumus de genere Abraham, ſi fidem illius habuerimus, filij vocamur Abraham, Patriarchas quoque & Prophetas (ſi tamen nos ab eis peccata non ſeparent) noſtros patres dicimus: ita puto Angelos cæteraſq́; Virtutes habere Principes ſui generis in cæleſtibus, quos patres gaudeant appellare. Archangelus enim niſi Angelorum dici non poteſt, & Dominatio, & Principatus, & Poteſtas, niſi inferiores ſubditos habeant, non vocantur.* Licuit ergo D. Hieronymo paternitatem inter Angelos & inquirere, & inuenire: & D. Thomæ Aquinati hoc ipſum inquirere non licuit, niſi mox audiat ab Eraſmo: *Thomas Aquinas vocem, vnde quæſtionem omnem elicit, non intellexit?* Atqui, ô bone vir, nec aliud in hac re inueſtigauit, nec aliud reſpondit D. Thomas, quàm vel D. Hieronymus, vel D. Chryſoſtomus. Vnde igitur ſcis, Thomã non intellexiſſe illam vocem, vnde quæſtionem elicit? An vocem ſatis perfectè nõ intellexit, qui rẽ voce ſignificatam eodem modo explicauit, quo doctiſsimi quique tùm ex Græcis, tùm ex Latinis Patribus eandem intellexerunt, atque explicârunt? Hieronymus igitur putauit, paternitatem illam, quæ in cœlo eſt, ita intelligi, vt Angeli, qui ſunt alijs ſuperiores, patres inferiorum dicantur: quod etiam ipſum nomen Archangelorum, Principatuum, Poteſtatum, & Dominationum ſignificat. Omnia enim illa nomina referuntur ad aliud, cui dominétur & præſint, quẽadmodum pater ſuæ familiæ dominari ſolet. Chryſoſtomus etiam quærens, *quæ ſint iſtæ paternæ cognationes: In hoc ſeculo* (inquit) *paternæ cognationes ſunt generationes: in cœlis verò cognationes vocat Ordines ac familias cæleſtes.* Sunt igitur familiæ quædam Angelorum. In omni verò familia ac Tribu vnus eſt velut paterfamilias, & Princeps illius Tribus. Iam hos patres omnium doctiſsimos plerique alij tam Latini quàm Græci imitati, tradiderunt Paulum hoc in loco ſignificaſſe, quaſdam eſſe Angelorum familias & cognationes, non quidem per carnis, & ſanguinis generationem propagatas (nam neque hoc D. Thomas ſenſit) verùm ita diſpoſitas, vt non temerè ac fortuitò facti, ſed ordine quodam certo procreati ſint Angeli, cuius ordinis rationem homines melius intelligere non poſſunt, quàm per nomen Paternitatis. Quemadmodũ enim videmus, maximam illam hominum multitudinem, quæ iam diu in mundo extitit, non ſimul productam, ſed ab vno principio primùm exortam, ac deinde in plures familias per patrum diuerſorum generationes eſſe diffuſam: ſic in productione Angelorum talis procreandi modus à Patre omnium obſeruatus intelligi poteſt, vt etiámſi omnes Angeli eodem tempore conditi ſint, alius tamen alio dignior, atque ob id prior etiam eſſet per naturam: donec ad vnũ accederetur omnium omnino primum, hoc eſt, digniſsimum, qui ob eã cauſam *Pater ac Princeps omnium Angelorum* cenſeri poſſet. Sic nimirum omnis paternitas, tàm in cœlis, quàm in terris à Patre Ieſu Chriſti aptè nominatur. Ac de Patre quidem cœleſti conſtat, eum ita eſſe Patrem Filij ſui, vt quanquam Filius tempore poſterior Patre non fuerit, nec in ſubſtantia minor: ſit tamen à Patre ſuo, tanquàm à principio, à quo ab æterno generatus eſt. Nam & eo modo Græci Doctores intellexerunt illud: *Pater maior me eſt.* Atque vt Filius rectè à Patre eſſe

Eraſmi temeritas.

Theophylactus in 3 ad Epheſ.

In libro aduerſus Heluidiũ. & in 3. c. Epiſt. ad Epheſ.

Deus pater Adæ. Luc. 3.

Paternitas in terris.

Paternitas in cœlis.

Eraſmus in Annotat.

In epiſtol. ad Epheſ. Hom. 7.

Vide Haimonem & Theophyl.

creditur,

creditur, licet nec illo ſit minor, nec iunior: ſic nihil obeſt, quin aliqui Angeli ab alijs velut à patribus ſuis, ac ij deinde omnes ab vno Angelo velut ab omnium Principe dependeant, quicunque ſit ille nexus ſpiritalis, quo in vnum colligantur. Nam ſi nec in ſimpliciſsima Dei eſſentia ordo Perſonarum deeſt, cùm cæteræ creaturæ, quæ rationis participes ſunt, ac præſertim ſpirituales & digniſsimæ quæque ad ſimilitudinem & imaginem Trinitatis factæ ſint: magna ratione ducimur, vt etiam in Angelis ordinem quendàm velut cuiuſdam communis originis ſeu paternitatis eſſe putemus, iuxta quem ſic omnes Angeli ab vno ſui generis Principe in gradu creationis ſuæ dependeant, quemadmodum Filius & Spiritus ſanctus à Patre, velut ab vno principio ſunt. Nam cùm & in Trinitate ab vno principio reliquæ duæ perſonæ exiſtãt, & in hominibus omnes ab vno procreentur, Angeli verò propiùs ad imaginem Trinitatis per naturam accedant, quàm homines: pluſquàm probabile eſt, inter Angelos etiam vnum Principem extitiſſe, qui tanta fuerit dignitate præditus, vt omnibus emineret, omniumq; primus & ſupremus meritò appellandus eſſet.

Ioan. 1 & 14. Vide epiſtolã Alexandri apud Theodoretum lib. 1. cap. 4.

Certè quidem Tatianus Iuſtini Martyris Diſcipulus in Oratione, quam contra Græcos edidit, ſic habet: *Angelus ille primogenitus in Dæmonem mutatur, & alij phantaſmata eius ſecuti, Dæmonum exercitui deputantur, & propter arbitrij libertatẽ ſtultitia ſuæ permittuntur.* Fuiſſe igitur *Angelum aliquem primogenitũ* exiſtimauit. Vnde etiam D. Gregorius in hunc modum ſcripſit: *Ipſi Angelo, qui primus eſt conditus, per Prophetam dicitur: Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus decôre, in delicijs paradiſi Dei fuiſti. Vbi notandum eſt, quòd non ad ſimilitudinẽ Dei factus, ſed ſignaculum ſimilitudinis dicitur, vt quò in eo ſubtilior eſt natura, eò in illo imago Dei ſimilius inſinuetur expreſſa.* Et pòſt: *Dum cunctis agminibus Angelorum prælatus eſt, ex eorum comparatione clarior fuit.* Illum igitur Angelum, qui poſtea *tanquam fulgur è cælo cecidit*, D. Gregorius ab initio cunctis agminibus Angelorum putat fuiſſe prælatum. Nec ſanè id ipſum ratione caret. Quò enim maiora dona primus Angelorum acceperat, eò citius à Dei obedientia illum defeciſſe, veriſimile eſt, poſtquàm ſemel propriæ naturæ excellentiam contẽplatus, non Deo, ſed ſibi eius rei gloriam attribuiſſet. *Initium quippe omnis peccati ſuperbia ob id vocatur*, quoniã diabolus, qui primus peccauit, per mentis elationem Deo ſubeſſe recuſauit. Iam verò ſuperbiæ fomes malis ingenijs eſt Principatus. Vnde *Apoſtolus vetat Neophytum fieri Epiſcopum, ne inſuperbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli.* Ex quibus Apoſtoli verbis colligere licet, Diabolum ob id cecidiſſe, quòd dum adhuc *Neophytus*, id eſt, recens creatus erat, alijs ſpiritibus digniorem ſe vidẽs, Deum etiam ipſum, non modò cæteros omnes, contempſit. Ne igitur Epiſcopus, qui in ſua Eccleſia ſemper primus eſt habitus, eadem ſui Primatus occaſione, quæ Diabolum decepit, in ſuperbiam elatus, in eandem cum Diabolo damnationem incideret: Apoſtolus prohibet, eum ex his eligi, qui nuper ad fidẽ conuerſi eſſent. Rectè igitur, opinor, ex his Pauli verbis conijcimus, inter Angelos, dum adhuc Neophyti eſſent, fuiſſe vnũ aliquẽ velut Epiſcopũ, id eſt, maximum, & digniſsimum, cui ſuperbia cauſa fuit vt caderet. Quid quòd non facilè vllis, nedum tot ſpiritibus perſuaſiſſet, vt à Creatoris ſui obedientia ſe ſubducerẽt, atque ei adhæreſcerẽt, niſi omnium Princeps extitiſſet? Si enim alius quiſpiã ex Angelis maior illo & dignior in veritate perſtitiſſet, cæteri Angeli duplicem cauſam habuiſſent, cur iſtum nõ ſectarentur. Vnam, quia conditorem ſuum & Dominum cuicunque ſocio & æquali anteponere debebant: alteram, quia inter ipſos viderent alium digniorẽ, cui potius obediendum eſſet, quàm neſcio cui minus digno. Nunc autem dum nec faciem Dei Patris, adhuc igne tentationis probati, clarè contemplarẽtur, nec etiam alium inter ſe digniorem illo viderent, qui per ſuperbiam cœpit deficere atque apoſtatare à Deo: factum eſt, vt multi Angeli abutentes proprij arbitrij libertate, non ea, quæ per fidem reuelebantur, ſed quæ per naturam ob oculos mentis ipſorum poſita erant, intuẽtes, mallent eum, qui coràm pulcherrimus erat, in perpetuum Principem abſque vlla reuocatione eligere, quàm viſionem Dei, quæ nondum illis conceſſa erat, per patientiam expectare. Quibus conſtitutis, non miramur, Satanam ita cecidiſſe de cœlo, tanquam fulgur, *vt cauda eius tertiam partem ſtellarum cæli ſecũ traheret. Ipſe enim Diabolus* (inquit B. Thomas) *cùm primò eſſet omnibus excellentior, vidẽs ſuam naturalem excellentiam, ſuperbiuit. Multi autem ex alijs videntes eum tam excellentem, conſenſerunt eius ſuperbia, & ei adhæſerunt.* Hinc legimus in Euãgelio, *æternum ignem paratum eſſe Diabolo & Angelis eius.* Et in Apocalypſi maligni ſpiritus vocãtur *Angeli Draconis*, id eſt, Diaboli, nõ quòd eius fuerint creatione, ſed tantùm voluntatis propriæ ſubiectione. Nunquam autem ſe Diabolo ſubieciſſent, niſi eum natura ipſis digniorẽm conſpexiſſent. Imò Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus ne Diabolum quidem ipſum putat vlla re ma-

Tatianus. — Homilia 34. in Euangel. Ezech. 28. — Luc. 10. — Ecclef. 10. — 1. Tim. 3. — Vide Theodoretum in diuin. Decretorum epitome. — Apocaly. 12. & ibidẽ D. Thomas. — Matth. 25. — Cap. 12.

Origenes etiã tractatu 9 in Mattheũ de Satana agens, ſic habet. Primus fuit quãdo introducebat immaculatus, donec iniquitas inuenta eſt in eo, et factus eſt in infernũ deſcendens, nouiſsimus.

Iſidorus de ſummo bono li 1. c. 12.

gis incitatum vt peccaret, quàm ex Primatu ſuo: *Dum* (inquit) *apoſtata Angelus ad nouem Angelicorum ordinum comparationem, ſe clariorem cunctis aſpexit, confeſtim intumuit, & cor ſuum ad ſuperbiam eleuauit.* Et paulò antè: *Primatum habuiſſe inter Angelos Diabolum conſtat excellentia prælationis: ex qua fiducia cecidit, ita vt ſine reparatione laberetur.*

Ac ne quis dicat, vel Iſidorum, vel cæteros Patres hæc abſque diuini verbi authoritate docere, audiat etiam quibus Scripturis ad eam ſententiam adducti ſint. Ab Iſidoro incipiamus, quoniam is iam eſt in manibus. *Ante omnem* (inquit) *creationem Angelorum, diabolus conditus*

Iob. 40.

eſt, ſicut ſcriptum eſt: Ipſe eſt principium viarum Dei. Primus enim creatus extitit ordinis Prælatione, non temporis quantitate. Illud igitur propheticum, quod apud Iob perſcriptum eſt (*Ipſe eſt principium viarum Dei*) citatur à Sanctis, velut in eo verbo Diabolus vocetur principium viarum, id eſt, operum Dei. Extat verò Commentarius in eũdem Prophetam ſub D. Hieronymi,

In Tom. 7. operum Hieronymi.

atque etiam ſub venerabilis Bedæ nomine, in quo ita legimus. *Diabolus inter cæteras creaturas primus à Deo eſt conditus, & inde dictum eſt: Ipſe principiũ eſt viarũ Domini. Nam in Ezechiele Propheta in capite lapidum ignitorum refertur, quòd primus fuerit omnium Angelorum, & corona in manu Domini.* Hæc ibi. Ac ſanè D. Hieronymus Diabolum per *Behemoth* intelligendũ eſſe

Tom 3. Epiſtol. 146.

tradit in eo opere, quod ad Damaſum Papam de filio prodigo ſcripſit. Eodem pertinet, quod Iſaias *de Lucifero, qui mane oriebatur, ſcribit.* Omnium enim qui vſpiam ferè ſcripſerunt conſen-

Iſaiæ 14.

ſu, illa Iſaiæ verba ita referuntur ad Regem Babyloniæ, vt interim mores & ingenium Diaboli depingant. Ille enim eſt, *qui dicebat in corde ſuo: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Sub figurata perſona Principis Babylonia* (inquit Auguſtinus) *Diabolum notat.* Idem

De Ciuitate Dei. lib. 11. cap. 15.

etiam ſentit de altero loco Ezechielis, quem mox proferam, non ſolùm Auguſtinus, verùm etiam Hieronymus, & Theodoretus in Epitome diuinorum Decretorum. Cyrillus autem re-

Cyrillus In ca. 14. Iſaiæ.

fert, Draconem, hoc eſt, Diabolum *inſignem inter Angelos, & ſuperis Poteſtatibus ſpectabilem extitiſſe*; omniaque illa, quæ Iſaias de Rege Babyloniæ dixit, valdè meritò in Diabolum cadere. Cùm igitur Iſaias Diabolum vocet *Luciferum, qui manè oriebatur*, videtur ſignificaſſe, quòd vt Lucifer inter ſtellas, ſic etiam Diabolus inter ſpiritus Angelicos primas tenuerit. Ezechiel verò eiuſdem ſpiritus excellentem ab initio Primatum in figurã Tyrij regis ita depingit: *Tu*

Ezech. 28.

ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decòre in delicijs Paradiſi Dei fuiſti. Tu Cherub extentus & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti, perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ donec inuenta eſt iniquitas in te. Quo ſermone demonſtrat (inquit Hieronymus) *ad hominem vrbis Tyriæ Principem hæc pertinere non poſſe, ſed ad ſanctam*

Hieronymus in cap. 28. Ezechielis.

quondam & præcipuam fortitudinem, quæ vrbis Tyriæ Princeps poſita ſit. Iam verò D. Gregorius interpretans hæc verba (*Ipſe eſt principium viarum Dei*) totam hanc rem hoc modo concludit:

Gregorius in 40 cap. Iob. lib. 32 c. 18.

Quid vias Dei, niſi eius actiones accipimus? de quibus per Prophetam dicit: Non enim ſunt viæ meæ, ſicut viæ veſtræ. Et principium viarum Dei Behemoth dicitur: quia nimirum cùm cuncta creans ageret, hunc primùm condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. Huius Primatus eminentiam

Iſaiæ 55. Vnus Angelus eminentior alijs. Ezech 31.

conſpicit Propheta, cùm dicit: Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiſo Dei, abietes non adæquauerũt ſummitatem eius, platani non fuerunt æqua frondibus illius. Omne lignum Paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini eius, quoniam ſpecioſum fecit eum in multis condenſis frondibus. Qui nãque accipi in cedris, abietibus, & platanis poſſunt, niſi illa Virtutũ cæleſtium proceræ altitudinis agmina in æterna lætitia viriditate plantata? Quæ quãuis excelſa ſint condita, huic tamen nec prælata ſunt, nec æquata. Qui ſpecioſus factus in multis condenſiſq; frondibus eſſe dicitur, quia prælatum cæteris le-

Prælatus cæteris.

gionibus tanta illum ſpecies pulchriorem reddidit, quanto & ſuppoſita Angelorum multitudo decorauit. Iſta arbor in Paradiſo Dei tot quaſi condenſas frondes habuit, quot ſub ſe poſitas ſupernorum Spiritũ legiones attendit. Qui idcirco peccans ſine venia damnatus eſt, quia magnus ſine comparatione crea-

Sine comparatione. Ezech 28. Signaculum ſimilitudinis Dei.

tus fuerat. Hinc etiam rurſum per Prophetam dicitur: Tu ſignaculum ſimilitudinis Dei, plenus ſapientia, & perfectus decòre, in delicijs Paradiſi Dei fuiſti. Multa enim de eius magnitudine locutus, primo verbo cuncta complexus eſt. Quid namque boni non habuit, ſi ſignaculum Dei ſimilitudinis fuit? De ſigillo quippe annuli talis ſimilitudo imaginaliter exprimitur, qualis in ſigillo eodem eſſentialiter habetur. Et licet homo ad ſimilitudinem Dei creatus ſit, Angelo tamen quaſi maius aliquid tribuens, non eum ad ſimilitudinem Dei conditum, ſed ipſum ſignaculum Dei ſimilitudinis dicit, vt quò ſubtilior eſt in natura, eò in illo ſimilitudo Dei plenius credatur expreſſa. Hinc eſt, quòd Primatus eius potẽtiam

Primatus Angeli. Nouem ordines Angelorum.

adhuc inſinuans idem Propheta ſubiungit: Omnis lapis pretioſus operimentum tuum Sardius & Topazius, & Iaſpis, Chryſolithus, Onyx, & Beryllus, Sapphirus, Carbunculus, & Smaragdus. Nouem dixit genera lapidum, quia nimirum nouem ſunt Ordines Angelorum. Nam cùm per ipſa ſacra eloquia

Angeli,

*Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubin, & Seraphin,
aperta narratione memorantur: quanta ſint ſupernorum ciuium diſtinctiones, oſtenditur. Quibus ta-
men Behemoth ille opertus fuiſſe deſcribitur, quia eos quaſi veſtem ad ornamētum ſuum habuit: quo-
rum dum claritatem tranſcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit* Deniq; Petrus apud Clemē- Lib. 1. reco-
tem ita loquens introducitur: *Deus cùm feciſſet mundum, tanquam vniuerſitatis Dominus ſingulis* gnitionū Cle-
quibuſque creaturis Principes ſtatuit. Statuit ergo Angelis Angelū Principem, & Spiritibus Spiritum. mentis, Ruf-
Ex his, quæ iam diximus abundè liquet, Spiritus Angelicos ita fuiſſe conditos ab initio, vt fino inter-
vnus cæteris omnibus emineret, ac velut *Lucifer* quidam eſſet, *principiumq; viarum ſeu operum* prete.
Domini. Vnde intelligimus, Deum voluiſſe creaturas rationis compotes, non tantùm à ſeipſo, Iob. 40.
verùm etiam ſub ſe, ab aliquo alio, qui eiuſdem cum ipſis creaturis cōditionis eſſet, regi ac gu-
gernari. Chriſtus verò à vetere peccati ſtatu ad nouitatem vitæ nos vocās, inſtaurauit omnia, Matth. 19.
ſicut à Deo creata erant *à principio*, & ob eam cauſam putandus eſt Eccleſiam militantem re-
gere, non ſolùm per ſeipſum, verùm etiam per alium ſub ſe, qui eiuſdem cum Eccleſia condi-
tionis exiſtat: qui viſibilis videlicet & mortalis ſit, prout Eccleſia mortalis adhuc eſt, & oculis
mortalium expoſita. Ac neque parua eſt inter Angelorum primam creationē̄m, ac noſtrā
hodie conditionem ſimilitudo. Quemadmodum enim Angeli, cùm crearentur, non mox ad
contemplandam Dei faciem aſſumpti ſunt, (alioqui tantam Domini gloriam nec potuiſſent
quidem contemnere) ſed ſuo arbitrio ad tempus aliquod relicti, partim *perſtiterunt in veritate*, Ioan. 8.
partim declinauerunt ad mendacium: ſic homines per Chriſti gratiam iuſtificati, non ſtatim
æterna beatitudine fruuntur, ſed in eo ſtatu degunt, vt *per fidem, non per ſpeciem ambulantes*, par- 2. Cor. 5.
tim ſtent, partim verò cadant. Itaque cùm hæc vita tempus probationis noſtræ ſit, non minus
credendum eſt, vnum aliquem peregrinationis noſtræ ducem à Chriſto conſtitutū eſſe, quàm
Angelorum Ordines vnum ſuæ naturæ Principem, dum adhuc de futura gloria decertarent,
acceperunt: Præſertim cùm is Dux & Princeps longè magis neceſſarius nobis hodie ſit, quàm
olim fuerit Angelis. Nam & noſtra natura minus digna eſt, quàm Angelica, & pronitas ad pec-
candum eò maior in nobis eſt, quò & grauius ab ipſo diabolo tentamur, & diutius in peccato
verſati ſumus, fomitemque peccati nobiſcum perpetuò circumferimus. Nec ad rem pertinet,
quòd primus ille Angelus auctor nonnullis fuit, vt à Dei obedientia deficerent. Etenim neque
ille ad eum finem, ſed potius ad decus & ornamentum naturæ Angelicæ à Deo cæteris præ-
poſitus eſt: neque idem in Eccleſia timeri poteſt, cùm Chriſtus ipſe *orauerit pro fide Petri, vt
ea non deficeret, ſed iuſſerit vt is aliquando conuerſus, confirmet fratres ſuos*. Licet igitur Succeſſor Luc. 22.
Petri, quoad ſuam ipſius perſonam, ab æterna ſalute non minus quàm Princeps Angelorum
poſſit excidere: tamen propter Chriſti orationem, & Eccleſiæ ſalutem, confirmator fratrum,
non ſubuerſor conſtitutus eſt. Ac noſtra quidem conditio primæ Angelorum conditioni ad
hunc modum reſpondet.

*Eccleſiam militantem, quæ eſt Ciuitas noua de cælo deſcendens, ab vno viſibili Paſto-
rum Principe in hac vita regendam eſſe, quemadmodum triumphans
Angelorum Eccleſia ab vno Deo, quem facie ad faciem
videt, in cælis gubernatur.*

CAPVT II.

POſtquàm ille Angelorum Princeps *in veritate ſtare deſiit, & tanquam fulgur de cælo* cū ſuis
turmis decidit: cæteri ſpiritus, qui manſerunt in veritate Dei, ad eam fœlicitatem tranſla- Ioan. 8.
ti ſunt, vt *faciem* ſubſtantiamque *Dei Patris in cælo viderent*, æternamque eius ſapientiam Luc. 10.
& bonitatem perpetuò contemplarentur. Nec tamen propterea vel confuſa in illis eſt naturæ Matth. 18.
prioris dignitas, vel eadem gratiæ dona omnibus ex æquo ſunt collata. Si enim ordo tam præ-
clara eſt res, *vt nec mala (quæ neque fecit, neque diligit Deus) præter ordinem ſint, ipſumq; ordinem* Vide Augu-
Deus in ijs diligat: quantò minus bona illa, quæ fecit Deus, quæque (vtpote à ſeipſo facta) vehe- ſtinum lib. 1.
menter diligit, ordinis expertia eſſe permittuntur? Ac ſunt quidem in cælo Angelorum per- & 2. de or-
multa millia, vel ipſo Daniele atteſtante, *quod millia millium miniſtrabant ei, & decies millies* dine.
centena millia aſſiſtebant ei. Porrò inter hos tot Angelos, ordinem quoq; aliquem ipſorum na- Daniel. 7.
turæ congruentē exiſtere, inde clariſsimè conſtat, quòd *cùm omnes adminiſtratorij ſpiritus ſint*, Hebr. 1.
ex eoque Angeli ſeu nuncij appellentur: tamen Apoſtolus Paulus *Archangelum* nominat, cùm
ait, *in voce*

in voce Archangeli Dominum de cœlo deſcenſurum:& Iudas *Michaëlem Archangelū cum Dia-*

1. Theſſal. 1. Iudas in Epiſtol. Baſilius in epiſt. 41. Nazianzenus in ſanctum Baptiſma. Pſal. 98. Iſaiæ. 6.

ait, *in voce Archangeli Dominum de cœlo deſcenſurum*:& Iudas *Michaëlem Archangelū cum Dia-*
bolo altercatum eſſe dicit de Moyſis corpore. Scimus nihil eſſe aliud Archangelum, quàm eum qui
cæteris Angelis maior ſit. Vnde tùm Magnus Baſilius *vnum Angelum alio maiorem eſſe* dicit,
tùm Gregorius Nazianzenus *claſſes ordineſq́; Angelorum* agnoſcit. Præterea quando Paulus,
Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtateſq́; diſtinguit,& quando regius Propheta *Cherubim*,
Moyſes autem atque Iſaias *Seraphim* nominant: vtique omnes hi per varias Angelorum appel-
lationes docent, eſſe quaſdam Angelorum claſſes atque ordines in cœlo. Neque enim diſtin-
guerentur tot nominibus, ſi ratione aliqua inter ſe non differrent. Poſtremò, quoties Deus in
Scripturis appellatur *Dominus Sabaoth*, hoc eſt, exercituum: toties ordinatiſsima multitudo
Angelorum in cœlo nobis inſinuatur, qui tanquàm acies in exercitu ſub certis Decurionibus,
Quinquagenarijs, Centurionibus, Tribunis, in claſſes atque ordines diſtinguantur. Vnde B.

Ad Trallianos Epiſt. 8.

Ignatius: *Non quemadmodum vinctus ſum, ita cœleſtia intelligere poſſum, Angelicos ordines, Ar-*
changelorum & exercituum diuerſitates, Virtutum & Dominationum differentias, Thronorū & Po-
teſtatum diſtantias, Aeonorum magnificentias, Cherubin & Seraphin excellentias, ſpiritus ſublimitatem;
Domini regnūm, & præter hæc omnia, omnipotentis Dei incomparabilitatem. Dionyſius verò ex

Dionyſius de cœleſti Hierarch. cap. 6.

Apoſtolica doctrina *nouē eſſe Angelorum ordines accepit*, eoſq́; in tres ſanctos Principatus (quos
Hierarchias vocat) diſtingui tradit. Cumque ſingulæ Hierarchiæ externis choris, hoc eſt, ex
primis, medijs & infimis quibuſdam ordinibus cōſiſtant, prima Hierarchia ſic à ſolo Deo abſq;
vlla re alia interiecta illuminatur & perficitur, vt ipſa iterum mediam Hierarchiam, media ve-
rò infimam illuminet, omnique ſalutari myſteriorum cognitione imbuat. Infima verò Hierar-
chia hominibus nunciat ea, quæ Dei ſunt, nō quidē omnia paſsim omnibus, ſed maxima quæq;
præcipuis Patriarchis, aut Prophetis, vt rurſum illi alijs hominibus, qui eius rei capaces ſunt,
eadem exponant, atque interpretentur. Atque in his rebus cum Dionyſio conſentit etiā Ma-

Athanaſ. de cōmuni eſſentia Patris & Filij prope finem.

gnus Athanaſius. Ita ab ingenito Patre, per genitum Verbum, in Spiritu ſancto, qui ab vtroq;
velut ab vno principio procedit, primùm ad Seraphim, Cherubim, ac Thronos: deinde per hos
ipſos ad Dominationes, Virtutes, ac Poteſtates: inde autem ad Principatus, Archangelos, atq;
Angelos: denique per iſtos ad homines ea cognitio defertur, qua & purgamur ab inſcientia, &
imbuimur neceſſaria doctrina, & ſalutari Myſteriorum ſcientia perficimur.

Ac ſanè ſi etiam in ſimpliciſsima Trinitatis eſſentia ordo quidā perſpicitur, ſi Pater à nullo,
Filius autem à Patre generatur, Spiritus verò ſanctus à Patre filioque velut ab vno principio
procedit: quis poſtea mirabitur, ſi & Dominationes Seraphinorum claſsi, & Principatus Do-
minationum choro ſic ſubijciuntur, vt à ſuperioribus per media quædam interiecta vſque ad
infimos gradus ritè omnia ordineque perueniant? Mirarer potius, ſi omnia non imitarentur
& id principium, à quo profluxerunt, & eum finem, ad quem tendunt. Præclarè igitur D. Gre-

Gregor. lib. 4. indict. 13. Epiſt. 52.

gorius ait: *Ad hoc diuina diſpenſationes prouiſio gradus diuerſos & ordines conſtituit eſſe diſtinctos,*
vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent,
vera concordia fieret ex diuerſitate contextio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorū.
Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo
ſeruaret. Quia verò quæque creatura in vna eadémq; qualitate gubernari, vel viuere non poteſt: cœ-
leſtium militiarum exēplar nos inſtruit: quia dum ſunt Angeli, ſunt Archangeli, liquet quòd nō æqua-
les ſunt, ſed in poteſtate & ordine ſicuti noſtis, differunt vnus ab altero. Illud ergo certum eſt, & eſſe
maximam Angelorum multitudinem in cœlo, & eſſe inter eos quoddā ſacræ Præfecturæ ge-
nus ipſorum naturæ conueniens, & quocunque modo inter ſe vel per claſſes diſtinguātur, vel
per Principatus in vnum iterum coëant, omnes omnino vni Deo velut auctori ſummo parēre:
vt hoc modo tota cœleſtis Curia & varijs Angelorum ordinibus repleatur, & cuiq; ordini ſua
quædam particularis vnio concedatur, & illi omnes in vno Capite primò conueniant, *qui eſt*
Deus benedictus in ſecula. Sed vt antequam ijdem Spiritus diuinæ gloriæ participes effecti erāt,
alium Principem ſuæ naturæ conditioniſq́; ſupra ſe agnouerunt: ſic nos, & dum faciē Dei clarè
non videmus, noſtræ naturæ conditioniſque vnum aliquem principem agnoſcere debemus, &
vbi ſemel Dei faciem viderimus, ab illo mortali Principe, ſub quo nunc agimus, liberabimur,
& æterno vnius Dei Principatu clariſsimè fruemur. Poſtquàm enim *Chriſtus tradiderit regnum*

1. Cor. 15.

Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem: tunc & ipſe Filius,
(ſecūdùm eam naturam, qua cōmunicat cum Eccleſia, quæ Filij corpus & ſponſa eſt) *ſubijcie-*
tur ei, qui ſubiecit ſibi omnia. Interim verò dum Eccleſia in terris agit, quod in ſe eſt, imitari atq;

Galat. 4.

exprimere debet cœleſtem illam Hieruſalem, *quæ eſt mater noſtra*, præſertim cùm ad illius ex-
emplar

emplar *velut in monte oſtenſum* noſter cœtus ab initio conformatus ſit. Nihil enim eſt aliud *Ciuitas illa ſancta, quam Ioannes de cœlo deſcendentem conſpexit, niſi ordo Eccleſiæ militantis, ad exemplum cœleſtis Ieruſalem conformatus.* Illa igitur vera Chriſti Eccleſia in terris cenſenda eſt, quæ varios Laicorum, Monachorum, & Clericorum Ordines ita diſtinctos habet, vt & ſingulis Ordinibus ſuus quidam præceſſor & Primas cõſtituatur, & ij deinde omnes vni primo Paſtori ſubſint, qui vice Chriſti omnibus præſit, omneſque illos in Chriſto vnum corpus myſticum eſſe demonſtret. Itaq; B. Ignatius cœleſtẽ ſtatum ad homines accommodans: *Quid enim* (inquit) *eſt Epiſcopus, niſi qui Principatum omnem & poteſtatẽ ſupra omnes obtinet, vt obtinere homo poteſt, qui eſt pro viribus Chriſti Dei imitator? Quid verò Presbyterium, niſi Collegium ſacrum, conſiliarij & conſeſſores Epiſcopi? Quid item Diaconi, niſi imitatores Angelicarũ virtutum? & miniſtrãtes miniſterium purum & immaculatum, vt Sanctus Stephanus B. Iacobo, & Timotheus ac Linus Paulo, & Anacletus atque Clemens Petro? Qui igitur his inobediens fuerit, atheus & impius omnino fuerit, & Chriſtum improbans, ac eius ordinationem imminuens.* Hæc Ignatius. In cuius verbis id eximiè animaduerto, quòd in Eccleſia vult non ſolùm ordines Angelorum, ſed etiam ipſius Chriſti Dei præſidentiam exprimi. Angelorum quippe imitatores facit Diaconos, Apoſtolorum verò Presbyteros. *At Epiſcopum vult ſupra omnes Principatum obtinere, inſtar Chriſti Dei.*

Exod. 25.
Apocal. 21.
Ad Trallianos Epiſt. 2.

Porrò quem ordinem in vnaquaq; particulari Eccleſia obſeruari vir iſte Apoſtolicus teſtatus eſt, eundem multò magis in vniuerſali Eccleſia retineri oportuit, cùm ſingulæ quæque Eccleſiæ aut Diœceſes nunquam perinde poſsint cœleſtem ordinem exprimere, ac tota Fidelium, quæ per orbem diffuſa eſt, multitudo. Nam quod ſingulæ Fidelium ſocietates ex parte adumbrant, id vniuerſalis Eccleſia pleniſsimè exprimit & repræſentat. Vnde Gregorius Magnus, poſtquam de Angelorũ diſtinctione locutus illa eſſet, quæ antè citaui, ad vniuerſale totius Eccleſiæ regimen orationem conuertens: *Si ergo* (inquit) *inter Angelos, qui ſine peccato ſunt, iſtam conſtat eſſe diſtinctionem: quis hominum abnuat, huic ſe diſpoſitioni libenter ſubmittere, cui nouit etiam Angelos obedire? Hinc enim pax & charitas mutua ſe vice complectuntur & manet firma concordia, in alterna & Deo placita dilectione, ſinceritas. Quia igitur vnumquodq; tũc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus, ad quem poſsit recurri, Præpoſitus: idcirco opportunũ eſſe perſpeximus, in Eccleſiis, quæ ſub regno præcellentiſsimi filij noſtri Childeberti regis ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem fratri noſtro Virgilio Arelatenſis ciuitatis Epiſcopo vices noſtras tribuere: quatenus & Catholica fidei integritas, id eſt, ſanctorum quatuor Synodorum, Deo protegente, ſollicita deuotione ſeruetur: & ſi inter fratres conſacerdoteſque noſtros aliqua euenerit fortè contentio, authoritatis ſuæ vigore, vicibus nempe Sedis Apoſtolicæ functus, diſcreta moderatione compeſcat. Cui etiam iniunximus, vt ſi quarundam cauſarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præſentia opus ſit: congregatis ſibi in numero competenti fratribus, & coëpiſcopis noſtris, ſalubriter hoc, ſeruata æquitate, diſcutiat, & Canonica integritate definiat. Si quam verò contentionem, quod longè faciat Diuina potentia, de fidei cauſa euenire contigerit: aut negotium emerſerit, cuius vehemens ſit fortaſsè dubietas, & pro ſui magnitudine, indicio Sedis Apoſtolicæ indigeat: examinata diligentius veritate, relatione ſua ad noſtram ſtudeat perducere notionem, quatenus à nobis valeat congrua ſine dubio ſententia terminari.* Nunc ſi tam Ignatij, quàm Gregorij verba mentemq; coniungimus: planè conſtat, illos hac mente fuiſſe, vt vellent vniuerſalem Eccleſiã, ſingulaſq; eius partes ad exemplum cœleſtis Ieruſalem non aliter ab vno Epiſcopo, cui varij ordines hominum ſubijcerentur, gubernari, quàm cœleſtis curia ex varijs Angelorum Ordinibus conſtans, ab vno Deo, qui omnibus ſuperior eſt, gubernatur. De militante igitur Eccleſia ad Monarchiam triumphantis conformanda, hæc ſint ſatis.

Lib. 4 indic. 13. Epiſt. 52.
Vnus Præpoſitus.
Legatus Papæ in Gallia.
Synodus prouincialis.
Relatio ad ſedem Apoſtolicam.

Ab Adam vſque ad Moyſen non niſi vnum Patriarcham ac Paſtorem ſummum ſimul præfuiſſe ei populo, in quo Deus fidem atque Eccleſiæ ſucceſsionem conſeruauit, & de quo Chriſtum naſci voluit: nec alios Apoſtatas, aut Idololatras factos eſſe, præter illos, qui ab eius Patriarchæ vnitate & communione defecerunt.

CAPVT III.

Nihil præclariùs Monarchia, quæ in Deo, in Angelis, in cœlis, in ſyderibus, in elemẽtis in plãtis, in corporibus animaliũ, in gregibus, in toto creaturarũ inferiorũ genere, quod vni

homini ſubiicitur : præterea in hominis ipſius naturali erga primũ parentẽ ſuum ſubiectione,
ac deniq; in ea gubernatione, qua homo homini ſe ſpõtè ſubiecit, ita excellere & præſtare cer
Ioan. 10. nitur, vt nihil ſuprà. Iam verò militans Eccleſia Chriſti Deum imitatur, cuius etiã nomẽ ima-
Geneſ. 1. ginemq; participat: Angelorum vt ſocietatẽ expectat, ſic & gubernationẽ exprimit: cœlos etiã
Epheſ. 2. ſuos habet, hoc eſt, Paſtores & Doctores, inq; ijs mobile quoddã primum, qui eſt ſummus Pon-
Rom. 10. tifex, à quo cæteri Paſtores velut luminaria minora iuriſdictionem nõ aliter participant, quàm
cætera ſydera lumen à ſole mutuantur. Eccleſia etiã inſtar plantarũ eſt, in quibus radix primas
Epheſ. 4. tenet: inſtar corporis animati, quod à capite vel corde regitur: inſtar gregis, qui ducẽ certum
Rom. 12. & viſibilem habet: inſtar regnorũ, quæ ab vno potiſsimũ gubernantur. Porrò ex hominibus ijs
Ioan. 10. tota cõſtat, qui maximè omnium, ius naturæ obſeruant, per quod vni viſibili parenti oẽs ſubijci
Matth. 13. debebant, ſi ordinem à natura inſtitutũ ob alias cauſas nõ mutaſſent. Magnæ profectò rationes
ex ijs omnibus rebus, quæ præceſſerunt, petuntur, ad ſtabiliendam viſibilem Eccleſiæ Monar-
chiam. Cæterùm quæ nunc ſequuntur, adeo ipſius cauſæ arcem inuadunt, iugulumq; petũt vt
vnde illis queat ſatisfieri, nihil prorſus videam. Rectà enim procedunt ab ipſius Chriſti bona
illa voluntate, qua Eccleſiã ſuam ab initio mundi fundauit erexitq;, & eandem vſq; ad conſum-
mationem ſeculi exædificare non ceſſat. Semper, inquam, fuit in Eccleſia Chriſti vnus viſibilis
Paſtor tam naturæ, quàm legis, atque Euangelij tempore. Incipiamus primùm à natura, hoc
eſt, à tempore fidelium Patriarcharum.

Dum Adam ſolus erat in mundo, nõ propriè aut reipſa poterat dici Eccleſia quædã extare,
cùm ea ex pluribus perſonis cõſtet. Erat tamen Eccleſiæ principiũ, idq; in vno, vt ſciremus nõ
minus fidem, quàm naturã noſtrã ab vno profluxiſſe. Adam quippe ita cõditus eſt, vt in Deum
Geneſ. 2. crederet, eumq; factorẽ & Dominũ ſuum agnoſceret. Quomodo enim mox è ſomno euigilans
de Chriſto & Eccleſia, vel etiã de matrimonij lege tã inſigniter prophetaſſet, niſi antequã ob-
dormiſſet, omni ſcientia tùm diuina, tùm humana præditus fuiſſet? In vno igitur fides, in vno
prophetia, in vno principiũ Eccleſiæ fuit: vt iam inde oſtẽderetur, per vnũ hoĩem Ieſum Chri-
ſtum, nos oẽs ſalutem conſecuturos. Deus enim, qui & lapſum hominis, & incarnationem Filij
Epheſ. 5. ſui præuidebat, ita rẽ diſpoſuit, vt quæ tantò pòſt futura erant, ab ipſo mundi exordio præñũcia-
rentur. Poſtquã verò Deus ex Adæ coſta Euam formauerat, iã congregatio aliqua cœpit eſſe,
1. Cor. 11. nec illa tamẽ, quantũuis parua, capite ſuo caruit, quia *caput mulieris vir, caput viri Chriſtus, Caput*
1. Tim. 2. *Chriſti Deus. Adam enim primũ formatus eſt, deinde Eua. Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier*
ex viro. Etenim nõ eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum: vt eſſet nimirũ *Adæ*
Geneſ. 2. *adiutor ſimilis eius*, vel corã eo qui ſcilicet miniſtraret ei. Si ergo nec duæ quidem perſonæ in
mundo eſſe poterant, quin altera eſſet alterius caput, idq; ita in paradiſo cõparatum eſt, quãdo
humanũ genus nondum peccauerat: quid poſt peccatũ commiſſum in tã infinita hominũ mul-
titudine futurũ putamus? Nõnne multò magis vnum Caput illis omnibus præponetur, quos à
peccato cohibere volumus? Ac nimirũ ſi mulier, quãdo primùm tentabatur, non ipſa præbuiſ-
ſet aurem ſerpenti, ſed rem totã ad caput ſuum retuliſſet, non eo modo fuiſſet ſeducta. *Adam*
1. Timo. 2. *quippe nõ eſt ſeductus. Mulier autẽ ſeducta in præuaricatione fuit.* Nec dubito, quin idem poſsit dici
de Cain, qui non patris, ſed Diaboli monitis paruit, quando fratris occidendi conſilium cepit.
Geneſ. 4. Occiſo autem per Cain Abele, *Adam cognouit vxorem ſuam, & poſuit ei Deus ſemen aliud pro*
Abele, vocauitq; nomen eius Seth. Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos. Ipſe cœpit inuocare
Sapient. 10. *nomen Domini.* Etſi autem dubitari non debeat, quin Adam (*quem ſapientia eduxerat è delicto*
ſuo) inuocauerit etiam nomen Domini: tamen propterea de cultu, quem ille Deo exhibuit,
Lib. 15. De ciuitate Dei cap. 17. non fit mentio, quia (vt etiam Diuus Auguſtinus ſenſit) ille per naturam fuit commune prin-
cipium tam ad filios Cain, quàm ad Poſteros Seth. Cultus verò Dei cùm ſuo proprio & pe-
culiari principio carere non debuerit, primùm per ſe conſtitit in Abele, deinde illo ſine libe-
Geneſ. 4. ris defuncto, in Seth, ac filijs eius. Nam *Cain egreſſus à facie Domini habitauit profugus in ter-*
ra, nec diuinæ Religionis aut ipſe, aut ſemen eius vllam curam videtur habuiſſe: vnde ip-
Geneſ. 6. ſius poſteri vocabantur *filij hominum*, ſicuti ex altera parte procreati ex Seth (quem Theo-
Theodoret. in Geneſ. q. 47. doretus *ob pietatem rectè putat vocatum eſſe Deum*) vocabantur *filij Dei*. Seth igitur om-
nium Fidelium Caput erat in illo primo ſeculo, dum viueret. Eò autem defuncto, primo-
geniti filij Seth locum patris ſui ordine ſuppleuerunt, nec vnquam duo ſimul pari poteſtate
præerant: quia ætas illa ſecuta eſt ordinem naturæ. quæ etiam inter geminos (Eſau videlicet
Geneſ. 25. ac Iacob) nouit Primogenitum. adeo vt cùm poſteri Seth non permanentes in vnico eius ouili
& ſacra communione, cœpiſſent ſacra profanis miſcere, filiaſq; hominum, hoc eſt mulieres ex

Caino

Caino procreatas in vxores ſibi accipere, mox Deus id ſibi magnopere diſplicere declarans, Geneſ. 6.
conſtituerit vniuerſam carnem delere, excepto Noë, qui fuit *vir iuſtus atque perfectus in gene-
rationibus ſuis.* Manifeſtum enim periculũ erat, ne poſtquam filij Seth nuptias contraxiſſent cũ
genere Cain: Fideles non iam ſub vno capite Catholico, ſed aut ſub ſola Caini poſteritate,
velut ſub filio maiore natu, aut certè ſub duobus capitibus, quorum neutrũ alteri ceſſurũ erat,
hoc eſt, tã ſub Caino & eius primogenitis ordine ſuccedentibus, quàm ſub Seth & eius poſte-
ris victuri, vel fidem & ſpem de Chriſto mediatore prorſus amitterent, vel in varias partes &
ſectas diſtracti, eam indigniſsimè contaminarent. Itaque *Theodoretus* in eodẽ loco reprehendit In Genè. q.
filios Seth, quòd impurarũ mulierũ pulchritudine capti, confuderũt familias alioqui diſtinctas. Quòd 48.
ſi confuſio familiarum vitio illis dabatur, profectò virtutis erat, diſtinctas perpetuò familias re-
tinuiſſe. Diſtinctio autem optimè conſeruatur per vnius Primatum. Nam vel nullius, vel
plurium æqualis Præfectura confuſionis & perturbationis initium exiſtit.

Præterea quis dubitet, eam legẽ inter poſteritatẽ Seth ante Diluuium in patrum ac filiorum
Præfectura & ſucceſsione ſeruatam eſſe, quæ poſtea ſeruabatur in Abrahamo, ac filijs eius? Nã
vt Abrahamo ſolus Iſaac, velut is primogenitus quem Deus elegiſſet, itemq; Iſaaco ſolus Ia-
cob in gubernanda familia Dei ſucceſsit: ſic nihil dubito, vnum aliquem ex filijs Seth aut natu-
ræ ordine, aut diuina electione Primogenituræ ius adeptum patri ſucceſsiſſe in gubernanda
Eccleſia Dei. Certè quidem ſolus Noë illam Arcam gubernauit, quam D. Petrus militãtis Ec-
cleſiæ Chriſti figuram geſsiſſe demõſtrat, cùm ait, *Baptiſmum non aliter nos facere ſaluos, quàm il-* 1 Pet. 3.
li octo in Diluuio conſeruati ſunt. Quid igitur? Arcam, quæ figura eſt Eccleſiæ, vnus paterfamiliãs
gubernabat: & familiam Chriſti, quam illa figura obſcurè adumbrauit, vnus ante alios non gu-
bernabit? Solus Noë miniſter Dei factus in eo eſt, vt colligeret in Arcam ſuã, non ſolùm vxo-
rem & filios, verùm etiam *animalia omnia*: ea re ſignificans, Chriſtum vnius potiſsimùm Pa- Gene. 7.
ſtoris miniſterio collecturum, non modò Iudæos, velut filios regni, verùm etiam omnium gẽ-
tium aliquos in Eccleſiam ſuam. Animalium quippe ingreſſus in Arcam ſub vnius Noë duca-
tu, gentium ingreſſum in Eccleſiam Chriſti ſub vnius Paſtoris Primatu deſignabat. Et nũc di-
cemus, gentes in Eccleſiam Chriſti non vnius præcipuè auctoritate, ſed innumerabiliũ æquali
Præfectura intrare? Hoc ſi Chriſtus effici voluit, quàm facilè fuerat octo hominibus æquali
poteſtate præditis Arcã illã crediſſe? At nunc vt vna eſt familia Noë, vtque nauis vna eſt: ſic
vnus eſt præter Deũ, ſed ſub ipſo viſibilis Pater totius familiæ, vnus viſibilis gubernator totius
nauis, vnus viſibilis omniũ animalium Rector & Paſtor, vnus ante alios cõgregat ea in nauim,
vnus congregata conſeruat & regit, vnus emittit & coruum & colũbam, vnus ante alios egre- Gene. 8.
ditur, vnum alloquitur Deus, ad ſacrificiũ vnitatis reſpicit, cum vno paciſcitur, vni benedicit,
vt is poſtea vel benedicat bonis filijs, vel maledicat ſceleratis Apoſtatis, nec tãtùm ijs qui tunc
erant, ſed nepotibus & pronepotibus ſuis, quãdiu viueret in hoc mundo. Cùm igitur Deus ex-
tincto ſchiſmate, quod per Caini & Sethi familias, nuptiarum ratione confuſas, oriri cœperat,
deletoq; per Diluuiũ reliquo humano genere, totũ velut de nouo in ſolo Noë *iuſtitiæ præcone,* 2. Pet. 2.
atque in eius familia inchoaſſet: iterum extitit *vnus viſibilis Paſtor ſub Deo,* & vnũ militantis Ec-
cleſiæ caput, cuius vocem oues Chriſti audire, ac Dei voluntatem per illum annunciatã, face-
re deberent. Nec ad rem pertinet, quòd ex eius etiam filijs & nepotibus aliqui primùm tyran- Gene. 10.
nidem exercere, ac poſtea fidem veram deſerentes, idolis ſeruire cœperunt. Non enim ad eam
impietatem prius decidere potuerũt, quàm vnius Noë mitiſsimam præfecturam recuſaſſent.
Totius igitur Idololatriæ caput ac fons erat apoſtaſia illa & defectio, qua vnius Paſtoris à Deo
conſtituti Præfecturam filij rebelles & ſuperbia inflati reiecerunt. Nã quis, obſecro, in terris
tunc eſſe poterat, qui Patriarcham Noë non & Patrem ſuũ, & Paſtorem debuiſſet agnoſcere? Gene. 9.
Vixit autem Noë poſt diluuium *trecentis quinquaginta annis.* Porrò cùm Abraham ducenteſi- Gene. 11.
mo nonageſimo ſecundo anno poſt diluuium ſit natus, neceſſe eſt vt annum quinquageſimum Geneſ. 12.
octauũ attigerit, antequam Noë moreretur. *Abraham verò ſeptuaginta quinque annorũ erat, cùm
egrederetur de Haran.* Septẽdecim igitur anni fuerũt à morte Noë, ad egreſſum Abrahæ ex terra
ſua & cognatione ſua. In illis verò diebus qui volebãt ſeruare vnitatẽ Spiritus in vinculo pacis
(quia Deus nondũ patefecerat Abrahami dotes & Propheticũ Spiritũ) ante omnia debebãt ad
Sem filium Noë aſpicere, illiuſq; monitis obedire. Is enim tãtus fuit Propheta, vt & Hebræi tra-
dãt, & multi Catholici patres aſſentiantur, eum fuiſſe illum Regẽ ac Dei altiſsimi Sacerdotẽ, Vide Hiero-
qui dictus eſt *Melchiſedech.* Vixit verò Sem poſt Diluuiũ propè quingẽtis annis, quẽ Abrahã nymum ad Euagrium.
Propheta, qui originem de ſtirpe Sem (interiecto etiam Hebero Propheta) traxerat, vſque eò Geneſ. 11.

R ij veneratus

Geneſ. 14. Heb. 7. veneratus eſt, vt ab illo (ſi tamen is fuit Melchiſedech) iam victoria de hoſtibus parta, *benedi-
ctionem acceperit, decimaſq́; omnium ei dederit*. Vnus autem idemque Dei ſpiritus tam in Abra-
hamo, quàm in Noë, ac Melchiſedech fuit. Sed defuncto iam Noë, auctoritatis culmen in Mel-
chiſedech potiſsimùm reſedit. Quid verò poſtea vel de Sem, vel de alijs Noë poſteris (præter-
quàm de Abrahamo) factum ſit, ſacra Scriptura memoriæ non prodidit. *Propoſitum quippe Moy-*
Lib 15 de Ciuitate Dei cap. 8. *ſis fuit* (atteſtante Auguſtino) *per ſucceſsiones certarum generationum ex vno homine propagata-
rum, peruenire ad Abrahã: ac deinde ex eius ſemine ad populũ Dei, in quo diſtincto à cæteris gentibus,
præfigurarentur & prænunciarentur omnia, quæ de Ciuitate, cuius æternum erit Regnum, & de Re-
ge eius eodemq́; conditore Chriſto in Spiritu præuidebãtur eſſe ventura*. Feſtinatio igitur Moyſis ad
Abraham & ſemen eius fecit, vt de rebus, quæ ab alijs Noë filijs gerebãtur, tãtum in ſacra Scri-
ptura ſilentium eſſet. Cæterùm cùm ipſe Abraham (tantus Dei Propheta) non ſit dedignatus
ſuperiorem agnoſcere Melchiſedech, ſiue ille fuerit Sem, ſeu alius quilibet: quis nõ videt, alios
omnes multò magis eidem Sacerdoti ſubijci, ac parêre debuiſſe? Fuit igitur Sem Melchiſedech
primus Patriarcha & Paſtor in toto mundo: Abraham verò, quàm diu vixerat Melchiſedech
(vt etiam alij fortaſſe nonnulli) inferior quidam Patriarcha & Paſtor. *Benedixit enim Melchi-*
Geneſ 14. Heb. 7. *ſedech Abraha. Sine vlla autem contradictione quod minus eſt* (inquit Apoſtolus) *à meliore bene-
dicitur*. Iam verò ponamus, fuiſſe eodem tempore in mundo centum aut etiam mille Patriar-
chas & Paſtores, qui fidem Chriſti caſtè integreque ſimul conſeruârint: Hi omnes aut Prophe-
tiæ Spiritum habebant (vt Sem, Abrabam, Iob, & ſi qui alij erant chari Deo) aut regula quapiã
alia in vera fide continebantur. Si prophetico Dei Spiritu præditi erant, quanquam in tali re
cùm alter ab altero diſſentire non poſſet, non multũ referat, quis prior alijs foret: tamen vt vi-
demus Ahrahamum Prophetam Primatum quendam in Melchiſedech Sacerdote Dei agno-
uiſſe: ſic nihil vetat, quin hoc etiam modo alius Propheta potuerit alio maior perpetuò exti-
tiſſe: ita vt vnus velut Princeps Prophetarũ, alij verò velut filij Prophetarũ eſſent, ſicuti vide-
4. Reg. 2. mus in diebus Eliæ atq; Elizæi factũ eſſe. Verùm ſi omnes Paſtores nõ habebant ſingulare illud
Prophetiæ donum: quis dubitat, quin ij neceſſariò debuerint obedire ei, quem ſcirent diuino
Spiritu gubernatum eſſe? Ac nimirum ſi nullus in mundo Pſeudopropheta vllo tempore fuiſ-
ſet, ſatis erat quemcunque audire, qui ſe Prophetam nominaſſet. Cæterùm cùm non ſit veriſi-
mile, vnquàm defuiſſe multos Pſeudoprophetas: is, qui ſpiritũ Prophetiæ nõ acceperat, nun-
quàm ſcire poterat, quis verus, & quis falſus Propheta eſſet, niſi regula quæpiam ei, quæ hanc
rem indicaret, præſcriberetur.

Porrò cùm videamus ante Abraham, Seth, Noë, Sem, ac Primogenitum quemque fuiſſe
totius poſteritatis ſuæ Principem: poſt Abraham verò ſub Moyſe regulam talem fuiſſe, vt
Deutero. 17. ſemper ei *Sacerdoti obediretur, qui præfuiſſet loco, quem elegerat Dominus*: credendum eſt, eandẽ
regulam alijs etiam, qui ſeorſim ab Abrahamo vixerunt, præſcriptam eſſe, vt in rebus dubijs
oportuerit ad certum aliquem hominem aſcendere, qui indicaret iudicij veritatem, cuiuſque
Hieronymus in quæſtion. in Gene. imperio parêre neceſſe eſſet. Ac ferè quidem *Primogenitus quiſque* alijs præferebatur, niſi
Deus aliud quippiam reuelaſſet. Fuit autem Abraham de poſteris ipſius Sem, ad quem (cæ-
teris anteceſſoribus ſuis defunctis) ordine tandem peruenturus erat totius Eccleſiæ Prima-
tus. Quicquid porrò cæteris Noë poſteris accidit, illud & certum, & omni ratione obſeruan-
dum nobis eſt: non alios diu fidem veram coluiſſe, aut ſe in Eccleſia Chriſti continuiſſe, præ-
ter illos, qui ſub Paſtore quopiam certo vixerunt, & illo tantæ authoritatis, vt omnes contro-
uerſiæ, tam de fide, quàm de moribus ortæ, illius arbitrio decîdi & finiri poſſent. Quibus e-
nim populis Deus vnum talem Paſtorem non dedit, verè ijs euenit, quod Paulus & Barnabas
Actor. 14. dixerunt: *Deus in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas*. Quomodo
enim congregarentur in vnum ouile, quibus aut nullus omnino Paſtor, aut certè non vnus ſu-
pra cæteros præerat? Nam ſi multos Paſtores æquali auctoritate abſque vllo, qui omnes in of-
ficio retineat, cõſtituas: breui futurum eſt, vt in tot ſectas abeant, quot ſunt Paſtores. Aut quid
aliud magis in cauſa fuit, cur cæteri populi ex Noë oriundi fidem amitterent, niſi quòd per to-
tum orbem diſperſi liberè colebant Deum, ſuo quiſq; more & ritu, non attendentes, quid pri-
mus quiſpiam Propheta vel Sacerdos Dei prædicaret ac doceret? Neque verò dubitãdum eſt,
Hieronymus in quæſtion. in Gene. quin Patriarcha Noë, quo ad vixit, omnes ad fidem veram ſit exhortatus, ac ſingulis familijs
ſingulos commendauerit Sacerdotes, ac ferè quidem eos, qui ius primogenituræ adepti eſſent.
Sed quantum profuit aliquos habuiſſe Sacerdotes, tantum obfuit nullum eos Primatem agno-
uiſſe, in cuius voluntate diuinitus inſpirata, omnes idem ſaperent ac ſentirent. Id ergo
ſemper

ſemper nobis ob oculos verſari debet, quòd ab Adam vſque ad Diluuium, primùm ipſe Adam,
qui Propheta fuit, deinde Seth, atque illius ſemẽ proponebatur à Deo velut lucerna quædam,
cuius ſplendore ſancta Fidelium ſocietas illuſtrari, ac ad vitam æternam dirigi poſſet. A Dilu-
uio autem vſque ad Abraham, Noë primùm, deinde Sem idẽ officium erga populum Dei præ-
ſtabãt. Ab eo autem die, quo placuit Deo *ſegregare Abrahamum de cognatione ſua*, & eum popu- Geneſ. 12.
li ex ipſius ſemine procreandi patrem ducemque conſtituere, ſcimus nunquàm defuiſſe vnum
quendam de ſemine Abrahæ vel Patriarcham, vel Prophetam, vel Sacerdotem, vel Ducem
(nam de nomine parum ſoliciti ſumus) qui verbum ſalutis populo Dei miniſtraret, eumque ad
vitam æternam cœleſtibus monitis accenderet vſque ad Chriſti aduentum.

A Moyſe vſque ad Chriſtum ex inſtituto Dei, vnum Pontificem ſummum rebus ſacris perpetuò præfuiſſe: ac ſimul Caluini rationes confutantur, ob quas idem iuris in Chriſti Eccleſia ſtatuendum fuiſſe negat.

CAPVT IIII.

ANTE ingreſſum filiorum Iſraël in AEgyptum, nemo ignorat, Abraham, Iſaac, & Iacob
primi Paſtoris officio rectè atque ordine functos eſſe. In ipſa verò captiuitate conſtat,
fidem in vnum Deum ita manſiſſe incolumem (præſidente rebus Eccleſiaſticis Leui,
prophanis autem Iuda) vt non modò viuente adhuc Ioſepho, fides in Deum caſtè integreq;
ſeruaretur, verùm etiam poſtea ipſæ nutrices Hebræorum mallẽt Deo placere, quàm Pharao-
ni. *Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos*, id eſt, familias, & poſteritatem fi-
delem. Nec Tribus adhuc confusè miſcebantur, ſed *egreſſus vir de domo Leui, accepit vxorem* Exod. 1.
ſtirpis ſuæ, quæ peperit Moyſen, cuius parentes propter fidem occultabant eum menſibus tribus. Moy- Exod. 2.
ſes verò etiamſi ab infantia ſua educatus fuiſſet in domo Pharaonis, non tamen ignorauit etiam
ipſe veram fidem in Chriſtum. Imò cùm adoleuiſſet, *negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, ma-* Hebr. 11.
gis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias
æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti. Aſpiciebat enim in remunerationem. Quæ
cùm ita ſe habuerint, manifeſtum eſt, nec fidem à populo Dei periiſſe in AEgypto, minimeq;
omniũ defeciſſe in Tribu Leui, de qua Moyſes ortus eſt. Iam verò frater Moyſis Aaron erat,
de quo Dominus ad Moyſen dixit: *Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filijs ſuis de medio fi-* Exod. 28.
liorum Iſrael, vt Sacerdotio fungantur mihi, eruntq; Sacerdotes mihi Religione perpetua. Veſtẽ ſan- Exod. 29.
ctam, qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt vngantur in ea, & conſecrentur manus eo-
rum. Externus, qui ad miniſtrãdum acceſſerit, morietur. Quid quòd Deus inſigni miraculo decla-
rauit, ſe in æternum elegiſſe Aaron & ſemen eius in Sacerdotes ſibi, quando *germinare fecit* Numer. 3.
virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis erumpere flores, qui folijs dilatatis in amygdalas Numeri. 17.
deformati ſunt. Quæ virga in tabernaculo teſtimonij ſeruata eſt in ſignum rebellium filiorum
Iſrael. Core autem, Dathan & Abiron, qui ſteterunt aduerſum Moyſen & Aaron, terra diru-
pta ſub pedibus eorum, deuorati ſunt cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum. Numer. 16.

Mortuo autem Aarone in ſupercilio montis Hor, Moyſes Eleazarum filium eius induit ve- Numer. 20.
ſte ipſius, atque ita Sacerdotium in genere Aaron ſtabilitum fuit, quàm diu lex Moſaica vigo-
ret. A ſummo autem Pontifice Leuitico cauſæ omnes ambiguæ & difficiles, quæ ad Eccle-
ſiaſtica negotia pertinebãt, definiri debebant, Moyſe in hunc modum præcipiente filijs Iſrael: Deuter. 17.
Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam &
cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari: ſurge, & aſcende
ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem
qui fuerit illo tempore: quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcunque
dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequérisq; ſen-
tentiam eorum. Nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens ob-
edire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto Iudicis morietur
homo ille, & auferes malum de Iſrael: cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intume-
ſcat ſuperbia. Hinc apparet, nõ ad quoſlibet Sacerdotes Leuitici generis, verùm ad illos tan-
tùm Iſraelitas venire iuſſos, *qui præeſſent loco, quem eligeret Dominus*, hoc eſt, qui tabernaculo
teſtimonij tùm alibi, tùm maximè Hieroſolymis inſeruirent. Qui verò ab iſta ſucceſſione Aa-

3 Reg 12. ronis, quæ in templo Salomonis Deo miniſtrabat, defecerunt, aut Idololatræ (vt Ieroboam & poſteri eius) aut hæretici & ſchiſmatici (vt Samaritæ) meritò habiti ſunt. Itaque cùm Manaſ-
Ioſephus antiquit. lib. 11. cap. 8. ſes Iaddi Pontificis frater per operam Sanaballetis, cuius filiam contra legem in matrimonio habebat, Templum in monte Garizim ædificandum curaſſet, ac Samaritæ illud templum Dei
Et lib. 13. c. 6. verum & legitimum eſſe contenderent, Iudæi verò contradicerent: prouocatum eſt ad Ptolomæum Philometorem Ægypti Regem. Cumq; Andronicus, qui templo Hieroſolymitano patrocinabatur, *per continuas Pontificum ſucceſſiones, Sacerdotij vſque ad ſua tempora propagationem oſtendiſſet, & ab omnibus Aſiæ Regibus maieſtatem eius loci honoratam donarijs: perſuaſit Regi, vt decerneret templum Hieroſolymitanum eſſe ex ſententia Moyſis conditum*. Quinimò cùm Chriſtus ipſe in mundum veniſſet, ac mulierem Samaritanam audiſſet dicentem: *Patres noſtri*
Ioan. 4. *in monte hoc* (nempe Garizitano) *adorauerunt*, reſpondit ei: *Vos adoratis quod neſcitis, nos ado-*
Matth. 23. *ramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt*. Et alibi: *Super Cathedram* (inquit) *Moyſis ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo, quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundū opera verò eorū nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt*. Ex his omnibus perſpicuè liquet, fuiſſe olim Hieroſolymis vnum Sacerdotem ſummum, qui ſedebat in Cathedra Moyſis, hoc eſt, qui Aaroni, quē
Exod. 28. Moyſes vnxerat, ſucceſſit, à cuius Cathedra conſortioque nemini licuit recedere, qui per Chriſtum ſaluari confideret. Hæc olim. Porrò Hebræorum facta ſemper quidem, ſed multò maximè à tempore Moyſis (in quo propria & ſtata quædam ipſorum Reſpublica conſtituta
1. Cor. 10. eſt) Eccleſiam Chriſti, quam in gentibus quandoque habiturus erat, figurabant. *Omnia enim* (ait Apoſtolus) *in figura contingebant illis*. Ac Iudæorum quidem Sacerdotium figurabat Sacerdotium Eccleſiæ Chriſti. Etenim D. Paulus vtrumque inter ſe confert, ita ſcribens ad
2. Cor. 3. Corinthios: *Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta: non atramento, ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum: non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti: non litera, ſed ſpiritu: litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multò magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria.*

Apoſtoli ergo & eorum ſucceſſores nō minus hodie miniſtri ſunt noui Teſtamenti, quàm olim Moyſes & Leuitæ fuerunt miniſtri veteris Teſtamenti. Res aūt, quæ nūc miniſtratur, longè præclarior eſt & excellentior. Moyſes enim miniſtrabat literam Legis, Apoſtoli verò & eorum Succeſſores miniſtrant Spiritum ſanctum, & iuſtitiam. Illa enim ſecundùm Apoſtolum fuit adminiſtratio damnationis & mortis: hæc autem ſpiritus & iuſtitiæ. Licèt enim Lex, quam
1. Corinth. Hom. 6. Moyſes attulit, ſpiritualis erat: tamen (vt hoc in loco rectè declarat Chryſoſtomus) *eadem Lex non præbebat ſpiritum. Nobis autem*, inquit idem Chryſoſtomus, *credita eſt poteſtas dandi ſpiritum. Spiritum enim vocat gratiam, quæ per Baptiſmum viuificat à peccatis mortificatos. Nam in Baptiſmate ſepeliuntur peccata, delentur priora, viuificatur homo, velut in tabula, ita in corde illius deſcribitur omnis gratia*. Et pòſt: *Deus alijs quoque præſtat remittendi peccata poteſtatem: Accipite,*
Ioan. 20. inquit, *Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Hæc Chryſoſtomus. Apoſtolus igitur videns tantam dignitatem & præeminentiam præ veteribus Leuitis collatam eiſe ijs, qui miniſtri ſunt noui Teſtamenti, ſæpiùs repetit atque inculcat, *hanc ſufficientiam non eſſe ex nobis, ſed ex Deo, qui fecit nos idoneos*, hoc eſt, tales *noui Teſtamēti miniſtros, vt ei miniſterio obeundo ſufficere poſſemus*. Paulus igitur confert miniſterium veteris Teſtamenti cum miniſterio Noui, Moyſen cum Apoſtolis, literam Legis, quam Moyſes miniſtrabat, cum Spiritu ſancto & iuſtitia, quam Apoſtoli miniſtrant, gloriam vultus Moyſis, cum gloria miniſtrorū
2. Cor. 2. Chriſti, quia *Deus* (vt idem Apoſtolus paulò antè dixerat) *odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, in ijs, qui ſalui fiunt, & in ijs, qui pereunt*. Et iterū: *Ideo habentes hanc miniſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus*, & quæ ſequuntur. Summa rei hæc eſt, miniſterium noui Teſtamenti longè ſuperare in omni honore, gloria, & dignitate veteris Teſtamēti miniſterium. Cùm ergo in vetere Teſtamento glorioſum fuerit Iudæorum Eccleſiæ, vt totius gentis ac omnium Synagogarum, quæ per mundum diſperſæ fuerunt, vnus eſſet Summus Pontifex, qui reliquis Sacerdotibus præeſſet: eadem ipſa res cum gloria maiore in tempus noui Teſtamēti tranſlata eſſe intelligitur. Nam inter Leuitas & miniſtros veteris teſtamenti nihil fuit excellentius ipſo Pontifice Maximo, qui caput

erat & Sacerdotum,& Synagogarum omnium: atque vt ille Pontifex Leuiticus non niſi figu-
ratiuum & viſibile Caput Iudæorum erat,cùm interim verũ atque inuiſibile ipſius populi Ca-
put ſolus Chriſtus eſſet : ſic inter noui Teſtamenti miniſtros, qui ſub Chriſto capite inuiſibi-
li degunt,nihil poteſt excellentius in hac vita cogitari,quàm eorundem miniſtrorum viſibile,
ac typicum,ſeu vicarium ſub Chriſto Caput. Nam ſi corpus & ſocietas miniſtrorum viſibilium
veteris Teſtamenti,præter inuiſibile Caput Chriſtum Ieſum *(in cuius domo* & Eccleſia *Moy-* Heb. 3.
ſes non niſi famulus fuit) habebat aliud viſibile Caput in hoc mundo : ex altera verò parte cor-
pus & ſocietas miniſtrorum noui Teſtamenti non habeat vnũ aliquod viſibile Caput ſub Chri-
ſto Ieſu,in cuius domo & Eccleſia ſe famulos eſſe agnoſcunt : profectò maior eſt gloria Syna-
gogæ,quàm Eccleſiæ. Nam Chriſtus vtrique miniſtrorum corpori & collegio Caput cõmune
eſt,quem Synagoga per fidem aduenturum vidit,quem nos per eandem fidem aduenisse vide-
mus. Verùm neque illi,neque nos,eundẽ Chriſtum oculis noſtris aliquãdo vidimus,licet Apo-
ſtoli tam pro illis,quàm pro nobis viderint. *Habemus quippe omnes eundem ſpiritum.* 2. Cor. 4.

Si ergo Synagoga ſub Chriſto habuit viſibile Caput, nos verò ſub eodẽ Chriſto nullũ viſi-
bile Caput habeamus: maior fuit gloria Synagogæ, quàm Eccleſiæ. Præcipua enim gloria cor-
poris alicuius in capite continetur . Vnde ſponſa apud Salomonem vocat *Caput ſponſi aurum* Cant. 5.
optimum ſiue obrizum: Cætera verò membra corporis non tantæ dignitatis habẽtur. Et Apo-
ſtolus cùm dicit, *virum caput eſſe mulieris,caput viri Chriſtum,caput verò Chriſti Deum eſſe.* vtiq; 1. Cor. 11.
per caput intelligit id,quod reliquis omnibus maius atque præſtantius ſit. Fieri autem non po-
teſt, vt viſibilium miniſtrorum veteris Teſtamẽti maior fuerit olim gloria, quàm hodie ſit mi-
niſtrorum viſibilium noui teſtamenti. Nam de viſibili miniſterio Apoſtolus agit,dignitatemq;
ſuã in poſteriore ad Corinthios Epiſtola præ Pſeudoapoſtolis inde potiſſimùm declarat, quòd 2. Cor. 3.
ſit vnus ex miniſtris noui teſtamenti. Omnes verò miniſtri in vnum collecti corpus quoddam
& ſocietatem efficiunt. Hæc ergo ſocietas aut Caput in terris ſub Chriſto habet,aut non ha-
bet. Si habet: noſtra cauſa eſt melior,& ij errant à fide vera,qui negant vnum aliquem in terris
eſſe Paſtorem primum,& ſummum miniſtrum Ieſu Chriſti. Per Caput quippe nihil aliud iam
intelligimus . Quod ſi miniſtrorum noui Teſtamenti ſocietas & collegium non habet aliquod
Caput in terris: eſt vtique eadem ſocietas confuſa,& inordinata,quia nihil in ea primũ eſt,ſed
omnia ſunt æqualia . Porrò miniſtrorum noui Teſtamenti ſocietas infinitis partibus maior eſt,
quàm fuerat ſocietas veterum Leuitarum . Nam loco vnius templi Hieroſolymitani,ſucceſſe-
runt innumerabilia per orbem Chriſtianum templa:& loco vnius gentis non maximæ,ſucceſ-
ſerunt plurimæ gentes, & illæ multò maximæ . Nam quæ comparatio eſt aut ſolius Italiæ , aut
ſolius Galliæ,aut ſolius Germaniæ,aut Hiſpaniarum,ac multò magis totius Aſiæ, atq; Africæ,
cum vna Iudæa? Cùm ergo nullum omnino templum in orbe Chriſtiano ſit,quod aliquot mi-
niſtros nõ habeat,plurima verò habeant permultos : neceſſariò efficitur,vt plures iam ſint mi-
niſtri ſub nouo Teſtamento, quàm fuerint ſub vetere. Quò autem plures homines eiuſdẽ con-
ditionis in hac vita viſibili Capite careant,eò minus ordinata & magis confuſa eſt illa ſocietas.
Itaque minus abſurdum fuiſſet, vt Leuitæ olim caruiſſent ſummo Sacerdote , quàm vt nos ca-
reamus . Præterea ſi verbum Dei, cùm adhuc non veniſſet in carnẽ, tamen non per ſolum
ſpiritum,ſed præterea per hominem vicarium,Leuitas regebat: quantò magis conuenit,vt idẽ
Verbum caro factum, per alterius vicariam carnem,ac non ſolo ſpiritu ſuos miniſtros hodiè re- Ioan. 1.
gat? Nónne maior eſt vicinitas carnis Chriſti ad carnem Petri,quàm ſpiritus Chriſti ad carnẽ
Aaronis? Quod ergo verbum Dei per carnem effecit antequàm aſſumpſerat carnem,id iam,aſ-
ſumpta carne, per carnem facere negabitur? Habuit Synagoga duplex Caput, vnum in cœlo
vniuerſale,Filium Dei,aliud in terra particulare,Aaronem,aut Eleazarum. Et nunc Eccleſia
Chriſti habebit tantùm ſuum vniuerſale Caput Chriſtum,qui eſt in cœlo? aliud verò particu-
lare,quod in terra manet, non habebit? Si ergo nullum particulare Caput ſub Chriſto eſſe po-
teſt:cur in qualibet particulari Eccleſia vnus Presbyter,atque in qualibet Diœceſi vnus Epi-
ſcopus cæteris presbyteris præponitur? Cur ſolus *Iacobus* ab Apoſtolis conſtituitur Caput & Euſeb. lib. 2.
Epiſcopus in Hieroſolymitana Eccleſia? Cur Ignatius in Antiochena , Marcus in Alexandri- cap. 1.
na, Timotheus in Epheſina præficitur? Sin cõſtet,particulare aliquod Caput ſub Chriſto con-
ſtitui poſſe , cur non ſupra totam militantem Eccleſiam (quæ pro parte ſua multò magis indi-
get tali Capite) aliquod particulare caput non præficitur? Anne & illud particulare Caput nõ
erit,quod toti Eccleſiæ militanti præponitur? Atqui omnes Chriſtiani,qui vllo tempore ſimul
in terris viuunt,non niſi pars quædam Eccleſiæ Chriſti ſunt,ſi conferantur cum ijs,qui ab Adã

vſque ad

vſque ad finem ſeculi fuerunt,aut futuri ſunt. De particulari ergo capite iam agitur,ac non de
vniuerſali,quod ſolum Chriſtum fatemur eſſe.

Quibus ita declaratis,non dubito,quin rectè concludere liceat,miniſtrorum Chriſti digni-
tatem eſſe duplicem : vnam ſub vetere, aliam ſub nouo Teſtamento . Illam præ iſta non eſſe
dignitatem , licet alioqui etiam miniſtrorum veterum fuerit magna dignitas . Illorum verò
2.Cor. 3. qualiſcunq; dignitas præfigurabat dignitatẽ miniſtrorum noui Teſtamenti. Nam vt Lex,quam
illi miniſtrabant,erat ſancta & bona,& ſpiritalis: ita illi non niſi literam eius à Moyſe acceptam
miniſtrantes, ſignificabant futuros quandoque miniſtros , qui Spiritum à Chriſto accipientes,
etiam Spiritum, hoc eſt,gratiam per Sacramenta nouæ Legis miniſtrarent . Illi erant homines,
Num 3. & nos etiam homines ſumus. Illi ab alia plebe ſeparati , & nos itidem *ſegregati in miniſterium*
Acto. 13. *Chriſti.* Illi plebem erudiebant,& nos plebem erudimus. Illi miniſtrabãt Sacramenta ſua,& nos
noſtra: illi Circuncisionem,nos baptiſmum. Illorum alij erant Leuitæ,alij Sacerdotes, vnus au-
tem ſummus Sacerdos . Et ex noſtris miniſtris alij ſunt Diaconi , alij presbyteri, alij Epiſcopi,
vnus autem ſummus Epiſcopus. Hoc vltimum (inquies)non ita ſe habet. At hoc vltimum(in-
quam ego)in tota collatione eſt optimum & pulcherrimum. Niſi ergo in eo ſaltem ſimiles il-
lorum ſimus , non video cur aut Sacramenta noſtra illorum Sacramentis , aut noſtri Diaconi
reſpondeant illorum Leuitis, aut noſtri presbyteri & Epiſcopi illorũ Sacerdotibus. Nam vin-
Heb.10. cere illos poſſumus,inferiores illis eſſe non poſſumus,quia *illi vmbram,nos verò imaginem ipſa-
rum rerum habemus*. Vincimus eos in hac re,quòd pro paucis illorum Sacerdotibus, habemus
multos presbyteros,atque etiam Epiſcopos. At melius erat,nullos omnino habere Epiſcopos,
ac per totum orbem non niſi vnum Epiſcopum eſſe, quàm vt tantus numerus Epiſcoporum
ſuo quodam Capite ac Principe careret. A capite enim reliquum corpus præcipuè dependet.
Valde autem vtile fuit Iudæorum Reipub. vt haberet vnum Pontificem alijs Leuitis & Sacer-
dotibus præſidentem. Primùm vt ne omnes Iudæi eſſent, *velut oues non habentes Paſtorem.* De-
Ezech.34. inde,vt Leuitæ melius illo modo in officio continerentur. Accedit eòdem,quòd totius populi
Deuter. 17. difficiliores cauſæ ac lites, quæ alioqui de rebus ſacris infinitæ fuiſſent, eò & citius, & certius
decidebantur. Tum autem,ſi aliquod aliud Templum ſub nomine veri Dei ab aliquo Leuitarũ
erigi cõtingeret(vt ſanè cõtigit tùm in Garizim,tùm in AEgypto) facile erat ſcire, illud ſolum
eſſe verum & legitimum Templum,vbi ſummorum Pontificum ordinaria ſucceſsio extitiſſet.
Præterea Pagani facilius ad fidem vnius Dei alliciebantur,quando religionem ritè atque ordi-
ne conſtitutam videbant. Etenim apud ipſos quoque erant ſummi Pontifices,& Reguli quidã
ſacris rebus præfecti . Quid quòd non paruum ornamentum hoc erat Synagogæ, vt & exteri
ſcirent,eſſe Caput aliquod religionis Iudaicæ? Vnde tam Aſiæ Reges,quàm alij Principes ſæ-
Ioſephus li. 13. ca 6. Antiquit.Iudai. pe honorârunt ſummum Pontificem Iudæorum. Denique vnus ſummus Pontifex in illa parti-
culari Iudæorum Eccleſia ſignificabat,vnum eſſe vniuerſale Caput Eccleſiæ totius, quæ vn-
quam fuit,aut in poſterum futura eſt. Atq; hæ omnes cauſæ multò nunc & vtiliores Chriſtia-
nis,& magis neceſſariæ ſunt. Illi ſunt oues plures,quàm Iudæi erant,eoque magis indigent Pa-
Ioan.10. ſtore vno. Illis plures miniſtri Eccleſiarum ſunt,ad quos in officio continendos vnum Caput
magis eſt neceſſarium. Noſtræ lites in tanta multitudine variarum gentium plures ſunt ac dif-
ficiliores,vt tantò magis ab vno Iudice finiri eas oporteat. Multi ſunt hodie,ac ſemper fuerunt
Epiſcopi & Presbyteri, qui nouas hæreſes docent,& nouas ſectas excitant,quibus nulla ratio-
ne melius,ac manifeſtius,aut ad vulgi ſenſum occommodatius accurritur,quàm per viſibilem
ſummorum Põtificum Eccleſiæ ſucceſsionem. Propagatio etiam Euangelij & Eccleſiæ Chri-
ſti poſtulat certum aliquod Caput,quod à Perſis,à Turcis,ab Indis,& alijs Paganis conſulatur
de fide:quodque ab ijs interdum honoretur per munera & legationes. Poſtremò nũc valde ne-
ceſſarium eſt , vt per vnum Paſtorem ſummum eius particularis Eccleſiæ , quæ ad tempus in
terra peregrinatur, Chriſtus ſignificetur vnicus vniuerſalis Eccleſiæ ſuæ ab initio mundi vſq;
ad finem Paſtor eſſe. Ita veritas noua veteri figuræ, Euãgelium legi, Eccleſia gẽtium Synago-
gæ Iudæorum,ſuauiſsimè reſpondet per vnum Paſtorem ſummum vtrobique præpoſitũ. Vtra-
que vnum Deum,vnum Chriſtum,vnamque Eccleſiam eſſe,non verbo tantùm,ſed factis ope-
ribuſque demonſtrat. Huic argumento Caluinus in hunc modum ſatisfacere conatur.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Quod in vna natione fuit vtile, id in vniuerſum orbem extendere nulla ratio cogit.

RESPON-

RESPONSIO.

Quinimò ſi fuit vtile, vt in natione vna Pontifex vnus præeſſet, idq; ne populus Iſraëliticus diſpergeretur in montibus Idolorum cultu dedicatis, *velut oues Paſtore carentes*: profectò recta ratio vtilius etiã eſſe demonſtrat, vt Pontifex vnus toti Eccleſiæ multò latiùs iã per orbem diffuſæ præponatur, ne quantò plures ſunt Paſtores, & oues, eò magis in montibus atq; hæreticorum latibulis errent, ſi Paſtore vno carent, ad cuius ſupremum ouile congregentur, vt ibi ſaltem ſeruent vnitatem. Nam quos in gregibus particularibus, hoc eſt, in Antiochia Paulus Samóſatenus, in Conſtantinopoli Macedonius, in Alexandria Dioſcorus, in Nicomedia Euſebius, in Mediolano Auxentius, in Britannia Pelagius, atq; alijs in locis alij lupi diſpergunt: ij omnes niſi vnum Paſtorem primum habeant, ad cuius ouile ſupremum concurrant, quæ ſpes foret, vel ad paucos annos conſeruandi Eccleſiaſticam vnitatem? Toto igitur cœlo aberrauit Caluinus, quando minus vtilem toti orbi, quàm nationi vni Paſtorem vnum iudicauit. *At Iudæi* (inquit) *Idololatris vndique ſepti erant. Ideo Deus illic vnum Antiſtitem præfecit, quem omnes reſpicerent, quò meliùs in vnitate continerentur.* Et Chriſtiani (inquam ego) non modò foris vndique ab Idololatris obſidentur, à Tartaris, Mauris, Saracenis, Turcis, nouiſque Indorum populis: verùm etiam intus ab hæreticis deuorantur, à Simoniacis, Manichæis, Arianis, Donatiſtis, Pelagianis, Neſtorianis, Eutychianis, Anabaptiſtis, Libertinis, vt de Lutheranis & Caluiniſtis nihil dicam. Igitur iam multò magis opus eſt, vt præficiatur vnus Antiſtes, ad quem omnes reſpiciant, quò melius contineantur in vnitate. Quære aliam, Caluine, reſponſionem. Etenim hæc, quã hactenus attuliſti, à nobis tota eſt. Ait igitur: *Summum illum Pontificem typum fuiſſe Chriſti, nemo ignorat. Nunc translato Sacerdotio, ius illud transferri conuenit. Translatum porrò eſt, non ad Papam, ſed ad Chriſtum.* Hæc ille. Conuenit mihi tecum, vir bone, Leuiticum Pontificem typum fuiſſe Chriſti, itemque *translato Sacerdotio, ius Leuitici Pontificis in Chriſtum eſſe translatum.* Quod verò addis, *ad Papam idem ius tranſlatum non eſſe*: equidem à Pontifice Leuitico mox ad Papam non eſſe idem ius translatum, fateor. Nam inter Leuiticum Pontificem & Papam interceſsit Chriſtus, impletor veteris Pontificatus, & author noui. Chriſtùs ergo ius tam Leuitici Pontificis, quàm veteris Eccleſiæ in ſemetipſum transferens, non reliquit orbem terrarum aut ſine aliqua Eccleſia, aut ſinè aliquo Pontifice. Verùm vt Eccleſiam voluit à ſeipſo nominari, non Moſaicam, ſed Chriſtianam: ſic Pontificem à ſemetipſo voluit, non iam Aaronem, ſed Petrum vocari. A Chriſto enim Petra Simon Petrus nomen accepit, ſuper quem Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificaturum ſe promiſit. Vide D. Hieronymus in illa Iſaiæ verba, quibus Eccleſiam affatur, dicens: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit*, ita ſcribit: *Nequaquàm vocabitur Eccleſia Ieruſalem, aut Sion, ſed nomen nouum accipiet, quod ei Dominus impoſuerit, dicens ad Apoſtolum Petrum: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebũt aduerſus eam. Quod vocabulum à nomine Domini deriuauit, vt dicatur Dominicum: & populus illius nequaquam veteri nomine appelletur Iſraël, ſed nouo, id eſt, Chriſtianus.* Hæc Hieronymus.

3.Reg.22. — Ioan.10. — Alia Caluini obiectio. — Alia Caluini ad prius Argumentum reſponſio. — Eiuſdem reſponſionis confutatio. — Matth.16. — Iſaiæ 62. — Matt. 16.

Quemadmodũ igitur à populo vetere ad nouũ, Chriſto angulari lapide interpoſito, peruentum eſt: ſic à Pontifice Leuitico ad Papam eſt peruentum, non quidem abſque vllo interiecto lapide, ſed per Ieſum Chriſtum, qui finis erat Legis, & initium Euangelij, perfector veteris, & inſtaurator noui Teſtamenti. Nam ſi propterea quòd Chriſtus tranſtulit in ſe ius Leuitici miniſterij, & veri Tabernaculi miniſter factus eſt, hodie nulli erunt amplius in Eccleſia miniſtri: fruſtrà dixit Apoſtolus, *ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores Myſteriorum Dei*, fruſtrà etiam ſunt Prophetæ in nouo Teſtamento. Nam *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem*. His nugis miſeros & infelices Diſcipulos tuos, non item Eccleſiam Chriſti, *quæ columna & firmamentum veritatis eſt*, ſeducere potes, Caluine. Longè ante Hieronymum D. Cyprianus dixerat, *Dominum (vt vnitatem manifeſtaret) vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuiſſe*. In quibus verbis & factum ipſius Domini, & ſimul facti ratio proponitur. Quoad factũ, *Dominus ſua authoritate diſpoſuit vnitatis originem ab vno incipientem.* Non igitur in ſeipſo tantùm concluſit Dominus omnẽ vnitatẽ Pontificiam, ſed eandẽ (quoad viſibilẽ externamq; formã) diſpoſuit in Eccleſia ſua. Nec in tota Eccleſia ſic eã diſpoſuit, vt in nullo præter cæteros appareret, ſed vnitatem ita diſpoſuit, *vt certa eius origo extaret*, & ea origo extaret, nõ ſimul in pluribus, verũ in vno, videlicet in Petro, de cuius Primatu Cyprian⁹ eo loco agit. Nunc aũt nihil aliud vrgeo, quàm vnitatẽ eius hominis, in quo Dominus originẽ Eccleſia-

1. Cor.4. — 1. Tim.3. — De Vnitate Eccleſiæ.

cleſiaſticæ vnitatis diſpoſuit. Illius enim vnitatis origo ab vno, ab vno, inquam, ex Domini diſpoſitione incepit. Atque hæc ſint dicta de facto & diſpoſitione Domini. Ratio autem huius facti erat, vt *Dominus vnitatem manifeſtaret*. Oportebat quippe non tantùm eſſe vnitatem quandam Paſtoralem in terra, nec tantùm illius originem eſſe in vno Diſcipulo Domini, ſed ita eſſe in vno, vt per eam rem *manifeſtaretur vnitas*: hoc eſt, vt omnes ſcirent, atque intelligerent, vnum à Deo reliquis in Eccleſia præponi, quo Eccleſia crederetur verè vna eſſe. Nam & iterum Cyprianus eodem in loco ait: *Exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna monſtretur.* Quòd ſi Eccleſiam oportet non modò eſſe vnam, verùm præterea *vnam monſtrari*, vt ita vnitas illa intima, quam Eccleſia in CHRISTO habet, per viſibilem Paſtorem vnum, qui foris præeſt, manifeſtetur: cùm iſta vnitatis manifeſtatio tam ſit omnibus ſeculis neceſſaria, quàm Apoſtolico æuo fuit opportuna, imò cùm Apoſtoli, qui CHRISTVM in terris viderunt, faciliùs potuerint abſque alio vno Paſtore vnitatem Eccleſiæ in CHRISTO & crediſſe, & meminiſſe, quàm nos, qui CHRISTVM corporeis oculis non vidimus: ſine omni controuerſia in hodiernum diem oportet vnitatis Eccleſiaſticæ originem in vno potiſsimùm authoritate Dominica diſponi, vt eo modo *Eccleſia ſemper monſtretur vna*. Cæterùm iſtius rationis nerui faciliùs explorabuntur, ſi Caluini friuola reſponſio apponatur, & quàm inepta ſit, declaretur. Ait Caluinus. *Quid ſi cum Cypriano & Auguſtino reſpondeam, non ideo CHRISTVM & communiter cum reliquis Apoſtolis, & ſeorſum Petro Claues regni cælorum dediſſe, vt hominem vnum alijs preferret, ſed vt Eccleſiæ vnitatem ſic commendaret?*

Reſponſio Caluini.

Primùm, Caluine, Lectorem decipis in eo, quòd ſcribis, cum Cpyriano & Auguſtino te dicturum, quòd *Dominus Petro ſeorſum Claues non dedit, vt hominem vnum alijs preferret.* Vis enim, vt Lector ſuſpicetur, tale quid à Cypriano & Auguſtino dici. Dicunt illi quidem, Claues vni Petro dari, vt Eccleſiæ vnitas commendetur: ſed non negant, vnum hominem ex ea re alijs prælatum fuiſſe. Nam iſta duo non poſſunt ſeparari, ſed neceſſariò cohærent, vt is vnus præferatur alijs, cui aliquid ſeorſum in eum finem confertur, quò per eam collationem vnitas commendetur. Nam ſi nemo ei vni viro, de quo agimus, par eſt: vtique iam præfertur alijs. Sin ille vnus homo in re collata parem aliquem habet, iam per eam rem, quam alius perinde ac ille vnus habet: nulla vnitas commendari poteſt, quia non commendatur vnitas, præterquàm vbi eſt vnitas. Non eſt autem in illa re vnitas, per quam duodecim ſunt vni æquales. Vbi ergo non eſt vnitas, ibi vnitas monſtrari quomodo poteſt? Niſi fortè dices, vnitatem quandam Eccleſiaſticam nomine tenus in Petro fuiſſe, re autem vera non fuiſſe. At neque hoc ipſum aut de Domino cogitari debet, aut cum Cypriani verbis conſiſtit. Dominus enim, qui dixit & facta ſunt, quique *vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt*, & nominando facit quidque eſſe id, quod ab eo nominatur, non ſolet vnitatem verbi nudi, abſque omni re ſubiecta cuiquam conferre. Deinde Cyprianus de vnitate Eccleſiaſtica tractat, quam re ipſa eſſe, & non ſolo verbo nominari, omnes credimus. *Vt Dominus* (inquit Cyprianus) *vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit.* Vnitatis igitur origo ab vno incipiens, authoritate Dominica diſponitur. At cuius vnitatis origo? Eiuſdem, quam Dominus manifeſtare voluit. Quænam illa eſt? Non alia, quàm ſubiecta verba demonſtrant, vbi ſcribitur, *exordium ab vnitate proficiſci, vt Eccleſia vna monſtretur.* Illius igitur vnitatis, quæ in Eccleſia eſt, origo diſponitur ab vno incipere. Is ergo vnus re vera in ſe habet aliquem vnitatis Eccleſiaſticæ gradum, quem gradum nemo alius Apoſtolorum (qui cæteris in rebus pari ſunt præditi honore & poteſtate) in ſe habet. Nam ſi & in hac ipſa re forent pares, iam *nulla origo vnitatis in vno eſſet, nec vllum vnitatis exordium ab vno proficiſceretur, nec manifeſtari per eum illa vnitas poſſet, quæ in ipſa prorſus non eſſet.* Sin hæc omnia ſint abſurdiſsima, inepta, & minimè inter ſe cohærentia: deſinat Caluinus negare, vnum hominem alijs Apoſtolis ſuperiorem eſſe factum, etiam in nouo Teſtamento. Nec putes, vnitatis Eccleſiæ manifeſtationem in terris finitam eſſe, quia CHRISTVS in ſe tranſtulit veteris Sacerdotij iura. Faciliùs enim à CHRISTO inſtituitur, & ab illo deriuatur noui Teſtamenti vnitas in vno Paſtore cæteris prælato manifeſtanda, quàm eadem primi Paſtoris vnitas à Moyſe in vetere Teſtamento deducebatur.

Roman 4.

De Vnitate Eccleſię.

In Ioan. Tractat. 50. 11. & 124.

Cæterùm vix dici poteſt, quàm turpiter ſe gerat Caluinus in iſtiuſmodi rerum diſcuſſione. Citat enim ex Auguſtino, *quòd in Petro erat Eccleſia Sacramentum, quodq́; cùm Claues*

regni

regni cælorum acciperet, Eccleſiam totam deſignauit, quódque in ea ſe perſonam geſſerit ipſius vnitatis. Et hæc omnia citat Caluinus in eum finem, vt doceat, vnum hominem Claues pro omnibus alijs accepiſſe, non quia verè alijs maior eſſet, verùm vt ex ea re vnitatem in Eccleſia eſſe oſtenderetur. Atque Auguſtinus hæc quidem dicit, quæ à Caluino citantur, verùm ſui dicti cauſam adiungit, quæ à Caluino prætermittitur. & meritò. Nam ratio ab Auguſtino allata ſic expugnat Caluini propoſitum, vt nihil magis contrarium cogitari queat. Dicit enim Auguſtinus; *Petrum, cùm acciperet claues Regni cælorum, ſignificaſſe Eccleſiam totam*. Sed cur? *Propter Apoſtolatus ſui Primatum*. Et hoc dicit Auguſtinus in illa 124. Homilia in Ioannem, quam Caluinus citat. Vide nunc Hæreticorũ impudentem audaciam. Auguſtinus ait: *Petrus figurata generalitate propter Apoſtolatus ſui Primatum perſonam Eccleſiæ geſſit, atque ita dum claues accepit, vniuerſam ſignificabat Eccleſiam*. Tria igitur dicit: vnum, quòd *Petrus accepit Claues*: alterũ, quòd *in ea re Petrus geſſerit perſonam Eccleſiæ totius*: tertium, quòd *eam generalem perſonam geſſerit ob Apoſtolatus ſui Primatum*: quia videlicet generaliter omnes in eo figurantur, qui primus omnium ſit. Caput enim pro cæteris membris & loquitur, & annuit ijs, quæ donantur. Nũc ex altera parte Caluinus dicit, Dominum dediſſe claues Petro, non quia vnum hominem alijs præferret, hoc eſt, non ob Apoſtolatus ſui Primatum, ſed vt Eccleſiæ vnitatem cõmendaret. Atqui Auguſtinus credidit, Petrũ non aliam ob cauſam accepiſſe Claues pro omnibus, quàm *ob Apoſtolatus ſui Primatum*. Præceſsit igitur Primatus Petri (ſaltem in mente Domini) Clauium donationem. Ei enim primo, & ei vni dedit Claues, quem vnum & ſtatuerat, & iam cœperat facere primum Paſtorem totius Eccleſiæ. Itaque cùm Auguſtinus ita ratiocinetur: Petrus accepit Claues pro omnibus, quia Caput erat omnium, & ita ſignificabat omnes: Caluinus eum in contrariam ſententiã detorquet, vt dicere eum velit: Petrus accepit Claues pro omnibus, quia ſignificauit omnes, verùm non quia Caput omniũ erat. Quid ab iſto boni & æqui vnquàm expectes, qui tam manifeſtè Auguſtini verba ſententiamque deprauat? Vnus accipit Claues pro omnibus. Cur ita? Quia perſonam omnium gerit. At cur eam perſonam gerit? *Propter Apoſtolatus ſui Primatum*, inquit Auguſtinus. Imò (inquit Caluinus, Auguſtinũ laudans auctorem) non propter Apoſtolatus ſui Primatum, ſed vt vnitas ſic commendaretur. De Auguſtini ſententiã circa Primatum Petri ſæpius mihi dicendum, eademq́; ſæpius repetenda erunt, quia tã Lutherani, quàm Caluiniſtæ nunquam ceſſant doctiſsimi viri nomine ad ſuam hæreſim ſtabiliendam abuti: cùm is nihil minus velit, quàm id quod iſti de eo fingunt. Hactenus conſtitit, Chriſtum in ſe quidem Pontificatus veteris honorem ac iura omnia tranſtuliſſe, verùm non ita, vt neminem vnum vellet deinceps in Eccleſia ſub ſe vicarium quẽdam Pontificatũ gerere. Quinimò non Moſaica, ſed *ſua authoritate Dominus diſpoſuit vnitatis Eccleſiaſticæ originem ab vno incipientem, vt ita per vnum Paſtorem primum Eccleſia monſtraretur vna*. Maneat igitur firmum, quòd quicquid Deus per Moyſen præſtitit Synagogæ, hoc ad minimum; idq́; multò magis Deus per Chriſtum exhibet Eccleſiæ ſuæ. In Synagoga verè fuit vnus Pontifex ſupra omnes Leuitas, Sacerdotes, & Archiſynagogos per totum orbem diſperſos: igitur nunc multò magis eſt vnus primus Paſtor ſupra omnes Diaconos, Presbyteros, & Epiſcopos in vniuerſo mundo diffuſos. Et quemadmodum Prophetæ omnes, quantacunque peccata in Leuitis & Sacerdotibus conſpexerunt, nunquam deſeruerunt eorum Cathedram, Religionem, & vnitatem: ſic quantacunque eſſent hodie flagitia ſummorum Pontificum, non tamen propterea liceret eorum Cathedram, Religionem & vnitatem deſerere. Ac ne, cùm ex omni rerum atque hominum genere tanta pro vnius Paſtoris Primatu colligantur teſtimonia, nihil ex Prophetis allatum eſſe Aduerſarij conquerantur? age, audiamus quid Salomon, Ezechiel, Ieremias, Daniel, & Oſee de vno Capite, vno Rege, & Paſtore vno, in Spiritu Dei prædixerint.

In Ioan. tractatu 124.

In Ioan. tractatu 124.

Sanctos Prophetas prædixiſſe, quòd Eccleſia Chriſti vnum quoddam Caput præter Chriſtum, ſub illo tamen, habitura eſſet.

CAPVT V.

APud Salomonem Sponſus animarum fidelium Chriſtus Ieſus dixerat ad Eccleſiam Spõſam ſuam: *Pulchra es, amica mea, ſuauis & decora, ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata*. Et iterum: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Vel ex his verbis apparet, Spiritum DEI tùm Cant. 6.

voluiſſe, varios in Eccleſia ſua Ordines extare (ſicut in exercitu varij ſunt equitũ, peditũ, Centurionum & Tribunorum gradus) tùm præterea ſignificaſſe, quòd Eccleſia iſta militans, quæ inſtar aciei caſtrorum ordinatæ habetur, non minus ab vno viſibili Paſtore ſit regenda, quàm quilibet exercitus ab vno viſibili Duce gubernatur. Aut quomodo appellabitur *acies caſtrorum ordinata*, in qua nullus eſt ordo? Aut quis ordo erit, vbi certum aliquod principium, & id vnicũ non eſt? *In, quãuis grandi exercitu* (inquit Hieronymus) *vnius ſignum expectatur.* Et meritò. In omni quippe exercitu bene ordinato, adeò vnus eſt præcipuus & generalis Dux, vt etiam Reſpublicæ, quæ domi vel à pluribus Optimatibus, vel ab ipſo populo reguntur, tamen militibus ſuis vnum præponant, qui ſummam rei ſolus moderetur. Cùm igitur Eccleſia militans (nam de illa Salomonem agere mox planum faciam) aciei caſtrorũ ordinatæ aſsimiletur: vtiq; apertè denunciatur, velut in exercitu, ſic etiam in Eccleſia militante vnum præeſſe, qui alijs quibuſcunque maior ſit.

Hieronymus Tom. 1. Epiſtola 4.

Vide Ariſtotelem lib. 3. Polit. ca. 12. in principio itemque in cap. 10.

Verùm propiùs ad cauſam intremus. Nec enim Chriſtus apud Salomonem Eccleſiam aciei caſtrorum ordinatæ ſolùm comparauit, ſed præterea ſingulas huius myſtici corporis exercituſque partes recenſens: *Quid videbis* (inquit) *in Sulamite* (hoc eſt, in Eccleſia) *niſi choros caſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamẽtis, filia Principis? Iunctura fœminum tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis, venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuũ ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit cõtra Damaſcum. Caput tuum vt Carmelus, & coma capitis tui, ſicut purpura Regis vincta canalibus. Quàm pulchra es & quàm decora, chariſsima, in delicijs? Statura tua aſsimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.* Ecce Chriſtus Eccleſiam ſuam alloquens, eam vni cuipiã eximiæ pulchritudinis perſonæ ſimilem pronunciat. Quamuis enim Chriſtus & Eccleſia vniuerſalis non niſi vnum Corpus myſticum exiſtãt, tamen cùm eã in terris degentem conſyderat, habet eam velut ſponſam quæ deducta quidẽ ſit ex latere ſuo, verùm quæ (propter conditionem ſuam adhuc morti & peccato obnoxiam) in conſortiũ gloriæ Chriſti non plenè admittatur, ſed interim per ſe, ac in ſua quadã proprietate ſubſiſtat, aliaq; perſona & ſit, & dicatur. Nam quòd de militante Eccleſia iam apud Salomonẽ agatur, perſpicuum eſt ex his ſponſæ verbis: *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem.* Nigra enim Eccleſia dicitur ob eas perſecutiones & maculas, quibus ad tempus in hac vita, velut in medio prauæ nationis habitans, propter mortalis conditionis neceſsitates inquinatur.

Cantic. 7.

Caput Eccleſiæ.

Cantic. 1.

Cant. c. 1. Quid quòd etiam Sponſus ad ſponſam dicit: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorũ.* Egreſſus verò membrorum Eccleſiæ ab ipſa Eccleſia, & affectatio Paſtorũ falſorum (de quibus ibi agitur) non poteſt alibi, præterquàm in hoc ſeculo cogitari. Cùm igitur Chriſtus de militante Eccleſia loquatur, valde perpendendum eſt, quòd vt *pedes eius & femora, vt vmbilicum & ventrem, vt vbera & oculos, vt collum & naſum*: ita etiam *caput eius* nominat. *Caput tuum* (inquit) *vt Carmelus, aut* (quemadmodum alij legunt) *vt coccinum*. Militans igitur Eccleſia Caput quoddam habet, idque ſub Chriſto quidem, & ab ipſo conſtitutum, ſed tamen præter ipſum. Ipſe enim Chriſtus, qui Eccleſiæ Caput æternum eſt, ad ſponſam non de ſeipſo, verùm de ea loquens planè dicit: *Collum tuum ſicut turris eburnea, oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, naſus tuus ſicut turris Libani. Caput tuum ſicut Carmelus aut coccinum, coma capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus.* Eccleſia igitur militans habet vt oculos, naſum, & collum à Chriſto diſtinctum, ſic etiam Caput à Chriſto Capite ſuo diſtinctum. Nam Sponſa Chriſtum antea laudans, de illo dixerat: *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum.* Quanto autem interuallo *Carmelus mons aut coccinum* ab auro puriſsimo abeſt, tanto etiam Caput vicarium Eccleſiæ militantis, quod coccino aſsimilatur, inferius eſt illo Capite, quod Chriſtus in ſe eſt,

1. Corin. 11. cuius Caput *auro* comparatur. *Caput enim Chriſti Deus*, quo nihil ſublimius aut dignius. Caput verò Eccleſiæ velut granũ illud eſt, ex quo purpura fit, quæ habet aliquid ſe præclarius, ipſum ſcilicet aurum, hoc eſt, Deitatem, quæ eſt Caput Chriſti. Quæramus igitur, quodnam ſit proprium hoc & temporale Caput Eccleſiæ militantis? Ac primùm quidem illud non niſi vnum eſſe poteſt. Vnum quippe corpus militantis Eccleſiæ vnico etiam Capite militante contentũ eſt. Neque vt crines ſunt plurimi, oculi autem duo, genæ duæ, labia duo, vbera duo, ac pedes duo, ſic etiam ſunt in eodem corpore capita vel plura, vel ſaltem duo. Verùm vt eſt *vnicum collum vnicus naſus, & vnicus vmbilicus*: ita eſt etiam *vnicum caput.* Efficitur ergo ex mẽte Spiritus ſancti per ſacras Scripturas reuelata, vt vnicum Eccleſiæ militantis Caput eodem tempore eſſe

re eſſe debeat. Porrò cùm oculi, cùm naſus, cùm labia Eccleſiæ, ex omnium quos vnquam le-
gerim conſenſu, Epiſcopi, Presbyteri, ac reliqui Paſtores ac Doctores exiſtant, nihilque ferè ſit
illo euangelizandi munere in Eccleſia maius & excellentius, nec fieri poſsit, vt vllum corpo-
ris membrum ipſo Capite ſublimius aut dignius habeatur: neceſſariò fit, vt Caput illud vnicũ
Eccleſiæ ſit etiam Epiſcopus, qui ſummus honoris Eccleſiaſtici gradus eſt. Inter omnes igitur
Epiſcopos, vnus primus & ſummus Epiſcopus militantis Eccleſiæ Caput apud Salomonem vo
catur. Atque hæc ſatis clarè ex Salomone deducuntur.

Tranſeamus nunc ad Ezechielem, apud quem hæc verba legimus: *Ecce ego aſſumam filios* Ezech. 37.
Iſrael de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum
ſuam, & faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Iſraël, & Rex vnus erit omnibus impe-
rans. Et non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur ampliùs in duo Regna. Et pòſt: *Seruus meus Da-*
uid Rex ſuper eos, & Paſtor vnus erit omnium eorum. Equidem concedo, hunc Regem & Pa-
ſtorem vnum de quo Ezechiel prædicit, eſſe Chriſtum, qui eſt *filius Dauid* ſecundùm carnem, Matth. 22.
& *Dominus Dauid*, ſecundùm Deitatem. Cæterùm Ezechiel de Chriſto agit ea ratione, qua
carnem in plenitudine temporis accepturus erat. Alioqui non dixiſſet: Rex vnus *erit*, ſed, Rex
vnus *eſt*. Nec etiam Chriſtum vocaſſet *Dauidem ſeruum Dei*. Nam verbum Dei *non ſeruit*, Ioan. 1.
ſed *In principio erat apud Deum, & Deus erat*. Præterea Ezechiel ſignificat, Fideles aliter fu-
turos vnam Gentem & vnum Regnum poſt Chriſti aduentum, quàm prius fuerunt. Cùm
enim antea vnum fuiſſet regnum Iudææ, & alterum Samariæ: *Non diuidentur*, inquit, *ampliùs* 3 Reg. 12.
in duo Regna, ſed faciam eos in gentem vnam, & vnus erit Paſtor omnium eorum. Porrò etiam
ante Chriſti aduentum Fideles, qui vel in Iudæa noti erant, vel in Samaria latebant, duo
Regna in Deo, ſeu in ſpiritu Chriſti non erant: ſed erant duo Regna per externum & viſi-
bile regimen duorum Regum, & duorum aut plurium Pontificum. Nam vt alius erat Rex
in Ieruſalem, & alius in Samaria: ſic alij erant Sacerdotes in Templo Hieroſolymitano, & 3 Reg. 12.
alij in Dan & Bethel. Nec iſti aut de Tribu Leui fuerunt, aut parebant Pontifici Maximo,
qui Hieroſolymis in Cathedra Moyſis ſedebat. Poſt aduentum ergo Chriſti Propheta ſigni-
ficat, nõ futura duo Regna, id eſt, duo ſeparata ouilia. Nam vt idem eſt hoc in loco, *Rex vnus,*
& Paſtor vnus: ſic idem eſt Regnum Chriſti & Ouile. Nec enim de ſeculi regnis agitur, quæ
ſub Eccleſia Chriſti poſſunt eſſe etiam mille, ſi res ita ferat: ſed agitur de ouilibus, quæ non di-
uidentur ampliùs in duo, ſed *vnus erit Paſtor, & vnum ouile*, etiam quoad viſibilem externãq; Ioan. 10.
ſpeciem. Vnus enim Chriſtus imperabit omnibus. Quo tandem pacto? Verum ſpiritaliter tan-
tùm & inuiſibiliter? Imò ſic ab initio mundi ſolus ſemper imperauit. Ezechiel ergo, qui de
Chriſti regno velut tunc futuro prophetabat, docuit Chriſtum, quem etiam *ſeruum Dei* appel
lauit, imperaturum omnibus ſecundùm carnis, quam accepit, rationem. Hoc autem impletũ
eſt ad literam, dum Chriſtus in terris viſus, Euangelium Regni prædicauit, & ab eadem terra
corporaliter diſceſſurus, in vno potiſsimũ Petro viſibile regimen Eccleſiæ ſuæ, quod in æter- Ioan. 21.
num perſeueraret, inſtituit. Iſta enim ratione & vnus Chriſti ſpiritus nunc imperat nobis, ſi-
cuti olim etiam Patriarchis ac Leuitis imperauit: & præterea ſecundùm carnem aliter nobis
imperat, quàm illis imperauit: quia ille viſibilis Præfecturæ modus, qui iam in Eccleſia obſer-
uatur, ab ipſo Chriſto, dum in carne eſſet, ore carnis ſuæ inſtitutus eſt, & voce corporali com-
mendatus. Etenim quem Principatum ipſe in ſuo corpore geſsit, ac dum viueret in oculis o-
mnium adminiſtrauit, eundem (per ſpiritum non alterius cuiuſpiam, ſed ſuum, in carne tamen
alterius à ſe conſtituti reuelatum) perpetuò gerit, ſicut etiam *Chriſtus eſt, qui baptizat*, dum
alter, poteſtate ab illo accepta, Baptiſmum, quem Chriſtus in carne ſua inſtituit, adminiſtrat.
Nam quemadmodum *Cathedra Moyſis* rectè dicitur, quæ per Moyſen conſtituta eſt, etiamſi
ex alterius, hoc eſt, ex Dei poteſtate conſtituebatur: ſic multò magis ille dicendus eſt Pri-
matus Chriſti, quem & ipſe in terra ſemel exercuit, & ex poteſtate ſua alij ſub ſe adminiſtran-
dum reliquit. Omnium autem perfectiſsimus erit, hodieq; eſt in cœlo Chriſti Primatus, vbi tam
in ſpiritu, quàm in carne vnus Rex manet, vnusq; Paſtor omnium noſtrûm. Sed quæ in cœlis
perficiuntur, ea in terris inchoãtur: quia Regnum Dei etiam intra nos eſt, qui adhuc peregri-
namur à Domino, per fidem, & non per ſpeciem ambulantes.

Qui verò ſic intelligit verba Ezechielis, vt velit Chriſtum aut in ſolo ſpiritu (*quia eũ iam*
ſecundum carnem non nouimus) regere Eccleſiam ſuam, aut per plures Paſtores ex æquo præſi-
dentes, & vni ſummo Paſtori, eidemq; viſibili non ſubiectos, eandem regere: is prorſus aberrat
ab inſtituto Prophetæ, qui & Præfecturam Chriſti ſecundùm formam ſerui, hoc eſt, corpora-

 lem, &

lem, & eam non plurium, ac ne duorum quidem, ſed vnius Regis, & vnius Paſtoris in æternum fore prædixit. A qua corporali vnius præfectura qui vel ipſi diſcedunt, vel Fidelis alicuius animam diuellunt ac ſeparãt, hi diſpergunt & diuidunt gregẽ Chriſti, & propterea contra Chriſtum ſunt. Vnde alius propheta Paſtorum multitudinem, quæ ad vnitatem aliquam viſibilem

Ierem. c. 12. nõ reducitur, ruinæ potius, quàm exædificationis cauſam fore præuidens: *Paſtores* (inquit) *multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis.* Quantum ergò in laudem vnius Regis, & vnius Paſtoris Ezechiel, tantum in reprehenſionem multorũ Paſtorum (qui Superiori alicui non obediunt) Ieremias dixit: vt in eo vterque conſentiat, longè optimum Eccleſiæ ſtatum eſſe, quando multi Paſto-

Oſee 1. res vni diuinitus conſtituto parent. Eòdem pertinet, quòd Oſee Propheta dicit: *Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſraël pariter, & ponent ſibimet Caput vnum: & aſcendent de terra, quia magnus dies Ieſrahel.* Ecce poſtquã filij Iuda, & filij Iſraël per Dei filium liberati fuerint de captiuitate peccati, quæ per captiuitatem Babylonicam figurabatur, ponent duo populi ſibimet

1. Cor. 3. vnum Regem, & *vnum Caput.* Chriſtum, inquies. Equidem concedo. Aliud enim Caput, præter ipſum, & quod ab ipſo conſtituetur, ego nunquam admiſerim. Cæterùm Chriſtus ita per *Caput vnum* hoc loco intelligitur, vt alius tamen præter illum, & ſub illo in ijſdem verbis com-

Theodor. in cap. 1. Oſee. prehendatur. *Hæc* (inquit Theodoretus) *typicè & adumbraticè ſub Zorobabel acciderunt: expreſsè verò & veritate ipſa, vbi Chriſtus ſe hominem fecit, ac ſibi Eccleſiam deſpondit in æternum.* Et poſt. *Decem Tribus, quæ à Regibus ex poſteritate Dauid profectis defecerant, poſt reuerſionem ex Babylone, vnum habuerunt Ducem Zorobabel, ex Dauidica Tribu procreatum.* Et iterum. *Hoc enim finem inuenit temporibus Zorobabel.* Hæc Theodoretus. Duo igitur nobis in huius Prophetæ verbis animaduertenda ſunt: quorum prius eſt, quòd in magna laude ducitur, vt filij Iuda, & filij Iſraël, qui ante captiuitatem habebant duos Reges, poſt reuerſionem ſuam *ponant ſibimet Caput vnum.* Quod perinde eſt, ac ſi diceretur: multò præſtantius eſt *ab vno Capite*, quàm à duobus gubernari. Alterum verò illud, quod iam perpendo, hoc ipſum eſt, quòd iſta verba (*Vnum Caput*) ſimul intelliguntur de duobus quidem, non tamen ex æquo præfuturis, ſed quorum vnum alteri ſubſit. Nam per *Caput vnum*, intelligitur primùm Zorobabel, deinde Chriſtus: Zorobabel velut figura Chriſti, Chriſtus autem velut res ipſa, & veritas figurata. Cumque Propheta de gubernatione populi Dei, & Eccleſiæ Chriſti loquatur, meritò hinc concludam, & Monarchiam ſeu Primatum vnius Paſtoris cuilibet alteri politiæ in Eccleſia Chriſti præferendam eſſe, & vnum Caput toti Eccleſiæ tunc præeſſe, quandò is, qui præeſt,

Figura & veritas vnum ſunt. non ſuo, ſed Chriſti nomine præeſt. Nam vt Zorobabel figura Chriſti, & Chriſtus ipſe, non duo, ſed vnum Caput conſtituunt: ſic multò magis Chriſtus, & Vicarius CHRISTI non duo Capita, ſed vnum conſtituunt. Longiùs quippe abeſt à Chriſto figura, quàm Vicarius Chriſti: proptèrea quòd illa obſcurior imago Chriſti eſt, quàm hæc. Nam Vicarius Chriſti etiam nomen Chriſti præ ſe fert, & vbique ſe fatetur Chriſti miniſtrum eſſe. At figura Chriſti fert quidem obſcuram Chriſti ſpeciem, non tamen præ ſe fert Chriſti nomen, adeò vt multi Iudæi nunquàm intellexerint, Zorobabelem eſſe figuram Chriſti. Cæterùm non modò Chriſtiani omnes, verùm & Iudæi, & Pagani per vniuerſum orbem, qui ſaltem nobis inter nos cognitus fuit, probè nouerunt, Pontificem Romanum non niſi in perſona Chriſti, & velut Vicarium eius, toti Eccleſiæ præeſſe.

Quàm longè verò à Spiritu Prophetæ huius remoti ſunt, qui ſtatum popularẽ cum Ariſtocratia temperatum in Eccleſia Dei regenda præferunt? Hoc quippe eſt, non vnum Caput, ſed infinita Capitum millia ſibimet ponere. Si enim quilibet Epiſcopus, quilibet Presbyter, quilibet Diaconus, atque etiam quilibet de plebe Chriſtiana (ſic enim Proteſtãtes volũt) ex æquo ad gubernandam Dei Eccleſiam concurret: nónne infinita millia Capitum erunt? Nónne igitur peiùs cum Chriſtianis agetur, quàm actum eſt cum Iudæis ante Captiuitatem Babyloni-

3. Reg. 12. cam? Graue ac pernitioſum illis fuit, à duobus Regi Capitibus: & ideo Propheta in magno beneficio duxit, quòd poſt Captiuitatem finitam ſibimet ponerent *Caput vnum.* Et nunc vno Capite viſibili relicto, ad Capita non duo, ſed infinita reuertemur? Idq; faciemus illis auctoribus, qui ſe reformatores Eccleſiæ haberi volunt? O tempora, ô mores! Quis non videat, iſtos homines præ odio, quod contra legitimum Paſtorem & Pontificem ſuum conceperunt, recti iudicij examen perdidiſſe, & pro veritate mendacium amplexos eſſe? Quantum verò bonum Eccleſiaſtica Monarchia ſit, non tantùm Oſee & Ezechiel, verùm etiam Daniel prædixit. Poſtquàm enim de quatuor Monarchijs ordine ſibi ſuccedentibus apud Regem Nabuchodo-

noſor

noſor prophetaſſet, mox adiunxit: *In diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod* Daniel.ca.2.
in æternum non diſsipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem, & cõſu-
met vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum, ſecundùm quod vidiſti, quòd de monte abſciſ-
ſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum. In quæ
verba Danielis B. Hieronymus ita ſcribit: *In fine horum omnium regnorum auri, argenti, æris,*
& ferri, abſciſſus eſt lapis Dominus atque Saluator ſine manibus, id eſt, abſque coitu & humano ſe-
mine de vtero virginali, & factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. Regnum igi-
tur Chriſti, quod alia omnia regna comminuet, ab illo die ortum eſt, in quo *lapis abſciſſus eſt*
de monte, id eſt, Chriſtus de Maria, *ſine manibus,* id eſt, abſque humano ſemine. Ortũ, inquam,
eſt regnum Chriſti ab ipſa natiuitate eius, quod nunquam finietur. Nam *regnabit in domo Ia-* Lucę 1.
cob in æternum, & regni eius non erit finis. In fine autẽ ſeculorum omniũ, hoc ipſum Chriſti re-
gnũ manifeſtabitur vniuerſo mundo. *Tunc enim* (vt etiam Daniel prædixit) *regnũ, & poteſtas, &* Danielis.7.
magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cælum dabitur populo Sanctorum Altiſsimi, cuius regnum, re-
gnum ſempiternum eſt, & omnes Reges ſeruient ei & obedient. Cæterùm illud Chriſti regnum,
quod in die iudicij cunctis manifeſtum erit, non negabitur, opinor, iam nunc incœptum eſſe,
& ab ipſo Chriſti aduentu in carnem, quotidie augeri & propagari. Regnat ergo Chriſtus in
terris etiam nunc. Quòd ſi iam in terris regnat: quo in loco habendi ſunt, qui putant Eccle-
ſiam Chriſti aut populariter, aut ſaltem partim populariter, & partim ab Optimatibus guber-
nari? Aliud quippe regnum in terris Chriſtus non habet, præter Eccleſiam ſuam, quæ regnum
cœlorum eſt.

Si ergo Eccleſia regnum eſt, quàm blaſphemè Proteſtantes docent, Eccleſiam Chriſti
non ab vno, ſed à pluribus, atque adeo ab infinitis ſimul & ex æquo præſidentibus adminiſtra-
ri? An illud regnum eſt, quod à populo, aut etiam à multis æquali poteſtate præditis guber-
natur? An ipſa natura nos non docet, vt Rempublicam à pluribus, ſic regnum ab vno præci-
puè regi? Daniel cùm enumeraſſet Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum, & Romanorum re-
gna, ſubiunxit: *In diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſ-* Danielis 2.
ſipabitur. Regnum verò, quod in diebus Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum
Deus cœli ſuſcitauit, non eſt aliud, quàm Chriſti Eccleſia. Quemadmodum igitur illa regna
quatuor ab vno potiſsimùm Rege, & illo viſibili gubernabantur: ſic etiam Eccleſia guberna-
bitur ab vno Rege Chriſto, & illo viſibili. Ac viſibili quidem in ſeipſo, tùm ab initio regni
ſui, quod in terris olim plantauit, tùm in fine ſeculorum, quando in carne rediens, regnum
ſuum ad æterna habitacula transferet: viſibili autem, per hoc intericctum tempus, in Vicario
ſuo, qui vices viſibilis eius perſonæ gerit, & nomen Domini ſui profitetur. Ita fit, vt & re-
gni forma in Eccleſia conſpiciatur, & per ea, quæ videntur, ea quæ non videntur intelligan-
tur. Poſtremò quæ apud Prophetas de collectione & congregatione diſperſorum in vnum Pſal 105.146
leguntur, eò pleraque pertinent, vt ſignificent, omnes Gentes poſt Chriſti aduentum non fu- Iſai.11.& 49.
turas ſub diuerſis Religionibus & Sacerdotibus Idolorum, ſed ſeruituros Chriſto in vna fi-
de, & religione, ſub vno Paſtore inuiſibili Chriſto I E S V, & vno viſibili Vicario eius, cui ipſe Ioan.21.
oues & agnos ſuos commendauit. Proferamus in mediũ pauca vnius Prophetæ verba, vt inde
ſciatur, quid etiam de ſimilibus ſacræ Scripturæ locis iudicandũ ſit. Ieremias ait: *Audite verbũ* Ierem.31.
Domini gentes, & annunciate in Inſulis, quæ procul ſunt, & dicite: Qui diſperſit Iſraël, congregabit
eum, & cuſtodiet eum ſicut Paſtor gregem ſuum. Redemit enim Dominus Iacob. & liberabit eum de
manu potentioris. Nõ ergo quælibet cõgregatio diſperſorũ in Prophetis intelligitur, ſed eiuſmo-
di, vt tanquam Paſtor gregem ſuũ, ſic Chriſtus populum ad ſe congregatum cuſtodiat Nónne
vnius gregis vnus eſt Paſtor? Nam ſi fortè plures fuerint Paſtores: aut ſub vno Paſtore primo
ſunt, aut certè non eſt eorũ vnus grex. Quòd ſi greges diuerſi ad nullam viſibilẽ vnitatem col-
lecti in Eccleſia fuerint, iam nõ congregantur Fideles in vnũ, nec cuſtodiũtur, ſicut Paſtor cu-
ſtodit gregẽ ſuum. Bonus enim Paſtor vult gregem ſuum eſſe vnum, nec eadem paſcua duos
greges pacificè ac tranquillè ferunt. Ac nimirum, ſi tam inſignes viri, tã iuſti, & perfecti, quales
Abrahã, & Lot erant, nõ poterant ſuos greges ſimul paſcere, quin iurgiũ inter ipſorum Paſto-
res futurum eſſet (ideoq; *Abram dixit ad Lot: ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores* Geneſ 13.
meos & paſtores tuos: fratres enim ſumus) quæ ſpes eſt, pacem inter alios Paſtores, qui minus
iuſti, & minus perfecti ſunt, vel ad paruum tempus duraturam, niſi vni Paſtori primo, & ei
viſibili ſubijciantur, in cuius vnitate & vnum ſint, & vnitatem ſeruent? Atque hæc de vetere
Teſtamento ſumpſiſſe ſatis erit.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM
Libri Quinti.

QVIA Chriſtus cœpit facere & docere: *primùm ex factis, ac deinde ex doctrina eius oſtendemus, vnũ viſibilem Paſtorem toti Eccleſiæ militanti præeſſe debere. Tum autem Apoſtolorum & verba, & facta, quæ ad hoc propoſitum ſpectabunt, in medium proferemus: id præcipuè intuentes, vt non ferè admiſceamus ea, quæ propriè pertinent ad Primatũ Petri, de quo in Sexto libro dicetur. Deniq; rationes pleraſq; in vnũ colligemus, ob quas oporteat vnum Paſtorẽ cæteris omnibus præponi.*

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ,

LIBER QVINTVS.

Vnum Paſtorem cæteris omnibus, qui Euangelium per Orbem prædicant, præeſſe debere: quia Chriſtus, dum in terris agebat, cæteris Apoſtolis & Diſcipulis viſibili ratione præfuit. In quo viſibili Primatu ſuo niſi Chriſtus Vicarium inſtituiſſet, aliter nunc ab omnibus ſuis cognoſceretur, quàm cognitus eſt in primitiua Eccleſia.

CAPVT I.

Primitiua Eccleſia.

ETSI non negem, quin primitiuæ Eccleſiæ nomen multò latiùs accipi queat: tamen ſine omni controuerſia per primitiuam Eccleſiam nihil priùs, aut magis propriè intelligitur, quàm illa Eccleſia, quæ ſub ipſo Chriſto adhuc apud homines agente, nata ac enutrita eſt. Nihil enim magis primitiuum eo, quod omnium eſt primum, cogitari poteſt. Quid verò priùs in religione ac fide Chriſtiana extitit, quàm illa Eccleſia, quæ Chriſtum audiuit prædicantem, quæque ipſum noui Teſtamenti Sacramenta inſtituentem coràm aſpexit? Quæcunque igitur gubernatio in Eccleſia Dei eſſe debet, ea nec ab alio principio primo, quàm ab ipſo Chriſto meliùs deduci, nec ad aliud exemplar conformari ſecuriùs poteſt, quàm ad illud, quod Chriſtus ipſe primus in ſeipſo, atque in primitiua Eccleſia ſua expreſsit. Decuit enim, tùm *vt ille omnem impleret iuſtitiam*, tùm vt Eccleſia ſubſequens primitiuæ illius imitaretur exemplum. (Matth. 3.) Quæ res in alijs omnibus cauſis permultùm, in illa verò, quæ maxima omnium eſt, meritò plurimùm valere debet. Quid autem in Chriſti factis maius vel obſeruatu dignius inueniri poteſt, quàm ordo & modus, quo, dum in terris ageret, Rempublicam Chriſtianam gubernauit? Cætera enim Chriſti facta pertinent ferè ad ſingulos, alia (vt fit) ad alios: verùm ordo & modus gubernandi complectitur planè tam ſingulos, quàm vniuerſos: niſi fortè membrum Eccleſiæ Chriſti eſſe ac manere poteſt, qui vel neſciat, quod ſit Caput ſuum, vel eius imperiò non obediat. Deus autem dedit *Chriſtum Caput Eccleſiæ ſuper omnia*. Non temerè igitur, opinor, ſed grauiſsimis de cauſis affirmo, illum in primis ordinem ac modum nobis obſeruandum eſſe, quem Chriſtus in gubernanda primitiua Eccleſia ſua tenuit. (Ephes. 1.) Nam vt omnibus myſtici corporis ſui membris, cuique in ſuo genere conſuleret: tam cùm ijs, qui mortales erant, mortalis & ipſe, vſque ad mortem ſuam verſabatur: quàm eos, qui iam ad immortalitatem tranſierant, per reſurrectionem immortalis factus ad ſe collegit. Quid verò fiat in illo immortali ſtatu, quo iam Chriſtus cum ſuis fruitur, nos adhuc neſcimus: ſciemus autem per gratiam Dei

ſuo

ſuo tempore. Quid verò in hac vita Chriſtus geſſerit, hoc in primis ob oculos nobis, qui adhuc viuimus, proponi debet.

Nemo ſanè ignorat, Chriſtum in hoc mundo agentem rexiſſe Eccleſiam ſuam ritu eo, qui propriè ad vnius principatum pertinet. Nec enim aut ipſe, dum vixit, populo ſuo Eccleſiam commiſit gubernandam: aut Optimates aliquos in ſocietatem æqualem ſui Principatus admiſit. Solus vocauit ad ſe Diſcipulos, ſolus binos & binos ad prædicandum miſit, ſolus duodecim Apoſtolos, non in quandam æqualitatem regiminis, verùm in miniſterium diſpenſationis adſciuit. Solus inſtituit Sacramenta, quibus cæteri fideles initiarentur. Habemus igitur, quod maximè optandum erat, formam & exemplum ipſius Chriſti, ad viſibilem Eccleſiæ Primatum, quem iam defendimus, ſtabiliendum. Negare non potes Lutherane, militantem Dei Eccleſiam fuiſſe in longè perfectiſsimo ſtatu ea die, qua Chriſtus eam velut manibus ſuis formabat, & ore proprio moderabatur. Tunc autem regebatur ab vno Paſtore primo, & eo viſibili ac mortali. Qua ergo audacia tibi ſumis, vt illam Reipublicæ formam, quæ Chriſto placuit, euertere, ac in aliam transferre velis? Putáſne meliùs regi Eccleſiam nunc poſſe, quàm à Chriſto adhuc mortali regebatur? Ille rexit militantem Eccleſiam, velut Princeps vnus ad vniuerſæ Reipublicæ gubernacula præſidens. Et nunc vis plures ſimul, atque adeò penè innumerabiles Epiſcopos ac Presbyteros, imò plebem totam ad eiuſdem Reipublicæ gubernacula ſedere? At nos ab ipſius Chriſti rebus in Eccleſia primitiua geſtis docemur, qualem poſtea gubernationem in reliqua Eccleſia ipſius expectare debeamus. Nam vt Chriſtus, dum in carne ambularet, Apoſtolos primùm, deinde alios Septuaginta Diſcipulos inſtituit, fratres quidem vocans quoſcunque Fideles, verùm ipſe interim ſummam rerum ſolus adminiſtrans: ſic eo in cœlum aſcendente, alius Eccleſiæ Paſtor, qui ab ipſo inſtitueretur, expectandus erat, qui vice ac nomine Chriſti & Epiſcopos ſibi inſtar Apoſtolorum tanquàm fratres adiungeret, & Presbyteros inſtar Diſcipulorum Domini certis Eccleſijs præficeret, cùm interim ſolus ipſe grauiſsima quæque negotia expediret. Nondum eò peruenimus, vt doceamus, quid Chriſtus in huius primi Paſtoris inſtitutione dixerit ac præceperit. Illud oſtendetur ſuo loco. Nunc manifeſtiſsimam Chriſti gubernationem ab Eccleſia imitandam eſſe, non abs re mihi vrgere videor. Nam vnde poſſumus ſperare ſapientiorem Magiſtrum? Aut nónne cœpit IESVS *facere* primùm, ac poſtea *docere*? Doctrinam mox audiemus: nunc facta eius perpendamus. Ex magna auditorum turba quoſdam vocauit ad fidem in ſe habendam, qui dicebantur eius Diſcipuli. Ex illis elegit *Duodecim Apoſtolos*, velut Senatum fidelem, cuius miniſterio maiora quæque perficeret: mox alios etiam *Septuaginta*, inferiore quadam poteſtate præditos miſit ad prædicandum, velut qui viam ei apud rudem populum pręparárent. His omnibus ipſe vnus præfuit, vtpotè qui *verba vitæ æternæ habebat*. Hunc gubernationis modum Eccleſia Catholica hodie tenet, eundemque tenuit permultis iam ſeculis, etiam ex Aduerſariorum confeſsione. Multi enim Presbyteri mittuntur, velut Segtuaginta Diſcipuli, ad prædicandum in minoribus oppidis IESV Chriſti Euangelium. Illis maiores ſunt Epiſcopi, velut Apoſtolorum chorus. Demum Pontifex vnus, inſtar Chriſti, præeſt omnibus, omneſque in vnum Ouile, non ſuum, ſed Chriſti congregat. Nec enim Vicarius Chriſti de ſuo, ſed tantùm de Chriſti nomine, nos Chriſtianos vocat. Nam qui aut à Donato Donatiſtæ, aut à Luthero Lutherani, aut à Caluino Caluiniſtæ appellantur: ij vel ex ipſo nomine produnt, ſe non Chriſti, verùm Antichriſti gregem factos eſſe.

Matth. 4. Lucæ. 10. Math. 4. Ioan. 3. & 4.

Prima ratio.

Actor. 1. Ioan. 2. Marci. 3.

Lucæ. 10.

Ioan. 6.

Quid tibi videtur, ô amice? Vtrum Apoſtolis tranſeuntibus, nulli Paſtores ſuccedunt in eorum loca? Nónne alij iam ſunt, qui doceant & baptizent omnes gentes? Nónne ſunt, qui iam prædicent inſtar Septuaginta Diſcipulorum? Ex forma igitur illa, quæ, Domino in terris agente, recepta eſt, duas partes infimas retinebis: & illam, quæ fuit prima omnium, relinques? Erant Diſcipuli Paſtores gregis Domini: erant Apoſtoli eiuſdem gregis in altiore quodam gradu Paſtores. Erat Paſtorum omnium primus, Paſtor IESVS Chriſtus. Tu ergo in Eccleſia hodie das mihi Epiſcopos, & Presbyteros inſtar Apoſtolorū & Diſcipulorū Domini: & nō das aliquem ſummum Pontificem inſtar ipſius Chriſti? Das quod minus, quodque in Eccleſiæ gubernatione erat inferius: & non das, quod totius gubernationis principium eſt & caput? Reſpondebis (opinor) Chriſtum nō amiſiſſe Pontificatum ſuum, ſed manere in æternum Eccleſiæ Caput: & ideò neminem aut perſonam eius, aut vicem gerere. At Paulus cùm dixiſſet, *ſe illi donare, cui Corinthij donarent*, addidit ſe id facere, *propter illos in perſona Chriſti.*

Epheſ. 4.

Obiectionis remotio.

2. Cor. 2.

T Cùm

Cùm igitur Paulus perſonam Chriſti geſſerit, eſt profectò modus quidam, per quem ma-
2.Cor.5. nente in æternum Pontificatu Chriſti, viſibilem eius perſonam alij ſuſtinere poſſunt. Lega-
ti enim perſonam eius gerunt, à quo mittuntur. Apoſtoli verò *fungebantur legatione pro Chri-
ſto*. Si ergo multi poterant perſonam Chriſti repræſentare: multò minus à verò abhorret, vt
vnus quiſpiam id ipſum præſtare potuerit. Vnus enim ab vno, quàm à multis, ſignificantiùs
exprimitur & repræſentatur. Deinde quemadmodum Chriſtus in æternum ſolus manet Ca-
put Eccleſiæ ſuæ ſecundùm infuſionem ſpiritalis gratiæ omnemque actum internum & inui-
ſibilem: ita hodie non manet ſecundùm carnem & aſpectum exteriorem Caput Eccleſiæ
ſuæ, illo viſibili adminiſtrandi Principatus ſui modo, quem olim, dum viueret, exhibuit. Au-
diſne hodie prædicantem in auribus tuis Chriſtum? Vidéſne caſtra & ciuitates obeuntem,
cõuocantem Apoſtolos, mittentem Diſcipulos, expellentem dæmones, adminiſtrantem Sacra-
cramenta Corporis & ſanguinis ſui? Et tamen hæc omnia geſsit in carne ſecundùm viſibilem
Principatum ſuum. Quid ergo iam actum eſt de illo viſibili & externo Principatu Chriſti?
Vtrum perijt? Ergóne periturum aliquid Chriſtus (vt Caput Eccleſiæ ſuæ) aut vnquàm geſ-
ſit, aut in Eccleſia gerendum præ ſe tulit? An verò idem Principatus in cœlum tranſijt? At
quis ibi dicat prædicatores mitti, dæmones expelli, aut Sacramenta miniſtrari? Denique ſi
Viſibilis Prĩcipatus, quẽ Chriſtus ſemel geſſit, ſemper durat. Apoſtolorum & Diſcipulorum dignitas, quæ minor fuit, non perijt, ſed in Eccleſia hodie ex-
tat: cur ille dignior Principatus Chriſti pro illa parte, qua viſibilis fuit, perijſſe dicitur? Nam ſi
Apoſtolorum viſibilis dignitas reperit viſibiles Succeſſores, in quibus vigeret: quantò magis
illa viſibilis dignitas Chriſti, quam nunc nec in cœlo (quia ibi non eſt neceſſaria) nec in ter-
ris per ſeipſum exercet (quia hic ipſe non videtur) quantò magis, inquam, illa viſibilis digni-
tas Chriſti nõ perijt funditus, verùm in vno Pontifice inſtar Chriſti præſidente, vſq; ad con-
ſummationem ſeculi perſeuerat? Nihil enim eorũ, quæ Chriſtus in terris geſſit, multoq; mi-
nus id, quod omnium ferè Caput erat, ita perire potuit, vt non impleretur in Chriſti corpo-
re, quod eſt Eccleſia. Quæ (obſecro) eſt, ſi hæc non eſt profunda cæcitas? Feliciſsima erat
Eccleſia Chriſti, dum viſibiliter ab ipſo regebatur: & beata hodie meritò creditur illa Ec-
cleſia, quæ ſaltem quàm proximè ad tempus viſibilis præſentiæ Chriſti accedit. Verùm illa
Nota. Eccleſia propiùs ad Chriſti tempus accedit, quæ inſtar temporis Chriſti vnum Paſtorem alijs
omnibus præſidentem habet, quàm quæ non habet: Romanæ igitur Eccleſiæ Societas, in qua
vnus Paſtor alijs omnibus præſidet, felicior eſt Lutheranorum & Caluiniſtarum eccleſijs, in
quibus Paſtor vnus alijs omnibus non permittitur præſidere.

Fruſtrà nunc mihi occinis de Spiritu Chriſti, à quo totum corpus Eccleſiæ regitur. Ego
enim illud tibi nunquàm negauerim. Spiritus Chriſti regebat Eccleſiam, ipſo in terris degen-
te. Idem Spiritus eandem Eccleſiam & rexit, antequàm carnem aſſumeret, & iam regit, Chri-
ſto in cœlum aſſumpto. Cæterùm vt Spiritus & Deitas Chriſti carnem in perſonam Filij Dei
aſſumpſit, ac per eam velut per inſtrumentum vnitum viſibiliter ad tempus Eccleſiam rexit:
ſic *in honorem illius carnis*, credimus eundem Spiritum Chriſti ſemper adhibere viſibilem al-
terius hominis carnem, velut inſtrumentum remotius quidem, ſed tamen inſtrumentum, per
quod viſibiliter regat Eccleſiam ſuam. Nam ſi Chriſtus ipſe nunquam in carne cum grege
ſuo verſatus fuiſſet, ſi palàm non prædicaſſet, ſi ad prædicandum alios externæ vocis inſtru-
Ioan.20. mento non miſiſſet, dicens: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*: ſi denique redemptionem
noſtram per carnem & ſanguinem ſuum non fuiſſet operatus, verùm Spiritu hæc omnia iam
inde ab initio peregiſſet: profectò nunc etiam diceremus, ſolum Spiritum Chriſti ad omnia,
quæ in Eccleſia peragi debent, ſufficere, abſq; eo quòd alius quiſpiam viſibiliter hæc in ipſius
Chriſti nomine adminiſtraret. Cæterùm quia dum Chriſtus in terris agebat, eam Eccleſiæ
gubernationem, quæ in æternum duratura eſſet, tam verbo, quàm exemplo, per viſibilem Prin-
cipatum ſuum primus inchoauit: qua iam ratione aſſeritur, Eccleſiã Chriſti aliter poſtea gu-
bernandam eſſe, quàm ſicut ab ipſo, dum viueret, gubernata eſt? nónne ideo de cœlo deſcendit,
vt nos doceret tùm alia omnia, quæ ſciri expediebat, tùm in primis fidei veritatem, quæ co-
gnitu maximè neceſſaria eſt? Libet enim non ſolùm in rem geſtam, verùm etiã in rationem
rei paululum inquirere. Multi erant Pſeudoprophetæ in mundo. Multi ſurrexerunt Ma-
giſtri mendaces, qui plebem ſeducebant. Ad mendacia illorum refellenda, & *ad opus diaboli*
1.Ioan 3. Ioan.10. *diſſoluendum*, Chriſtus in mundũ venit. *Omnes* (inquit) *quotquot venerunt*, (*à ſeipſis*, & antequã
ego mitterem eos) *fures ſunt & latrones. Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat.* Quid
ergo medicinæ attulit Chriſtus cõtra hoc malum? *Ego* (inquit) *veni, vt oues vitam habeant, &*
abundan-

abundantius habeant. Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Nemo autem ignorat, modum quo efficitur, vt oues Chriſtum cognoſcant, fidem eſſe. *Fides autem eſt ex auditu, auditus verò per verbum Chriſti.* Quapropter ſi auditus Euangelij ad hoc neceſſarius eſt, vt oues Chriſtum cognoſcant, & id non ſolùm intelligitur de interiore, verùm etiam de exteriore auditu (ſecundùm quod ſcriptum eſt: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*) profectò exterior auditus, per quem Chriſti vox in auribus multitudinis inſonuit, ita pertinuit ad cognitionem Chriſti, vt in hodiernum diem Chriſtus non aliter ſecundùm vſitatam rationem cognoſci queat, quàm per auditum Euangelij. Atqui cùm Chriſti vox hodie non ſonet in auribus noſtris: quomodo iam illum cognoſcimus, niſi quia alius quiſpiam à Chriſto miſſus, hanc vicem ſupplet? Rom. 10.

Dices, multos Paſtores hanc vicem ſupplere. Fateor. Sed niſi inter iſtos multos vnus quiſpiam emineat, qui perſonam viſibilem Chriſti ſupra cæteros gerat: nego huic rei ſatisfa- ctum eſſe. Nam dum Chriſtus vixit, erant permulti Apoſtoli & Diſcipuli, qui baptizabant, & Euangelium prædicabant, vt ex ipſis Euangelijs manifeſtè liquet. Sed præter illos omnes erat vnus Chriſtus omniũ moderator ac Princeps. Da mihi ergo multos prædicatores Euangelij ſub vno prædicatore primo: & video imaginem Eccleſiæ primitiuæ. Sin des mille prædicatores, qui nullum ſuperiorem agnoſcant, ſed in mille ſectas plebem diuidant: tu hanc defendis veram Eccleſiæ formam ac typum eſſe? Erras, ſi ita putas. Nam vt eo tempore, quo Chriſtus apud nos vixit, *oues cognouerunt vocem eius*, non ſolùm per internam operationem, ſed præterea per auditum auris, & per viſibilem ipſius Principatum: ſic in æternum oportet vt ſit vnus viſibilis Paſtor ſupra cæteros, per cuius exteriorem auditum Chriſtus cognoſcatur. vt ita oues Chriſti & audiant vocem primi Paſtoris, & per communionem, quàm cæteri Paſtores cum illo habent, in æternum ſciant, qui ſint veri Paſtores gregis Domini. Qui enim non colligit cum primo Paſtore, qui vice Chriſti ſecundùm carnem olim prædicantis præſidet, is vtique diſpergit gregem, & Antichriſtus eſt. Etenim quemadmodum Chriſtus non ſpiritum, ſed carnem ab oculis noſtris abduxit: ſic Vicarium accepit, non ſecundùm Deitatis ſpiritum, qui vbique eſt præſens, verùm ſecundùm carnis ſuæ repræſentationem, quæ ſua caro à nobis hoc tempore abſcondita eſt. Etenim *iam non nouimus Chriſtum ſecundùm carnem.* Eſt igitur præſens nobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi ſecundùm ſpiritum. At ſecundùm carnem videmus & audimus Chriſtum in Vicario eius, qui Principatum ipſius externum & viſibilem in oculis auribuſque noſtris, non in mentibus ſupplet. Si multos das Vicarios vnius Chriſti, non eius omnino prædicationem & officium (quia is & vnus Princeps erat, & ſupra cæteros omnes viſibili voce ac ritu ſuam Eccleſiam gubernauit) ſed neſcio quam prædicationem aliam, quæ ab vnitate non regitur, exprimere conaris. Non igitur poteſt cognoſci Chriſtus, hoc eſt, veritas & fides per talem prædicationem, nec in Chriſti nomine venit, qui vnitatem ipſius perſonæ propriam, in eius Eccleſia non admittit. Quid hoc in loco prætexent Magdeburgenſes? Verum negabunt, Chriſtum toti Eccleſiæ ſuæ omnibuſque eius Paſtoribus velut ſummum Paſtorem olim præfuiſſe? At in priore Libro primæ Centuriæ, viſibilem Primatum Chriſti vltrò concedunt, nec vel vno verbulo eum labefactare conantur. *Etſi verè* (inquiunt) *eſſet ſummus Sacerdos (Pſalm. 110.) tamen titulum ſibi arrogare noluit, ſed res ipſas ad Pontificem pertinentes exequitur. Primò tradit cæleſtem doctrinam illuſtriùs, quàm vllo vnquàm ſeculo factum erat: adminiſtrat Claues regni cælorum, Matth. 9. quæſtiones perplexas & obſcuras tam Apoſtolis, quàm aduerſarijs ſoluit. Secundò, orat pro toto mundo, Ioan. 17. Tertio, Sacrificium præſtat pro toto mundo. Alios quoque ad iuuandum miniſterium docendi, è reliquo cætu adſciſcit, nempe duodecim Apoſtolos, & Septuaginta quos ante ſe binos ablegat. Hæc Magdeburgenſes.*

Benedictus Deus, qui tam perſpicuè viſibilem vnius Paſtoris Primatum in ipſa radice ac origine prima reuelauit, vt ea res negari nec ab ijs queat, qui eundem viſibilem Primatum in Eccleſia, quæ ab eadem radice pullulat, vehementer oppugnant. Magdeburgenſes Eccleſiæ Chriſtianæ hiſtoriam per ſingula ſecula in ſingulis Centurijs memoriæ prodituri, nec aliud æquè molientes, quàm vt negent, Primatũm aliquem viſibilem in Eccleſia primitiua extitiſſe, coguntur à Chriſto primùm incipere. *Quis enim poteſt aliud ponere fundamentũ, præter Ieſum Chriſtũ?* Aut quæ fuit Eccleſia primitiua, ſi nõ illa primùm, quæ Chriſtũ in carne vidit? A Chriſto autẽ incipientes, viſibilẽ vnius Paſtoris Primatũ in eo primũ & vident, & quanquã inuiti, tamen neceſſitate cõpulſi cõfitentur. Deinde cùm dicãt, ſe velle omnia reducere ad

Marginalia: 2 Ratio. Ioan 3. — Nota. — 2. Cor. 5. — Magdeburgẽſes in Centuria. 1. lib. 1. c. 7. pa. 268. 269. 270. — 1. Cor. 3.

origines primas, & ad Eccleſiam primitiuam, nec poſsint negare, quin totius Eccleſiaſticæ
gubernationis origo prima Chriſtus exiſtat, & Eccleſiæ primitiuæ forma & regula ab ipſo
Chriſto peti maximè debeat: tamen & fatentur, Chriſtum omnibus Apoſtolis, & Septuaginta
Diſcipulis viſibili quadam ratione ſolum præfuiſſe, & ſuper hoc fundamentum ædificare co-
nantur iſtam propoſitionem ſpuriam & adulterinam, *quòd vnus Paſtor ſupra cæteros in tota mi-*
Inepta Magdeburgenſiũ concluſio. *litante Eccleſia eſſe nõ debeat.* O præclaram Magdeburgenſiũ concluſionem! Nã ita mihi con-
cludere videntur: Chriſtus fuit primus Eccleſiæ Chriſtianæ Paſtor: Illius exemplũ cæteri Pa-
ſtores, niſi perire in æternum velint, ſequi neceſſariò debẽt: Is dum viueret, Paſtoribus multis
in ipſa primitiua Eccleſia vnus præfuit: Ad primitiuam Eccleſiã omnia quæ ſequuntur ſecula
reduci debent: Ergo hodie in Eccleſia nõ vnus Paſtor ſupra cæteros (vt ſub Chriſto factũ eſt)
verùm innumerabiles æquali poteſtate præditi (quod ſub Chriſto factum non eſt) præeſſe de-
bent. Nónne iſta eſt Magdeburgenſium & omniũ Pſeudoeuangelicorũ ratiocinatio? Certè cõ-
cluſionem ipſorum eſſe, nunquàm negabunt. Negant enim, & conſtanter negant, vnũ Paſtorẽ
hodie cæteris Epiſcopis viſibili forma præeſſe debere. Confitentur verò, & Chriſtum in car-
ne apparentem fuiſſe primum Eccleſiæ primitiuæ Paſtorem, & illum omnibus Diſcipulis atq;
Apoſtolis vnum præfuiſſe, quæſtionesq; perplexas & obſcuras ab illis propoſitas ſoluiſſe. Por-
rò vbiq; clamitãt, & vociferantur, omnia debere in Eccleſia hodie geri, ſicut geſta ſunt in Ec-
cleſia primitiua: nec poſſunt Chriſti Primatũ à tempore primitiuæ Eccleſiæ ſeparare, aut aliun-
de veriùs, quàm à Chriſto Eccleſiam primitiuam incipere. Concludunt igitur, ideo non de-
bere vnum Paſtorem in Eccleſia hodie Primatum gerere, quia vnus Paſtor Chriſtus in Ec-
cleſia primitiua Primatum geſsit.

Dicet aliquis, quòd Eccleſiã primitiuã non inchoant Magdeburgẽſes niſi à tempore Apo-
ſtolorum. At Centuriæ Magdeburgenſium omnes ad Eccleſiam Chriſtianam ſolùm pertinẽt,
& prima Centuria nominatim proſequitur Eccleſiam primitiuam. Cẽturiæ autem primæ Li-
ber primus proponit nobis viſibilem gubernationem, qua Chriſtus in Eccleſia præfuit. Igitur
Præfectura Chriſti ex Magdeburgenſium confeſsione pertinet ad Eccleſiam primitiuam.
Quanquàm enim Chriſtus nondum manifeſtè diſſoluerat totum legis Moſaicæ ritum: tamen
& ipſe inſtituerat iam nouæ legis Sacramenta, & Diſcipulos miſit ad prædicandum, & illi ba-
Ioan. 4. ptizabant alios, & omnes veniebant ad Chriſtum, *& Ieſus plures Diſcipulos faciebat & baptiza-*
bat, quàm Ioannes. Baptiſmus verò, qui non datur niſi ad petitionem eorũ, qui credunt in Chri
ſtum, eſt ipſa ianua, per quam ingrediuntur, qui Eccleſiæ Chriſtianæ membra fiunt. Erat igi-
tur Eccleſia quædam ſub Chriſto, & ea erat primitiua, & regebatur à Paſtore vno, qui alijs mul
tis Paſtoribus præſidebat. Sic hodie fit in Eccleſia Romana, hoc eſt, in ſocietate illa, quæ agno-
ſcit Romanum Pontificem, non quidem vnicum, ſed tamen primum Paſtorem ſuum. Sic non
fit in Eccleſia Lutheranorum, Caluiniſtarum, & Anabaptiſtarum. Igitur Eccleſia Romana ge-
rit ſimilitudinem Eccleſiæ primitiuæ, non item Eccleſiæ Pſeudoeuangelicorum. Nam quod
obijcitur de tempore Apoſtolorum, déque primitiua, quæ ſub illis fuit, Eccleſia, tanquam ea
fuerit à multis Paſtoribus æquali poteſtate gubernata: certò ſciat Lector, me in ſequẽte Libro
non minus clarè oſtenſurum, quòd ſolus Petrus alijs Apoſtolis præfuit, quàm nunc clarum
eſt, quòd ſolus Chriſtus & alijs Apoſtolis, & ipſi Petro etiam ſecundùm viſibilem externám-
Obiectionis remotio. que gubernationẽ præfuit. Relinquamus igitur Primatum Petri ſuo loco. Nunc vrgemus viſi-
bilem Chriſti Primatum. Nec dicat quiſquã, aliam eſſe hodie rationẽ Eccleſiæ, quàm ſub Chri-
ſto fuit: quia tunc in ſola Iudæa, nunc autem in omnibus gentibus Euangelium prædicetur. Nã
ſi nunc in terris ageret Chriſtus: quæro, vtrum ſecundùm carnem & viſibilem Præfecturam fu-
turus eſſet Eccleſiæ totius Paſtor primus, nécne? Si hodie futurus eſſet totius Eccleſiæ Paſtor
primus: iam videmus, illam differentiam, quæ allata eſt, nullius momenti exiſtere. Quanquàm
enim ſit aliqua differentia inter tempus illud, quo Chriſtus ſolis Iudæis euangelizabat, & hoc,
in quo etiam toti mundo euangelizatur: tamen illa differentia non eſt talis, quæ viſibilem Pri-
matum Chriſti etiam hodie à tota Eccleſia remouere poſsit. Poſitum enim eſt, quòd Chriſtus
etiam hodie, ſi in terris ageret, omnium gentium primus Paſtor ſecundùm viſibilem guber-
nationis modum futurus eſſet. Ad illum enim aſcenderetur ex omnibus gentibus, vt quæ-
cunque cauſſa nõ poſſet ab alijs Paſtoribus diſſolui, ſaltem à Chriſto ipſo definiretur. Sin dicas,
Chriſtum, etiamſi hodie in terris ageret, non fore ſupremum totius Eccleſiæ Paſtorẽ: iterum
abs te quærã, quis futurus eſſet etiã in externa & viſibili gubernatione æqualis Chriſto? Quòd
ſi nemo poſſet æqualis ei eſſe, profectò ſolus foret ſupremus omniũ. Cùm igitur ſi hodie Chri-
ſtus

ſtus apud nos ageret,futurus eſſet omnium ſupremus Paſtor:nihil ad rē pertinuit,vt diceretur, Chriſtum ideo fuiſſe in Iudæa ſupremum Paſtorem, quia tunc Eccleſia parua erat. Nam quantumuis magna vel hodie ſit,vel vnquam fuerit Eccleſia: tamē concedis,eum, ſi nobiſcum ageret, ſolum ei fuiſſe præfuturum.

At ineptè (inquies) totum hoc iam quæritur, quia Chriſtus noluit in terris agere poſt Eccleſiam vſque ad Orbis terminos dilatatam. Equidem fateor, noluiſſe Chriſtum iam inter nos mortalem agere. Sed ad hoc propoſita eſt quæſtio ,vt tu ipſe videres , non ideo eum recuſaſſe in terris agere , velut qui non potuerit totam Eccleſiam ſuam ex prima & principali Cathedra ſua regere, ſi adeſſet : verùm ob alias cauſas partim ipſi melius notas, partim nobis in Euangelio reuelatas. Dicebat enim: *Expedit vobis,vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclętus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos.* Ecce cur Chriſtus diſceſſerit : nō quia totam Eccleſiam vſque ad fines terræ propagatam regere ſecundùm carnis aſſumptæ inſtrumentum, aut non potuerit, aut noluerit : ſed quia expediebat nobis , vt accepto Spiritu eius ſancto,non iam in carne eius,oculos corporis, ſed in Deitate eius,oculos mentis noſtræ figeremus. Nā quicquid videtur ab hominibus,id non diuinum,ſed humanum potius exiſtimatur. Caro autē Chriſti non fuit hominis nudi, verùm filij Dei caro. Vt igitur caro, quæ videbatur, noſtram fidem non impediret,ablata eſt ab oculis noſtris, & ibi poſita , vbi crederetur potius per donum Spiritus ſancti, quàm videretur per oculos corporeos. Cæterùm qui totam militantem Eccleſiam per vnum Paſtorem primum, in Chriſti nomine præſidentem , regi & adminiſtrari vident , eo ipſo facilius admonentur, vt credant, Chriſtum eſſe Deum, qui gentibus vſque adeò & fide, & moribus, & municipalium legum varietate , & tanta linguarū confuſione diuiſis , tantum beneficij contulerit , vt iam ſit in toto mundo *vnum ouile Chriſti , & vnus Paſtor* . Nec enim ab orbe condito vllum miraculum tam diuturnum extitit , quàm hoc ipſum eſt,quòd,ex aduerſariorum etiam confeſsione,ad minimum per mille annos,tot gentes & Reſpublicæ vſque adeò ſecundùm externos ritus diuiſæ, vb vno viſibili Paſtorum Principe Chriſti vicario gubernari ſe paſſæ fuerint. Nos autem hunc viſibilem vnius Paſtoris Primatum etiam per mille quingentos annos perſeueraſſe,planum facturi ſumus. Verùm de his alias. Quod propoſiti noſtri hoc in loco fuit, id iam abſoluamus. Cœpimus enim demonſtrare, noſtram Eccleſiam debere ab vno viſibili Paſtorum Principe gubernari, quia Chriſtus Paſtorum omnium Princeps, Eccleſiam primitiuam ſupra cæteros Paſtores vnus gubernauit,nobis relinquens exemplum,quod intueri & imitari deberemus. Nihil enim primo cuiuſq; rei principio (maximè quod à Deo conſtituitur) perfectius eſſe poteſt. Principium autem gubernationis Eccleſiaſticæ in vnius Paſtoris viſibili Primatu collocatum eſt . Ex quo viſibili Primatu procreatur vnius Paſtoris ſupra cæteros omnes perpetuus quidam & ſemper viſibilis Primatus . Omne enim quod generat , vtique generat id , quod ſibi ſimile ſit , & non quod diſsimile . Is autem viſibilis & externus vnius ſupra cæteros omnes Paſtoris Primatus , qui fuit in CHRISTO IESV, generauit omnem Eccleſiaſticam gubernationem , quæ vnquàm poſtea extitit , quod nec Aduerſarij negant . Viſibilis ergo Primatus Chriſti alium viſibilem Primatum genuit , à quo primum in Petro , deinde in Succeſſoribus Petri , Eccleſia vſque ad conſummationem ſeculi gubernaretur. *Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid poteſt, fratres mei,ficus vuas facere,aut vitis ficus?* Sic neque vnius Paſtoris Primatus poteſt rectè atque ordine producere vel Optimatum , vel popularem gubernationem,ita vt ea ſit omnium ſuprema, & vnus interim toti Reipublicæ non præſit . Nam Chriſti Primatus non caruit quidem Optimatum gubernatione , cùm & Apoſtolos plures elegerit, & (quoad Apoſtolatus officium) pares omnino eſſe voluerit . Verùm ea viſibilis Apoſtolorum gubernatio primùm viſibili vnius Chriſti gubernationi, dū is vixit, ac deinde poſt Chriſti mortem, viſibili vnius Petri gubernationi ſuberat. Poterit igitur ſemper in Eccleſia quædam eſſe Optimatum gubernatio, modò ea ſit Primatui cuidam ſubiecta. Cæterùm vt viſibilis ille Primatus Chriſti producat aliam gubernationem in Eccleſia, in qua non ſit alicuius Paſtoris Primatus, hoc illud eſt, quod nego factū eſſe. At quælibet viſibilis Eccleſiaſtica gubernatio à Chriſti viſibili Primatu profecta eſt. Quò magis admiror,quo ſenſu præditi ſint qui negant, hodie aliquem eſſe viſibilem in Eccleſia Primatum. De facto & exemplo Chriſti hæc ſint dicta : nunc ad ipſius doctrinam accedemus.

Obiectionis remotio.

Ioan.16.

Ioan.10.

5.Ratio

Iacob.3.

Chriſtum per parabolas Euangelicas docuiſſe, quòd vnum ſub ſe Eccleſiæ ſuæ militanti præeſſe voluerit.

CAPVT II.

CHriſtus vocauit Eccleſiam ſuam militantem, *regnum cœlorum*, dicens: *Simile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo: inimicus autem ſuperſeminauit Zi-*
Matth. 13. *zania. Ager eſt mundus: bonum ſemen, ij ſunt filij regni: Zizania filij ſunt nequam.* Ex his cõ-
ſtat, quòd per *regnum cœlorum* nihil aliud intelligitur, quàm Eccleſia in hoc mundo adhuc militans, in qua & boni, & mali vſque ad meſſem, hoc eſt, vſque ad conſummationem ſeculi commiſcentur. Quòd ſi militans Eccleſia *regnum quoddam eſt*, (in ſola enim Eccleſia militante Zizania ſunt) vtique Eccleſia militans ab vno tantùm Rege gubernatur. Neque enim natura regni magis duos Reges, quàm mundi fabricatio duos Soles patitur. Iam verò tametſi Chriſtus ſolus militantis Eccleſiæ ſuæ Rex & Gubernator ſupremus exiſtit, gratiamque inuiſibilem ſolus in cordibus noſtris diffundit: tamen quatenus ea eſt viſibilis & mortalis, viſibiliaque & morti obnoxia membra complectitur, eam ſine viſibili & mortali Capite non adminiſtrat. Eſt
Sap. 8. enim Chriſtus *ſapientia Dei, quæ diſpoſuit omnia ſuauiter.* Atqui perabſurdum videretur, vt Eccleſia militans, quæ propriam regni conditionem per ſe habet, non etiam tali modo regeretur quo ipſa regnum eſt. Non modò enim Rex regno, ſed præterea tali regno Rex talis reſpondere debet, ibi præſertim, vbi nihil omnino aliter fit, quàm recta ratio ſtatuit fieri oportere.
1. Reg. 8. Quod, obſecro, eſt officium Regis? *Nônne vt ius dicat ſubditis? vtq; ante eos egrediatur, & bella ipſorum pugnet?* Vt verò Eccleſia regnũ ſpiritale eſt, ſic & ſpiritale ius in ea dicẽdum, & bellum ſpiritale in eius defenſionẽ ſacrendũ eſt. Verùm neq; ius, neq; bellum, quo de agimus, eo modo ſpiritale eſſe intelligitur, vt ſolo ſpiritu abſque omni corporis adiumento adminiſtrari queat. Nam in hoc ſpiritali regno verbum Dei corporalibus hominum auribus diſpẽſandum eſt, quia
Rom. 10. *fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* Itémque Sacramenta non aliter ſpiritui, quàm
1 Cor. 4. Actor. 15. per corpora & dantium & ſuſcipientium exhibẽtur. Quin etiam bellum, quod pro fide contra
Matth. 18. hæreticos ſuſcipitur, palam gerendum eſt per interpoſita Decreta & ſanctiones publicas. Denique tam Hæretici, quàm impij excommunicantur gladio ſpiritali, ſed eo, qui per os Paſtoris
1. Cor. 5. in Eccleſia enuncietur, & in totius populi conſpectu proferatur.

Nunc quæro à Proteſtantibus, an eam putent eſſe conuenientem & ſuauẽ Eccleſiæ militantis gubernationẽ, vt cùm expectat vel iudicium, vel conſilium, vel auxilium ſui regis: eũ tamẽ neq; videre, neq; audire, vel per ſe, vel per Vicarium aliquem ſuum poſſit. Nam quòd Chriſtũ ipſum in hoc ſeculo neque videat iam, neque audiat Eccleſia, certũ eſt, quia vt Apoſtolus ait,
2 Cor. 5. *iam non cognoſcimus Chriſtum ſecundùm carnem.* Aſcendit quippe in cœlum, ſedetque ad dexte-
Actor. 2. ram Patris, donec ad iudicium in fine mundi reuertatur. Quòd ſi Chriſtum per Vicarium aliquem ſuum Eccleſia militans audit, iam ſi Vicarius ille per totam militantem Eccleſiam, erga cæteros Paſtores eorumque greges viſibilem perſonam Chriſti gerat, vicemque ſuppleat: efficitur, vt ſit vnus aliquis primus, & ſupremus Paſtor, cui tota militans Eccleſia tanquam regnũ regi ſuo ſubeſſe debeat. Et hoc illud eſt, quod ſolum & quærimus, & probamus. Sin dicas multos eſſe tales Chriſti Vicarios, qui locum viſibilis præſentiæ ipſius teneant, nec interim vnum aliquem ijs omnibus præeſſe concedas: vtique tu mihi non vnius regis, ſed plurimorum potius Optimatum gubernationem deſcribis. At ego probaui tibi, militantem Eccleſiam *regnum cœ-*
Matth. 13. *lorum* à Chriſto appellari, nec id fruſtrà, ſed quia verè ab vnico rege Chriſto gubernatur. Ab illo autem per ſeipſum viſibili quopiam modo non gubernatur. Supereſt igitur, vt ab illo quidẽ ſolo, quoad inuiſibilis gratiæ infuſionem: ab illo autem per alium, & eum non niſi vnum, quoad viſibilem Præfecturam, gubernetur. Ac ita quidẽ & regni naturæ, & Regis honori, & militãtis Eccleſiæ neceſſitati optimè ſatisfit. Illud nempe & moribus eſt receptum, & magna ratione introductum, vt quoties vnus atque idem Rex plura ſibi regna ſubiecta habet, quæ longè inter ſe diſtant, variamque & diuerſam adminiſtrationem requirunt, in maximo ex illis ipſe Rex aſſi-
Lucæ. 19. duus ſit: alia verò per Legatos & Vicarios ſuos gubernet. Quis neſcit, Chriſtum *in longinquam regionem profectum eſſe, vt regnum ſibi maximum accipiat, & deinde reuertatur?* Longinqua regio cœlum eſt. Quid enim ab altero longius, quàm cœlum à terra diſtat? In cœlo autem regnum
Pſal. 109. Chriſto defertur. *Dixit* enim *Dominus Domino meo: ſede à dexteris meis.* Interim ergo, donec

reuerta-

reuertatur,per alium regit Eccleſiam ſuam,quoad illa, quæ viſibilem eius præſentiam poſtulant. Nam inuiſibilia ipſe opportunè ſuppeditat, quia in ſpiritu *nobiſcum eſt vſque ad conſummationem ſeculi.* Quod ſæpius repeto,ne maledicentiſsimi Proteſtantes illam mihi ſententiam Matth.28.
affingant,quaſi negem, Chriſtum abſentem poſſe gubernare Eccleſiam ſuam . Verùm ad hoc mihi cupio vt reſpondeant. Si pro gubernanda militante Eccleſia, quæ Regnum quoddam eſt , prorſus ad omnipotentiam Chriſti confugiunt : cur vllum omnino Paſtorem in vlla Eccleſia ferunt ? quaſi verò Chriſtus abſque vllius ope aut miniſterio non poſsit regere Eccleſiam ſuã. Sin aliquos volunt in ſingulas Eccleſias Paſtores præfici: cur nõ multò magis vnum Epheſ.4.
toti Eccleſiæ præfici patiuntur,præſertim,quia ille vnus vnitatẽ Regis & Paſtoris noſtri æterni ſolus repræſentat? cùm interim plures Paſtores, per nullum ſuperiorem ad vnitatem reducti,nihil aliud repræſentent, quàm plures eſſe Chriſtos , pluresq; Eccleſiæ militantis inuiſibiles atque æternos Paſtores : quæ res prorſus aliena eſt à fide Catholica. Chriſtus vero alibi aſsimilauit Eccleſiam ſuam *diuerſorio cuidam*, in quod *Samaritanus,dum iter faceret , hominem* Lucæ.10.
de via vulneratum duxit, ac duobus denarijs prolatis , eum hoſpiti ſeu ſtabulario curandum & fouendum, donec ipſe rediret, commendauit . Ac nimirum Eccleſia velut hoſpitium ac diuerſorium eſt, in quod homines, *per fidem , non per ſpeciem ambulantes*, ad tempus diuertunt, donec ad æ- 2.Cor.5.
terna tabernacula transferantur. Chriſtus verò eſt Samaritanus , qui per hanc vitam vſque ad cœlum pertranſijt. Stabularius aut hoſpes quis,obſecro,erit? nónne alius præter Chriſtum? Illius enim fidei & induſtriæ Chriſtus hominem à latronibus cæſum commiſit . Porrò licet in magno diuerſorio multi ſint miniſtri,quorum alij ſtabulo,alij coquinæ,alij alijs cubiculis præponuntur : illis tamen omnibus hoſpes vnus præeſt , qui ſolus omnium aliorum curam gerit, negligentiamque ſupplet . Per hunc igitur hoſpitem Chriſtus vnum aliquem ſignificauit ſuo diuerſorio (quod eſt Eccleſia) cum eminentiore quadam auctoritate præponendum . Hic eſt ianitor, de quo alibi ait : *Sicut homo, qui peregrè profectus reliquit domum ſuam , & dedit ſer-* Marci.13.
uis ſuis poteſtatem cuiuſque operis , & ianitori præcepit ,vt vigilet. Ecce multos ſeruos, id eſt, miniſtros Eccleſiæ multos reliquit cum poteſtate. Sed vni præcepit, vt vigilet, eumque appellauit ianitorem. Quis, obſecro, potiùs dicetur domus Dei Ianitor, quàm is,cui præcipuè ac an- Matth.16.
te alios *Claues regni cælorum* & promiſit, & dedit? Is verò vnus Petrus erat.

Omnium autẽ manifeſtiſsimè per ſimilitudinem gregis vnius, & vnius Paſtoris hæc res ſignificata extitit. In Euãgelio enim dictum eſt, *Alias oues habeo,quæ non ſunt ex hoc ouili,& illas* Ioan.10.
oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile(ſiue vnus grex)*& vnus Paſtor.* Quæ verba licet de Chriſto Paſtore vno intelligenda eſſe,nemo negare debeat:tamen eo modo ſunt de illo intelligenda,quo res ipſa fert. Conſtat nimirum *alias illas oues* fuiſſe gentes,quæ Auguſtin in
crediture erant in Chriſtum. Sed antequàm crederent , de ouili eius non erant . Vocem verò Ioannem
Chriſti gentes audierunt,non tam ex ipſius ore corporali,quàm in ſpiritu ipſius per os Apoſto- tract. 47.
lorum manifeſtato. Rurſus gentes venerũt primùm ad ouile militans, quod erat in hoc mũdo, vt ita in glorioſum illud Chriſti ouile,quod in cœlis degit,tranſirent.Hæc enim duo in Chriſti verbis mutuò ſe reſpiciũt,& velut ex altera parte ſibi reſpondent, *non ſunt ex hoc ouili*, & *fiet vnum ouile*. Quod,obſecro, *vnum*?niſi quod antè appellauit *ouile hoc*? Oues igitur, quæ nõ ſunt ex hoc ouili,fient de hoc ouili,& ita fiet *vnum ouile.ſiue vnus grex*. Nam hoc ouile,quod ex Iudæis cõſtabat,ſemper vnum erat, ſemperque ſub Chriſto de genere Leuitarum vnus erat eiuſdem gregis Paſtor.Porrò cùm gentes ad illud ipſum ouile tranſierint,erit tam ex Iudæis,quàm ex gentibus non niſi vnum ouile,& vnus Paſtor . Quemadmodum igitur ouile,de quo agitur, militans ac temporale erat(cui Chriſtus inuiſibiliter præfuit)ita & vnus ille Paſtor, quẽ Chriſtus ibi deſignat, militans Paſtor fuiſſe intelligitur, qui tamen non niſi ſub Chriſti ſignis militat . Quæ cùm ita ſint, manifeſtè prædictum eſt à Chriſto, vt vnum ouile ſuum in terris, ita & vnũ Paſtorem ſub ipſo in terris futurum , per cuius temporale miniſterium oues ad ipſum, vtpote Paſtorem verum æternumque adducerentur. Itaque D.Cyprianus hæc verba Chriſti de Lib.1.Epiſt.6
vicario Paſtore intellexit : *Et erit vnus grex, & vnus Paſtor . Et mox Paſtor haberi quomodo poteſt, qui (manente vero Paſtore, & in Eccleſia Dei,ordinatione ſuccedanea præſidente) nemini ſuc-* De vnitate
cedens,& à ſe ipſe incipiens,alienus ſit & profanus ? Et alibi: *Erunt vnus grex, & vnus Paſtor . &* Eccleſiæ.
eſſe poſſe vna in loca aliquis exiſtimat aut multos Paſtores, aut plures greges ? Tota verò terra locus eſt vnus: in terra verò Eccleſia militans, quandam peculiarem & propriam conditionem ſortitur,quæ eadem conditio in cœlo nõ exiſtit. Eſt igitur abſurdũ,vel Cypriano authore , in tota terra ſic eſſe multos Paſtores , vt interim hi omnes vni viſibili Paſtori non ſubſint . Alioqui nec eſt vnus in terra grex, nec ouile vnum.

Ex Apo-

Ex Apoſtolorum & verbis, & inſtitutis conſtare, quòd Eccleſia vni primo eidemq́; viſibili Paſtori ſubſit.

CAPVT III.

Rom.12. APoſtolus Paulus comparat Eccleſiam Chriſti viſibilem corpori humano. *Sicut*(inquit)*in vno corpore multa membra non eundem actum habent: ita multi vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra:habentes donationes ſecundùm gratiam,quæ data eſt nobis, differentes*. Quemadmodum igitur in membrorum multitudine vnum caput eſt, quod omnia membra vnit & regit: ſic etiam ſe res habet in viſibili Eccleſia Chriſti. Dices, nos quidẽ eſſe vnius corporis membra,ſed eius corporis Caput eſſe Chriſtum. Fateor,& addo,Chriſtum nõ
1.Cor.12. tantùm eſſe Caput, ſed & membra eiuſdem corporis. Nam alibi idem Paulus ait: *Sicut corpus vnum eſt,& membra habet multa:omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt:ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum baptizati ſumus.* Ecce Chriſtũ hîc ita *vnum* eſſe dixit, quemadmodum corpus ex multis membris conſtans vnum eſt. *Totus*
Auguſtin. in Pſal.30. *Chriſtus*(inquit Auguſtinus)*Caput & corpus*. Vnde Chryſoſtomus etiã dicit, *nomen Chriſti pro*
Chryſoſto. homil. 30.1. ad Cor. *Eccleſia,quæ corpus Chriſti eſt,poſitum eſſe.* Quemadmodum igitur licet Chriſtus dicatur non ſolùm eſſe Caput, verùm etiam corpus Eccleſiæ, tamen præter Chriſti perſonam alia ſunt Eccleſiæ membra,quæ Chriſtum per gratiam induerunt:ſic etiam præter Chriſtũ,qui ſolus æternum totus Eccleſiæ Caput eſt,alia ſunt Eccleſiæ ad tempus capita,quæ ſub Chriſto nos regũt.
1.Cor.12. De quo genere Capitum Apoſtolus ibidem ait: *Non poteſt Caput dicere pedibus,non eſtis mihi neceſſarÿ*. Vtique Caput æternum,quod eſt Chriſtus,poteſt & pedibus,& manibus myſtici corporis ſui dicere,non eſtis mihi neceſſarij. Verùm Caput temporale, quod eſt vnus quiſpiam viſibilis Paſtor ſub Chriſto,non poteſt fratribus ſuis infimis dicere, non eſtis mihi neceſſarij. Itaq; Baſilius Magnus hæc ipſa Pauli verba ad tẽporale Caput vniuerſalis Eccleſiæ accommodans,
Baſil. in Ep. 77. ad tranſmarinos(hoc eſt,ad Occidentales,quorum Princeps Pontifex Romanus erat)ſcribens: *Si vosipſos*(inquit)*Caput vniuerſalis Eccleſiæ reputatis,non poteſt pedibus dicere Caput:non eſt mihi opus vobis.* Corpus igitur Eccleſiæ,quod in terris agit,partim eſt viſibile & mortale,partim inuiſibile & immortale. In externis quippe actionibus(etiam ſacris & Eccleſiaſticis) viſibile eſt Eccleſiæ corpus. At per ſpei expectationem & charitatis internæ flammam, inuiſibile quodã-
Coloſſen.3. modo eſt corpus Eccleſiæ & immortale, *quia quæ ſurſum ſunt quærit, vbi Chriſtus eſt ad dexterã Dei ſedens,& non quæ ſuper terram,& vita eius abſcondita eſt in Chriſto.* Qua igitur ex parte corpus Eccleſiæ morti & externo aſpectui ſubijcitur, viſibili Capite indiget,vt ne corpus in vllo gradu ſit ſine capite,quod in eodẽ gradu ſibi aptum ſit & congruens. Qua verò parte Eccleſiæ corpus ſpiritale eſt, à ſolo Chriſto regitur. Cùm ergo Eccleſiæ corpus, quod in terris adhuc agit, vnum ſit corpus, & non multa corpora: vnum in terris caput habet, & non multa ſimul æqualia capita. Nam etiamſi multa in diuerſis prouincijs capita habere videatur: quàmdiu tamen illa omnia vni primo Paſtori ſubſunt, vnum Caput ſunt, & nõ multa. Et rurſus,licet multi ſunt in diuerſis temporibus primi Paſtores: tamen quàmdiu omnes vnius Petri officiũ poteſtatemque per vices ſuas exercent, Chriſtoque Paſtorum Principi vnà cum Petro ſubiecti ſunt: non ſunt multa Eccleſiæ Capita,ſed vnum,quod eſt Chriſtus,qui eſt omnia in omnibus. At verò ſi corpus Eccleſiæ,quod in terris agit,nõ haberet in terris vnũ aliquod primũ ſui ſtatus Caput: inſtar corporis ritè atque ordine diſpoſiti non eſſet,quia caput ſuo ſtatui & peregrinationi accommodatum, quod manuum ac pedum miniſterio indigeat, non haberet. Præterea Apo-
1. Timoth 3. & 2.Tim 2. ſtolus militantem Eccleſiam vocat *domum Dei viui*: & *in magna domo non ſolùm eſſe ait vaſa aurea & argentea,ſed & lignea & fictilia,& quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis verò emũdauerit ſe ab iſtis,erit vas in honorem ſanctificatum.* De illa igitur domo agit, in qua & mali ſunt, & boni à malorum inquinamentis emundare ſe poſſunt,quod ſolùm fit in hac vita. Domus verò quantumuis magna non à duobus, verùm ab vno tantùm patrefamilîâs regi ſolet. *In naui* (ait Hieronymus) *vnus gubernator: in domo vnus Dominus.*
Tom.1.ep.4.

Tot igitur ſimilitudinibus diuina Scriptura vnius Paſtoris præfecturam nobis commẽdauit:
Actor.14. videamus porrò quid Apoſtoli conſtituerint hac in cauſa. *Illi quidem conſtituerunt per ſingulas Eccleſias Presbyteros.* At quot? Vbique aut vnum ſolum, aut vnum ſupra cæteros. Presbyteri quippe nomen cùm ad Epiſcopum, atque etiam Epiſcopi ad Presbyterum interdum referatur: ſi Epi-

ſi Epiſcopus alicubi conſtitutus eſt, is conſtituebatur ſolus, vt Hieroſolymis D. Iacobus, &(eo defuncto) Symeon, Epheſi Timotheus, Athenis Dionyſius Areopagita, Marcus Alexandriæ, & Euodius Antiochiæ, eodemque modo in cæteris ciuitatibus. Sin aut Presbyterum propriè, aut Epiſcopum abuſiuè dictum accipimus: tunc vno ante alios prælato, multi poterant eodem in loco eſſe Præsbyteri ſeu Epiſcopi. quemadmodum Epheſi contigit, vbi Apoſtolus maiores natu Eccleſiæ allocutus, iuſsit eos *attendere ſibipſis, & vniuerſo Gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuerat eos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*. Cæterùm propriè Epiſcopus Presbytero maior fuit, quia permiſit Apoſtolus Timotheo, qui verè ac propriè Epiſcopus fuit, *accuſationem aduerſus Presbyterum ſub duobus teſtibus admittere*, quod tamen facere, niſi Presbytero ſuperior eſſet, Epiphanij etiam iudicio non poſſet. Accuſatio enim fit non apud parem, ſed apud ſuperiorem, quia *par in parem poteſtatem non habet, ſicuti nec inferior in ſuperiorem.*

Philip. 1. Actor. 20. 1. Timoth. 5. Epiphanius hæreſ. 75.

Quod ad noſtrum propoſitum attinet, ſingulos tantùm ſeu Epiſcopos, ſeu Presbyteros in ſingulis Eccleſijs locum primum tenuiſſe, conſtat. *Singulis Paſtoribus* (inquit Cyprianus) *portio gregis eſt adſcripta*. Quod idem D. Hieronymus atteſtatur: *Singuli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipresbyteri, ſinguli Archidiaconi, & omnis Ordo Eccleſiaſticus ſuis Rectoribus nititur*. Hinc mihi rectè videor inferre poſſe, quòd Apoſtoli ſingulos Rectores in ſingulis Eccleſijs conſtituentes, manifeſtè docuerunt, in tota militante Eccleſia vnum præeſſe Rectorem primum, & eum non aliter viſibilem in tota Eccleſia, quàm in ſingulis Parœcijs vnus is, qui præeſt, à ſuis tribulibus & ciuibus videtur, atq; cognoſcitur. Eadem quippe ratio eſt totius Eccleſiæ in toto corpore ipſius, quæ eſt partium ſingularum in ſingulis ipſius partibus. Ex partibus enim totū conflatur. Quæ ſi diſsimiles toti ſuo exiſtant, non erit illud corpus pulchrum & ſpectabile, ſed turpe ac indecorum.

Libro prim. Epiſt. 3. Tom. 1. Ep. 4. Analogia.

Ponamus igitur ante oculos; hinc vnum Paſtorem totius Eccleſiæ tam triumphantis, quàm militantis Ieſum Chriſtum: inde autem, ſingularum Parœciarum ſingulos rectores, Presbyteros, itemque ſingularum ciuitatum maiorum ſingulos Rectores, Epiſcopos. Inter vniuerſalem Eccleſiam, quæ ab orbe condito vſque ad diem iudicij vnum Chriſtum habet æternum Rectorem, & inter ſingulos particularium in hoc mundo Eccleſiarum Paſtores, velut medio loco interponitur tota Eccleſia militans: quæ ad partes eas omnes, quæ fuerunt, futuræque ſunt, collata, particularis cuiuſdam Eccleſiæ locum tenet: ad eas verò partes, quæ vnà cum ea in ſingulis ſub cœlo nationibus ſeorſim degunt, collata, vniuerſalis non immeritò appellatur. Ea verò magis vna eſt in illa ſua vniuerſali conditione, qua permultas Eccleſias particulares ſub ſe complectitur: ſic, inquam, magis vna eſt, quàm ſingulæ Parœciæ, aut Cathedrales Eccleſiæ, in ſeipſis vnæ ſunt. Id inde planum fit, quia tota militans Eccleſia, velut omnium aliarum Mater, omnes alias particulares locis & linguis diuiſas, in vnum corpus myſticum congregat, magiſque eas vnit in ſe, quàm in ſeipſis vniebantur. Nam ſi diuerſos in ſingulis Eccleſijs Rectores aſpicimus, Eccleſiæ diuiduntur magis ea ratione, quàm vniuntur. Nam vt regnum Iſraëlitici populi magis diuiſum ſub Roboam & Ieroboam fuit, quando pro vno Rege duos accepit: ſic etiam fit in illis Eccleſijs, quæ reguntur æquali poteſtate à diuerſis Paſtoribus. Atqui cùm omnes eædem particulares Eccleſiæ agnoſcunt, ſe cognatas eſſe inter ſe, ac ſingulæ omnium aliarum, quæ in toto mundo ſunt, ſe fratres & membra ſub vno viſibili Capite eſſe perpendunt: tunc verè vnum corpus militans hæ omnes conſtituunt. Et hæc eſt illa Radix & Matrix Eccleſia, ad cuius communionem retinendam, & Cyprianus, & cæteri Patres tantopere Chriſtianos hortantur.

3. Reg. 12. Lib. 4. ep. 8.

Si ergo tota militans Eccleſia & magis vna eſt in ſeipſa, & magis vnit alias particulares Eccleſias in ſe, quàm illæ in ſeipſis vnitæ erant: neceſſario efficitur, vt ob quaſcunque cauſas illæ particulares Eccleſiæ dicuntur & ſunt vnæ, ob illas etiam ad minimum, tota militans Eccleſia dicatur & fiat vna. Illæ autem particulares Eccleſiæ dicuntur & ſunt vnæ potiſsimùm, quia vnum Rectorem habent. Licet enim multæ præterea cauſæ ſint, cur & ſingulæ Parœciæ & tota Eccleſia rectè dicatur vna eſſe (nimirum, quia vno ſpiritu Dei potatur, vna fide inſeritur Chriſto, vnaque ſpe & charitate ad æternam vitam tendit) tamen nulla cauſa eſt, cur Hipponenſis dicatur vna, & Conſtantinopolitana dicatur etiam vna Eccleſia, niſi quia Hipponenſis alium, Conſtantinopolitana verò alterum, ſed

1. Cor. 12. Ephe. 4.

V vtraque

Ioan 10. Theodoret. Eccleſ. hiſto. lib 2. cap. 17. Vide Epiph. Hæreſ. 68.

vtraque vnicum Rectorem ſortita eſt. *Docet Chriſtus in Euangelio* (inquit Cyprianus) *dicens: Et erunt vnus grex, & vnus Paſtor. Et eſſe poſſe vno in loco aliquis exiſtimat aut multos Paſtores, aut plures greges?* Hinc etiam fideles Romani clamabant contra Conſtantij Ariani literas (qui volebat, duos Epiſcopos Romæ ſimul præeſſe) *Vnus Deus, vnus Chriſtus, vnus Epiſcopus.* Cæterùm hoc nulla ex re clatiùs oſtenditur, quàm ex Meletianorum ſecta, qui nulla hæreſi ab initio maculati, ob hoc poſtea notati ſunt velut ſchiſmatici, quòd non dubitarent, Epiſcopos & Presbyteros ibi conſtituere, vbi iam antea Epiſcopi & Presbyteri à Catholicis conſtituti fuiſſent. Nam hinc factum eſt, vt Eccleſia, quæ prius vna fuerat, diuideretur in duas. Atque hoc eſt, *Altare contra altare, & Cathedram erigere contra Cathedram.*

Vide Optatum lib. 1.

Apud Auguſtinum Epiſtol. 162.

Quid quòd Miltiades Pontifex Romanus, cùm ageret de tollendo ſchiſmate Donatiſtarum (qui alios Epiſcopos in iiſdem locis, vbi Catholici prius erant, conſtituerant) non eſt auſus decernere, vt vel pacis Eccleſiæ cauſa duo ſimul Epiſcopi perpetuò manerent in eadem Eccleſia, ſed ita ſententiam tulit, *vt qui prius fuiſſet ordinatus in quacunque Eccleſia Epiſcopus, is in ea Sede ſolus perſiſteret, alteri verò plebs altera regenda prouideretur.* Quam Melchiadis Papæ ſententiam D. Auguſtinus magnoperè laudauit. Si ergo quælibet particularis Eccleſia ob id potiſsimùm viſibiliter vna eſt, quia vnum Rectorem habet: cùm tota militans Eccleſia, quæ omnium particularium Mater & radix eſt, magis vna viſibiliter in ſe eſſe debeat, quàm vlla particularis Eccleſia: profectò nec militans Eccleſia vno quopiam viſibili Rectore carere poteſt, per cuius viſibile miniſterium vna & fiat, & conſeruetur. Et hoc quidem Apoſtolorum facta manifeſtè docebant, dum cuique Eccleſiæ non duos, aut tres æquali poteſtate, ſed vnum præcipuè Rectorem conſtituerunt. Illi enim & Chriſti Primatum vniuerſalem probè ſcientes, & non ignari, quòd vni quoque præ cæteris totam, quæ in terris agebat, Eccleſiam commiſiſſet: ita & pluribus eiuſdem Parœciæ familijs vnum Presbyterum, & pluribus Parœcijs vnum Epiſcopum, & pluribus Epiſcoporum Cathedris vnum Primatem per totum orbem præfecerunt, vt ijs gradibus ad Pontificis Maximi Primatum agnoſcendum omnes adducerentur.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Io cap. 1. Epiſt. ad Titum.

Hieronymus dicit: *Antequàm Diaboli inſtinctu ſtudia in Religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, Ego Apollô, ego autem Cephæ: communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur.* Ex quo apparet, ſingulos Paſtores, qui ſingulis Eccleſijs præſunt, nihil minus probare, quàm quòd Apoſtoli Primatum aliquem ſupra totam Eccleſiam conſtitutum crediderint. Apoſtoli enim ab initio non vnum, ſed plures ſimul Presbyteros eidem Eccleſiæ præfecerunt.

RESPONSIO.

Primùm, hæc Diui Hieronymi verba de particularibus tantùm Eccleſijs, & non de tota Eccleſia, quæ per orbem diffuſa erat, accipienda ſunt. Deinde non de omnibus Eccleſijs particularibus, verùm de quibuſdam ſolùm accipienda ſunt. Denique idem Hieronymus fatetur, in omnibus tandem Eccleſijs ſingulos vel Presbyteros, vel Epiſcopos ab ipſis Apoſtolis, vel ſaltem ex eorum voluntate ab alijs præfectos fuiſſe. Hæc tria ordine deinceps confirmanda ſunt. Primùm quod ad vniuerſalis Eccleſiæ regimen attinet, certum eſt, Apoſtolos cum ſumma poteſtate in orbem vniuerſum miſſos eſſe. quibus ſi Chriſtus aliquem præfecit, eum neceſſe eſt orbis Chriſtiani Caput & ſummum Paſtorem omnium Fidelium extitiſſe. Certum etiam eſt, Diuum Hieronymum de facto ipſius Chriſti agentem ita ſcripſiſſe: *Propterea inter Duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio.* Et mox, cùm quæſiſſet, cur hoc honoris Ioanni Euangeliſtæ delatum non eſſet, ſubijcit: Aetati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat,

Marci. 16.

Libro primo aduerſus Iouinianum.

ne Magiſter

ne Magiſter bonus in Ioannem adoleſcentem cauſam præbere videretur inuidiæ. Bonus ergo Magiſter Chriſtus inter duodecim Apoſtolos conſtituit vnum Caput, vt ſchiſmatis tolleretur occaſio.

Quicquid ergo D. Hieronymus de particularibus quibuſdam Eccleſijs ſenſerit, tanquã illæ ab initio plurium Presbyterorum communi conſilio gubernatæ fuiſſent: certè nunquam ſenſit, totam, quæ in mundo erat Eccleſiam ita communi Apoſtolorum conſilio gubernatam fuiſſe, quin præterea Petrus ab ipſo Chriſto *Caput inter duodecim conſtitutus fuerit, vt ſchiſmatis tolleretur occaſio*. Poſtquam verò vnum Caput ſupra cæteros conſtitutum eſt, eò facilius etiam illa ſchiſmata, quæ in ſingulis Eccleſijs orientur, per illum vnum tolli poſſunt. Deinde, quod ſecundo loco me oſtenſurum promiſi, non ſenſit Hieronymus, quòd omnes omnino particulares Eccleſiæ plurium communi conſilio gubernatæ fuerunt. Ita enim ipſe ſcribit: *Iacobus frater Domini (cognomento Iuſtus) poſt Paſſionem Domini ſtatim ab Apoſtolis Hieroſolymorum Epiſcopus ordinatus*, & quæ ſequuntur. Cùm ergo Hieronymus crediderit, Iacobum ab Apoſtolis ordinatum eſſe Hieroſolymorum Epiſcopum, idque *ſtatim poſt Paſſionem Domini*: eumque idem ſcribat in eodem Libro, *Simonem Cananæum Iacobo ſucceſſiſſe in Epiſcopatum*: ex eoque intelligatur, Iacobum, quàm diu viueret, conſortem in Epiſcopatu non accepiſſe, verùm ita ſolùm præfuiſſe, vt ei defuncto, vnus etiam Succeſſor daretur: opinor, ſatis manifeſtum eſt, D. Hieronymum exiſtimâſſe, aliquas particulares Eccleſias (qualis Hieroſolymitana fuit) *ſtatim poſt Paſſionem Domini* ab vno ſolo, & non de tali plurium communi conſilio, cui vnus non præfuerit, gubernatas fuiſſe. Poſtremò, idem Hieronymus in eodem loco, vbi dixerat Eccleſias communi Presbyterorum conſilio gubernatas eſſe, eueſtigio adiunxit: *Poſtquam verò vnuſquiſque eos, quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, vt vnus de Presbyteris electus præponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur.* In Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. In Commentarijs ad Titum. cap. 1.

Cùm ergo viuentibus adhuc pleriſque Apoſtolis dici cœptum ſit: *Ego ſum Pauli, ego verò Cephæ*: efficitur, vt ab ipſis Apoſtolis maiore ipſarum rerum experimento iam edoctis decretum ſit, vt in ſingulis per totum orbem Eccleſijs præeſſent ſinguli, quorum opera & ſtudio ſchiſmata minorã de ipſorum particularibus Collegijs tollerentur: quemadmodum vnus in tota Eccleſia toti fratrum Collegio, atque adeo ipſis Apoſtolis ab ipſo CHRISTO Præpoſitus erat, vt Capite inter Duodecim conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio. Quid quòd Caluinus non tantùm fatetur, ſed etiam affirmat, *non humanum eſſe inuentum, ſed DEI ipſius inſtitutum, vt ſingulis aſſignentur ſuæ Eccleſiæ?* Legimus (inquit) Paulum & Barnabam creaſſe per ſingulas Lyſtrenſium, Antioc henorum, Iconum Eccleſias, Presbyteros: & Paulus ipſe Tito præcepit, vt oppidatim Presbyteros conſtituat. 1. Cor. 1. Inſtitut. c. 8. Actor 14. Tit. 1.

Tam igitur ex Diui Hieronymi ſententia, quàm ex Aduerſariorum confeſſione clarum eſt, Apoſtolos ſingulis Eccleſijs ab initio ſingulos plerunque Presbyteros præfeciſſe. Et cùm totius Eccleſiæ regimen, ſuis partibus ſingulis conſonum ac aptum iudicari debeat: oportet vniuerſam militantem Eccleſiam (quæ maximè vna in ſuo genere eſt) ab vno etiam Paſtore gubernari. Alioqui nec ſecum quidem ipſa Eccleſiæ gubernatio conſentiret.

Nec Dæmoniorum quidem conſpirantem factionem, multóque minus Lutheranorum, aut Caluiniſtarum Synagogam abſque vnius Paſtoris alteriúſue generis viſibili Primatu ſtare ac florere poſſe.

CAPVT IIII.

Tantum bonum ac tam neceſſarium cuique ſocietati vnitas, & vnitatis externæ vinculũ, vnius aut Dæmonis aut hominis primatus eſt, vt Dæmoniã ipſa & eorũ ſeruitia & miniſteria, quæ in hoc mundo agunt, vnitatẽ Eccleſiæ Chriſti non aliter, quàm per contrariã in ſeipſis inſtitutã vnitatem labefactare poſſint. Quòd autem Satanas regnum quoddã habeat,

Matth. 12. probatur ex Euangelio Chriſti dicentis: *Omne regnũ diuiſum contra ſe, deſolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuiſa cõtra ſe, nõ ſtabit. Et ſi Satanas Satanã eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt. Quomodo ergo ſtabit regnum eius?* Satanas ergo regnum habet, in quo ipſe velut rex alijs tùm ſpiritibus, tum ho-
Epheſ. 6. minibus malis ita præſidet, vt interim alios etiam ſub ſe regulos permittat. Dum enim Apoſtolus ait, *non eſſe nobis colluctationem aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & Poteſtates, & aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, & contra ſpiritualia nequitia in cæleſtibus:* vtiq; docet, plures tenebroſi huius mundi Principes & rectores eſſe, non tamen æquali poteſtate præditos, verùm vni potiſsimùm, non charitatis gratia, nec obedientiæ bono, ſed naturæ ordine ſubiectos, vt ita ex multis inferioribus vni primo obedientibus regnum Satanæ coaleſcat. Nec iſtud regnũ Satanæ (ſaltẽ quoad voluntatẽ Dæmoniorum) alio vnitatis vinculo conti-
Vide Iuſtinum martyrem in Tryphone. netur, quàm quod omnia in oppugnanda Eccleſia Dei conſpirant & conſentiunt. Relinquamus Dæmones, & ad hominum malorum, ac præſertim Hæreticorũ regna tranſeamus. Nónne quælibet ſecta hoc ab initio vſque ad hodiernum diem obſeruauit, vt noui cuiuſque dogmatis inuentor omnibus ijs præeſſet, qui ad eius ſectã acceſsiſſent? Nónne à Simone Mago Simoniani, à Valentino Valentiniani, à Marcione Marcioniſtæ, & ita deinceps dicti ſunt? Hoc verò perinde euenit, ac videmus Aſsyrios ab Aſſur, Chananæos à Chanaan, Idumæos ab Edom, hoc eſt, ab Eſau, ac denique ſingulos populos à primo ſuo Duce ac principe denominatos eſſe. Cùm igitur quilibet vnus per ſe nimium ſit infirmus ad potentiſsimam Dei Eccleſiam oppugnandam, conuocat ad ſe multitudinem hominum, quantam poteſt, vt ita velut agmine facto fortius in vnicam Chriſti columbam irruat, faciliuſque eam, quoad poteſt, lædat.

Et quoniam nulla in re vtilius hoc totum, quàm in ipſa noſtrorum temporum hæreſi declaratur, operæpretium eſt animaduertere, quòd vt cæteri olim Hæretici, ita & Lutherus pedetentim ab initio in aciem progreſſus fuerit, eo nimirum conſilio, vt dum pugnam detrectabat, noua, quæ quotidiè confluebant, auxilia colligeret. Ita cùm Pontifici Romano & Cæſari viſus eſſet primùm ſe paulùlum ſubmittere: poſtea reuocauit eam humilitatem ſuam, & pœnitentiã de illa egit: ac demum vbi ſatis numeroſum exercitum ſe comparaſſe putabat, in bellum totus exarſit. Lutherus igitur omnium, qui vocem ipſius audire tubamque ſequi volebant, Dux & Princeps factus eſt. Quid enim? Nónne ſolus voluit regere? An fortè conſortem imperij admiſit? Imò verò Carolſtadium ſeſe in Eccleſiæ adminiſtrationem vnà inſinuare conantẽ, adeo tyrannicè ex Wittenbergenſi, hoc eſt, ex ſua ſede eiecit, vt omnes viderent, Papatum quendã Saxonicum in animo Lutheri iam olim fundatum eſſe. Itaq; vt augeri ſuos ſubditos in immenſum ambiuit, ſic eoſdem vlla ex parte imminui egerrimè tulit. Vnde agens de Sacramentariorũ
In reſponſione ad regem Angliæ. ab ipſo diſceſsione, ait: *Quamuis multa ac varia quidem in vita ſum perpeſſus, tamẽ illud adhuc experiendum reſtabat. Meus Abſalon, qui ſuum patrem regno ſuo expulit: Meus Iudas, qui & Dominum prodidit, & diſsipauit cœtum piorum Diſcipulorum, nondum etiam in me idem deſignauerant.* Habet ergo Lutherus regnum ſuum, habet cœtum Diſcipulorum ſuorum: eſt pater, eſt Dominus, habet filium Abſalon, hoc eſt, Zuinglium, qui eum regno ſuo expulit, habet Iudam ſuũ, hoc eſt, Zuinglium, qui Diſcipulorum ſuorũ cœtùm diſsipauit. Nec aliquid in vita moleſtius huic tyranno accidit, quàm quòd vidit ſe expulſum è regno, & Zuinglianos in locum eius ex parte quadam ſurrogatos. O cæcitatem incredibilem! Lutherus vult regnum in terris habere, in quo ſolus regnet, à quo nullus diſſentire audeat: & Chriſti ſponſa tale regnum non habebit? Factus eſt Zuinglius velut alter Iudas Luthero: & non eſt factus Lutherus velut Iudas impijſsimus Eccleſiæ Chriſti, quæ ipſo antiquior neceſſariò fuit? Lutherus regnauit quidem, ſed
Heb. 5. Hæreticorum more, hoc eſt, *nemini ſuccedens*, verùm à ſeipſo ad regnum hoc nouum abſque legitima & ordinaria vocatione aſcendens. Atqui Eccleſia Chriſti perpetuos habuit Paſtores
Ioan. 21. & Reges ſpiritales iam inde à Petro, quem Chriſtus gregi ſuo præfecit, vſque ad Pium Quintum Pontificem maximum, qui nunc in Petri Cathedra ſedet. Verùm de his aliàs.

Nunc id demũ oſtendere volui, nõ modò veram Chriſti Eccleſiam viſibili quodam Primatu in vnitate fidei contineri: verùm etiam hæreſim omnem (quæ velut ſimia Eccleſiam Chriſti conatur imitari) hoc agere, vt per Primatum quendam inordinatum, perfidiam ſuam ſtabiliat. Quò alioqui ſpectant ſingulorum cœtuum ſinguli miniſtri? Quò *Superintendentes*, qui ſingulis vrbibus tantùm ſinguli per totam Germaniam præponuntur? Quò præterea niſi ad Primatum referri poteſt, quòd quamuis Anglicani Superintendentes doceant, ſe omnia ſecundùm ius diuinum adminiſtrare, & iure diuino pares Epiſcopos ac presbyteros eſſe: tamẽ non modò ipſi presbyteris crudeliter imperant, ſed etiam duos inter ſe Archiepiſcopos tolerãt, quorum vnus

Anglia

Cantuarienſis archipręſul.

Oh quale iuramentū.

Angliæ totius Primas appelletur? Quod deniquenisi ad Primatum ſpectat ſupremum illud regimen, quod in Anglia Regi ſoli defertur? & ita defertur, vt etiamſi puer atq; adeo fœmina regnum occupet, tamen *omnes ſub pœna capitis teneantur non modò profiteri, verùm iurato affirmare, quòd credant, idq́; corā Deo, aut puerum, aut fœminā, quæ pro tēpore ad regni gubernacula ſedet, in omnibus cauſis, etiam ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, ſupremum Caput aut Gubernatorem totius Eccleſiæ Anglicanæ ſub Chriſto eſſe?* Et hoc iuramentū ibi præſcribitur, vbi omnia ſecundùm ius diuinū, & id ſcriptum, atque adeo expreſſum, agi ſimulantur. Ac ſanè illud omni animaduerſione dignum eſt, quòd poſtquam Rex Henricus Octauus, legitima cōiuge repudiata, alteram ſuperinduxiſſet, & (quia Romanus Pontifex, qui tale Euangelium à Petro nunquam didiciſſet, ſecūdas ipſius nuptias, prima vxore viuēte initas, ferre non poterat) eum quoque nec Petri Succeſſorem, nec militantis Eccleſiæ ſub Chriſto Caput eſſe docens, eundem Primatus honorem ſibi in regno ſuo arrogaſſet: eò per Dei prouidentiam res deducta eſt, vt Henrico ſuccederet Edouardus puer, & is tamen Eccleſiæ Anglicanæ ſupremum Caput & dictus, & creditus eſt, quanquam ipſe per ætatem *ſub tutoribus & curatoribus* neceſſariò degeret. Itaq; huic ſupremo Capiti alio ſuperiore Capite opus fuit, non mòdò vt Eccleſiam Chriſti, verùm vt ſeſe ipſe gubernaret. Sed quia nec adhuc quidem euigilabāt homines ex graui ſomno ſuæ perfidiæ, decedente è vita puero Edouardo, itemq́ue fœlicis memoriæ Regina Maria, regnum delatum iam eſt ad fœminam Elizabetham, quæ & ipſa non quidem ſupremum Caput (inuidioſum enim hoc nomē iam cœpit eſſe) ſed quod reipſa idē prorſus eſt, *ſuprema Gubernatrix Eccleſiæ Anglicanæ in omnibus cauſis etiam ſpiritalibus & dici, & iuratò affirmari voluit* ne de nouo nouæ Synagogæ Primatu aliquid periret. Hæc alijs prædicatoribus ſilentium indicit, alios ad prædicandum mittit, alios in vincula conijcit.

Galat. 4.

Eliſabetha Fœmina Schiſmaticorū Caput.

1. Cor. 14.

Iam verò quale hoc eſt, vt *fœmina, quæ in Eccleſia Dei* tanquam magiſtra & doctrix etiam *loqui prohibetur*, tantum ſibi in Caluiniſtarū cætu ſumat, vt presbyteris & Epiſcopis præſcribat, qua de re in viſitationibus inquirāt, quid apud populum in concionibus tractent, quid è Cathedra ſacerdotali doceant, imò quid credant? Ergo Caput illud muliebre, quod prorſus mutum in vera Dei Eccleſia eſſe debet, tam eloquens in adulterina malignantium Eccleſia factum eſt, vt ad vocem fœminæ de Sedibus ſuis deturbentur, atque adeo in vincula conijciantur veteris fidei Sacerdotes, creētur noui, deijciantur Altaria, Sacrificium publicum ceſſet, noua Religionis formula contradicētibus Epiſcopis, & Clero vniuerſo, componatur, deniq; hæreſis & apoſtaſia regnet. Et hoc totum fit, ne illa hæreſis, quæ Petri Primatum à Chriſto inſtitutum velut ſibi aduerſarium tollit, alio ipſa Primatu à ſeipſa excogitato careat. Nam ſi quid in Anglia profecit ſiue Lutherana, ſeu Zuingliana, ſeu Caluiniana hæreſis, profectò id totum huic nouo Primatui acceptum ferre debet. Niſi enim *is, qui gladium portat*, & quem homines terreni valde timent, ſupremum Eccleſiæ Caput in Anglia factus eſſet: neque iſta hæreſis tam generaliter vnquam ab initio recepta fuiſſet, nec tam altas poſtea radices egiſſet, nec tā diu ab innumerabilibus ſectis libera extitiſſet. Nam ſi adhuc, etiāſi paſſim omnes ſub pœna capitis iurare cogantur ſe credere, quod omnis iuriſdictio Eccleſiaſtica & ſpiritalis à ſeculari poteſtate proficiſcatur & pendeat, tamen ſectæ nouæ apud ipſos naſcuntur & fiunt, adeò vt *Puritani* nuper in Anglia orti negent, fas eſſe, vt orent in templis, quæ Catholicorum olim erant, aut etiā vt clericali veſtitu induantur, & eandem opinionem vſque ad bonorum amiſſionem & vinculorum perpeſſionem defendant: quid futurum erat, ſi cuique liceret impunè id prædicare, quod in mentem ipſi venit? Præterea ſi quanquam vni Capiti ſubſunt, tamen per gradus quoſdam ab vna hæreſi ad aliam profecerunt: quid eueniſſet, ſi nulli omnino Capiti paruiſſent? Nam Henricus rex etiam ſi Pontificis Romani Primatum abrogaret (quòd ab illo veniam ducendi ſecundā vxorem, prima viuente, non impetraſſet) tamen vlterius non eſt progreſſus, quàm vt Monaſteria euerteret ac bona eccleſiaſtica in ſuum fiſcum conuerteret. Miſſæ verò Sacrificium, orationē pro fidelibus defunctis, inuocationem Sanctorum, alioſq́ue Catholicæ fidei articulos vſque eò tutatus eſt, vt pœnam capitis in eos, qui ſecus docerent, conſtitueret. Henrico autem defuncto ſucceſsit puer Edouardus, cui Cranmerus Cantuarienſis Archiepiſcopus Catechiſmum dedicauit, in quo docuit, verbum Dei eſſe, *quòd vera & realis corporis Chriſti ſubſtantia in Euchariſtiæ Sacramento contineretur.* Quod ipſum Petrus Martyr & credidit, & docuit Oxonij, quando primùm ex Argentorato (vbi Lutherana hæreſis docetur) in Angliam euocabatur. Cæterùm poſtquam hi duo intellexiſſent, ſupremum Caput Eccleſiæ, hoc eſt, Regiam pueritiam, hoc eſt, regis adhuc impuberis curatorem & Protectorem Somerſeti Ducem (qui per inuidiam ger-

Rom. 13.

Noua ſecta Puritanorū.

Henrici fides

Petri Martyris & Cranmeri fides.

[Petri Martyris & Cranmeri inconſtantia.] manum fratrem ſuum ſecuri percutiendum curauit) aliud credere & ſentire: ſubitò magni iſti doctores ad aulæ voluntatem ſuam fidem accommodantes, docere cœperunt: *Corpus Chriſti nõ aliter quàm ſigno tenus in Euchariſtia exiſtere*: idque tã Cranmerus nouo libro edito, quàm Petrus Martyr publicè Oxonij profeſſus eſt. Imò etiam Bucerus, quem Cantabrigiæ docentem [Buceri ſilentium.] Lutheranæ ſectæ conſtabat eſſe, tamen propter huius regij Primatus ſiue timorem, ſeu reuerẽtiam, non eſt auſus fidem ſuam palam apertéque prædicare. Ac nimirum ſi per talem Primatũ hi omnes non fuiſſent cohibiti, certum eſt, in Angliæ regno contrarias Cathedras, & diuerſas tùm de Euchariſtia, tùm de cæteris Articulis doctrinas palam erupturas fuiſſe.

Quod igitur ab initio dicebam, etiamſi contra expreſſum Dei verbum ſit, vt Rex aut ſecu- [2 Paral. 26.] laris Princeps *adoleat incenſum*, hoc eſt, vt ſacerdotale officium ſibi arroget, tamen ſi Primatus iſte ſecularis tam vtilis & neceſſarius eſt, etiam illi ſectæ, quæ negat, vllum in Eccleſia Primatũ eſſe debere: quid putandum eſt de vtilitate ac neceſsitate illius Eccleſiaſtici Primatus, quem Chriſtus ipſe inſtituit? Hoc enim reſtat vt doceam, ſi prius oſtẽdero, & Lutherum, & Caluinũ partim docere, quòd ſæcularis Magiſtratus præeſſe in Eccleſia non debeat, partim ipſos, qui omnino præeſſe ambiunt, nihil aliud quàm ſeculares Magiſtratus eſſe poſſe. Lutherus ergo [Contra Articulos Loua.] clamat, *non eſt Regum aut Principum, etiam veram doctrinam confirmare, ſed ei ſubyci & ſeruire.* Cui Philippus adſtipulatur, dicens, *non ſunt confundendæ functiones.* Porrò Caluinus ita ſcribit: [Cap 7. in Amos.] *Qui in initio tantopere extulerunt Henricum Regem Angliæ, certè fuerunt homines inconſiderati. Dederunt illi ſummam omnium poteſtatem: & hoc me ſemper grauiter vulnerauit. Erãt enim blaſphemi, cùm vocarent ipſum ſummum Caput Eccleſiæ ſub Chriſto.* Denique Magdeburgenſes vehementer [In præfatione Centuriæ. 7.] inuehuntur in eos magiſtratus politicos, & prorſus *Antichriſtos vocant, qui hanc tyrannidem ſibi ſumunt.* Docent igitur omnes Lutherani & Caluiniſtæ, qui extra regnum Angliæ degunt, nõ licere politico magiſtratui, ſupremum in Eccleſia locum tenere. At eorum fratres, qui ſunt in Anglia, Bucerus, Petrus Martyr, & Cranmerus, ac reliqui eius Prouinciæ Pſeudoëpiſcopi, ſiue metu deterriti, ſeu commodo aliquo ducti, aliter docent. Nec vlli aut frequentius, aut ſeuerius id iuramentum, quo Regina Eccleſiæ ſuprema gubernatrix cõſtituitur, exigunt, quàm iſti noui miniſtri Eccleſiarum. Cæterùm quid agerent miſeri? Cùm enim ipſorum Religio non à Deo per miracula, & bona opera eorum, qui promulgabant ipſam, verum à regibus & politicis magiſtratibus per gladios & ſpem lucri temporalis ex bonis Eccleſiaſticis acquirendi, fundata ſit: aut eã religionem ferre illos oportet, quæ Regibus & Magiſtratibus inſeruiat, aut omnino exulandum eſt ipſis, & in ea loca eundum, vbi minus commodi aſſequentur. Nec iam illud dico, Lutherum, Caluinum & Magdeburgenſes eo potiſsimùm conſilio negaſſe, Magiſtratibus politicis ſupremum Synagogæ ſuæ regimen, quòd ipſi cuperent ſuas fimbrias dilatari, primúmque in liberis ciuitatibus locum ſibi deferri, quod fortè ſi dicerem, multis etiã Caluiniſtis perſuaderem, me, quod res ipſa eſt, dixiſſe: verùm illud & dico, & vehemẽter animaduertẽdum eſſe prædico, quòd tam Lutherus, quàm Caluinus cæterique omnes omnium huius hæreſis Eccleſiarum miniſtri, nihil aliud ſunt, quàm ſæculares & politici Magiſtratus. Cùm enim omnis poteſtas, quæ à Deo eſt, vel per ius naturale, gentium aut ciuile, vel per ius diuinũ & Eccleſiaſticum ad homines delatum ſit: ius verò Eccleſiaſticũ à Chriſto primùm ad Apoſtolos, deinde [1. Timoth. 4. Matth. 23.] ab Apoſtolis ad Epiſcopos & Paſtores per manuũ impoſitionẽ, & Cathedrarũ Succeſsionẽ ritè atq; ordine peruenerit: conſtet verò etiã ex ipſius Lutheri, & Caluini cæterorumq; cõfeſsione, nec manum ipſis ab vllo Apoſtolorum Succeſſore ad hunc finem impoſitam, nec mandatũ tale datum eſſe, vt iſtam fidem, quam docent, prædicarent: protſus neceſſe eſt, aut ipſos nullam omnino prædicandi poteſtatem habere, aut eam à Magiſtratu aut plebe ſeculari accepiſſe. Iam verò neque Magiſtratus, neque plebs vllam poteſtatem habent, quam non à iure aut naturali, aut gentium, aut ciuili acceperint. Neque verò Chriſtus vnquam dedit Claues regni cœlorum alicui Principi (Cùm nullus princeps etiam aliquot poſtea ſeculis Chriſti fidem ſuſcepiſſet) aut plebi: aut hanc, illúmue iuſsit ſuum gregem paſcere & gubernare. Nec ad rem facit, quòd Fide- [Actor. 1.] les in locum Iudæ Mathiam ſurrogârunt. Id enim fecerunt & Principe Apoſtolorum ad id eos conuocãte, & ipſis poſtea Apoſtolis id, quod fiebat, confirmãtibus. Ita enim authoritas Eccleſiaſtica & initium huic rei bonum, & conſummationẽ perfectam dedit. Cæterùm Lutherus & Caluinus à ſolo aut Magiſtratu, aut plebe creabantur, neque præeunte aliquo Apoſtolo, aut Apoſtolorum ſucceſſore, neque ratum habente id quod fiebat. Quomodo enim ab aliquo eorum, qui ſedent in Cathedris Apoſtolicis, legitimè ordinari aut mitti poterant, qui negant ip- [Rom. 10.] ſorum Apoſtolorum Cathedras & Succeſsiones? Porrò, *niſi mittantur, quomodo prædicabunt?*

Cùm igi-

Cùm igitur tam Lutherani, quàm Caluiniſtæ dicant, ſeculares magiſtratus præeſſe Eccleſiæ nõ poſſe, & ipſi tamen nihil aliud quàm ſæculares Magiſtratus eſſe poſsint: vtique ex ipſorum doctrina concludendum eſt, nec ipſos in ijs vrbibus præeſſe poſſe, quas per fraudẽ & ſimulationẽ occuparunt. Ac iſta quidem attigi, quoniam res ipſa eò me prouocauit. Ab initio autem id ſolum mihi erat propoſitum, vt oſtenderem, Primatum vi naturæ ipſius, quã Deus creauit, adeo vtilem eſſe cuilibet hominum ſocietati, vt neque hæretici, qui eum in Eccleſia oppugnant, eodem in ſuis ſynagogis carere queant.

Summa omnium eorum, quæ præceſſerunt in Tertio, Quarto, & Quinto Libro, ex quibus demonſtratur, ſupremam vnius Paſtoris Præfecturam & ob rerum vniuerſarum conſonantiam inter ſe, & præterea ob externam pacem in Eccleſia conſeruandam, ſummè neceſſariam eſſe.

CAPVT V.

RAtio vult (inquit Philo Iudæus) *vt parens ac procreator curam illius ſuſcipiat, quod procreatũ eſt. Vt enim pater ad liberorum & poſteritatis, ſic opifex ad rerum fabricatarum diuturnitatem cogitationes ſuas dirigit: & quæ illis damni quicquam incommodiue allatura videantur, omnibus viribus opibuſq; propulſare: quæ autem vtilitatis & commodi, omni ratione ſuppeditare contẽdit.* Cùm igitur Chriſtus eò vſque ſit Eccleſiæ ſuæ parens & author, vt illam velut nouus Adam, de latere ſuo, dum in Cruce dormiebat, eduxerit, & procreârit: fieri non poteſt, quin ſummam exhibuerit prouidẽtiam in eadem filia ſua & ſponſa nutrienda conſeruandaque. Nam ſi *volatilia cæli, quæ neque ſerunt, neque metunt, à Patre tamen noſtro paſcuntur: nos autem volatilibus longè pluris, longeq; maioris pretij ſimus.* ſine omni controuerſia, maximam noſtri curam Deus ſuſcipit, noſtræque paci & quieti velut pius Pater & miſericors Dominus benigniſsimè omnino cõſulit. Porrò manifeſtè videmus, non ita Deum agere cum Chriſtianis, vt eos ab humanæ cõditionis aduerſis caſibus calamitatibuſque omnino eximat aut vt quotidiana quædam miracula ob externam pacem in Eccleſia tuendam operetur. Miracula enim infidelium potius, quàm Fidelium cauſâ olim fiebant. Prouidentia igitur Dei erga Eccleſiam ſuam non in miraculoſa quapiam tutela & cura Eccleſiæ, ſed in ordinaria Eccleſiaſticæ pacis vnitatiſque procuratione conſiſtit. Quando enim per eam prouidentiam, qua volatilibus cœli & fœno agri conſulit, ſe nobis multò magis conſulturum dixit: vtiq; inſinuauit, vt illarum rerum, ſic etiam noſtrî apud illum curam eſſe ſtatam & certam. Ratio autem, qua Deus tuetur ea, quæ in multitudinem numeroſam diffundũtur, illa potiſsimùm eſt, vt per vnũ eius multitudinis caput & principium reliquis partibus vires ſuppeditet, roburque adminiſtret. Sic multi radij Solis ab vno Sole vim capiunt, multi arboris rami ab vna radice aluntur, multi riuuli ab vno fonte profluunt, multa eiuſdem animalis membra ab vno corde reguntur, multaque animalia, quæ gregatim paſcũtur, ab vno principe in hanc illámue partem mouentur, & inclinantur, multi homines ab vno ſolo homine & naſcuntur, & ſecundùm ius naturæ ab vno patreſamiliâs gubernantur. Multæ familiæ ab vno Principe, quẽ ipſæ ſibi præfecerunt, in pace ac trãquillitate cõſeruantur. Nec ſingulæ tantùm creaturæ ab aliquo ſui generis principio vim quandam capiũt, ſed præterea vniuerſa corpora inferiora & ſuperioribus cœlis, & ipſi homini, ob cuius miniſterium condita ſunt, ita ſubijciuntur, vt ab illis naturaliter, ab homine autem ſecundùm ipſius voluntatem (ſaltem quoties ea Dei voluntate & iudicio non impeditur) ordinatiſsimè regantur & adminiſtrentur.

Quid quòd ipſe Deus hunc mundum ex rebus tam diuerſis atque ex elementis planè contrarijs conflatum ita gubernat, vt ex ipſa inter ſe plurium rerum aptatione & ordinatiſsima connexione, vnum ac ſolum ſe eſſe, qui rerum vniuerſitati præſit, perſpicuè declaret? *Pugnantia* (inquit Athanaſius) *& contraria ex ipſa natura in vnum non coaleſcerent, niſi præſtantior aliquis eſſet, & Dominus, qui ea coniungeret, cui & ipſa elementa (tanquam ancillæ Dominæ ſuæ obſequentes) cedant & obtemperent. Non enim ſingula ad ſuam ipſorum naturam reſpectantia cum alijs depugnant, ſed eum, qui ea ita coagmentauit, Dominum agnoſcentia, concordiam inter ſe fouent, & naturaliter quidem inter ſe contraria, gubernatoris tamen voluntate in amicitiam conciliantur.* Et pòſt: *Si videas ciuitatem ex multis varijſq; hominibus conſtantem, paruis, magnis, opulentis, pauperibus, ſenibus, iunioribus, maribus, fœminis bono ordine rectaq; diſciplina coli, eoſq;, qui ibi degunt, tametſi diuerſos inter ſe, animo tamen conſentire, neque opulentiores contra pauperes, neq; magnos contra paruos, neque iuuenes*

Inſt. de mũdi fabricatione.

Matth. 6.

1. Cor. 14.

Athanaſius In oratione cõtra Idola.

iuuenes contra ſenes inſurgere,ſed omnes æqualitate iuris pacem tueri: ſi hæc inſpiciamus, fieri nequit,
quin in mentem veniat, Principis inibi præſentia hanc concordiam foueri, tametſi ille in conſpectum
Vbi ordo, ibi princeps. *non prodeat. quum immodeſtia pro ſigno habeatur, ſine Capite Rempublicam eſſe: ordo autem contrà*
Principis curam moderationemq́; demonſtret: Vt enim cum in corpore membrorum inter ſe con-
gruentiam videmus, neque oculos cum auribus pugnare, neque manus contra pedes ſeditionem mo-
Animæ præſidentia. *uere, ſed vnumquodque proprium perficere negotium abſque ſeditione, prorſus ex illo ipſo intelligimus,*
eſſe animam in corpore, quæ iſta ad iſtum modum temperet ac regat, etiamſi illa oculis non pateat: ita
quoque in vniuerſitatis iſtius ordine & harmonia, neceſſe eſt vt animaduertamus, omnium iſtorum
Vnus princeps. *Principem eſſe Deum, eumq́; vnum, & non plures. Nam ille diſpoſitionis ordo & rerum omnium cō-*
ſentiens harmonia non multos, ſed vnum ſibi ducem Principemq́; eſſe declarat, nimirum Verbum Dei.
Multi Principes confuſionis cauſa. *Non enim, ſi plures eſſent rerum naturæ Principes, ſeruaretur eiuſmodi vniuerſitatis ordo, ſed omnia*
confuſa & inordinata forent, propter multos iſtos: cùm vnuſquiſque omnia ad ſuum arbitrium tra-
heret, & cum altero depugnaret. Vt enim diximus, multitudinem numinum nullitatem eſſe nami-
num: ita quoque neceſſe eſt, multitudinem Principum id efficere, vt nullus eſſe Princeps videatur (cum
enim quiſque alterius regnum tolleret, nullus reliquus conſpiciebatur Princeps) ſed interregnum po-
Vbi non eſt princeps, ibi diſturbatio. *tius ſine Capite erat. vbi autem Princeps non eſt, ibi prorſus diſturbatio naſcitur. E diuerſo in multis*
vſq́; diuerſis, ordinis & concordiæ obſeruantia, vnum quoque moderatorem oſtendit, vt ſi quis è longin-
quo citharam audiat ex multis & diuerſis neruis compoſitam, & ex iis concentus harmoniam admi-
retur, quòd non ſolùm grauis ſuum ſonum abſoluit, neque ſolus acutus, neque ſolus medius, ſed omnes
Vbi concentus Citharæ, ibi vnus muſicus. *pariter pari modo inter ſe conſonant, planè ex eo intellexerit, non à ſeipſa citharam moueri, aut à pluri-*
bus pulſari, ſed vnum eſſe Muſicum, qui vniuſcuiuſque nerui vocem ex arte ad concentum harmoniæ
miſceat, etiamſi illum non contueatur: ita quoque ex conſona vbique & concinna mundi diſpoſitione,
nec ſuperioribus contra inferiora neque inferioribus contra ſuperiora inſurgentibus, ſed omnibus in cō-
mune vnum ordinem conficientibus, conſequens eſt, vt non plures naturæ Principes & Reges, ſed vnum
intelligamus, ſua luce omnia illuſtrantem & mouentem. Hæc Athanaſius: apud quem (vt etiam
apud reliquos Patres) multò plura huius generis legi poſſunt

Si ergo in Eccleſia viſibili ordinem aliquem obſeruari oportet, ſi ob ordinem in Eccleſia
1.Cor.12. diuinitus conſtitutum, Apoſtolus eam corpori humano comparat, in quo non totum corpus
eſt vnum membrum, ſed aliud eſt oculus, aliud auris, itemque aliud manus, & aliud pes: ſi ob
Cantico 6. eundem ordinem Salomō Eccleſiam comparat aciei Caſtrorum ordinatæ, & Ioannes Apoſto-
Apocal. 21. lus Eccleſiam vocat *Ciuitatem nouam de cælo deſcendentem, & Tabernaculum Dei cum homini-*
Matth 13. *bus*: ſi Chriſtus ob eundem ordinem vocat Eccleſiam *Regnum cælorum*, & eam comparat fa-
Marci.13. Lucæ.10. miliæ ſeruorum, in qua Dominus conſtituit ianitorem, vt vigilet, & in qua hoſpes præeſt, cui
cura hominis à latronibus vulnerati commendetur: ſi hæc omnia ducunt nos non modò ad or-
dinem, ſed etiam ad ordinem eiuſmodi, qualis eſt in domo, vbi vnus paterfamiliâs præeſt, qualis
in corpore humano, vbi vnum membrum præ aliis dominatur, qualis in exercitu ordinato, vbi
vnus Dux imperat, qualis denique in regno, vbi vnus Rex ad gubernacula ſedet: in quo tan-
dem hominum ordine illos collocandos cenſebimus, qui cùm hæc audiant, legant, videant, tā-
men in militante Eccleſia negant, vllum debere eſſe Præpoſitum vnum, qui præ cæteris Rem-
publicam Chriſtianam moderetur: ſed infinitos Epiſcopos æquali omnes poteſtate conſtitui
volunt, illiſque omnibus aut nullum omnino in hac vita, aut certè non niſi totius Eccleſiæ in-
doctam multitudinem & infinitam præponi affirmant? Quid, obſecro, ab vnius Primatu,
Oſee.1. Ezechiel.34. quem natura, & ſacræ Literæ tantopere commendant, longiùs recedere poteſt, quàm vt ne-
mo vnus, ac non niſi vniuerſa multitudo Chriſtianorum militanti Eccleſiæ præſit? Quòd ſi
quicquid nos pro vnius Principatu aſſerimus, Aduerſarij noſtri ad Chriſtum ſolum referunt,
nec alium Eccleſiæ præeſſe patiuntur præter vnum Chriſtum: cur ſaltem ſub Chriſto vniuer-
ſum populum Chriſtianum toti Eccleſiæ præficiunt? Docent enim, regimen Eccleſiæ popu-
lare ac Democraticum eſſe. Nunquid indecorum Chriſto eſt, vt vnum virum Eccleſiæ ſuæ
moderatorem ſub ſe habeat: & eidem non eſt indecorum, vt innumerabiles Chriſtianos Ec-
cleſiæ ſuæ moderatores ſub ſe conſtituat? Præterea ſi omnino ferri non poteſt, vt vnus aliquis
Paſtor toti Eccleſiæ præſit: cur illud ſaltem toleratur, vt vnus Paſtor particularis cuiuſpiam
Eccleſiæ curam gerat? Nónne etiam tota militans Eccleſia quædam particularis Eccleſia eſt,
ſi cum illo immenſo Eccleſiæ corpore, quod ab initio mundi ad finem pertingit, conferatur?
Si tempus vniuerſum, quo Eccleſia in terris ab Adam vſque ad nos egit, primùm in ſecula æta-
teſque partiamur, ac deinde quantulo temporis ſpatio quiſque Pontificum Romanorum in

Cathedra

Cathedra Petri ſedeat, computemus: nónne apparebit, vnum aliquẽ Pontificem neque trecẽteſimam quidem Eccleſiæ totius partem ſimul regere, atque ideo longè ab eo eſſe, vt vniuerſalis Eccleſiæ vniuerſalis rector propriè appellari queat? Vis igitur particularem Eccleſiam, quæ parua eſt, vnum habere Præpoſitum: illam verò, quæ maior eſt, vni cupiam non parêre? Cur ergo non ſolùm vnus Paſtor vni Parœciæ, ſed etiam toti Diœceſi vnus Epiſcopus præponitur? Ac vna quidem Diœceſis octingentas interdum Parœcias continet, quemadmodum de ſua Diœceſi Theodoretus atteſtatus eſt. In epiſt. ad Leonẽ Papã

Quid quòd etiam multis Epiſcopis vnus Archiepiſcopus more Maiorum, atque etiam multis Archiepiſcopis vnus Patriarcha præfuit? Niceni Concil. Can. 6. Imò nec illud negari poteſt, vnum Pontificem Iudæorum omnibus, quæ per totum orbem diſperſæ erant, ſynagogis iure diuino præfectum fuiſſe. Deute. 17. Si ergo Apoſtoli, atque illorum exempla ſecuti antiquæ Eccleſiæ Patres, non ſolùm ſingulos Paſtores in ſingulis Eccleſijs conſtituerunt, verùm etiam vnum Epiſcopum permultis Parœcijs, & multis Epiſcopis vnum Primatem præfecerunt: nónne eo ipſo teſtati ſunt, quamlibet particularem Eccleſiam, ſiue illa minor, ſeu maior ſit, pro ratione tamen ſuæ partis, ab vno viſibili Paſtore inſtar triumphantis Eccleſiæ moderandam eſſe? Quòd ſi & vniuerſa Eccleſia, quæ vnquam fuit, eritve, ſoli Chriſto, & ſingulæ Parœciæ Paſtoribus ſingulis, & Diœceſes ſingulæ ſingulis Epiſcopis, & ſingulæ Prouinciæ ſingulis Primatibus, & omnibus in mundo Synagogis, vnus Iudæorum Pontifex præfuit: ſoláne militans Chriſti Eccleſia, quæ ab ijs omnibus diſtinctam & ſeparatam conditionem habet, non regetur ab vno aliquo Paſtore primo, ſed ab ipſa Fidelium numeroſa multitudine, cui ne vnius quidem etiã minimæ Eccleſiæ regimen à Chriſto aut Apoſtolis commiſſum vnquam fuit? Proportio. Ergo decorum atque ordinem ſuum ſub vno Duce ac Principe Angeli, cœli, ſydera, elementa, plantæ, animalia, ipſiq; homines tam ſponte ſua, quàm ex legis & Prophetarũ inſtitutis obſeruabunt: ſed ſoli Chriſtiani ſic regimen Eccleſiæ abſque certo Præfecto confundent, & perturbabunt, vt neq; prima vltimis, neque media extremis, neque noua veteribus congruant? Quale enim monſtrum illud eſſe ſtatuemus, quod in toto corpore ſuo vnicum æternum caput habet Chriſtum Ieſum, & in ſingulis minoribus membris (id eſt, in Parœcijs) vnum temporale caput, itemq; in ſingulis paulò maioribus membris (id eſt, in Diœceſibus) vnum, & adhuc in alijs multò maioribus (id eſt, in Prouincijs) etiã vnum, ac deniq; in omnibus mẽbris, quæ per vniuerſum mundum ſub lege degebant, non niſi vnum temporale Caput (id eſt, vnũ Pontificẽ) olim habuit: & nunc tamen idẽ ipſum corpus Eccleſiæ, ſi Proteſtãtibus credere libet, in vno quodã præcipuo militante mẽbro ſuo (quod inter hæc omnia membra interijcitur, & propè mediũ totius corporis locum tenet, quodq; & maximo corporis ſui mẽbro, id eſt, Eccleſia triũphãte eſt lõgè minus, & minimo eiuſdem, corporis mẽbro, id eſt, Eccleſijs parochialibus, eſt longè maius, & vmbra ſua, id eſt, vetere ſynagoga Iudæorũ, eſt lõgè plenius & perfectus) in hoc, inquã, mẽbro tã ſingulari, tam pulchro, tam ad impletionẽ legis accõmodato, & ad imitationem cœleſtis curiæ fabrefacto, in eo tamẽ ſolo mẽbro, quod nunc in toto mundo militat, vnum ſuæ naturæ cõditioniſq; tẽporale Caput nõ habet? Sed & ab inferioribus mẽbris, quæ militãt, & à ſupremo illo, quod triũphat, tota politia diſiunctũ, interq; cognatas ſibi & coniunctiſsimas partes degẽs, cũ neutris cohæret: ſed & hæc, & illa (vt leuiſsimè dicã) pudore quodã afficit, quia inordinatã quandã formã vtriſq; imparẽ & multò diſsimillimã gerit? Satis erat indecorũ, vt Eccleſia ſola cũ cæteris mũdi partibus in modo regiminis ſui nõ cõſentiret. At nũc ne ſecũ quidẽ ipſa cõſentit, ſi Proteſtantiũ doctrinæ fidẽ habemus. Qui vtinã tota mẽte perpenderẽt, eã doctrinã, quæ vnius Dei præcipuã creaturam ita non ſolùm ab alijs rebus creatis, verùm etiã à ſeipſa diſtrahit, nõ poſſe ab vno illo cœli & terræ cõditore proficiſci, verùm hãc ab Aduerſario Dei & noſtro, ad odiũ Dei, & noſtrã perniciẽ, eſſe inuentã. Quæ enim Deus fecit, non ſolùm ſingula erant in ſe bona, ſed etiam ſimul collata *erant valde bona*: adeo vt tã Græci, quàm Latini hanc molẽ ab ipſa pulchritudine & cõſenſione Gen. 1. ſingularum partiũ inter ſe, κοσμόν, & mundum appellarint, quaſi quo nihil ſit *mundius aut ornatius*. Et nũc ſoli homines, qui nexus & vinculum huius mũdi ſunt, imò Chriſtiani homines, qui mediũ locũ inter creaturas & Deũ tenẽt, quiq; ipſius Dei Tabernaculũ, & Tẽplũ Spiritus Sãcti appellãtur, illi iã ſoli neq; cũ cæterarũ rerũ ordine pulcherrimo, neq; etiã cũ cœleſti Angelorũ & hominũ Eccleſia, neq; cũ vetere Patriarcharũ ſtatu, neq; cũ Synagoga Moſaica, neq; cũ alijs militãtibus Eccleſiæ Chriſtianæ mẽbris cõſentiũt. Certè quidẽ ſi militãs Eccleſia ob hoc in terris à Chriſto poſita & cõſtituta eſſet, vt imaginem inferni gereret, vtque ex turpitudine ſua, turpitudinem peccati veteris oſtenderet, ac omnibus patefaceret, ex eoq; Ciuitas nõ Dei,

ſed Dæmonum haberetur: tunc faterer,optimè comparatum fuiſſe,vt aliter eiuſdem corporis pes,aliter manus,atq; aliter pectus regeretur. Nullus enim eſt aut in peccatis ordo,aut in loco vbi peccata puniuntur , ſpecies & pulchritudo. Ac ſanè cùm peccata omnia per Dæmonũ & hominum liberas voluntates excogitata & orta ſint : recta ratio monet, ibi deformitatem non iniuſtè ſpectari , vbi pœna violatæ legis Dei ſpectanda proponitur. Cæterùm cùm Eccleſia Chriſti non iræ diuinæ,ſed reconciliationis humanæ pignus ac teſtimonium exiſtat, cũq; eius gubernatio non à voluntate humana,ſed ab inſtitutione diuina promanauerit:nunc illius regimen tale conſtituere,quod neque cum Angelis, neque cum cœleſtibus corporibus, neq; cum gregibus animalium,neque cum Patriarchis,neq; cum Lege,neque cum alijs eiuſdem vnitatis partibus conſentiat : hoc vtique non niſi ab illo ſpiritu maligno profectum eſt, qui veram Dei Eccleſiam,quantis maximè viribus poteſt,aſsiduè oppugnat.Scio hæc à me antè ex parte quadam cõmemorata eſſe. verùm quia nondũ fidẽ ijs fecimus, ad quos hanc orationem habemus: faciendum putaui,vt rem quàm maximè poſſem nudam & apertam iterum atque iterũ proponerẽ . Quis enim ſcit, an aliqui fortè eorum conuertentur,& pœnitentiã agent de errore ſuo?

Adijcere iſtis volui etiam alias rationes aliquot,ob quas neceſſe ſit, vnius Primatum in Eccleſia conſtitui,ſi tamen pacem vllam,quæ plurimi omnino facienda eſt, in illa conſeruari volumus . Nam ſi de Baptiſmo Paruulorum & Euchariſtia lis aliqua inciderit, totaq; Eccleſia in duas pluréſue partes diſcedat,nec in alterutra parte,vel Scripturæ ſanctæ,vel Epiſcopi,vel populi, vel Concilia definꝭt: qua vnquam ratione ſciemus,quænam ſit vera Eccleſia ? Iam ſi hoc non ſcimus : cùm illa ſola, quæ vera Eccleſia eſt , ſit corpus Chriſti : Chriſtus verò non niſi

Ephes. 5. *corporis ſui ſaluator* exiſtat : proſſus de ipſo fundamento ſalutis noſtræ incerti ſumus . Atqui

Math. 7. Chriſtus ideo dixit vni: *Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*,vt ſiue pluuia decidat,ſeu flumina inũdent,ſeu irruant venti,ſeu quodcunque aliud malum in Eccleſiã irrumpat,nos tamen viſibilem Petram haberemus,cui adhæreſcere,& in qua pedes figere tutò ſemper liceret. Nec ſanè ad charitatem vnici atq; æterni Rectoris aliquid magis pertinere potuit,quàm vt mortali & viſibili ſuo gregi de viſibili Paſtore ſic prouideret,vt quanquam is Paſtor naturâ mortalis eſſet,pèr gratiam tamen Dei ad immortalem vitam Chriſtianos paſceret:

2. Cor. 3. *non quòd ſufficiens ſit cogitare aliquid à ſe, quaſi ex ſe, ſed ſufficientia eius ex Deo eſt,qui & idoneũ facit illum miniſtrum noui Teſtamenti, non Literæ, ſed Spiritus* . Res nempe ipſa docuit,non hoc eſſe homines per fidem conſecutos, vt iam non appareat in eis humana infirmitas . Videmus non modò Presbyteros,Epiſcopos,Primates,& Patriarchas in errorem , atq; adeo in hæreſim cadere potuiſſe : verùm etiam non ferè aliundè ortas eſſe hæreſes, quàm ab ordine Sacerdotali . Videmus plurimas diſſenſiones tùm de perſonis Eccleſiaſticis , tùm de morum & vitæ diſciplina etiam inter Catholicos interdum extitiſſe,qualis illa fuit inter Epiphanium Cyprium,

Socrat. lib. 6. cap. 11. & 14. & Ioannem Chryſoſtomum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopum. Videmus orbẽ Chriſtianum propè in duas partes abijſſe , dum Eccleſia Græca de certis fidei Capitibus à Latina diſſentiens,communionem Eccleſiaſticam in vniuerſum abrumpit. Quinimò videmus Aſiam, Africam , & Græciam propè vniuerſam à fide Chriſtiana excidiſſe , & ab infidelibus occupatam eſſe,dum homines obſtinati malunt partium ſtudijs indulgere,quàm de ingenio aut honore ſuo quicquam decedere.

Quæ nunc ſpes reſtare poſſet,vt vllæ duæ Epiſcopales Cathedræ,aut etiam vt duæ quæpiã Parœciæ in terris vel ad vnum annum conſentirent,niſi vinculo quopiam viſibili,& eo maximè conſpicuo , in vnitate & pace retinerentur? Aut vnde factum eſt, vt Romana Eccleſia in hodiernum diem ſtet ac floreat, niſi quia Paſtore vno fideli vel nunquam , vel non diu caruit,qui omnes oues intra Dominicum ouile diligẽtia & induſtria ſua contineret ? Quæ autẽ gẽtes cum Romana Eccleſia communicant, illæ tantò magis in Eccleſiaſtica pace florent, quò magis communicant cum illa. Si penitus cum illa communicant, penitus à ſchiſmate ac hæreſi liberæ ſunt: vt Sicilia, vt Neapolitanũ Regnũ, vt reliqua Italia, vt Hiſpaniæ, vt Luſitania, vt In-

Nota. ferior Germania. Ex altera verò parte gẽtes illæ, quæ aut penitus, aut ex parte receſſerũt à Romana fide: aut Saracenis ſubiectæ ſunt, vt Afri & Numidæ in pœnã hæreſis Manicheorũ, Donatiſtarũ, Arianorũ & Pelagianorũ: aut Turcis parẽt, vt Aegyptus, Aſia, Græcia, in pœnã ſchiſmatis, quo ab Eccleſiæ Romanæ vnitate diſceſſerũt: aut certè nec ſecũ quidẽ ipſæ conſentiunt, vt Galliæ, Germania, Polonia, Suecia, Gothia, Anglia, & Scotia, quæ domeſticis inimicitijs ob fidẽ & religionẽ ſuſceptis, ita debilitãtur, vt planè hoſti externo viã ſtrauerint, qua facilius eos in ſer-

Eſaiæ 60. uitutẽ redigat. *Gens enim & Regnũ, quod Eccleſia Dei nõ ſeruierit, ſecundũ Iſaiæ prophetiã peribit.*

Non

Non perijt vnquam illud regnum, quod vni Paſtori in Petri Cathedra ſedenti obediuit. Perierunt autem illa omnia, & in futurum peribunt, quæ Petri fidem & ſedem abdicantia, Cathedram alteram contra vnam illã Petri Cathedram erigunt, quæque inconſutilem Domini tunicam, cui milites pepercerunt, diuidere ac partiri conantur. Quid? Tot iſta ſectarum, quæ hodie regnant, monſtra nónne ob id orta ſunt, quia vni potiſsimùm Paſtori non obeditur? Nemo iam ferè eſt qui ignoret, D. Cyprianum ſcripſiſſe: *Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa: nemo aduerſum Sacerdotum collegium quidquam moueret, nemo poſt Diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt Coëpiſcoporũ conſenſum iudicem ſe iam non Epiſcopi, ſed Dei faceret, nemo diſsidio vnitatis Chriſti Eccleſiã ſcinderet, nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum, foris hæreſim nouam conderet.* Lib. 1. epi. 3. Nec mihi iam curæ eſt, vtrum illa Cypriani verba, quæ in Epiſtola ad Cornelium Papam ſcripta extant, ad Pontificem Romanum nominatim, an potius ad Cyprianum, & quemcunque alium Epiſcopum referri debeant. Non enim iam de Pontificis Romani Primatu loquor, ſed tantùm de ſumma illa neceſsitate, quæ cogit, vt vnum in Eccleſia militante cæteris omnibus anteponi debere credamus. Nam ſi nec vna Diœceſis aut Prouincia pacem atque vnitatem in fide ac Religione ſeruare poteſt, *niſi fraternitas vniuerſa illius Prouinciæ vnum ad tempus iudicem vice Chriſti cogitet, illiq; ſecundùm magiſteria diuina obtemperet*: quantò minus poteſt Eccleſia per vniuerſum orbem diffuſa, & in tot populos tam diuerſis linguis vtentes, ac tam diuerſis legibus & moribus gubernatos propagata, eandem fidei regulam perpetuò tenere atque obſeruare, niſi vnum ſacerdotem & ad tempus Iudicem vice Chriſti cogitet, illique obtemperet fraternitas vniuerſa?

Deus vnicuique diuidit gratiam ſuam pro menſura vniuſcuiuſque membri, ad vtilitatem & ædificationem totius Eccleſiæ. Paſtoribus verò populi ſui eò maiorem gratiam impertit, quò magis *ad alios regendos vocantur, & peruigilant quaſi rationem pro animabus aliorum reddituri*. Acto. 20. Heb. 13. Cæterùm ſi omnes in mundo Paſtores tam Epiſcopi, quàm Presbyteri æquali poteſtate ſecundùm ius diuinum præditi eſſent, (vti Proteſtantes docent) nec alteri quiſquam ſubeſſe deberet: peius cum Paſtoribus, quàm cum alijs Eccleſiæ membris ageretur. Quia cùm in toto mundo innumerabiles Paſtores ſint, & longè maximum Dei exercitum conſtituant, nec tamen vllum ducem vnum ipſis in hac vita ſibi præpoſitum cogitent: quomodo vnquàm ſcient in tantis opinionum fluctibus, & ſententiarum contrarijs placitis, quid aut ipſis credendum ſit, aut populis prædicandum? Aut quid intereſt, nulluſne omnino Paſtor in Eccleſia conſtituatur, an verò conſtituantur infinita millia, quorum nullus alteri obedire teneatur? Licet enim vulgus Chriſtianum Paſtoribus nomine tenus non careat: cùm tamen ipſi Paſtores & poſsint, & ſoleant errare: profectò populus Chriſtianus per huiuſmodi Paſtores eum finem non conſequitur, ob quem Paſtores gregi Chriſtiano præfici ſolent. Hæc eſt enim Paſtorum vtilitas, *vt educant oues, vt ante eas vadant, vt paſcua illis procurent, ac denique vt vitam potius pro illis ponant, quàm à lupis mactari & diſpergi ſinant*. Ioann. 10. Cæterùm ſi Paſtores ipſi cæcitate percuſsi, neſciant vbi ſint ſalutaria paſcua, ſed ipſi potius indigeant Paſtore viſibili, cuius vocem audiant & ſequantur, nec tamen vllum in terris reperiant, qui cæteris firmior in fide aut conſtantior ſciatur eſſe: ijdem ipſi Paſtores, qui debebant duces plebi eſſe ad vitam, fiunt ei duces ad infernum, (vt de Phariſæorum & Scribarum proſelytis Chriſtus dixit.) Matt. 23. ex quo melius multò fuerat, aut nullos, aut pauciſsimos accepiſſe Paſtores, quàm tot accepiſſe, qui nullo inter ſe obedientiæ vinculo copulentur. Si bellum alicui populo cum hoſte ineundum eſſet: nunquid is populus congregato exercitu maximo, commiſſurus eſſet, vt infiniti Duces conſtituerentur, quorum nullus alteri parêre cogeretur? Aut ibi ſperanda vnquam eſſet victoria, vbi cùm nullus ordo exiſteret, timeri potius poſſet, ne Duces exercitus in ſeipſos arma conuerterent, quàm contra hoſtes bellum facèrent?

Si Deus nobiſcum vt cum hominibus agit, ſi nos in Eccleſiam ſuam cooptans non mutauit naturam noſtram, ſed quod in ea vitioſum erat, deleuit, quodq; virtutis capax erat, perfecit: ſi *dedit Paſtores & Doctores*, tanquã Duces in ſpirituali certamine, quod aduerſus hæreſes & peccata gerimus, futuros: Ephes. 4. ſi appellauit Iſraëlẽ, id eſt, populũ in ſe credentẽ, *poteſtatem ſuã* & exercitũ: ſi exercitus ille in figurã Eccleſiæ accepit Moſen Ducẽ ab ipſo Deo tanquã quo prorſus carere Pſal. 113. non poterat, cùm tamẽ inferiores alij duces à Moſe ex cõſilio ſoceri ſui fuerint poſtea deſignati, velut vtiles quidẽ futuri, nõ tamen perinde neceſſarij, ac primus ille totius multitudinis du-

ctor ac

ctor ac rector: ſi Chriſtus, dũ viueret, hanc viſibilem Præfecturam in ſeipſo expreſsit, cumque
Ioann. 21. hinc ad cœlos aſcenſurus erat, vni Petro dixit, *Paſce*, id eſt, Rege *agnos & oues meas*, vt ne illo quidem abeunte, viſibilis Præfectus vnus gregi ſuo deeſſet: ſi Petrus poſtea & alij Apoſtoli ſingulis Eccleſijs Paſtores præfecerunt, nõ quidem velut perinde neceſſarios, ac vnus ille Paſtor fuerat, ſed tamẽ vtiles & opportunos, qui vnius primi Paſtoris vocem audire & ſequi debebãt: quæ nunc inſania eſt, vt gregem ouium in immenſum iam multiplicatum & auctum, dicas adhuc manere incolumẽ, dicas etiam non deeſſe multa illa Paſtorum millia, quæ ſingulis Eccleſijs præpoſita ſunt: & interim neges, vllum primum & viſibilẽ Paſtorem in Eccleſiaupereſſe, quem cætera turba vel ouium vel Paſtorum velut Ducem à Deo conſtitutum agnoſcat & ſequatur? Si Paſtorem primum è terris omnino tollas, & in cælo tantùm reponas: cur manent ſecundi ac tertij Paſtores in terris? Cur etiam oues ipſæ in cœlo tantùm non collocantur? Sin hîc ſint oues viſibiles, hîc ſint infimi & medij Paſtores viſibilés: cur hîc etiam primus aliquis Paſtor & ille viſibilis non creditur eſſe conſtitutus? Cur autem vnus Paſtor cæteris fidelibus à Chriſto præpoſitus putari debeat, nos tot ac tantas rationes afferimus.

1\. Primùm, ne longè præclariſsimum gubernationis genus (qualis eſt Monarchia) à Chriſti Ec-
1. Cor. 14. cleſia abeſſe cenſeatur, in qua ſecundùm ordinem omnia fieri debere Apoſtolus docet.

2\. Deinde, vt ſtatũs Eccleſiæ cohæreat cum eo gubernationis modo, qui obſeruatur in cæteris omnibus creaturis, quæ ad vnum ſuæ naturæ conditioniſque principium referri ſolent, vt conſtat de cœlis, ſideribus, animantiumque & corporibus & gregibus.

3\. Tum autem, vt Eccleſia militans in ſuo genere ſit ſimilis triumphanti Eccleſiæ, quam nemo
Apocal. 22. negat ab vno Chriſto ita gubernari, vt Chriſtus ab eadem Eccleſia facie ad faciem videatur. Vnde & huic militanti Eccleſiæ vnus militans Paſtor præeſſe debet, qui ab eadem Eccleſia videri queat.

4\. Præterea, vt regimen Eccleſiæ Chriſti reſpondeat ſtatui, quem eadem Eccleſia ſub Patriar-
Gene 14. Heb. 7. chis habuit, quorum non niſi vnus eadem ætate eodemq; tempore primas tenuit, & cui cæteri omnes velut Primati ſuo cedebant, ſicuti conſtat de Melchiſedech, qui benedixit Abrahæ, tanquam inferiori Patriarchæ.

5\. Deutero. 17. Atque etiam, vt ſtatus Eccleſiæ Chriſti reſpondeat ſtatui legis Moſaicæ, ſub qua vnus tantùm Pontifex omnibus, quæ in mundo erant, Synagogis præfuit.

6\. Cantic. 6. Vt ſtatus Eccleſiæ Chriſti nõ diſſentiat à Prophetarum doctrina, qui prædixerunt, eam forẽ ſimilem aciei caſtrorum ordinatæ, in qua vnus eſt Primus Dux ſeu Imperator.

7\. Matt. 13. Ioan. 10. Luc. 10. Vt reſpondeat Chriſti doctrinæ, qui Eccleſiam appellauit *regnum, ouile, hoſpitium, ſeu diuerſorium* in quo vnus Rex, Dominus, aut Paſtor, iſque viſibilis, & eiuſdem conditionis cum ſubditis ſuis, præeſt.

8\. 1. Cor. 12. Epheſ. 4. Vt reſpondeat doctrinæ Apoſtolorum, qui Eccleſiam dixerunt ſimilem eſſe corpori, cuius vnum eſt præcipuum membrum, & ſimilem domui, in qua vnus Paterfamiliâs dominatur.

1\. Timoth. 3. Vt Eccleſiæ gubernatio conſentiat ipſa ſecum, ſitque non minus in tota militante Eccleſia
9\. vnus militans Paſtor, quàm in ſingulis militantibus prouincijs & parœcijs ſinguli ſunt militan-
Acto. 14. Tit. 1. tes Paſtores.

10\. Vt æterna Monarchia Dei per vnum ad tempus Paſtorem demonſtretur. Nã Ignatius tradit, Epiſcopum figuram Dei in Eccleſia gerere, in Epiſtola ad Smyrnenſes. Sit ergo vnus in Eccleſia ſummus Pontifex, qui figuret vnitatem Dei.

11\. Vt viſibilis Monarchia, quam Chriſtus in terris agens per ſeipſum inchoauit, & qua in hodiernum diem Eccleſiam gubernat, in terris per Vicarium ipſius continuetur, & perſeueret: nec alia nunc Eccleſia eſſe putetur, quàm ſub Chriſto fuit. Eſſet quippe alia, & non vna eademque Eccleſia, ſi forma regiminis, quæ ſub Chriſto in terris agente non niſi regia fuit, nunc in Ariſtocratiam vel Democratiam mutaretur.

12\. Heb. 10. Vt Chriſti vnius in æternum Paſtoris vnitas hoc modo figuretur. Nam cùm Eccleſia ſit imago rerum ipſarum, quæ in cælis elucent: vt ibi conſtat, vnum Chriſtum eſſe totius Eccleſiæ ſuæ æternum Paſtorem, ſic oportuit illam Chriſti Præſidentiam per vnius Paſtoris Primatum in terris figurari.

13\. Vt etiam inuiſibilis vnitas Eccleſiæ, hoc viſibili vnius Paſtoris Primatu deſignetur, quæ Cypriani eſt ratio in Libro de vnitate Eccleſiæ. Ex illa enim viſibili connexione, qua cohærẽt inter ſe Presbyteri, Epiſcopi, Primates, & ſummus Pontifex, facilè intelligitur, quãta ſit illa ſpiritalis vnitas, quæ intercedit Eccleſiæ tam cũ Chriſto Capite, quàm cũ reliquis ipſius mẽbris.

Vt mi-

Vt militantis Eccleſiæ externa vnitas & pax per vnum Paſtorem conſeruetur, ſchiſmataque tollantur, quæ eſt Optati ratio in Lib.2. de ſchiſmate Donatiſtarum: & D. Hieronymi aduerſus Iouinianum. 14.

Vt non deſit in Eccleſia, qui iure diuino peccata inferiorum Paſtorum Eccleſiæ puniat, & negligentiam Prælatorum ſuppleat, quæ eſt Gregorij Magni ratio, Lib.7. Epiſt.8. 15.

Vt quando Synodus propter externam perſecutionem congregari non poteſt, ſit tamen qui *pro authoritate ſua* cauſas ſingulorũ cognoſcat, & decidat, quæ eſt Baſilij Magni ratio in Ep.78. 16.

Vt cùm ſingulis Paſtoribus portio gregis aliqua ſit aſsignata, nec illi teneantur curã ſuſcipere eorũ, qui non ſunt ipſis commendati: non deſit tamen, qui & propagandi Euangelium curã gerat, & Epiſcopos nouos illis conſtituat, qui de nouo ad fidem conuertuntur. Hæc enim cura niſi ad vnum aliquem ante alios omnes ſpectaret, non tot nationes, poſt Apoſtolorum ex hac vita migrationem, Chriſti fidem ſuſcepiſſent. 17.

Vt ſit, qui Epiſcopatus antea conſtitutos vel diuidat, vel vniat, prout res ipſa videbitur poſtulare. Quod niſi ab vno præcipuè fieret: vel non fieret id omnino, vel cum graui ſcandalo ſæpè fieret. 18.

Vt certum ſit, quæ Concilia ſint legitima: & quis vel congreget, quemadmodum oportet, vel quis econtrà diſsipet: quæ eſt ratio Damaſi contra Concilium Ariminenſe. 19.

Vt quæ de vno inter Apoſtolos maiore & præceſſore, in Euangelio ſcribuntur, vera, & in Eccleſiæ gubernatione, perpetua eſſe credantur, vt quæ de Primatu Petri tam perſpicuè in Euangelio narrantur, & à ſanctis Patribus ita exponuntur, vana eſſe non exiſtimentur. 20. Lucæ.22.

Vt Eccleſia Chriſti, Dæmonum ſocietate inferior nõ iudicetur, ſi eo viſibili vnius Primatu careat, quem Princeps Dæmoniorum ſortitus eſt. 21.

Vt quæ de Romani Pontificis Primatu ſancti Patres & œcumenica Cõcilia tanto conſenſu docent, vera eſſe non dubitetur. 22. 23.

Poſtremò, vt eorum, qui prædicant, & eorum, qui credunt, in omnibus gentibus inanis & vacua fides non ſit, qui Primatum vnius viſibilis Paſtoris Romæ diuinitus conſtituũ eſſe, tùm ſemper annunciarunt, tùm ſemper crediderunt, de quibus rebus in ſequentibus libris abundè copioſèque agetur. 24.

☩ ARGVMENTVM
Libri Sexti.

HActenus demonſtratum eſt, aliquem vnum Paſtorem cæteris Eccleſiæ membris atque etiam Paſtoribus ipſis præfici debuiſſe: Nunc oſtendam, illum vnum & ex numero Apoſtolorum fuiſſe, & Petrum nominatim extitiſſe: idque tùm quia Petrus accepit multa dona in Eccleſiæ ædificationem, quæ alij Apoſtoli vnà cum illo non acceperunt, tùm quia Petrus etiam illa, quæ alij ex æquo acceperunt, priùs accepit, eandemque ordinario iure ad poſteros tranſmiſit.

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ,

LIBER SEXTUS.

Chriſtum in Euangelio docere, quòd inter ipſos Apoſtolos quiſpiam fuerit maior cæteris, quem ſuo exemplo ad humiliter ſe gerendum exhortatus eſt.

CAPVT PRIMVM.

QVEMADMODVM illa vnius Paſtoris ſuper gregem reliquū Præfectura,
Matth.23. quam in Eccleſia militante eſſe defendimus, non propriè dicitur Dominatus, aut
dominandi poteſtas, ita Primatus non immeritò vocatur. Eſt enim dominiū pro-
Gen 49. priè in ſeruos. *Omnes autem nos Fratres ſumus.* At Primatus etiam inter fratres in-
uenitur. Cùm enim oēs filij Iacob fratres inter ſe eſſent, tamen Patriarcha ipſe,
quid primogenito ſuo (niſi per peccatū iure hæreditario excidiſſet) deberetur, exponēs: *Ruben*
(inquit) *Primogenitus meus. Tu fortitudo mea, & principiū doloris (ſeu roboris) mei: prior in donis, ma-*
ior in imperio. Quod Sāctes Pagninus ita vertit: *Excellēs dignitate, excellēs fortitudine.* Ac eòdem
In Traditionibus hebraicis. ſanè recidit, etiāſi Hebraica cū Oleaſtro ſic reddas, *reſiduū eleuationis, & reſiduū fortitudinis*, id
eſt, is in quo honor meus & fortitudo potiſsimùm perſtare debeat. Oſtendit aūt Hieronymus
in hūc locum. *Primogenito Regnum & Sacerdotium fuiſſe obuenturū* ſi nō peccaſſet in patrē. Cùm
igitur, nō obſtante fraternæ æqualitatis iure, potuerit vnus quiſpiam eorum in Sacerdotio ma-
ior, ſeu in dignitate & honore excellentior eſſe: inde ſatis liquidò apparet, etiamſi omnes Chri-
ſtiani ſint fratres, poſſe tamē vnum aliquem inter eos eminere, qui par natura, maior ſit voca-
tione, & ſacerdotali honore. Neque enim aut Moyſes, aut Aaron magis erant de filijs Iſraël,
Num.17. quàm quiuis alius de plebe infima eius populi: & tamen videmus, Moyſen atque Aaronem cæ-
teris fratribus ſuis vſque eò prælatos eſſe, vt eorum præfecturam ſibi placere Deus maniſeſto
Num.16. miraculo ſit teſtatus, cùm fecit, *vt virga Aaron germinaret*, atque vt terra deuoraret ſchiſmáti-
cos viuentes: igniſque à Domino egreſſus interficeret ducentos quinquaginta viros, qui an-
tea dixerant ad Moyſen & Aaronem *Sufficiat vobis, quòd omnis multitudo Sanctorum eſt: cur ele-*
Matth.24. *uamini ſuper populum Domini?* Nec tantùm inter filios aut poſteros eiuſdem Patriarchæ, ve-
rùm etiam inter eiuſdem Domini ſeruos Primatus quidam ſecundùm Chriſti Euangelium eſ-
ſe poteſt. *Quis putas* (inquit Chriſtus) *eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper*
familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Quid aliud eſt conſtitui ſuper familiam Domini,
quàm inter conſeruos ſuos Primatem fieri? Quamuis enim, cùm ad communē Dominum ad-
ſpicimus, omnes ex æquo ſerui ſimus: tamen non modò in eius poteſtate eſt, vnum aliquem
ex ſeruis ſuis cæteræ multitudini præficere, verùm etiam id ſe re ipſa feciſſe manifeſtiſsimis
indicijs declarauit.

Sæpius inter Diſcipulos quæri atque etiam litigari cœptum eſt, quis eorum videretur eſſe
maior. Animaduertebant enim ex multis indicijs, nō omnes in eodē honoris gradu aut ab initio
fuiſſe, aut poſtea futuros eſſe. Etenim videbant, ex omnibus primùm gentibus vnicam Iudæo-
Lucæ 6. rum gentem electam eſſe, ad quā Chriſtus ipſe veniſſet, eiq; viā ſalutis prædicaſſet. Deinde ex
Lucæ.10. omni turba Iudæorū nō niſi aliquos ad Diſcipulorū honorē vocari, ex reliqua verò diſcipulorū
turba Duodecim præcipuè eligi, quibus Apoſtolorū nomen imponebatur, tum aūt & alios Se-
ptuaginta duos deſignari, quos in meſſem ſuā binos mittebat. Præterea ex ipſis Duodecim a-
nimaduertebāt tres potiſsimùm Apoſtolos, nouē reliquis longè anteponi, hoc eſt, Petrū & duos
filios Zebedæi, quos & in Iairi domum, & in montē vbi trāsfiguratus eſt, & in hortū ſeorſim à
reliquis vnà ſecū duxit. Iam verò ex ijs etiam tribus licet non ſemper idem, tamē vnus quiſpiā
alijs duobus præferebatur. Ac tametſi plurima huius Præfecturæ ſigna in D. Petrū caderent,
tùm ob

tùm ob nomẽ Petræ, quod ſolus accepit, tùm ob Claues regni cœlorũ illi potiſsimũ promiſſas,
tùm etiam ob ſtaterem Chriſti & Petri ſolius nomine ſolutum: ob eamq́ue cauſam Petro tantũ
fiduciæ accreuiſſet, vt plerumq; cæterorũ os vel in quærendo, vel in reſpondẽdo fieret: tamẽ
interdum apparebat, vel eundẽ Petrũ à Primatu etiã deijci (eò quòd Satanas vocaretur, & poſt
Chriſtum ire iuberetur) vel certè nunc duos filios Zebedæi, nunc ſaltẽ vnũ ex illis in gratia &
fauore apud Dominum Petro anteponi. Quæſtio igitur illa, quæ ad minimum quater de Pri-
matu inter Diſcipulos mota eſt, quemadmodum in illis, qui nondum accepiſſent Spiritum ſan-
ctum, ab humana quapiam infirmitate proficiſci poterat: ſic non ferè accidiſſe legitur, præter-
quàm cùm aut pauci pluribus, aut vnus reliquis anteponi videbatur. Etenim cùm in monte Lucæ. 9.
transfiguratus fuiſſet Chriſtus, quem in locum ſoli tres eum comitati eſſent: ex ea occaſione
(id quod Beda etiam docet) dum irent Capharnaum, tractabant, *quis eorum maior eſſet*. Deinde Mar. 9.
cùm Petrus pro Chriſto & ſeipſo ſtaterem dare iubebatur, *in illa hora* acceſſerunt Diſcipuli ad
Ieſum, dicentes, *quis putas maior eſt in regno cœlorum?* Præterea poſtquàm mater filiorum Zebe-
dæi petijſſet, vt vnus filiorum ſuorum ad dexteram Chriſti, & alius ad ſiniſtram in gloriâ ipſius Mar. 10.
ſederet: iterum reliqui cœperunt indignari de duobus, velut ægrè laturi, vt eis in loci aut Sedis
dignitate poſtponerentur. Denique poſtquàm in vltima cœna vidiſſent, tantum honoris Diuo
Ioanni delatum eſſe, vt in ſinu Ieſu recũberet, adeo vt ipſe Petrus non iam auderet Chriſtũ in- Ioan. 13.
terrogare, ſed innueret Ioanni, vt (eo interrogante) ſciret, quis eſſet Ieſum traditurus: ex illa oc-
caſione iam finita cœna, non tractatus aut diſputatio quælibet, ſed *contentio facta eſt inter eos,* Lucæ. 22.
quis eorum videretur eſſe maior. Comparabant quippe inter ſe res varias, & nunc Petrum, nunc
Iacobum, nunc Ioannem pluris à Domino fieri ſuſpicabantur. & fortè, vt fit in tali cauſa, vnus
huic, alter illi magis fauebat.

Vidimus ergo varia Diſcipulorum ſtudia (verius fortè dixerim) varias eorum perturbatio-
nes & morbos: nunc, quodnam pharmacum bonus magiſter & dulcis medicus exhibuerit, at-
tendamus. Hoc ſanè vbique obſeruatũ eſt, vt eorum animos à dominandi libidine auocaret, &
ad veram humilitatem conuerteret. Nec enim rectè præerit vnquàm, qui priùs parêre non di-
dicit. Ac primùm quidem ait: *ſi quis vult primus eſſe, erit omniũ nouiſsimus & omniũ miniſter*. In Marci. 9.
quibus verbis regulã præſcribit, qua nitentes ad verum Primatũ aſcendere non vetantur. Ait
enim alibi manifeſtius: *Qui minor eſt inter vos, hic maior erit*. Via quippe ad verum honorem Lucæ. 9.
non alia eſt, quàm per veram humilitatem. Nam qui ſe humiliat, exaltabitur. Deinde puerum in
medio ſtatuens & complexus, ait illis: *Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine*
meo, me recipit: & quicunque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum qui me miſit. Vbi vel hoſpita-
litatẽ & beneficentiã cũ humilitate coniungi vult, vel ipſam puerilẽ innocentiã & animum ab
omni ambitione & auaritia vacuũ nobis imitandũ proponit: ſicut & alibi dicit: *niſi conuerſi fue-* Matth. 18.
ritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorũ. Poſtquàm verò ter illos ad humili-
tatem hortatus eſſet, primùm poſt transfigurationem ſuam in monte, deinde poſt petitionem
vxoris Zebedæi pro filijs ſuis, ac demũ poſt ſtaterem pro ſe ac Petro datum: tandem in vltima
illa contentione, quæ in ipſa nocte Paſsionis Dominicæ accidit, non ſolùm (vt ſemper antea)
à ſeculari & prophana dominandi cupiditate illos deterruit, humileſq́ue eſſe iuſsit, vt magni
fierent: ſed præterea quendam cæteris maiorem inter eos eſſe, palàm dixit, eiq́ue præſcripſit,
quemadmodum in Primatus officio ſe gerere deberet. *Qui maior eſt* (inquit) *in vobis, fiat ſicut* Lucæ. 22.
minor, & qui præceſſor eſt ſicut miniſtrator. Num quis maior eſt: qui recumbit, an qui miniſtrat? Nón-
ne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrùm ſum, ſicut qui miniſtrat. Cæterùm quò incredibilior
eſt aduerſariorum pertinacia, qui tam perſpicuæ veritati obſtinatè aduerſantur, eò diligentius
hæc verba examinanda & exponenda ſunt, vt vel corrigantur quædã eorum, ſi fieri poteſt, vel
ſaltem Catholicam fidem ſolidiſsimis fundamentis niti & confidere animaduertant.

Principiò ſciendum eſt, Chriſtum oſtendiſſe, quid in quæſtione de Primatu, Apoſtoli & cæ-
teri Fideles vitare debuerint. *Reges* (inquit) *gentium dominantur eorum. vos autem non ſic*. Hoc
eſt, vos non dominabimini inſtar regum, qui gentibus præſunt, nec illo modo poteſtatem pro
imperio veſtro exercebitis in eos, qui vobis ſubſunt. Qui verò dicit, non ſic dominabimini, vti-
que non omnem gubernandi modum, ſed illum duntaxat prohibet, qui ſit ſimilis tyrannidi gẽ-
tium, de qua iam ſatis me puto dixiſſe. Illa enim Diui Lucæ verba, ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, ad literam
ſignificant: vos non ad eum modum dominabimini. Ex quo ſtatim rectè colligas, aliquo ſaltem
modo Apoſtolos præfuturos eſſe. Etenim eo ipſo quòd certus quiſpiam dominandi modus ve-
tatur, alius aliquis permitti videtur. Quis igitur eſt ille dominandi modus, qui permittitur
Apoſtolis?

Apoſtolis? Ante omnia oportet iſta Chriſti verba, quæ nunc ex D. Luca citauimus, cũ alijs eiuſdem verbis, vel quæ apud eundum Lucam alibi, vel quæ apud cæteros Euangeliſtas in ſimili cauſa extant, cõferre: vt ita per ſingulorũ inter ſe collationẽ perſpicuè diiudicetur, in quo aut ſimilia ſint, aut inter ſe differant. Tã igitur Matthæus & Marcus, quàm ipſe Lucas, vbi de Primatu antea diſputatum eſſet, ita Dominum eã litem repreſsiſſe demõſtrant, vt diceret: *quicũq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter.* Nã qui minor eſt inter vos, hìc maior eſt. Vbi, vt antè declarauimus, Chriſtus nõ tã de Primatu in hac vita, quàm in futura cõſequendo agit.

Matth. 20. Mar. 9. Lucæ. 9.

Verùm in iſta diſputatione vltima, quæ poſt inſtitutionem Euchariſtiæ contigit, ad ſolitam de humilitate admonitionem longè plus adiecit: vtpote in ipſo tranſitu ex hoc mundo animi ſui conſilia magis magiſque aperiens. Iam ergo dicit non (vt antè) *ſi quis vult magnus fieri, aut primus eſſe:* verùm *qui eſt maior in vobis, & qui præceſſor eſt, fiat ſicut minor, & ſicut miniſtrator.* Quãquàm enim Latina exemplaria legant etiam priore in loco: *Quicunque voluerit inter eos maior fieri,* & iterum, *qui minor eſt, hic maior eſt:* tamen in Græcis exemplaribus vtrobique legitur, non μείζων maior, ſed μέγας magnus. Vbi enim de regno cœlorum agitur, verè magnus fit, qui humilitate præditus eſt. At in hoc mundo poteſt quidem aliquis per Primatum ſuum alijs eſſe maior, qui verè tamen magnus non eſt, niſi humilitatem vnà cum Primatu ſuo coniunxerit. Et antè quidem Chriſtus neminem Diſcipulorum præ cæteris deſignabat, ſed indefinitè, aut potius in vniuerſum dixit, ὃς ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μέγας, *quicunque voluerit eſſe magnus.* Quaſi dicat: Do poteſtatem vobis; & omnibus, & ſingulis, & nunc, & in poſterum tendendi ad verũ Primatum per viam humilitatis & ſubiectionis. At nunc de certo quodam viro nominatim ait, ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, *ille qui maior eſt in vobis:* & rurſus, ὁ ἡγούμενος, *ille qui præeſt,* vel qui eſt Dux & Rector, ille fiat ſicut minor. Ille igitur Primatus ambiri & poteſt, & debet: hic non item. Ille omnibus ex æquo permittitur: hic vni tantùm tributus innuitur. Ibi Primatus nondum acquiſitus eſt, & ideo dicitur, *qui voluerit fieri magnus:* fieri, inquam, licet adhuc talis non ſit. Nec enim in hac vita quiſquam certus eſſe poteſt de magnitudine ſua, quam obtinebit in cœlo, niſi Deus ei hoc ipſum reuelet. *Qui enim perſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluus erit.* Interim verò *qui ſtat, videat ne cadat.* Verùm in hac poſtrema Diſcipulorum litigatione, Chriſtus docet, Primatũ de quo agit, in hac vita geri præſentemque eſſe. Ait enim, *qui eſt maior,* non qui erit, aut qui cupit eſſe. Ibi humilitas Primatum neceſſariò antecedit, veluti ſine qua Primatus cœleſtis non daretur omnino: hìc autem licet optabile ſit, vt humilitas concurrat, tamen ad Præfecturam conſtituendam prorſus neceſſaria non eſt. quia multi ad tempus præficiuntur in Eccleſia Dei, quorum animi ſuperbia & ambitione in æternum tument. Atque ideo Chriſtus eum, *qui iam eſt maior, ad* humilitatem hortatur, dicens, *fiat ſicut minor.* Hic igitur Primatus tribuitur, ſiue ſequatur humilitas, ſeu non ſequatur: quia non agitur de Primatu æterno, ſed de tẽporali. Nec enim obliuiſci debemus, Apoſtolos contendiſſe, non quis in cœlo, verùm quis in hac vita maior futurus eſſet. nec enim de humilitate iam illi, ſed de Præfectura temporali cogitabant.

Itaque cùm Chriſtus illorum cogitationibus reſpondens pronunciat, quendam *eſſe maiorem* inter ipſos, eumque iubet fieri ſicut miniſtrum: vtique non hoc dicit, aliquem vnum inter ipſos in humilitate & animi demiſsione maiorem eſſe. Nam licet hoc verè ita potuerit euenire, vt eſſet vnus aliquis humilior cæteris: tamen is minimè omnium indigebat admonitione, qua iuberetur ſe gerere velut eſſet minor, cùm iam tum verè fuerit minor, potiuſque exhortandus eſſet, vt in humilitate perſeueraret, quàm vt ſicut minor fieret. Nam Chriſtus in his verbis libidinem potius eorum, qui præfuturi erant, repreſsit, quàm eos, qui ab hac libidine alieni eſſent, collaudauit. Omnium quippe interpretum confeſsione medicinã potius faciebat Apoſtolorũ vulneribus, quàm eorum certaminibus & victorijs præmia reddebat. Quapropter Chriſtus palàm confeſſus, aliquem inter Apoſtolos *maiorem eſſe,* etiam ſecundùm temporalem hunc Primatum, de quo illi iam tum cogitabant, exhortatur eum, vt ita gerat Primatum ſuum temporalem, ne amittat æternum. Quòd ſi dicas, neminem iam tum fuiſſe maiorem: ergóne illi, qui nuſquàm eſt, Chriſtus præcepta dat? Aut poteſt ille Dux & Præfectus gerere ſe, velut ſi eſſet minor, qui omnino Dux aut Rector non eſt? Hæc enim verba, *fiat ſicut minor,* cui tandem præcipiunt humilitatem? Nónne illi, *qui eſt maior, & qui eſt Dux aut præceſſor?* Eſt igitur inter Apoſtolos vnus aliquis maior & Rector. Nam ei, quod non eſt, nihil omnino imperari poteſt. Eſt igitur duplex magnitudo ſeu dignitas: vna temporalis, altera æterna. Temporalem quis habere poteſt, etiamſi æternam non habuerit: ob eamque rem Chriſtus eum, qui maior eſt temporali Præfectura, hortatur & iubet etiam pro æterna Præfectura contendere & laborare. Nec id

prætermit-

prætermittendum eſt. quòd Chriſtus hunc maiorem, de quo poſt cœnam ſuam agit, non iubet omnino fieri ſeruum, aut minorem, aut miniſtrum, ſed magna cum moderatione particulam (ὡς) adijciens, iubet eum fieri *velut minorem*, & *velut Diaconum aut miniſtrum*: cùm tamen eum, qui Primatum æternum quærit, abſolutè iubeat *eſſe & ſeruum, & miniſtrum Apoſtolorum* (vt apud Matthæum legimus) *& omnium nouiſſimũ*, vt Diuus Marcus rem exponit. Simpliciter neceſſarium eſt, vt qui velit omnium primus eſſe in cœlo, fiat omnium vltimus in hoc mundo: quia maiori humilitati maior dignitas, & maximæ humilitati maxima dignitas reddetur. Cæterùm qui maior eſt, & primus, ſeu præceſſor in hac vita, is quidem minor fieri debét, ſi vult in cœlum ingredi. Sed tamen ad hunc Primatum vel acquirendum, vel adminiſtrandum, non eſt neceſſe, vt fiat omnium vltimus, quia etiámſi minimum humilitatis gradum teneat, tamen primus & maior eſt. Matth 10. Marc. 9.

Accedit eódem, quòd Diuus Lucas hæc verba inter ſe opponit, ὁ μείζων, maior, & ὁ νεώτερος, iunior. Ex qua collatione intelligimus, Chriſtum de illo maiore egiſſe, qui præ alio iuniore ſit maior. Nec tamen de eo tantùm locutus eſt, qui ſit maior annis (neque verò de eo litigabant Apoſtoli, quis eorum ætate maior, aut ſenior foret) ſed de eo, qui maior in authoritate ac poteſtate eſſet. Nouerant quippe, ſolitum eſſe patremfamiliâs, vnum aliquem ex liberis ſuis à cæteris ſegregare, eique Primogenituræ ius tribuere. Chriſtus autem, qui corda illorum viderat, cùm prius admonuiſſet, Primatum à ſe inſtituendum non eſſe ſimilem illius, qui apud Gentes exerceretur: (*Vos*, inquit, *non ſic* dominabimini) poſtea declarauit, quemadmodum ille dominaretur, qui inter eos maior futurus erat, dicens: *Qui maior eſt in vobis*, hoc eſt, qui ius Primogenituræ adipiſcitur, ita ſe gerat, ac ſi minor eſſet inter omnes fratres ſuos. Talem igitur Primatum ſe inſinuaſſe docuit, qualis erat inter filios Patriarcharum, vbi ſolus Iſaac fuit hæres, cùm cæteris munera tantùm darentur. Vbi ſolus Iudas poteſtatem Regiam retinuit, cùm fratres ipſius ipſum collaudarent, & Ducem Regemque ſuum agnoſcerent. Vbi omnes primogeniti à Noë vſq; ad Aaronem (vti Hieronymus ex Hebræorum traditione aſſerit) Pontifices & Sacerdotes fuerint. Non igitur de futuro in vita æterna, ſed de temporali Primatu Chriſtus tractabat, quem iam tunc vni Diſcipulorum ſuorũ & in animo ſuo deſtinârat, & verbo ſuo promiſſum ex magna parte præſtiterat. id quod poſtea (ſi Deus volet) planum faciam: nunc in eo, quod inſtituimus, pergamus. Apud Lucam igitur ſubiungit Seruator noſter hæc verba: *Ego autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat*. Suo enim exemplo Dominus illum, qui maior erat inter Apoſtolos, ad humilitatem ita informandum putauit, vt in hunc modum ratiocinaretur. Si ego, qui verè ſum maximus & Dominus omnium, quique ſum ſolus vniuerſale Caput totius Eccleſiæ ab initio mundi vſque ad finem, tamen adeo demiſsè, humiliterque inter vos verſor, vt miniſtrare potius, quàm recumbere videar (paulò enim antea etiam pedes Apoſtolorum lauerat) quantò minus ei, qui maior eſt inter vos, moleſtum eſſe debet, vt inſtar miniſtri gerat ſe inter conſeruos ſuos? Hîc ab Aduerſarijs (qui miniſterium, de quo Ieſus agit, Primatui eccleſiaſtico, velut ex diametro repugnare dogmatizant) libenter quærerem, vtrum non fateantur, Chriſtum verè, abſolutè, ac omnino Caput totius Eccleſiæ ſuæ ſemper exiſtere? Scio quòd eum hac honore ſpoliare non audebunt. Inde igitur vide quid inferam. Si miniſterium, quod in ſe Chriſtus, dùm viueret, humillimè ſuſcepit, non repugnat ſublimi & abſoluto illi Dominio, quod in totam Eccleſiam, ſiue in cœlis, ſeu in terris, conſtitutam habet: multò minus miniſterium, quod ei, qui maior eſt inter Apoſtolos, præcipitur, huic particulari & Vicario Primatui repugnat, quem in terris ad breue tempus non ſuo, ſed Chriſti nomine adminiſtrat. Sed contrà, quemadmodum Chriſtus, etiámſi geſsit ſe apud nos inſtar miniſtri, verè fuit Dominus omnium: ſic & ille, quem Chriſtus inter Apoſtolos maiorem facit, etiámſi iubeatur ſe ad Chriſti exemplum humiliter gerere, interim tamen verè maior eſt, in illo ſaltem Primatus gradu, qui decet ſeruum ſuper familiam reliquam, ex Domini voluntate conſtitutum. In quæſtionibus Hebraicis.

Potéſtne aliquid adhuc ex Diui Lucæ verbis pro vnius Primatu produci? Poteſt quidem, & id eiuſmodi, vt cætera omnia longè ſuperet. Mox enim ſubiecit: *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim Tribus Iſrael*. His quippe verbis Dominus declarauit, ſi non temporalem, at certè perpetuum quendam Primatum ſingulis Apoſtolis in cœlo reddendum eſ-

ſe: vt ita conſolaretur & eos, qui eodem Primatu in hac vita cariturí eſſent, & eum præſertim, qui talem Primatum hic deberet gerere, vt ea res rectè perfuncta plus illi operis & laboris, quàm gloriæ & vtilitatis in hoc mundo allatura eſſet. Animis igitur omnium hoc modo in ſpem longè maximam erectis, ipſum illum nominatim compellat, quem inter Apoſtolos maiorem ex magna parte iam antea deſignatum, perfectè poſt Reſurrectionem ſuam in ea Præfectura confirmare in animo habebat. Ait ergo Dominus Simoni: *Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Ecce quò tandem peruenimus. Facta eſt contentio inter Apoſtolos, quis eorum videretur eſſe maior: Chri-
1. ſtus dixit eis: *Vos non dominabimini, ſicut Reges Gentium.* Hinc primò deducitur, vt ſaltem [2] a-
2. lio quopiam modo ſuorum aliquis dominaturus videatur. Quid ergo ſequitur? *Qui* (vel
3. potius, [3] ille qui) *maior eſt in vobis*: eſt igitur aliquis vnus maior inter Apoſtolos. Non enim dictum eſt, quicunque (vt alibi) ſed ille qui: non qui voluerit eſſe, aut fieri (vt antea) ſed
4. ille qui [4] eſt. Non qui voluerit eſſe magnus (vt antè) ſed ille, qui eſt [5] maior in vobis. Ille
5. ergo, qui eſt maior inter vos, *fiat* ſicut minor, vel potius, ſicut iunior. Non fiat minor aut
6. iunior omnino, ſed [6] ſicut minor & iunior, cùm interim verè ſit maior. Nec tantùm ætate,
7. aut humilitate maior, ſed etiam [7] authoritate & Primogenitura maior. De tali enim Pri-
8. matu & Apoſtoli primùm contendebant, & Chriſtus [8] poſtea diſputabat: præſcribens vtique modum & conditionem illi viro, qui verè maior erat, & non ei, qui nuſquam extabat.

9. Adde his, quòd ipſe Chriſtus, qui longè [9] maximus naturâ erat, ſuam humilitatem in exemplum ei Apoſtolo, qui maior inter cæteros erat, proponit: vt inde ſciret, humilitatem
10. in quamuis excellente Primatu rem valde pulchram fore. Poſtremò *Simonem* [10] demonſtrat hoc Primatu donandum, & eum, poſt pœnitentiam de Domini ſui negatione actam, *iubet confirmare fratres ſuos*. quod vtique proprium eſt illius, qui maior eſt in Eccleſia Chriſti. Ad imbecilliores enim confirmandos, vnus inter cæteros maior efficitur. Sed de tota Simonis Petri prærogatiua iam accuratiùs (Deo adiuuante) pertractabo, ſi prius illud admonuero, Diſcipulos Chriſti nondum accepto Spiritu ſancto, de Primatu ſæpe contendiſſe: verùm poſtea non item: non quòd nullius omnino Primatum inter ſe agnouerint, ſed quòd tùm demum Petro eum deberi, omnes probè intellexerint. Hinc Diuus Chryſoſtomus ait, cæteros Diſcipulos ſolamen ex eo conſecutos eſſe, quòd Petrus ſuper mare ambulans, mergi cœpiſſet. *Nondum enim gratia Spiritus* (inquit) *corroborati, faciſe mouebantur. Gratia verò accepta, non tales nempe fuerunt, ſed vbique Primatum Petro prabent, & in concionibus eum anteponunt, quamuis cæteris rudior videretur.* Hæc Chryſoſtomus. (In Matth. Homil. 51.)

Eorum, quæ ad Primatum Petri pertinent, breuis & dilucida explicatio.

CAPVT II.

DICTVRVS nominatim de Petri Monarchia, illas tantùm ſimilitudines breuiter colligam, quæ ad Petrum & Eccleſiam ita pertinent, vt Petrum Eccleſiæ Caput ſub Chriſto futurum eſſe inſinuent. Eccleſia igitur militans in eo ſermone, quem Dominus aut ad Petrum ſolùm, aut ad eum præcipuè habet, nunc per ædificium, quod à Domino conſtruitur, nunc per familiam, aliàs per nauim, aliàs per mare, aut rete, aut etiam piſcationem, nonnunquàm per Regnum, ac denique per ouium atque agnorum gregem deſignatur. (Ioann. 1. Matth. 16. Luc. 22. Matth. 17. Luc. 5. Ioann. 21. Mat. 13. & 14. Ioann. 21.) Quando Eccleſia comparatur ædificio, intelligitur, omnes Chriſtianos debere
1. inter ſe ritè atque ordine haud aliter cohærere, quàm multi lapides in vna eademque domo affabrè cohærent. In domo autem qualibet quoddam huius connexionis principium eſt & fundamentum, cui reliqui lapides adhærent. Hoc fundamentum in Eccleſia Chriſtus eſt, non pro ſola militante, ſed etiam pro militante & triumphante Eccleſia.

Verùm Chriſtus partem ſuæ immenſæ dignitatis Petro largiturus, dicit ad eum: *Tu vocaberis Cephas.* Et iterum: *Tu es Petrus.* Et mox rationem nominis ac ſimilitudinis declarans, ait: *Et ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, id eſt, Tu poſt me eris primus Lapis Eccleſiæ illius, quam in terris ædificabo. Ego te ſuſtentabo, tu reliquos ſuſtine. (Ioann. 1. Matth. 16.)

ſuſtine. Omnes enim Chriſtiani ſunt viui quidam lapides, qui tali ordine inter ſe coniun- 1.Pet.2.
guntur, vt maximus in ædificio lapis poſt Chriſtum Petrus ſit. De Succeſſore autem Pe-
tri non aliter, quàm de ipſo eſt ſentiendum. Semper igitur domus Dei, quæ in terris ædifi-
catur, vnum quendam maximum lapidem habet, cui reliqui adhærent, & *aduerſus quem por-
ta inferi non prævalebunt*. Præterea ſecuudùm hanc ædificij ſimilitudinem ad eundem Pe-
trum dicitur: *Tibi dabo claues regni cælorum. Quodcunque ligaueris, aut ſolueris in terra, erit liga-* Matt.16.
tum & ſolutum in cælis. Claues verò ſoluunt, & ligant ſeras oſtiorum portarumque: & habere
claues alicuius oppidi aut domus, eſt ſignum certum Primatus & Præſidētiæ in eadem domo.
Si dicas & alios Apoſtolos habuiſſe eaſdem claues: dico, eos nec ante Petrum, nec ſtatim vnà
cum illo, ſed poſtea illas habuiſſe: vt intelligerent, Petrum eas habere velut omnium Princi-
pem, iure ordinario: ſe autem, velut ex ſpeciali delegatione Chriſti, & extraordinario iure,
quod ad poſteros tranſmitti totum non poſſit.

Deinde Eccleſia comparatur familiæ cuidam, in qua ſunt fratres, atque etiam ſerui & an- 2
cillæ. Secundùm hanc ſimilitudinem Petro tanquàm primogenito inter Diſcipulos dictum
eſt: *Da ſtaterem pro me & te:* Nam paterfamiliâs aut Primogenitus potiſsimùm dabat tribu- Matt.17.
tum, non autem cæteri perinde. Iterum verò ſecundùm hanc ſimilitudinem dictum eſt:
Satanas expetiuit, vt cribraret vos: ego rogaui pro te, tu confirma fratres tuos. Primogenitus e- Luc.22.
nim cæteros fratres natu minores confirmare ſolet. Eódem etiam pertinet, quòd cæte-
ri Diſcipuli, bis præſente, ac ſemel abſente Domino, dicuntur in Scripturis *cum Petro* eſſe, Marc.1.
nimirum velut cum Duce ac Primogenito fratre ſuo. Denique ad eandem de familia & do- Luc.8.& 9.
mo ſimilitudinem illud referendum eſt, quod apud D. Lucam Petro nominatim eſt dictum:
Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam, vt det Luc.12.
*illis in tempore tritici menſuram? Quòd ſi ſeruus ille cœperit percutere ſeruos & ancillas, Dominus
veniens partem eius cum infidelibus ponet. Omni cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo.*
Hæc ſint dicta de ſimilitudine domus ac familiæ, in qua Chriſtus eſt Paterfamiliâs: Petrus
autem Primogenitus inter fratres, & confirmator illorum, idemque ſeruus ſupra familiam Do-
mini, hoc eſt, ſupra conſeruos ſuos conſtitutus.

Sequitur ſimilitudo nauis, quæ etiam ſignificat Eccleſiam, vti conſtat de illa naui, quæ 3
olim octo animas ſeruauit. Chriſtus verò *intrans in vnam nauim, quæ erat Simonis, inde turbas* Luc.5.
docet, idque non ſtans, ſed *ſedens*. Vt ceſſauit autem loqui, *dicit Petro: Duc in altum*. eo ipſo
ſignificans, tùm Chriſtianos debere non aliter in vnum coniungi, quàm ex pluribus tabu-
latis vna fit nauis: tùm ſe turbas in æternum docere ex Petri nauicula. Porrò Petrum *du-
cere in altum*, eſt nauim, hoc eſt, Eccleſiam viſibiliter gubernare: idque facere ex Chriſti
præcepto, qui in naui eius ſedens, dixit ei, *Duc in altum*, id eſt, Tu ſis gubernator. & hoc
totum ad Eccleſiam ſpectare Chriſtus docuit, dicens eodem tempore: *Poſthac eris homines
capiens*. Eccleſia verò Chriſti non mutat conditionem ſuam. Adhuc igitur eſt quidam Petrus
in Eccleſia, qui gubernat eam.

Quartò Eccleſia comparatur mari, & reti, & piſcationi. Super mare ſolus ex Diſci- 4
pulis Petrus ambulat, & quamuis incipiat mergi, tamen à Chriſto ſuſtentatur. Item ſolus Matt.14.
mittit ſe in mare, vt ad Dominum veniat, cæteris nauigio venientibus. Mare ſignificat orbem Ioan.21.
Chriſtianum, qui totus Petro ſic ſubijcitur, vt præter nauigium, hoc eſt, Eccleſiam ſuam
particularem, habeat etiam vniuerſi mundi ordinariam curam, cùm cæteri Diſcipuli non ni-
ſi intra nauigium, hoc eſt, intra certos limites ordinariè contineantur: quanquàm extra ordi- Marc.16.
nem ex iure legationis ſinguli Apoſtoli habuerint *poteſtatem eundi in vniuerſum mūdum*, & ta- Matt.10.
men etiam ſic Matthæus Petrū vocat Primum Apoſtolum. Præterea ſecundùm eandem ſimili- 5
tudinem Petrus dicit: *Vado piſcari*. Et cæteri Diſcipuli reſpondent: *Ibimus & nos tecum*, quia Ioann.21.
Petrum vbique ſequuntur velut Ducem ſuum. Et licet omnes *traherent rete plenum piſcibus*,
tamen ad terram non attraxerunt, antequàm Petrus iterum *in nauim aſcenderet*. Ille enim
vbique aut primus eſt, aut ſolus.

Eccleſia etiam comparatur regno, & inde *regnum cælorum* nominatur. In regno autem is 6
primas tenet, qui *gladium* iure ſuo *portat*. Merum quippe imperium ab Vlpiano definitur eſſe, Matt.13.
quando aliquis *gladij poteſtatem habet ad animaduertendum in facinoroſos homines*. Porrò Rom. 13.
cùm *Apoſtoli duos haberent gladios*, nec id Chriſtus nimium, ſed *ſatis eſſe* diceret, eorumque In Pandectis de iuriſdicti-
vno ſpiritalis poteſtas, altero ſecularis figuretur: Primus ex Apoſtolis Petrus tùm gladij one.
ſpiritualis pleniſsimum & ius & vſum accipit, quandò ei dicitur, *Paſce oues meas*: tùm ei ſe- Luc. 22.

culari gladio, qui ſaltē intra ouile ipſius continetur, præeſſe manifeſtatur, quādo ad eum Chriſtus dicit: *Conuerte gladium tuum in locum ſuum.* Quibus verbis quemadmodum gladij ſecularis vſum Petro Chriſtus inhibuit, ſic eiuſdem gladij ius penes eum eſſe docuit, in eo quòd *ſuū* appellauit. Suum vtrique non ſolius dominij ſecularis, verùm etiam Euāgelicæ authoritatis iure, quò ſanè omnia Chriſti verba referri debent. Nec enim quicquām fecit aut dixit Chriſtus, niſi ob finem ſpiritalem.

Matt. 26.

7. Poſtremò Eccleſia comparatur ouium & agnorū gregi, ſecundùm quam ſimilitudinem ſoli Petro dicitur: *Amas me plus his? Paſce agnos meos, paſce oues meas*, id eſt, ſic paſce, vt amas plus his, hoc eſt, in eo gradu te Paſtorem conſtituo, in quo reliquos Apoſtolos excellis. Vt planè impoſsibile ſit, alium in paſcendi poteſtate æquari Petro: alioqui non ad eum fieret ſermo, vt ad hominem *plus alijs* amantem. Si ergo agitur de ædificio domus Dei, Petrus *vocabitur Cephas*, & *Petrus eſt Petra, ſuper quam ædificabitur Eccleſia.* Ille *primus Claues accipit*, cæteri poſt illum. Si de naui agitur, *Petrus eſt ductor & gubernator*: ſi de familia, pro ſolo Petro ex omnibus Diſcipulis didrachmum ſoluitur, ſolus cōfirmat fratres, Diſcipuli Ieſu dicuntur eſſe *cum illo* ſolo. Si ad mare ibimus: ſolus ſuper mare ambulat, ſolus in mare ſe mittit, cæteris nauigio venientibus. Si ad rete & piſcationem nos conferemus: dux eſt itineris, tractorq́; retis. Si de ouibus & agnis ſermo habetur: *vt plus alijs amans, iubetur paſcere.* Quid ergo non eximium in Petro? Eccleſia eſt domus Dei. Primus lapis in ea eſt Petrus, & clauium primus ſuſceptor. Eccleſia eſt nauis: gubernator eius eſt Petrus. Eccleſia eſt familia: cuius familiæ vel ſecundus quidam paterfamiliâs, vel Primogenitus frater eſt Petrus. Eccleſia eſt inſtar maris: calcatur & tranſnatatur à Petro. Eccleſia eſt rete: ad terram extrahitur principaliter à Petro. Eccleſia eſt ouile: Paſtor plus alijs amans, eſt Petrus. Denique *primus* Apoſtolus eſt Petrus, primus intrat in monumentum Domini, primus ex viris videt Chriſtum reſurgentem, primus loquitur, idque pro cæteris omnibus, primus Apoſtoli in locum Iudæ ſubſtituendi eſt author, primus prædicat Euangelium in die Pentecoſtes, primus conuertit Iudæos, primus Gentes, primus ſententiam dicit in Apoſtolorum Concilio, idque non velut deliberans, ſed vt definiens. Illius præcipua ratio habetur à Paulo, qui etiam aſcendit Hieroſolymam, *vt videret Petrum, & māſit apud eum diebus quindecim.* Primatus illius celebratur ab omnibus, tam Græcis quàm Latinis Patribus. Et tamen à Proteſtātibus nuper natis paſsim dicitur, nullam eſſe dignitatis prærogatiuam, nullum Primatum Petri. O cæcas hominum mentes & ſaxea corda! Sed nunc præcipua quæque ex his, quæ commemorauimus, ſigillatim perſequamur.

Ioan. vlt. Ioan 1. Mat. 16. Luc 5. Matth 17. Luc. 22. Marc 1. Matt 14. Ioan 21. Ibidem. Matt. 10. Ioan 20. Marc. 16. Ioan. 6. Matt 19. Acto. 1. 2. 10. & 15. Gal. 1. & 2.

Quot modis hæc verba (Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam *) exponantur à Patribus, & quidnam de illis Auguſtinus ſenſerit. Quodq́, nec ipſe Chriſtus, nec fides in Diuinam eius naturam propriè ſit illa petra, de qua in his verbis agitur.*

CAPVT III.

ANtequam ad plenam interpretationē eius promiſsionis, quæ Petro facta eſt, accedo: neceſſarium duxi, omnes, quæ vſpiam occurrerunt, Patrum interpretationes in mediū proponere, non vt vllam omnino reijciam, ſed vt declarē, quæ ſit maximè literalis & maximè propria. Auguſtinus igitur, & alij nonnulli, non quidem ſemper, ſed interdū ſic interpretantur iſta verba (*Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*) vt dicant, Chriſtum eſſe, qui petra iam appelletur, velut ſi dictum eſſet à Chriſto, ſuper hanc petram, quam tu Petre confeſſus es, dicens me eſſe Chriſtū Filium Dei viui, ædificabo Eccleſiā meā. Quam interpretationem Auguſtinus ideo potiſsimùm ſecutus eſt, quòd eam ſciret in ſe veram eſſe, licet fateatur, ſe neſcire, an eius loci maximè propria & germana interpretatio fuerit. Nam & ipſe narrat, ſe dixiſſe alio quodā in loco, *quòd in Petro tanquā in Petra fundata ſit Eccleſia:* & iam tūc vtraq; interpretatione ob oculos poſita, Lectori permittit, *vt ex duabus eā ſententiam, quæ ſit probabilior, eligas.* Illud ergo primùm ex Auguſtini iudicio certū eſt, *probabilem ſententiā eſſe, vt ipſe Petrus credatur illa Petra eſſe, ſuper quā Dominus promittit ſe Eccleſiam ſuā ædificaturum.* Verè igitur credidit Auguſtinus, non repugnare fidei Chriſtianæ, vt in Petro, velut in Petra, fundari Eccleſia credatur: alioqui nunquàm faſſus eſſet, illā ſententiam eſſe probabilem, quæ veram fidem oppugnaret.

In Ioan. tractatu 124. 1. Re. tract. cap. 21.

gnaret. Quo primum conſtituto: iam vlterius dico, longè probabiliorē eam interpretationem eſſe, quæ Petrum, quàm quæ Chriſtum, hoc in loco Petram dici ſtatuit. Cuius rei duas tantùm nunc rationes afferam, poſtea multò plures allaturus. Certum eſt, in Chriſti verbis *hanc petram* demonſtrare, non quamlibet petram, ſed eam de qua ſermo antè fuerat. Verùm in ſermone, qui prius inter Chriſtum & Petrum habebatur, Petrus non dixit nominatim, Chriſtum eſſe Petrā, licet Chriſtum, *qui verè fuit Petra*, filium Dei eſſe dixerat. Aliud enim eſt ſi non re, ſaltem verbo tenus, dicere, Tu es Chriſtus filius Dei viui, & dicere, Tu es Petra. Nam de reſpectu, qui ad verba habetur, nunc agitur: verbo autem Petrus nō dixerat, Chriſtū eſſe petram. Ex altera verò parte Chriſtus dixerat Simoni, *tu es Cephas*, hoc eſt, Petra. moxq; addidit: *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Super hanc videlicet, quæ nominata eſt. Nam ad nihil aliud hæc demonſtratio, quæ verbo fit, quàm ad Petrā verbo expreſſam referri poteſt. Nulla enim ibi Petra fuit, quæ oculis exhiberetur. Sed tota demōſtratio & verbo facta eſt, & quænā ea ſit, à præcedētibus verbis repeti debet. Cùm igitur ædificare Eccleſiam Chriſti ſuper hanc petram, ſit eam ædificare ſuper petram, quæ verbo antea demonſtrabatur: Petrus verò ad Chriſtum loquens, nullam petram in verbis ſuis nominauerit: Chriſtus verò Petrum alloquens, manifeſtiſſimè dixerit, *tu es Petrus*: efficitur, vt illa verba, quæ ſequuntur. *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam*, ſic intelligi debeāt, *ſuper te, ô Simon, quem iam nunc Petrum cognominaui, ædificabo Eccleſiam meam.* Idem eſt enim, ſiue dicatur *ſuper te, qui es Petrus*, vel *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Quia & Petrus denominatur à Petra, & hæc Petra non ad alium refertur, quàm ad eum, de quo dictum eſt, *tu es Petrus*. Deinde animaduertendum eſt, Chriſtum non dicere, ædificaui, aut ædifico, ſed *ædificabo*. Super Chriſtum verò iam inde ab incarnatione ipſius ædificata erat Eccleſia. Vt non ſatis propria & germana ſit illa interpretatio, quæ ſuper Chriſtum Eccleſiam in poſterum ædificandam affirmat. Super Petrum verò in poſterum optimè & poteſt ædificari Eccleſia, & reipſa ædificata eſt, cùm ad eum *plus cæteris amantem* Chriſtus dixit, *Paſce oues meas*. Non igitur Chriſtus propriè ac primùm dictus eſt Petra hoc in loco, quamuis ipſe per naturam ſolus verè ſit Petra. Sed non quicquid Chriſtus verè eſt, id ſtatim quocunque in loco vocari intelligitur. Ex verbis verò iſtis (*Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*) rectè etiam (ſed ſecundariò) deducitur, ipſum Chriſtum eſſe Petram. Neq; verò Simonem Petrum poſſet Petram facere, niſi & ipſe multò dignius per ſe Petra eſſet.

1. Cor. 10.

Ioan. 21.

Scio nonnullos quandoque opinatos fuiſſe, quòd Auguſtinus alicubi putaſſet, ipſam Eccleſiam hîc vocari petram. verùm ſi rem accuratè inſpexerimus: reperiemus, Auguſtinum ſenſiſſe quidem, quòd per Petrum Eccleſia intelligebatur, non tamen putaſſe, quòd Eccleſia hoc in loco vocetur Petra, ſuper quam ipſa ædificari dicitur. Aliud eſt enim apud Auguſtinum Petra, hoc eſt, Chriſtus, & aliud Petrus, hoc eſt, Eccleſia. Vult igitur, Petrum, hoc eſt, Eccleſiam ædificari ſuper Petram, hoc eſt, ſuper Chriſtum. & rectè quoad rei veritatem, licet is non ſit germanus iſtorum verborum ſenſus. Cæterùm omitti non debet, quòd Auguſtinus iudicauit, Petrum ſignificare Eccleſiam, & illius perſonam gerere, non ob aliud, quàm quia Petrus erat *Princeps Apoſtolorum*. Ita enim ſcribit: *Petrus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui Primatū figurata generalitate perſonam Eccleſiæ gerebat. Quod enim ad ipſum propriè pertinet, naturâ vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus, abundantiore gratia vnus, idémque primus Apoſtolus. Sed quando ei dictum eſt, Tibi dabo Claues regni cælorum: &, quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis: vniuerſam ſignificabat Eccleſiam.* Et alibi: *In illo vno Apoſtolo, id eſt, Petro in ordine Apoſtolorum primo & præcipuo, figurabatur Eccleſia.* Hæc eò adduxi, quòd ſciam, Pſeudoeuangelicos hac authoritate Auguſtini fraudulenter abuti. Dicunt enim, hæc verba Domini, quæ dicta ſunt ad Petrum (Tibi dabo Claues regni cælorum) ad Eccleſiam dicta eſſe, quia Petrus Eccleſiæ perſonam gerebat: nec in hoc peccant. Sed addunt, nullum ſignificari Primatum Diui Petri in illis verbis Auguſtini: in quo turpiter mentiuntur. Neque enim Auguſtinus dicit, Petrum ſignificare Eccleſiam, vel quia homo eſt, vel quia Chriſtianus, vel etiam quia vnus quilibet eſt ex Apoſtolis: verùm quia *vnus, idémque primus Apoſtolus eſt*. propter *Apoſtolatus* (inquam) *Primatum* in vno cōſtitutum Petrus Eccleſiæ perſonam gerit. Iam Pſeudoeuangelici noſtri negant, Petrum eſſe primum Apoſtolum, aut vllum Apoſtolatus Primatum vnquàm adeptum eſſe. Imò eum cæteris Apoſtolis, velut ab illis in Samaria miſſum, ſubijciunt potius, quàm anteponunt. Non igitur Auguſtini ſententiam, ſed ſua mendacia imperitis ipſorum auditoribus propinant, cum docent, Petro claues promiſſas non ſui Primatus cauſa. ſed velut qui ſignificauerit totam Eccleſiam: non enim ſignificauit Eccleſiam, aut perſonam Eccleſiæ geſ-

In pſal. 30.

In Ioan. tractatu. 124.

In Ioan. tractat. 124.

De verbis Dom. ſer. 13.

ſit,niſi quia primum Eccleſiæ membrum fuit.Primum verò membrum cuiuſque corporis aut naturalis, aut politici,aut myſtici,Caput rectè nominatur,& ob rationem illã Primatus totum reliquum corpus meritò & in ſe colligit,& repræſentat. Verùm de Auguſtini mente, atque hæreticorum impudentia hæc ſint ſatis.

Sequitur interpretatio altera,quæ non propria & germana,ſed tota ſpiritalis & myſtica eſt, quales pleræque interpretationes Origenis eſſe ſolent. Origenes quippe ait, *Petram eſſe, quiſquis Christi Diſcipulus eſt.* Licet verò iſta ratione dicat, etiam quemlibet Chriſti Diſcipulum Ionæ, ſeu Ioannis filium eſſe: quia Chriſtus non niſi eum iam vocat Petrum, cui prius dixit, *Beatus es Simon Bar-Iona: & ego dico tibi, quia tu es Petrus.* Tu nimirum, qui es filius Ioannis. Hanc verò tam ſignificantem perſonæ Petri deſignationem ſuperuacaneam eò vſque facere nõ licet,vt dicamus,hac in re nihil inter Petrum,& alios Chriſti Diſcipulos interfuiſſe. Talis igitur verborum Chriſti ſententia neceſſariò quærenda eſt, in qua reperiatur aliquid, quod ob aliud quidem præcipuè,ſed tamen quod in ipſam perſonam Petri (qui filius Ioannis tam ſignificanter hìc dicitur) aptè cadat. A perſona enim Petri non poteſt omnino ſeparari, quod ei velut Ionæ filio attribuitur. Vnde idem Origenes poſtea dicit: *Petrus per promiſsionem meruit fieri Eccleſiæ fundamentum.* Tertia igitur verborum Chriſti, de quibus iam agimus, interpretatio eſt,vt *fides Petri*,hoc eſt,fides quam ille confeſſus eſt,dicatur illa Petra eſſe,ſuper quã Chriſtus promiſit ſe ædificaturum eſſe Eccleſiam ſuam. Chriſtus enim (ſicut docet D. Chryſoſtomus) *ſuper fidem atque confeſsionem Petri ſe Eccleſiam ſuam ædificaturum promiſit*, quando ei dixit: *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Quæ ſententia non modò vera in ſe, verùm etiam propria huius loci eſt, ſi eo modo accipiatur, vt à Chryſoſtomo intelligitur. Is enim ait: *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, id eſt, *ſuper fidem atque confeſsionem*, ſiue vt alij codices legunt, *ſuper fidem confeſsionis. Hic* (inquit Chryſoſtomus) *apertè prædixit, magnam eorum, qui crediturì & erant, & ſunt, multitudinem fore, & ſublimiora ſapere ipſum facit, & Eccleſiæ Paſtorẽ conſtituit.* (Et pòſt:) *Deus concedere ſolus poteſt, vt Eccleſia, tot tantiſq; fluctibus impetu irrumpentibus, immobilis maneat, atque vt homo piſcator quauis Petra firmior reddatur, vniuerſo terrarum orbe reluctante. Et Hieremiam quidem genti vni Pater, Petrum autem vniuerſo terrarum orbi Chriſtus præpoſuit.* Et alibi: *Chriſtus ſuper confeſsionem Petri Eccleſiam ita fundauit, atque muniuit, vt nullum periculum, neq; mors ipſa poſſet eum ſuperare.* Si ergo Chryſoſtomi iudicium ſequimur, Eccleſia ædificatur ſuper fidem & confeſsionem, non quamlibet, ſed Petri, nec ſuper fidem eius, quatenus homo eſt, verùm quatenus vniuerſi orbis *Paſtor* eſt. At qualis Paſtor? Nunquid inſtar cæterorũ Apoſtolorum? De hac re non alterius hoc tempore, quàm Chryſoſtomi iudiciũ proferemus. *Petrum* (inquit) *authoritate præditum eſſe Chriſtus voluit, & reliquos item Apoſtolos longè præcellere.* Super fidem igitur & confeſsionem *Petri*, hoc eſt, talis Paſtoris, *quem auctoritate præditum eſſe, & reliquos Apoſtolos longè præcellere Chriſtus voluit*, nõ tantùm Chryſoſtomus, verùm etiam omnes Catholici Eccleſiam ædificatã eſſe & credunt, & confitentur. Poſſem verò ex multis præterea locis demonſtrare, quid B. Ioannes Chryſoſtomus de Petri ſenſerit prærogatiua. Cæterùm Proteſtantes ita hoc ſanctiſsimi Patris teſtimonio abutuntur, velut ille putauerit, Eccleſiam ædificatam eſſe ſuper fidem, quæ confitetur Chriſtum eſſe filium Dei viui, nulla omnino Petri confitentis ratione habita.

In cap 16. Mat. tract. 1.

In Matt. tractat 1.

Chryſoſt. in Matt. homil. 55. & 53.

In Matt. homil. 55.

In Matt. homil. eadem.

In Matt. homil. 83.

De Sacerdotio. lib. 2. c. 2

In Ioan. homil. 18. & in Acta Apoſt. homil. 3. &c.

Equidem concedo, *fidem & confeſsionem Diuinæ in Chriſto naturæ* petram in ſuo genere eſſe, & ſuper illam petram inter cæteros fidei articulos ædificari Eccleſiam, non nego. Cæterùm illa fides & confeſsio ſola non ſatis habet virium ad pondus Eccleſiæ ſuſtentandũ. Nam & Nicolaitæ, & Nouatiani, & Eutychiani, & Pelagiani, & maxima Donatiſtarum pars credebant, & confitebantur, *Chriſtum eſſe Filium Dei viui*: & tamen ſuper illorum fidem Eccleſia ædificata non eſt. Deinde ſi nihil aliud dicitur, quàm Eccleſiam ædificandam eſſe ſuper fidem, qua Chriſtus creditur Deus: nõ tam dicendum erat *ædificabo*, quàm aut ædifico, aut ædificaui. Nam cùm illa fides iam nunc ad gloriam Dei prolata ſit, atque ideo ex Aduerſariorum iudicio nulla fundamenti pars abſit aut deſyderetur: cumq; Chriſtus poſito ſemel fundamento, nõ ceſſet ab ædificatione, quia *vſque modò tam ipſe, quàm Pater eius operatur*: ſi hæc ſola fides Petra eſſet: dicẽdum fuit, *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Imò cùm Ioannes Baptiſta iam antè fidẽ ſuam in Diuinam Chriſti naturam confeſſus fuerit, dicens: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mũdi, & prior me erat, & hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto, & hic eſt filius Dei*: cùm præterea Nathanael dixerit, *Tu es filius Dei, tu es rex Iſrael*: imò cùm omnes Apoſtoli, poſtquã ventus ceſſaſſet, adorauerint Ieſum, dicentes: *verè filius Dei es*: nec vnquã ab illo die ceſſauerit Chriſtus aut

Ioann. 1.

Ioann. 1.

à præ-

à prædicando, aut à colligendo Diſcipulos: ſi tantùm de illa ædificatione agebatur, quæ fieret ſuper fidem Deitatis Chriſti: dicendum fuit. *ſuper hanc Petram ædificaui Eccleſiam meam*, & non tantùm, ædificabo. At nunc *ſolui Scriptura non poteſt*, nec aut ei addere licet, aut detrahere. Illa verò ſic habet: *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Non igitur de ſolo fidei (quæ iam ſæpe confeſsione publica in medium efferebatur) fundamento agitur, ſed præterea de perſona illius, qui multis modis ad hoc præparatur & effingitur, vt aptus demum per longam Chriſti eruditionem fiat, qui Eccleſiam non totam, ſed militantem, hoc eſt, totius Eccleſiæ partem aliquam ſtabiliat ac ſuſtentet, ob eamque cauſam licet ædificatio Eccleſiæ ſuper Chriſtum ipſum Deum & hominem, iamdiu cœpta fuerat per fundamentum fidei, qua Chriſtus credebatur Deus (nam hoc Prophetæ omnes & Patriarchæ ab initio mundi crediderant) tamen ædificatio adhuc reſtabat facienda *ſuper Petrum*, qui non niſi poſt Chriſti viſibilem præſentiam ab oculis noſtris ablatam, futurus erat viſibile fundamentum militantis Eccleſiæ. Non enim iam agitur de fundamento illo maximo, quod eſt Chriſtus, qui ſemper fuit, atq; eſt petra Eccleſiæ ſolidiſsima: verùm agitur de fundamento futuro, id eſt, de temporali fundamento, quod poſthac ſuſtineat Eccleſiam viſibilem, ſicut antea Seth, Noë, Abraham, Moyſes, Aaron, & poſteritas eius eandem Eccleſiam in potentia & virtute Chriſti ſuſtinuerant. Quid multis? Semper fuerat Chriſtus fundamentum Eccleſiæ, ſemper fides in Chriſtum eandem Eccleſiam ſuſtinebat. Sed non ſemper fuerat Petrus vllum omnino fundamentum, & hinc dictum eſt: *ædificabo*. Ioan. 10. 1. Cor. 3. 1. Cor. 10.

Is igitur, ſuper cuius fidem Eccleſia ædificabitur, debet non modò hunc vnum fidei articulum confiteri, quo Chriſtus creditur Deus, ſed per omnia eſſe Petrus: hoc eſt, talis Paſtor, qui gratia Chriſti vſque eò præueniatur, vt & nomē Petri promiſſum ei ſit antequàm confiteatur, & gratia detur confitendi, quoties hoc Eccleſiæ expedit, & pro eius fide Chriſtus rogauerit, quò is cōfirmet fratres ſuos, & is deniq; cui amāti plus cæteris Chriſtus dicat, *Paſce oues meas, paſce agnos meos*. Dicam breuius: Debet in officio paſtorali ſucceſſor eſſe Petri, ſuper cuius fidē Eccleſia ædificabitur. Cùm igitur tres ad minimum interpretationes huius loci proponantur: prima, vt Chriſtus ipſe dicatur & ſit Petra: ſecunda, vt quiuis Chriſti Diſcipulus Petra dicatur, & ſit: tertia, vt fides Diuinæ in Chriſto naturæ dicatur & ſit petra, ſuper quam ædificabitur Eccleſia: iſtarū nulla eſt propria & perfecta verborū Chriſti interpretatio, ſed ea tantùm, quæ ſtatuit, Eccleſiam poſthac noua quadam ratione ædificari ſuper ipſum Petrum non quocunque modo affectum, ſed confitentem, nec id quandocunque, aut qualibet ratione, ſed quādo Eccleſiæ fidem in mediū proferri opus eſt. Tunc enim nec Petro Chriſtus deerit, quin confitendi gratiam (Eccleſiæ ſaltem cauſa) ſit habiturus: nec Petrus deerit Eccleſiæ, quin quod ei reuelatum eſt à Patre, palàm prædicaturus ſit, ac denunciaturus. Hæc igitur veritas rebus rationibuſque ab initio repetitis, iam docenda eſt & confirmanda. Ioann. 1. Lucæ. 22. Ioan. 21.

Primatum Petri manifeſtiſsimè in Euangelio elucere, id quod permultis ſacræ Scripturæ teſtimonijs euincitur. Et Chriſtum in his verbis (ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam) *promiſiſſe, quòd ædificaret militantem ſuam Eccleſiam ſuper ipſum Petrum, non perſonæ ſuæ cauſa, verùm vt is* Paſtor ouium Chriſti, *&* fratrum confirmator *à Chriſto conſtitutus, veram fidem, ad inſtructionem & confirmationem Chriſtianæ plebis, quandocunq; expediret Eccleſiæ, confiteretur. Quæq; contra hunc Primatum iure Diuino ſtabilitum à Proteſtantibus afferri ſolent, ex iuris Diuini circumſtantijs & rationibus confutantur.*

CAPVT IIII.

Conſtat, Chriſtum promiſiſſe Petro nomen petræ ſeu ſaxi, quando eum nondum fidem in ſe confitentem gratioſè intuitus, dixit: *Tu es Simon filius Iohanna: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*. Præuenit igitur gratia & promiſsio Chriſti, confeſsionem Petri: nec tam promiſsio facta eſt ob præuiſam confeſsionem, quàm confeſsio ſubſecuta eſt ob præcedentem promiſsionem. *Miſericordia enim Dei præuenit nos:* & *ipſe prior diligit nos. Honorificè* (*inquit Chryſoſtomus*) *de eo prædicit. Certa autem prædictio futurorum, immortalis Dei dūtaxat opus eſt.* Ioan. 1. Pſal. 18. 1. Ioan. 4. In Ioa. ho. 18.

opus eſt. Animaduertiendum autem, quòd non omnia, quæ euentura ei erāt, hoc primo congreſſu præ-
dixit. Nō enim appellauit eum Petrum, non dixit ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Sed
dixit: Tu vocaberis Cephas. Illud enim maioris erat & poteſtatis, nec non etiam authoritatis. Duo hic
notanda ſunt: vnum, quòd prædicitur aliquid, nimirum, quòd Simon filius Ioannis vocabitur
Petrus: alterum, quòd non omnia prædicuntur. quia non prædicitur adhuc, quòd *ſuper hanc Pe-*
tram Chriſtus ædificabit Eccleſiam ſuam Quod cum ſit maioris poteſtatis, non in primo congreſ-
ſu prædicitur, licet poſtea præſtetur. Habes ergo ex Chryſoſtomo, ad illū ipſum pertinere hoc
verbum, *Et ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, ad quem pertinet illud, *Tu vocaberis Ce-*
phas. Ad perſonam igitur Petri (quanquàm non ſuæ perſonæ, ſed totius Eccleſiæ cauſa) vtrum-
que ſpectat. Deinde habes, hæc verba, *Et ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, verba po-
teſtatis & authoritatis eſſe. Non igitur tantùm ad confeſsionem fidei, ſed etiam ad officium
In Ioannem Lib. 2. aliquod paſtorale referenda ſunt. Cyrillus etiam in eundem locum dicit: *Nec Simon fore iam no-*
men ſibi, ſed Petrus prædicit, vocabulo ipſo commodè ſignificans, quòd in eo, tanquàm in Petra lapidé-
que firmiſsima ſuam eſſet ædificaturus Eccleſiam. In eo, inquam, ac non tantùm in illa fide, quam de
Chriſto confeſſus eſt: vt & certa quædam perſona vocetur ad hoc officium confitendi paſcé-
dique, & illa perſona veram fidem, velut Betra per Chriſtum fundata, Eccleſiæ cauſa in æter-
num confeſſura ſit. Hoc quippe eſt in Petro, tanquam in lapide firmiſsimo, Eccleſiam ædificari.
Nec tantùm vrgeo Sanctorum Patrum verba & authoritatem, ſed multò magis rationē & vim
prædictionis Chriſti. Verbum enim promiſsionis hoc eſt, *Tu vocaberis Cephas*. Quemadmodū
Gen. 17. igitur cùm Deus dixiſſet ad Abraham: *Sara vxor tua pariet tibi filium*, inde Chryſoſtomus re-
Rom. 9. Ad Roman. hom. 16. ctè intulit, *hæc promiſsio & Dei verbum hoc ipſum Iſaac effinxit & genuit*: ſic cùm Chriſtus dixe-
rit ad Petrum, *Tu vocaberis Cephas*, ipſa illa promiſsio ipſum Simonem effinxit & adaptauit, vt
Petrus ſaxumque immobile fieret ſuo tempore. Itaque vt, quanquàm Abraham poſtea cogno-
uerit vxorem ſuam, tamen cauſa generandi filium non tam effœtis & confectis naturæ ſuæ vi-
ribus, quàm verbo promiſsionis attribuitur: ſic tametſi Petrus poſtea dixerit Chriſto, *Tu es*
Chriſtus filius Dei viui, tamen non ob id primùm aut præcipuè factus eſt Petrus, quia iam con-
feſſus erat veram fidem in veram Petram Chriſtum Ieſum: ſed potius ideo gratiam confitendi
hanc veritatem conſecutus eſt, quia prius acceperat promiſsionem, vt Petrus vocaretur. Prima
enim omniū & potiſsima cauſa fuit diuina prædictio & promiſsio, quæ cæteras deinde cauſas
& ſuo tempore diſpoſuit, & ſuo loco adhibuit. Hinc illud efficitur, non ſatis eſſe cuiquam, fi-
delem eſſe ad hoc, vt ſit Petra, ſuper quam Eccleſia ædificatur, niſi prius etiam promitta-
tur ei hoc ipſum, quod ſoli contigit Petro. Nulli enim hominum, præterquam Simoni filio Io-
hannis, dictum eſt: *Tu vocaberis Cephas*. Illius ergo vices oportet vt ſubeat locumque teneat,
(id quod Romanus Pontifex facit) qui eodem prorſus modo Petra ſit futurus.

Deinde vt ſoli Simoni nomē Cephæ ac Petri promiſſum eſt: ita ei ſoli etiā id nomē impoſi-
tū eſt. Cùm enim Chriſtus cōuocaret duodecim Diſcipulos, quos & Apoſtolos nominauit (au-
thore D. Marco Euāgeliſta) *impoſuit Simani nomē Petrus*. Vnde Euthymius, *veriſimile* (inquit)
Marci 3. *eſt* (ca. 1. apud. Ioan.) *Chriſtum dixiſſe, Simonē vocandum eſſe Petrum, nunc aūt* (apud Marcū ca. 3.)
vocare eū Petrū. Chriſti aūt vocatio facit, rē ita eſſe, vt vocatur. *Vocat enim ea, quæ nō ſunt, tanquā*
Rom. 4. *ea quæ ſunt* quia *vocando* facit ea, quæ antè aliud erant, deinceps illa eſſe, quæ ab illo dicuntur &
vocantur. Quapropter Simon filius Ioannis aliquo modo fuit Petrus, tùm ex certitudine pro-
miſsionis diuinæ, tùm ex nominis impoſitione, antequàm adhuc (externa ſaltem voce) confeſ-
ſus eſſet, Chriſtum eſſe filium Dei viui. Antea enim aliquo modo factus eſt Petrus, vt intrepi-
dè poſtea fidem confiteri poſſet: quia ex præcedente promiſsione confeſsio ſubſequens vires
magnas accepit. Poſtquàm ergo & præceſsit nominis gratuita promiſsio, & ſubſecuta eſt vera
Petri denominatio: Matthæus Apoſtolorum nomina recitaturus, meritò Simonem primo loco
velut digniſsimū collocat. *Primus* (inquit) *Simon, qui dicitur Petrus*. Vnde Cyprianus dicit, quòd
Matt. 10. *Petrum Dominus primum elegit*. Et Epiphanius: *Ipſe* (inquit) *Dominus conſtituit Petrum primum*
Cyprianus ad Quintū *Apoſtolorum*. Itemque Gregorius: *Primus in Apoſtolatum Petrus vocatus eſt*. Nec enim primus
Epiphan. in Ancorato. ille ideo eſt dictus ab Euangeliſta Matthæo, velut qui Chriſtum ſequi ante alios omnes cœperit
(cùm Andreas prior Dominum ſecutus, poſtea fratrem ſuum *Simonem ad Ieſum adduxerit*) ſed
Gregorius in Ezech. hom. 18 quia verè omnium Princeps & Dux fuit. Vnde Ambroſius: *Prior* (inquit) *ſecutus eſt Andreas*
Ioann. *Saluatorem, quàm Petrus, & tamen Primatum non accepit Andreas, ſed Petrus*, Vbi autem Simō Pe-
In 2. Cor. ca. 12. trus ita nominatur primus, vt neque tempore acceſsionis ad Chriſtum alios anteceſſerit, neq;
alius quiſpiam in eodem ordine propriè appelletur ſecundus, aut tertius: ibi ſine controuerſia

primus

primus intelligitur dici, velut dignißimus, & omnium aliorum Princeps. Vnde Albertus Magnus negat, Andream velut ſecundum, aut Philippum velut tertium eſſe numeratum: quia *omnes*, inquit, *ſubditi Petro, ſunt æquales*. Et iterum poſtea: *Attende, quòd licet Petrus vertex dicatur primus, non tamen dicitur Andreas ſecundus, nec Philippus tertius, & ſic deinceps: ſed omnes ſecundi ſunt Petro ad iuriſdictionem, quia non vnus ſub alio, ſed omnes ſub Petro*. Hæc ille. Petrus igitur non ob ordinem numeri, ſed ob dignitatem officij Paſtoralis, ad quod iam incipiebat vocari, dictus eſt primus. Quod vt certiùs conſtet, collige omnes Euangelij locos, vbi omnes Apoſtoli recenſentur, & vbique *Petrum* primo loco, *Iudam* verò *proditorem* in poſtremo conſtitui reperies: ex alijs autem Apoſtolis modò hunc, modò illum in interiectis locis poni. Quemadmodum igitur certißimè conſtat, Iudam in poſtremum locum ob hominis indignitatem reijci: ſic ex altera parte non minus certò conſtare debet, Petrum omnibus vbique anteponi ob ipſius hominis præeminentem excellentiam & dignitatem. In Matthæo ſecundus à Petro collocatur Andræas, idque, vt arbitror, quia frater Petri erat: nec poſt Principem Apoſtolorum alius videbatur magis honorandus eſſe, quàm frater Principis. Verùm ne, ſi hoc perpetuum fuiſſet, tam Petrus videretur ex eo, quòd primo loco ponebatur, nihil ſupra cæteros dignitatis adeptus, quàm certum eſſet, Andræam propter ſecundum enumerationis locum non fuiſſe alijs Apoſtolis maiorem: propterea locus quidem Andreæ mutatus eſt apud Marcum Euangeliſtam, qui poſt Petrum proximè recenſet *Iacobum*. Imò & ipſe Lucas, qui in Euangelio Andræam adiunxerat Petro, in Actis Apoſtolorum ita eorundem Apoſtolorum nomina percurrit, vt *Ioannem* in ſecundis collocet. Quanquam verò Ioannes Euangeliſta non recenſeat ordine omnium Apoſtolorum nomina, tamen vbi aliquos recenſet, inter quos Simon Petrus fuerat, eum ſemper anteponit cæteris. *Erant ſimul* (inquit) *Simon Petrus, & Thomas, & Nathanaël*, & *filij Zebedæi, & alij ex Diſcipulis eius duo*. Et in cœna refert Dominum veniſſe ad *Simonem Petrum*, vt pedes eius lauaret, nulla nominatim mentione de alijs, quorum pedes lauarentur, facta: cùm tamen adeſſent omnes, omniumque pedes loti fuerint. *Primus* (inquit Hilarius) *lauari ſibi pedes Petrus prohibuit*. Item Auguſtinus, negans, Chriſtum in lotione pedum poſt aliquos ad Petrum veniſſe: *Quis enim* (inquit) *neſciat, primum Apoſtolorum eſſe beatißimum Petrum? Cùm ſederet Ieſus* (inquit Marcus) *in monte Oliuarum contra templum, interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas*. Miſit Ieſus *Petrum & Ioannem* (inquit Lucas) eandemq; rationem in Actis Apoſtolorum perpetuò ſeruat.

Albertus Magnus in c. 10. Matth. B.
Matth. 10.
Marci 3.
Act. 1.
Ioan. 21.
Ioan. 13.
Hilarius in Matth. Can. 16.
Auguſtin. in Ioan. tra. 56.
Marci 13.
Luc. 22.
Act. 3. & 4.

Vtrum temerè aut fortuitò factum hoc eſſe putabimus, vt cùm toties occurrant in Euangelijs plurium ſimul Apoſtolorũ nomina, ſemper primas teneat Petrus? An potius hoc ipſum diuinitùs comparatum eſſe credemus, quia indignum ipſis Euangeliſtis videbatur, vt omnium Apoſtolorum Principi quemlibet alterum anteponerent? Scio quidem Paulum Apoſtolum ita commemorare vno tantùm in loco Iacobi, Cephæ, & Ioannis nomina, vt in medio Petrum locans, Iacobum ei præponat. Verùm quòd id non eo animo fecerit, velut Iacobum parem per omnia Petro exiſtimauerit, ex eadem Epiſtola manifeſtißimè intelligitur: quia cùm in eadem vrbe tam Iacobus, quàm Petrus eſſet, tamen Paulus ait, *Poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim. Alium Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum Fratrem Domini*. Ecce vt ſolum Petrum videret, aſcendit: apud eum ſolum diebus quindecim manet. Iacobum vidit quidem, ſed ita, vt non magni hoc videatur æſtimaſſe, præ officio & ſtudio, quod exercuit in Petro inuiſendo. *Honorat Petrum* (inquit Chryſoſtomus) *& diligit plus omnibus. Nec enim ob vllum aliorum Apoſtolorum narrat ſe aſcendiſſe Hieroſolymam, ſed propter hunc ſolum*. Quando autẽ aliunde conſtat de voluntate ſcribentis, non refert quo in ordine ſcribantur perſonarum nomina. Deinde quod ſemel aliter ab vno fit, nõ præiudicat perpetuo inſtituto reliquorũ Euangeliſtarum. Quid quòd ipſe Paulus alibi Cepham nominans, eum & ſibi, & alteri cuidam anteponit in ijs verbis: *Vnuſquiſque veſtrùm dicit, Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollò, ego verò Cephæ, ego autem Chriſti*. ab ijs, quos minores haberi voluit, gradatim ad maiores aſcendens, in Chriſto, qui eſt maximus omnium, deſinit, & ſecundum à Chriſto Cepham collocat.

Galat. 2.
Galat. 1.
In Epiſt. ad Galat. cap. 1.

Age verò: ne Petrus ordine tantùm præiuiſſe alijs Apoſtolis putetur: illud etiam conſiderandum eſt, quòd palàm ſe geſſit velut omnium Principem, etiã adhuc in terris agente Chriſto. Nec enim ſuo tantùm, vt alij, ſed planè omniũ Apoſtolorũ nomine, & interrogare, & ad interrogata ſolebat reſpondere. Chriſto enim ad perfectionẽ adhortãte, Petrus pro oĩbus ait:

Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* Itemque cùm alibi pluribus Ioann. 6. Diſcipulis abeuntibus, Chriſtus quæreret: nunquid & vos vultis abire? Petrus omnium perſonam gerens, dixit: *Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei.* Rurſus Domino interrogante Apoſtolos, vos autem Matth. 16. quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Præterea cùm Dominus ad turbas locutus eſſet, vt vigilarent, & parati eſſent in aduentum Lucæ. 12. Domini: Petrus omnium nomine interrogauit, *Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes?* Cui Dominus: *Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram?* Quaſi dicat, omnibus quidem loquor, ſed tibi maximè, quem ſupra familiam meã conſtitutum, etiam aliorum curam ſuſcipere volo. Tres Apoſtoli dormierunt, & ad ſolum Petrum dicitur, *Simon dormis?* Ad eum præcipuè An-Marci. 16. gelus perferri iubet nũcium reſurrectionis Chriſti: *Ite, dicite Diſcipulis eius, & Petro*, quia præcedit vos in Galilæam. Cùm is poſt reſurrectionem Domini dixiſſet, *Vado piſcari*, mox qui aderant Apoſtoli, & Diſcipuli reſponderunt, *Venimus & nos tecum.* Eodemq; modo etiam Iu-Actor. 2. dæi ad Chriſti fidem iam recens conuerſi dixerunt ad *Petrum, & ad reliquos Apoſtolos.* Quid faciemus, viri fratres? Petrus autem ſolus omniũ nomine reſpondet, *Pœnitentiam agite*, & quæ ſequuntur. Hanc Petri ſupra cæteros prærogatiuam Ignatius animaduertens, dicit Chriſtum veniſſe πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον, ad eos qui circa Petrum erant, id eſt, ad diſcipulos Chriſti, quorum Princeps & Caput Petrus erat. Vtrum hæc omnia, & alia his ſimilia caſu tantùm acciderunt? An fuit inſolentior cæteris Petrus, vt ſeipſum importunè ingereret? Hoc de tanto viro Spiritus ſancti gratia prædito piè cogitari non poteſt. Quid ergo eſt? Vtique primus omniũ id In Ioan. li. 4 cap. 28. agit quod ad omnes ſuæ curæ commiſſos ſpectat. Vnde B. Cyrillus in illa verba Petri, *Domine* * Præerat vnus *ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes*, ita ſcribit: *Per vnum qui præerat, omnes reſpondent, ſanctam profectò, Sanctiſq; congruentem diſciplinam optimè conſeruantes, & poſterioribus prudentiæ atque modeſtiæ laudabilia præbentes exempla. Decet enim non omnes confuſè, nec proſilientes imprudenter, quaſi rapta vti oratione: ſed cedere ijs, qui & conſilio, & ordine præpoſiti ſunt. Propterea Pau-*Ordine maior *lus quoque ait: Prophetæ duo aut tres, & viciſſim loquãtur. Opus igitur erat diuinitus comprobatæ pru-*De verbis * Domini ſermone. 13. *dentiæ, ſoli reſponſionem committere illi, qui ordine maior eſt.* Idem etiam Docet Auguſtinus, dicens: *Petrus in Apoſtolorum ordine primus, in Chriſti amore promptiſſimus, ſæpe vnus reſpondit pro omnibus: vnus pro multis dedit reſponſum, vnitas in multis.* Et pòſt: Eccleſiæ figuram portans, *Apoſtolatus Principatum tenens.*

Iam illud quàm inſigniter declarat Præfecturam Petri, quòd reliqui Diſcipuli poſt Chriſtum, etiam velut de familia & comitatu Petri habẽtur? Nam cùm D. Marcus Petri, Andreæ, Marci. 1. Iacobi, & Ioannis vocationem expoſuiſſet: poſtea narrat, Ieſum adijſſe in deſertum locum, vt oraret. *Et proſequutus eſt* (inquit) *eum Simon, & qui cum illo erant.* Quid aliud ſignificat illud, qui cum Simone erant, niſi reliquos Diſcipulos poſt Chriſtum agnouiſſe Simonem ve-Lucæ. 5. lut Ducem aut Rectorem ſuum? Conſentit cum Marco Lucas. *Cùm Ieſus comprimeretur à turbis, & mulier* quædam fimbriam veſtimenti eius tangeret, ait Ieſus: Quis eſt, qui me tetigit? Negantibus omnibus, *dixit Petrus, & qui cum illo erant:* Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt: & dicis, quis me tetigit? Tandem verò hiſtoriam Marcus his verbis explicat: Dice-Mar. 5. bant ei Diſcipuli ſui, vides turbam comprimentem te, & dicis, quis me tetigit? Diſcipuli Ieſu ij ſunt, qui cum Petro eſſe dicuntur. Et cur, obſecro, dicuntur Diſcipuli Ieſu *cum Petro eſſe*, tam abſente, quàm præſente Chriſto, niſi quia Petrus tanquam primogenitus, illis velut fratribus ſuis ſub Chriſto communi omnium Patre ac Domino præerat? Vnde iterum Diuus Lucas cùm oſtendiſſet, Chriſtum in montem, vbi transfiguratus erat, ſecum aſſumpſiſſe Lucæ. 9. Petrum, Iacobum & Ioannem: *Petrus*, inquit, *& qui cum illo, grauati erant ſomno.* Ex quo perſpicitur, etiam filios Zebedæi, hoc eſt, eos Apoſtolos, qui cæteris maiores habebantur, tamen In epiſt. ad Smyrnenſes. ſolitos eſſe dici *cum Petro eſſe*, quia illum velut ſeipſis maiorem obſeruantia quadam fraterna colebant. Vnde etiam Ignatius ait, Chriſtum à mortuis reſurgentem veniſſe ad eos, qui *circa Petrum erant*. Cur *circa Petrum* dicuntur eſſe, niſi quia Princeps eorum erat Petrus? Quis nunc Matth. 17. rationem perſpicuam non videat, cur ij, qui didrachmum Capharnai colligebant, *ad Petrum* præcipuè dixerunt: Magiſter veſter non ſoluit didrachmum: ait Petrus, etiam. Ad vnum loquuntur Petrum, & tamen dicunt: Magiſter veſter. Vtique propterea, quòd totum Chriſti comitatum ſub vnius Petri perſona comprehendendum non ignorarent, quòd is velut Antiſtes eius familiæ atque Anteſignanus haberetur.

Eodem

Eodem etiam pertinet, quod Chriſtus dixit ad Petrum: *Aperto piſcis ore inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te*. Stater autem duo didrachma complectitur. Cùm ergo Chriſtus pro ſe vnum didrachmum, & pro Petro alterum ſolueret: vtique ſignificat, etiam Petrum fuiſſe cuiuſdam familiæ Caput, aut certè velut Primogenitum quendam, qui ſacrum illud tributum ſoluere deberet. Ioſephus enim appellat id *ſacrum didrachma, quod Iudæi ſolebant Deo ex more offerre*. Hilarius etiam in hunc Matthæi locum, itemque Chryſoſtomus rem ad tributum ex lege Moyſis primogenitorum nomine debitum referunt. Hieronymus idem tributum ab Auguſto Cæſare indictum putat. Origenes vtrunque ſenſum recipit. Ac ſanè poterat id ab Auguſto Cæſare in ærarium Imperatoris rapi, quod antè Deo ſolebat offerri. Vtcunque id ſit, ſiue ſoli Primogeniti cuiuſque familiæ hoc didrachma debebant ſoluere, ſiue etiam ſoli patresfamiliâs, ſeu paterfamiliâs debebat vnum pro ſe, & alterum pro familia exoluere: quolibet modo Primatus quidam Petri ex ea re intelligitur. Nam ſiue Primogenitus in Chriſti comitatu Petrus habetur, nihil eſt primogenito per naturam prius: ſiue ipſe velut ſecundus paterfamiliâs ſub Chriſto numeratur, qui ſecundus à Chriſto eſt, Diſcipulorum vtique primus eſt: ſiue Petrus ipſe totam Chriſti familiam ſolus repræſentat, ne hoc quidem facere poſſet, niſi totam Chriſti familiam ſub ſe complecteretur. Etenim in ſingulorum capita non fuiſſe hoc tributum à Chriſto redditum, conſtat, cùm pro duodecim Apoſtolis nō duodecim didrachma, vel ſex ſtateres, ſed tantùm duo didrachma (quodque idem eſt) vnum ſtaterem ſoluerit, & eum pro ſe, & pro Petro. vt meritò Diuus Chryſoſtomus dixerit, *Primogenitus erat Chriſtus. Petrus quoque Diſcipulorum primus eſſe videbatur*. Et iterum: *Ingens hic honor Petro deferebatur*. Et pòſt: *Pro me* (inquit) *& te, quoniam & Petrus primogenitus erat*. Et paulò pòſt: *In illa hora cæteris omnibus Petrum prætulit*. Ex eadem re Nazianzenus aſſerit, *Petrum Diſcipulorum omnium fuiſſe chariſſimum*. Imò tam Origenes, quàm Chryſoſtomus putant, contentionem de Primatu inter Diſcipulos mox ortam, inde potiſsimùm fluxiſſe, quoniam *maximum hunc exiſtimabant honorem in Petrum à Chriſto collatum, quaſi per hoc indicaſſet eum cæteris Diſcipulis meliorem*. Addit Chryſoſtomus: *Cùm ex Iacobo & Ioanne alter primogenitus eſſet, nihil tamen tale pro ipſis feciſſe videtur*. Ac ſanè cùm ab Auguſtino quæreretur, cur Saluator pro ſe tantùm & Petro, ac non etiam pro cæteris Apoſtolis didrachma ſoluiſſet, reſpondit: *Saluator cùm pro ſe & Petro dari iubet, pro omnibus exoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ita & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur. Ipſum enim conſtituit eſſe Caput eorum, vt* Paſtor eſſet gregis Dominici. Denique alibi Auguſtinus *vnum didrachmum pro Chriſto, alterum pro Petro, id eſt, pro Eccleſia, datum docet*. Petrus ergo totam familiam Chriſti, id eſt, Eccleſiam repræſentat: & cur, obſecro, niſi quia totius Eccleſiæ ſub Chriſto Caput eſt?

Ioſephus antiquit. lib. 18. cap. 12.
Chryſoſt. in Matth. hom. 28.
Hieron. in c. 17. Matth.
Origenes in Matth. ho. 5.
In Matth. homil. 59.
Nazianzenus ad Iulianū.
Origenes in Matt. tract. 5.
In Matth. homil. 59.
Auguſtin. in quæſt. ex nouo Teſtamē. 1o 975.
De verbis Apoſt. ſerm. 6.

Atque hæc ſunt dicta, vt obiter oſtenderem, Primatum Petri non tantùm verbis Chriſti, ſed præterea rebus ipſis innixum, ab omnibus Euangeliſtis pro certiſsimo vbique habitum eſſe. Mihi enim ab initio illud præcipuè propoſitum fuit, vt oſtenderem, quid primùm Chriſtus Petro prædixiſſet, ac deinde, quomodo illam priorem prædictionem re ipſa præſtans, mox aliud quippiam de nouo promiſiſſet, donec tandem omnia compleſſet.

Primùm Simoni filio Ioannis prædictum eſt: *Tu vocaberis Cephas*. Deinde, re ipſa Chriſtus *impoſuit ei nomen, Petrus*. Tertiò, inter Apoſtolos *primus eligitur Petrus*. Cæteri verò idem Apoſtolatus officium vnà cum Petro aſſecuti, & eatenus pares, tamen dignitate inferiores erant: quia ſolus Petrus præter ipſum Apoſtolatus officium, ex omnibus Apoſtolis primus eſt & maximus: ob eamque cauſam & os eorum omnium erat Petrus, & *ſupra familiam Domini conſtitutus* ſignificatur, & Diſcipuli *cum Petro*, velut cum Principe ſuo eſſe dicebantur, cæteriſque præſentibus, Chriſtus pro ſe ac Petro ſolo didrachmum ſoluit. Nunc ſequitur, vt ea perſequamur, quæ ad propriam Petræ naturam officiumque in Principe Apoſtolorum ſpectant. Nam licet inchoata iam ex parte aliqua ſit Petræ huius fabricatio, tamen multò maiora ſunt, quæ adhuc reſtant. Chriſto igitur interrogante Diſcipulos ſuos: *Vos autem quem me eſſe dicitis?* Petrus reſpondet: *Tu es Chriſtus filius Dei viui*. De quibus verbis Cyrillus ita ſcribit: *Petrus vt Princeps Caputq; cæterorum primus exclamauit: Tu es Chriſtus filius Dei viui*. Petrus non tantùm dixit, ſed *exclamauit*, nec tantùm vnà cum alijs, ſed *primus*, hoc eſt, ante omnes, nec id velut ſola voce ex priuato ſtudio præcurrens, verùm vt *Princeps Caputq; cæterorum*. Fuit ergo iam tunc Princeps, & Caput Apoſtolorum ex aliqua parte, antequam confeſſus eſt Chriſtū eſſe Filiū Dei viui. Nam *vt Princeps, Caputq; cæterorum exclamauit*, hoc eſt, confiteri cœpit. Ac tametſi eadem poteſtas pleniùs poſtea Petro conferatur, tamen etiam id, quod præ-

Ioan. 1.
Marci 3.
Matth. 10.
Ioan 6.
Matth 16.
Marci 5.
Luc. 9 & 18.
Matth. 17.
Matth. 16.
In Ioan. lib. 12. cap. 64.

cesſit,

ceſsit, magni momẽti ad eam authoritatem ſtabiliendam fuit. Quod ob eam cauſam ſæpius repeto, vt Lector animaduertat, non totam rem à ſola confeſsione pendêre, ſed multò magis ab illo viro, qui iam antè nominatus eſt Cephas, & factus eſt Petrus, vt poſtea confiteri, & Eccleſiam Chriſti per confeſsionem ſuam in fide Catholica ſtabilire poſſet. Chriſtus ergo, audita Petri confeſsione, dixit ei: *Beatus es, Simon Bariona.* Ecce non ſola confeſsio, ſed etiã perſona confitens appellatur beata. Pergit Chriſtus: *quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt. Et ego dico tibi* (non item alijs, qui minore authoritate & dignitate, quàm tu affecti ſunt) ſed *dico tibi*, cui iam antè & promiſi, & impoſui nomen Cephæ, quemque primum Apoſtolorum conſtitui, *tibi dico: Tu es Petrus*. Non dico tantùm, quòd confeſsio hæc tua eſt petra, ſed *tu ipſe es Petra*, vt poſsis tam aliâs confiteri veram fidem pro confirmandis fratribus tuis, quàm nunc eam confeſſus es.

Simon. Tibi. Tu. Petra.

Nec mirum videatur cuiquam, ſi dico Simonem eſſe *Petram*. Nihil quippe aliud intereſt inter Petrum, & petram hoc in loco, niſi quòd alia eſt proprietas linguæ Latinæ, quàm fuerat Syricæ aut Hebrææ, in qua Dominus loquebatur. Nam Latini vocabulum commune ad certam perſonam accommodantes, velut proprium efferũt, quod alioqui ſolo terminationis charactere, & figura vocis (non item re ipſa) differt à petra, ſiue à lapide ſolidiſsimo. Chriſtus verò dixerat: *Tu es Cepha* hoc eſt, *petra*, ſeu, Petrus. *Non aliud* (inquit Hieronymus) *ſignificat Petrus, aliud Cephas: ſed quam nos Latinè & Græcè* petram vocamus, *hanc Hebræi & Syri propter linguæ inter ſe viciniam Cepham nuncupant.* Si ergo idem eſt petra, & Petrus, & Cephas: conſequitur, vt Chriſtus dixerit ad Simonem Filium Ioannis, *tu es petra*: & quando addidit, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, profectò ſignificauit, ſe ſuper Simonem ipſum, quem vocauerat petram, ædificaturum Eccleſiam ſuam. Nam vt iam antè declaraui, hæc petra (de qua dictum eſt, *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*) neceſſariò refertur ad petram priùs iam aut oculis, aut auribus demonſtratam. Ad oculum autem nulla omnino petra demonſtrabatur. Porrò quæ ad aurem demonſtrabatur, non alia fuit, quàm *Simon filius Ioannis*, cui Chriſtus dixerat, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Super hanc, inquam, quæ tu es. Nam alia nulla erat, ad quam pronomen demonſtratiuum (*hac*) referri poterat: vt mihi videantur Proteſtantes aut communi ſenſu carere, aut malitia prorſus excæcati eſſe, cùm negant, *hanc petram* ad illum ſolum referri, qui ſolus verbo præcedente dictus eſt *Petra*. Nec mihi opponant Auguſtinum. Is enim tametſi linguæ Hebrææ ignarus, putauit aliud eſſe petram, & aliud Petrum: tamen nunquam negauit, Simonem Petrum hoc in loco petram vocari: ſed liberum cuique reliquit, vt vel Chriſtum, vel Petrum alio atque alio modo petram vocari exiſtimaret. Cæterùm Lutherani & Caluiniſtæ pertinaciter negant, Petrum hoc in loco per nomen Petræ intelligi. At Chriſtus vbique vſus fuerat vocabulo *Cepha*, quod ipſi Proteſtantes, linguarum ſatis iam periti, non ignorant, lapidem ingentem & petram ſignificare. Accedit eòdem, quòd ædificatio, de qua Chriſtus agit, in futurum differtur: quæ res nec in Chriſtum, nec in fidem aptè conuenit. nam ſuper Chriſtum, & ſuper fidem in illum ſemper fuit ædificata Eccleſia, verùm nũc promittitur alia quædam ædificatio, quæ futura eſt, quæque nondum eſt completa.

Hieronymus in commentarijs cap. 2. ad Galat. Hanc. Retractat. lib. 1. cap. 21. Ædificabo.

Petrus (inquit Origenes) *per promiſsionem meruit fieri Eccleſiæ fundamentum. In Petro* (inquit Theodoretus) *Apoſtolorum Principe Dominus in Euangelijs ſe Eccleſiam ſuam ædificaturum promiſit.* Promiſsionis ergo hoc verbum eſt, *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Quomodo autem ſuper Chriſtum, aut ſuper fidem in Chriſtum promittitur in poſterum ædificanda Eccleſia, quæ ſemper ab origine mundi illis modis ædificata fuit? *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*: hoc eſt (inquit Origenes) *neque aduerſus hanc petram, neque aduerſus Eccleſiam, quæ ſuper hanc petram ædificabitur*. Nimis autem abſurdum videtur, vt Chriſtus promittat, portas inferi non præualituras aduerſus ſeipſum. Quaſi verò fidelium quiſquã de Chriſto, quem credit filium Dei exiſtere, ſolicitus eſſe, aut vllo pacto dubitare queat, an portæ inferi aduerſus ipſum præualituræ ſint. Nec etiam quiſquam dubitat, quin portæ inferi non ſint præualituræ aduerſus fidem, quæ eſt in Chriſtum I E S V M, qui *Saluator eſt omnium fidelium*. Sed quoniam infirmitatis noſtræ conſcij, meritò poteramus de nobis ipſis, ac de viſibili Paſtore noſtro ſoliciti eſſe: Chriſtus per hoc verbum promiſsionis (*portæ inferi non præualebunt aduerſus hanc Petram*) id egit, vt nos de vna quapiam petra viſibili à ſe conſtituta, ſecuros redderet: promittens *portas inferi*, hoc eſt (inquit Epiphanius) *hæreſes & Hæreſiarchas* non præualituras aduerſus Petrum, hoc eſt, aduerſus primum Eccleſiæ Paſtorem, quatenus is

In Matth. tractat. 3. In Cantica Canticorũ. In Matth. Tractat. 1. 1. Timot. 4. Epiphan. in Ancorato.

nus is Paſtorali ſuo officio in decernendo ea, quæ ad fidem ſpectant, fungetur. Nam quòd hactenus de Petro locutus ſit, & adhuc loquatur, ſubiecta etiam verba declarant: *Et tibi dabo Claues regni cælorum*. Quid eſt hoc, *tibi dabo?* Vtrúmne id ſignificatur, quòd Chriſto, aut quòd fidei Chriſtianæ dabuntur Claues regni cœlorum? Et certè *cui promittuntur Claues regni cælorum*, is etiam appellatur *petra*, *ſuper quam Eccleſia ædificari promittitur*. Ab initio quippè orationis eius, quæ ad Petrum habetur, vſque ad finem omnia Chriſti verba diriguntur ad vnam perſonam. *Beatus es Simon Bar-Iona: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo Claues regni cælorum*. Nónne ad eandem perſonam ſpectant omnia, quæ hoc in loco ſub demonſtrationis modo proferuntur? Nónne is dicitur *beatus*, qui eſt *Simon Filius Ioannis?* Nónne eidem Simoni dicitur, *tu es Petrus?* Nónne qui eſt *Petrus*, idem appellatur *hæc petra?* Nónne ſuper eū, qui eſt *hæc petra*, *ædificabitur Eccleſia Chriſti? Nónne portæ inferi negātur præualitura aduerſus hanc petram?* Nónne *ei promittuntur Claues regni cælorū, qui & Simon, & Petrus, & hæc petra dicebatur?* Oſtendant Proteſtantes rationem aliquam, ſi poſſunt, qua doceant, Chriſtum orationem ſuam à Simone Petro aut ad ſeipſum, aut ad fidem in ſe habendam deflexiſſe. Vbi hoc fieri cœptum eſt? Nónne à perſona Petri manifeſtè inchoatum eſt, cum dicebatur, *Beatus es Simon Bar-Iona?* Nónne in eandem perſonam ad poſtremum finita eſt oratio, vbi dicebatur, *Et tibi dabo Claues regni cælorum?*

1 Beatus es. 2 Tibi dico. 3 Tu es Petrus. 4 Super hāc petram. 5 aduerſus eam. 6 Tibi dabo

Quæ igitur inter principium orationis & finem interiecta ſunt, fruſtra torquentur ad alienum quippiam, quod neque ab initio nominatum, neque ad finem orationis vllo modo cōcluſum eſt. Aut vbi facta eſt in oratione Chriſti vel ſui ipſius, vel fidei, quæ in ſe habenda eſſet, vlla mentio? Vbi dixit Chriſtus, *Ego ſum Petrus, & ſuper hanc petram ædificabitur Eccleſia mea?* Vbi dixit, *fides qua tu, Petre, dixiſti, me Filium Dei viui eſſe petra eſt, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam?* Hoc in Euangelio nuſquam legitur. Ibi legitur, Chriſtum ad Simonem, qui ſuam Deitatem confeſſus erat, dixiſſe: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Hinc rectè concluſeris, *ſuper Petrum fidelem*, *ſuper Petrum veram fidem fratrum nomine confitentem*, Chriſti Eccleſiam ædificandam promitti. Hoc in Euangelio, hoc in fide Catholica, hoc in Sanctorum Patrum conſenſu inuenitur. Verùm quòd fides à perſona Petri ſeparata, in quocunque alio, qui officium ſedemq; Petri non teneat, dicatur petra, ſuper quam Eccleſia ædificabitur, id prorſus non inuenitur aut in Euangelijs, aut in Maiorum doctrina. Ac nimirum quænam erit iſta fides, ſuper quam ædificabitur Eccleſia? Num abſque ſubiecto quopiam erit, in quo & ab initio ſit, & cum opus eſt inueſtigetur? Oportet enim vt & in homine aliquo exiſtat, & certa ac ſtata ſit, quoniam per demōſtrationem *huius Petra* deſignatur. Si ergo dicas, Eccleſiam ædificari ſuper fidem illam, quæ cōfitetur, Chriſtum eſſe filium Dei viui, in quocunque homine ea ſit: confeſſus eſt hoc Nouatianus, Donatus, Eutyches, & hodie Anabaptiſtæ eandem veritatem confitentur, nec tamen ſuper illorum fidem ædificata eſt Eccleſia. Quid multis? Cui promiſſæ ſunt Claues regni cœlorum, ſuper eum promittitur ædificanda Eccleſia. Petro Claues datæ ſunt: ſuper Petrum igitur ædificata iam eſt Eccleſia. Nec enim maius eſt inſtar petræ molē militantis Eccleſiæ ſuſtentare, quàm triumphantis Eccleſiæ Claues poſſidere. Nam vt *nemo poteſt aliud fundamentū ponere præter Chriſtum Ieſum: ſic ſolus Chriſtus habet Clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit*. Cæterùm vt Chriſtus, qui ſolus iure ſuo Claues regni cœlorum habet, eas Petro & Succeſſoribus Petri concedit ad Eccleſiæ militantis vtilitatem: ſic idem Chriſtus, qui ſolus per naturā ſuam eſt vniuerſalis Eccleſiæ fundamentum, Petro & Succeſſoribus Petri cōcedit, vt ad tempus ſint militantis Eccleſiæ fundamentum. *Nunquid enim non licet Chriſto, quod vult, de ſuo facere? Aut oculus Proteſtantium nequam eſt, quia Chriſtus eſt bonus?* Qui habet Claues regni cœlorum, is digno aperit, indigno autem claudit cœlum. At hoc quid aliud eſt, quàm in ipſum cœlum poteſtatem accipere? Per claues enim tam domus, quàm ciuitatis, alicui traditas, inſignis quædam authoritas & poteſtas in illam domum ciuitatemque donatur. Sicuti ergo *qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt Ioanne Baptiſta*, hoc eſt, quouis homine extra cœlum agente: ſic etiam qui vel minimam poteſtatem in regnum cœlorum habet, maior eſt quolibet Eccleſiæ militantis magiſtratu, qui ſaltem in regnum cœlorum poteſtatē non habeat: ſi tamen talis eſſe vllus magiſtratus in Eccleſia militante poteſt. Nam id tātùm dicere volui, plus quodammodo videri eſſe, vt Claues regni cœlorum quis habeat, quàm vt Eccleſiam militantem in terra ſuſtineat: cùm tamen reuera hæ duæ poteſtates non ſeparentur à ſe mutuò, ſed omnino in eundem ho-

Non dicitur ego ſum Petrus, ſed tu es

1. Cor. 3.
Apocal 3.
Vide Augu. tracta. 50 in Ioan.
Math. 20.
Claues.
Luc. 7.

minem coëant, atque adeò vna quædam poteſtas exiſtant. Niſi quòd ſub nomine fundamenti aut petræ, talis poteſtas indicatur, quæ aliquem in Eccleſiã admiſſum fouet ac regit: ſub nomine verò Clauium, etiam illa poteſtas continetur, quæ & aliquem ab Eccleſia Dei prius alienũ in eam iuſtè recipit, & aliquem iam prius communionis Eccleſiaſticæ participẽ ab eadem iu-

In Math. Cap. 16. ſtè repellit. *O beatus cæli ianitor* (exclamat Hilarius) *cuius arbitrio Claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium præiudicata authoritas ſit in cælo, vt quæ in terris aut ligata ſint aut ſoluta,*

In Matth. Hom. 55. *ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant & in cælo. Magna erat poteſtas* (inquit Chryſoſtomus) *& dans magnitudo ineffabilis: & ego tamen dabo tibi, inquit.* Denique Auguſtinus ait, *Petrum dignũ*

De Sanctis Serm. 29. *extitiſſe, qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad firmamentum, columna ad ſuſtentaculum, Clauis ad regnum.*

Si ergo non minus eſt, Claues regni cœlorum accipere, quàm fieri petram, ſuper quam ædificetur Eccleſia, cum certò conſtet, Claues regni cœlorũ Petro, & ſoli Petro nominatim promiſſas eſſe: cur negatur, etiam illud eidem Petro eſſe promiſſum, quòd ſuper eũ ædificabitur Chriſti Eccleſia? præſertim cùm eodem tempore, eidem homini, ex eadem occaſione, tam dicatur, *tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, quàm illi dicitur, *& tibi dabo*

Ibi *Claues regni cælorũ?* Aut quid aliud ſibi vult illud (*Et tibi dabo*) niſi vt declaret, præcedẽtia Chriſti verba pertinere ad eundem Simonem, ad quem pertinent ſequentia? Cùm igitur clarum ſit, hæc verba, *Et tibi dabo Claues regni cælorum*, ad ipſum Petrum dici: conſtare etiam nobis debet, eundem Petrum appellari *hanc petram, ſuper quam ædificabitur Eccleſia Chriſti.* Hæc omnia dicta ſunt, vt Euangelij veritatem, quæ ſuper Petrum ædificari Eccleſiam docet, contra Proteſtantium calumnias defenderemus. Nam ſi pro ipſa Euangelij veritate non certaremus, profectò ſat erat nobis, quòd ſoli Petro claues regni cœlorum ante alios omnes & promittuntur, & ſecundùm eandem promiſſionem abſque omni cõtrouerſia donantur. *Fidelis enim eſt,*

Heb. 10. *qui repromiſit.* Porrò vel hoc ſolum ad Primatum Petri ſtabiliendum ſatis habet virium. Nam vt ante Apoſtolos omnes accepit Clauium promiſſionem, ita & Princeps eorum in hoc ipſo eſt factus, quòd illi non niſi poſt illũ eaſdem Claues ab eodem Chriſto accipiũt. Nec enim nihil eſt, originem & principium alicuius poteſtatis in aliquo fundatum eſſe, etiamſi poſtea eadẽ ipſa poteſtas cum alijs ex æquo communicetur. Nam etſi reliqua poteſtas plena & tota in ſecundum, aut tertium tranſeat: tamen hoc vtique tranſire non potuit vt ille ſecundus aut tertius fieret etiam primus, qui Claues regni cœlorum accepiſſet. Facta quippe infecta fieri non poſſunt. Negari non poteſt, quin ſoli Petro ab initio dictum ſit, *tibi dabo Claues regni cælorum.* Fuit ergo poteſtas Clauium ſaltem vi promiſſionis Diuinæ ad aliquod momentum in ſolo Petro. Saltem ergo hic Primatus in Petro fuiſſe concedatur, vt ab vna viſibili origine omnis Ec-

Obiectionis proteſtantiũ confutatio. cleſiaſtica poteſtas promanet. Si dicas, *Petrum Eccleſiæ perſonam in accipiendis regni cælorũ Clauibus geſſiſſe:* fatebor, ac ſimul quæram, quis Petro hanc perſonam impoſuerit? Si Eccleſia conſtituit Petrum velut procuratorem ſuum in hac re, minor vtique eſt Petri, quàm Eccleſiæ authoritas, quæ vice ſua ſubſtituit illum. Sin certò conſtet, Eccleſiam nihil tale Petro commiſiſſe, verùm hanc perſonam Petro non niſi ab ipſo Chriſto impoſitam eſſe: iam videndum eſt, quo iure ac nomine Chriſtus conſtituerit Petrum, Eccleſiæ totius procuratorem. Si enim Chriſtus conſtituit Petrum velut manum aut pedem in Eccleſiæ corpore: erit ſanè aliquid in eadem Eccleſia maius Petro. Sin Chriſtus conſtituit Petrum velut primum Eccleſiaſtici corporis membrum: iam etiamſi perſonam Eccleſiæ gerat, erit tamen Caput ac Princeps in toto Eccleſiaſtico corpore.

Videamus ergo Petri nomina: & inde perpendamus viri dignitatem. *Tu vocaberis Cephas*, hoc eſt, *petra.* Quid, obſecro, aliud eſt petra, quàm prima & ſolidiſsima ædificij pars, quæ alio nomine dicitur fundamentum? Quod autem in corpore animalis eſt caput, hoc idem eſt fundamentum in ædificio. Accedit eòdem, quòd omnes Fideles tanquam *viui quidã lapides ſunt,*

1. Pet. 2. *qui ædificantur ſuper Chriſtum maximum & angularem lapidem*, vt ipſe Petrus in Epiſtola ſua docet. Petrus verò non fruſtrà & ſolus *accepit promiſsionem*, vt vocaretur Cephas, & ſolus re vera eſt cognominatus Cephas ſeu Petra. Eſt igitur & ipſe lapis ſuper Chriſtum ipſum ædifica-

Heb. 1. tus, non inſtar aliorum, ſed tantò maior, *quantò differentius nomen præ illis accepit.* Nam illi ſunt lapides tantùm communes, ille verò eſt petra, id eſt, lapis magnus & rupes firma. Illi dicuntur lapides, quia ſuper Chriſtum lapidem angularem ædificantur. Petrus verò & hoc cum illis cõmune, imò & præ illis proprium habet, quia Chriſto proximus eſt: & præterea propriè cognominatur *Cephas*, id eſt, petra, velut etiam alios peculiari quadam ratione ſuſtentanſ, ſicut ipſe à

Chriſto

Chriſto peculiari quadam ratione ſuſtentatur. Vt ergo ſolus cognominatur Petrus, ita ſolus aliquid veri lapidis proprium habet, in quo tam reliquos Fideles, quàm ipſos Apoſtolos vincit. Item Petro dicitur poſtea, *Paſce agnos, paſce oues meas.* Paſtor ouium, Caput illarum, & gubernator eſt. Petro igitur vt lapidi firmiſsimo, eidemque vt Paſtori & ouium, & agnorum, Claues regni cœlorum promittuntur. Hoc iure qui Claues pro tota Eccleſia primus habet, profectò velut totius Eccleſiæ firmiſsimus lapis, & ouium agnorumque omniũ Paſtor, eas habet. Accepit ergo Petrus à Chriſto Claues pro cæteris, vt Moyſes pro populo Iſraël accepit à Deo Legem, atq; vt Aaron pro eodem populo Sacerdotalem poteſtatem accepit: qui modus accipiendi Claues regni cœlorum, reddidit Petrum illis omnibus maiorẽ, pro quibus dictas Claues accepit. Nec aliter hãc rem intellexit Auguſtinus, vti iam antè planum fecimus; qui Petrum in accipiendis Clauibus ait *propter Apoſtolatus ſui Primatum, Eccleſiæ perſonam geſsiſſe.* Ioan. 21. In Ioan. tractat. 124.

Quid illis hominibus iniquius aut miſerius cogitari poteſt, qui cùm verba ex ſubiecta ratione interpretari debeant: verba primùm ſeparant ab ipſa illorum ratione, ac deinde id per illa verba concludunt, quod ab eorundem verborum ratione longiſsimè abeſt? Quid crebrius apud Lutheranos & Caluiniſtas legitur, & auditur, quàm quòd Petrus accepit Claues regni cœlorum *pro Eccleſia*, & velut *perſonam Eccleſiæ gerens?* Imò adddunt, Auguſtinum ita dicere, ita ſentire: ac mox inde concludunt, Petrum non fuiſſe Caput Eccleſiæ, ſed potius vnũ quẽdam de turba Apoſtolorum, qui etiam fuerit inferior toto Apoſtolorum collegio. Atqui cùm Chriſtus fecerit eum Petram, & Paſtorem, & confirmatorem fratrum: cumque Auguſtinus, qui dicit eum in accipiendis Clauibus geſsiſſe perſonam Eccleſiæ, dicat id eum feciſſe *propter Apoſtolatus ſui Primatum*: quantæ impudentiæ hoc eſt, vt vrgeant illa verba (*geſsit perſonam Eccleſiæ*) & omittant, imò etiam negent illa alia, *propter Apoſtolatus ſui Primatum?* Atque vt adhuc, ſi qui ex illis conuertendi ſunt, faciliùs conuertantur, ſin autem illi nolunt conuerti, tamẽ alij ſciant, eos certiſsimò à veritate Euangelij aberrare: perpendant mihi illud, quod alibi Auguſtinus ſcribit: *Quando ſuper Chriſtum baptizatum Spiritus Sanctus velut columba deſcendit, tũc corpus ſuum, id eſt, Eccleſiam ſuam præfigurare dignatus eſt.* Si Chriſtus præfigurauit Eccleſiam ſuam, in ea ipſa re neceſſariò etiam comprehenditur, quòd figurauit illam. Chriſtus ergo geſſit figuram ſeu perſonam Eccleſiæ ſuæ, dum quod toti Eccleſiæ præſtandum quandoq; erat, interim oſtenditur & figuratur in ipſo Chriſto? Vnde Auguſtinus eodem in loco figuram cũ perſona coniungens, dicit, *Petrum Apoſtolum propter Apoſtolatus ſui Primatum geſsiſſe Eccleſiæ perſonam figurata generalitate.* Cùm ergo etiam Chriſtus, dum baptizabatur, perſonam ſeu figuram Eccleſiæ geſſerit: vtrum dicemus, Chriſtũ propterea non eſſe Caput Eccleſiæ, verùm eſſe Vicarium & procuratorem eius? Sin vltrò conceditis, Chriſtum etiamſi perſonam Eccleſiæ ad tempus in accipiendo Baptiſmo geſsit, tamen æternum eiuſdem Eccleſiæ Caput eſſe: profectò etiam illud verum erit, Petrum in accipiendis regni cœlorum Clauibus geſsiſſe perſonam Eccleſiæ, & tamen eiuſdem Eccleſiæ Caput ad tempus extitiſſe. Accepit enim Claues pro Eccleſia quidem, ſed nec ab illa, verùm à Chriſto: nec velut inferius quoddam illius membrum, ſed vt primum & principale totius Eccleſiaſtici corporis membrum, idq; ab ipſo Chriſto eiuſdem corporis æterno Capite conſtitutum. Quæ cùm ita ſint, certum eſt, in Petro velut in Principe Apoſtolorũ totius Eccleſiaſticæ iuriſdictionis originem ſub Chriſto, ac plenitudinem extitiſſe: illumq; fuiſſe fundamẽtum Eccleſiæ militantis, & petram fidei, cuius rei, præter grauiſsimas rationes ex ipſo Euangelio iam allatas, teſtem citabo vniuerſam & Græcorum & Latinorum Patrum antiquitatem. In lib. 15. de Trinit. c. 26. In Ioan. tractat. 124.

Clemens in Epiſtola. i. ad Fratrem Domini: *Simon Petrus veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum eſſe Eccleſiæ definitus eſt: qua de cauſa etiam Domini ore cognominatus eſt Petrus.*

Tertullianus de præſcriptionibus aduerſus Hæreticos: *Latuit aliquid Petrum ædificandæ Eccleſiæ petram dictum?* Adhuc autem infectus hæreſi Tertullianus non fuerat, quando librum de præſcriptionibus conſcripſit.

Origenes Hom. in Exodum 5. *Vide, magno illi Eccleſiæ fundamento, & petræ ſolidiſsimæ, ſuper quam Chriſtus fundauit Eccleſiam, quid dicatur à Domino: Modicæ* (inquit) *fidei quare dubitaſti?*

Hippolytus de conſummatione mundi: *Princeps Petrus, fidei petra.*

Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. & 12. & lib. 4. epiſt. 9. *Super Petrum ædificata à Domino fuerat Eccleſia.* Et ad Iubaianum: *Eccleſia, quæ vna eſt, ſuper vnum, qui & Claues eius accepit, Domini voce fundata eſt.* Et

eſt. Et ad Quintum: *Petrum Dominus primum elegit, & ſuper eum ædificauit Eccleſiam ſuam.*

Hilarius lib.6. de Trinitate *Petrus ædificationi Eccleſiæ ſubiacet.* Et in cap.16. Matthæi. *O in nuncupatione noui nominis fœlix Eccleſiæ fundamentum, dignaq́; ædificatione illius petra, quæ infernas leges diſſolueret!*

Ambroſius in Hymno, quem Auguſtinus citat Retractationum lib.1. cap.21. *Hoc* (id eſt, gallo gallinaceo canente, *ipſa petra Eccleſiæ culpam diluit.* Non modò Petrum vocat petram, ſed petram Eccleſiæ, atque adeo *ipſam Eccleſiæ petram.*

Baſilius in concione de pœnitentia: *Petrus petra eſt propter Chriſtum petram. Largitur enim Ieſus ſuas dignitates: petra eſt, petram facit.*

Gregorius Nazianzenus in Oratione de moderatione in diſputationibus conſeruanda: *Petrus petra vocatur, atq; Eccleſiæ fundamenta fidei ſuæ credita habet.*

Hieronymus in illa verba: *Super hanc petram,* Matthæi 16. *Ædificabo Eccleſiam meam ſuper te.*

Chryſoſtomus Homil.27. ex varijs in Matthæum locis: *Princeps Apoſtolorum Petrus, ſuper quẽ Chriſtus fundauit Eccleſiam, verè immobilis petra & firma confeſſio.* Hinc videre licet, quo ſenſu idem Chryſoſtómus antea dixerat, Chriſtum promiſiſſe, quòd ædificaret Eccleſiã ſuper fidem confeſsionis Petri. Non enim aliter hoc intellexit, quàm quòd Eccleſia ædificaretur ſuper ipſum Petrum, quatenus is fidem inconcuſsè confiteretur.

Epiphanius in Ancorato: *Ipſe Dominus conſtituit Petrum primum Apoſtolorum, petram firmam, ſuper quam Eccleſia Dei ædificata eſt, & portæ inferorum non valebunt aduerſus illam. Portæ autem inferorum ſunt hæreſes & hæreſiarchæ. Iuxta omnem enim modum in ipſo firmata eſt fides, qui accepit Clauem cœlorum.*

Paulinus ad Seuerum Epiſt.4. *Petra eſt Chriſtus: bibebant enim de ſpirituali ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. Etiam Diſcipulo ſuo huius vocabuli gratiam non negauit, cui dicit: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.*

Auguſtinus in Pſal. 69. *Petrus Chriſtũ confeſſus erat Filium Dei, & in illa cõfeſsione appellatus erat petra, ſupra quam fabricaretur Eccleſia.* Auguſtinus Lib. Retractationum 1. cap. 21. *Dixi quodam in loco de Apoſtolo Petro, quòd in eo tanquam in petra fundata ſit Eccleſia. Qui ſenſus etiam cantatur ore multorum in verſibus beatiſsimi Ambroſii.* Et in Ioan. Tracta.11. *Reſpondit Petrus, petra illa, voce omnium: Domine, ad quem ibimus?* Et in Ioan. Tractat.7. *Petro dicente, tu es Chriſtus Filius Dei viui, ibi* (Dominus) *nominauit petram, & laudauit firmamẽtum Eccleſiæ in iſta fide.* Et ſerm.124. De tempore: *Petrum* (quando Chriſtum negauit) *Dominus paululum ſubdeſeruit, vt Eccleſiæ Rectori futuro ignoſcendi peccatoribus quadã regula poneretur.* Et pòſt: *Totius corporis morbum in ipſo Capite curat Eccleſiæ, & in ipſo vertice componit membrorum omnium ſanitatem, in ipſa confeſsionis Chriſti crepidine, in ipſo immobili fidei fundamento, in Petro ſcilicet.* Et de Sanctis, Sermo.29. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Dignus certè, qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clauis ad regnum.*

Maximus Taurinenſis in Natali Petri & Pauli Homilia.1. *Petra Chriſtus communionem ſui nominis libenter indulſit. Vt enim, ſicut Apoſtolus Paulus edocuit, petra erat Chriſtus: ita per Chriſtum Petrus factus eſt petra, dicente ei Domino, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã.*

Et in Homilia de fide Petri, quæ apud Ambroſium inter Sermones 47. eſt: Petrus (inquit) pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum Petra, tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem molemque continet.

Cyrillus in Ioan Lib.2. Cap.2. *Nec Simon fore iam nomen ſibi, ſed Petrus prædicit, vocabulo ipſo cõmodè ſignificans, quòd in eo tanquam in petra lapideq́; firmiſsima ſuam eſſet ædificaturus Eccleſiam.*

Theodoretus in Cantica Canticorum. *In Petra Apoſtolorũ principe Dominus in Euangelijs ſe Eccleſiam ſuam ædificaturum promiſit.*

Proſper de vocatione gentium Lib.2. Cap 28. *Hac fortiſsima Petra ab illa principali petra communionem & virtutis ſumpſit, & nominis.*

Leo in anniuerſario aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum, Serm.3. *Cùm ego ſim inuiolabilis petra, tamen & tu quoq; petra es, quia mea virtute ſolidaris.*

In Actione 3. Concilij Chalcedonenſis. *Petrus Apoſtolus eſt petra & crepido Eccleſiæ Catholicæ.*

Gregorius Magnus Lib.6. Epiſt.37. *Quis neſciat, Sanctam Eccleſiam in Apoſtolorum Principis ſoliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit in nomine, vt Petrus à petra vocaretur?*

Conſtantinus 4. Imperator in Edicto pro ſexta vniuerſali Synodo, quod extat in Actione 18.

eiuſ-

eiuſdē ſextæ Synodi:*Hæc*(inquit)*Petrus,qui & Petra fidei,& Princeps Apoſt.intemerata ſeruauit.*
Damaſcenus in hiſtoria Ioſaphat & Barlaam.*Princeps Apoſtolorum Petrus fidei petra.*
Theophylactus in Cap.22.Lucæ.*Poſt me,Eccleſiæ petra es & firmamentum.*
Euthymius in 16. Matthæi.*Fides petra futurus es,ſiue,te ponam fundamentum credentium: ædificabo ſuper te Eccleſiam meam.*
Andræas Epiſcopus Cretæ in oratione in Domini transfigurationem. *Petrus ſupra petram* (id eſt,Chriſtum)*ſtabiliter fundatus,& fidei fundamentum,& eam,quæ fit per virtutes,Eccleſiæ diſpēſationem in ſe ſuſcipit.* Græcos autem recentiores eò libentius adduxi; vt animaduerteretur, etiam illos non dubitaſſe vnquam de ipſius Petri eximia Prærogatiua.Nam de Latinis recentioribus nec Aduerſarij dubitant.

Quanquàm ergo tot modis conſtet, Petrū fuiſſe tùm Petrā, ſuper quam ædificata eſt militans Eccleſia,tùm aliorum Apoſtolorum Caput & verticem,vt ſalua fide in Euangeliū Chriſti,& ſalua vnitate Catholica,nullo modo iam liceat de iſta veritate dubitare:tamen quia nec iſta ſola hoc probant , etiam ad alia , quæ præcipuo quodam & ſingulari iure Dominus Petro largitus eſt,progrediatur oratio. Vix enim dici poteſt, in quot locis Petri Primatus elucet.
Cùm igitur litigaſſent Apoſtoli,*quis eorum videretur eſſe maior,* Dominus vbi eos omnes à li- Luc.22.
bidine dominandi reuocaſſet,iuſsiſſetq́; vt qui maior inter eos erat,fieret tanquam iunior:mox quiſnam ille maior eſſet,non obſcurè demonſtrans,ad Simonem Petrum dixit: *Simon, ecce Satanas expetiuit vos,vt cribraret ſicut triticum,ego autem rogaui pro te ,vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus,confirma fratres tuos.*Ecce licèt omnes Apoſtoli tententur à Satana,tamen pro ſolius Petri fide rogatur,vt ea non deficiat: vtique vt non deficiat in ijs,qui ſuccedunt in Cathedra eius. Nam ibi ſic pro illo rogatum eſſe docetur, vt pro alijs Apoſtolis eodem modo non ſit rogatum : & tamen pro perſonis omnium (excepto Iuda) Chriſtus etiam illa ipſa nocte rogauit qua hæc ad Petrum dixit. Nam & hæc dixit poſt vltimam cœnam,& tunc (te- Ioan.17.
ſte D.Ioanne)precatus eſt ijs verbis: *Pater,manifeſtaui nomen tuum hominibus,quos dediſti mihi de mundo.Tui erant,& mihi eos dediſti,& ſermonem tuum ſeruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia , quæ dediſti mihi , abs te ſunt : quia verba , quæ dediſti mihi , dedi eis : & ipſi acceperunt, & cognouerunt verè,quia à te exiui,& crediderunt,quia tu me miſiſti.Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo.Sed pro his,quos dediſti mihi,quia tui ſunt.Et mea omnia,tua ſunt : & tua mea ſunt: & clarificatus ſum in eis.Et iam non ſum in mundo:& hi in mundo ſunt:& ego ad te venio.Pater ſancte,ſerua eos in nomine tuo,quos dediſti mihi: vt ſint vnum,ſicut & nos. Cùm eſſem cum eis,ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi cuſtodiui:& nemo ex eis periit,niſi filius perditionis,vt Scriptura impleatur.* Et pòſt:*non pro eis rogo tantùm,ſed & pro eis,qui credituri ſunt per verbū eorū in me.*

Si ergo & prò Apoſtolis,& pro alijs Fidelibus tam ſtudiosè orauit Chriſtus , & tamen cùm Satanas expetiſſet *omnes Apoſtolos cribrare,*non niſi *pro Petro* ſe rogaſſe dixit: vtiq; intelligit, ſe nō rogaſſe pro quoquā,velut qui Caput militātis Eccleſiæ ſolus futurus ſit,niſi pro ſolo Petro. Quæſtio. ex
Nam & hoc apud Auguſtinum legimus annotatum: *Quid*(inquit)*ambigitur? Pro Petro rogabat:* nouo teſta-
& pro Iacobo & Ioanne non rogabat,vt cæteros taceā? Manifeſtū eſt,in Petro omnes cōtineri.Rogans mento quæ-
enim pro Petro,pro omnibus rogaſſe dignoſcitur. Semper enim in Præpoſito populus aut corripitur, aut ſtio.75.
*laudatur. Quia & in alio loco dicit:Ego pro his rogo,quos mihi dediſti,Pater:& volo,vt vbi ego ſum,et ipſi ſint mecū.*Ecce Auguſtinus pro cæteris etiā Apoſtolis rogatū eſſe nō dubitat,verùm pro illis rogatū eſſe,dum pro Capite illorū rogabatur:in capite enim membra cōtineri. Quòd ſi pro Petro ſolo tanquā cæterorum Capite rogatum eſt,vt illius fides non deficeret: cùm ſucceſſores Apoſtolorū multò magis indigeant Capite,quàm ipſi Apoſtoli:vtiq; hoc rogatū eſt,vt Capitis Eccleſiæ fides nunquam deficeret, ſed vt omnes Apoſtoli,hoc eſt, vt Apoſtolorum Succeſſores Epiſcopi cōfirmarentur in æternū per ſtabilē Petri & Succeſſorum eius fidē ac firmitatē; vt ita Petri fides in Sede ipſius non deficeret aliquando,ſed tam is,quàm Succeſſores eius confirmarent fratres ſuos vſque ad conſummationem ſæculi. Nam quòd iſta confirmatio fratrum poteſtatem quandam eminentem Petro datam eſſe ſignificet,tùm ipſum *confirmationis*
nomē abundè probat,tùm Sancti Patres idipſum conteſtantur. Quid enim eſt confirmare fra- 1.Pet.2.
tres,niſi eos Fideles, qui per gratiam Chriſti etiā ipſi quidam lapides viui ſunt, ſua doctrina & confeſsione firmiores in fide reddere? De fide enim iam agitur,& in fide confirmari fratres iubentur. Nec ad rem pertinet , quòd Apoſtoli Spiritu ſancto repleti in fide non errabant. Nam partim ideo non errabant,quòd ſciebant ſe eadem omnino docere, quæ Petrus docuit: partim verò non tam ipſis nominatim Apoſtolis , quàm per eos toti ſecuturæ Eccleſiæ

forma hæc præſcripta erat, vt omnes aliorum Apoſtolorum Succeſſores in æternum ſcirent, ſe non erraturos in fide, ſi cum Succeſſore Principis Apoſtolorũ eadem ſentirent & prædicarent. Sed de Succeſſoribus Petri agetur poſtea: nunc audiamus, quid ter maximus Leo, cui
Leo in ſerm 3. aſſumptionis ad Pōtificatum. quarta Synodus tantũ detulit, vt *Petrũ in eo locutum eſſe agnouerit*, de hac Petri auctoritate dicat. *Commune erat omnibus Apoſtolis periculũ de tentatione formidinis, & Diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniã Diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere: & tamen ſpecialis à Domino Petri cura ſuſcipitur, & pro fide Petri propriè ſupplicatur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & Diuinæ gratiæ ita ordinatur auxiliũ, vt firmitas, quæ per Chriſtũ Petro tribuitur, per Petrũ Apoſtolis cōferatur.* Leoni
Epiſt. 190. aſſentitur Bernardus: *Hæc* (inquit) *Prærogatiua ſedis Petri, vt ibi non poſſit fides ſentire defectũ. Cui enim alteri aliquando dictum eſt: Ego pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua? Ergo quod ſe-*
In Acta Apo. Homil. 5. *quitur, à Petri Succeſſore exigitur: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Chryſoſtomus eodem modo hanc ipſam rem interpretatur, ſicuti poſtea ſuo loco ex ipſius verbis planũ fiet.

Quibus ita poſitis, omnino efficitur, vt Petrus illis omnibus præpoſitus ſit, quos iubetur cōfirmare. Iubetur autẽ cōfirmare fratres ſuos. Fratres verò Petri, & alij Chriſtiani, & ipſi etiam
Epiſt. 2. ca. 3. Apoſtoli ſunt. Vnde & ipſe appellat *D. Paulũ chariſſimũ fratrẽ ſuũ*. Iubetur ergo Petrus reliquos Apoſtolos confirmare. Ex quo ſequitur, vt maior & fortior illis omnibus fuerit, non tam per-
1. Cor. 15. ſonali fortè profectu (nam ſic *plus omnibus laborauit Paulus*) quàm paſtorali auctoritate. Nec enim tam quæritur, quantum Petrus in laborando fecerit, quàm quantum facere in gubernãdo potuerit. Nec tam ideo prælatus eſt, quia plus omnibus aut credidit, aut dilexit: quàm ideo &
Ioan. 2. Marc. 9. dilexit & credidit plus omnibus, quia Chriſtus eum voluit omnibus anteponi. Nam & antequã
Luc. 22. confitebatur, factus eſt Petrus, & poſtquam negaſſet Chriſtũ, iuſſus eſt cōfirmare fratres ſuos: vt neq; confeſſio ſit ſola & prima cauſa, cur fiat Petrus, neq; negatio ſit vltima ratio, cur deſi-
Ioan. 1. nat eſſe Petrus: ſed hoc totũ pendeat à voluntate Chriſti, qui & Simonẽ fecit *Cephã*. vt confiteri eum poſſet: & negare ſe permiſit, vt ſciretur, eum aliunde quàm à ſola confeſſione Primatum ſuum accepiſſe. alioquin Primatus nec præceſſiſſet eius confeſſionem, nec poſt negationẽ
Rom. 11. perduraſſet, cùm nunc vtrumq; contrario modo euenerit: vt verum ſit quod D. Paulus ait: *Si-*
Gregor. lib. 4 epiſt. 32. & in lib. 6. epi. 37. *ne pœnitentia eſſe dona & vocationem Dei.* Deniq; cùm D. Gregorius diceret, *curam totius Eccleſiæ & Principatum Petro committi*, inter cætera etiam illud confirmandæ rei gratia protulit: *Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.*

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Si Eccleſia ſuper Petri perſonam ædificata eſt: illo negante Dominum ſuum, tota Eccleſiæ ædificatio perijt, quia fundamentum ipſum defecit.

RESPONSIO.

Quàm friuola ſit hæc obiectio, ipſa Euangelij verba declarãt. Non enim ante Paſſionẽ Domini factus eſt Petrus Eccleſiæ militãtis fundamentũ, ſed promiſſionẽ accepit, vt quandoque
Matth. 16. fieret fundamentum. Nam dictũ eſt: *Super hanc petram ædificabo, non autem ædifico Eccleſiã meã.* Deinde nominatim expreſſum eſt, Petrum non eſſe confirmatorem fratrum antequam pœni-
Luc. 22. tentiam de negatione Chriſti egiſſet. Nam ita habet Euangelium Lucæ: *Et tu aliquando cōuerſus, confirma fratres tuos.*

REPLICATIO PROTESTANTIVM.

Etiam poſt conuerſionem illam Petrus non in modica re errauit, & à Paulo eſt reprehenſus.

RESPONSIO.

Non erat illa fidei aut doctrinæ, ſed tantùm conuerſationis & facti ſimulati reprehenſio. Nam idem prorſus & docuit, & fecit ea in re Petrus, quod & Paulus. Etenim Petrus docuit le-
Actor 15. galia non eſſe neceſſaria in Concilio primo Apoſtolorum Hieroſolymis habito. Et Paulus, nō
Actor. 16. obſtante illa ſua doctrina, caput aliquando raſerat, Timotheumq; circunciderat, & omnia om-
1. Cor. 9. nibus factus erat, vt omnes lucrifaceret. Sed cùm vterq; illas cæremonias non eſſe neceſſarias

doceret,

doceret,& vterq; eas breui ceſſaturas ſciret,& vterq;,cùm opportunum videretur, eas omittere in animo haberet: Paulus rectè iudicauit,iam aduenisſe ipſum tempus,in quo ſtatim ceſſare atq; omitti deberent:cùm interim Petrus putauerat,eas adhuc aliquantò diutius ob Iudæorum cõciliationem tolerari poſſe. Verùm poſtquàm à Paulo admonitus,eum veritatem Euangelij rectè vrgere animaduertit : non ei reſtitit,ſed tùm ei mox dexteram dedit,tùm poſtea epiſtolas eius inſigniter collaudauit.Quod ipſum D.Gregorius omni animaduerſione dignum eſſe teſtatur,*quatenus qui primus erat in Apoſtolatus culmine,eſſet primus & in humilitate*. Tertullianus verò ait de hoc D. Petri facto loquens: *Conuerſationis fuit vitium , non prædicationis.* Itemq́; Auguſtinus: *Neq; enim negamus,in hac ſententia fuiſſe iam Petrum,in qua & Paulus fuit. Non itaq; tunc eum,quid in ea re verum eſſet,docebat, ſed eius ſimulationem, qua gentes Iudaizare cogebantur,arguebat*. De facto igitur,non de prædicatione Petri agebatur. Facta verò ad mores potius,quàm ad fidem pertinent. At Christus non rogauit Patrem,vt Petrus nunquam erraret in moribus,ſed vt *fides eius non deficeret.*

2.Pet.5. In Ezeche. Hom.18. In lib.de præſcript. Epiſt. 19 ad Hieronymũ.

Nihil iam opinor impediunt hæ friuolæ obiectiones,quò minus credamus,Petrum poſt reſurrectionem Domini verè accepiſſe poteſtatem illam confirmandi fratres ſuos,quam Dominus ei promiſit ante mortem ſuam.Porrò nihil eſt aliud,fratres,*qui & ipſi lapides viui ſunt*, cõfirmare, quàm *petra* loco illis eſſe : adeo vt ſi tam apertè non dixiſſet Dominus Petro : *Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam* : tamen vel iſte locus,in quo iubetur fratres ſuos(qui lapides viui ſunt)confirmare,manifeſtè oſtenderet, Petrum fuiſſe lapidẽ firmiorem,quàm vllus alius Apoſtolus extitiſſet. niſi fortè is,qui alios confirmat,ijs qui cõfirmantur, firmior omnino eſſe non debeat. Hoc totum adhuc manifeſtus euadet,ſi perpendamus,quòd Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam Simoni Petro coram multis Diſcipulis dixit : *Simon Ioannis,diligis me plus his? Dicit ei,etiam Domine tu ſcis,quia amo te.Dicit ei,paſce agnos meos.* Et poſteà : *Paſce oues meas.* Idem eſt Paſtor erga ſuum gregem,quod petra erga reliquum ædificium. Nam ille gregem regit defenditq́;:& iſta ædificium ſuſtentat & confirmat. Iam verò vt agni Chriſti ſunt cæteri Fideles,qui ſunt in fide infirmiores, & lacte potius quàm ſolido cibo indigent:ſic oues Chriſti ſunt ipſæ matres agnorum,Apoſtoli videlicet ipſi,multoq́; magis alij Epiſcopi & presbyteri. Cùm ergo Petrus ouium & agnorum ſit paſtor,clarum eſt,nec vllum Fidelem ab ipſius Præfectura excludi,& eum,qui excluditur,nec ouem,nec agnum Chriſti eſſe. Nec obſtat,quòd Apoſtoli eandem & prædicandi,& remittendi peccata,& miracula operandi poteſtatem acceperunt. Hoc enim probat,illos in multis,non tamen in omnibus cauſis fuiſſe æquales . Ne longè abeam , hoc ipſo in loco Euangelium perſpicuè docet, Petrum omnibus Apoſtolis in paſcendi auctoritate prælatum eſſe. Primùm in eo, quòd Petrus *nominatim*, idque *trina vice*, iubetur paſcere, *tam agnos quàm oues* Chriſti: quod idem cæteris Apoſtolis eodẽ modo dictum eſſe,nuſquam legitur.Quod verò non eſt ſcriptum,Pſeudoëuangelici tenentur nõ credere,ex eo quòd hanc ſeruitutem ipſimet ſibi iamdiu impoſuerunt . Sub pœna igitur infidelitatis non licet hæreticis credere,quòd vlli Apoſtolorũm,præterquã Petro, dicebatur vnquam, *Paſce agnos meos,paſce oues meas.* Iam verò ſi per Petri perſonam hoc etiam alijs dictum eſt:vel ex eo ipſo Petrus illos ſuperat.Nam cùm alij aliquot eo tẽpore adſtitiſſent(vt Thomas, Iacobus,& ille Diſcipulus,quem diligebat Ieſus)tamen ſoli Petro *ter* dictum eſt:*Paſce.* Certè ſi omnes Apoſtoli fuiſſent hac in parte æquales Petro:ijs ſaltem,qui ſimul aderant,ex æquo dictum fuiſſet,*Paſcite agnos,& oues meas.* Verùm quia Princeps omnium Petrus perſonam geſſit omniũ:ideo ſoli Capiti pro cæteris fratribus & membris hoc dicitur.Nec poteſt æqualis illa poteſtas eſſe,quæ à Chriſto ad Apoſtolos in gradu inæquali deriuatur.Eſt autem gradus inæqualis,vt hæc poteſtas paſcendi à Chriſto mox ad Petrum:à Chriſto autem ad alios Apoſtolos non mox,verùm Petri demũ perſona & auctoritate interpoſita,perueniat. Et hoc quidẽm neceſſariò ita ſe habet,ſi per hæc verba ſoli Petro dicta(*Paſce oues meas*)Pſeudoëuangelici volunt,cæteros Apoſtolos accepiſſe poteſtatem paſcendi oues Chriſti . Sin ad alia fortè verba confugient,quæ omnibus ex æquo Apoſtolis dicta ſunt(veluti,*Docete omnes gentes,& ite in vniuerſum mundum,& prædicate Euangelium omni creaturæ*) ſaltem hoc interim cogentur fateri , Petrum tam eſſe miſſum in vniuerſum mundum ad docendum omnes gentes,& ad prædicandũ Euangeliũ omni creaturæ,quàm cæteros Apoſtolos:cùm tamẽ præterea ſolus acceperit poteſtatẽ paſcẽdi agnos & oues Chriſti.Si dicẽt,nihil intereſſe inter,*docere omnes gentes*,& *paſcere agnos & oues Chriſti*:quærã ab illis,an Chriſtũ Dei ſapientiam putent fruſtrà diſtinxiſſe illa, inter quæ nihil diſcriminis eſt,& ita ſignificanter diſtinxiſſe, vt diſſimulari ea differẽtia nullo

1.Pet.2. Matth.16. Ioan.21. Matth.10.& 18. Ioan.21. Matth.28. Marci.16.

Ioan. 21. modo queat? Aderant alij Apoſtoli,& tamen vni Petro Dominus loquitur: & ei loquitur,non tanquã Apoſtolo(quod erant & cæteri)ſed tanquàm *filio Ioannis*,quod cæteri nõ erant. Eſt igitur aliqua,& ea grauiſsima cauſa,ob quã cæteris aſtãtibus, tamẽ ſoli Petro Dominus hæc dicit. Quæcunque verò illa ſit,vtique teſtatur,in authoritate paſcendi competere aliquid Petro ſeorſim à cæteris. Nec enim fruſtrà quicquam agit Dominus. Quanquam quid opus eſt tot verbis? Ipſe Dominus apud Ioannem manifeſtè declarat,hæc verba(*Paſce agnos & oues meas*) Plus his. ita Petro dicta eſſe,vt cæteris Apoſtolis in eodem gradu conuenire non poſsint. Ait quippe Dominus: *Simon Ioannis,diligis me plus his?*

Audite,ô cæci Proteſtantes,Euangelij verba, in quibus vos putatis vitam habere, ſed ipſi vos fallitis. Nam ſi Euangelio crederetis,non ita confunderetis illa,quæ Dominus tam inſigniter diſtinxit. Audite Dominum dicentem: *Diligis me plus his?* Cogitate ſeriò,quidnam ſit illud,*plus his*. Hoc enim verbo ſeparatur Petrus à cæteris,& in ſuperiore quodã gradu conſtituitur,quo nullus aliorũ adhuc aſcendit. Non tantùm dicit Dominus,*diligis me*,ſed diligis me *plus,quàm iſti?* Reſpondet Petrus ſe amare Dominum: ſed quòd amet plus his,hoc quidem ſibi non ſumit. Sed dum Dominus Petrum interrogat,an plus alijs amet, nihil aliud quàm nos In 24. c. Luc. docet,quòd Petrus eum plus alijs amabat. *Interrogabat* (inquit Ambroſius) *non vt diſceret,ſed vt doceret*. In eo igitur gradu,in quo plus alijs Petrus amat,dictũ eſt ei, *Paſce oues meas*. Et cùm nullus alius Apoſtolorum in eodẽ gradu amârit Dominũ (alioqui non plus alijs eum amaſſet Petrus) efficitur neceſſariò,vt Petrus ex hoc verbo (*diligis me plus his, paſce oues meas*) plus poteſtatis ad paſcendũ,quàm vllus alius acceperit. Idem quippe eſt ſiue dicatur,vt iam dictum eſt, *diligis me plus his, paſce oues meas*: ſiue ita res efferatur, *ſi diligis me plus his, vel cùm diligas me* In Ioan. Ho. 87. *plus his paſce oues meas*. Vnde Chryſoſtomus verba Domini ad hunc modum explicat: *Si amas me,fratrum curam ſuſcipito*. Cum autem maior iſte amor non iam propter ſe tantùm,ſed multò maximè propter gregem Domini paſcendum poſtuletur: vtiq; eadem excellentia & dignitas, quæ in amãdo requirebatur,multò magis in paſcẽdo intelligitur depoſci. Propter quod enim quidq; fit, illud magis ſpectandũ eſt. Cùm ergo à D. Petro duæ res hoc tempore flagitẽtur: vna, vt *amet Dominum gregis*, altera vt *paſcat gregem Domini*: cumq; cura gregis Domini ſit finis amandi illum: nõ poteſt fieri,vt plus iubeatur amare,quàm paſcere. Amat enim vt paſcat. Sed *amat plus alijs*: ergo & *paſcere iubetur plus alijs*. Quod autem à Domino iubetur facere,vt id verè faciat,poteſtatem ab illo accipit. Vnde Auguſtinus in perſona Domini ſic loquitur ad Pe- De tempore Sermo 44. trũ: *Si dilectionem tuã erga me habes,vbi oſtendas habes, vbi exerceas: paſce agnos meos*. Et pòſt: *Modò iam vt poſsit hoc implere,charitate impletur*. Et in hoc ipſum Euangelium ita ſcribit: *Sciebat* In Ioan. tractat. 124. *Dominus,non ſolùm quòd diligeret,verùmetiam quòd plus illis diligeret eum Petrus*.

Quis verò iam non videt,parum cohærere orationem Chriſti, ſi poteſtatem paſcendi oues ſuas Petro commiſſurus,plus amoris ab illo,quàm ab alijs Diſcipulis poſtulet,& non ſimul iubeat,vt plus illis; verùm vt æqualiter cum illis paſcat? Nam quorſum requiritur plus amoris ob æqualem paſcendi auctoritatem? Longè aliter Chriſtus, longeq; aliter Sancti Patres cogitàrunt. Nam vt ab eo primùm incipiam,Chryſoſtomus hæc ipſa Domini verba tractans: *Chri-* De Sacerdotio lib. 2. *ſtus* (inquit) *Petrum authoritate praeditum eſſe voluit,ac reliquos item Apoſtolos longè praecellere. Petre enim(ait) amas me plus,quàm hi omnes?* Ecce Chriſtus voluit Petrum *longè praecellere Apoſtolos reliquos*. Vnde id probas? Quia Dominus ait, *Petre amas me plus,quàm hi?* Eandem ergo interpretationem,quam ego nunc attuli,ſanctiſsimus hic & doctiſsimus Pater omnino comprobauit. Ex quo rectè infertur,Petro maiorem gubernandi gregem Domini poteſtatem commiſ- Pſalm. 77. ſam fuiſſe,quàm vlli alij Apoſtolorum. Idem enim eſt paſcere,quod regere,ſicuti *Dauid ſe teſtatur electum,vt paſceret Iacob ſeruum Dei,& Iſraël hæreditatem eius*, id eſt, vt regeret Iſraëlitas Dei ſeruos: *& pauit eos in ſimplicitate cordis ſui,& in intellectibus manuum ſuorum deduxit eos*.

Lib. 10. in c. Luc 24. Hæc omnia D. Ambroſius confirmat. Cùm enim dixiſſet, *Dominum interrogaſſe Petrum,non vt diſceret, ſed vt doceret, quem eleuandus in cœlum amoris ſui velut Vicarium relinquebat*: et pòſt: *Quia ſolus Petrus non ad tempus, aſſumptum, ſed iamdudum Deo cognitum teſtificatur affectũ, ideo omnibus antefertur*: demum ſubijcit: *Tertiò Dominus,non iam,diligis me,ſed amas me, interrogauit. Et iam nõ agnos (vt primò) quodam lacte veſcendos, nec oueculas (vt ſecundò) ſed oues paſcere iubetur,perfectiores vt perfectior gubernaret*. Audiſne,Petrũ à Chriſto cùm in cœlũ eleuãdus eſſet, *vicariũ amoris ſui relictum?* Et vt Chriſtus nos id ipſum *doceret*, ideo eum de amore ſuo Petrũ interrogaſſe? Audiſne præterea, *Petrum omnibus antepoſitum*,quia ſolus ex omnibus hunc amoris affectum profitetur? Audiſne tertiò, *Petrum iuberi,vt non agnos tantùm,aut oueculas,verùm-*

etiam

etiam vt oues, id eſt, perfectiores paſceret, hoc eſt(inquit Ambroſius) *gubernaret?* Vicarius ergo amoris Chriſti Petrus eſt. At cuius amoris? Nunquid Chriſtus ipſe iam gregem ſuum nõ amat? Imò verò quò magis gregẽ amat, eò magis *iã eleuandus in cœlũ, amaris ſui Vicariũ relinquit:* oſtẽdẽs videlicet, ſe vſq; eò gregẽ amare, vt non ſatis putarit, nos per ſeipſum inuiſibili modo paſcere, niſi etiã, quia corporali eius aſpectu carituri eramus, eã rem ſuppleret per viſibilẽ *Vicarium ſui amoris*, hoc eſt, per alium, qui Paſtor agnorum & ouium vice Chriſti & ſit, & dicatur. Nam cùm iſte viſibilis ac vicarius Paſtor & ipſe à Chriſto in cauſis fidei gubernetur, & reliquo gregi gubernando ab eodem Chriſto præponatur: fit, vt non minus conſultum gregi ſit, tùm intus per ipſum Chriſtum, tùm foris per hunc Vicarium amoris Chriſti, quàm ſi Chriſtus ipſe adhuc in terris nobiſcum verſaretur. Deinde Petrus *anteferetur omnibus*. Cur? Quia ſe vehementius cæteris amare profitetur. Vnde autem ille tam vehemens amor in Petro? Vnde, præterquàm à Chriſto ipſo? Niſi enim Chriſtus prius amaſſet Petrum plus quàm alios: non poterat fieri, vt Petrus amaret Chriſtum pluſquàm alij, *quoniam Deus prior dilexit nos*. Chriſtus ergo prius dedit Petro maiorem erga ſe charitatem, vt poſtea ſecurè maiorem illi poteſtatem in oues ſuas dare poſſet. Dices, Ioannem fuiſſe *Diſcipulum, quem diligebat Ieſus*. Fateor: ſed vt cùm vnus atque idem homo eſſet *Rex Alexander*, tamen de duobus amicis ſuis eleganter dixit, *Craterus amat Regem. Hephæſtion Alexandrum*: ſic mihi rectè videor dicturus, Chriſtum amaſſe D. Ioannem plus alijs amore quodam perſonali caſtiſsimo, & integerrimo. Nã hoc videtur ſignificari ex eo, quòd *in ſinu Domini recũbebat, itemq́ ex eo, quòd Dominus iam moriens matrem ſuam ei, velut virginem virgini, commendauit*. Cæterùm quoad amorem Dñi vniuerſalem erga totum gregem ſuum, in ea cauſa & Chriſtus Petrũ, & Petrus viciſsim illum, *vt Principem Paſtorum & Epiſcopum animarum noſtrarum, plus alijs amauit*. Itaque Diuus Nazianzenus vtramque dignitatem egregiè diſtinguens: *Vides*(inquit) *quemadmodũ ex Chriſti Diſcipulis Petrus petra vocetur, atque Eccleſiæ fundamenta fidei ſuæ credita habeat: Ioannes verò impenſius ametur, & ſupra pectus Ieſu requieſcat, ac reliqui Diſcipuli poſthaberi ſe tranquillo animo ferant?* Ecce quæ totius Eccleſiæ ſunt, Petro: quæ autem amoris priuati, ea Ioanni potius tribuuntur. Nam & alibi idem Nazianzenus de perſoluto didrachmo agens, dicit *Petrum fuiſſe omnium Diſcipulorum Chriſti chariſſimum*. Charitatem igitur vniuerſali Eccleſiæ communem, ac non Petri perſonæ propriam intelligit.

Amoris Chriſti vicarius.

Petrus anteferturomnibus.

1. Ioan. 4.

Diodorus libro 17.

Ioan. 15. & 19.

1. Pet. 5.

In oratione de moderatione in diſputationibus ſeruanda.

In oratione ad Iulianũ.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Petrus ter nominatim iubetur paſcere oues Chriſti, non quòd præferatur cæteris, verùm vt non dubitet, ſibi iã reſtitutũ munus Apoſtolicum, quod Dominum ter negando, amiſerat.

RESPONSIO.

Etiamſi Petrus, Dominum ter negando, amiſiſſet Apoſtolatum: tamen nunc non modò idem Apoſtolatus ei reſtitutus foret, ſed etiam ob hoc ipſum eſſet cæteris Apoſtolis prælatus, quòd cùm plus, quàm illi, amaret, etiam maiore authoritate, quàm illi, paſcere iuberetur. Nam ad reſtituendum ei Apoſtolatum ſatis fuiſſet, vt non minus quàm alij amaret, vtque ei ob trinam negationem, ter ad ſummum diceretur: *Paſce oues meas*. At cùm dictum ſit etiam, *Amas me plus, quàm hi?* per hoc verbum (*pluſquàm hi*) Petrus nunc prælatus fuiſſet ipſis Apoſtolis, etiãſi antè amiſiſſet Apoſtolatum. Vnde B. Ambroſius ita Petrum alloquitur: *Poſtquam fleuiſti, erectus es, vt alias regeres*, qui te ipſe antè non rexeras. Et Arnobius ait: *Apoſtolo pœnitenti ſuccurritur, qui eſt Epiſcoporum Epiſcopus, & maior gradus redditur ploranti, quàm ſublatus eſt deneganti*. Et pòſt: *vt non ſolùm recuperaſſe, quod amiſerat, probaretur, verùm etiam & multò amplius pœnitendo, quàm negando perdiderat, acquiſiuiſſe*. Atque hæc Arnobius. Cæterùm hoc quod ait *de gradu* Petro deneganti *ſublato*, potius de gratia ad tempus ſublata, quæ antè fuerat diffuſa in corde ipſius, quàm de ſublato Apoſtolatus officio accipiendum eſt. Nam Cyrillus Hieroſolymitanus de Petro ſic ſcribit: *Petrus Princeps Apoſtolorum excellentiſsimus, non ſolùm negationis illius accepit condonationem, verùm etiam dignitatem Apoſtolicam non ablatam retinuit.* Quinimò beatus Auguſtinus ſic de eadem cauſa ſcribit: *Sanctus Dauid de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore ſuo perſtitit. Et Beatum Petrũ, quãdo amariſsimas lachrymas fudit, vtique Dominum negaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus manſit.* Et pòſt: *Apoſtolus Petrus*

Ambroſ. in 22 ca Lucæ.

Arnobius in Pſal. 138.

Cyrillus in cathe. 2.

Auguſt. epi. 50.

Petrus Apoſtolus manſit.

quando Saluatorem negauit, & fleuit, & Apoſtolus manſit, nondum acceperat promiſſum Spiritum ſanctum. Idem ipſum docet Optatus: *Petrus ter ſolus negauit, & tamen bono vnitatis de numero Apoſtolorum ſeparari non meruit.* Et Bernardus: *Peccauit*(inquit) *peccatum grande Petrus Apoſtolus, & fortaſsis quo grandius nullum eſt, & tam velociſsimè, quàm facillimè veniam conſecutus eſt, & ſic, vt nihil de ſingularitate ſui Primatus amitteret.* Nec igitur Apoſtolatum amiſit Petrus, & quamuis amiſiſſet, tamen quia plus alijs amans oues Chriſti paſcere iuberetur, omnibus alijs in paſcendi poteſtate fuiſſet antepoſitus.

Optatus lib. 7. de ſchiſ.
Bernardus in Die Petri & Pauli.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Auguſtinus ait: Cùm Petro dicitur, ad omnes dicitur, paſce oues meas: non igitur debet Petrus ea in re cæteris Apoſtolis anteponi.

RESPONSIO.

De agone Chriſtian.

Antequàm hoc diceret Auguſtinus, præmiſit: *Non ſine cauſa inter omnes Apoſtolos, huius Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus. Huic enim Eccleſiæ Claues regni cælorum datæ ſunt, cum Petro datæ ſunt. Et cùm ei dicitur, ad omnes dicitur, Paſce oues meas.* Si Petrus inter omnes Apoſtolos, hoc eſt, ſi præ omnibus Apoſtolis potiſſimùm Petrus Catholicæ Eccleſiæ perſonam ſuſtinet: certè vel in eo ipſo præfertur omnibus. Non enim paruus eſt hic honor, vt Catholicæ Eccleſiæ perſonam quis ſuſtineat, nec ſine cauſa id cuiquã euenire poteſt. Cauſam verò alibi Auguſtinus exprimit, *dicens, eum geſſiſſe perſonam Eccleſiæ propter Apoſtolatus ſui Primatum.* Et alibi ex Cypriani ſententia dicit: *In Petro Primatum Apoſtolorum excellenti gratia præeminere.* Et iterum: *Petrus Eccleſiæ figuram portat, Apoſtolatus Principatum tenet.* Si ergo Petrus propter Primatum Apoſtolatus, perſonam Eccleſiæ Catholicæ geſſit: verè fuit Princeps Apoſtolorum, & ita cæteris omnibus eum fuiſſe antepoſitum, Auguſtinus credidit. Cùm igitur Auguſtinus ait, *quòd Petro dicitur, ad omnes dicitur, Paſce oues meas:* hoc abſque omni cõtrouerſia ſic intellexit, Petrum vtpote Principem, omnes Apoſtolos, & omnes, qui vnquàm futuri erant, Paſtores in ſeipſo comprehendiſſe, & ideo per eum omnibus, ſed non omnibus in eodem gradu, ſed cuique in ſuo gradu dictum eſſe, *Paſce oues meas.* Alioqui per hoc mandatum quilibet præsbyter, cui Parœcia minima commiſſa eſt, tantam omnes oues paſcendi auctoritatem haberet, quantam ipſe Petrus habuit, quod Auguſtinus nunquàm ſenſit. Nam inter Aërij hæreſes hoc ennumerat, quòd Aërius *diceret, presbyterum ab Epiſcopo nulla differentia debere diſcerni.* Præterea nec Epiſcopum vllum putauit Petro æqualem extitiſſe. Dicit enim: *Quis neſcit, illum Apoſtolatus Principatum* (de Petro loquitur) *cuilibet Epiſcopatui præferendum?* Imò Auguſtinus nec Epiſcopum, nec etiam Archiepiſcopum aliquem tãta præditum eſſe auctoritate credidit, quantam ſucceſſor Petri haberet. Conferens enim Cathedram, hoc eſt, ſucceſſionem Petri cum Cathedra Cypriani, quem totius Africæ Primatem fuiſſe conſtat, dicit: *Et ſi diſtet Cathedrarum gratia, vna eſt tamen martyrum gloria.* Diſtat ergo Cathedrarum gratia.

In Ioan. tractat. 124.
De baptiſ. contra Donatiſt. lib. 2. cap. 1.
Hereſi. 53.
De Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. cap. 1.
Ibidem.

Quæ cùm ita ſint, quod Petro dicitur, *Paſce oues meas,* ad omnes quidem dicitur, quia omnes in Petro continentur, ſed pro eo gradu & auctoritate ad ſingulos dicitur, quam ſub Petro amoris Chriſti Vicario, variam & diſtinctam ſinguli obtinent. *In vno enim Petro* (auctore eodem Auguſtino) *figurabatur vnitas omnium Paſtorum.*

De Sanctis ſerm. 24.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Cùm omnes Apoſtoli in vniuerſum mundum æquè ac Petrus miſſi fuerint, ac omnes gentes docuerint: quid amplius potuit Petro committi?

RESPONSIO.

Vtique hoc ipſum, vt Petrus non modò cæteris omnibus Chriſtianis, verùm ipſis etiam Apoſtolis præeſſet. Nam etſi Apoſtoli, cùm eſſent pleni Spiritu ſancto, nõ indigebant alio moderatore: tamen quia eorum Succeſſores tales futuri erant, vt abſque vnius præcipui Paſtoris Præfectura in ſectas infinitas abituri eſſent, id primò inſtitutũ eſt in Apoſtolis, quod poſteris

ipſorum

ipſorum non vtile tantùm, ſed etiam prorſus neceſſarium futurum erat. Vnde Leo ſapienter ſcripſit: *Inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cùm omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret. De qua forma Epiſcoporũ quoque eſt orta diſtinctio.* Hæc ille. Atque hinc ſanè & à D. Matthæo, cùm Apoſtolos enumeraret, *primus collocatur Simon, qui dicitur Petrus*, & ab omnibus tam Græcis, quàm Latinis patribus, Apoſtolorum *Coryphæus, os, vertex, caput, Princeps, & Dux* appellatur. Ac nimirum quicquid cæteris Apoſtolis à Domino collatum eſt in commune, id prius Petro ſoli collatum eſt, vt in vno totius rei origo, & ius ordinarium conſtitueretur, ac tũc demum etiam alijs exercitium æquale in cæteras oues tribueretur. Hinc Petro ſoli Claues regni cœlorum ab initio promittuntur: & quodcunque ligaret aut ſolueret in terris, ligandum ſoluendúmque promittitur in cœlis. Poſtea verò etiam alijs idem ferè conceſſum eſſe fateor. Sed hoc nihil erat aliud, quàm Petrum omnibus præferre in eo, quòd Chriſtus illum conſtituerat ordinarium iſtarum rerum poſſeſſorem, ad cuius formam & exemplar alij poſtea idem miniſterium ab eodẽ Chriſto acciperent. Vnde Optatus ait: *Petrus præferri Apoſtolis omnibus meruit, & Claues regni cœlorum communicandas cæteris ſolus accepit.* Claues autem cæteris Apoſtolis intelligo non per ſolum Petrum, ſed multò magis per Dominum communicandas. Dominus enim ipſe quas Claues primùm ſoli Petro dedit, vt origo totius Eccleſiaſticæ iuriſdictionis ab vno duceretur, eaſdẽ ipſe Apoſtolis alijs dedit, ſed iam non niſi participes eos fecit eius poteſtatis, quam totam prius Petro dediſſet. Nam quemadmodum olim *Deus tulit de ſpiritu Moyſis, tradiditq́ eum ſeptuaginta viris de Senibus Iſraël*, ne in ſuſtentando populi onere ſolus Moyſes grauaretur: ita etiam nunc tulit de poteſtate Petri, tradiditque eam duodecim viris, quos elegit, vt vnà cum Petro ſuſtentarent onus populi, ne Petrus ſolus grauaretur. Hanc originẽ poteſtatis Apoſtolicæ in Petro primùm conſtitutam, ac deinde eiuſdem poteſtatis exercitium ad alios extenſum etiam Diuus Cyprianus multum ac ſæpe vrget, de cuius ſententia & antea dictum eſt, & poſthac dicendum erit.

Ad Anaſtaſium Theſſalonicẽſem. Matth. 10. Dionyſius de Diuinis nomin. ca. 5. Cyrillus in Ioan. lib. 12. cap. 64. Chryſoſtomus in Ioa. homil. 87. Matth. 16. Ioan. 20. De ſchiſmate Donati lib. 7. Num. 11. Vide Augu. 5. de trinit. c. 14. De vnitate Eccleſiæ.

Apoſtoli ergo non inter ſe pares (quia prior omnibus Petrus) tamen præcipuo quodam & extraordinario iure parem in cæteras oues exercent poteſtatem, quam impari modo, ſed tamen ad eundem effectum omnes à Domino acceperunt. Verùm defunctis Apoſtolis, ſola Epiſcopalis & Paſtoralis poteſtas, quæ ordinario iure Apoſtolis collata erat, remanſit in Eccleſia Chriſti, in qua poteſtate Petri Primatus eximiè cernitur. Nam iſta ratione non modò maior poteſtas fuit Petri, quàm aliorum Apoſtolorum, verùm etiam eiuſdem poteſtatis exercitium longè ſublimius in ipſo Petro reſedit. Nam alij Apoſtoli (quatenus Paſtores ordinarij & Epiſcopi erant, eandemq́ue poteſtatem ad ſucceſſores ſuos tranſmittere debebant) non niſi limitatam in has aut illas oues acceperunt iuriſdictionem. Nam ſiue illa ordinaria poteſtas dicatur Paſtoralis, ſeu Epiſcopalis, ſeu Archiepiſcopalis: tamen ad omnes oues Chriſti ſeſe non extendit. Nec enim Diuus Iacobus ex eo quòd fuit Hieroſolymorum Epiſcopus, vllam in Epheſios, aut Corinthios poteſtatem habuit. Verùm Petrus etiam *vt Epiſcopus & ordinarius Paſtor*, accepit poteſtatem non modò in has aut illas oues, quas vt proprias propriè paſceret, verùm etiam in omnes oues totius mundi, adeo vt ipſi Paſtores, cùm opus eſſet, ab eodem corrigi, & ab officio remoueri poſſent. Et hoc eſt propriè, *plus alijs paſcere*, quod Petro commiſſum fuiſſe, iam docuimus. Vnde cùm Arnobius Petrum dixiſſet eſſe *Epiſcoporum Epiſcopum: Quod vt doceã* (inquit) *illud oſtendo, quòd nullus Apoſtolorũ nomẽ Paſtoris accepit. Solus enim Dominus Ieſus Chriſtus dicebat: Ego ſum Paſtor bonus. Et iterum: Me (inquit) ſequuntur oues meæ. Hoc ergo nomẽ ſanctum, & ipſius nominis poteſtatem poſt reſurrectionem ſuam Petro pœnitenti conceſſit, & ter negatus, negatori ſuo hanc, quam ſolus habuit, tribuit poteſtatem.* Hoc, inquam, totum de Paſtorali ſeu Epiſcopali poteſtate, quæ perpetuò in Eccleſia manet, intelligẽdum eſt. Quàm diu enim oues Chriſti ſunt in hoc mundo, tam diu etiam ſuos Paſtores habẽt *ad ædificationem corporis Chriſti*, vt Diuus Paulus in ſpiritu prædixit. Inter Paſtores autem manifeſtè audimus, vni dictum eſſe, *amas me plus, quàm hi? Paſce oues meas.* Quod perinde eſt, ac ſi dicat: In illo gradu paſce, in quo plus alijs amas. Hinc Euſebius ad Epiſcopalem Petri poteſtatem intuens, ait *Petrum fuiſſe Chriſtianorum Pontificem primum.* Quàm diu ergo manent Chriſtiani, ſemper etiam erit aliquis primus Chriſtianorum Pontifex. Hinc Optatus teſtatur, *in vna Epiſcopali Cathedra Petri, vnitatem ab omnibus ſeruari debuiſſe, ne cæteri Apoſtoli ſingulas (ſibi quiſque) defenderent, vt iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram alteram collocaret.* Petrum (inquit Leo ter Magnus) *omnium Epiſcoporum nouerunt eſſe*

Epiſcopalis Apoſtolorũ poteſtas. In Pſal. 138. Ioan. 10. Ioan. 21. Epheſ. 4. Euſebius in Chronicis. In lib. 2. de ſchiſmate. In anniuerſ. aſſumpt. ſerm. 2.

Prima-

quando Saluatorem negauit, & fleuit, & Apoſtolus manſit, nondum acceperat promiſſum Spiritum ſanctum. Idem ipſum docet Optatus: *Petrus ter ſolus negauit, & tamen bono vnitatis de numero Apoſtolorum ſeparari non meruit.* Et Bernardus: *Peccauit*(inquit) *peccatum grande Petrus Apoſtolus, & fortaſsis quo grandius nullum eſt, & tam velociſsimè, quàm facillimè veniam conſecutus eſt, & ſic, vt nihil de ſingularitate ſui Primatus amitteret.* Nec igitur Apoſtolatum amiſit Petrus, & quamuis amiſiſſet, tamen quia plus alijs amans oues Chriſti paſcere iuberetur, omnibus alijs in paſcendi poteſtate fuiſſet antepoſitus.

Optatus lib. 7. de ſchiſ. Bernardus in Die Petri & Pauli.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Auguſtinus ait: Cùm Petro dicitur, ad omnes dicitur, paſce oues meas: non igitur debet Petrus ea in re cæteris Apoſtolis anteponi.

RESPONSIO.

De agone Chriſtian. Antequàm hoc diceret Auguſtinus, præmiſit: *Non ſine cauſa inter omnes Apoſtolos, huius Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus. Huic enim Eccleſiæ Claues regni cælorum datæ ſunt, cum Petro datæ ſunt. Et cùm ei dicitur, ad omnes dicitur, Paſce oues meas.* Si Petrus inter omnes Apoſtolos, hoc eſt, ſi præ omnibus Apoſtolis potiſsimùm Petrus Catholicæ Eccleſiæ perſonam ſuſtinet: certè vel in eo ipſo præfertur omnibus. Non enim paruus eſt hic honor, vt Catholicæ Eccleſiæ perſonam quis ſuſtineat, nec ſine cauſa id cuiquã euenire poteſt. Cauſam verò alibi Auguſtinus exprimit, *dicens, eum geſsiſſe perſonam Eccleſiæ propter Apoſtolatus ſui Primatum.* Et alibi ex Cypriani ſententia dicit: *In Petro Primatum Apoſtolorum excellenti gratia præeminere.* Et iterum: *Petrus Eccleſiæ figuram portat, Apoſtolatus Principatum tenet.* Si ergo Petrus propter Primatum Apoſtolatus, perſonam Eccleſiæ Catholicæ geſſit: verè fuit Princeps Apoſtolorum, & ita cæteris omnibus eum fuiſſe antepoſitum, Auguſtinus credidit. Cùm igitur Auguſtinus ait, *quòd Petro dicitur, ad omnes dicitur, Paſce oues meas:* hoc abſque omni cõtrouerſia ſic intellexit, Petrum vtpote Principem, omnes Apoſtolos, & omnes, qui vnquàm futuri erant, Paſtores in ſeipſo comprehendiſſe, & ideo per eum omnibus, ſed non omnibus in eodem gradu, ſed cuique in ſuo gradu dictum eſſe, *Paſce oues meas.* Alioqui per hoc mandatum quilibet præsbyter, cui Parœcia minima commiſſa eſt, tantam omnes oues paſcendi auctoritatem haberet, quantam ipſe Petrus habuit, quod Auguſtinus nunquàm ſenſit. Nam inter Aërij hæreſes hoc enumerat, quòd Aërius *diceret, presbyterum ab Epiſcopo nulla differentia debere diſcerni.* Præterea nec Epiſcopum vllum putauit Petro æqualem extitiſſe. Dicit enim: *Quis neſcit illum Apoſtolatus Principatum* (de Petro loquitur) *cuilibet Epiſcopatui præferendum?* Imò Auguſtinus nec Epiſcopum, nec etiam Archiepiſcopum aliquem tãta præditum eſſe auctoritate credidit, quantam ſucceſſor Petri haberet. Conferens enim Cathedram, hoc eſt, ſucceſsionem Petri cum Cathedra Cypriani, quem totius Africæ Primatem fuiſſe conſtat, dicit: *Et ſi diſtet Cathedrarum gratia, vna eſt tamen martyrum gloria.* Diſtat ergo Cathedrarum gratia.

In Ioan. tractat. 124. De baptiſ. contra Donatiſt. lib. 2. cap. 1. Hæreſ. 53. De Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. cap. 1. Ibidem.

Quæ cùm ita ſint, quod Petro dicitur, *Paſce oues meas,* ad omnes quidem dicitur, quia omnes in Petro continentur, ſed pro eo gradu & auctoritate ad ſingulos dicitur, quam ſub Petro amoris Chriſti Vicario, variam & diſtinctam ſinguli obtinent. *In vno enim Petro* (auctore eodem Auguſtino) *figurabatur vnitas omnium Paſtorum.*

De Sanctis ſerm. 24.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Cùm omnes Apoſtoli in vniuerſum mundum æquè ac Petrus miſsi fuerint, ac omnes gentes docuerint: quid amplius potuit Petro committi?

RESPONSIO.

Vtique hoc ipſum, vt Petrus non modò cæteris omnibus Chriſtianis, verùm ipſis etiam Apoſtolis præeſſet. Nam etſi Apoſtoli, cùm eſſent pleni Spiritu ſancto, nõ indigebant alio moderatore: tamen quia eorum Succeſſores tales futuri erant, vt abſque vnius præcipui Paſtoris Præfectura in ſectas infinitas abituri eſſent, id primò inſtitutũ eſt in Apoſtolis, quod poſteris

ipſorum non vtile tantùm, ſed etiam prorſus neceſſarium futurum erat. Vnde Leo ſapienter ſcripſit: *Inter beatiſsimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quadam diſcretio poteſtatis: & cùm omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret. De qua forma Epiſcoporũ quoque eſt orta diſtinctio.* Hæc ille. Atque hinc ſanè & à D. Matthæo, cùm Apoſtolos enumeraret, *primus collocatur Simon, qui dicitur Petrus*, & ab omnibus tam Græcis, quàm Latinis patribus, Apoſtolorum *Coryphæus, os, vertex, caput, Princeps, & Dux* appellatur. Ac nimirùm quicquid cæteris Apoſtolis à Domino collatum eſt in commune, id prius Petro ſoli collatum eſt, vt in vno totius rei origo, & ius ordinarium conſtitueretur, ac tũc demum etiam alijs exercitium æquale in cæteras oues tribueretur. Hinc Petro ſoli Claues regni cœlorum ab initio promittuntur: & quodcunque ligaret aut ſolueret in terris, ligandum ſoluendumque promittitur in cœlis. Poſtea verò etiam alijs idem ferè conceſſum eſſe fateor. Sed hoc nihil erat aliud, quàm Petrum omnibus præferre in eo, quòd Chriſtus illum conſtituerat ordinarium iſtarum rerum poſſeſſorem, ad cuius formam & exemplar alij poſtea idem miniſterium ab eodẽ Chriſto acciperent. Vnde Optatus ait: *Petrus præferri Apoſtolis omnibus meruit, & Claues regni cœlorum communicandas cæteris ſolus accepit.* Claues autem cæteris Apoſtolis intelligo non per ſolum Petrum, ſed multò magis per Dominum communicandas. Dominus enim ipſe quas Claues primùm ſoli Petro dedit, vt origò totius Eeeleſiaſticæ iuriſdictionis ab vno duceretur, eaſdẽ ipſe Apoſtolis alijs dedit, ſed iam non niſi participes eos fecit eius poteſtatis, quam totam prius Petro dediſſet. Nam quemadmodum olim *Deus tulit de ſpiritu Moyſis, tradiditq́ eum ſeptuaginta viris de Senibus Iſraël*, ne in ſuſtentando populi onere ſolus Moyſes grauaretur: ita etiam nunc tulit de poteſtate Petri, tradiditque eam duodecim viris, quos elegit, vt vnà cum Petro ſuſtentarent onus populi, ne Petrus ſolus grauaretur. Hanc originẽ poteſtatis Apoſtoliex in Petro primùm conſtitutam, ac deinde eiuſdem poteſtatis exercitium ad alios extenſum etiam Diuus Cyprianus multum ac ſæpè vrget, de cuius ſententia & antea dictum eſt, & poſthac dicendum erit.

Ad Anaſtaſium Theſſalonicẽſem.
Matth. 10.
Dionyſius de Diuinis nomin. ca. 5.
Cyrillus in Ioan. lib. 12. cap. 64.
Chryſoſtomus in Ioa. homil. 87.
Matth. 16.
Ioan. 20.
De ſchiſmate Donati lib 7.
Num. 11.
Vide Aug. 5. de trinit. c. 14.
De vnitate Eccleſiæ.

Apoſtoli ergo non inter ſe pares (quia prior omnibus Petrus) tamen præcipuo quodam & extraordinario iure parem in cæteras oues exercent poteſtatem, quam impari modo, ſed tamen ad eundem effectum omnes à Domino acceperunt. Verùm defunctis Apoſtolis, ſola Epiſcopalis & Paſtoralis poteſtas, quæ ordinario iure Apoſtolis collata erat, remanſit in Eccleſia Chriſti, in qua poteſtate Petri Primatus eximiè cernitur. Nam iſta ratione non modò maior poteſtas fuit Petri, quàm aliorum Apoſtolorum, verùm etiam eiuſdem poteſtatis exercitium longè ſublimius in ipſo Petro reſedit. Nam alij Apoſtoli (quatenus Paſtores ordinarij & Epiſcopi erant, eandemq́ue poteſtatem ad ſucceſſores ſuos tranſmittere debebant) non niſi limitatam in has aut illas oues acceperunt iuriſdictionem. Nam ſiue illa ordinaria poteſtas dicatur Paſtoralis, ſeu Epiſcopalis, ſeu Archiepiſcopalis: tamen ad omnes oues Chriſti ſeſe non extendit. Nec enim Diuus Iacobus ex eo quòd fuit Hieroſolymorum Epiſcopus, vllam in Epheſios, aut Corinthios poteſtatem habuit. Verùm Petrus etiam *vt Epiſcopus & ordinarius Paſtor*, accepit poteſtatem non modò in has aut illas oues, quas vt proprias propriè paſceret, verùm etiam in omnes oues totius mundi, adeo vt ipſi Paſtores, cùm opus eſſet, ab eodem corrigi, & ab officio remoueri poſſent. Et hoc eſt propriè, *plus alijs paſcere*, quod Petro commiſſum fuiſſe, iam docuimus. Vnde cùm Arnobius Petrum dixiſſet eſſe *Epiſcoporum Epiſcopum: Quod vt doceã* (inquit) *illud oſtendo, quòd nullus Apoſtolorũ nomẽ Paſtoris accepit. Solus enim Dominus Ieſus Chriſtus dicebat: Ego ſum Paſtor bonus. Et iterum: Me (inquit) ſequuntur oues meæ. Hoc ergo nomẽ ſanctum, & ipſius nominis poteſtatem poſt reſurrectionem ſuam Petro pœnitenti conceſſit, & ter negatus, negatori ſuo hanc, quam ſolus habuit, tribuit poteſtatem.* Hoc, inquam, totum de Paſtorali ſeu Epiſcopali poteſtate, quæ perpetuò in Eccleſia manet, intelligẽdum eſt. Quàm diu enim oues Chriſti ſunt in hoc mundo, tam diu etiam ſuos Paſtores habẽt *ad ædificationem corporis Chriſti*, vt Diuus Paulus in ſpiritu prædixit. Inter Paſtores autem manifeſtè audimus, vni dictum eſſe, *amas me plus, quàm hi? Paſce oues meas.* Quod perinde eſt, ac ſi dicat: In illo gradu paſce, in quo plus alijs amas. Hinc Euſebius ad Epiſcopalem Petri poteſtatem intuens, ait *Petrum fuiſſe Chriſtianorum Pontificem primum.* Quàm diu ergo manent Chriſtiani, ſemper etiam erit aliquis primus Chriſtianorum Pontifex. Hinc Optatus teſtatur, *in vna Epiſcopali Cathedra Petri, vnitatem ab omnibus ſeruari debuiſſe, ne cæteri Apoſtoli ſingulas (ſibi quiſque) defenderent, vt iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram alteram collocaret.* Petrum (inquit Leo ter Magnus) *omnium Epiſcoporum nouerunt eſſe*

Epiſcopalis Apoſtolorũ poteſtas.
In Pſal. 138.
Ioan. 10.
Ioan. 21.
Epheſ. 4.
Euſebius in Chronicis
In lib. 2. de ſchiſmate.
In anniuerſ. aſſumpt. ſerm. 2.

Prima-

De Aſcenſ. Dom. ſer. 1. *Primatem*. Et iterum: *Petro ſupra cæteros poſt regni Claues, ouilis Dominici cura mandatur*. Nec aliud ſenſit D. Gregorius, qui tametſi aliâs fateatur, ſingulos Apoſtolos ex Apoſtolatus ratione in vniuerſum mundum pleniſsimam authoritatem conſecutos, ac nominatim
In 1. Regum lib. 4. *Paulum dicat effectum eſſe Caput nationum, & obtinuiſſe totius Eccleſiæ principatum:* tamen Epiſcopalem tam Pauli, quàm cæterorum poteſtatem perpendens, longè infra Petrum eos collocat, dicens:
Lib. 4. Epiſt. 38. *Certè Petrus Apoſtolus primum membrum ſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ eſt. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quàm ſingularum ſunt plebium Capita?* Ecce quando agitur de Apoſtolorum Epiſcopali poteſtate (quæ poteſtas clariſsimè in eorum ſucceſſoribus ab ipſo Apoſtolatu diſcernitur) tunc *Petrus eſt primum membrum vniuerſalis Eccleſiæ*: cæteri Apoſtoli non item, ſed tantùm eius Eccleſiæ, quam adminiſtrant, primum membrum ſunt. Denique D. Bernardus ait ad
Lib. 2. de cōſyder. ad Eugenium. Eugenium: *Paſtorum tu vnus omnium Paſtor. Vnde id probem, quæris? Ex verbo Domini. Cui enim nō dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè & indiſcretè tota commiſſa ſunt oues? Si me amas Petre, paſce oues meas. Quas? Illius vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? Oues meas, inquit. Cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed adſignaſſe omnes: nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil.* Ex verbo igitur Dei probatur, omnes oues vni Petro & Succeſſoribus eius abſolutè commiſſas eſſe.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Hæc verba, quæ Chriſtus Petro dixit, *Paſce oues meas*, de ſolis Iudæis, & non etiā de gentibus intelliguntur, tanquàm dictum Petro fuerit, Paſce Iudæos, qui crediturі ſunt in me.

RESPONSIO.

1. Ergóne oues Chriſti non ſunt, qui ex gentibus in Deum per Chriſti gratiam credunt?
Aut ſi & illi oues Chriſti ſunt, quomodo nō iure paſcentur ab illo, cui Chriſtus oues ſuas nominatim nulla diſtinctione adhibita, commendat? Deinde ſi Iudæi tantùm per agnos & oues
2. Chriſti intelligerentur: tamen cùm Apoſtoli omnes, atque adeo Paulus ipſe Iudæus fuerit,
certè vel hoc modo Petrus poteſtatem acciperet paſcendi ipſos Apoſtolos. Et quoniam Apoſtoli omnes Petro ſubſunt, etiam ij quibus Apoſtoli præſunt, multò magis Petro ſuberunt. Sed quàm noua & inaudita eſt hæc interpretatio, vt oues Chriſti dicātur ſoli Iudæi eſſe, cùm Chri-
Ioan. 10. ſtus nominatim antè dixerit: *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere?* Hoc autem de ouibus inter gentes congregandis nemo dictum eſſe ignorat. Cùm igitur illas oues Chriſtus pro ſuis habuerit, antequàm Petro diceret, *Paſce oues meas*: in illo verbo nec illas quidem oues excluſit, quæ longè maxima ouilis Dominici portio exſtitit. Itaq; Chry-
In Ioan. homil. 87. ſoſtomus ait: *Magna Chriſtus Petro communicat, orbis terrarum curam demandat, martyriū prædicit, & maiorem erga eum dilectionem teſtatus eſt.* Ecce orbis terrarum cura Petro demandatur in his verbis, *Paſce oues meas*. Non igitur de Iudæis tantùm paſcendis intelligenda ſunt. Arator etiam omnes oues Petro commiſſas his carminibus declarat.

Primus Apoſtolico, parua de puppe vocatus,
Agmine Petrus erat. Et pòſt. *Cui tradidit Agnos*
Quos paſſus ſaluauit oues, totúmque per orbem
Hoc auget Paſtore gregem, quo munere ſummus *Surgit.* & quæ ſequuntur.

Si Chriſtus Petro tradidit oues, quas ſaluauit, gregemque Domini per totum orbem Petro Paſtore auget: non poteſt dici, quòd ſolos Iudæos Petro commiſerit: niſi fortè illi etiam ſo-
In cap. 21. Ioan. li à Chriſto ſaluati eſſe exiſtimandi ſunt. *Totius orbis ouium Præfecturam* (inquit Theophylactus) *Petro committit. Non autem alij, ſed huic tradit. Primùm quidem, quia omnes præcellebat, & totius cætus os erat. Deinde, oſtendens ipſi fiduciam eſſe ſumendam velut negatione deleta.* Eò libentius hunc Theophylacti locum adduxi, quòd & is mentem Chryſoſtomi fideliſsimè referre ſoleat, & præterea teſtetur, duas cauſas extitiſſe, cur Petro Dominus oues ſuas commendârit. Vna verò, & illa prima fuit, quoniā Petrus omnes præcellebat. Altera verò, ſed illa nō niſi poſterior fuit, quia ter Dominum negauerat. Hæc enim ſecunda cauſa potius numeri, quàm rei ipſius rationem reddit. Nam oues Petro commendantur ſimpliciter, quia Petrus omnes præcellebat. Ter verò cōmendantur, quia ter negauerat. Male igitur ſentiunt, qui totā rem in priorem negationem reijciunt, cùm non niſi minima rei pars eò pertineat. Facillimum mihi
eſſet

eſſet hoc in loco illa omnia repetere, quibus antea probaui, Petrum Epiſcopis omnibus, ne-
dum ouibùs, hac Domini voce *(amas me plus his, paſce oues meas)* prælatum fuiſſe. Verùm ea-
dem vbique inculcare ſuperuacaneùm fuerit. Id tantùm diligenter animaduerti velim, quo
pacto fieri potuit, vt; cùm ſinguli Apoſtoli in totum orbem miſsi fuerint, atque ideo in omnes
Domini oues poteſtatem plenam acceperint, interim ſolus Princeps Apoſtolorum intra Iu-
dææ limites concluderetur? quaſi ob hoc Princeps fuerit, vt minus anthoritatis, quàm vllus
alius Apoſtolorum, haberet. Omitto iam, quòd Petrus omnium primus ijs gentibus, quæ cir-
cunciſæ non erant, prædicauit, quòd Cornelium baptizari iuſsit, quòd Antiochiæ ſedit, quòd Acto. 16. & 15.
Romæ Cathedram poſuit: de his quippe omnibus erit poſtea dicendum. Certè ſi Petrus co-
gnouiſſet, ſe à Chriſto non niſi Iudæorum Epiſcopum fuiſſe conſtitutum, nunquàm poſt ac-
ceptum Spiritum ſanctum, tam ipſe, quàm Iacobus & Ioannes (vt Clementem in ſexto Hy-
potypoſeωn libro narraſſe, Euſebius refert) vno conſenſu Iacobum Iuſtum Hieroſolymo- Euſeb. Eccle. hiſtor. lib. 2. cap. 1.
rum Epiſcopum deſignaſſent. Hieroſolymorum enim Epiſcopus adeo & in Metropoli Iu-
dæorum ſedit, & Iudæorum Epiſcopus eſt habitus: vt quindecim primi eius ciuitatis Epiſco- Euſeb lib. 4. cap. 5. & 6.
pi de circuncisione omnes fuerint, primusque ex gentibus fuerit Marcus, qui fuit à Diuo Ia-
cobo non niſi decimus ſextus. Nunquid ergo Petrus, quem aut ſolum, aut præcipuum à Do-
mino Epiſcopatum acceperat, eum tam citò alteri moderandum tradidiſſet? Imò verò ex ea
re intelligitur, Pétrum potius alibi præficiendum fuiſſe. Vnde ſedem Antiochiæ ſemel poſuit,
quæ Caput erat Orientis: poſtea verò etiam Romæ eandem fixit, quæ orbis terrarum Caput
erat. qua de re poſteà.

Nunc illud vnum conſideremus, quod Auguſtinus & ſæpe, & multis verbis repetit: *In ipſo*
Petro (inquit) *Dominus vnitatem commendauit. Multi erant Apoſtoli, & vni dicitur, Paſce oues* In homil. de Paſtoribus.
meas. Abſit, vt deſint modò boni Paſtores. Sed omnes boni Paſtores in vno (Chriſto) *ſunt, vnum*
ſunt. Chriſtus ipſe paſcit, cum ipſi paſcunt. Nam & ipſum Petrum, cui commendauit oues ſuas quaſi
altes alteri, vnum ſecum facere volebat, vt ſic ei oues commendaret, vt eſſet Chriſtus Caput, Petrus fi-
guram corporis portaret, id eſt, Eccleſia, & tanquam ſponſus & ſponſa eſſent duo in carne ſua. Proin-
de vt oues commendaret, quid illis prius dicit, ne illi tanquàm alteri commendaret? Petre, amas me?
Et reſpondit, amo. Quibus verbis Auguſtinus docet, Petrum Domino per amorem vnitum, fi-
guram geſtare totius Ecclesiæ: profecto quia, dum totam Eccleſiam iubetur paſcere, totam
non immeritò repræſentat. Verùm ſi vnam duntaxat partem paſcere iuberetur (vt hæretici
volunt) diuideretur vnitas, & iam ab ipſo initio præberetur occaſio ſchiſmatis, quod à Do-
mino longiſsimè abeſt. *Niſi cognoueris temetipſam* (inquit ad Ecelesiā in perſona Domini Au-
guſtinus) *exi tu: non ego te eijcio, ſed exi, vt dicatur de te: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex no-* In Epiſt. 48. Cant 1.
bis. Exi tu in veſtigijs gregum: nō in veſtigijs meis, ſed in veſtigijs gregum: nec vnius gregis, ſed gre- 1. Ioan. 2.
gum diuerſorum & errantiū: & paſce hædos tuos (non ſicut Petrus, cui dicitur, paſce oues meas) ſed
paſce hædos tuos, in tabernaculis paſtorum, non in tabernaculo Paſtoris, vbi eſt vnus grex, & vnus Ioan. 21.
Paſtor. Petri gregem Auguſtinus nō dubitat & vnum, & per totam Eccleſiam diffuſum fuiſſe.
Vbi verò ſunt multi greges non ſub vno Paſtore, illos putat eſſe ſchiſmaticos hædos, non Ca-
tholicas oues. Et tamē noui iſti Euangelici gregē Domini ab ipſo initio ita diuiſum fuiſſe vo-
lunt, vt ne Petro quidem, *in quo figurabatur vnitas omnium Paſtorum*, integer ac totus com- Auguſt. de ſanctis ſerm. 24.
mendaretur. Hactenus ea omnia protuli & cōfutaui, quæ ab hæreticis vſpiam adducta repe-
ri, vt illa Domini verba (*Petre amas me plus quàm hi. paſce oues meas*) aliorſum traherēt, quàm ad
Primatum vnius Petri, quem ſanè illa manifeſtiſsimè confirmant. Nunc verò illud ipſum à
viris prudentibus ponderari velim, quòd Proteſtantes hàc in re ne ſecum quidem ipſi con-
ſentiunt. Modò enim ſic aiunt, Petro commendari oues Chriſti, vt ea, quæ propria ſunt ſo-
li Petro, animaduerti velint, vtpote trinam negationem Domini, & quòd Apoſtolus erat cir-
cunciſionis, non etiam gentium: modò autem ea in Petro ſpectant, quæ illi cùm cæteris om-
nibus Apoſtolis communia fuiſſe volunt, qualia ſunt, vt cùm Petro dicitur, ad omnes dica-
tur: *Paſce oues meas*, atque vt omnes ex æquo ad vniuerſum mundum miſsi fuerint. Illud igitur
inprimis quærendum ab ipſis eſſet, cui potiſsimùm ſententiæ adhærere ſtatuiſſent. Verum illi,
quæ proprium aliquid in Petro, an illi, quæ omnia omnino communia in illo ſpectari volunt?
Si ad communia prouocant, admoneo illos, vt meminerint, hæc verba, *Amas me plus, quàm*
hi, non permittere, vt ea iam in Petro ſpectentur, quæ illi cum alijs Apoſtolis communia Ioan. 21.
ſunt. Quocum enim agitur, vt cum amante plus alijs, cum eo non communi ſed propria
quadam ratione agi, certiſsimò ſcimus. Si ergo ab altera parte proprium aliquid in Petro

ſpectabunt, quicquid illud ſit, cùm in paſcendo, hoc eſt, in regendo agnos & oues Domini cõſiſtat: vtiq; inde conſtabit, fuiſſe in Petro poteſtatem aliquam propriam, qua plus alijs gregem Domini paſceret. Atque hoc nihil eſt aliud, quàm Petrum Paſtorum omnium fuiſſe Primatem. Fuit ergo Primatus aliquis ab ipſo Chriſto in Eccleſia ſua inſtitutus, quem vt Petrus primùm geſsit, ita Petri Succeſſores eum deinceps iure diuino gerere debuerunt.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

De vnitate Eccleſiæ. Cyprianus affirmat, hoc eſſe cæteros Apoſtolos, quod fuit & Petrus, pari conſortio præditos & honoris, & poteſtatis: is igitur non intellexit, Petrum iure Diuino talem Primatum geſsiſſe.

RESPONSIO.

Hoc fuerunt cæteri Apoſtoli in exercitio authoritatis Apoſtolicæ erga cæteras oues, quod fuit & Petrus, parique conſortio & honoris, & poteſtatis præditi ſunt erga quoſcunque alios Fideles in vniuerſo mundo. Sed Cyprianus manifeſtiſsimè declarat, ſe non intellexiſſe, quòd in origine poteſtatis æquales Petro fuerint Apoſtoli. Subinfert enim eodem ipſo in loco: *Sed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna monſtretur.* Vnitatem verò, vnde exordium ſit profectum, non aliam, quàm ipſum Petrum intelligit, cui eodem etiam in loco ait Dominum poſt reſurrectionem ſuam dixiſſe, *Paſce oues meas.* Et alibi: *Petrum* (inquit) *primùm Dominus elegit, & ſuper eum ædificauit Eccleſiam ſuam.* Itemque: *Eccleſia vna eſt, & ſuper vnum, qui & Claues eius accepit, Domini voce fundata eſt.* Neceſſe autem eſt, vt exordium & fundamentum, & is, qui primus eſt electus, cæteris, qui poſtea idem ius accipiunt, ſaltem ratione Primatus & originis ſuæ anteponatur. Deinde quàm perſpicuè docet Cyprianus *Cathedram Petri eſſe Eccleſiam principalem, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt?* Vt prorſus abutatur bonis literis, qui hoc affingere Cypriano conatur, quod ille nunquam cogitauit. Cyprianus autem docuit id, quod & nos credimus, Apoſtolos non inter ſe (nam ſic primus electus, & omnium princeps eſt Petrus) verùm quoad alias oues Domini regendas fuiſſe pares: itemque non exordium, ſed exercitium Apoſtolicæ poteſtatis æquale ſortitos eſſe: Denique in Apoſtolatu, ac non in Cathedris Epiſcopalibus, idem Iuriſdictionis exercitium omnes Apoſtolos eſſe conſecutos. Nam hæc omnia ſuis quæque locis abundè probata ſunt.

Ad Quintũ. De rebaptizãdis hæret. Lib. 1. epiſt. 3.

OBIECTIO ALIA EX EODEM CYPRIANO.

Ad Quintũ. Cyprianus dicit, neque quiſquam noſtrûm Epiſcoporum Epiſcopum ſe conſtituit.

RESPONSIO.

Hoc dixit ex humilitate, cùm alioqui reipſa Epiſcoporum Synodo etiam ipſe non ſemel præeſſet, in eoque Epiſcopum Epiſcoporum ſe quodammodo gereret. Nam etiam Gregorius Magnus, qui omnes Epiſcopos ſuæ Sedi Apoſtolicæ ſubiectos eſſe affirmauit, tamen *vbi nulla in Epiſcopis culpa ſubeſſet, omnes ratione humilitatis æquales eſſe dixit.* Humilitatem igitur, quæ in Gregorio Magno fuit, in Cypriano etiam fuiſſe fatemur. Vnde & Auguſtinus ait: *Cyprianus Catholicus Epiſcopus, quantò magis magnus erat, tantò ſe in omnibus humiliauit, vt coram Deo inueniret gratiam.* Deinde ait, *neminem ipſorum ſe conſtituiſſe Epiſcoporum Epiſcopum:* non autem negat, aliquem à Deo totius Eccleſiæ, atque ideo Epiſcoporum etiam conſtitutum eſſe Epiſcopum. Vnde Arnobius, *Petro* (inquit) *pænitenti ſuccurritur, qui eſt Epiſcoporum Epiſcopus.* Et Leo: *Petrum omnium Epiſcoporum nouerunt eſſe Primatem.* Poſtremò, cùm ad Stephanum Pontificem Romanum Cyprianus ſcripſit, *vt abſtento per literas ipſius Martiano Arelatenſi Epiſcopo, alium in eius locum ſubſtitui curaret:* nónne tunc egit, vt Epiſcopus Romanus Epiſcoporum Epiſcopum ſe oſtenderet? Niſi fortè per literas ad Prouinciam & plebem Arelatenſem ſcriptas Epiſcopum de Sede ſua deijcere, & alium ſubſtitui iubere, hoc non ſit Epiſcoporum Epiſcopum agere. Extra propoſitum igitur Cypriani verba detorquent, qui putant, eum negaſſe Primatum vnius Pontificis in Eccleſia Chriſti.

Lib. 7. indi. 2. epiſt. 64. De baptiſ. contra Donatiſtas li. 2. cap. 1. In anniuerſ. aſſumpt. ſerm. 2. Lib. 3. ep. 13.

OBIECTIO

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Super Petrum (inquit Hieronymus) fundata eſt Eccleſia, licet idipſum alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti Claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur. Lib. 1. aduerſus Iouinia.

RESPONSIO.

Hæc quidem omnia Hieronymus, ſed non hæc ſola ſcribit: mox enim, etiam nondum expleta præcedentium verborũ periodo, ſequitur apud Hieronymum: *Tamẽ propterea inter Duodecim vnus eligitur, vt Capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Si prima igitur cum poſtremis coniungas, neceſſariò dicendum eſt, ex Hieronymi ſententia, fuiſſe Apoſtolos æquales, præterquàm in eo, quòd vnus inter eos electus eſt, *qui Caput cæterorum conſtitueretur*. Quod perinde eſt ac ſi dicat, quoad plebem regendam pari eos poteſtate præditos fuiſſe: verùm inter ſe non fuiſſe pares. Quomodo enim vlla membra capiti paria eſſe poſſunt? Dices, pares eos fuiſſe iure diuino, cæterùm humano conſilio vnum cæteris præpoſitum fuiſſe. Imò verò Hieronymus ibidem ſubiungit, Petrum fuiſſe illum, qui ab ipſo Chriſto electus eſt in Caput. *Cur nõ Ioannes electus eſt virgo? Ætati delatum eſt* (inquit) *quia Petrus ſenior erat, ne magiſter bonus, qui occaſionem iurgij debuerat auferre Diſcipulus, in adoleſcentem, quem dilexerat* (id eſt, in Ioannem) *cauſam præbere videretur inuidiæ.* Ergo magiſter bonus, qui eſt Chriſtus, prætulit Petrum Ioanni, *& inter Duodecim vnum Petrum elegit, vt Capite conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio.* Accedit eòdem, quòd Hieronymus in ſequente etiam Libro aduerſus Iouinianum ſcribit in hæc verba: *Et in veteri & in nouo Teſtamento alium Ordinem Pontifex tenet, alium Sacerdotes, alium Leuitæ, alium Ianitores, alium æditui.* Eſt ergo Pontifex tam in nouo, quàm in veteri Teſtamento, & vt ibi vnus, ſic etiam hic vnus, per cuius Primatum cæteri Sacerdotes, hoc eſt, Epiſcopi & presbyteri in pace ac vnitate conſeruentur.

Lib. 1. aduerſus Iouinia. — Lib. 2. aduerſus Iouinia.

Hactenus declaratum eſt, ex iure diuino Petrum cæteris Apoſtolis maiorem eſſe tribus ferè modis: vel quòd primus tam Apoſtolatus officium, quàm claues regni cœlorum accepit, quæ res cæteris Apoſtolis poſtea ſunt donatæ: vel quòd accepit plus quàm illis donatum eſt, (quia nunquam illis donatum eſt, vt *plus alijs amarent, aut paſcerent*, neque vt quilibet eorum aut P*etrus* vocaretur, aut *primus Apoſtolorum* eſſet, aut petra fieret, ſuper quam ædificaretur militans Eccleſia) vel quòd illa eximia Petri poteſtas fuit ordinaria, Sedeſque perpetua, & ſucceſsio nunquam deficiens, quò Chriſtus reſpexit, quando aiebat, *ſe pro fide illius rogaſſe, vt ea non deficeret:* cùm tamen res ipſa clamet, cæterorum Apoſtolorum Cathedras defeciſſe. Hæc autem in ipſius Petri dignitate perſonali, & non tantùm in fide, & confeſsione ſua ſingulare quiddam *deſignaſſe*, multis rationibus probaui. Primùm, quia ſoli Petro facta eſt promiſsio, quòd *vocaretur Cephas*, id eſt rupes, aut ſaxum ingens. Cognomina verò perſonis, & non ſolis ipſarum actionibus imponuntur. Deinde quòd *cognominatus eſt Petrus*, antequam confiteretur: quòd *primus* in Apoſtolum eſt electus: quòd cæteri Apoſtoli dicebantur *cum illo eſſe*, velut is eorum Dux, & tanquam primogenitus fuerit: quòd *pro illo* tantùm, & pro ſe Chriſtus didrachmum dederit: quòd confeſſus eſt vt petra, & *vt caput, atque os cæterorum:* quòd *ſuper illum* eiuſmodi promiſsionibus Chriſti, & alijs donis (inter quæ fides ſua primas tenebat) *Eccleſia promittitur ædificanda.* Nam ædificatio, quæ futura eſſe dicitur, nec ad Chriſtum ſolum, ſuper quem Eccleſia ſemper fuit ædificata, nec ad fidem ſolam, quæ ſemper etiam in Patriarchis & Prophetis fuit, referri poteſt, ſed potius referenda eſt ad Paſtorem Eccleſiæ Chriſtianæ iam deinceps conſtituendum, qui gratia tanta per Chriſtum donetur, vt ad Eccleſiæ vtilitatem in æternum veram fidem confiteri, & ita molem Eccleſiæ militantis viſibili modo ſuſtentare queat. Deinde ſoli Petro promittuntur Claues, nec alijs dantur, niſi poſtquàm illius poteſtas conſtitui cœpta eſt, vt in illo poteſtas ordinaria, velut in vno & primo, conſtituta intelligatur. Pro illius fide rogatur, ne deficiat, ſicuti etiam Petræ proprium eſt non deficere aliquando. Is iubetur confirmare fratres, quod & ipſum firmiſsimæ petræ officium eſt. Is plus alijs amans, propterea etiam maiore, quàm alij, authoritate paſcere iubetur. Atque hactenus ex manifeſtiſsimis promiſsionibus & inſtitutis Chriſti declaratum eſt, Petrum fuiſſe, & Apoſtolorum Principem, & totius militantis Eccleſiæ pri-

Mat. 10. & 16. Matth. 10. 18. & 28. Ioan. 20. Ioann. 21. — Lucæ. 22. — Marc. 3. Matth. 10. — Matth. 16. — Lucæ 22. Ioann. 21.

cluſerant piſcium multitudinem copioſam. Facilis eſt interpretatio huius loci, quo docemur, abſ-
que Chriſti gratia præueniente & cooperante fruſtrà nos in hominibus ad fidem conuerten-
dis laborare. Illo autē præeunte, mox multitudinem copioſam ad Euangeliū confluere. *Rum-*
pebatur autem rete eorum, & annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui, vt venirēt, & adiuuarent eos: In Ioan. tractatu 122.
& venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur. *Rete* (inquit Auguſtinus)
propter ſignificanda ſchiſmata rumpebatur: Oportet enim & hæreſes eſſe (ait ex Paulo Ambroſius) *vt* 1.Cor.11.
probentur boni. Quæcunque autem hæreſes aut ſchiſmata oriuntur, vtique rete Petri eſt quod
rumpitur, quia ſemel omnes piſces, hoc eſt, omnes Chriſtiani erant intra illius rete concluſi,
quod & hæc iſta res geſta ſignificat, & illa parabola Domini, in qua dixit: *Simile eſt regnum cœ-*
lorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Omne igitur piſcium genus Math.13.
intra vnum rete, quod eſt Simonis Petri, concluditur. Vnde cùm aliqui recedunt, rete Simonis
rumpitur. Quod quando euenit, *Petrus, & qui cum eo ſunt annuūt ſocijs*, id eſt, coepiſcopis & fra-
tribus ſuis, vt veniant (ad Synodum œcumenicam) & adiuuent eos: vt vniuerſo mundo teſta-
tum ſit, non ſolam Petri Eccleſiam hoc docere & credere, quod Hæretici oppugnāt: ſed om-
nes prætereà fideles Eccleſias, quæ nondum ruperunt rete, nec vnitatem deſeruerunt, idem
omnino ſentire. Atque hoc quidem fit ob eos, qui rumpunt rete. Ob illos verò, qui manent in
reti, ad littus, hoc eſt, ad cœlum trahendos, alij etiam vocantur in auxilium, quia ſolus Petrus
non ſatis habet in ſe virium ad totam militantem Eccleſiam abſque ſociorum ope gubernan-
dam. Vocantur ergo in partem ſolicitudinis etiam alij ex alia naui, *quam D. Ambroſius putat* Lib.4. in Lucam.
primò ſignificare Iudæam, ex qua Ioannes & Iacobus allecti de Synagoga ad nauem Petri, hoc eſt,
(inquit) *ad Eccleſiam conuenerunt, vt implerent ambas nauiculas.* Poſteà verò addidit: *Poſſumus*
tamen & aliam Eccleſiam intelligere nauem alterius: ab vna enim plures Eccleſiæ deriuantur.

Siue ergo per nauem Iacobi & Ioannis, Synagoga, ſeu etiam alia quæcunq; Eccleſia præ-
ter eam, quæ propriè à Petro gubernatur, ſignificetur: profectò nauis Petri nauis illa principa-
lis eſt, ad quam exteræ naues venire, atque in eius communione & ſocietate manere debent,
ſi volunt ſuos vectores *tanquam bonos piſces in vaſa Chriſti ad extremum colligi.* Nec ſanè vn- Matth.13.
quam deerant Eccleſiæ Petri tot ſocij, quin ambæ naues penè mergerentur præ multitudine
Fidelium, inter quos neceſſe eſt multos fore malos, quorum turpis vita premit Eccleſiam vſq; Augu. in Ioan tract.122.
eò, vt in periculum merſionis venire videatur. Quod cùm videret Simon Petrus, *procedit ad*
genua Ieſu, dicens: exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat eum, & om- Luc.5.
nes qui cum illo erant, in captura piſcium, quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem fi-
lios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis. Ecce (inquit Ambroſius) *alia ſolicitudo Petri, cui ſua iam præ-* Ibidem.
da ſuſpecta eſt. Sed nouit perfectus, quemadmodum ſeruare poſſit reconditos, qui ſcit quemadmodum
capere poſſit diſperſos. Quos in verbo capit, verbo credit (*id eſt, Filio Dei committit*)*: negat ſuum*
munus: Exi, inquit, à me Domine, quia homo peccator ſum. Admirabatur enim dona diuina, & quò
plus meruerat, hoc præſumebat minus. Huc vſque Ambroſius. Verè Petri Eccleſia non ſibi, ſed
gratiæ diuinæ tribuit hanc ingentem piſcium capturam, qua nauis Petri vſque in hodiernum
diem repletur. Nec enim ſe pro Chriſto (vt Aduerſarij calumniantur) ſed pro Chriſti Vicario
ſemper geſsit. Imò peccata ſua fatetur, & licet miniſterio digniſsimo fungatur, tamen non ex
ſuis meritis illo ſe fungi, vbique præ ſe fert & confitetur. Cæterùm qui iam ruperunt rete Pe-
tri, quòd graue ipſis videretur ab alio regi, malueruntque in magno huius vitæ mari animalem
ſequi libertatem, quàm intra Simonis rete coarctari: videant ſaltem, non deeſſe in Eccleſia Ia-
cobum aliquem & Ioannem, qui ſint *ſocij Simonis*, quique vnà cum illo ad piſces Domini col-
ligendos in nauem ſuam ſeriò laborent. Quos omnes non minus quàm ipſum Petrum ingens
ſtupor circundedit, dum vident, per annos iam mille quingētos tam innumerabilem piſcium
multitudinem à Petro quotidie captam, & Chriſti Sacramentis imbutā eſſe. Agnoſcunt enim
virtutem verbi, quod ad Petrū Dominus iam dixit: *Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens.* Ibidem.
Ita enim placuit ipſi Chriſto rem prius geſtam interpretari, vt manifeſtè intelligamus, id om-
ne, quod circa piſces capiendos geſtum eſt, ad homines poſtea capiendos ſpectaſſe, vt minus
indignari hoſtes Petri debeant, ſi authoritatem Chriſti ſequentes, dicimus, *Nauem Simonis Ec-*
cleſiam Petro commiſſam eſſe: in qua licet plures Apoſtoli & Epiſcopi retia laxent, vnus tamē Petrus
in altum ducit, & quicquid piſcium eſt captum, intra illius rete vſque ad rupturam retis concluſum eſt:
quos piſces quia ſolus ad terram trahere non potuit, alij vocantur & veniunt in eius auxilium, ſed o-
mnes ſunt ſocij Simonis, & cùm adeſſent plures Apoſtoli, tamen ſoli Petro dicitur: Ex hoc iam eris ho-
mines capiens.

Matth. 4. Lucæ. 5. De conſenſu Euãgeliſtarũ lib. 2. cap. 17. Prius ſoli Petro. In. 5. c. Luc.

Nam quòd obijcere poſsis, hoc idem Andreæ Simonis fratri dictum eſſe: equidem cõcedo, tàm Petro, quàm Andreæ dictum eſſe, *faciam vos fieri piſcatores hominũ*. Sed iam prius Petro ſoli dictum erat, *Ex hoc iam eris homines capiens.* Vt cuicunque poſtea hoc idem fuerit dictum, is intelligatur ſocius quidem Petri eſſe, atque in auxilium ei venire, ſic tamen, vt Petrus interim totius rei dux & origo ſit. *Tantùm Petro* (inquit Auguſtinus) *Lucas à Domino dictum commemorat, Ex hoc iam homines eris capiens: quod Matthæus & Marcus ambobus fratribus dictum eſſe narrarunt. Sed potuit vtique prius hoc Petro dici, cùm de capto ingenti multitudine piſcium miraretur, quod Lucas inſinuauit, & ambobus poſtea, quod illi duo commemorauerunt.* Conſentit cum Auguſtino Beda: *Non* (inquit) *Lucas Petrum & Andream nunc à Domino vocatos, ſed tantùm Petro fuiſſe prædictum, quòd homines eſſet capturus, inſinuat. Quod non ita dictum eſt, quaſi iam piſces nunquam eſſet capturus. Nam & poſt reſurrectionẽ Domini legimus eos eſſe piſcatos. Vnde datur intelligi, eos ad capturam piſcium ex more remeaſſe, vt poſtea fieret quod Matthæus & Marcus narrant, quando eos binos vocauit. Tunc enim, non ſubductis ad terram nauibus tanquã curo redeundi, ſed ito eum ſecuti ſunt, tanquam vocantem & iubentem ſe ſequerentur.* Hæc Beda. Cuius tùm authoritas, tùm præcipuè rationes conuincunt, ſoli Petro ab initio dictum eſſe, *Ex hoc iam eris homines capiens.* Ac nimirum quod iam factum & dictum eſſe D. Lucas narrat, id perſuaſit tam Petro, quàm Andreæ, atque etiam duobus filijs Zebedæi, vt tam facilè poſtea Chriſtum ſequerentur, *quando ambulans iuxta mare Galileæ, vocauit eos.* Apud Lucam enim *ſedet in naui Simonis*: apud Matthæum, & Marcum *ambulat iuxta mare.* Ibi *ad vnum Simonem loquitur*: hic etiam *alios tres vocat.* Apud Lucam *ſimul aderant cum Simone Iacobus & Ioannes, quando ſubductis ad terram nauibus, ſecuti ſunt Ieſum.* Apud Matthæum verò & Marcum, *vno in loco erant Simon & Andreas, in alio autem Iacobus & Ioannes.* Nam poſt Simonem & Andræam vocatos, ait Scriptura: *Et procedens inde, vidit alios duos fratres.* Denique apud Lucam *poſt retia ſubducta, piſceſq; captos, & impletas naues, ſecuti ſunt Ieſum.* Sed apud Matthæum & Marcum, *Simon & Andreas iam erant mittentes retia, quando eos Dominus vocauit, Iacobus verò & Ioannes reficiebant retia ſua.* Vt manifeſtiſsimum ſit, aliam eſſe hiſtoriam, quæ apud Lucam, & aliam, quæ apud Matthæum & Marcum narratur. Ac veriſimillimum eſt, eam prius geſtam eſſe, quæ narratur apud Lucam: propterea quod & illo miraculo eorum animi ſunt Chriſto conciliati, & poſt vocationem Chriſti non eſt putandum, quòd amplius reliquerint eum vſque ad mortem eius. *Vbiq; enim* (ait Irenæus) *ſimul cum Chriſto aſsiſtentes inueniuntur Petrus & Iacobus, & Ioannes.*

Matth. 4. Marci. 1. Lucæ. 5. Matth. 4. Marci. 1. Lib. 3. cap. 12

Matth. 14. In Matth. homil. 51. Serm. 13. de verbis Domini. De conſideratione ad Eugenium Lib. 2.

Narrant præterea Euangeliſtæ, quòd cùm Petrus vidiſſet Dominum ſuper mare ambulantem, dixit: *Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. Et ipſe ait: Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum. Nemo enim* (ait Chryſoſtomus) *ita vt Petrus, Ieſum amabat. Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamauit, dicẽs: Domine, ſaluum me fac. Et continuò Ieſus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Et cùm aſcendiſſent in nauiculam, ceſſauit ventus. Euangeliũ hoc* (inquit Auguſtinus) *admonet nos intelligere, mare præſens ſeculum eſſe, Petrum verò Apoſtolum Eccleſiæ vnicæ typum. Ipſe enim Petrus in Apoſtolorum ordine primus, in Chriſti amore promptiſsimus* & quæ ſequuntur. Auguſtino aſſentiens Bernardus: *Mare* (inquit) *ſeculum eſt: naues, Eccleſiæ. Inde eſt quòd Petrus inſtar Domini gradiens ſuper aquas, vnicum ſe Chriſti Vicarium deſignauit, qui non vni populo, ſed cunctis præeſſe deberet. Siquidem aqua multa, populi multi. Ita cùm quiſque cæterorum habeat ſuam, tibi vna commiſſa eſt grandiſsima nauis facta ex omnibus, ipſa vniuerſalis Eccleſia toto orbe diffuſa.* Audiuimus iam & Dominum è nauicula Petri docẽtem turbas, & Petrum ſuper mare ambulantem, vt veniret ad Ieſum. Ibi Petro prædicitur, quòd fiet piſcator hominum: hìc admonetur, vt & magna fide præditus ſit, & hominem ſe adhuc eſſe meminerit. Ibi *ſolus in altum ducere*, & hìc *ſolus ad Chriſtum ſuper aquas venire* iubetur, vt vtrobique aliquid in illo ſingulare animaduerteremus. Et titubat quidem in mari, quia perſonam geſsit Eccleſiæ illius, quæ adhuc inter huius vitæ fluctus crebrò labitur, & interdũ cadit, nec ſine gratia Chriſti vnquam reſurgit.

Vide Auguſtin. de agone Chriſtiano cap. 30. Matth. 26

Illud ſanè prætermittendum non eſt, quòd cùm Chriſtus à Iudæis apprehenderetur, Petrus exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum Principis Sacerdotũ, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus: *Conuerte gladium tuum in locum ſuum.* Duo hìc ſunt animaduertenda: vnum, quòd gladius iſte ſecularis & communis, quo Petrus iam vſus eſt, ipſius eſſe non negatur. alterum, quod eodem gladio per ſe vti prohibetur. Maior eſt enim dignitas Petri, quàm vt ſeipſum debeat immiſcere ſecularibus negotijs, quorum caput eſt po-

teſtas gladij. Nihil quippe gladij poteſtate ſublimius eſt in tota ciuili Repub. cùm in ea re *merum imperium* conſiſtere Vlpianus dicat. Sed quanquam vſus gladij abiectior ſit, quàm vt Petrus ad ſpiritalem gubernationem aſſumptus, eum exercere permitti debeat: tamen etiam ille gladius rectè dicitur eſſe Petri, quia omnes Chriſtiani Principes ius gladij habentes, Petri oues ſunt, & ideo gladium etiam ſuum Petro ſubmittere debēt in ijs cauſis omnibus, quæ ad fidem Chriſti ſpectant. Quam vtramq; rem D. Bernardus animaduertens, ita ſcribit ad Papā Eugenium Petri ſucceſſorem. [Bernard. lib. 4. de Conſideratione ad Eugenium.] *Quid tu denuò vſurpare gladiū tentes, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic: Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo & ipſe, tuo forſitan nutu, etſi non manu euaginandus. Alioqui ſi nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apoſtolis, Ecce gladij duo hic: nō reſpōdiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed nimis eſt. Vterq; ergo Eccleſiæ, & ſpiritalis ſcilicet, & materialis. ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ob Eccleſia exerendus eſt. Ille Sacerdotis, iſte militis manu: ſed ſanè ad nutum ſacerdotis, & iuſſum Imperatoris.* Cùm igitur ſummæ poteſtatis ſignum gladius ſit: gladius verò ſit duplex, vnus ſpiritalis, alter materialis: inter cæteras Petri prærogatiuas etiam illud non immeritò recenſeas, quòd ſolus ex Apoſtolis etiam materialis gladij ſummam poteſtatem accepit, qui nutu quidem ſuo, ſed manu alterius exeri debeat. Diſcernere enim quādo Chriſti Eccleſia materiali gladio defendenda ſit, meritò non cuiuſlibet, ſed primi Paſtoris officium eſt. Sed pergamus ad reliqua.

Poſt reſurrectionem verò Domini hoc primū in Petro ſingulare eſt, quòd ex omnibus viris *primus in Chriſti monumentum eſt ingreſſus*, idq; tametſi Ioannes ad monumentum prior veniſſet. Deinde *primus virorum dignus fuit habitus, qui Dominum poſt reſurrectionē ſuam videret.* [Ioan. 20.] Nam vt Angelus nominatim iuſsit Chriſti reſurrectionem *Petro* annūtiari: ſic etiam duo Diſcipuli, [Marci. 16.] qui cognouerant Dominum in fractione panis, ad Diſcipulos reuerſi, didicerunt ex illis, *quòd ſurrexerat Dominus verè, & apparuerat Simoni.* Vt meritò Ambroſius dixerit: [Lucæ. 24.] *Sicut ex mulieribus Maria, & alij Maria Magdalena, ita ex viris Petro viſus eſt primò mane. Et Paulus* [Li. 10. in 24. cap. Lucæ.] *ſic ait: Reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas, & viſus eſt Cephæ. Et ideo Marcus ſpecialiter induxit iuuenem mandantem, vt Petro & Diſcipulis dicerent mulieres, quia ſurrexit Dominus.* [1 Cor 15.] *Petrus ergo vidit ſolus Dominum, alibi cum Ioanne, alibi ſolus, vbiq; tamen impiger currit vbiq; aut ſolus, aut primus.* [Marci. 16.] Hæc Ambroſius. Petrus ergo perfectior iam ob crebrum humanæ infirmitatis experimentum factus, & perfectiorem Eccleſiæ futuræ ſtatum ſignificans, dicit ad fratres ſuos, *Vado piſcari: dicunt ei, venimus & nos tecum.* Et meritò quidem eunt cum Petro, quia Primogenitum [Ioan. 21.] reliquū fratres ſequuntur, eique adhærent. Cùm autem illa nocte nihil prendidiſſent, *dicit eis Ieſus: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Mittere iubet rete* (inquit Auguſtinus) [In Ioan. tractat. 122.] *in dexteram nauigij, vt ſignificaret eos, qui ſtabant ad dexteram, ſolos bonos* In priore enim Petri piſcatione tam boni, quàm mali piſces in rete intrârunt. Sed in hac poſteriore tantùm boni piſces intrant, quia de ijs tantùm agitur, qui perſeuerāt in fide ac dilectione Dei vſq; in finem. Miſerunt ergo rete in dexteram, *& iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. Dicit ergo Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cùm audiſſet, quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.* Vt eſſet (teſte Petro Chryſologo) primus in reditu, qui acceperat in ordine Principatū. [Chryſologus in ſerm. 78.] *Vidit cùm piſcaretur* (inquit Ambroſius) [Ambroſius lib 10. in cap. 24. Lucæ.] *ſed non vidiſſe contentus, impatiens deſiderij, negligens captionis, immemor periculi, non tamen immemor reuerentiæ, vbi Dominum vidit in littore, veſte ſe texit. ſerum æſtimans, ſi cum cæteris nauigio perueniret. Sic cùm in mari Dominus ambularet, ſuper vndas maris naturæ ſuæ oblitus, occurrit. Sic cùm à Iudæis Dominus teneretur, aduerſum turbas gladium ſolus exeruit. Sic & nunc cùm Dominus ſtetiſſet in littore, periculoſo compendio religioſum maturauit obſequium. In omnibus locis* (inquit Hieronymus) [Lib. 2. in ca. 14. Matthæi.] *ardentiſſimæ fidei inuenitur Petrus. Interrogatis Diſcipulis, quem homines dicerent Ieſum: Dei filium confitetur. Volentem ad Paſſionem pergere, prohibet, & licet erret in ſenſu, tamen non errat in affectu: nolens eum mori, quem Filium Dei fuerat paulò antè cōfeſſus. In montem cum Saluatore inter primos primus aſcendit, & in Paſſione ſolus ſequitur. Peccatū negationis, quod ex repentino timore deſcenderat, amaris ſtatim abluit lachrymis. Poſt paſſionem cùm* [Ioan. 21.] *eſſent in lacu Genezareth, & piſcarentur, & Dominus ſtaret in littore, alijs paulatim nauigantibus, ille non patitur moras, ſed accinctus ependyte ſuo, ſtatim præcipitatur in fluctus. Eodem igitur fidei ardore, quo ſemper, nunc quoque cæteris tacentibus, credit, ſe poſſe facere per voluntatem magiſtri, quod ille poterat per naturam. Iube me venire ad te ſuper aquas. Tu præcipe, & illico ſolidabuntur vndæ: leue fiet corpus, quod per ſe graue eſt.* Denique Bernardus ait: [De conſiderat. lib. 2.] *Diſcipuli nauigabant, & Dominus*

appa-

apparebat in littore: quodq́, iucundius erat, in corpore rediuiuo. Sciens Petrus, quia Dominus eſt, in mare ſe miſit, & ſic venit ad ipſum, alijs nauigio peruenientibus. Quid iſtud? Nempe ſignum ſingularis pontificij Petri, per quod non nauem vnam, vt cæteri quiq́, ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Adſcendit ergo Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus, centum
In Ioan. tract. 122. *quinquaginta tribus, & cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Quoniam* (inquit Auguſtinus) *in illa ſumma pace Sanctorum nulla erunt ſchiſmata: pertinuit ad Euangeliſtam dicere, & cùm tanti eſſent, id eſt, tam magni, non eſt ſciſſum rete. tanquam illud reſpiceret vbi ſciſſum eſt, & in illius mali compa-*
In Euangelia, hom. 24. *ratione commendaret hoc bonum. Petrus rete* (inquit Gregorius) *ad terram trahit: ipſi quippe Sancta Eccleſia eſt commiſſa, ipſi ſpecialiter dicitur: Simon Ioannis amas me? paſce oues meas.* Atque hoc ſanè diligenter ponderandum eſt, quòd Spiritus ſanctus ita nos voluit in Scriptura ſancta verſari, vt prima cum poſtremis conferentes, alia etiam interiecta non omitteremus.

Lucæ 5. Matth. 14. Ioan. 21. Ter igitur negocium ſingulare D. Petro fuit cum mari. Semel, quando Chriſtus è naui eius docebat turbas, vbi & ruptum eſt rete præ multitudine piſcium. Iterum, quãdo ambulabat ſuper aquas, & mergi cœpit. Tertiò autem, quando miſit ſe in mare, & rete integrum ad littus, hoc eſt, ad conſummationem ſæculi perduxit. Vt planè appareat, Petri nauim & piſcationem ab initio primitiuæ Eccleſiæ Chriſti, vſque ad finem ſæculi ſic perſeueraturam eſſe, vt quanquam interdum & peccet Petrus, & titubet, & Petri nauis fluctibus agitetur: non tamen ſubmergatur, aut deficiat vnquam, ſed omnes, qui ad vitam æternam peruenturi ſunt, ſub Petro Gubernatore ad illam ſint peruenturi. *In illius naui Chriſtus docet turbas, ille ducit in altum, illius piſcatio implet nauiculas, in illius nauim aſcendit Chriſtus vt ſedetur tempeſtas, ille rete ad terram trahit, ille amat plus alijs, illi plus alijs amanti cõmendantur agni & oues, ille deniq́, Domini mortem ſupra omnes alios imitatur.* Nam hoc planè poſtremum eſt inter omnia Petri priuilegia, quòd ſolus inter Apoſtolos inuentus eſt, cuius non dico mortem, ſed mortis genus & modum Chri-
Ioan. 21. ſtus ipſe tantò antè prædiceret. *Cùm ſenueris*, inquit, *extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. Pro Chriſto*
De Sanctis ſerm. 24. (inquit Auguſtinus) *fueras crucifigendus, hoc eſt enim, Extendes manus tuas. Petrus* (inquit Tertullianus) *Paſsioni Dominicæ adæquatur.* Poſt hæc ait Dominus Petro, *ſequere me. Nõ ſic* (ait Au-
De præſcr. aduerſ hær. Serm. 66. guſtinus) *quomodo prius, quando vocauit Diſcipulos. Nam & tunc dixit: Sequere me. Sed tunc ad doctrinam, modò ad coronam. Petrus* (inquit Ambroſius) *crucis, ſicut Saluator, exitum tulit, & à Dominicæ deuotionis ſimilitudine nec morte diſcretus eſt, ſcilicet vt quem imitabatur fide, imitaretur & paſsione.* Nec tantùm Euangelia, ſed etiam res geſtæ Apoſtolorum varijs modis Primatum Petri commendant. Atque erit ſanè operæpretium iam deinceps animaduertere, quẽ in modum Petrus acceptum à Domino Primatum exercuerit, ac poteſtatem ſibi diuinitus collatam geſſerit.

Primatus Petri etiam ex ijs, quæ poſt Aſcenſionem Domini geſsit, confirmatur.

CAPVT V.

Actor. 1. Petrus & primus, & ſolus, poſt Aſcenſionem Domini pronunciat, Iudam ab Epiſcopatu ſuo depoſitum eſſe, aliumque in eius locum ſubſtitui oportere, definit. Ex cuius authoritate cæteri eligunt Matthiam, quod ipſum Petri factum D. Chryſoſtomus Primatui eius
In Acta Apoſtolorum Hom. 3. Lucæ 22. acceptum fert. *Quàm eſt* (inquit) *feruidus? Quàm agnoſcit creditum à Chriſto gregem? Quàm in hoc choro Princeps eſt? Et vbique primus omnium incipit loqui.* Et pòſt: *Primus omnium authoritatem vſurpat in negotio, vt qui omnes habeat in manu. Ad hunc enim dixit Chriſtus: Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.* Ecce, *Princeps in choro Apoſtolorum* eſt Petrus, ei *grex à Chriſto creditur*, is *omnes habet in manu*, & *fratrum eſt confirmator.* Quæcunque autem ſunt Apoſtolorum prærogatiuæ, eas omnes primus, ac propè ab initio ſolus exercet atque exequi-
Matth. 28. tur Petrus. Nam cùm ad Euangelium prædicandum, & ad baptiſmum in Chriſti nomine mi-
I. niſtrandum præcipuè mitterentur: Petrus accepto Spiritu ſancto, primus omnium hominum Eccleſiam Dei, verbo Euangelij fundat in fide Ieſu Chriſti. *Stans enim Petrus cum vndecim*, & fidem in Chriſtum Deum & hominem primus promulgat, & quid conuerſi facere debeãt,
Actor. 2. præſcribit, ex cuius auctoritate baptizantur ferè tria millia. Verè igitur prima Chriſti Eccleſia fundatur à primo Chriſti Apoſtolo, tam quoad verbum fidei, quàm quoad Sacramenta noui

Teſta-

Teſtamenti. Vnde Tertullianus ait: *Primus in Chriſti baptiſmo Petrus reſerauit aditum cœleſtis re-* Tertull. in
gni. Cùm Apoſtoli acceperint poteſtatem *curandi omnem languorem, & omnem infirmitatẽ,* lib. de pudicitia.
primus omnium Petrus viſibili miraculo prædicationem ſuam confirmat, ſanans claudum in 3.
nomine Ieſu Chriſti, admirãte omni plebe. *Si Petrus petra eſt* (inquit Ambroſius) *ſuper quam æ-* Matt. 10.
dificatur Eccleſia: rectè prius pedes ſanat, vt ſicut in Eccleſia fidei fundamentum continet, ita & in ho- Actor. 3. Serm. 66.
mine membrorum fundamenta confirmet. Hoc etiam primum feciſſe Petrum, Tertullianus ani- In lib. de pu-
maduertit. Cùm Apoſtoli ad hoc aſſumerentur, vt *teſtes omnium geſtorum Chriſti eſſent, vtq́;* dicitia.
confiterentur Chriſtum coram hominibus: primus omnium Petrus coram Principibus Sacerdo- Ioan. 15. Matth. 10.
tum Anna, & Caipha, & Scribis fidem in Chriſtum publicè confeſſus, & ad eum finem Spiri- Actor 4.
tu ſancto repletus eſt.

Quid vnquam homini ſublimius collatum eſt à Deo, quàm vt alterius hominis cor ſecre-
taque conſilia inſpiceret, qui ſuum ipſius cor interdum non videt? Hoc ergo, quod Sanctis
in cœlo conſtitutis ex gratia Dei maxima confertur, Chriſtus Vicario etiam ſuo in hac vita
contulit, vt melius ſciret, quomodo rudem adhuc & recens inchoatam Eccleſiam guberna-
ret. Videns ergo Petrus, Ananiam & Saphyram de pecunia, quam ſemel ex voto conſecrârant, Actor. 5.
partem abſtuliſſe: & cognouit ea, quæ in mente erant, & occidit eos præcepto, quod vtrum-
que D. Chryſoſtomus annotauit. *Petrus authore Deo* (inquit Gregorius) *Eccleſiæ ſanctæ prin-* In Acta Apoſtol. Ho. 12.
cipatum tenens à benè agente Cornelio, & ſeſe ei humiliter proſternente, immoderatius venerari re- Gregor. lib.
cuſauit, ſeque illi ſimilem recognouit, dicens: Surge, ne feceris, & ego homo ſum. Sed cùm Anania 1 epiſt. 24.
& Saphyra culpam reperit: mox quanta potentia ſuper cæteros excreuiſſet, oſtendit. Verbo namque Actor. 9. Super cæte-
eorum vitam perculit, quam ſpiritu perſcrutante deprehendit, & ſummum ſe intra Eccleſiam con- ros.
tra peccata recoluit, quod honore ſibi vehementer impenſo, coram bene agentibus fratribus non a-
gnouit. Quin & in hac re Primatum ſolius Petri Tertullianus agnouit. Nihil diuinius A- In lib. de pu-
poſtolis à Chriſto vnquam promiſſum eſt, quàm quòd *opera, quæ ipſe feciſſet, illi quoque face-* dicitia.
rent, & maiora illis facerent. Nec vllibi hoc verbum aut prius aut excellentius impletum eſt, Ioan. 14.
quàm in Apoſtolo Petro, *cùm in plateas eijcerentur infirmi, & ponerentur in lectulis & grabatis,* Actor. 5.
vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum. Hoc in Chriſto (inquit Chry- In Acta Apo-
ſoſtomus) non *eſt factum, quamuis in virtute Chriſti fieret. Educti è carcere Petrus & Apoſto-* ſto. Hom. 12.
li, dixerunt Principi Sacerdotum: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Cur autem Actor. 5.
Petrus nominatur ſeorſim ab Apoſtolis, cùm & ipſe Apoſtolus fuerit, niſi quia fuit etiam in
illo nonnihil, quo Apoſtolos ſuperabat? Ne igitur putaretur ſolus Princeps Apoſtolorum
hoc dixiſſe, additum eſt, quòd *Petrus & Apoſtoli* hoc dixerunt. Et ſanè quamuis hic lo-
quendi modus non vbique repetatur, tamen vbique intelligi debet. Erat enim ordo inter
Apoſtolos. Neque verò *cùm Duodecim Apoſtoli conuocârunt multitudinem Diſcipulorum* ad Actor. 6.
ſeptem Diaconos eligendos, tunc putandum eſt, eos perturbatè locutos, verùm ita vt præ-
iret ſuffragio vel ſaltem authoritate Petrus, atque aſſentirentur cæteri. Parum quippe in-
tereſt, vtrum ipſe nominet aliquos, an alios iubeat id authoritate ſua facere: quia vtro-
uis modo Petrus eſt, qui authoritatem negotio præſtat. Ineptè igitur obijciunt Proteſtan-
tes, quòd ſeptem Diaconi ab omni multitudine ſunt electi, & ab omnibus ex æquo Apo-
ſtolis confirmati. Neque enim multitudo prius eligit, quàm Duodecim Apoſtoli eos con- Actor. 6.
uocaſſent, & eligendi poteſtatem feciſſent, qui etiam confirmârunt electos, eis imponen-
tes manus. Nec inter Duodecim quiſquam poterat prior eſſe primo, quem infinitis iam
argumentis conſtat fuiſſe Petrum. Si ergo Duodecim Apoſtoli & conuocârunt multitudi-
nem, & ſeptem Diaconis manus impoſuerunt, cùm non modo inter Duodecim fuerit Pe-
trus, verùm etiam illis præfuerit: vtique Petrus omnium primus & conuocauit turbam, &
confirmauit eos qui eligebantur.

Age verò, cùm & Euangelium Chriſti primò per ipſum Petrum ſit prædicatum, & Ba-
ptiſmus primò ſit ipſius authoritate miniſtratus, & miracula maxima per illum ſint facta: con-
ſideremus & illud, Spiritum ſanctum effeciſſe, vt primus etiam Petrus confirmationis Sacra-
mentum (in quo Epiſcopalis Ordo eximiè cernitur) non ſolùm in Ieruſalem ſed in *Samaria,*
hoc eſt, extra Iudæam conferret. Licet enim quiuis Apoſtolus potuerat illud conferre, quia
ſinguli erant Epiſcopi (dicente Propheta de Iuda omnium infimo, *Epiſcopatum eius accipiat* Actor. 1.
alter) nec Petrus videatur ſe huic muneri ſpontè obtuliſſe: tamen factum eſt, vt à cæte-
ris Apoſtolis in Samariam mitteretur, vt ijs qui prius baptizati erant, vnà cum Ioanne ma-
num imponeret, quò acciperent Spiritum Sanctum ad robur confitendæ fidei, quem prius in Actor. 8.

CC Baptiſ-

Rom.5. Baptiſmo ad remiſsionem peccatorum & charitatem in cordibus diffundendam acceperant.
In Samaria verò dum Petrus eſſet, opportunè Simonis Magi nequitiam cognouit,& quoniam
Actor 8. donum Dei pecunia exiſtimauit poſsideri, Petrus dixit ad eum: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.* Atque hinc originem traxit illa contentio,quæ poſtea inter Simonem Petrum, & Simonem Magum conſecuta eſt. Par enim erat, vt fidei Petra & Princeps Apoſtolorum fontem omnis hæreſis & radicem o-
De præſcrip. aduerſ. hæreſ. mnium ſectarum & primus detegeret,& ad poſtremum damnaret. *Simoniana Magiæ* (inquit Tertullianus) *diſciplina Angelis ſeruiens, vtique & ipſa inter idololatrias deputabatur, & à Petro*
Hierony. in Catalogo. *Apoſtolo in ipſo Simone damnabatur.* Itaque tam D. Hieronymus, quàm Theodoretus Pe-
Theodoret. hæret. Fab. lib. 1. trum aſſeuerant Romam ſe contuliſſe, ad Simonem Magum expugnandum. Ac ne id quidem myſterio vacat, quod in ipſa vrbe Roma hæreſis extinguendæ initium eſt factum, vbi omnes poſtea hæreſes per Diui Petri ſedem reprimendæ erant. Quin etiam Auguſtinus
De hæreſib. 1. hær. ait: *In vrbe Roma Beatus Apoſtolus Petrus Simonem Magum vera omnipotentis Dei virtute extinxit.*

Actor. 9. Factum eſt autem, vt *Petrus, dum pertranſiret vniuerſos, deueniret ad Sanctos qui habitabant Lidda: vbi cùm paralyticum ſanaſſet, in Ioppen veniens, excitauit Tabitham à mortuis*, quod genus miraculi etiam ille primus omnium Apoſtolorum edidit. *Quemadmodum Dux in ex-*
Hom. 21. in Acta Apoſt. *ercitu* (inquit Chryſoſtomus) *obambulans, conſiderabat, quæ pars ſit coadunata, quæ ornata, quæ ſuo aduentu egeat. Vide vbique illum circumcurſare, & primum inueniri. Quando eligendus*
Primus. *Apoſtolus, hic primus: quando loquendum Iudæis, non Apoſtolos eſſe ebrios, quando curandus*
Præ alijs. *claudus, quando concionandum, hic præ aliis eſt: quando agendum contra Principes, quando contra Ananiam, quando ab vmbra ſanationes fiebant, hic erat. Et vbi quidem erat periculum, hic: & vbi moderatio. Vbi autem tranquillitate res erant plenæ, communiter omnes. Sic non exigit honorem maiorem. Iterum quando fieri miracula opus erat, ipſe proſilit. Et hic iterum ipſe per ſe laborat, ac iter facit.* Longè adhuc præclarius eſt, quòd Petrus omnium primus in gentibus fidem Chriſti plantat. Quando enim placuit Deo, Cornelium Centurionem in Sanctorum
Actor 10. cœtum aggregare, *iuſſit accerſiri Petrum, vt per os eius gentes Euangelium audirent & crede-*
In Acta Apoſto. Hom. 22 *rent.* Vnde Chryſoſtomus ait: *Dominus non Ananiam, ſed præcipuum* (id eſt, Petrum)
Præcipuus. *adducit ad Cornelium.* Et in illa verba, *quæ Deus purificauit, tu ne communia dicas: Hoc* (inquit) *videtur quidem ad Petrum dici, totum autem Iudæis dicitur. Nam ſi magiſter increpatur, multò magis hi.* Et pòſt: *Vides vnde initium fit Gentium?* Et iterum: *Vide etiam quanti fecerit, quòd credat Cornelius, vt & Angelus miſſus, & ſpiritus operatus, Et Princeps Apoſtolo-*
Hom. 24. in Acta Apoſt. *rum accerſitus.* Et in alia Homilia: *Petrus ferè ſimpliciter adeſt, vt diſcat, quòd oporteat poſthac illos accedere ad Gentes.* Hieronymi verò de hac re iudicium tale eſt, vt ob Corne-
In epiſto. ad Saluinam de ſeruanda viduitate. lium à Petro baptizatum, dicat, *Petrum de Circunciſionis anguſtiis tranſlatum ad præputij latitudinem.* Meritò igitur & hoc inter Petri ſingulares Prærogatiuas numerandum eſt,quòd pri-
Actor. 8. mus Euangelij miniſter fuit inter gentes. Nam Eunuchus ille AEthiops, qui iam antè per Philippum erat baptizatus,non propriè de præputio habebatur,quia & circunciſus erat,& proſelitus,hoc eſt, Iudæorum Synagogæ inſertus, vtpote qui ſecundùm Legem venerat adorare in Ieruſalem.

Dum autem Petrus ab Herode Rege, qui & Agrippas nominabatur, in carcere ſeruare-
Actor. 12. tur, *oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.* Vide quàm ſoliciti Fideles erant de Principe Apoſtolorum? Nam licet Iacobus Hieroſolymorum propriè Epiſcopus eſſet, tamen cùm ſcirent, Petrum etiam totius Chori Apoſtolici eſſe Principem: meritò pro Paſtore primo continuàs preces fuderunt. Nec enim pro alio quoquam idem factum eſſe legitur. Orta verò inter fratres quæſtione, vtrum neceſſe foret, credentes circuncidi ſecundùm
Actor. 15. legem Moyſis: Paulus & Barnabas, & quidam alij ſuper ea re *aſcenderunt ad Apoſtolos & Preſbyteros in Ieruſalem.* Illa verò fuit potiſsima cauſa, cur in Ieruſalem aſcenderent, quòd Petrus
In epiſtol. ad Leonem. Princeps Apoſtolorum ibi eſſet. Vnde Theodoretus ita ſcribit: *Paulus præco veritatis, tuba Sanctiſsimi ſpiritus ad magnum Petrum cucurrit, vt iis, qui Antiochiæ de inſtitutis legalibus cõtendebant, ab ipſo afferret ſolutionem.* Quod vtiq; non eo ſenſu dixit, quaſi Paulus ipſe Petri doctrina indigeret: ſed quia Petri nomen & auctoritas ad alios compeſcendos neceſſariò interponẽda
Actor. 15. erat. Vnde etiam *cùm magna conquiſitio ab aliis fieret*, ſurgens Petrus totam rem ex eorum, quæ Deus per illũ in Cornelij conuerſione geſſerat, animaduerſione definiuit: ſoluſq; voce ac ſententia ſua præiuit toti Concilio, docens quid abſq; omni dubio credendum & ſtatuendũ eſſet.

Secun-

Secundùm cuius Concilij formam, Succeſſor Petri, vſq; in hodiernum diem & omnibus Oecumenicis Concilijs præeſt, & illis, quoties videtur, fidei veritatem aperit, quidq; ſequendum ſit & confitendum, primus definit.

Omnium verò, quæ Primatum Petri demonſtrant, illud ſit vltimum, quòd D. Paulus, qui *neq; ab homine neq; per hominem, ſed per Ieſum* Chriſtum vocatus eſt ad Apoſtolatus dignitatē, Galat. 1.
quiq; non quidem ob animi ſuperbiam, ſed ob gratiæ Diuinæ, qua imbutus erat, copiam, non magni æſtimauit quenquam Apoſtolorum videre, aut alloqui (ne fortè ab illis Chriſti fidem aut Euangelium didiciſſe putaretur) tamen adeò præclara iudicia de ſolo Petro fecit, vt *aſcenderet Hieroſolymam videndi Petri cauſa, & maneret apud eum diebus quindecim*. Poſteaq; cùm Galath. 2.
ſuæ doctrinæ contradiceretur, *iterum aſcendit Hieroſolymam, vt dexteram ſocietatis à Petro & ijs Apoſtolis, qui cum Petro erant, acciperet, ne in vanum aut in poſterum curreret, aut antè cucurriſſet*, ſi aliter quàm Princeps Apoſtolorum, & reliqui eius ſocij docuiſſent, doceere putaretur. Verùm de hac grauiſsima quæſtione latius paulò pòſt agam. Nunc orationem hanc de Petri prærogatiua inſtitutam his Bernardi verbis terminabo. *Quid Petro potentius, cui & terra obediuit, cum mortuos reddit, & mare ſub pedibus eius ſe calcabile præbuit? qui Simonem Magum ſpiritu oris ſui in aëre attigit, qui Claues regni cælorum tam ſingulariter accepit, vt præcedat ſententia Petri ſententiam cæli?* Primatum igitur Petri, quem ſoli Hæretici ac Schiſmatici oppugnant, terra, mare, inferi, aër, atque adeo cœli cœlorum agnouerunt. Cæterùm diluamus etiam illa, quæ in contrariam partem citari ſolent. In die Petri & Pauli ſermon. 1.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Apoſtoli miſerunt Petrum & Ioannem in Samariam. Non mittit inferior ſuperiorem, Actor 8.
ſed contrà: quare ſequitur, Petrum fuiſſe ſingulis Apoſtolis æqualem, toto autem Concilio inferiorem.

RESPONSIO.

Varia ſunt miſsionum genera. Vnum, quod à ſola mittentis authoritate proficiſcitur, veluti cùm Chriſtus *miſit Apoſtolos* ad prædicandum, & ad peccata remittenda. Nihil enim fuit præclarius in Apoſtolis, quàm quòd *pro Chriſto legatione fungebantur*. Aliud autem Matth. 28. Ioan 20. 2. Corint. 5.
miſsionis genus eſt, cùm par parem mittit, non ex authoritate aliqua maiore, ſed ex pari conſenſu & aſtipulatione eius, qui mittitur, veluti cum *Herodes rex Magos, in quos nullam poteſtatem habebat, in Bethleem miſit*, vtique quia ipſi iamdudum eò properabant. Eſt verò & tertium genus miſsionis, in quo non tam authoritas mittentis, quàm eius qui mittitur ſpectanda eſt. veluti cùm Senatus aut populus mittit ſuum Principem ad fœdus cum potentiſſimo aliquo rege ineundum. Maior quidem eſt Princeps, quàm Senatus Principis. Porrò licet totus populus eo Principe, qui ſuffragijs populi creatur, maior putari debeat: tamen ſecus eſt in illo Principe, quem non hominum ſuffragia, ſed auctoritas Dei præfecit, ac præſertim ſi rebus non profanis, ſed ſacris præſit. Talem Principem ſi quando Senatus aut populus mittit, non tam pro authoritate ſua iubet, quàm ex certa ratione perſuadet, vt iter illud ſuſcipiat, ne rei gerendæ authoritas vlla defuiſſe videatur. Atque iſto modo *Iſraelita ad Galaditas miſerunt Phinees Principem ſuum* (eundemque non hominum, ſed Dei Sacerdotem, id eſt, à Deo, non ab hominibus conſtitutum) *& decem Principes cum eo*, vt eos ab altari ædificando authoritate ſua reuocarent. Cùm ergo & ſuperior inferiorem, & par parem, & inferior nonnunquam ſuperiorem mittat: facilè intelligitur, quàm infirma ſit iſta ratiocinatio: Apoſtoli miſerunt Petrum ad gratiam Spiritus ſancti Samaritanis conferendam, igitur Petrus aut inferior Apoſtolorum collegio, aut ſaltem non ſuperior fuit. Nam ſi cauſa mittendi perpendatur, apparebit eam non ab alia origine proficiſci, quàm ab eximia Diui Petri poteſtate. Tanta enim res in tali regione nuper ad fidem conuerſa, non poterat melius à quoquam perfici, quàm ab eo, qui foret omnium Princeps. Miſſus eſt igitur Petrus ad rem maximam obeundam, vt Princeps Apoſtolorum à Deo conſtitutus, qui auctoritatem ſuam in re tanta interponeret: ac non vt inferior ijs, à quibus eſt miſſus. Matth. 2. Ioſue. 22.

Nam cùm Samaritani tantùm baptizati fuiſſent in nomine Chriſti, nec adhuc Spiritum ſanctum in confirmationem ſpiritalem (quæ à ſolis Epiſcopis conferri poteſt) accepiſſent: poterāt De confirm. vide Bedam in cap. 8. Actorum.

quidem vel ſinguli, vel ſimul plures Apoſtoli ſine cæterorum inuidia mox ad eos iuiſſe, vt imponerent eis manus, fuiſſetque ratum, quod is geſſiſſet, qui primus vacuum munus occupaſſet. Verùm quia res adhuc nouæ, & non ſatis conſtitutæ erant, Samariaque iam diu ſchiſmatica fuerat: in commune deliberatum eſt, quis hoc tam magno munere primus fungeretur. Ac Petrus quidem nō minus humilitate, quàm poteſtate multò maximus, alijs ex fratribus ſuis huius legationis honorem deferri facilè paſſus eſſet. Illi verò contrà putabant, rem tantam non niſi à præcipuis quibuſdam ſubeundam, quò maior auctoritas rei adderetur. Ita factum eſt, vt cùm Petrus ob ſuam humilitatem hoc ſibi non arrogaret, tamen alij Apoſtoli (non oneris imponēdi, ſed potius honoris deferendi cauſa) eum ad hoc munus obeundum eligerent. Quæ res ab Act. 8. Euangeliſta Luca *miſſionis* vocabulo exprimitur. Sic interdum Presbyteri Epiſcopum ſuum ad Sedem Apoſtolicam mittunt, non quia iubere poſſunt, ſed quia rogare ſolent, vt grauiorē aliquam Eccleſiæ cauſam in ſe ſuſcipiat. Suffragiorum igitur deſiderio ac voto potius, quàm ſuperioris alicuius poteſtatis vi miſſus eſt Petrus. Atq; hac ſanè in cauſa fidem bonam in Aduerſarijs requiro. Si enim plurima & penè infinita Scripturæ ſanctæ loca non eſſent, quæ abundè teſtatum redderent D. Petri Primatum: alicuius fortè ponderis apud eos vnus hic locus eſſe poſſet. Nūc autem fas non eſt, ob vnum *miſſionis* vocabulum, quod & ambiguum eſſe videmus, & alio modo rectè interpretari poſſumus, tantas Petri prærogatiuas irritas reddere. Cedāt potius verba rebus, ambigua perſpicuis, incerta certis, pauciſſima plurimis, facta legibus, temporalia rerum geſtarum exempla, æternis Euangeliorum Decretis. Hoc enim totum, quod de miſſione D. Petri opponitur, cùm & ab ambiguo miſſionis vocabulo, & ab occulta mittētium mente, & non à iure, quod Chriſtus ſtatuit, ſed ab eo, quod pro temporis occaſione gerendum inter homines videbatur, petitum ſit: eò vſq; mouere ſapientē non debet, vt propterea Primatum Petri tam inſigniter in Euangelio fundatum aut negare, aut in dubium vocare audeat.

Petrum non modò Circunciſionis, ſed præterea Gentium fuiſſe Apoſtolum iure diuino, & humano.

CAPVT VI.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Gal. 2. Paulus in Epiſtola ad Galatas dicit, ſibi concreditum eſſe Euangelium præputij, ſicut Petro circuncifionis. Qui enim efficax fuit in Petro ad Apoſtolatum circunciſionis, efficax fuit in me (inquit Paulus) erga gentes. Ecce metas diuinitus Petro circunſcriptas, vt ſit circunciſorum Apoſtolus, id quod etiam dextris datis, ac ſancto pacto Cephas, Iacobus, & Ioannes confirmârunt. Ergo Petrus diuino & humano iure particularis tantùm Epiſcopus (circunciſorum videlicet) eſt conſtitutus, quamuis de facto per occaſionē prædicauerit aliquando tam illę gentibus, quàm Paulus Iudæis.

RESPONSIO.

VEl hic vnus locus declarat, quòd Proteſtātes peſſima fide verſantur in ſacroſancto Verbo Dei. Quod enim D. Paulus de factis Apoſtolorum (quæ Deus approbauit, & proſpera ex ipſis effectibus reddidit) & nō de ipſo iure diuino dixit, id ipſi ad iuris diuini ordinationē velut obtorto collo trahūt. Cumq; relicto Euāgelio (vbi ius diuinū ab origine aperitur, & dedita opera memoriæ proditur) ad ea, quæ Paulus per occaſionem commemorat, ſe conferant: tamen ita hunc locum Apoſtoli Pauli vrgent, velut is eſſet locus inſtitutæ primùm Iuriſdictionis Apoſtolicæ, cùm potius exercitium illius, & non inſtitutionem contineat. Ius ergo diuinum explicatur in Euangelio, vbi Dominus primùm Simoni Petro dicit: *Tu vocaberis Cephas, & tibi dabo Claues regni cœlorum.* Origo igitur totius rei eſt in ipſo Petro, licet reliquis deinde Apoſtolis Chriſtus det eandem poteſtatem ligandi & ſoluendi. Et iterum Petro ait: *Tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.* At illis Petrum confirmare nunquam iuſſit. Denique Petro ait: *Diligis me plus his? paſce oues meas.* Et poſteà omnes in totum orbem terrarū ex æquo mittit, dicens: *Ite in vniuerſum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ.* Ex quo firmiter credendum eſt, Petro & prius omnia eſſe conceſſa, quæ poſtea reliquis Apoſtolis in commune data ſunt, & illi nonnulla eſſe conceſſa, quæ nulli præterea ſunt data: & tamen

Ioan. 1. Matth. 16.

Luc. 22. Ioan. 21.

omni-

omnibus hoc eſſe diuino iure conceſſum, vt in vniuerſum mundum ex æquo ad prædicãdum Euangelium proficiſcerentur, omneſque tam Iudæorum, quàm gentium Apoſtoli, ſi non ſorte, ſaltem iure, eſſent. Iſta verò Proteſtantium obiectio, quæ negat, Petrum fuiſſe Apoſtolum tam gentium, quàm Iudæorum, negat eum habuiſſe *ius eundi in vniuerſum mundum, vt prædicaret Euangelium omni creaturæ*, id eſt, tam gentibus, quàm Iudæis, quod prorſus repugnat expreſſo Dei Verbo. Nam ſi Petrus iure diuino Circumciſionis tantùm Apoſtolus conſtituitur, nihil ei legitimæ iuriſdictionis in eos competit, qui non ſunt circũciſi. At longè maxima pars mundi circunciſionis expers fuit (vnde Apoſtolus Paulus frequentiſsimè appellat gentes præputium, idque circunciſioni opponit) igitur ſecundùm Proteſtantes primus Apoſtolus, *Paſtor agnorum & ouium Chriſti, & confirmator fratrum, atque adeo Petra Eccleſiæ* à longè maxima parte mundi remouetur, & ad Iudæorum anguſtias coarctatur. Quodque ſingulis Apoſtolis à Chriſto non permittitur tantùm, ſed & præcipitur, *vt omni creaturæ prædicent*, id primo Apoſtolorum prohibetur. O planè diabolicam Proteſtantium opinionem. Vide quid odium & inuidia in Romanum Pontificem Petri Succeſſorem effecerit. Iure autem diuino circa poteſtatem omnium Apoſtolorum ex Euangelijs cognito, iam deinceps ad actiones Apoſtolicas progrediatur oratio. Marci 16. Matth. 28. Marci 16.

Cùm Euangelio inter Iudæos Petri opera præcipuè diſſeminato, gentium etiam primitiæ maureſcerent, quanquàm Paulus iam eſſet conuerſus ad Chriſti fidem, tamen Angelus Dei ad Cornelium Centurionem venit, iubens vt *accerſat, non Paulum, ſed Simonem, qui cognominabatur Petrus, quia hic dicturus erat illi, quid eũ oporteret facere*. Interim dũ Cornelius ad Petrũ mittit, Dominus eidem Petro *viſionem eandem ter oſtendit*, in qua iubetur occidere & manducare omnis generis animantia: quo videlicet ſignificatum eſt, vt quemcunque ſiue ex gẽtibus, ſiue ex Iudæis, in Chriſtum credentem in ouile Domini aggregaret. Vnde Petrus ipſe ad Cornelium fatur: *Mihi oſtendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem.* Et iterum: *In veritate comperi, quòd in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi*. Petro autem ea, quæ fidei erant, explicante, cùm Spiritus ſanctus in eos, qui audiebant verbum, cecidiſſet: *Iuſsit Petrus, eos baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti*: & in Concilio Hieroſolymitano eandem hiſtoriam Petrus attingens: *Vos ſcitis* (inquit) *quoniam ab antiquis diebus elegit Deus per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere*. Quid hoc teſtimonio clarius excogitari poteſt? Venit *Angelus de cælo* ad Cornelium, iubens Petrum accerſiri: oſtenditur *cæleſtis viſio*, & ſoli Petro *ter oſtenditur: elegit Deus, elegit*, inquam, *vt gentibus annunciaretur verbum Dei per os Petri*: & tamen Petrus negatur iure diuino Apoſtolus gentium eſſe. Quodnam igitur ius hoc fuit, quod Angelus annũciat, viſio teſtificatur, & electio Dei confirmat? Fuitne hoc humanum ius? At factum (inquies) hoc, non autem ius eſt. Fateor. Sed quia iniuſtum factum hoc nõ eſt, profectò factum hoc iuris diuini teſtificatio eſt, & ea tanta, vt D. Hieronymus nõ dubitauerit dicere: *Omne myſterium, quo Petrus de circunciſionis anguſtijs transferebatur ad præputij latitudinem, ad Cornelij Centurionis merita pertinet, qui primus ab Apoſtolo baptizatus ſalutem gentium dedicauit*. Ecce per hoc myſterium Petrus *de circũciſionis anguſtijs tranſlatus eſt ad præputij latitudinem*. Quòd nõ eò dicitur, quaſi Petrus nũc primùm ius acceperit paſcendi gentes, quæ ad Chriſtum cõuerterentur: ſed quia ius antè donatum nunc perſpicuè in vſum & exercitium deducitur. Sed tanti momenti res fuit, gentibus Euangelizare, vt non modò ab initio Apoſtolis omnibus iſta poteſtas à Domino concederetur: verùm etiam, quando primùm exercenda in gentes fuit, eidem antè omnia committeretur, cui ſemper in omni authoritate Eccleſiaſtica primas fuiſſe datas, nemo Apoſtolorum ignorabat. Et adhuc Petrus negatur eſſe gentium Apoſtolus? At enim Pauli verbis reſpondendum eſt. Optimè. Act. 9. Act. 10. Act. 15. Ad Saluinã de ſeruanda viduitate.

Principiò certum eſt, quicquid Paulus dicat, id Euangelio Domini contrarium non eſſe. Cùm igitur Euangelium Domini Petro, nec tantùm Petro, ſed etiam ſingulis Apoſtolis det poteſtatem *Euangelizandi vniuerſo mundo, & baptizandi omnes gentes*: certum eſt, eam poteſtatem per D. Pauli quæcunque verba non eſſe reuocatam. Talis ergo verborum Pauli quærenda eſt interpretatio, quæ non deſtruat Euangelium Ieſu Chriſti. Ea verò eſt commodiſſima, vt dicamus, licuiſſe quidem iure diuino ſingulis Apoſtolis, ac propterea multò etiã magis Petro, cuicunque populo verbum ſalutis & Chriſti Sacramenta miniſtrare. Verùm ne ſi quiſque vel fortuitò, vel quocunque vellet, abſque aliorum conſenſu iuiſſet, aut omnes in Iudæa manſiſſent, aut plerique in eundem locum profecti eſſent, atque in Euangeliũ Chriſti Marci 16. Matth. 28.

minus longè lateque diffunderetur: inſtinctu Spiritus ſancti factum eſt, vt ſortirentur prouin-
Hiſtoriæ Eccleſ. lib. 3. cap. 1. cias, & alius aliam regionem Chriſto conciliandam capeſceret. *Thomas* (inquit Euſebius)
vt memoriæ proditum eſt (ab Origene) Parthiam obtinuit, Andreas Scythiam, Ioannes Aſiā obijt.
Petrus autē, vt videtur, Iudæis, qui in Ponto, Galatia, Bithynia, Cappadocia & Aſia diſperſi vixerūt,
verbū Dei prædicauit. Qui ad extremum cùm Romæ verſaretur, capite deorſum ſtatuto (ſic enim per-
peti cupiebat) cruci ſuffixus eſt. Quid attinet de Paulo dicere, qui ſimul ab Ieruſalem ad Illyricum
vſque, fuerat Euangelij Chriſti prædicandi munus plenè executus: pòſt Romæ, Nerone ſummam re-
rum adminiſtrante, martyrio occubuit. Hinc facilè intelligimus, Petrum *Circumciſionis Apoſtolum*
dictum eſſe, propterea quòd ea ſors illius ab initio fuiſſet, vt Iudæis per Aſiam diſperſis præ-
dicaret. Hæc enim meritò habebatur prima ſors, & longè digniſsima, vt quēadmodum Chri-
ſtus ipſe *ad oues, quæ perierāt domus Iſraël, primùm eſt miſſus*, ita & Vicarius Chriſti ad eaſdem
oues ante omnes alios mitteretur: præſertim cùm ex Paulo etiam didicerimus, Iudæos velut
radicem & oleam eſſe, gentes verò velut *oleaſtrum* in oliuam inſertas, ſocios radicis & pingue-
dinis oliuæ factos eſſe. Cùm igitur non facilè poſſent ſinguli Apoſtoli facto ipſo totum orbem
terrarum obire, licet iure id ipſis permiſſum, atque adeo commiſſum erat: ſors omnium di-
gniſsima in honorem Primatus ſui Petro delata eſt, vt ille radicem atque oliuam ipſam cole-
ret, alij verò Apoſtoli velut nouos ſurculos in Petri oliuam infererent, atque ita ex toto mun-
do vnum gregem ſub viſibili Paſtore vno congregatum, vni Paſtorū Principi Chriſto Do-
mino in æternum aqua viua potandum incorporarent. Cæterùm quia Paulus poſt Aſcenſionē
Galat. 1. Domini ad fidem vocatus eſt, nec poſtea Hieroſolymam ſtatim venit, ſed abijt in Arabiam: is
non videtur ſorte aliqua per conſenſum Apoſtolorum iacta certarum gentium Apoſtolus
fuiſſe factus, verùm ab ipſo Domino (præter curam Iudæorum) totam Prouinciam gentium
abſque limitibus vllis accepit per reuelationem de cœlo factam. Dicebat quippe Dominus ad
Actor. 9. Ananiam: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs*
Iſraël. Ecce non excluduntur à Pauli cura & poteſtate filij Iſraël, etiamſi primùm omniū fiat
Gal. 1. Actor. 9. mentio gentium, & regum. Nam & ipſe teſtatur, ſe vocatum per gratiam Dei, *vt reuelaret Chri-*
ſtum in gentibus. cùm tamen prædicationē ſuam apud Iudæos inceperit, & aliàs in Actis Apo-
ſtolorum ſæpiſsimè legamus, illum *Iudæis primùm vbique ferè prædicaſſe*, atque adeò palam cō-
teſtatum eſſe Iudæis in Synagoga ipſorum: *Vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt*. Et iterum:
Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis, & indignos vos iudicaſtis æternæ
vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Deniq; Paulus ipſe fatetur, ſibi *ſolicitudinem omnium Eccleſia-*
2. Cor. 11. *rum incubuiſſe.* Nunquid igitur Iudæorum aliquæ non erāt Eccleſiæ? Aut ſolas illas à cura ſua
paſtorali excluſerat? Nunquid *ad Hæbreos* etiam non ſcripſit epiſtolam? Quid multis? Vt ſin-
guli Apoſtoli alij, ſic & Paulus tam Iudæorum, quàm gentium Apoſtolus fuit, quia ſinguli *fun-*
2. Cor. 5. *gebantur legatione pro Chriſto ad* vniuerſum mundum. Atque hæc de iure ita ſe habent.

Quoad vſum verò & praxim, exercitiumque iſtius muneris: Paulus erat Iudæorum Apo-
ſtolus vnà cum multis, atque adeo poſt multos, qui ante illum Iudæos ad Chriſtum converte-
rant. Idem erat gentium Apoſtolus, & vnà cum multis, & poſt Petrum, qui Cornelium prius
ad fidem conuerterat. Sed tamē in eo *Paulus erat princeps omnium, & planè Primatum gerebat:*
primùm quòd ad multas gentes profectus, ibi Chriſtum prædicaſſet cum ſummo fructu & lu-
Rom. 15. cro animarum, vbi nemo ante illum fidei fundamenta iecerat. *Sic* (inquit) *prædicaui Euange-*
lium hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem, ſed ſicut ſcri-
ptum eſt: Quibus non eſt annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligent. De-
inde alijs Apoſtolis certæ potiſsimùm Prouinciæ ſorte committebantur. Sorte, inquam, non
iure diuino. Etenim iure diuino ſingulis ſubijciebatur totus mundus. Vnde etiam quādo An-
dreæ Scythia, vel Ioanni Aſia committebatur: non tamen ex ea re prohibiti ſunt alibi prædi-
care, ſed ibi potiſsimùm munere ſuo defungebantur. At cùm ad Paulum eſt ventum, non ei
Vide Hieronymi cap. 5. in Amos Prophetam. dictum eſt, vade in Aſiam, aut in Thraciam, aut in Italiam, velut in prouinciam tibi ſortitò præ
cæteris obtingentem: Sed vade ad omnes gentes, percurre, atq; adeo tranſuola per Arabiam,
Syriam, Aſiam, Macedoniam, Græciam, Italiam, Hiſpaniam, Illyricum, & denique per omnes
gentes quò te Spiritus ſanctus deducet. Præterea licet aliorum Apoſtolorum ſortes à Spiritu
ſancto promanauerint, tamen ea gratia videtur non immediatè à Deo, ſed per conſpirantem
Apoſtolorum voluntatem reuelata, quando tractabant inter ſe de Euangelij diſſeminatione.
Paulus verò ab ipſo Chriſto præter poteſtatem iuris Apoſtolici, etiam ſortem ſuam videtur
nominatim accepiſſe, dicēte Spiritu ſancto ad Prophetas & Doctores Antiochenæ Eccleſiæ:

Segregate

Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orantes, im- Actor. 13.
ponenteſq́; eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſsi à Spiritu ſancto abierunt Seleuciam, &
inde nauigauerunt Cyprum. Ab illo igitur die non ceſſauit Paulus *replere Euangelium Chriſti ab*
Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum. Per circuitum autem dixit, ne ſolùm recta via pro- Rom. 15.
ceſsiſſe Paulum putaremus, cùm ille omnes etiam circumiacentes regiones Euangelio reple-
uerit. Hic eſt ille Primatus gentium, qui meritò ſoli *Paulo plus omnibus laboranti* deferendus
eſt. *Hæc eſt gratia Dei, quàm cùm Petrus, Iacobus, & Ioannes datam Paulo cognouiſſent, dexteras ei*
ſocietatis dederunt. Verùm hic Primatus licet iure Apoſtolico non deſtituatur, tamen non
ob iuris Apoſtolici & paſtoralis Prærogatiuam (vt Primatus Petri) verùm ob facta eximia, &
ob gratiæ perſonalis prærogatiuam Primatus quidam & erat, & interdum à ſanctis Patribus
ita vocatur. Quemadmodum igitur Paulus iure diuino & Iudæorum, & Gentium Apoſto-
lus erat (licet miniſterium ipſius magis eluceret in Gentibus, propterea quòd à Ieruſalem ad
Illyricum ibi fundaſſet Eccleſias, vbi prius nullæ omnino fuerant: cùm tamen multa millia Iu-
dæorum crederent in Chriſtum & ante Pauli conuerſionem, & poſtea per Petri & Iacobi ſtu-
dium & laborem) ſic etiam Petrus tam erat gentium, quàm Iudæorum, tam præputij, quàm
circuncisionis Apoſtolus, quáquàm ipſius miniſterium ab initio ſaltem magis eluceret in fun-
dandis Iudæorum Eccleſijs. Nam ad ipſius prædicationem in die Pentecoſtes baptizatæ ſunt
& appoſitæ ad ouile Chriſti animæ circiter tria millia: nec ab eo die ceſſauit Euangelium Actor. 2.
Chriſti propagare, donec omnia compleſſet, ita vt ex ipſo rerum euentu manifeſtum fie-
ret, creditum eſſe Petro Euangelium præputij. Paulus igitur in eo loco Epiſtolæ ad Gala-
tas, qui contra Primatum Petri non modò impiè, verùm etiam ineptè citatur, nihil aliud di- Galat. 2.
cit, quàm Deum dediſſe fœlicem curſum & proſperum Euangelij ſucceſſum tam ipſi & Bar-
nabæ inter Gẽtes, quàm Petro, Ioanni & Iacobo inter Iudæos. nec de iure toto miniſterij, ve-
rùm de particulari executione ſortis, tam ſuæ, quàm Petri agit. Nũc Pauli verba põderemus.

Cùm vidiſſent (inquit) Iacobus, Cephas & Ioannes, qui exiſtimabantur columnæ eſſe, quòd
creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut & Petro circuncisionis: dexteras dederũt mihi
& Barnabæ ſocietatis. At quomodo viderũt ij tres Apoſtoli, quòd Paulo creditũ erat Euan-
gelium præputij, ſicut Petro creditum erat Euangelium circunciſionis? Id Paulus demõſtrat
ex euentu ipſo, & rerum ipſarum felici exitu. *Qui enim operatus eſt* (inquit) *Petro* (id eſt, per
Petrum) *in Apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi* (id eſt, per me) *inter Gentes.* Quid
ſibi vult illud, *qui operatus eſt?* Vtique nihil aliud, quàm quòd Deus efficaciam dedit Euange-
lio per Petrum inter Iudæos, & per Paulum inter Gentes prædicato. Fecit enim, vt neq; Petrus
inter Iudæos, neque Paulus inter gentes fruſtra prædicaret. Vnde iterum ſubinfert Apoſto-
lus, *& cognouerunt gratiam quæ data eſt mihi.* Sed vnde cognouerunt? Non ex auditu, ſed ex In Epiſt. ad
ipſis (inquit Chryſoſtomus) factis didicerunt. Nec aliter hæc Pauli verba intellexit Beatus Galat. cap 2.
Irenæus, qui totum hoc ad id, quod fiebat, non ad id, quod iure fieri poterat, referens, ex Pau- Irenæus lib.
lo refert: *Vnum & ipſum Deum operatum Petro in Apoſtolatu circunciſionis, & ſibi in gentes.* Ipſius 3. cap. 13.
ergo Dei Petrus erat Apoſtolus, cuius & Paulus. Et quem Petrus in circunciſione annun-
ciabat *Deum & Dei filium, hunc & Paulus in gentes.* Ecce totam rem. Tametſi Petrus, Iacobus,
& Ioannes inter Iudæos hactenus prædicantes, legalia diutius tolerauerunt, cùm Paulus inte-
rim, qui apud gentes Apoſtolatu potius fungebatur, legalia poſt certum ſpacium temporis to-
leranda noo putaret: tamen Petrus, Iacobus & Ioannes inierũt ſocietatem cum Paulo, & do-
ctrinam eius approbârunt, eo potiſsimùm argumento perſuaſi, quòd viderent Deum nõ mi-
nus ſecundare proſperumque reddere conatum Pauli inter gentes, quàm Petri inter Iudæos.
Qoòd ſi rediſſet etiam Thomas Apoſtolus ex Parthia, itemq; Andræas ex Schythia vel Thra-
cia, oſtendiſſentque non expedire, vt quiſquam ex illis gentibus iudaizare cogeretur: nihil du-
bito, quin etiam Petrus, Iacobus, & Ioannes illis daturi erant dexteras ſocietatis, præcipuè ſi
vidiſſent, & ex rebus ipſis cognouiſſent, Deum per illos quoque operatum fuiſſe inter gentes:
fuiſſentque cum illis pacti, vt illi iterum in gentes, Petrus verò in circunciſionem ſeu ad Iu-
dæos conuertendos ſe conferret. Quibus ita probatis, apparet quàm vanum atque adeo ſtu-
pidum argumentum contra Primatum Petri ab hoc Pauli teſtimonio deductum ſit. Et tamen
hoc ipſum verbis vſque eò augetur, velut permultum ad rem faceret. Inſignia igitur Prote-
ſtaotium circa hanc rem mendacia hæc ſunt.

Primùm dicunt, metas Petro *diuinitus* circunſcriptas eſſe. At hoc nuſquàm in verbo Dei Rom. 15.
legitur. Nam & *Chriſtus miniſter fuit Circũciſionis*, ſicut Paulus docet. Nec plus eſt miniſtrum
circun-

circuncisionis, quàm Apoſtolum circũciſionis eſſe. Nam etſi quilibet Apoſtolus ſit miniſter, non tamen quiuis miniſter eſt Apoſtolus, quia ſummus miniſterij gradus in Apoſtolatu cernitur. Vnde etiam Chriſtus dictus eſt *Apoſtolus & Pontifex confeſſionis noſtræ*. Quemadmodum igitur licet Chriſtus fuerit *miniſter circunciſionis*, inde non rectè concluſeris, eum nihil habere iuris aut poteſtatis in gentes: ita nec quia *Petrus Circunciſionis Apoſtolus* fuit, propterea licet inferre, metas ei *diuinitus* eſſe circunſcriptas, vt gentium etiam Apoſtolus iure diuino minimè fuerit. Nam illud ſecundum (& id valde impudens) mendacium eſt, apud Paulum *nõ tam de facto, quàm de iure diuino* agi. Paulus enim penitus de facto ipſo diſputat: vtique ſecundùm ius non negaturus, aut ſe circuncisionis, aut Petrum eſſe gentium Apoſtolum. Imò vt hoc mendacium rebus ipſis confutaretur, effecit Deus, vt Petrus ipſe in Italiam, atque adeo in vrbem Romã ſe conferret, ibique expugnaret Simonem Magum Samaritanũ, Eccleſiamq; Chriſti & ipſe illic regeret vnà cum Paulo: eandemque Lino ac Cleto ſub ſe, poſt ſe verò etiam Clementi regendam, ritè atque ordine committeret. Cuius Cathedram in Gentium capite conſtitutam Irenæus, Caius, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Euſebius & vniuerſi tã Græci, quàm Latini Patres agnouerunt, quorum teſtimonia ſuo loco proferentur. Tantum igitur abeſt, vt aut diuino, aut humano iure Petrus non fuerit gentium Apoſtolus, vt etiam vtroque iure Gentibus in ſummo gradu præfuerit, ac per ſuos ſucceſſores eum omnium fideliũ ſumma gratulatione in hodiernum vſque diem perpetuò præſit. Eſt ergo & illud tertium mẽdacium, quòd Petrus fuerit *particularis circunciſorum Epiſcopus*. Nunquid enim aut ſoli circunciſi Petrum Romæ prædicantem audierunt, aut ij ſoli Cathedram eius ab illo die vſque ad iſtum Romæ obſeruant? Certè ſi conſenſus omnium gentium, quæ Chriſti fidem amplexæ vnquàm ſunt, ius humanum conſtituere poteſt: etiamſi iure diuino careret (non caret autem) ſaltem iure humano Princeps totius Eccleſiæ tam Petrus, quàm Succeſſor eius eſſet.

Hebr. 3.

Hieronymus in catalogo.

Eſt ergo quartum illud mendacium, *quòd iure humano Petrus non fuit Apoſtolus gentium*. Neque verò per dexteras id egerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes, vt ſe ab Apoſtolatu gentium excluderent, ſed vt Paulo illum ſuo conſenſu ſtabilirent. Iam illud quantæ cæcitatis eſt, quòd ab ipſo exordio diuidunt Eccleſiam in duos greges, & in Paſtores ad minimum duos, quorum vnus Iudæorum, alter ſit gentium Apoſtolus? Cæterùm Auguſtinus Eccleſiam illam, quæ ab ouili vnius Paſtoris Petri diſcedit, ſchiſmaticam eſſe non dubitat, eamque ijs verbis, quæ ſuperiùs etiam citaui, alloquitur: *Exi tu in veſtigijs gregum: non in veſtigijs meis, ſed in veſtigijs gregum: nec vnius gregis, ſed gregum diuerſorum, & errantium: & paſce hados tuos (non ſicut Petrus, cui dicitur: Paſce oues meas) ſed paſce hados tuos in tabernaculis paſtorum, non in tabernaculo Paſtoris, vbi eſt vnus grex, & vnus Paſtor.* Pro abſurdiſſimo atque adeo pro certo ſchiſmatis indicio habet Auguſtinus, vt ſint in Eccleſia militãte diuerſi greges, qui rurſum vnius Paſtoris vinculo inter ſe non vniantur. Petri verò gregẽ non dubitat & vnum fuiſſe ſub ipſo Paſtore vno, & per totum terrarum orbem fuiſſe diffuſum, quia *omnes Domini oues vnum gregem fuiſſe ſtatuit*. Vbi verò ſunt multi greges non ſub vno Paſtore, illos putat hædos eſſe, non oues, id eſt, hæreticos aut ſchiſmaticos, & non Catholicos. Et tamen noui iſti Euangelici ab ipſo initio Petrum vnius, Paulum verò alterius gregis Paſtorem fuiſſe volunt, illum circunciſionis, hũc præputijã quibus interim ſi quæras, vbi ſit grex Matthæi, Thomæ, Ioannis, & aliorum Apoſtolorum: adeo non habent quod reſpondeant, vt neceſſe ſit ipſis, aut reliquos omnes Apoſtolos in ordinem redigere, aut Petrum circuncisionis, Paulum verò præputij Principatu aliqua ſaltem ex parte ſpoliare: adeo nihil apud illos honeſtè aut ſecundùm ordinem ſit. Noſtra verò fides & doctrina mirabili conſtat rerum pulchritudine ac decôre.

In Epiſt. 48.

Ioan. 10.

Chriſtus primùm ſolus totam Eccleſiæ molem ab initio mundi vſque ad finem ſuſtentat. Is ex hac vita diſceſſurus. Petrũ ſolum ab initio legitimè ac ordinariè toti ſuo gregi præficit. Mox Duodecim ſocios extra ordinem Petro adiungit, nõ ipſius Principatum irritũ faciens, ſed oneris grauitatem imminuens. Ii cõmuniter omnes totum gregem paſcũt, nulla in re graui diſſentientes, quia omnes replebantur Spiritu ſancto. Verùm ſi contingeret, eos diſſentire: ad Petri vnitatem confugiendum erat, vt cuicunque ille dexteras ſocietatis dediſſet, eum totus grex pro legitimo Paſtore agnoſceret. Quem verò Petrus à communione ſua repuliſſet, is vitaretur tanquàm ſchiſmaticus & factionum author. Hinc ad Petrum & ad reliquos Apoſtolos, qui cum ipſo Hieroſolymis erant, itum eſt, vt orta de legalibus quæſtio diſſolueretur. Et mox diſſoluta eſt ab ipſo Petro, qui voce ſua præiuit omnibus, ac ſententiam tulit, vt Gentes à legalium obſeruatione immunes & liberè manerent. Eodem modo Diuus Paulus cùm eius prædica-

1 Cor. 1. & 10. Ioan. 21. Matth. 28. Act. 6. & 8.

Actor. 15.

prædicationi à nonnullis contradiceretur, aſcendit Hieroſolymam, & contulit cũ illis Euan-
geliũ quod prædicauit in Gentibus.ſeorſim autẽ cũ ijs,qui erant magni nominis:ne quo pacto Gal 2.
in vanũ curreret,aut cucurriſſet. Quid aliud hæc verba ſignificant,quàm neceſſarium fuiſſe,
vt Apoſtoli conferrẽt inter ſe id,quod prædicabant,ne ſchiſma inter ipſos contingeret. Porrò
ne ſi fortè ſex in hanc, & ſex in illam partem inclinaſſent, infinita eſſet diſſenſio : principium
communionis & collationis huius non niſi Petrus fuit , in cuius velut in primi Paſtoris
authoritate omnes acquieſcere debebant. *Tantæ authoritatis* (inquit Hieronymus apud Au-
guſtinum Epiſt. 11.) *Petrus fuit, vt Paulus in Epiſtola ſua ſcripſerit : Deinde poſt annos tres veni* Gal.1.
*Hieroſolymam videre Petrum , & manſi apud eum diebus xv . Rurſumque in conſequentibus : Poſt
annos xiiij . aſcendi iterum Hieroſolymã cum Barnaba,aſſumpto & Tito: Aſcẽdi autẽ ſecundùm reue-
lationem,& expoſui eis Euangelium,quod prædico inter Gentes:oſtendens ſe non habuiſſe ſecuritatem
Euangelij prædicandi,niſi Petri,& qui cum eo erant,fuiſſet ſententia roboratum.* Petrus ergo,& qui
erant cum eo,Iacobus,& Ioannes,cùm vidiſſent Dominum efficaciam dediſſe Pauli doctrinæ,
& cognouiſſent gratiam,quæ data eſt illi(nam & Barnabã, & Titum aſſumpſerat ſecum Pau-
lus,ex quorum teſtimonio res tota ſciri poterat)demum dexteras ſocietatis illi dederunt,nec
doctrinam illius vlla in re vituperârunt,ſed tantùm ab ipſo poſtulabant,vt pauperum,qui Hie-
roſolymis erant,memor eſſet. Apoſtolis verò(qui & Epiſcopi fuerant)ex hac vita diſcedenti-
bus,quia iam fundatæ & vbique conſtitutæ erant Eccleſiæ,non ſucceſſerunt aliqui in Apoſto-
licam,ſed tantùm in Epiſcopalẽ auctoritatẽ. Qui ergo ſucceſsit Petro non minus erat primus
Epiſcopus,& totius Dominici gregis Paſtor , quàm ipſe Petrus fuerat Princeps Apoſtolorũ,
& cõfirmator fratrum. Qui verò in aliorum Apoſtolorũ Cathedras ſucceſſerunt,vnitatem &
communionem primi Paſtoris,exemplo Apoſtolorum commendatã,tantò magis retinere te-
nebãtur,quantò minus erant certi de tanta fidei & perſeuerantiæ gratia, quantã Apoſtoli ha-
buerant. Atque hoc quidem poſtea luce meridiana clarius demonſtrabitur . Ex ijs quæ dixi,
arbitror conſtare,quàm parũ hic locus Epiſtolæ ad Galatas Aduerſariorũ cauſam promoueat.

Accedit eòdem, quòd Paulus in eadem Epiſtola narrat, ſe antè etiam aſcendiſſe Hieroſo- Galat.
lymã,vt videret Petrum. Cur obſecro? Vt potiſsimùm videret Petrũ? ac non perinde etiam,
vt videret Iacobũ,aut Ioannẽ? Certè non de nihilo tanti fit à Paulo Petrus. Nã fatetur,ſe tunc
etiam vidiſſe Iacobum fratrem Domini : cæterùm non aſcẽdit vt Iacobum,ſed vt Petrum vi-
deret . *Alium* (inquit) *Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini.* Quòd ſi non
fuiſſet Petrus alijs Apoſtolis maior, nihil video,cur Paulus tam ſeriò in Euangelij prædicatio-
ne occupatus,ad Petrum videndum aſcenderẽt. Aſcendit Hieroſolymã(inquit Tertullianus) De preſcript.
cognoſcendi Petri cauſa , ex officio & iure ſcilicet eiuſdem fidei & prædicationis . Itaque & aduerſus hæret.
dexterá ei dederunt ſignum concordiæ & conuenientiæ,& inter ſe diſtributionem officij or-
dinauerunt,non ſeparationem Euangelij. Dignum erat(inquit Ambroſius) vt cuperet videre
Petrum,quia primus erat inter Apoſtolos,cui delegauerat Saluator curã Eccleſiarũ. Et pòſt:
Et vt ſciret Petrus,hanc illi datam licentiã,quã & ipſe acceperat. *Paulus* (inquit Hieronymus) In.1.cap.ad
iuit Hieroſolymam ſtudio honoris priori Apoſtolo deferendi. Apoſtolorum Princip:(ait Theodoretus) Galat
quem par erat ,honorem tribuit. Si quis iam contulerit rem cum re,cauſam cũ cauſa & rationẽ In.1.cap.ad
cũ ratione: is animaduertet,Paulum fuiſſe dictum Apoſtolum Gentiũ,non ad coarctãdam Pe- Galat.
tri poteſtatem,nec ad metas Petro circumſcribendas,verùm ad Euangeliũ dilatandũ,ſaluo in-
terim Primatu Petri,quem Paulus etiam poſt tot gẽtes Chriſto ſubiectas agnouit, & honore,
quo par erat,affecit,ab eoq; & diſſolutionem controuerſiæ,quæ Antiochiæ orta erat, & dex-
teras ſocietatis expetijt.non quòd ipſe de ſua doctrina(quam à Chriſto immediatè acceperat)
dubitaret, ſed vt tota Eccleſia ſciret, illum vnitatem amare, Primatum Petri agnoſcere , &
eundem Spiritum ſanctum in ſe, atque in alijs Apoſtolis eſſe,confiteri.

*Confutantur eæ cauſæ , ob quas Magdeburgenſes dicunt, tantum
Petro in Scripturis delatum eſſe.*

CAPVT VII.

CVM ſancti Patres ex ijs Prærogatiuis,quæ in Euangelijs tã multæ ac tã ſingulares extãt,
meritò concludant,Petrũ fuiſſe Coryphæum ac Principem Apoſtolorũ , Hæretici verò
nullum viſibilem in Eccleſia Principem ferre queant : oportuit ſaltem illos aliquam
cauſam afferre , cur Petrus vbique & in nominis dignitate , & in Clauium acceptione,& in
Paſtoris honore, primas tulerit. Sic ergo habent.

Magdeburgenſium verba in Centuria. 1. Lib.2. C. 7. Pag. 524.

Petrus videtur præcipuus inter Apoſtolos fuiſſe,ſiue propter inſignia ſua dona, ſiue propter ætatem.

RESPONSIO.

Duas ergo cauſas Magdeburgici afferũt,ob quas Petrus videtur inter Apoſtolos præcipuus
De Petri donis. fuiſſe.Prior eſt,eò quòd inſignia dona ei collata ſunt.Et quæ ſunt, obſecro, iſta dona? Vtrum
perſonæ ipſius propria?an potius ad officiũ,quod Petrus in Eccleſia gerebat,ſpectãtia? Si dona Petri talia ſunt,quæ tãtùm perſonã eius,& non etiã officiũ atingebant: tunc aliquid dicunt
Magdeburgici.Sin dona Petri aut omnia,aut plurima pertinebãt ad officiũ eius,& nõ niſi propter Eccleſiã in eũ collata ſunt:nihil omnino,quod ad rem faceret,mihi videntur dixiſſe Magdeburgici.Petrũ enim fuiſſe præcipuũ inter Apoſtolos propter inſignia ſua dona,eſt fuiſſe præcipuũ,quia Chriſtus plura ei contulit,quàm vlli præterea Apoſtolo. Iam verò ſi ob Eccleſiã
ea illi cõtulit Chriſtus: vtiq; in Eccleſiæ gratiã Chriſtus fecit eum præcipuũ inter Apoſtolos.
Itaq; ob inſignia dona, quæ ad Eccleſiaſticam adminiſtrationẽ pertinebant,Petrus fuit præcipuus inter Apoſtolos tanquã primus miniſter Eccleſiæ. Voluit igitur Chriſtus inter Apoſtolos vnũ aliquẽ miniſtrum præcipuũ eſſe,cui magis inſignia dona in Eccleſiæ gratiã largiretur,
quã vlli alij.Ex his omnibus,quæ dixi,nihil eſt difficile aut obſcurũ,præter vnũ id,an dona Pe-
Ioann.1. tri ad Eccleſiã ſpectauerint.Id verò quàm facilè demonſtratur?Ait Chriſtus ad eũ:*Tu vocaberis Cephas*,id eſt,lapis ingens.Cur,obſecro,vocatus eſt ingẽs lapis?Nõnne quia in Eccleſia, quã
Chriſtus ædificat,eũ locũ occupat,vt alios etiã poſſit ſuſtentare? Hoc quippe lapidis ingentis
officiũ eſt in conſtruẽdis ædibus. Itaque Chriſtus ipſe rẽ interpretatus,nominiſq; impoſiti ra-
Matth.16. tionẽ reddẽs: *Ego*(inquit)*dico tibi,quia tu es Petrus,& ſuper hãc petrã ædificabo Eccleſiã meam,& portæ inferi nõ prævalebũt aduerſus eam.* Hoc donũ Petri nõnne ad Eccleſiã pertinuit?Niſi fortè
totius Eccleſiæ plurimi nõ intereſt,vt ſuper firmũ lapidẽ ædificetur. Deinde Chriſtus addit:
Et tibi dabo Claues Regni cœlorũ. Nunquid & hoc donũ ad Eccleſiã nõ pertinet?Nõnne claues
1.Timoth.3. regni cœlorũ datæ ſunt propter *Domũ Dei,quæ eſt Eccleſia*?Primus earũ promiſſionẽ accipit Petrus,& ſolus eas accepit,cùm alij Apoſtoli adeſſent,nec tamen adhuc eius doni participes redderentur. Nunquid ipſi Proteſtantes non dicunt, Petrum hoc tempore perſonam Eccleſiæ
geſſiſſe? Hoc ipſum donũ (vt, multis præſentibus,tamen vnus aut ſolus,aut primus perſonam
Eccleſiæ gerat)nõnne & maximum donũ eſt,& ad totam Eccleſiam ſpectat? Ad Petrum præ-
Lucæ.22. terea dictum eſt: *Et tu aliquando conuerſus,confirma fratres tuos*. Quale donum eſt hoc,vt pro
vnius fide oretur, & is alios fideles confirmare iubeatur? Poterítne fieri,vt hoc donũ ad fra-
Ioann.21. tres,hoc eſt,ad Chriſtianos,qui confirmãdi ſunt,non pertineat?Poſtremò Chriſtus ad Petrum
dicit:*Diligis me plus his? Paſce oues meas.* Paſcere oues ad Eccleſiam præcipuè pertinet.ita verò paſcere,vt non aliter iubearis paſcere, niſi plus diligas alijs:eſt paſcendi poteſtatem accipere in ſummo gradu,ad quẽ nullus hominũ,qui vnus cũ Petro nõ habeatur,aſpirare poſſit.Ideo
enim Petrus,an plus alijs amet,interrogatur:vt nos ſciamus,eũ ad talẽ dignitatẽ vocari,in qua
requiratur maior amor & Chriſti,& ouium,quàm in vllo præterea homine:quia videlicet altius in officio paſtorali præſidere iubetur,quàm alius quiſpiam. Hæc omnia oſtendũt,inſignia
illa dona Petri ad Eccleſiam ſpectaſſe,idque vt illa ſtabiliatur,cõfirmetur,& paſcatur. Ob illa
igitur ipſa dona cùm Petrus fuerit præcipuus inter Apoſtolos,fuit vtiq; princeps illorũ & caput ex ipſa vi paſtoralis officij. Nihil ergo aliud in iſta cauſa dixerunt Magdeburgici, quàm
Confutatio ſecundæ cauſæ. quòd ipſos manifeſtè condemnet. Veniamus ad alteram cauſam. *Petrus*(inquiunt) *videtur
præcipuus inter Apoſtolos fuiſſe propter ætatem.* O egregiam cauſam, ob quam tot ac tantæ prærogatiuæ in Petrum conferantur. Neſciebant ergo iſti, aut certè non meminerunt,ſcriptum
eſſe:*Senectus venerabilis eſt.* Quæ tandem? οὐ τὸ πολυχρόνιον,id eſt,*non illa, quæ longi temporis eſt,
neque annorum numero computata.* Quænam igitur alia? πολιὰ δέ ἐστιν φρόνησις ἀνθρώποις. *Canities
Sapient.4. verò hominibus ſapientia eſt, & vita immaculata eſt ſenectutis ætas*. Qui ergo ſapientior alijs, &
vitæ integrioris eſt, eum certè Deus pro illo ſene habet, cui honor & reuerentia debeatur.
Vnde etiam *presbyteri* Eccleſiæ nominati ſunt ab Ordinis potius dignitate, quàm ab annorum
1.Timoth.4. numero. Timothæus quippe,cùm adhuc eſſet adoleſcẽs,præsbyter & Epiſcopus eſt factus,non
ob ſenectutẽ quã tunc nõ attigit, ſed ob ſcientiã & morũ grauitatẽ qua ſenes etiam ſuperabat.
Nam & Dauid longè antè ſcripſerat, *ſuper ſenes ſe intellexiſſe,quia mãdata Domini quæſiuiſſet. ſeu
obſeruaſſet*

obſeruaſſet: Hieronymus autẽ notârit, apud Hebræos *triginta annorum fieri Sacerdotẽ.* Itemq́; ad Timothæum perſcriptum eſſe: *Adoleſcentiam tuam nemo contemnat.* Quæ cùm ita ſint, miror eos, qui tantam ſcientiam Scripturarum præ ſe ferunt, putaſſe ætatem Petri ſatis cauſæ fuiſſe, cur tot præcipuis donis ornaretur. Nam ſi præter ætatem prouectam habebat etiã maiora ſapientiæ & immaculatæ vitæ dona, quàm alij Apoſtoli: eò iterũ redibit oratio, vnde paulò antè deflexit. Quærã enim, quæ fuerint iſta dona? Et cùm reperero, illa tùm eſſe propria ſolius Petri, tùm illi data eſſe, non ſua ſolùm, ſed totius Eccleſiæ cauſa, vt eam *ſuſtentet, confirmet paſcat:* neceſſariò concludam, Petrum fuiſſe præcipuum inter Apoſtolos ob illud miniſteriũ, quod in Eccleſia exercendum accepit, ex eoq́; etiam fuiſſe Caput Apoſtolorũ & Principem: eademq́; ratione Succeſſorẽ Petri debere inter omnes Epiſcopos Primatũ tenere. Sola igitur ætas Petri nõ poterat ſatis magna cauſa eſſe, cur tã excellẽter alijs omnib⁹ Apoſtolis vbiq; præponeretur.

Aduerſus Iouinianum Hieroſolym.

Præterea vnde nobis probãt Magdeburgenſes, Petrum alijs omnibus Apoſtolis maiorẽ natu fuiſſe? Fuit quidẽ maior natu Ioanne Euangeliſta, ob eamq́; cauſam *D. Hieronymus ætati delatũ eſſe dicit, vt Petrus potius quàm Ioãnes à magiſtro bono inter duodecim Apoſtolos Caput cõſtitueretur ad tollendam ſchiſmatis occaſionem.* Verùm quòd omnibus Apoſtolis ſenior fuit Petrus, nõ perinde clarũ eſt. Debuit certè clariſsimũ id eſſe, quod tãti Hiſtorici velut fundamẽtum narrationis ſuæ eſſe voluerũt: *Petrus* (inquiunt) *videtur præcipuus inter Apoſtolos fuiſſe propter ætatẽ.* Quam ætatem dicitis, ô boni viri? Nõ teneram, opinor, ſed adultã: non tantùm adultã, ſed prouectam, & propè exactam. Conſtãtne igitur vobis, ô boni viri, qua ætate Petrus, & qua reliqui Apoſtoli fuerunt? Nam ſi neque in Sacris literis perſcriptum eſt, maiorem natu cæteris Petrũ fuiſſe, neque aliunde ſingulorum ætatem didiciſtis: quo pacto cognoſcitis, Petrum alios Apoſtolos ætate ſuperaſſe? Ergóne ſuper arenam ædificãt noſtri Magdeburgenſes? Et in cauſa tam graui, per ædificium in arena conſtructum, Eccleſiæ Catholicæ fundamentum in petra collocatum ſe concutere, aut labefactare poſſe, arbitrantur? Cùm tot Scripturæ Petro Primatum deferant. cùm ſolus ex omnibus *Cephas*, id eſt, lapis cognominetur, cùm etiam Apoſtolis duodecim à Chriſto electis, ille dicatur eſſe primus, cùm cæteri Diſcipuli ſæpe dicantur cum illo eſſe, cùm ille ſit os eorum, cùm de illius naui Chriſtus doceat, eumq́ue iubeat eandem gubernare, ſeu in altum ducere, cùm illi permittat Claues regni cœlorum, illum iubeat ad ſe venire ſuper aquas, pro illo ſoluat didrachmium, pro illius fide oret, eumq́ue fratres confirmare velit, cùm Petrum plus alijs amãtem, iubeat agnos & oues paſcere, cùm Petrus omnium primus totam Eccleſiam rexerit in eligendo Matthia, in conuertendis Iudæis, in Euangelizando gentibus, atque in decidenda quæſtione de legalibus orta, cùm tot & tam eximia ſint Petri vel ſolius, vel ante alios omnes priuilegia: nunc iſtæ Scripturæ omnes ex mera coniectura Magdeburgenſium euacuabuntur? Adeóne leuiter, ô Germani & Angli, fundata eſt fides veſtra in Euangelio Ieſu Chriſti, vt ſomnio paucorum hominum, quàm quatuor Euangeliſtarum teſtimonio, plus fidei adhibeatis? Clamante Euangelio, Petrum eſſe primum inter Apoſtolos, proximum Chriſto, cui & nomen ſuum & poteſtatem Chriſtus præcipuè communicauit, idq́; varijs tùm verbis, tùm factis adeo teſtatum reliquit, vt id animaduerterint omnes omnino Patres Græci Latini, & Barbari: nihilominus iam exurgent ætate noſtra homines pauci, atq; (vt nihil grauius dicam) neque ſignis, neque moribus Apoſtolicis commendati, & ij vobis prædicabunt, *Petrum quidem viſum fuiſſe præcipuum inter Apoſtolos,* verùm id ita eueniſſe, non quòd verè maior illis fuerit, ſed propter ætatẽ? tanquàm videlicet, quia ſenior alijs fuit, ideo maximè fuerit tam excellenti honore præ cæteris affectus? Primùm dico, [illegible]am ſenectutis cauſam, ſi vera fuiſſet, non fuiſſe ſatis grauem, cur Deus ſenectutem nõ annorum numero, ſed virtutũ põdere æſtimet. Deinde nec mihi, nec Magdeburgẽſibus cõſtat, an Petrus fuerit prouectioris ætatis, quàm alij omnes Apoſtoli. Ratio igitur iſta prorſus incerta cùm ſit, quis ferat, certiſsimã Scripturarũ authoritatẽ per id, quod penitus incertũ eſt, irritã fieri? Quid verò quod Epiphanius, auctor antiquus & grauis, ſcriptum reliquit, Petrum fuiſſe minorem ætate, quàm Andræam? *Andræas* (inquit) *primus obuiam venit Ieſu, deinde Petrus. & per ipſum vocatus eſt, neque hoc ægrè ferre incipiat. Occurſus enim Andreæ primus contigit. cùm minor eſſet Petrus tempore ætatis. Poſtea enim rurſus, quando perfecta renunciatio facta eſt, à Petro facta eſt: ipſe enim fratrem ſuum præceſsit. Inſuper autem & in hoc Deus eſt, qui nouit vocationes cordium, & ſcit, qui dignus ſit primò locari, & elegit Petrũ, vt dux eſſet ſuorũ Diſcipulorum.* Non igitur tãtùm ſuper coniecturã, ſed etiam ſuper mendaciũ ædificant Magdeburgenſes, qui Petrum dicunt præcipuum fuiſſe viſum *propter ætatem,* cùm Epiphanius atteſtetur, Petrum ætatis tẽpore minorem fuiſſe, quàm

Aduerſus Iouinianum.

Ioan. 1. Matth. 10. Marci 4. Ioan. 6. Lucæ 5. Matth. 16. & 14. & 17. Lucæ 22. Ioan. 21. Actor. 1. 2. 10. & 15.

Matth. 10. & 16. & 17. Ioan. 1. & 21.

Epiphan. hæreſ. 51. Minor natu Petrus. Petrus præceſſit. Dux Petrus.

Andræam, licet Chriſti electione Petrus ſit primus & Dux Diſcipulorum conſtitutus.

Poſtremò, demus Petrum fuiſſe maiorem natu alijs omnibus, & eam ſatis grauem cauſam eſſe, cur maioribus donis, quàm alij, ornaretur. Tamen etiamſi ob dona & ætatem primus fuit, nónne vel ſic ſaltem primus fuit? Aut firma hæc argumentatio non eſt: Petrus ob ætatem & dona quædam inſignia præcipuus fuit inter Apoſtolos: fuit igitur quidã Primatus inter Apoſtolos? Quod ergo ſemel inter Apoſtolos inſtitutum fuit, quia non propter illos, verùm [1. Cor. 3. 2. Cor. 4.] propter nos inſtitutum fuit, perpetuò in Eccleſia manere debet. *Omnia enim veſtra ſunt* (inquit Apoſtolus) *ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura, omnia veſtra ſunt: vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Omnia enim propter vos.* Vbi eſt ergo nunc in Eccleſia Primatus ille, qui referat Primatum Petri? Vbi ſunt illa dona inſignia in alio cernenda, quæ olim cernebantur in illo venerabili ſene D. Petro? Habéntne Proteſtantes talem Primatum in ſua congregatione? Certum eſt, eos non modò nullum talem habere, ſed neque vllum talem ferre poſſe. At Eccleſia Catholica talem & habet, & ſemper habuit [Matth. 16.] nec habere vnquam deſinet vſque ad conſummationem ſeculi. Nam *portæ inferi non præualebunt aduerſus Petram à Chriſto erectam & confirmatam.* Scripturæ ita prædicant, res ipſa hoc demonſtrat: & tamen Proteſtãtes duri cordis ac duræ ceruicis ſemper reſiſtũt Spiritui ſancto.

Primatum D. Petri nec ſuæ tantùm perſonæ cauſa, nec extra ordinem ad certum aliquod tempus, ſed ordinario ac legitimo iure in æternum totius Eccleſiæ cauſa inſtitutum fuiſſe.

CAPVT VIII.

[Ioan. 1. Matth. 10. & 16. Lucæ 22. Ioan. 21.] PRincipio illud certum eſt, eximium illud Cephæ ac Petri cognomen, Primatum Apoſtolicæ dignitatis, Clauium regni cœlorum promiſsionem, confirmandi fratres mandatum, paſcendique agnos & oues authoritatem, non ad ſolam Petri perſonam, ſed ad Eccleſiaſticam poteſtatem in illius perſona fundatam & ſtabilitam ſpectaſſe. Iſta quippe omnia, quæ [Matth. 16. Matth. 10. Matth 16. Lucæ 22. Ioan. 21.] modò enumeraui ad aliud quippiam referuntur. Nam Petræ nomen ad ædificium, quod ſuſtentat: Principis Apoſtolorum, ad eos Apoſtolos, quorum eſt Princeps: ianitoris, ad eos, qui excluduntur à domo, vel in eam per Petri miniſterium intromittuntur: confirmatoris nomen ad eos, quibus ex alieno robore plus firmitatis accedit: Paſtoris, ad populos, qui ab ipſo regũtur & gubernantur, perſpicuè refertur. Cùm igitur hæ omnes Prærogatiuæ non tantùm ad Petrum, ſed multò magis ad Eccleſiam totam pertineant: quis non videt, poteſtatem illã, quæ ſemel Petro data eſt, tam diu perſeuerare in Eccleſia debere, quàm diu eadem Eccleſia in eo ſtatu eſt, in quo eam Chriſtus ab initio poſuit & reliquit? Eccleſia verò Chriſti ab eo die, quo poſt Reſurrectionem ipſius, in terris primùm conſtituta eſt, quoad eos, qui docebũt & baptizabunt omnes gentes, quique Paſtores & Doctores Eccleſiæ erunt, in eodem ſtatu omnino [Matth. 28.] permanebit vſque ad ſecundum ipſius aduentum. *Ite* (inquit Chriſtus) *docete, & baptizate omnes gentes: & ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.* Quis verò [Ad Galat. 3.] de nouo condere Teſtamentum Chriſti, aut vltimam eius voluntatem ſua ipſius morte & ſanguinis effuſione confirmatã, deinceps irritam facere audebit? Vnde etiam Apoſtolus teſtatur, [Epheſ. 4.] Chriſtum *Eccleſiæ ſuæ dediſſe quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdã autem Prophetas, alios verò Euãgeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis ſui.* Sed quouſque? *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti,* hoc eſt, vſque ad conſummationem ſeculi. At qua tandẽ de cauſa dedit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ hos Paſtores & Doctores? *Vt iam* (inquit) *non ſimus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris: veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt Caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.*

Si ergo Paſtores & Doctores, qui ab initio Eccleſiæ erant, vſque ad finem mundi perſeuerabunt, idq; vt doceant nos, vt baptizent, vt efficiant ne decipiamur à falſis Prophetis, verùm vt in fide integra & charitate vera per Chriſti capitis noſtri gratiã vſque ad perfectionẽ creſcamus & ædificemur: profectò cõſtat, eundem baptizantium ac Paſtorũ Ordinem in Eccleſia

Chriſti

Chriſti vſque ad hodiernũ diem permanere, qui temporibus Apoſtolorũ inſtitutus fuit. Nam
præclarè D. Pacianus: *Quæcũque Eccleſiæ naſcenti dicta ſunt, ad plenitudinẽ Eccleſiæ pertinent.* Tũc Ad Sympro. epiſt. 1.
autem inter Duodecim Apoſtolos, qui docebant, & baptizabant omnes gentes, Petrus fuit in- Matth. 10.
ſtitutus Princeps, vt ille confirmaret fratres ſuos, agnoſq; & oues Domini maiore, quàm alij, Luc. 22. Ioan. 21.
authoritate paſceret, gregemque Domini à peruerſa Doctrina tueretur, & eum in veritate &
charitate exædificaret: igitur nunc etiam vnus aliquis Paſtor ratione miniſterij ſui alijs om-
nibus comminiſtris ſub Chriſto præfici debet, ad eoſdem fidei charitatiſque effectus per gra-
tiam Chriſti principalis ac æterni Capitis, in reliquo Eccleſiæ corpore efficiẽdos, & conſum-
mandos. Nam ſi quàm diu permanet ratio inſtitutionis Chriſti, tam diu etiam res inſtituta
neceſſariò permanere debet: fieri non poteſt, vt id officium temporale ſit, cuius ratio æterna
eſt. Paſtor inſtituitur propter oues: quamdiu ergo manent oues Chriſti, manebit & Paſtor,
quem Chriſtus illis præfecit. Chriſtus verò Petrum ſemel præfecit ſuis agnis & ouibus, ma-
nentque oues aliquæ Chriſti vſque ad finem ſeculi: manet igitur & Primatus Petri vſque ad
finem ſæculi. Nam vt illis Ouibus, quæ Petro ſuberant, aliæ per temporum ſpatia ſurrogatæ
ſunt: ita & illi Paſtori alius ſurrogatus eſt Paſtor: vt ſemper verum ſit, quod D. Chryſoſto-
mus dixit: *Chriſtus ſanguinem fudit, vt pecudes eas acquireret, quarum curam tùm Petro, tùm* Lib. 2. de Sacerdotio.
Petri Succeſſoribus committebat. Sicut permanet, quod in Chriſto Petrus credidit: ita permanet (in-
quit Leo) *quod in Petro Chriſtus inſtituit.* Et pòſt: *In Petri Sede, ſua viuit poteſtas, excellit aucto-* Serm. 2. aſſumptionis ad pontif.
ritas. Quanquam ergo Apoſtolica dignitas extra ordinem inſtituebatur & temporalis fuit,
quia potius ad fundandam Eccleſiam in multis Gentibus, quàm ad exædificandam Ec-
cleſiam deſtinabatur: tamen Primatus Petri eſt ordinarius, & in Succeſſoribus Petri vſque
ad conſummationem ſæculi perſeuerat, nec iniuria. Petra enim fidei, & Petra Eccleſiæ non
poteſt ceſſare, donec ipſa fides Eccleſiaque ceſſet. Petrum verò fidei petram Hippolytus,
petram Eccleſiæ Ambroſius nominat, vterque interim ad Euangelium aſpiciens, vbi legitur:
Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Deinde nónne quamdiu aliqui ſunt Matth. 16.
in regnum cœlorum introducendi, tamdiu aliquis ianitor regni cœlorum erit? Nónne etiam
fratres, qui nunc in Eccleſia ſunt, multò magis opus habent confirmatore, quàm ipſi Apoſto-
li, qui primitias Spiritus Sancti, poteſtatemque in ædificationem, & non in deſtructionem ac-
ceperant? Quapropter abſque omni controuerſia munus Petræ, munus ianitoris regni cœlo-
rum, munus confirmatoris fratrum, ac deniq; munus primi Paſtoris vſq; ad finem mundi per-
durabit.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Apoſtolatus nomen & officium iamdiu in Eccleſia Chriſti eſſe deſijt: ac propterea etiamſi
vnus inter Apoſtolos primus fuit, tamen vt poſt mortem Apoſtolorum alij Apoſtoli non ſunt:
ſic neque alius Apoſtolorum Princeps eſſe debet.

RESPONSIO.

Apoſtoli præter ampliſsimam & extraordinariam Apoſtolatus dignitatem, habebant etiam Euſeb. lib. 2. cap. 1.
authoritatem Epiſcopalem, quæ certis limitibus reſtringebatur, ſicuti D. Iacobus Iuſtus frater
Domini & Apoſtolus, per Petrum, Iacobum Zebedæi filium, & Ioannem, Eccleſiæ Hieroſoly-
mitanæ præfectus fuit. eundemque locum poſt D. Iacobi mortem Simeon Apoſtolus tenuit.
Atq; etiam Petrus nunc Antiochiæ, nunc Romæ, velut in ſuo proprio Epiſcopatu ſedebat,
Antiochiæ ad tempus, Romæ vſque ad finem vitæ. Denique Ennodius Diaconus ius Epiſco-
patus ſingulis Apoſtolis vendicat ex illo Dei Verbo, quod in Iudam propheticè dicebatur: Pſalm. 68.
Epiſcopatum eius accipiat alter. Hinc Theodoretus factum putat, vt *qui nũc vocãtur Epiſcopi, olim* Theodoret. in 1. Timot. cap. 3.
nominarentur Apoſtoli. Ita D. Paulus *Epaphroditum* vocat *Philippenſium Apoſtolum.* Quibus ita
conſtitutis, dico, Primatum Petri non ſola ratione Apoſtolatus, imò verò longè magis ratione Philip. 2.
poteſtatis Epiſcopalis, quàm Apoſtolicæ, inſtitutum fuiſſe. Apoſtoli enim habebant aliunde,
vt neque falli poſſent, neque alios fallere, quia illis datum erat *noſſe myſteria regni cœlorum: ipſis* Matth. 13. Luc. 24.
aperiebatur mens, vt intelligerent Scripturas. Illos Chriſtus amicos dixit, omniaq; illis nota fecit, quæ
à Patre audiuit. Verùm eadem priuilegia non ſunt eodem modo Epiſcopis etiam omnibus cõ-
municata. Id quod res ipſa probat, cùm plurimi etiá ex maximis Epiſcopis non modò ſeducti,
verùm etiam ſeductores fuerint, vt Paulus Samoſatenus Antiochiæ Patriarcha, Macedonius

& Neſtorius Conſtantinopolitani Patriarchæ, Dioſcorus & Petrus Mongus Alexandrini Patriarchæ, Ioannes Hieroſolymitanus Patriarcha, Euſebius Nicomediæ, Auxentius Mediolani, atque alij penè innumerabiles tam Orientis, quàm Occidentis Epiſcopi. Cùm igitur cõfirmator, maximè eorum fratrum cauſa, qui minimè ipſi firmi ſunt, conſtitutus fuerit: neceſſe eſt, vt
Luc. 22. dicamus, illam poteſtatem, qua Petro mandatum eſt, vt fratres ſuos confirmaret, multò magis ad Apoſtolos quatenus Epiſcopi, quàm quatenus Apoſtoli erant, ſpectaſſe. Imò cùm D. Paulus
Ephes. 4. ait, Deum dediſſe quoſdam Apoſtolos, quoſdam verò Prophetas, alios Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores vſque ad conſummationem ſeculi: certum eſt, eum per Apoſtolorum nomen non modò illos Duodecim primos, verùm etiam Epiſcopos, qui illis in ordinaria & Epiſcopali poteſtate ſucceſſuri erant, comprehendiſſe. Quomodo alioqui dediſſet Chriſtus Apoſtolos, donec ei occurreremus in die iudicij? Porrò in auctoritate Epiſcopali, Apoſtolatus non eſt extraordinarium, ſed ordinarium officiũ, & munus Eccleſiæ Chriſti. Ac propterea vt omnes Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis in Cathedris Epiſcopalibus: ſic etiam Petro in Cathedra ipſius Archiepiſcopali, & omnium Cathedrarũ prima Epiſcopus alius ſuccedit, qui
In Psal. 44. confirmet fratres ſuos, donec Chriſtus ad iudicium reuertatur. Vnde Auguſtinus, vt *pro Apoſtolis Epiſcopos conſtitutos* alicubi dicit, ſic etiam de Romana Eccleſia non dubitauit dicere, *in*
Lib 3. *ea ſemper viguiſſe Apoſtolicæ Cathedræ Principatum.* Imò longè ante illum Irenæus dixerat, *Pe-*
Cap. 3. *trum & Paulum Apoſtolos Lino ſuum ipſorum Magiſterij locum tradidiſſe.* Licèt igitur proprium Apoſtolatus officium, ex eoque etiam Primatus Apoſtolicus ceſſauerit: tamen & authoritas, & Primatus Epiſcopalis in Eccleſia Chriſti perdurat.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

Ratio cur Petrus inter Duodecim primus eſt cõſtitutus, non alia videtur fuiſſe, quàm quia ille numerus perexiguus extitit quem vnus commodè gubernare poterat. Quæ ratio ceſſauit poſt propagationem Eccleſiæ vſque ad terminos orbis terrarum.

RESPONSIO.

Quaſi verò cùm dicimus, Petrum inter Duodecim Apoſtolos primum fuiſſe conſtitutum, dicamus tantùm Duodecim homines Petri curæ commiſſos fuiſſe: ac non potius omnes, qui tam ex Iudæis, quàm ex Gentibus ad Chriſti fidem per eoſdem Apoſtolos ſunt conuerſi. Nam cùm iſti Duodecim viri Eccleſiam Chriſto congregaturi eſſent ex toto mundo, atq; id ipſum per Dei gratiã reipſa fecerint: ſi Petrus inter eos Caput extitit, vtiq; totius militãtis Eccleſiæ ſub Chriſto Caput eadem opera extitit. Itaque cùm circumciſionis hinc neceſsitas, inde abrogatio apud Gentes prædicaretur, licet vna tantùm pars ex duabus contrarijs vera eſſe poſſet, eandemq; D. Paulus rectè defenderet: tamen vt orbi vniuerſo teſtatum faceret, ſe veri-
Actor. 15. tatem Euangelij aſſerere, non recuſauit *Doctor gentium ad Apoſtolos ac Presbyteros, qui Hieroſolymis erant, aſcendere*, ibique reſponſum Petri etiam in alieno Epiſcopatu expectare, *ne in vanum curreret aut cucurriſſet.* Quanquam enim Iacobus Domini frater Epiſcopus Hieroſolymorum eſſet, magnaque inter alios conquiſitio fieret: tamen Petrus non Iacobi, ſed ſua fretus authoritate, primus ſententiã dixit, idq; non velut dubitans, aut conſilium à fratribus quærens, verùm vt definiens, & toti Concilio normam proponens, quam imitaretur, ex eaque re fratres ſuos confirmans. Quamobrem inter Duodecim tales Caput conſtitui, nihil eſt aliud, quàm totius Eccleſiæ, quæ ſimul in terris agit, primùm Paſtorem & Vicarium ſub Chriſto iudicem conſtitui.

OBIECTIO PROTESTANTIVM.

De vnitate Eccleſiæ. Epiſcopatus vnus eſt (inquit Cyprianus) cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Et Hieronymus ad Euagrium: Omnes (inquit) Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. Vbicunque fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, eiuſdem meriti, eiuſdem eſt & Sacerdotij.

RESPONSIO.

Quoad Ordinem Epiſcopalem, qui per conſecrationem confertur, omnes ex æquo Epiſcopos eſſe, atque vnius Epiſcopatus partem à ſingulis in ſolidum teneri, facilè conceſſerim. Nec

enim

enim minus verè aut confirmabit baptizatos, aut per manus impoſitionem Presbyteros ordinabit Epiſcopus Eugubinus, quàm Romanus. Cæterùm de gradu, & dignitate, ſeu iuriſdictione Epiſcopali, neq; Cyprianus, neq; Hieronymus locuti ſunt: cùm Cyprianus Eccleſiã Romanã non niſi ob Cathedrã Petri, quæ illic erat, *Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt*, vocauerit, ac *Fabiani Pontificis Romani locũ, Petri locum, Cathedramq́; ſacerdotalem appellârit.* Lib. 1. epiſt. 3. & lib 4. epiſt. 2. Porrò Hieronymus tantũ Romano Pôtifici præ omnibus alijs Epiſcopis defert, vt eum appellet *profanum, quicunq; cum illo Agnum non comedit*, hoc eſt, qui in eadem cũ illo fide ac ſocietate non cõmunicat. Fruſtrà igitur quod nõ niſi de ordine Epiſcopali dictum eſt, ad Epiſcopalem dignitatem trahitur, cùm Ordo ſit æqualis & idem omnibus Epiſcopis, dignitas verò ſit maior in Archiepiſcopo ſeu Metropolitano, & in Primate ſeu Patriarcha, quàm in cæteris Epiſcopis, quod tam Cyprianus per Eccleſiã principalem, quàm Hieronymus per patremfamiliâs, extra cuius domum Agnus legitimè nõ comeditur, intellexit. Cùm igitur maximam illam dignitatem, quæ Petro in cæteros Epiſcopos data eſt, ordinariã poteſtatem fuiſſe docuerim: nunc reſtat, vt ab vno ſolo eam exerceri deberè oſtendam.

Legitimum & ordinarium D. Petri Primatum non ad plures Epiſcopos, ſed ad vnum ſolum deriuari.

CAPVT IX.

CVM Petrus fuerit Princeps Apoſtolorum, & primus Eccleſiæ Paſtor: fieri nõ poteſt, vt in ea poteſtate plures Epiſcopi ſimul ei ſuceeſſerint. Nã ſi non ſunt primi omnium, qui Petro ſuccedũt, illius in Primatu Succeſſores nõ ſunt. Sin autem ſunt primi: iam ſunt etiã ſoli & vnici. Nam quod in vllo rerũ genere primũ eſt, vtiq; etiam ſolum eſt. Alioqui quomodo eſt primum id, cum quo alia paria & æquè prima ſunt? Ac poſſunt quidẽ omnes Epiſcopi aliquo modo Petri Succeſſores appellari, quatenus totum Domini gregem ſolius Petri curæ principaliter commiſſum, ſinguli pro parte ſua paſcunt & regunt. Sed hoc nõ eſt omnino, ſed tantùm ex parte aliqua Petri Succeſſorẽ eſſe. Verùm qui penitus Petri Succeſſor ſit futurus, debet tùm vnus & primus eſſe, quemadmodũ Petrus ipſe vnus fuit & primùs, tùm in totum Domini gregẽ ad exemplum Petri poteſtatem accipere. Hoc enim & authoritas Euangelij, & ratio, quæ inde ducitur, & antiquorum Patrum conſenſus, & vſus Eccleſiæ inſigniter cõprobat. Euangeliũ primas vbiq; Petro defert, nõ ſolùm in ijs, quæ ſoli Petro ſunt propria, ſed etiam in ijs, quæ reliquis Apoſtolis & Epiſcopis cum ipſo Petro ſunt cõmunia. Ac nimirum quod nulli Apoſtolorũ conceſſum eſt, nec Epiſcopo alicui cõceſſum fuiſſe intelligi poteſt. Sunt enim Epiſcopi Succeſſores, nõ Anteceſſores Apoſtolorum. Quæcunq; autem ordinaria poteſtas in Eccleſiam Chriſti collata eſt, illa ſic eſt collata in Epiſcopos, vti prius cõceſſa erat ipſis Apoſtolis. Verùm inter Apoſtolos conſtat, omnem Eccleſiaſticã poteſtatem vni Petro prius conceſſam, ac deinde alijs Apoſtolis eandem fuiſſe eatenus cõmunicatam, quatenus Chriſto viſum eſt. Nam Petro ſoli dictũ eſt: *Tu vocaberis Cephas*, antequã adhuc quiſquã vocaretur ad Apoſtolatum. Illi dicebatur: *Poſthac eris homines capiens*, antequã adhuc alijs dixerat: *Faciam vos fieri piſcatores hominum*. Ille *primus* Apoſtolus eſt electus Ille primus, tanquam os & Caput cæterorum, fidem in Chriſtum eſt confeſſus. Illi ſoli dictum eſt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam.* Cæteri Diſcipuli *cum Petro*, velut cum Duce quodam ſuo eſſe, in multis Euangelij locis ſignificantur: Petrus verò cũ aliquo illorum eo modo eſſe nuſquam legitur. Imò nec ipſi cum vllo vnquam alio, præterquàm cum Simone Petro fuiſſe memorantur. Itaq; *pro Chriſto & Petro didrachma ſolui iubetur*, velut pro ipſo patrefamiliâs, & primogenito ipſius, aut familiæ reliquæ Præfecto & Curatore. Soli Petro *Claues regni cælorũ* promittuntur, & ligandi ſoluendiq́; poteſtas illi primùm, ac deinde alijs conceditur. Ille ſolus iubetur *cõfirmare fratres*, idq́; poſtquã pro ipſius fide Chriſtus ſeipſum ſpeciali modo rogaſſe docuiſſet. Petrus poteſtatẽ in agnos & oues primus & ſolus, etiam veluti *plus alijs omnibus*, accepit, nec niſi poſtea reliquis Apoſtolis dictum eſt: *Ite in vniuerſum mundũ, & prædicate Euangelium omni creaturæ*. Doctiſsimi enim viri ex magna ratione iudicârunt, illam reuelationem, quæ Petro ad mare Tiberiadis (vbi ſolus agnos & oues Chriſti paſcere iubebatur) facta eſt, anteceſsiſſe illam reuelationẽ, qua omnibus ſimul Apoſtolis præceptum

Matth. 10. Ioan. 21. Ioan. 1. Luc. 5. Matth. 18. Matth. 16. Marci. 1. Lucæ 9. Matth. 17. Matth. 16. Lucæ 22. Ioan 21. Matth. 16.

eſt, vt docerent & baptizarent omnes gentes. Id quod ex Euangelio D. Marci perſpicuè apparet, qui Dominũ Ieſum, poſtquam in vniuerſum mundum iuſsiſſet Apoſtolos ire, *aſſumptum eſſe, ait, in cælum, & ſedere a dextris Dei.* Cùm ergo iam prius cõmiſiſſet oues ſuas Petro, certum eſt, quòd etiãſi poſteà cæteri Apoſtoli fiebant Paſtores totius gregis Dominici; tamẽ ea poteſtas data eſt primùm vni Petro, nec id fruſtrà, ſed vt omnis Eccleſiaſtica poteſtas ſciretur in vno ante cæteros cõſtituta eſſe. Deniq; de genere mortis ſolius Petri nominatim prædicitur: ac ſolus Petrus *Chriſtum ſequi iubetur vſq; ad mortem Crucis.* Vt ergo cætera nũc priuilegia omittam, quæ ſoli Petro, & non etiam alijs poſtea vnquã data ſunt: quicquid Eccleſiaſticæ poteſtatis conceſſum eſt Apoſtolis omnibus, id prius ſoli Petro eſt conceſſum: vt meritò dixerit Leo: *Cùm Petrus multa ſolus acceperit, nihil in quenquam ſine illius participatione tranſiit.* Ex his ita, opinor, neceſſariò concluſerim:

Marc 16. Ioan 21. In Serm 2. aſſumpt. ad Pontificat.

Eſt poteſtas quædã in Eccleſia Chriſti, qua docere & baptizare, ſoluere ac ligare, itemq; regere & coërcere alios ij poſsũt, qui Paſtores & Doctores Eccleſiæ ſunt. Illa verò poteſtas, quæ ad Succeſſores Apoſtolorũ pertranſiit, neceſſariò dicẽda eſt ordinaria & legitima fuiſſe. Id enim vocamus ordinariũ, quod certo ac ſolenni quodam ordine à primis Magiſtratibus ad ſequẽtes iure officij peruenit. Non poteſt autem fieri, vt ordinaria poteſtas Rectorũ Eccleſiæ in vllo æquè, ac in ipſo Petro inſtituta per Chriſtũ, & ſtabilita fuerit: quia ordinarium ab ordine denominatur: in ordine autem nihil poteſt eo prius eſſe, quod primum eſt. Primus verò Petrus accepit poteſtatẽ ligãdi & ſoluendi, atq; etiã paſcendi, ſicut iã antè planum fecimus, atq; vt ipſe ordo Euangeliorũ demonſtrat. Igitur ordinaria ligandi, ſoluendi, & paſcendi poteſtas in ſolo Petro primùm inſtituta fuit, eademq; poſtea cæteris Apoſtolis per voluntatẽ Chriſti communicata eſt, ſic tamen vt nõ mutaret, aut reuocaret, quod prius dederat Petro. Si ergo poteſtas, qua omnes Epiſcopi iam funguntur, in vno Petro ab initio fuit: vtiq; Sacerdotalis poteſtas, quæ originẽ ab vno traxit, non niſi ad vnũ ſecundùm ordinariam rationem pertranſibit. Oportet aũt res rationeſq; omnes ad originẽ reuocare, ſi volumus ſcire, quid legitimũ & ſolẽne primùm fuerit, & quid deĩde extra ordinẽ acceſſerit. Etenim Chriſtus de matrimonio agẽs, cùm quid verè ad illud Sacramentũ pertineret, oſtẽdere vellet: *Ab initio* (inquit) *non fuit ſic:* quaſi diceret: Illa eſt vera & legitima natura matrimonij, quæ ab initio diuinitus inſtituta fuit. Quod autẽ poſtea ob duritiã cordis Iudæorũ acceſsit, id præter legitimam matrimonij naturam eſt. Eodem modo nunc dicimus, ordinariam Clauium poteſtatem in vno ab initio fuiſſe, & ideo ad vnum ſemper ſecũdùm veram Clauium naturam pertinere debuiſſe: nec obſtare, quòd Apoſtoli omnes, quoad alios fideles cõuertendos, poſtea pares facti fuerint, cùm & id extra ordinem grauiſsimis ex cauſis cõtigerit, & nihilominus eorum omnium Princeps Petrus fuerit. Decedentibus ergo Apoſtolis, ordinaria paſcendi poteſtas in vno primùm conſiſtit, quocum reliqui omnes velut mẽbra cũ ſuo Capite communicare debent. Etenim quicunq; in vniuerſa Eccleſia Epiſcopi aut olim facti ſunt, aut adhuc fiũt, ab alijs nec eligi, nec legitimè conſecrari poſſunt, quàm ab ijs, qui manẽt in eius Eccleſiæ cõmunione, quæ ob Cathedrã Petri illic conſtitutã, *Sacerdotalis vnitatis origo eſt.* Hinc Hieronymus Cathedram Petri cenſuit ſibi conſulendam: *Super illã Petram* (inquit) *ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunq; extra hanc domum agnum comederit profanus eſt. Qui cum Succeſſore Petri non colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.* Eccleſia ergo Chriſti velut vna ingens domus eſt, in qua ſint multi quidem, qui Agnum Paſchalẽ comedant, ſed ij omnes neceſſariò debẽt communicare cum primo Agni Diſcipulo, hoc eſt, cum Petri Succeſſore. Cuius etiam rei plures rationes reddi poſſunt: quarũ illa primum teneat locũ, quod iſto modo fidei veritas, & Chriſti gloria potiſsimùm prædicetur. Tota enim Eccleſia ſub vno Capite Chriſto ab initio mũdi vſq; ad finem vna & ſemper fuiſſe, & nũc eſſe, & in æternum fore monſtratur, dum in hoc mundo per vnum Paſtorem primũ Eccleſia militãs regitur & gubernatur. Viſibilis ergo iſta vnitas primi Paſtoris, qui ad breue tempus Eccleſiam regit, ſignum eſt alterius inuiſibilis vnitatis, in qua vnus Paſtor Chriſtus Eccleſiã ſuam totam in æternum regit. Cumq; ad gloriam Chriſti valde pertineat, vt ipſius æterna vnitas & præfectura, viſibili quopiam ſigno prædicetur, & conteſtata fiat: qui negant hunc temporalem vnius primi Paſtoris Primatum, inuident æternæ vnius Paſtoris Præfecturæ.

Ordinarium quid. Matth. 16. Matth 16. In Epiſt. ad Damaſ. 2 Ratio cur vnus primus Paſtor eſſe debeat.

Deinde non ſolùm Eccleſia vniuerſalis hoc modo vna in ſe eſſe monſtratur, ſed etiam in hoc mundo vna optimè efficitur per vnius primi Paſtoris gubernationem. Nam ſi rectè à Cypriano dictum eſt, non aliũde ortas eſſe hæreſes, aut nata ſchiſmata, quàm quòd vnus Iu-

Lib. 1. epiſt 3

dex ad

dex ad tempus vice Chriſti non agnoſcitur, eui fraternitas vniuerſa obediat: idque ſecundùm Aduerſariorum confeſsionem de ſingulis Epiſcoporum Diœceſibus dictum ſit, in quibus niſi vniuerſa Presbyterorum fraternitas pareat vni Epiſcopo, neceſſe ſit infinita ſchiſmata naſci, & hæreſes oriri: quantò magis eertum eſt, innumerabiles in tota Eccleſia hæreſes oborituras, niſi vniuerſa Epiſcoporum fraternitas vni primo Pontifici vice Chriſti ad tempus iudicanti obediat? Vt meritò idem Cyprianuus alibi dixerit: *Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra Vna ſuper Petrum Domini voce fundata.* Lib. 2. ep. 8. Quid, obſecro, aliud vna Cathedra in Eccleſia ſignificat, quàm qnòd vna ſit alijs omnibus Cathedris prior & ſublimior, cuius communionem & ſocietatem reliquæ omnes tenere atque obſeruare debeant? Vnde Optatus etiã ait: *In vna Cathedra, in qua ſedit Petrus, vnitatem ab omnibus ſeruandam, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent, vt iam* (inquit) *ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram, alteram collocaret.* De ſchiſmate Donatiſtarum. Eòdem reſpicit Pacianus, de Petro, ad quem Dominus loquebatur, ſic dicens: *Locutus eſt Dominus ad vnum, vt vnitatem fundaret ex vno: mox idipſum in communc præcipiens, qualiter tamen ad Petrum incipit.* Ad Sympronianũ ep. 3. Itemq; Hieronymus: *Inter duodecim vnus eligitur, vt Capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Hiero. aduerſus Iouin. Deniq; Leo in hæc verba ſcribit: *Magna diſpoſitione prouiſum eſt, vt eſſent in ſingulis Prouincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, & rurſus quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſolicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri Sedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vnquam à ſuo Capite diſſideret.* Epiſt 82 ad Anaſtaſium Theſſalon. Adde his omnibus illam *perfectionem, quam in vnitate eſſe* & ratio naturalis clamat, & 4. Ratio. authoritas Sanctorum atteſtatur. Nam *perfectio* (inquit Bernardus) *eſt in vnitate.* Quis enim dubitet, quin Chriſtus illum gubernandi mòdum in Eccleſia ſua inſtituerit, qui ſit longè optimus tùm in ſe, tùm ad ſtabiliendam Eccleſiæ pacem? Poſtremò (vt omittã plurimas alias rationes iam antè propoſitas) ipſe vſus, qui magiſter ſatis bonus etiam rudibus & ignaris eſſe ſolet, 5. Ratio. nos docet, Eccleſiam Chriſti longè optimè ab vno ſemper gubernatam fuiſſe. Nam vnum in terris Iudicem vice Chriſti & olim vera Dei Eccleſia cõfeſſa eſt, & adhuc confitetur: adeo vt ſi quæ Prouinciæ, aut Ciuitates vnius Paſtoris Primatum repulerint, illæ per ſchiſma & hæreſim ab ipſa fide breui collapſæ fuerint. Quæ autẽ regiones aut ſemper, aut diutiſsimè in vnius primi Paſtoris obedientia permanſerunt, apud illas & fides, & religio maximè ſemper floruerit: id quod ex his, quæ poſtea dicemus, planiſsimum fiet. Nunc reſtat, vt doceamus, Romanum Pontificem, & Petri Succeſſorem, & illum vnum Iudicem eſſe, quem vniuerſa Epiſcoporum fraternitas agnoſcere, ab illoque in fide confirmari debeat.

Petrum fuiſſe Romæ, atq; ibi Cathedram ſuam collocaſſe.

CAPVT X.

PEtrum fuiſſe Romæ, ipſe in primis teſtatur in Epiſtola ſua priore his verbis: *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus filius meus.* 1. Pet. 5. Nam quòd per Babylonẽ hoc in loco Romã intellexerit, & Scripturæ ſanctæ ratio, & Patrum authoritas docet. Scriptura enim noui Teſtamenti per Babylonis nomen Romam ſolet deſcribere, vt ex Apocalypſi conſtat, ſecundùm Tertulliani & Hieronymi interpretationem. Tertullianus in lib. aduerſus Iudæos. Nec verò vnquàm aut in libris ſacris, aut in veteris Eccleſiæ hiſtorijs legimus, D. Petrum in alia Babylone fuiſſe, quàm in vrbe Roma, quæ idcirco Babylon appellata eſt, quòd ibi & Monarchia, & inſignis ædificiorum Hieronymus pulchritudo, & linguarum nationumque velut quædam congeries & confuſio, & idololatriæ caput tunc fuerit, & inde grauiſsima in Eccleſiam Chriſti perſecutio per Imperatores in poſterum mouenda præuideretur. Accedit eòdem, quòd *Marci* nomen adiunctum ſit, quem Romæ vnà cum Petro fuiſſe, ex antiquiſsimis Eccleſiæ hiſtorijs conſtet, ibique Euangeliũ, quod à Petro Apoſtolo cõfirmaretur, ſcripſiſſe. Quid quòd Papias Hieropolitanus Epiſcopus Apoſtolorum ipſe Auditor, priorem Petri Epiſtolam Romæ ſcriptam fuiſſe, ipſamque Romam verbi trãſlatione Babylonem appellari teſtatur? Vide Euſeb. lib. 2 cap. 14. Hieronymus in Catalogo in verbo Marcus. Quod ipſum & Euſebio, & D. Hieronymo viſum eſt, quorum auctoritatem cùm Græca ſcholia ſequendam putarent, ita ſcriptum reliquerunt: *Babylonem vocat Romam, eò quòd adeo inſignis ac præclara eſſet.* Eſt igitur in verbo Dei ſatis apertè ſignificatum, quòd Petrus Romæ fuerit, vt iam ſciant, ſe oppugnatores codicum ſacrorum eſſe, qui hoc negare audent.

Cæterum tametſi hoc in Scriptura ſacra nuſquam ſignificaretur, tamen vniuerſalis Eccleſiæ traditio ad fidem huic rei faciendam ijs, qui ſano cerebro præditi eſſent, ſufficere deberet. Romæ ſub Claudij dominatu (inquit Euſebius) fama eſt, *Philonem Iudæum* in colloquium Petri, qui Romanis eodem tempore verbum Dei prædicabat, veniſſe. Porrò hæc fama de prædicatione Petri in vrbe Roma non temerè orta, verùm ab antiquiſsimis prodita eſt Scriptoribus.

Euſeb. lib. 2. cap. 15.

Papias D. Ioannis auditor hoc in primis memoriæ prodidit. Niſi enim Petrum Romæ fuiſſe crediḋiſſet, nunquàm ita interpretatus eſſet illam priorem D. Petri Epiſtolam, velut is per Babylonem figuraliter (vt Hieronymus loquitur) ſignificaſſet Romam. Deinde Caius apud * Euſebium ita ſcripſiſſe perhibetur: Si lubet in Vaticanum proficiſci, aut in viam, quæ Hoſtienſis dicitur, te conferre, trophæa Apoſtolorum (Petri & Pauli) qui iſtam Eccleſiam ſuo ſermone & virtute ſtabiliuerunt, inuenies.

Euſeb. lib. 2. cap 14.

*Eccleſ. hiſt. lib 2. ca 24.

Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus in Epiſtola ad Romanos apud Euſebium Lib. 2. Eccleſ. hiſtor cap. 24. Petrum & Paulum, qui Romanos & Corinthios primùm in Eccleſiā Chriſti inſeruērunt, prudenti quadam admonitione impulſi, in vnum locum concluſiſtis. nam ambo cùm & noſtrā Corinthi, & veſtram Romæ Eccleſiam fundaſſent, & eiuſdem doctrinæ præceptis tùm noſtros animos, tùm veſtros imbuiſſent, eodē tempore pariter martyriū ſubierūt.

Irenæus lib. 3. cap. 3. Maxima, & antiquiſsima, & omnibus cognita à glorioſiſsimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundata & conſtituta eſt Eccleſia. Et in eodem libro ca. 1. Petrus & Paulus Romæ euangelizabant & fundabant Eccleſiam.

Tertullianus de præſcriptionibus aduerſus Hæreticos: Si Italiæ adiaces, habes Romam, vnde nobis quoque authoritas præſto eſt. Felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt: vbi Petrus paſsioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes, poſtea quàm in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatùr.

Cyprianus ad Cornelium lib. 1. Epiſt. 3. dicit eos, *qui Romam ex Africa nauigabant, ad Petri Cathedram* iuiſſe. Quomodo autem Petri Cathedra eſt Romæ, ſi nunquàm Romæ ſedit Petrus?

Athanaſius in Apologia de fuga ſua: Petrus & Paulus cùm audiſſent, oportere ſe Romæ martyrium ſubire, cum gaudio abierunt.

Euſebius Eccleſ. hiſtor. lib. 2. cap. 13. ſub ipſo Claudij Imperio Dei prouidentia fortem ac præpotentem, & reliquorum omnium Apoſtolorum propter virtutis amplitudinem facilè Principem Petrum Romam verſus ad Simonem Magum delendum quaſi manu deduxit. *Et lib. 2. cap. 24.* Paulum Romæ Nerone regnante ſecuri percuſſum, & Petrum etiam ſuffixum cruci, hiſtoriarum monumentis proditum eſt. Quin etiam inſignis ac teſtata Petri & Pauli inſcriptio, quæ in cœmiterijs Romæ ad hoc vſque tempus manet, huius rei geſtæ fidem facit.

Dorotheus in Synopſi: Petrus Apoſtolorum Coriphæus tandem Romæ prædicauit, ibique crucifixus & ſepultus eſt.

Lactantius de vera ſapiētia lib. 4. cap. 21. Chriſtus decedens, aperuit Diſcipulis ſuis futura omnia, quæ Petrus & Paulus Romæ prædicauerunt, & ea prædicatio in memoriam ſcripta permanſit. Et pòſt: Cùm eos Nero interemiſſet, Iudæorum nomen & gentem Veſpaſianus extinxit, fecitque omnia, quæ illi futura prædixerant.

Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum. Simon Petrus Princeps Apoſtolorum poſt Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ, ad expugnandum Simonem Magum Romā pergit, ibique viginti quinque annis Cathedram ſacerdotalem tenuit vſque ad vltimum, hoc eſt, decimum quartum Neronis annum, à quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatis, aſſerens ſe indignum, quòd ſic crucifigeretur vt Dominus ſuus.

Ambroſius lib. 5. poſt Epiſtolam 32. de Baſilicis tradendis: Petrus victo Simone, cùm præcepta Dei populo ſeminaret, doceret caſtimoniam, excitauit animos Gentilium: quibus eum quærētibus, Chriſtianæ animæ deprecatæ ſunt, vt pauliſper cederet. Et quamuis eſſet cupidus paſsionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus eſt. Rogabatur enim, vt ad inſtituendum & confirmandum populum ſe reſeruaret. Quid multa? Nocte muro egredi cœpit, & vidēs ſibi in porta Chriſtum occurrere, vrbemque ingredi, ait: Domine, quo vadis? Reſpondit Chriſtus: venio Romam iterum crucifigi. Intellexit Petrus, ad ſuam crucē diuinum pertinere

reſpon-

reſponſum. Chriſtus enim non poterat iterum crucifigi, qui carnem Paſsione ſuſceptæ mortis exuerat. Quod enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo. Intellexit ergo Petrus, quòd iterum Chriſtus crucifigendus eſſet in ſeruulo. Itaque ſpōte remeauit, interrogantibus Chriſtianis reſponſum reddidit, ſtatimque correptus, per crucem ſuā honorificauit Dominum Ieſum.

Hegeſippus Lib. 3. c. 2. Dato à Nerone, vt Petrus & Paulus comprehenderentur, præcepto, rogabatur Petrus, vt alio ſe conferret. Proxima nocte ſalutatis fratribus, & celebrata oratione, proficiſci ſolus cœpit. Vbi ventum eſt ad portam, videt ſibi Chriſtum occurrētem, & adorās eum, dixit: Domine quo vadis? Dicit ei Chriſtus: Iterum venio crucifigi. Intellexit Petrus, de ſua dictum paſsione, quòd in ea Chriſtus paſſurus videretur, qui patitur in ſingulis: non vtique corporis dolore, ſed quadam miſericordiæ compaſsione, aut gloriæ celebritate. Et cōuerſus in vrbem redit, captuſque à perſecutoribus, cruci adiudicatus, popoſcit, vt inuerſis veſtigijs cruci affigeretur, quòd indignus eſſet, qui ſimili modo crucifigeretur, vt paſſus eſt Dei Filius. Quo impetrato, vel quia ita debebatur, vt Chriſtus prædixerat, vel quia perſecutor non inuitus indulget pœnarum incrementa, & ipſe, & Paulus, alter cruce, alter gladio necatus eſt.

Optatus lib. 2. de ſchiſmate Donatiſtarum. Negare non potes, ſcire te, in vrbe Roma Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum Caput Petrus.

Chryſoſtomus in Pſalm. 48. Piſcator Petrus, quoniam virtutem eſt perſecutus, & ciuitatem maximè regiam occupauit, etiam poſt mortem reſplendet ſole clarius. Et in Homil. 32. ad Romanos: Non ita cœlum ſplendeſcit, quando radios ſuos ſol ex ſeſe dimittit, quemadmodum Romanorum vrbs duas illas lampades vbique terrarum effundens. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Conſiderate & horrete, quale ſpectaculum viſura ſit Roma, Paulum videlicet repētè ex theca illa cum Petro reſurgentem in occurſum Domini ſurſum ferri. Qualem roſam Chriſto mittet Roma? Qualibus coronis duabus ornatur vrbs iſta? Qualibus catenis aureis cincta eſt? Quales habet fontes? Propterea celebro hanc vrbem, non propter copiam auri, non propter columnas, neque propter aliam phantaſiam, ſed propter columnas illas Eccleſiæ.

Oroſius lib. 7. cap. 6. Exordio regni Claudij Petrus Apoſtolus Domini noſtri Ieſu Chriſti Romam venit, & ſalutarem cunctis fidem fideli verbo docuit, potentiſsimiſque virtutibus approbauit, atque exinde Chriſtiani Romæ eſſe cœperunt.

Epiphanius, Hæreſi 27. In Roma fuerunt primi Petrus & Paulus, Apoſtoli ijdem, ac Epiſcopi.

Prudentius in hymno S. Laurentij:

Roma iam regnant duo Apoſtolorum Principes:
Alter vocator gentium, Alter Cathedram poſsidens
Primam, recludit creditas Æternitatis ianuas.

Maximus Taurinenſis Homil. 5. in Natali Apoſtolorum: Petrus & Paulus martyriū pertulerunt in vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum: ſcilicet, vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis.

Sulpitius Seuerus in ſacræ hiſtoriæ Lib. 2. Diuina apud vrbem religio inualuerat, Petro ibi Epiſcopatum gerente, & Paulo poſtea Romam deducto. Etenim tum illuſtris illa aduerſus Simonem Petri ac Pauli congreſsio fuit. Et pòſt: Paulus ac Petrus capitis damnati, quorum vni ceruix gladio deſecta, Petrus in crucem ſublatus eſt.

Auguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum Lib. 1. Cap. 10. Merita Petri & Pauli propter eundem paſsionis diem celebrius & ſolenniter Roma commendat. Et contra literas Petiliani, Lib. 2. Cap. 51. Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit?

Leo in Natali Petri & Pauli, Serm. 1. Petrus princeps Apoſtolici Ordinis, ad arcem Romani deſtinatur Imperij.

Theodoretus in Pſalm. 116. Magnus Petrus ab Hieroſolyma vſque ad Romanorum vrbem percurrit.

Proſper in carminibus de ingratis: *Sedes Roma Petri.*

Arator in fine Actorum Apoſtolorum:

Venit ad excelſa ſublimia culmina Roma
Petrus in Eccleſia ſacrato corpore Princeps.

Iornandes (aliàs Iordanus) Epiſcopus Gothorum in Lib. de Regnorum ac temporum ſucceſsione. Nero ipſos Doctores fidei Petrum & Paulum in vrbe interemit, alterum Cruci affigens, alterum capite plectens.

Gregorius Magnus lib. 6. Epiſt. 37. Petrus ſublimauit Sedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt.

Gregorius Turonenſis Lib. 1. Cap. 25. B. Petrus Apoſtolus ſub Imperatore Claudio, quarto ab Auguſto, Romam aggreditur, ibique prædicans in multis virtutibus manifeſtiſsimè Chriſtum eſſe Dei filium comprobauit. Ab illis enim diebus Chriſtiani apud Ciuitatem Romanam eſſe cœperunt. Et pòſt: Nero Petrum cruce, Paulum gladio iubet interfici.

Huc tandem, ſtudioſè Lector, deductam eſſe rem vides, vt ex tribus gubernandi generibus nec populare, nec Optimatum in Eccleſia Chriſti, aut ab initio inſtitutum, aut vnquam receptum eſſe, declaratum fuerit. Porrò quemadmodum vnius cuiuſpiam Principatus in ſe longè præclariſsimam gubernationis formam complectitur, tùm quia Dei proprius, tùm quia per vniuerſitaté rerum diffuſus eſt: ſic vnius Paſtoris viſibilem Primatum in Paradiſo, & ſub Patriarchis, & ſub Lege Moſaica, & ſub Chriſto in terris agente, & ſub Apoſtolorum temporibus in Eccleſia Dei fuiſſe, ac eatenus omni ætate floruiſſe, iam ſatis perſpicuè, opinor, demonſtrauimus. Id ſolùm reſtat, vt illam inſtitutionem Chriſti de vnius Paſtoris ſupra cæteros Primatu, non in Petro Apoſtolorum Principe finitam, ſed in Romanis Pontificibus D. Petri Succeſſoribus ad noſtra vſque tempora continuatam eſſe, oſtendam. Id quod in Libro ſequente, ſi Deus adfuerit; ita præſtabitur, vt à prima vniuerſitatis origine vnius Paſtoris Primatum repetentes, eundem ſtabilem & perpetuum in Eccleſia DEI eſſe oſtenſuri ſimus.

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ,

LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENTUM LIBRI SEPTIMI.

INſtituti operis ratio poſtulabat, vt explicato iã D. Petri certiſſimo Principatu, Epiſcopos Romanos in eodem Eccleſiæ militantis Primatu D. Petri Succeſſores eſſe, demonſtrarem. Verùm vt plenior eſſet & cumulatior tùm voluptas, tùm vtilitas Lectoris, viſum eſt eundem vnius Paſtoris Primatũ nõ tantùm à Chriſto per D. Petrum, ſed etiam ab Adamo per filios & poſteros eius ita perſequi, & ad Apoſtolorum vſq; tempora deducere. vt nulla ætas vnquã fuiſſe intelligeretur, in qua non extarent huius Eccleſiaſtici Primatus & ante Chriſti aduentum haud obſcura veſtigia, & poſt eius reſurrectionem manifeſtiſſimæ demõſtrationes. Iam verò vt Ciuitatis Dei ſucceſſio per aduerſariæ ciuitatis comparationem illuſtrior fieret, paucis etiam exemplis pateſeci, quinam ſingulis ætatibus aute aduẽtum Chriſt i, relicta Dei ciuitate, ad Idololatriam, hæreſim, aut ſchiſma delapſi eſſent. Poſtquàm ad Natiuitatem Chriſti peruentũ erit, paulò diligentius de hæreſibus agam, earumq; confutationem non ferè niſi ex ijs Patribus adiungam, qui hæreticorum ipſorum temporibus vixerunt, ijsq; aut coram, aut libris non multò poſtea conſcriptis, palam aperteq; reſtiterunt. Itaq; conſtabit, non modò ſemper fuiſſe aliquam Dei Eccleſiam, verùm illam omni ætate illis, qui tunc viuerent, probè cognitam fuiſſe: tùm quia notiſſimi erant aduerſarij, quorum vi & fraude oppugnabatur, tùm quia in oculis omnium erant & primi Sacerdotes, & cum ijs communicantes alij Eccleſiæ Paſtores, quorum fide, ſtudio, & diligentia defendebatur. Interim etiam quædam hæreſes antiquæ detegentur, quas ab inferis reuocatas Lutherani & Caluiniſtæ nobis iterum his temporibus obtruſerunt, quales ſunt hæreſes Simonis Magi, & Manichæorum de ſublata liberi arbitrij poteſtate, Nouatianorum de Chriſmatis contemptu, deq; Sacramento Pœnitentiæ reiecto, Donatiſtarũ de altarium euerſione, & Eccleſia Chriſti ad angulos & latebras neſcio quas redacta, Aërianorũ de ſpretis tùm Eccleſiæ ieiunijs, tùm precibus quæ pro defunctis fiunt, Pelagianorum de nõ neceſſario infantium baptiſmo, Iouinianiſtarum de nuptijs virginitati exæquatis, & alia cõplures eiuſdem generis. Deniq; cùm tanta Doctorũ Eccleſiæ in hæreſibus refellẽdis diligentia & induſtria ſingulis ætatibus fuerit, vt ne minimã quidem hæreſim prætermiſerint, quã non primo quoq; tempore cõfutârint, certiſſimum verò & clariſſimum ſit, quòd tùm alij, tũ nominatim Epiſcopi Romani iã olim & verbo dixerint, & in ſcriptum retulerint, & factis demonſtrarint, ſe credere ac docere, penes Romanum Pontificem, vtpote D. Petri Succeſſorem, totius militantis Eccleſiæ Primatum eſſe: nec tamen vllus vnquam Paſtor, Doctor, aut vir Catholicus eam ſentẽtiam velut hæreticam reprehenderit, aut impugnârit, ſed potius ita ipſi prædicauerint, docuerint, ſcripſerint, vt ex ipſorum verbis in hoc Libro citatis euincitur: ipſa luce manifeſtius eſt, eam fuiſſe fidem omnium Catholicorum Patrum, quòd Romanus Epiſcopus verè ſit tùm D. Petri ſucceſſor, tum Princeps Paſtorum, quocum cæteri fideles neceſſariò ſemper communicare debeant. Re igitur ab initio mundi repetita, vniuerſam & Patriarcharum ab Adamo vſque ad Moſen, & Leuitici generis ſacerdotum ab Aarone vſque ad Chriſtum, & Põtificum Romanorum ſucceſſionem à D. Petro vſque ad Pium Quintum, qui nunc Romæ in Petri Cathedra ſedet, ordine perpetuo continuatam, velut ſub vnum Lectoris aſpectum in hoc Septimo Libro ſubijciam.

Regimen Eccleſiæ Dei iam inde ab orbe conditofuiſſe penes vnum præcipuũ,qui reliquum gregem in figuram Chriſti æterni Paſtoris ad tempus gubernârit,quod primùm ita factum eſſe oſtenditur per Patres, qui ante Diluuium vixerunt.

A*Dam primùm formatus eſt. 1. Cor. 11.* Deinde, *cùm ille obdormiſſet,coſta ex eius latere ſumpta in mulierem ædificata eſt. Gen. 2.* Adam verò ſtatim vt euigilauit ex ſopore illo ſuo, prophetauit de perpetuo nexu,qui futurus erat inter virum & vxorem, *quod magnũ Sacramentum eſt in Chriſto & in Eccleſia. Epheſ. 5.* Fidelis igitur Propheta, & Eccleſiæ Chriſti prima origo in terris Adam fuit. Cumque Deus poſt lapſum Adæ promiſſo benedicto ſemine (quod ſerpentis,qui ſeduxit Euam, caput contereret) *Mulierem dixiſſet in viri poteſtate futuram,Gen. 3.* neceſſariò efficitur,vt vir fuerit ſpiritalis paſtor & *caput mulieris.1.Cor.11.* Porrò qui poſtea ex Adamo & Eua in mundum nati ſunt, neceſſariò ſubditi erant ijs parentibus, quos vt honorarent, Lex diuina *(Exodi 20.)* & naturalis præcepit. Forma igitur, ſecundùm quam Eccleſia primùm regebatur, neceſſariò fuit vnius Paſtoris præſidentia, & non aut plurium Optimatum æquale regimen, aut totius populi promiſcua dominatio. niſi fortè aut filij parentibus,aut vxor viro,tam in Dei,quàm in ſæculi cauſis ſubiecta non fuit. Bene habet. In Monarchia igitur Eccleſiæ Dei regimen tam inſigniter fundatum eſt, vt nec impudentiſſimus quiſque id poſſit negare. Ac nimirum Theophilus Antiochenſis doctiſſimus & antiquiſſimus auctor, *in lib.2.ad Autolycum* docet, *Deum ideo ex coſta viri mulierem finxiſſe,vt Monarchiæ ſuæ myſterium demonſtraret.* Itemque S. Martialis in Epiſtola ad Burdegalenſes ait: *Ex quo primus homo cœpit, à Deo formatus de limo,congregatio filiorum Dei,quæ iam congregatur, in illo ſæculo proclamabatur.* Imò & Epiphanius in lib.1.contra hæreſes ait: *Sancta & Catholica Eccleſia Principium omnium eſt. Adam nouit Patrem Deum,& filium,& Spiritum ſanctum. Propheta enim erat: neque circuncißionem habens, neque ſimulachra colens,ſed Chriſtianiſmi formam oſtendens.* Denique Diuus Chryſoſtomus in 1. Corinth. Homil. 34. cùm prius dixiſſet, *Adamum fuiſſe Caput vnum omnibus datum*, paulò pòſt adiecit: *Deus nouit inter æquales æmulationem eſſe. Itaque noluit Democratiam, ſed Regnum.* Nec tantùm viuente Adamo regimen Eccleſiæ penes vnum fuit, ſed etiam illo defuncto, Seth inter fideles facilè primas obtinuit. *Seth* (inquit Theodoretus in Gen. Quæſtione 47.) *propter pietatem vocatus eſt Deus: vnde qui ex eo nati ſunt, vocati ſunt filij Dei. Gen.6.* Seth igitur fuit pater & princeps filiorum ſuorum, non modò ſecundùm carnem, ſed etiam ſecundùm externam & viſibilem gubernationem, qua eos fidem & virtutem docuit. Nam circiter illud tempus, in quo natus eſt Enos, *cœptum eſt inuocari nomen Domini*, quo ex verbo ſolennior quidã Dei cultus tunc inſtitutus fuiſſe videtur. *Septimus verò ab Adã Enoch* prophetauit de vniuerſali Iudicio, ſicuti Iudas Apoſtolus in Epiſtola ſua ſcriptum reliquit. Quæ res abundè teſtatur, nec fidem,nec dona gratuita in Eccleſia illis diebus defuiſſe. In tota verò iſta Patrũ ſerie, maior natu cæteris præerat, niſi fortè circa fidẽ naufragium faciens (vt Cain,qui fugiebat à facie Dei, *Gen.4.*) ab Eccleſia excidiſſet. Ex ijs autem qui permanſiſſent in Eccleſia, vt quiſque maximus natu erat, ſic depoſitũ,quod à Maioribus acceperat,& ipſe cuſtodiebat,& poſteris tradebat. Nec vnquam duo ſimul,nedũ plures, æquali poteſtate præſidebant, cùm etiã inter geminos is,qui prior ex vtero prodierat, ſciretur fuiſſe primogenitus. Idcirco enim hoc ipſum non legis Moſaicæ, neq; etiam Euangelij aut gratiæ, ſed naturæ tempus vocatum eſt, quia iam Dei populus regebatur nõ per inſtituta Moſaica, vel Euangelica & Apoſtolica, ſed potiſſimũ per eam Dei gratiã, quæ tributa erat ſecundùm legis Naturæ ſemina & ordinẽ naſcendi. Quapropter, cùm certiſſimũ ſit, Eccleſiam in primo exordio ſuo per vnũ Adamum fuiſſe gubernatam: cumque Eccleſia & verè credatur ciuitas ſeu Reſpublica Dei eſſe *Apocal. 22.* & vna eademq; ſemper manere: nec tamen vna eademque Ciuitas & Reſpublica ſemper maneret, ſi diuerſis temporibus ſecundùm aliam & aliam formam regeretur (mutata enim regiminis forma, etiam ipſa Reſpublica mutatur, vt eadem nõ ſit, quemadmodum in Philoſophorum & Iuriſprudentum iudicijs in primo huius operis Libro docuimus) neceſſe eſt vt credamus, Eccleſiã, quæ ſemel ab vno ſummo Paſtore manifeſtiſſimè gubernata eſſe cognoſcitur, ab vno ſummo Paſtore in æternum gubernari.

1. Adam

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

PRIMA ÆTAS
Mundi Annorum
1656.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

1. Adam Pater orbis terrarum.
Sapient. 10.

Cain

egreſſus eſt à facie Domini: vt etiam omnes Hæretici egrediuntur ab Eeeleſia Dei. 1. Ioan. 2. *Exierunt è nobis*. Ferè autem exeundi origo ab inuidia promanat, dum ſibi alium anteponi moleſtè ferunt. Vnde Beatus Cyprianus in Tractatu de zelo & liuore: *Ad hæreſes atque ad ſchiſmata proſilitur, dum Epiſcopis inuidetur, dum quis aut queritur, non ſe potius ordinatum, aut dedignatur alterum ferre præpoſitum. Hinc recalcitrat, hinc rebellat.*

2. Seth.

1. Ioan. 3. Cain ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum, quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iuſta.

3. Enos.

Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum lib. 1. cap. 2. *Cain ex illa regione, in qua fratrem occiderat, extorris, tandem Naida condidit, illicque ſedem optauit. vbi etiam liberis procreatis, facultates domeſticas per vim ac rapinas accumulans, accitis vndecunque latrociniorum & nequitiæ ſocijs, magiſter illis ad facinoroſam vitam eſt effectus. Adhac ſimplicem hactenus viuendi rationem, excogitatis menſuris & ponderibus immutauit, priſtinamq́ ſinceritatem & generoſitatem ignaram talium artium, in nouam quandam verſutiam deprauauit. Primus agrorum terminos fixit, vrbemq́ extructam & communitam, coactis in vnum domeiticis & clientibus inhabitandam tradidit, Enoſa nomine impoſito, ab Enoſo liberorum natu maximo.*

4. Cainan.

5. Malaleel.

6. Iared.

Auguſtinus de Ciuitate Dei Lib. 15. Cap. 8. *Moyſes dicturus præcipuè de Ciuitate Dei, nec de altera hominum ſocietate tacet, quam terrenam dicimus ciuitatem, vt Ciuitas Dei etiam ſua aduerſaria comparatione clareſcat.*

7. Enoch.

Primus Lameeh vnus ex poſteris Cain duas ſimul vxores duxit, quod [redacted] a quibuſdā vitio ei [redacted] vertitur. Ex matrimonio inter eos contracto, qui diſparis eultus erant, gigantes nati ſunt. *Iſti ſunt potentes à ſeculo, viri famoſi*, Geneſ. 6.

8. Mathuſalem.

9. Lamech.

Tota poſteritas Cain abſorpta eſt in Diluuio: vt manifeſto appareret, ſolam Dei Ciuitatem eſſe Catholicam, hoc eſt, ab initio mundi vſque ad finem pertingere: cùm interim nulla ſit perpetua & continuata terrenæ eiuitatis ſeries aut ſueeeſsio. Nam vt nunc per Diluuium tota perijt: ſie ſæpe aliâs per Dei potentiam deformata eſt, & interrupta, quod in omnibus hæreſibus locum habet.

10. Noë.

Anno autem vitæ Noë 600. extitit Diluuium anno mundi 1656.

Epiphanius in præfatione libri ſui de Hæreſibus: *Prima omnium ſectarum mater Barbariſmus eſt, quæ durauit à diebus Adam in decem generationes vſque ad Noë. Appellatus eſt autem Barbariſmus ex eo, quòd eius temporis homines non habuerint Principem quendam aut vnam concordiam, sed quòd vnuſquiſque pro ſua ratione procedebat, & ſibiipſi lex iuxta propria voluntatis prærogatiuam fiebat.* haec Epiphanius. § Dignu animaduersione q est Schismaticis nunq fuit vnus quidam princeps, verum vnusquisq rex ... et facit quod vult. Unitas principis est propria et vera causa Catholicae ... Ecclesiae.

ff ij. Regimē

Regimen Eccleſiæ Dei fuiſſe penes vnum præcipuè ſub Noë, Melchiſedech, & alijs Patriarchis poſt Diluuium.

DEus eo conſilio Diluuium induxiſſe videtur, ne per commixtionem infidelium filiorum Cain cum fidelibus poſteris Seth, Eccleſia Dei aut hæreſi aliqua inficeretur, aut ignota & inter impios confuſa deliteſceret. Deleta igitur impiorum generatione, ſoli remanſerunt fideles & Catholici, vt ita ſciretur, ſeriem Ciuitatis diabolicæ interrumpi ſolere & diuidi: Catholicam verò Eccleſiam habere immutabilem ordinis ſempiterni continuationem. Iam verò ille vnius Paſtoris in Eccleſia Dei Primatus, qui tam inſigniter ante Diluuium in Adamo elucebat, clariùs etiam, ſi fieri poteſt, in Patriarcha Noë poſt Diluuium apparet. Nam cùm octo ſolæ perſonæ remanſiſſent in arca Noë, quarum vna fuit vxor ipſius Noë, aliæ verò tres fuerunt filij, tres autem reliquæ vxores filiorum Noë: certum eſt, & omnes vxores viris ſuis, & reliquos viros cum vxoribus ipſorum, patri ſuo Noë per legem naturæ ſubiectos fuiſſe: ipſumque Noë *præconem iuſtitiæ* ab Apoſtolorum Principe appellatum, *2. Pet. 2.* eos omnes in via iuſtitiæ ſecundùm Dei voluntatem direxiſſe. Nam & *cum illo Deus pepigit fœdus. Gene. 6. & ipſe altare primus erexit, & de pecoribus ac volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare, benedixitq́; ei Deus, & filijs eius. Gene. 8. & 9.* Fuit ergo Noë totius Eccleſiæ tunc in terra degentis ſummus Paſtor & Rector, *vixitque poſt Diluuium trecentis & quinquaginta annis*, ita vt Abraham quinquagintà duorum ferè annorum eſſet, antequam Noë moreretur. Quæ ſola res quãquàm ad Primatum vnius Paſtoris confirmandum ſatis virium habeat, tamen illud etiam ex Hæbraicis Diui Hieronymi Quæſtionibus adijcere operæpretium erit: *Tradunt* (inquit) *Hebræi, Sem filium Noë fuiſſe Melchiſedech, omnéſque primogenitos Noë, donec ſacerdotio fungeretur Aaron, fuiſſe Pontifices.* Si ergo vſq; ad Aaron primogeniti erant Pontifices, certè quidem vt vnus erat primogenitus in ſingulis familijs, ita in omnibus ſimul Tribubus erat etiã vnus, qui non ignorabatur inter alios primogenitos omnium eſſe primus & natu maximus. Fiet hòc illuſtrius per exempli appoſitionem. Abraham fuit primogenitus Thare. Nam cùm Thare *(Gene. 11.)* dicatur genuiſſe tres filios, Abram, Nachor, & Aram: primus eorũ commemoratur Abram, tùm in lib. Geneſeos, tùm *1. Paralipom. cap. 1.* Præterea Sem fuit primogenitus filius Noë. Legimus enim *Geneſ. 5. Noë cùm quingentorũ eſſet annorum, genuit Sem, Cam, & Iaphet, Geneſ. 10. Hæ ſunt generationes Noë, Sem, Cam, & Iaphet.* Denique *1. Paralip. 1. Noë, Sem, Cam, & Iaphet*, eodem ordine collocantur. Hæc eò pluribus perſequor, quòd non ignorem, nonnullos contra Scripturarum fidem inſinuare velle, quòd Sem non fuerit primogenitus Noë.

Cùm ergo & Abrahã primogenitus Thare, & Sem primogenitus Noë fuerit, ſi nunc hi duo aut etiã plures primogeniti concurriſſent: facilè intellectum eſſet, quis eorũ alteri cedere, quíſue omnium primus haberi debebat. Sem quippe totis octo generationibus anteceſſit Abrahã, & ideo maior natu Sacerdos, ac dignitate potiore præditus fuit. Hinc factũ eſt, vt cùm Abraham veniſſet ad Sem (*Hebræi enim, vt D. Hieronymus auctor eſt, tradunt Sem eſſe Melchiſedech*) tãtò ſe minorem illo atque inferiorem cognouerit, *vt Melchiſedech benedixerit Abrahæ. Gen. 14. Abraham verò dederit illi decimas ex omnibus, Hebr. 7.* Hinc apparet, cùm & Abraham, & Sem primogeniti ambo, ac Sacerdotes fuerint, non ideo tamen æquales extitiſſe, verùm primas obtinuiſſe Melchiſedech, eò quòd ſeculis aliquot Abrahamum anteiret. Vnde Theophilus Antiochenſis in lib. 2. ad Autolycũ, meritò ſcripſit de iſto Melchiſedech, οὗτος ἱερεὺς ἐγένετο πρῶτος πάντων ἱερέων τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου. *Hic Sacerdos fuit primus omnium Sacerdotum Dei altiſſimi.* Appoſui Græca verba, quoniam Conradus Clauſerus Tigurinus male ea Latinè reddidit. Sic enim ea vertit: Hic primus omnium Sacerdos Dei altiſſimi fuit. Theophilus nõ dicit, quòd Melchiſedech primus omnium fuit Dei Sacerdos: Nam & Noë, & Abel fuit Dei Sacerdos ante illum: ſed dicit, *ex omnibus Dei Sacerdotibus Melchiſedech fuiſſe primum Sacerdotem.* Quin etiã Hieronymus in Quæſtion. Hebraicis Melchiſedechi & Abrahæ Sacerdotium conferens, ait: *Apoſtolum in Epiſtola ad Hebræos ex eo, quòd Melchiſedech Abrahæ benedixerit, colligi velle: quòd Sacerdotium Eccleſiæ habentis præputium benedixerit circunciſo Sacerdotio Synagogæ.* Fuit ergo etiã in illis diebus Sacerdotiũ vnum altero maius. Quapropter quocunq; in loca Fideles olim diſperſi fuerant, ſalua tamẽ ordinis & dignitatis inter illos ratione, primatus penes maximum [illegible] primogenitum perpetuò mãſit. Qui verò Sacerdotes neglecta Maiorum ſuorum præſidentia, ſibique ſolis confidentes, omnia domi ſuo imperio egerunt: hi & ipſi errarunt, & alios in errorem [illegible], à vera & Catholica fide exciderunt. [illegible] ferè omnibus, his quidem citiùs, illis verò tardius, at omnibus tandem euenit, præterquàm Iſraelitis poſteris Abrahæ, qui per Iſaac & Iacob ab eo deſcendentes incolum[illegible] Primatum omnino conſeruarunt.

C uitas

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	SECVNDA ÆTAS Mundi, Annorum 293.	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Auguſtinus de ciuit. Dei. li. 16. c. 2. Cham qui interpretatur calidus [illegible]

Noë. — Cham, Chus,

Nemrod. Ipſe cœpit eſſe potens in terra. Principium regni eius Babylon. Gen. 10. Is dixit, non Deo, ſed propria virtuti homines fœlicitatem ſuam debere, atque ita paulatim rem ad tyrannidem trahebat: ratus fore, vt plurimi homines ad ſe deficerent à Deo, ſi modò ſe illis ducem præberet, opem ſuam offerens contra nouum aliud Diluuium. Hæc Ioſephus antiquitat: Lib. 1. Cap. 4.

Sem.

Arphaxad.

Epiphanius Hæreſi 8. *Omnis gens Regem ſibi in caput præficiebat: hinc bellum, & ſeruitus.*

Sale.

Nimrodo ſucceſsit Belus Iupiter, quem Belũ (auctore Euſebio in Chronicis) Aſſyrij Deum ſibi nominauerunt. Eodem ferè tempore Dinaſtiæ AEgyptiorum inchoatæ ſunt. Poſt annos verò ſexaginta duos, Ninus, qui & Aſſur dicebatur, filius Beli Iouis, tam Aſsyriorum auream monarchiam erexit, quàm Niniuem ciuitatem condidit, quæ Monarchia ſtetit annis. 1240. Ex his autem nominibus Beli, ac Iouis, omnia penè Idola tùm apud Chaldæos & Aſsyrios, tùm apud Græcos & Latinos nominata ſunt. Hinc Bel Babyloniorum Deus, quem Daniel deſtruxit. Hinc Beel phegor Moabitarum, Belzebub Accaronitarum, & Baalim, & Baal-iada, & Baal-meon, & quæ ſunt eius generis.

Heber.

Phaleg.

Reu.

Epiphanius Tom. 1. lib. 1. *Tempore Sarug. incepit inter homines Idololatria ac Græciſmus. Poſtea deificauerunt aut infœlices tyrannos, aut præſtigiatores, monumenta ipſorum venerantes, & longo tempore poſtea Saturnum & Iouem, Rheámque ac Iunonem, & alios deinceps. Hinc initium ſumpſerunt Ægyptiorum fabulæ.*

Sarug.

Nachor.

Epiphanius in præfatione libri ſui de Hæreſibus: *Secunda ſectarum omnium mater, eſt Scythiſmus à diebus Noe vſque poſt turris Babylonicæ tempus, ad paucos ipſius Phaleg & Rhagau annos, qui ad Europæ declinantes regionem, Scythiæ parti & ipſorum gentibus adiudicati ſunt, ab ætate Thare & vlterius, ex quo Thraces nati ſunt.* Et pòſt Libro 1. Tom. 1. *Scythiſmus à Diluuio vſque ad turrim & Seruch fuit. A Seruch autem vſque ad Abraham, & huc, Græciſmus.* Duæ igitur ſectæ in hanc ætatem incidunt, Scythiſmus & Græciſmus.

Thare.

Regimen Eccleſiæ penes vnum præcipuè fuiſſe à diebus Abrahæ vſque ad Legem Moyſi datam.

IN diuinis Scripturis tanta ratio habetur vnius Abrahæ, [illegible] Dominus ipſe dicat, *Gen. 17: Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum,* [illegible] *ſint in illo omnes nationes terræ?* Deinde Apoſtolus *ad Rom.* [illegible] ait, eum fuiſſe patrem non modo *circumciſionis*, ſed etiam *omnium credentium per præputium.* Auguſtinus verò in *15. de Ciuitate Dei ca.* [illegible] non dubitat affirmare, *Spiritum ſanctum id egiſſe per Moyſen, vt per ſucceſsiones certarum generationum ex vno homine propagatarum, perueniretur ad Abraham, ac deinde ex eius ſemine ad populum Dei.* Iam verò in rebus geſtis Abrahæ clariſsimè præfigurata eſt vnius ſummi Paſtoris neceſsitas. Cùm enim ex Chaldæa exijſſet vnà cum Lot filio fratris ſui, & tam ipſe quàm Lot gregibus ouium abundaret, *non poterat eos terra capere, vt habitarent ſimul. Gen. 13. Vnde facta eſt rixa inter paſtores gregum Abraham & Lot. Dixit ergo Abraham ad Lot: Ne quæſo ſit iurgium inter me, & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos. fratres enim ſumus. Diuiſiq́; ſunt alter ab altero.* Hæc verò in figura contigerunt illis. Deſignarunt autem, non poſſe duos Paſtores aut Præfectos populorũ, qui prorſus æquali poteſtate præditi ſunt, nec ſuperiorem vllum agnoſcunt cui ambo pareãt, in eadẽ Eccleſia cum pace diu manere, quin rixa & iurgium vel inter ipſos, vel inter eorum presbyteros & vicarios intercedat. Nam ſi ne fratres quidem, & ij tam iuſti & probi viri, poterant ſimul pacificè habitare: quantò minus hoc idem in alijs non tam perfectis hominibus expectandum eſt? Fruſtra igitur Proteſtantes dicunt, omnes Eccleſiæ Paſtores cum æquali poteſtate ad Eccleſiam regẽdam miſſos eſſe. Hoc enim perinde eſt, ac ſi dicerent, Eccleſiam in tot partes & ſectas neceſſariò diuidendam eſſe quot ſunt in mundo Paſtores & Præfecti fidelium. Cùm autem Abrahæ familia ex Iſmaële filio, ex vernaculis, & emptitijs conſiſtens, *Gene. 17.* Chriſti Eccleſiam figurãrit: quotquot Fideles in Eccleſia Chriſti ſimul degũt, vni ſummo Paſtori, qui vicem Chriſti nunc gerat, ſicut Abraham olim geſsit, ſubeſſe debent. In huius vnitate Sacramenta percipiãt, ſicut olim domus Abrahæ ſignaculum Circunciſionis ab vno illo accepit. Moriturum verò Abrahã conſtat *vni Iſaac omnia, quæ poſſederat, dediſſe.* Quin etiam certum eſt, Deum poſt obitum Abrahæ, nõ Iſmaëli, ſed Iſaac benedixiſſe. *Gene. 25.* Vnus igitur Paſtor vni ſuccedit. Et quamuis Rebecca vxor Iſaac geminos vno tempore pareret, non tamen ambo fuerunt æquales, ſed qui prior ex vtero matris egreſſus eſt, primogenituræ honorem aſſecutus eſt donec *primogenita ſua paruipendens eadem fratri natu minori vẽdidit* qui poſtea ius induſtria ſua ſibi acquiſitum cõtemplans, in myſterio dixit: *Ego ſum primogenitus tuus Eſau.* Satis autem ad noſtrum propoſitum eſt, quòd plures ſimul primogeniti eſſe non poterant, ſed in vno ſimul Paſtore primo benedicitur Eccleſia Dei. Atque hactenus quidem Eccleſia illius temporis intra vnius familiæ fines continebatur. At poſtquàm Iacob eſt mortuus, duodecim Patriarchas poſt ſe reliquit, atque ij totidem familias alebant, & ſingularum familiarum ſinguli primogeniti Sacerdotium adminiſtrârunt. Iſti enim primogeniti ſunt *illi iuuenes, quos Moyſes altari erecto, & duodecim titulis per duodecim tribus Iſrael conſtitutis, ad immolandum Domino miſit. Exodi 24.* cùm nondum vnctus eſſet Aaron in ſummum Pontificem, aut filij eius in ſacerdotes. Hoc enim poſtea factum eſt. *Exod. 28.* Habebant igitur ſingulæ familiæ Sacerdotes ſuos. Sed numquid omnes æquali prorſus poteſtate præditi erant? nihil minus. Imò primogenitus familiæ Ruben fuiſſet omnium digniſsimus, ſecundùm quod Iacob ei dixit, *Geneſis 49. Ruben primogenitus meus: prior in donis, maior in imperio,* niſi reiectus eſſet, quia maculauit ſtratum patris ſui. Exhæredato igitur primogenito Ruben, is honor poſtea delatus eſt familiæ Leui. Sed hoc interim certum eſt, Ruben futurum fuiſſe priorem cæteris ſecundùm ius naturæ tam in regni, quàm in Sacerdotij adminiſtratione. Cæterùm vt regni hæreditas ad Iudam, ſic Sacerdotij Primatus ad Leuitas extra ordinem tranſlata eſt. Nec iã rectè mihi oppoſueris, ſolos Leuitas in ſacerdotio ſucceſsiſſe. Hoc enim factũ eſt non per legem naturæ, quæ hactenus obſeruata erat: ſed per legem Moſaicam, quæ poſthac primùm incipiet. Neque verò fuiſſet opus, *vt ſolus Aaron & filij eius ſuper cultum ſacerdotij conſtituerentur, vtq́; externus, qui ad miniſtrandum accederet, moreretur,* niſi quia abſque hac lege, quam Deus per Moyſen tulit, omnium familiarum primogeniti ſacerdotio fungi potuiſſent, ſicuti conſtat, iuſtum Iob, alioſque alibi degentes Deo ſacrificium obtuliſſe. Hoc igitur eſt quod vrgemus, quoties multæ familiæ ad vnam fidei ſocietatem pertinebant, certum ordinem fuiſſe inter illas conſtitutum, & Primatum ſacerdotij penes vnum ſemper extitiſſe: vt ſi fortè inter fideles ipſos lis quæpiam de ſacris rebus orta fuiſſet, non deeſſet, qui pro authoritate ſua vel finem, vel certè modum controuerſijs imponeret. Hoc enim fieri debere cùm natura ipſa nos doceat, non eſt putandum, id eo tempore prætermiſſum eſſe, in quo ſecundùm naturæ legem Eccleſia potiſsimùm regebatur.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	TERIA ÆTAS Mundi Annorum 505.	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Abraham.

Iſaac. *Eſau*

Iacob.

Eſau pro pane & lentis edulio vendidit primogenita, & abijt paruipendens, quòd primogenita vendidiſſet. Hierony. in Epiſt 26. ad Euagriũ: *Hebræi tradũt, quòd vſq. ad Sacerdotium Aaron oẽs Primogeniti ex ſtirpe Noe fuerint Sacerdotes, & Deo victimas immolarint, & hac eſſe primogenita, quæ Eſau fratri ſuo vendiderit Iacob* Hæc ille Parui ergo facere Sacerdotalẽ dignitatẽ, & ei præferre bona ſeculi, quæ ſunt eſca ventris, hoc vnum eſt ex illis ſignis, per quæ Hæretici & Apoſtatæ cognoſcuntur.

Iudas. | *Leui.*

Anni quadringenti & triginta afflictionis & ſeruitutis filiorũ Iſraël nõ poſt ingreſſum Iacobi in AEgyptum, ſed ab egreſſu Abrahæ de Haram computandi ſunt. Primùm quia Paulus *ad Galat.3.* ſignificat, legem datã tot annis poſt promiſsionẽ Abrahæ factam. Deinde quia nõ eſt veriſimile, inter ingreſſum aui Caath. *Gen.46.* & egreſſum Moyſis nepotis Exod. 12. tot ſecula defluxiſſe. Deniq; 70. Interpretes ita litem dirimunt. *Exod.12.* Habitatio (inquiunt) filiorum Iſrael, quam habitauerunt ipſi & patres eorum in terra AEgyti, & in *terra Chanaan, quadringenti & triginta anni.* Adijciunt (velut interpretationis loco) ad Hebraicorum codicum lectionem ea verba, *Et in terra Chanaan.* quam lectionem Euſebius in Chronicis ſecutus eſt, eademq; ſententia placuit Auguſtino lib.16.c.16. de Ciuitate Dei.

Phares. | *Caath.*

Epiphan. in præfatione librorum de hæreſibus: *A tẽporibus Abrahæ Iudaiſmus formã adeptus eſt, idemque per Moſem ſeptimum ab Abraham, Lege data ipſi à Deo, dilatatus A Iuda verò quarto filio ipſius Iacob per Dauidem (qui primus ex eiuſdem Tribu regnauit) perfectum Iudaiſmi nomen ſortitus. De his enim quatuor ſectis Apoſtolus compendio dixit: In Chriſto enim Ieſu non Barbarus, non Scytha, non Græcus, non Iudæus, ſed noua creatura.* Barbariſmum Epiphanius aſsignauerat primæ ætati mundi, Scythiſmum ſecundæ, & Græciſmi initia: Iudaiſmũ verò velut ſectã numerat, præ illis cæremonijs, quæ Dei cultum ad circũciſionem carnis, & ad templum Hieroſolymitanũ aſtringebant.

Eſron. | *Amram.*

Græciſmus ergo antè inceptus, his gradibus creuit. Primùm homines à traditione Maiorũ præcedẽtes, & nimiũ graue onus arbitrati, vt Dei mandata cuſtodirent, voluptatibus ſeſe totos addixerũt. Deinde cùm moleſtia aliqua premerentur, ac neceſſe haberẽt opẽ, quàm ſibi ipſi ferre nõ poterãt, aliũde petere, eos ipſos, vnde aliquod ſolatiũ perceperãt, diuinis honorib' proſequi cœperũt. Ita imagines vel hoĩm, vel aliarũ rerum coloribus expreſſerũt, moxq; religioſam ipſarũ venerationẽ ſuis cõmendarũt.

Aram. | *Aaron et Moſes nati.*

Euſebius in Chron. Anno Moſis 35. Cecrops regnauit primus in Attica. nec multò pòſt Io in AEgyptũ profecta eſt, & Iſis ibi nũcupata. *Ferũt Cecropem* (vt eſt apud Cyrillum lib.1. contra Iulianũ) *primum ex hominibus ſacrificaſſe bouem, nominaſſeq. Iouem apud Græcos ſummum Deorum.*

Moſes fugit in terram Madian. | *Aminadab.*

Iam vſq; eò creuerat Idolorũ cultus, vt ſacerdotes ei Reipublicæ præficerentur, certaq; ſacra & cæremoniæ cõſtituerentur, quibus Idola colenda eſſent. verùm præter alia omnia, quibus ille vaniſsimus creaturarũ cultus reprehendi poteſt, illa duo ſunt inprimis perpendenda: vnum quòd nõ ab initio hic cultus erat à Deo inſtitutus, & cõtinua maiorum ſerie traditus, ſed nuper ab hominibus impijs introductus. Alterum, quòd non vbique eodem modo eſt receptus, ſed in tanta diſſenſione alibi aliter propoſitus, vt meritò Magnus Athanaſius de ea re in Oratione cõtra Idola ſic ſcripſerit: *Quot ſunt gentes, totidem Deorũ genera confingũtur. Eſt quoq. vbi eadẽ regio, atq. adeò eadem ciuitas inter ſe diſsideat in ſuperſtitione Idolorum. Phœnices certè Ægyptios Deos non agnoſcunt: neque Ægyptij eadẽ cũ Phœnicibus ſimulachra adorant. Nec Scythæ Perſarũ, nec Perſæ Scytharũ numina recipiũt. Pelaſgi Threicios deos repudiant, Thraces Thebanos ignotos habent. Indi contra Arabes: Arabes contra Æthiopes, & Æthiopes viciſsim contra illos, in ratione cæremoniarum diſſentiũt. Syri Cilicum deos non colũt: & Cappadocũ gentes, alios præter iſtos, Deorum nominibus appellant. Diuerſos item Bithynij, diuerſos Armenij commenti ſunt. Et quid opus multis? qui in continente ſunt, alios ab Inſulanis deos venerantur. In ſumma quælibet ciuitas, & vicus, vicinorum numina non agnoſcens ſuo præſtituit, eáque ſola Deorum loca habenda exiſtimat.*

Moſes populum Iſraël ex Ægypto educit.

Viſibile regimen Eccleſiæ Dei penes vnum præcipuè ſub Moyſe extitiſſe, idq́; tam ante Legem datam, quàm poſtea.

NE viſibilis Eccleſiæ Monarchia Legi Moſaicæ primùm accepta ferretur, tùm per tres primas mundi ætates vnum præcipuè alijs fidelibus præfuiſſe declaraui, tùm idipſum oſtendam in Moyſe primo Paſtore eueniſſe, etiam antequàm à Deo Legem accepiſſet. *Deus enim conſtituit Moyſen omnium Iudæorũ Principem*, mittens eum ad Pharaonẽ, vt educeret filios Iſrael de AEgypto, *Exo.3. Act.7.* Cùm aũt eduxiſſet eos, & mare tranſiiſſet, venit ad eum Iethro cognatus ſuus. *Exo.18.* Qui videns Moyſen ſolum ſedere, vt populum Dei iudicaret, non eſt auſus quidẽ Principatum eius à Deo conſtitutum euertere, auctorq́; eſſe, vt alios Optimates in ſocietatem Imperij aſciſceret: verùm prudẽter ei conſuluit, vt inferiores quoſdam magiſtratus eligeret, *qui minora tantũmodo iudicarent: quicquid aũt maius eſſet, ad Moyſen referrent. Quibus auditis, Moyſes electis viris ſtrenuis de cunctò Iſraël, conſtituit eos Principes populi, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui faciliora tantummodò iudicantes, quicquid grauius erat, referebant ad Moyſen*. Porrò Lex nondum erat data, nec cõſtitutus adhuc fuit ſacer ille ſtatus Reipublicæ, qui vſque ad Chriſtum in populo Iudæorũ perſeueraret. Iſte igitur Principatus Moſis hactenus ad naturæ legẽ referendus eſt, ſecũdùm quam & Adã, & Seth, & Enos, & Noẽ, & Melchiſedech, & Abrahã, & Iſaac, & Iacob, ſinguli ſuo tempore populo Dei præfuerunt Quibus ita poſitis, abſque omni dubitatione concluſerim, vnius primi Paſtoris Præſidentiam omni iure ac tempore nobis commendatam fuiſſe. Nam vt naturali iure ac tempore ita rem ſe habuiſſe hactenus oſtendi, ſic poſtea id ipſum de legis Moſaicæ, ac de gratiæ Chriſti ſtatu planum faciam. Quod autem in lege Moſaica vnus potiſsimùm ſacris rebus præfuerit, nec Aduerſarios puto negaturos. Scriptum eſt enim: *Exo.28. Applica ad te Aaron fratrem cum filijs ſuis de medio filiorum Iſrael, vt Sacerdotio fungantur mihi.* Et Exo.29. *Indues Aaron veſtimentis ſuis, linea, & tunica, & ſuperhumerali, & rationali, quod conſtringes balteo. Et pones tiaram in capite Aaron, & laminam ſanctam ſuper tiaram, & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius.* Et pòſt: *Veſtem autem ſanctam, qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum. Septem diebus, vtetur illa, qui Pontifex pro ea fuerit conſtitutus de filijs eius.* Et Num. 3. *Applica Tribum Leui, & fac ſtare in conſpectu Aaron Sacerdotis, vt miniſtrent ei. Dixitq́; Dominus ad Moyſen: Ego tuli Leuitas à filijs Iſraël pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Iſraël.* Hîc manifeſta ratio redditur, quare Tribus Leui Sacerdotalis fiat. Cùm enim primogeniti fuerint hactenus Sacerdotes, nunc Leuitæ ad id munus deputantur, vt primogenitorum vicem teneant. Leuitæ autem non fuerunt primogeniti filiorum Iacob, quia non de Ruben, qui primogenitus erat, ſed de Leui, quem Iacob tertio loco genuit, nati ſunt. Sed nunc inſtar primogenitorum à Deo habentur: Primùm quidẽ, quia Deo ſic viſum eſt. Deinde verò, quia Moyſe cõtra Idololatras clamãte: *Si quis eſt Domini, iungatur mihi: cõgregati ſunt ad eum omnes filij Leui, manuſq́; ſuas Domino in cæde filiorum fratrumq́; ſuorum conſecrârũt, vt daretur illis benedictio. Exo.32.*

Quia ergo Leuitæ peccatum adorationis vituli tanto feruore expiârunt, cæteris omnibus in ſacerdotali honore prælati ſunt. Inter Leuitas aũt familiæ plures cùm eſſent, Primatus Sacerdotij fuit penes Aaronem ſolum: filij verò eius inferiorem Sacerdotij gradum obtinebãt. Mortuo aũt Aarone, Moyſes filium eius Eleazarũ veſtibus illius induit. *Nume.20.* Primatus igitur ab Aarone ad filios eius ordine peruenit. Atq; in æternũ ſeruata eſt ea regula, quã Moyſes præſcripſit, dicens: *Si Iudicũ verba inter portas tuas videris variari, venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tẽpore, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Qui aũt ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui pro tempore miniſtrat Domino, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël.* Eadẽ igitur obedientia vſq; ad Chriſti aduentũ debebatur ijs, qui poſt Aaronẽ ſediſſent in Cathedra Moyſis, quæ ipſi Moyſi, dũ viueret, debita fuit. Quod hactenus de vnius Primatu dixi, aut in poſterum dicturus ſum, ad Eccleſiaſticum regimen atq; ad res ſacras totum referri debet. Neq; enim nego, Rempublicã Iudæorũ in ciuilibus cauſis ſæpius quidem à Monarchis, ſed tamẽ interdũ ab Optimatibus, interdũ etiam à populo gubernatam fuiſſe. Verùm id imprimis aſſeuero, vnũ Paſtorẽ cæteris omni ætate præfuiſſe, & regimẽ Eccleſiæ Dei præcipuè ſemper penes vnũ fuiſſe. Quod vt in hac ætate ac ſequẽtibus manifeſtè appareret, ſummorum Sacerdotum ſucceſsionem partim ex 1 lib. Paralip. cap.6. partim ex Ioſepho, Nicephoro, & alijs authoribus repetitam adſcripſi.

Sacerdotum Leuitici generis ſucceſſio.
1. Aaron.
2. Eleazarus.
3. Phinees.
4. Abiſne.
5. Bocci.
6. Ozi.
7. Zaraias aliâs, Eli.
8. Meraioth. aliâs Achitob, ſub quo Samuel.
9. Amarias, aliâs, Abimelech, quem Saul occidit.
10. Achitob, aliâs, Abiathar.
11. Sadoch ſub quo templum cõſtructum eſt.

Ciuitas

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

QVARTA ÆTAS
Mundi, Annorum
480.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Lex datur in monte Syna.

Duces & Indices poſt Moſen

Naaſſon. — *Ioſue.*
Othoniel.
Aiod.
Salmon. — *Debora & Barac.*
Gedeon.
Abimelech.
Booz.
Thola.
Iair.
Obed. — *Iephte.*
Abeſan.
Ahialon.
Abdon.
Ieſſe. — *Samſon.*
Heli.
Samuel.
Saul Rex.
David Rex.
Salomon.

Templum ædificari cœptum eſt Hieroſolymis, Anno quarto Salomonis.

Core

Nepos Caath: itemque Dathan, Abiron atque Hor, alijque ducenti quinquaginta Proceres Synagogæ, *ſurrexerunt contra Moyſen & Aaron, dicentes: Sufficiat vobis, quòd omnis multitudo ſancta eſt. Cur eleuamini ſuper populum Domini?* Vide ſi hæc eadem Proteſtantium verba non ſint contra Diui Petri Succeſſorem. Ait autem Dominus ad Moyſen: *Præcipe vniuerſo populo, vt ſeparetur à tabernaculis Core, Dathan, & Abiron. Et dixit Moyſes ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum iſtorum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Terra igitur aperiens os ſuum, deuorauit eos cum vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderúntque in infernum viui, operti humo. Sed & ignis egreſſus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum.* Num. 16.

Ignatius ad Magneſianos, Epiſt. 3. *Nemo remanſit inultus, qui ſe contra ſuperiores extulit: neque enim Legi Dathan & Abiron reſtiterunt, ſed Moſi: ac viuentes ad inferos detruſi ſunt Chore & qui cum eo conſpirauerant aduerſus Aaron: ducenti quinquaginta, igne conſumpti ſunt.*

Cyprianus lib. 1. Epiſt. 6. *Core, Dathan, & Abiron cum Sacerdote Aaron & Moſe eundē Deū nouerant, pari lege & religione viuentes, vnū & verum Deum, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium transgreſſi contra Aaron Sacerdotem, qui Sacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vindicauerunt, diuinitus percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerunt rata eſſe, & proficere ſacrificia, irreligioſe & illicitè contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Turibula quoque ipſa, in quibus incenſum illicitè fuerat oblatum, ne in vſu de cætero eſſent Sacerdotibus, ſed potius indignationis & vltionis Diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberēt, iuſſu Domini conflata atque igne purgata, in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecundùm quod loquitur Scriptura diuina: Memoriale, inquit, filiis Iſraël, vt non accedat quiſquàm alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, vt non ſit ſicut Chore. Et tamen illi ſchiſma non fecerant, nec foras egreſſi, contra Dei ſacerdotes impudenter atque hoſtiliter rebellauerant, quod nunc hi Eccleſiam ſcindentes, & contra pacem atque vnitatem Chriſti rebelles, Cathedram ſibi conſtituere, & Primatum aſſumere, & baptizandi, atque offerendi licentiam vindicare conantur.* b

Euſebius in Chronicis. Tempore Iephte Iudicis, Alexander, qui etiam Paris dicebatur, Helenam rapuit: vnde belli Troiani origo. Argonautarum nauigatio pauld antiquior habetur. Homerus longè poſtea floruit, in diebus, vt putatur, Heli Sacerdotis & Iudicis. *Conſtat autē* (inquit Ioſephus libro 1. contra Apionem) *quòd apud Græcos nulla inuenitur conſcripto poëmate Homeri vetuſtior. Antiquiſſimum literarum vſum habuiſſe creduntur à Phœnicibus, & à Cadmo ſe didiciſſe gloriantur.* Et pauld antè: *Apud Ægyptios, atque Chaldæos, & Phœnicas res geſtæ antiquiſſimam & permanentem habent memoriæ traditionem. Quia* (vt alibi in eodem libro ait) *Sacerdotibus erat iniunctum, vt circa conſcriptiones diligentiam adhiberent.*

Reges

Reges Iudaeorum in ſacris cauſis non fuiſſe Pontificibus Prælatos diuino ſaltem iure. *12. Achimaas.*

QVI ſummorum Pontificum in Eccleſia Chriſti Primatũ oppugnant, cùm omnino fate-
ri cogantur, fuiſſe in Synagoga Iudæorũ à diebus Moyſis vſque ad Chriſtum certam
Pontificum Leuitici generis ſucceſsionẽ: hoc ſaltẽ obtendunt, Pontifices illos adeo *13. Azarias.*
non ſolos rebus ſacris præfuiſſe, vt etiã Iudæorum Reges maiorem in Eccleſiaſticis negotijs
nonquidem vſum aut ſcientiam, ſed tamen auctoritatẽ ipſis Põtificibus habuerint. Reges enim
tùm alijs Pontificibus præſcripſiſſe quid agerent, tùm alios ab officio penitus remouiſſe. Hoc
qui dicunt, adeo præ inuidia, quam contra ſummos Pontifices exercent, obcæcati ſunt, vt pro- *14. Iohanam.*
pè communẽ ſenſum amiſiſſe videantur. Vnde enim metiuntur auctoritatis magnitudinem in
aliqua re? Vtrũ ex factis hominũ? An ex iure & præſcripto Dei? Quod illi à Regibus factũ aſſe-
runt, etiãſi à bonis hominibus, & bene interdũ fuiſſe factũ, non negem, atq; ideo putandum ſit,
Dei voluntate idipſum eſſe factũ: tamen nihil inde aliud rectè concludas, quàm in ſimili cauſa *15. Azarias.*
per eaſdẽ aut ſimiles perſonas tale aliquid quandoq; fieri poſſe. At facta hominũ; quantũuis bo-
na & Deo probata, diuinas leges non immutant. Ab initio Deus creauit maſculum & fœminã,
vt duo eſſent in carne vna, & vir adhæreret vxori ſuæ. Poſtea rebus ita poſtulantibus, & vnus
vir plures accepit vxores (vt Abraham, Iacob, Dauid) & vxori ſuæ libellum repudij dedit, vt *16 Amarias.*
Moyſes Iudæis permiſerat. Hæc quidem facta ſunt, & non ſemper malè ſunt facta. Sed nũ pro-
pterea ius Dei mutatum eſt, & non ſemper potius eodem modo ſe habuit, vt vnus vir vnam
duceret vxorẽ, eamq́; (excepta cauſa fornicationis) nũquàm repudiaret? Sic omnino ſe res ha-
bet in cauſa Pontificũ Synagogæ. Quod enim vel Dauid, vel Salomõ, vel quiſquam alius Rex *17. Achitob.*
bonus in rebus ſacris fecit, illud quidem in factorum genere improbandũ illo tempore nõ fuit:
ſed tamẽ ius Dei manſit illæſum, quod ſummã cognoſcẽdi & iudicãdi poteſtatẽ ſacerdotibus
Leuitici generis cõmiſit. *Qui enim ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tẽpore mi-*
niſtrat Domino, ex decreto Iudicis morietur homo ille. Deuteron. 17. Sacerdotes enim ab omni, quod *18. Sadoch*
inebriare poterat, abſtinere iubebantur, *vt haberent ſcientiam diſcernẽdi inter ſanctũ & profanũ,*
docerentque filios Iſrael omnia legitima Dei. Leuit. 10. Pactum meum cum Leui, dicit Dominus ex-
ercituũ. Lex veritatis fuit in ore eius. Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legẽ requirent *19. Sellum.*
ex ore eius, quia Angelus Domini exercituũ eſt. vos autẽ receſsiſtis de via, & ſcãdalizaſtis plurimos
in lege, irritũ feciſtis pactũ Leui, dicit Dominus exercituũ. Propter quod & ego dedi vos contempti-
biles, & humiles omnibus populis. Malach. 2. Ecce Propheta rationẽ reddit, cur mali ſacerdo- *20. Helcias*
tes non modò à Regibus Iudæorum, ſed etiam ab alienis ex Dei volũtate afflicti & puniti ſint.
Sed neq; iſta mutãt ius Diuinum. Nos autẽ quærimus, quid fieri Deus voluerit, quidq́; ab initio
præceperit. Si Reges Põtificibus in ſacris cauſis præeſſe iuſsit, tũc Aduerſarij noſtri bonã cau-
ſam fouẽt. Sin Põtifices Leuitici generis primũ inſtituti ſunt, nulla Regũ facta mẽtione, Exod. *21. Azarias.*
28. & Num. 3. ſi neq; ſuaſit Deus, neq; auctor fuit, ſed tãtùm permiſit, vt Reges à Iudæis crea-
rentur: ex eoq́; ſi Pontificũ creatio profluxit ab æterna Dei miſericordia, qua homines ſaluos
facere prædeſtinauit: Regũ autẽ Iſraeliticorũ electio ab ira potius Dei promanauit, qua puni- *22. Saraias*
re Iſraëlitas voluit, quòd ipſum abieciſſent, ne regnaret ſuper eos. 1. Reg. 8. ſi Rex iã electus iu-
beatur *exẽplar Deuteronomij à Sacerdotib. Leuiticæ Tribus accipere*, Deuter. 17. ſi peccãte Sacer-
dote, populo, Principe, priuato, primus ſacrificij honor Sacerdoti, ſecundus Populo, Principi
autẽ nõ niſi tertius locus deferatur, Leuit. 4. ſi Eleazarus Sacerdos, quãdo aliquid agẽdũ erat,
iubebatur *pro Ioſue cõſulere Dominũ, vt ad verbũ Sacerdotis egrederetur, & ingrederetur* tã ipſe Io-
ſue, quàm oẽs filij Iſrael, Num. 27. ſi Rex Ioſaphat inter Põtificis & Regis officiũ diſtinguẽs, *23. Ioſedech, ſub quo Captiuitas Babilonica. Plures Põtifices à Nicephoro interponuntur lib 2 ca. 4. ſed ego nomina poſui vt habentur 1. Paralipom. 6.*
præclarè dixit: *Amarias Sacerdos & Põtifex veſter in his, quæ ad Deũ pertinẽt, præſidebit: porrò Za-*
badias, qui eſt Dux in domo Iuda ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officiũ pertinẽt. 2. Par. 19. ſi Azarias
Sacerdos laudatur, quòd ad Regẽ Oziã diceret: *Nõ eſt tui officij, Ozia, vt adoleas incẽſum Domi-*
no, ſed ſacerdotũ, hoc eſt, filiorũ Aarõ, qui cõſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſteriũ, 2. Paral. 26. ſi is qui
eſt Sacerdos, poteſt etiam ciuilibus cauſis præeſſe, vt cõſtat in Abrahã, Iſaac, Iacob, Moyſe &
Heli eueniſſe: imò ſi Deus ægrè tulit, quãdo filij Iſrael, reiecto Leuitico Primatu, Regem eiuſ-
modi poſtularũt, qualẽ Gentes habebãt. 1. Reg. 8. Poſtremò ſi prophetæ & Sacerdotes inũgebãt
Reges. 1. Reg. 10. ex eoq́; Sacerdotũ Principatus maior fuiſſe intelligitur, vt D. Chryſ. annota-
uit, Homi 4. in verba Iſaiæ: quis poterit dubitare, quin vt ſemper fuerũt aliqui Põtifices Leui-
tici generis, ſic etiã illi in reb. ſacris ordinãdis iure diuino Primatũ ſemper obtinere debuerit?

Hinc Auguſtinus (de ciuit. Dei, lib. 17. c. 21.) ait. Tribus Leui quoniã Sacerdotalis fuit, Dei, nõ Regũ ſeruitio mãcipata; decima tertia numerabatur, verũtamẽ ad Regnũ Hieroſolymitanũ pertinebat magis, vbi erat Dei templum, cui ſeruiebant. hæc ille.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

QVINTA ÆTAS Mundi, Annorum 430.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Salomon.
Roboam.
Abia.
Aſa.
Ioſaphat.
Ioram.
Ochozias.
Ioas.
Amazias.
Ozias.
Ioathan.
Achas.
Ezechias.
Manaſſes.
Amon.
Ioſias.
Ioacim.
Ioachim, qui & Sedechias.
Ieconias.

Ieroboam primus Rex decem Tribuum, ſeu Samariæ, timens ne ſi populus ei commiſſus ſecundùm legem aſcendiſſet in Ieruſalem, vt ibi ſacrificaret Domino, conuerteretur cor eius ad Domum Iuda, cui prius paruerat, *excogitato conſilio, fecit duos vitulos, poſuítque vnum in Bethel, & alterum in Dan, dicẽs: Nolite aſcendere in Ieruſalem. Ecce Dij tui, Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Et fecit phana in excelſis, & Sacerdotes de extremis populi, qui non erant filij Leui. 3. Reg. 12.*

Auguſtinus de vnitate Eccl. *Deus eaſdem Tribus iuſſerat ſeparari, non vt Religio, ſed vt Regnum diuideretur, & hoc modo vindicaretur in regnum Iuda. Deus autem nũquam iubet ſchiſma vel hæreſim fieri. Neq; enim quia & in orbem terrarum pleruumque regna diuiduntur, ideo & Chriſtiana vnitas diuiditur, cùm in vtraque parte Catholica inueniatur Eccleſia.*

3. Reg. 19. Ecce vox ad Eliam dicens; *Quid hic agis Elia? Et ille reſpondit: Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuũ filij Iſraël, altaria tua deſtruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam.* Hæc verba quidam errantes ipſi, & alios in errorẽ mittentes, eò trahunt, velut Elias putaſſet, nullum fidelem in mundo relictũ eſſe præter ſeipſum: ex eoque effici volũt, vt lateat interdũ vniuerſa Dei Eccleſia per totum orbẽ terrarum. Sed primùm, etiamſi hoc ita in veteri Teſtamento eueniſſet: ſecus tamen eſſet in ſtatu gratiæ, ſub quo *Ciuitas in monte conſtituta non poteſt abſcondi. Matth. 5.* Nam ſiue hoc verbum vel de quolibet inſigni viro, ſeu de toto prædicatorum ordine, ſeu etiam de tota Eccleſia intelligatur: quolibet modo certum eſt, Eccleſiã totã latêre nunquàm poſſe. Nam ſi aut pauci Paſtores Eccleſiæ, aut vnuſquiſpiam vir inſignis latêre non poteſt: nec illa quidem Eccleſia latêre poteſt, in qua illi pauci, aut vnus ille viuit. Iam verò nunquàm deerũt in Eccleſia multi ſimul Paſtores, Chriſto ad Apoſtolos dicente: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Qui verò omnibus diebus docent & baptizant multas gentes (quomodo enim alioqui Chriſtus cum illis eſſet *omnibus diebus*, niſi vt illi præcepto Chriſti *omnibus diebus* obedirent) ij nullo vnquàm die latêre poſſunt. Deinde Elias non eſt locutus de tota Eccleſia per vniuerſum orbem diffuſa, ſed tantùm de Samaria. Ita enim dixit: *Dereliquerunt pactũ tuũ filij Iſrael.* At interim in Ieruſalẽ templum ſtetit, altare Dei floruit, Leuitæ miniſtrabant, Prophetæ prædicabant, Sacerdotes officio ſuo fungebantur. Denique *Aſa regnauit, qui fecit rectum in conſpectu Domini, ſicut Dauid Pater eius. 3. Reg. 15.* Regnauit autem annis 41. & ſucceſsit ei filius eius Ioſaphat, qui & *ambulauit in omnibus vijs Aſa Patris ſui, & regnauit in Ieruſalem annis viginti quinque. 3. Reg. 22.* Cùm igitur Elias horum Regum tempore vixerit, nec illos ipſos, eorũmue ſanctam ſocietatem ignorare potuerit: filij maledictionis ſint neceſſe eſt, qui non parum in Dei verbo verſati, dicunt tamen, Eliam neminẽ præter ſe fidelem cognouiſſe. Ille autem non loquebatur de Iudæa (in qua tunc erant pluſquàm vndecim centena millia hominum rectam fidem profitentium, vt apparet *2. Paralip. 17.* ſed de Samaria, in qua propter Apoſtaſiam Regum, non apparebat quidem vllus, qui profitebatur veram fidem (vt nec hodie ſcitur eſſe, qui Catholicam fidem profiteatur in Geneua) licet Deus multa millia ſeruauerit, qui non curuârunt genua ante Baal. In aliqua ergo parte mundi latet interdum Eccleſia, non autem in toto mundo.

Templum combuſtum 4. Regum 25. & Iſraelitæ in Babylonem traducti.

Euſebius in Chronicis. Ioathan apud Hebræos regnante, quadringentis ferè annis poſt Troiæ captiuitatem, Olympiades (quatuor annis in medio ſingularum expletis) inſtitutæ ſunt. Ante quod tempus nihil certi habetur in Græcorum hiſtorijs. Circiter Olympiadem quintam aut ſextam Roma aſſeritur condita, regnante apud Hebræos Achaz. Draco primùm, deinde Solon Legumlatores paulò ante captiuitatem Babylonicam Athenis floruerunt.

Pontifices

❧ *Pontifices Iudæorum non modò æternum vnius Chriſti Sacerdotium & Primatum, ſed etiam Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum in eo adumbraſſe, vt ſignificarent, vnum Paſtorem ſub Chriſto ad tempus Primatu viſibili potiturum eſſe.*

QVAE tùm ante Legem Moſaicam, tùm ſub ipſa vel præcepta, vel facta ſunt, ad Chriſtum, qui finis eſt Legis, præcipuè referri debent. Sed quia Eccleſia eſt ſponſa Chriſti, & os de oſsibus, caroq; de carne eius, *Epheſ. 5.* in Eccleſia quoque ex parte impletur, quicquid in populo Iudæorum velut figura futurorum præceſsit. Vnde Apoſtolus ait. *Hæc in figura facta ſunt noſtri, 1. Corinth. 10. & ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Rom. 15.* Imò idē Apoſtolus probat, Euangelij prædicatores rectè poſſe eorum carnalia metere, quibus ſpiritalia ſeminârunt, quia ſcriptum eſt: *Non alligabis os boui trituranti*, & quoniam *qui operabantur in ſacrario, quæ de ſacrario fuerunt, edebant. Nam propter nos*, inquit, *ſcripta ſunt*. Idem Apoſtolus, *2. Cor. 3.* Legem cum Euangelio, Moyſen cum Chriſto, Leuiticos ſacerdotes cum noui Teſtamēti miniſtris confert, atque illos *mortem & damnationem*, hos vero *Spiritum & iuſtitiā miniſtrare ait.* Si ergo idē eſt Chriſtus nobis, quod illis Moyſes fuit, idemq; ſunt nobis miniſtri Chriſti, quod illis Leuitæ: cur vt inter Leuitas vnus fuit Aaron, qui omnibus in mundo ſynagogis præfectus erat, ſic inter Chriſti miniſtros non erit aliquis vocatus tanquam Aaron ad Primatum reliqui totius gregis? Imò niſi hoc ita ſit, Lex non modò aliqua in re, ſed in re planè optima & præclariſsima, vicit ſtatum Euangelij. Nam vt in toto corpore caput eſt mēbrum digniſsimum: ſic etiamſi hinc Moyſen inde Chriſtum excipias, nihilominus tā inter Leuitas, quàm inter Chriſti miniſtros Caput reliquorū reliquis dignius eſt. Quod ergo eſſet inter Leuitas minus dignū, ſcilicet vt aliqui eſſent ſubiecti & inferiores Aarone, hoc imitabitur & implebit Eccleſia: quod verò fuit digniſsimum, vt videlicet præter Moyſen vnus Aaron alijs Leuitis præeſſet, hoc ſolùm non aſſequetur, nec adimplebit eadē Chriſti Eccleſia? Paſsim videas, antiquos Patres argumentari à circunciſione ad Baptiſmum, à Manna vel Paſchali Agno, ad Euchariſtiam, à ieiunijs & ſabbatis Iudæorum, ad noſtra ieiunia, noſtroſque dies feſtos: itemq; ab alijs veteribus figuris ad ea, quæ Euangelij tempore in Eccleſia fiunt. Duodecim fontes Elim, duodecim gēmas in ſacerdotali tunica Aaron, & duodecim lapides ab Ieſu de Iordane electos, totidē Apoſtolos portendiſſe, itemq; Septuaginta palmarum arbuſta totidem ſignificaſſe Diſcipulos Domini, Tertullianus auctor eſt, Lib. 4. aduerſus Marcionem. At ne conqueraris, proprium nihil Petro datum affirmari, apud eundem Tertullianum ibidem ſequitur: *Mutat & Petro nomen de Simone, quia & creator Abrahæ & Saræ, & Auſeæ nomina reformauit. Sed & cur Petrum? An quia & Petra & lapis Chriſtus? Itaque affectauit chariſsimo Diſcipulorum de figuris ſuis peculiariter nomen communicare.* Hæc Tertullianus. Cùm verò Moyſes appellat Iudæos *gentem ſanctam & Regnum ſacerdotale, Exo. 19:* Princeps Apoſtolorum appellauit Chriſtianos iiſdem nominibus, niſi quòd regnum ſacerdotale commutauit in *Sacerdotium regale. 2. Pet. 2.* Eſt igitur in Eccleſia *Regnum quoddam Sacerdotale*, hoc eſt, Princeps quidam Sacerdotum & miniſtrorum omnium, qui Chriſti myſteria diſpenſant. Eſt, inquam, talis Princeps inter Chriſtianos, qui nunc in terra degunt, ac fateor quidem, verum Regem æternumque Sacerdotem noſtrum nō niſi vnum Ieſum Chriſtum eſſe. Is enim *regnat in domo Iacob in æternum. Luca 1.* Sed Chriſtus (vt Iſychius ait libro 2. in Leuit. cap. 10.) *Sacerdotes in proprium locum Eccleſiis conſtituit.* Et quemadmodum Iudæi præter internum fidei charitatiſque Sacerdotium, habebant etiam externum ſacerdotium, quod futuro tunc Chriſti Sacerdotio teſtimonium dicebat: ſic etiam Chriſtiani præter internum eiuſdem fidei charitatiſque Sacerdotium, habere debent externum aliquod miniſterium Eccleſiaſticum, quod præſenti quidem, ſed iam inuiſibili Sacerdotio Chriſti præſens & viſibile teſtimonium ferat. Abſurdum enim foret, vt plura eſſent ſigna & indicia futuri, quam præſentis ſacerdotij Chriſti, præſertim cùm id Sacerdotium Chriſti, quod iam non videtur ab hominibus, eò magis indigeat viſibili teſtimonio, per quod fides ei fiat.

24. *Ieſus*, ſub quo Iudæi è Babylone redierunt.
25. *Ioachī*, ſub quo Eſdras.
26. *Eliaſeph*, ſub quo Iudith.
27. *Ioachas*, ſub quo Eſther.
28. *Ioānes.*
29. *Iaddus* ſub quo tēplū in Garizim fit.
30. *Onias.*
31. *Simon.*
32. *Eleazar*, ſub quo 72. bibliorū Interpretes.
33. *Manaſſes.*
34. *Onias.*
35. *Simō.*
36. *Onias.*
37. *Ieſus.*
38. *Onias*, ſub quo Antiochus Epiphanes figura Antichriſti.
39. *Alcimus* ſacerdos illegitimus.
40. *Onias*, qui in Ægypto templum ædificauit.
41. *Iudas Machabæus*
42. *Ionathas.*
43. *Simō.*
44. *Ioannes*, aliâs, *Hircanus.*

Atque vt

A reditu ex captivitate babylonica usque ad 18. annum Tyberij Caesaris quo passus est Christus, numerantur 137 olympiades, i. anni 548. [illegible] annos captivitatis 70, erunt anni 618.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

SEXTA ÆTAS
Mundi Annorum
circiter
620.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Salathiel. 4. Reg.17. Tranſlatis in Aſſyriam decem tribubus, adduxit Rex Aſſyriorum gentem de Babylone, de Cutha, de Anah, de Emath & de Sepharnaim, qui terram Samariæ incolerent. Hi autem cùm idola colerent, à leonibus interfecti, poſtea ſimul Dominum colebant, ſimul dijs ſuis ſeruiebant. Inde Samaritarum hæreſes & ſectæ.

1. Quinque libros Moſis admittunt, ſed nullas præterea ſcripturas.
2. Dum orant, intenti ſunt in montem Garizim.
3. Reſurrectionem corporum, & Spiritum ſanctum negant.
4. Vrina ſe proluũt, vbi ab externis venerint. Hæc Epiphanius li.1. Secta.9. Diuidũtur (ſecũdùm eundẽ Epiphaniũ) in 4. ſectas: Eſſenos, Ghorrenos, Sebuæos, & Doſitheos. Præcipuæ cõtentiones inter eos erãt de Feſtorũ legaliũ ritu & celebratione.

Zorobabel Quanquam Pythagoras multò antè ſub Numa Rege in Italia docuerit, tamẽ quia reliqui Philoſophi ferè his temporibus floruerunt, hîc potiſsimùm de ſectis eorum agere viſum eſt. Diſſenſerunt autẽ de rebus plurimis & maximis. Atq; vt cõijcias, quãtæ in alijs rebus Philoſophorũ fuerint diſſenſiones: de ſolo rerum omniũ principio vide quàm variè opinati ſint, Epiphanio authore in Cõpendio contra hæreſes.

1.	Thales Mileſius.	Aquam.
2.	Anaximenes.	Aërem.
3.	Heraclitus.	Ignem.
4.	Strato.	Calidam eſſentiam.
5.	Archelaus.	Terram.
6.	Anaximander & Parmenides.	Infinitum.
7.	Anaxagoras.	Similares rerum rationes.
8.	Epicurus.	Atomos.
9.	Empedocles.	Inimicitiam.
10.	Plato.	Deum materiam & formam.
11.	Ariſtoteles.	Deùm, & materiam.
12.	Prodicus.	Quatuor Elementa.

Dicebant eſſe Principium vniuerſi.

Abiud. *Eliachim.*

1. Pythagorici docuerũt quãdam animorũ immortalitatẽ, ſed ſimul mendacium adiunxerunt de eorũdem animorum à corporibus ad corpora tranſmigratione.
2. Stoici, Deum appellarunt animum mundi, animam verò Dei partem: Deitatem in Solem, aërem, & alia diuidebant. fatum poſuerunt.
3. Platonici, qui & Academici, materiam Deo contemporaneam poſuerunt.
4. Epicurei dixerũt, mundũ caſu, non prouidentia ſubſtitiſſe: Summũ bonũ in voluptate ſitũ eſſe, ſic tamẽ, vt voluptas etiã animi poſſet in ea ſententia cõprehendi. Sed Ariſtippus in voluptate corporis ſummũ bonũ poſuit. Alij mũdos innumerabiles aſſeruerũt, alij vnum quidẽ, ſed ipſum hi ortũ, & interiturum: illi æternum dixerunt. Alij conſtituerunt tantùm in corpore finem bonorum, alij tãtùm in animo, alij in vtroq;, alij extrinſecus poſita bona ad animũ & corpus addebãt. Quãtoperè verò diſſenſerint etiã de principijs rerum, ac de fide ſenſibus adhibenda vel non: quodq; nihil ferè aliud, quàm alij alijs cõtradicere conati ſunt: videre licet apud Euſebium de præparatione Euãgelica Li.14 c.1.2.& 3. itemq; apud Epiphan. Li.1. To.1.& apud Auguſtin. de Ciuit. Dei Lib.18 c.41. Idem Lib.19.c.1. ex Marco Varrone declarat, placita Philoſophorum de finibus bonorum tam incerta & male fundata fuiſſe, vt vſque ad ducentas & triginta & octo ſectas multiplicari potuerint.

Azor.

Sadoch. His omnibus ſectis Auguſtinus opponit vnã Eccleſiæ Dei fidem & ſententiam, de Ciuit. Dei, Lib.19. cap. 4. *Ciuitas Dei confitetur, æternam vitam eſſe ſummum bonum. propter illam adipiſcendam rectè nobis eſſe viuendum. Et quoniam bonum noſtrum iam non videmus, oportet vt credendo quæramus: nam iuſtus ex fide viuit, neque ipſum rectè viuere nobis ex nobis eſt, niſi credentes adiuuet & orantes is, qui & ipſam fidem dedit, quã nos ab illo adiuuandos eſſe credamus.* Hæc ille.

Atque vt teſtimonium Sacerdotio Chriſti antequàm aduenißet, nõ verbo tãtùm, ſed etiã externo Sacerdotũ officio ferebatur: ſic etiam nunc oportet, æternũ Chriſti Sacerdotium & verbo & facto conteſtatum reddi: *vt ſciamus traditiones Apoſtolicas* (inquit Hieronymus ad Euagrium) *ſumptas de veteri Teſtamento: quod Aaron & filÿ eius atq. Leuitæ in Templo fuerunt, hoc ſibi Epiſcopi, & presbyteri, & Diaconi vendicẽt in Eccleſia.* Hæc ille. Quemadmodũ igitur in Sacerdotio viſibili Iudæorũ vnus Põtifex præfuit pluribus Sacerdotibus, vt ita Sacerdotium Chriſti vnicũ fore ſignificaretur: ſic in Chriſtianorũ viſibili Sacerdotio ſeu miniſterio, vnus Epiſcopus cæteris omnibus præeſſe debet, vt ita & id, quod fit in Eccleſia, legem plenius impleat, impletamq; oſtẽdat, & vnitas æterni Sacerdotis noſtri verius atq; expreßius demõſtretur. Idem Hieronymus in lib. 2. aduerſus Iouinianum, ita ſcribit: *Et in veteri, & in nouo Teſtamento aliũ ordinem Pontifex tenet, alium ſacerdotes, aliũ Leuitæ, alium Ianitores, aliũ Æditui.* Ecce iterum cõfert miniſtros Chriſti cũ Leuitico miniſterio. Nec ita huic auctoritati ſatisfacias, ſi dicas, in ſingulis Chriſti Eccleſÿs ita nũc eſſe vnum Epiſcopum, vt tũc inter omnes Leuitas vnus fuit Pontifex. Nam etſi hoc verum eſt, tamẽ vt olim, quæ in toto mundo erant Synagogæ, licet proprium Archiſynagogũ ſingulæ haberent, tamen omnes vni ſummo Pontifici parebant: ſic etiam nunc, licèt ſingulæ Eccleſiæ per vniuerſum mundum ſingulos habeant vel Presbyteros, vel Epiſcopos ipſis præpoſitos, tamẽ omnes vni ſummo Pontifici parêre debẽt. Status enim Synagogæ veteris & Leuitici miniſterij non modò ſingulas Chriſtianorũ Eccleſias, & ſeparatas Epiſcoporum Diœceſes, verùm etiam Eccleſiæ militantis corpus cõnexum, & per omnes iuncturas ſibi aptum & cohærens, tantò magis ſignificauit, quantò dignius eſt & præſtantius totum ſua parte.

Auguſtinus etiam in Epiſt. 166. dicit Chriſtum in illis verbis: *Quæ dicunt, facite* (quæ verba conſtat de ijs ſacerdotibus dicta eſſe, qui ſedebant in Cathedra Moyſis) *plebem ſecuram de propoſitis malis feciſſe. Deum enim in Cathedra vnitatis doctrinam poſuiſſe veritatis, ita vt cogantur etiam mali bona dicere.* Porrò nihil hæc ad Eccleſiæ Chriſti ſtatũ pertinerẽt, niſi & veteris ſynagogæ ſtatus noſtrum adumbraſſet, & eſſet *vnitatis quadã Cathedra* in Eccleſia Chriſti cõſtituta. vt aũt Cathedra Moyſis in ſynagoga: ſic Petri Cathedra in Eccleſia meritò *vnitatis Cathedra* dicitur, quia vtrobiq; illa Sacerdotũ ſucceßio primas obtinet, quæ vel à Moyſe in Lege, vel à Petro in Euangelio deducitur. Caput eſt, quòd Chriſtus, dum in terris agens Legem implebat, viſibilem totius Eccleſiæ ſuæ curam geßit, & tam Diſcipulis, quàm Apoſtolis eius vnus præfuit. Quòd ſi Lex illo tempore per viſibilem vnius Chriſti præfecturam implebatur, debeatque nunc eodem modo, quo tunc impleta eſt, ſemper plena manere, & nunquàm iterum ad priorem imperfectionem aut vacuitatem reuerti: omnino fatendum eſt, per omnia ſecula vſque ad finem mundi aliquem vnum in terris eſſe debere, qui ſub Chriſto alijs fidelibus inſtar viſibilis præſentiæ Chriſti præſit: ne Lex, quæ per viſibilem Chriſti Primatum ſemel impleri cœpit, nunc aliter impleta cenſeatur, ſi nullus omnino exiſtit Primatus, qui ſub Chriſti nomine in terris agnoſcatur. Cùm enim viſibile regimen Eccleſiæ eorum ſit, non quæ ſemel fiunt, & mox tranſeunt, vt mors & Paßio Chriſti, ſed quæ ſemper eodem modo manent, vt prædicatio Euangelij, Baptiſmus, & alia Sacramenta, quæ Chriſtus inſtituit: certè ſicuti eadem nunc Euchariſtia ab alijs miniſtris in Chriſti nomine datur, quæ dabatur ab ipſo Chriſto, dum in terris agebat: ſic etiam idem Primatus nunc in Eccleſia perſeuerat, qui tunc aderat, quando Chriſtus ipſe viſibilem Eccleſiæ Præfecturam in prædicãdo, in mittendo Apoſtolos, & in miniſtrando Sacramenta exercuit. Dicebat enim ad Apoſtolos ſuos: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Ioan. 20. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filÿ, & Spiritus ſancti. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſeculi.* Porrò vt Chriſtus cum Apoſtolis eſt, ita nũc quoque docens & baptizans, vt tamen illi ſub illo velut miniſtri eius tam doceant viſibiliter, quàm baptizent: ſic etiam Chriſtus cum Apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus ita hodie quoque vnus & ſolus Primatum in Eccleſia exercet, vt tamen ſub illo alius etiam vnus & ſolus viſibile miniſterium eiuſdem Primatus obeat, & exequatur. Quicquid enim Chriſtus per viſibilem & externam actionem geßit, dum in terris erat: idipſum ita nunc inuiſibiliter agit & præſtat in cœlis, vt ſimul eiuſdem rei viſibile ſignum & miniſterium in terris appareat, quod inuiſibilem illam veritatem ſignificet, ac hominibus conteſtatam reddat.

45. Ariſtobulus, qui Diadema ſibi impoſuit primus.
46. Ianneas Alexander.
47. Hircanus, ſub quo Põpeius templum diripuit.
48. Antigonus.
49. Anaëlus. ab Herode ſuppoſitus.
50. Ariſtobulus.
51. Ieſus.
52. Simon.
53. Mathias.
54. Ioſephus.
55. Iozar⁹.
56. Eleazarus.
57. Ieſus.
58. Ananus ſeu Anna Caiphæ ſocer.
59. Iſmael.
60. Eleazarus.
61. Simon.
62. Caiphas, ſub quo Chriſtus nos redemit. Alij ferè vndecim ſucceſſerunt vſque ad tẽpli Hieroſolymitani euerſionẽ. Ioſephus refert ab Aarone, vſq; ad vltimũ Phanaſum, Pontifices 83. extitiſſe, antiq. Iud. lib. 20. ca 18. Noſtra cõnumeratio pauciores habet.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

SEXTA ÆTAS Mundi Annorum circiter 630

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Achim. *Manaſſes,* frater Iaddi Pontificis partim libidine ducendi alienigenam, partim ſpe ſummi Sacerdotij conſequendi, à Cathedra Moyſis & ſucceſsione Pontificum defecit, ſeque ad Sanaballetem Perſam, cuius filiam duxerat, contulit, cuius opera templo in Monte Garizim ædificato, ſchiſmaticum Pontificatum ibi adminiſtrauit, & poſteris ſuis reliquit. *Ioſephus Antiquitat. Iudaic. Libro. 11. cap. 8.* Cuius templi honorem cùm Samaritæ Hieroſolymitano auſi eſſent opponere, Andronico Hieroſolymitani Templi maieſtatem per continuas Pontificum ſucceſsiones, vſque ad ſua tempora continuatam demonſtrante, Rex Ptolomæus Philometor decreuit, Hieroſolymitanum eſſe ex ſententia Moyſis conditum. *Ioſephus antiquit. libro 13. cap. 6.*

Eliud.

Eleazar.

Ibidem oſtendit, Oniam in AEgypto aliud templum ædificaſſe, velut ex Iſaiæ prædictione.

Mathan.

Onias, qui & Menelaum ſe dici voluit, vnaque cum illo Tobiæ filij ſecedentes ad Antiochum Epiphanem, renunciârunt patrijs inſtitutis, & legibus, ac ritus Græcanicos aſſumpſerunt. *Ioſephus Antiquit. Iudaicar. Libro 12. cap. 6.* Hinc Rex Antiochus accepit occaſionem euertendi Iudæorum religionem, quam reſtituerunt *Machabæi.*

Iacob.

Ioſeph vir Mariæ.

Iudaiſmus à tempore Circuncifionis Abrahæ inculpatæ inceptus, tandem diuiditur in ſeptem hæreſes.

1. Saducæos, qui negabant reſurrectionem.
2. Scribas, qui Scripturas Sophiſticè interpretantes, portabât in pallijs ſuis latas ex purpura notas fimbrijs adiectas.
3. Phariſæos, qui Fatum ponebant.
4. Hemerobaptiſtas, qui quotidie lauabantur.
5. Nazaræos, qui dicunt, fictos eſſe libros, qui ſub Moyſis nomine feruntur.
6. Oſſenos, qui oderunt virginitatem.
7. Herodianos, qui Herodem eſſe Chriſtum dixerunt.

Ieſus Chriſtus
1. Natus anno 42. Auguſti.
30. Baptizatus anno 15.
33. Tyberij, & crucifixus an. 18. eiuſdē.

Reliqua vide apud Epiphanium lib. primo Tomo primo ab Hæreſi 14. vſque ad 20.

Chriſtus Eccleſia in nomine ſuo fundata, ſectis Iudæorum finem impoſuit.

Summa eorum, ex quibus probatum eſt, Petrum à Chriſto Principem Apoſtolorum, & Primum Paſtorem totius Eccleſiæ ſecundùm Euangelij veritatem conſtitutum eſſe.

1. Ioan. 1. Intuitus Simonem Ieſus, dixit: Tu es Simon filius Iona, *Tu vocaberis Cephas*, quod interpretatur Petrus, id eſt, ſaxum ingens, quale in fundamento ædium collocari ſolet. Petrus ergo poſt Chriſtum molem Eccleſiæ militantis ſuſtentabit, poteſtate in idipſum à Chriſto data.

2. Lucæ. 5. Aſcendens *Ieſus in vnam nauem, quæ erat Simonis, ſedens docebat de nauicula turbas*. Vt ceſſauit autem loqui, *dixit ad Simonem: Duc in altum*. Nauis Petri, Eccleſia eius eſt, in qua Chriſtus ſedet, quia ſemper manet in Eccleſia Petri, & inde turbas docet. Quoties verò Eccleſia progreditur in altum, id eſt, in diſputationem arduam ad hæreſes confutandas, gubernator nauis & Dux itineris Petrus eſt.

3. Marci. 1. Proſecutus eſt Ieſum *Simon & qui cum illo erant*. Ecce Diſcipuli Ieſu dicuntur eſſe cum Petro, tanquàm videlicet cum Duce ac præceſſore ſuo. Idem loquendi modus habetur Lucæ. 8. ac 9. & Ignatius in Epiſt. 7. Apoſtolos nominat, eos, *qui circa Petrum erant*.

4. Matth. 10. *Primus* (Apoſtolus) *Simon, qui dicitur Petrus*. A primo autem Primatus denominatur. Primatus igitur Petri in Euangelio fundatus eſt & re, & nomine.

5. Ioan. 6. Dixit Ieſus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? *Reſpondit ei Simon Petrus*, tanquàm os & caput cæterorum. Capitis enim eſt pro reliquo corpore rationem reddere: idem facit, Lucæ 12. Matth 18. & 19.

6. Matth. 14. Petrus dixit: Domine ſi tu es, *iube me ad te venire ſuper aquas*. & ipſe ait: *veni*. Et deſcendens Petrus de nauicula, *ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum*. Aqua maris populum totius mundi ſignificat, qui curæ Petri pluſquàm alterius cuiuſpiam committitur. & ideo cæteris nauigio venientibus, ſolus Petrus ſuper totam aquam graditur.

7. Matth. 16. Dixit Ieſus ad Diſcipulos ſuos: *Vos* autem quem me eſſe dicitis? *Reſpondens Simon Petrus*, dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui*: Ab omnibus quæritur, ſed vnus reſpondet pro omnibus, quia omnium vicem tenuit, vtpote caput omnium. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: *Beatus es Simon Bar Iona*, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*. Petra præſens demonſtratur, *Tu ès Petrus*: ædificatio in futurum differtur. Ex quo liquet, nec Chriſtum, nec fidei confeſſionem, per hanc Petram propriè intelligi: quia ſuper illa fundamenta iam antea erat ædificata Eccleſia. Nunc igitur Eccleſia *promittitur ædificanda ſuper Petrum*, vtpote qui primus lapis Eccleſiæ militantis erit. Cui reliqui omnes tanquàm firmiſsimæ rupi ſecurè adhæreant.

8. *Et tibi dabo claues Regni cælorum, & quodcunque ligaueris* ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: &, *quodcunque ſolueris* ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Primus accipit promiſsionem clauium, vt, dum cæteri claues vni Petro prius datas poſtea ex dono Chriſti accipiunt, ab vno Chriſto per vnum viſibilem Paſtorem omnia proficiſci intelligantur.

9. Matth. 17. Cùm veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, *ad Petrum*, & dixerunt *ei*: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? *Ait, Etiam*. Et cùm intraſſet in domum, *dixit illi Ieſus: Vade ad mare, & mitte hamum*, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtatêrem: illum ſumens, *da eis pro me & te*. Solus cum Domino veriſsimo Patrefamiliâs cenſetur, tanquàm & ipſe militantis huius familiæ caput ſub Chriſto conſtitutus.

10. Ioan. 13. Cœpit lauare Diſcipulorum pedes & extergere. *Venit ergo ad Simonem Petrum*. Venit vtique primùm ad Petrum, quia Princeps omnium erat Petrus.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

SEPTIMA ÆTAS mundi, & nouiſsima eius hora inchoatur à primo Chriſti aduentu, & pertingit vſque ad ſecundum, cuius tēporis iam agitur Annus 1571.

Anni Domini.	Pontifices Maximi.	Imperato. Rom.
	Ieſus Chriſtus Pontifex Maximus in æternum ma-	Iulius Ceſar imperauit an. 5. m.7.
1.	nēs, natus anno 42. Augusti, baptizatus anno 15.	Octauian' Auguſt' an. 56.
30.	Tyberij. & crucifixus anno 18. eiuſdē:	
33.	paulò anteq̃ aſcenderet in cœlum, dixit Petro: *Simon Ioannis diligis me plus his? paſce oues meas.* Quibus potiſſimum verbis Simon filius Ioannis iã antè à Chriſto nominatus Petrus, ſeu Cephas, omnium diſcipulorũ primus ac ſummus Eccleſiæ totius Paſtor cõſtitutus eſt.	Tiberius, ann. 21. alias, 23.
		Caius Caligula, an. 3. m.10. d.18.

☞ *Pſeudaprophetæ, & ſigna falſæ doctrinæ.*

A Matth. 15. Phariſæi & Scribæ dixerunt : *Munus quod filius obtuliſſet Deo, id patri profuturum, nec vltrà dimittebant filium quicquam facere, parentibus ſuis.*

B Matth. 22. *Saducæi dicunt non eſſe reſurrectionem.*

C Marci 7. *Iudæi niſi crebrò lauerint manus, nõ manducant: & baptiſmata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum tradita ſunt illis ſeruanda.*
Iſti dicebantur Hemerobaptiſtæ.

D Ioan. 4. Samaritani *in monte Garizin adorauerunt.*

Signa falſæ doctrinæ.

Ioannis 10. *Omnes, quotquot venerunt* ante me (id eſt, antequàm mitterentur à me) *fures ſunt & latrones.*

Matth. 12. *Omne Regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur, & qui non congregat mecum, ſpargit.*

Matth. 24.

☙ *Doctores Catholici, & ſigna veræ fidei.*

A Matth. 15. Deus dixit : *Honora patrem & matrem : vos autem irritum feciſtis mandatum Dei, propter traditionem veſtram.*

B Matth. 22. De reſurrectione mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo, dicente vobis: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.*

C Marci 7. *Quod extrinſecus intrat in hominem, non poteſt eum coinquinare* quia non intrat in cor eius, ſed in ventrem vadit. *Quæ de hominum cordibus exeunt, illa coinquinant hominem.*

D Ioan. 4. *Samaritani adorant, quod neſciunt: nos adoramus, quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt.*

Signa veræ fidei.

Ioan. 20. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.*

Ioan. 10. *Oues paſtorem ſuum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius, & fiet vnum ouile, & vnus Paſtor.*

Ioan. 21. *Simon Ioãnis, diligis me plus his? Paſce oues meas.* Et Lucæ 22. *Et tu conuerſus, confirma fratres tuos.* Matth. 18. *Vbi ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.*

 Matth. 24

11. Lucæ 22. *Qui maior eſt in vobis*, fiat ſicut minor, & *qui præceſſor*, ſicut miniſtrator. Eſt ergo aliquis maior inter Apoſtolos: & quiſnam ille ſit, ex ijs, quæ Chriſtus ſubiungit, apparet. Ait enim Dominus: *Simon Simon*, Ecce, *Satanas expetiuit vos*, vt cribraret ſicut triticum, *ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Satanas expetiuit, vt cribraret omnes: Chriſtus rogauit *pro vno*, quia cius firmitas omnium firmitas futura erat. Vnde ait: Et tu aliquando conuerſus *confirma fratres tuos.* Confirmare autem, Petræ ſeu fundamenti officium eſt.

12. Matth. 26. Ait Petro Ieſus: *Conuerte gladium tuum* in locum ſuum. Eſt ergo Petri gladius etiam is, quo alius in Eccleſia percutitur, tametſi tanta officij ſpiritalis, quo Petrus fungitur, dignitas ſit, vt nutu quidem ſuo, ſed non niſi alienis manibus materialem gladium exercere debeat.

13. Marci 16. Dixit Angelus ad mulieres: Ite, dicite Diſcipulis eius *& Petro*, tanquàm qui officium Diſcipuli non modò non amiſerit, ſed etiam nominatim certior de tanto gaudio fieri debuerit, vtpote maior cæteris.

14. Ioan. 20. Cucurrit Maria Magdalena, & *venit ad Simonem Petrum*, & ad alium diſcipulum quem amabat Ieſus. Primùm venit ad Petrum, velut ad Principem primum: ad alium verò velut ad Socium Petri. Exijt ergo Petrus & ille alius Diſcipulus.

15. Currebant autem duo ſimul, & ille alius Diſcipulus venit prius ad monumentum, *non tamen introiuit.* Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, *& introiuit in monumentum.* Primitias introeundi Ioannes conceſsit Petro, velut digniori.

16. Lucæ. 24. Inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, quòd ſurrexit Dominus verè, *& apparuit Simoni.* Primus ex viris Petrus Dominum poſt reſurrectionem ſuam vidit. Et hoc quoque dignitati eius datum eſt.

17. Ioan. 21. Erant ſimul *Simon Petrus*, & Thomas, & Nathanaël, & filij Zebedæi, & alij ex Diſcipulis duo. Dixit eis Simon Petrus: *vado piſcari.* Dicunt ei, *venimus & nos tecum.* Cum Petro eunt Diſcipuli Ieſu, & cum Succeſſore Petri ſemper manent ſucceſſores Diſcipulorum Ieſu.

18. Ioan. 21. Simon Petrus cùm audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, & *miſit ſe in mare.* Alij autem Diſcipuli *nauigio venerunt*, trahentes rete piſcium. Mare ſignificat mundum, nauigium verò ſingulas Eccleſias. Cæteri Paſtores, Eccleſias ſingulas. Petrus præterea mundum gubernat, hoc eſt, Eccleſiam Chriſti per vniuerſum mundum diffuſam.

19. Ioan. 21. *Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram* plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti eſſent, *non eſt ſciſſum rete.* Rete ſignificat Eccleſiam, terra verò ſignificat vitam æternam. Nulla Eccleſia trahitur ad vitam æternam, niſi ſub ijs Paſtoribus, qui piſcantur cum Petro, & quorum Dux Petrus eſt.

20. Ioan. 21. Dicit Simoni Petro Ieſus: *Simon Ioannis, diligis me plus his?* Dicit ei: Etiã Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: *Paſce agnos meos.* Iuſſus paſcere, ſi plus alijs diligat, in eo gradu paſcere iubetur, in quo alios ſuperat. Hæc igitur paſcendi autoritas, quæ Petro vt ab alijs diſtincto datur, ad alios in eodem gradu, in quo ad Petrum pertinet, pertinere non poteſt.

21. Ioan. 21. Amen Amen dico tibi, cùm ſenueris, *extendes manus tuas*, & alius te cinget, & ducet quò non vis. Hoc autem dixit, ſignificans, *qua morte clarificaturus eſſet Deum.* Et cùm hoc dixiſſet, dicit ei: *ſequere me.* Si Ioannem volo manere donec veniam, quid ad te? *Tu me ſequere.* In hoc toto ſermone Chriſtus nihil voluit alijs commune cum Petro eſſe. Petrus & paſcere ita iubetur, vt nemo alius paſcet, & Dominum ita ſequi, vt nemo alius ſequetur. Ac meritò ſanè præfertur omnibus, qui omnium caput tot modis declaratur. Siue enim Eccleſiam militantem *ædificio* compares (Ioan. 1. Matth. 10) Petra & firmitas eius, eſt Petrus: ſeu familiæ (Matth. 17.) ianitor & paterfamiliàs, qui ſoluit pro ſe, ac velut pro dignitate capitis ſui, Petrus eſt: ſeu naui (Lucæ 5.) gubernator eius eſt Petrus: ſeu reti (Ioan. 21.) dux piſcationis & auctor præcipuus piſcium ad terram attrahendorum Petrus eſt: ſeu legatis ad orbem miſſis (Mat. 10) Legatorum primus eſt Petrus: ſeu agnationi plurium eiuſdem patris filiorum (Lucæ 22.) velut primogenitus & fratrum confirmator eſt Petrus: ſeu regno (Matth. 13.) eius regni gladium portat Petrus: ſeu gregi ouium & agnorum (Ioan 21) eorum Paſtor Petrus eſt, idque *plus alijs amans*, id eſt, in ea ſublimitate, ad quam nemo alius pertingit. Tot igitur & verbis & figuris Primatus Petri in Euangelijs commendatur.

Matth.

Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulũ quẽ dil. [illegible] Jeſus ſequentẽ, qui et recubuit in cena ſuper pectus eius, et dixit, Dñe quis eſt qui tradet te, hunc ergo cũ vidiſſet Petrus dixit Jeſu; Dñe, hic autem quid? Si quis ea quae nunc ſunt, cũ ijs que [illegible] fiebat contulerit, facile videbit Petri conditionẽ et ſtatum per hæc verba (diligis me plus ijs? paſce oues meas) [illegible] ſublimiorẽ factũ eſſe. Tũc enim Joannes propius Chro aſſedit quam petrus. nunc vero Petrus Chro proxime ſequi iubetur. Petrũ ante ſecutus eſt Joannes. Tũc Joannes [illegible] Chro [illegible] [illegible]: nunc petrus maior factus eſt illo Joãne cui tanta aliaqui privilegia collata [illegible]

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Ieſus Chriſtus.

☞ *Pſeudoprophetæ, & ſigna falſæ doctrinæ.*

Matth. 24. *Multi Pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos. Et quoniam iniquitas abundabit, refrigeſcet Charitas multorum.* Ibidem prædieit, hæreticos Chriſtum oſtenſuros nou in lueeomnium gẽtium, aut in Ciuitate ſupra montem poſita, *quæ non poteſt abſcondi,* ſed *hîc & illic,* id eſt, in particularibus tantùm eœtibus, quos etiam propter obſeuritatem vocat *deſertum, & penetralia.*

Surrectio igitur, id eſt, aduentus ſubitaneus & extraordinarius abſque ſuceeſſione, aut miſsione legitima præeedẽte: *diuiſio, & diſperſio gregis.* Itemque *deſerta, & penetralia,* id eſt, opinionum, quæ in particularibus tantùm & abditis loeis elam docentur, eonſectatio: & *ceſſatio à prædicando, & à Sacramenta Chriſti adminiſtrando* omuibus gentibus vllo die poſt Chriſti Euangelium promulgatum: tùm autem *exeundi* ex antiqua Eccleſia libido, & *ſeductio,* id eſt, hominum à regia via & fide ad priuatas ſectas auocatio: *Charitatis reſtinctio, & ſcandalorum atque iniquitatis abundantia,* hæreſum & falſæ doctrinæ ſigna ſunt. Denique eùm Chriſtus dieit: Matth. 16. *Portas inferi non præualituras aduerſus hanc Petram, quæ Petrus eſt:* vtique doeet, portas inferi tùm oppugnaturas eam petram, tùm non alium eius Petræ hoſtem futurum, quàm eum, qui regni inferorum eiuis exiſtat. Oppugnatio igitur Petræ, hoc eſt, Diui Petri & ſueeeſſorum eius, eſt clariſsimum ſignum & infidelium, & Apoſtatarum, & hæreticorum, & ſchiſmatieorum, & denique omnium eorum, qui ſunt alieni à Dei regno, ac terrenæ Ciuitatis membra. Etenim vt eaput hæretieorum Simon Magus Petrum Apoſtolorum Prineipẽ potiſsimùm oppugnauit: ſie etiam poſteri Simonis Magi Sueeeſſores D. Petri potiſsimùm oppugnant, & ab illis potiſsimùm vineuutur vſque ad conſummationem ſeculi.

Simon Petrus.

⁂ *Doctores Catholici, & ſigna veræ fidei.*

Matth. 24. *Videte ne quis vos ſeducat. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus. Si quis vobis dixerit: Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt, nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vſq; in Occidentem: ſic erit aduentus filij hominis,* id eſt, propter gloriæ ſplendorem, vbique videbitur. *Vbicunque fuerit corpus,* id eſt, Chriſtus, *illic congregabũtur & aquilæ,* id eſt, Angeli, Martyres, & reliqui ſancti.

Matth. 23. *In Cathedra Moyſis ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo, quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite.* Quod autem olim ſub Lege fuit Cathedra Moyſis, hoe nũe eſt Cathedra Petri ſub Chriſto. Petrum enim fecit Paſtorem ouium ſuarum.

Matth. 28. *Ite, docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſeculi.* Chriſtus igitur omnibus nõ ſolùm annis, ſed etiam diebus eſt eum ijs, qui prædicãt, quique Saeramenta ipſius adminiſtrant nõ vni aut alteri populo, pro vna aut altera ætate, ſed *omnibus gẽtibus, omnibus diebus.* Nam Chriſtus cũ talibus eſſe omnibus diebus non poſſet, niſi etiam tales *omnibus diebus docerent, & baptizarent omnes gentes vſque ad conſummationem ſeculi.* Præterea ſucceſsio iam inde à Chriſti Apoſtolis, eorumq; diſeipulis: Perſeuerantia in fide antiqua: Cautio, vt ne exeamus in deſertũ, aut oeeultas Eccleſias: vniuerſalis prædicationis per totũ mundũ, & claræ, omnibuſque notæ fidei obſeruatio: Martyrũ & ſanctorũ eõſenſus: Charitatiſque fraternæ, & vnitatis eõſeruatio, ſigna ſunt veræ doctrinæ, ac veræ Chriſti Eecleſiæ. In ſumma, Chriſtus dixit ad Simonem: *Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meã, & portæ inferi non præualebũt aduerſus eam.* Promiſſio igitur facta eſt Petro, & Eccleſiæ ſuper illum ædifieandæ, id eſt, populo doctrinam & fidẽ ab illo prædicatam & eonſeruatam eõplexuro. Vt autẽ aliæ oues alijs per ſingulas ætates ſuecedũt, ita & alius Petrus, id eſt, alius ſummus Paſtor, alij ſummo Paſtori per ſingulas ætates ſuecedit, ſuper quẽ pro tempore ædificetur Eccleſia. Cathedræ igitur Petri ſuceeſsio, quæ per totum mundum ſemper clariſsima erat, & cũ qua omnes Sancti ſemper eommunicârunt, quæque omnibus hæreſibus vnieè reſtitit, veræ Eecleſiæ Primarium & ſummarium quoddam ſignum eſt.

Quòd Petrus exercuit Primatum ſuum aliquot annis in Iudæa.

1. Actor. 1. Poſtquàm Apoſtoli reuerſi ſunt Hieroſolymam à mõte qui vocatur Oliueti, cùm introiſ-
ſent in cœnaculum, aſcenderũt vbi manebãt *Petrus & Ioãnes, &c.* In diebus illis *exurgens Petrus* in
2. medio fratrum, dixit: Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os
Dauid de Iuda: *Et Epiſcopatũ eius accipiat alter.* Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congre-
gati, teſtem reſurrectionis Chriſti fieri vnum ex iſtis. Primus ex his, qui manebãt in cœnaculo, annu-
meratur Petrus. Idem ſolus pronunciat, Iudam Epiſcopatu ſuo excidiſſe, cùm tamen ex cæteris Apo-
ſtolis nullus eodem excideret etiã cùm moriebatur, nec in locum alterius cuiuſquàm, alter fuit vnquã
ſubſtitutus. Quia manent in æternum Apoſtoli, & ſedebunt in regeneratione ſuper ſedes duodecim
iudicantes duodecim tribus Iſrael. Matth 19. Solus igitur Petrus habuit poteſtatẽ iudicãdi & ſtatuẽdi,
3. quis excidiſſet è ſuo Epiſcopatu. Idẽ *Primus & Solus proponit noui Apoſtoli electionẽ.* Vnde Chryſoſt.
Homil. 3. in Acta Apoſtolorũ ait: *Meritò primus omnium auctoritatem vſurpat in negotio, vt qui omnes ha-*
4. *beat in manu. Ad hunc enim dixit Chriſtus: Et tu aliquãdo conuerſus cõfirma fratres tuos.* Acto. 2. *Stans Pe-*
trus cum vndecim, prædicauit Iudæis Euangeliũ Chriſti. Illi autem dixerunt *ad Petrum* & ad reliquos
Apoſtolos: Quid faciemus viri fratres? *Petrus ad illos.* Pœnitentiam (inquit) agite. Primus Euangeliũ Iu-
dæis prædicat Petrus: & quamuis cum alijs ſtet, atq; alij etiam interrogentur, tamen ſolus reſpondet
5. pro omnibus, quia Dux omnium erat. Actor. 3. Petrus & Ioannes aſcenderunt in templum, quos
claudus ab vtero matris eleemoſynam rogat. Petrus aũt dixit ei: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſur-*
ge, & ambula. Et apprehenſa manu eius dextra, alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plã-
tæ. Primus ex Apoſtolis Petrus miracula operatur. Et *primum ſignum* (inquit Ambroſius ſer. 68.) *mira-*
biliũ ſuorũ Petrus fecit, claudo pedũ reſtituendo veſtigia. Et pòſt: *Si Petrus petra eſt, ſuper quã ædificatur Ec-*
cleſia, rectè prius pedes ſanat, vt ſicut in Eccleſia fidei fundamentũ cõtinet, ita & in homine membrorũ funda-
6. *menta cõfirmet.* Acto. 4. Annas Princeps Sacerdotũ & Caiphas interrogabãt Apoſtolos: In qua vir-
tute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Tũc repletus Spiritu ſancto *Petrus, dixit: In nomine Ieſu Chri-*
ſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis. Primus apud Tribunal Phariſæorum, Chriſtum confitetur Petrus.
7. Actor. 5. Dixit Petrus ad Ananiã fraudantẽ de pretio agri, quẽ vendiderat: Quare poſuiſti in cor-
de tuo hanc rẽ? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens Ananias hæc verba, cecidit, & expira-
uit. Greg. in Ezech. lib. 2. Homil. 18. *Petrus mentientes verbo occidit.* Et li. 1. Epiſt. 24. *Cùm Ananiæ &*
8. *Saphyræ culpam reperit, mox quanta potẽtia ſuper cæteros excreuiſſet, oſtendit.* Idem ægros corporis ſui vm-
9. bra ſolus legitur ſanaſſe, Act. 5. Actor. 8. Primus Petrus vnà cũ Ioanne Samaritanis iã antè per Phi-
lippũ baptizatis *Spiritum ſanctum per manus impoſitionẽ dedit.* Ille Simonis Magi cor fictũ deprehendit,
10. & Hæreſiarchæ ſimulationẽ detexit primus. Actor. 9. Petrus tranſibat vniuerſos, & Lyddæ quidẽ
paralyticum verbo ſanauit. In Ioppen verò ad hoc ipſum accerſitus, Tabitham à mortuis excitauit,
nec tã in eo fœlix, quòd iſta fecit, quàm quòd talia primus fecit. Nã & iſta inter eius prærogatiuas D.
Gregorius enumerauit, lib. 2. in Ezech. Homil. 18. Acto. 10. Angelus Dei iuſsit Corneliũ Centurio-
nem accerſere Petrũ, qui diceret illi quid oporteret eũ facere. Cumq; Petrus diuinam reuelationẽ de
vocatione gentium primus omniũ, & adhuc ſolus accipiens, aduenißet: Cornelius procidens ante pe-
des eius, adorauit eum. Sed cùm Petrus in hoc etiam oſtendiſſet magnitudinẽ ſuã, quòd adorari à con-
11. ſeruo recuſauit: primus fidẽ Chriſti Cornelio alienigenæ prædicauit, primuſq; iuſsit gẽtes, quæ in Chri
ſtũ crederẽt, *in Chriſti nomine baptizari.* Vnde etiã ipſe dixit: Act. 15: *Vos ſcitis, quoniã ab antiquis dieb⁹*
Deus in nobis elegit per os meum, audire gentes verbum Euangelij & credere. Hinc Hiero. in epiſt. ad Sal-
uinã ait: *Corneliũ primũ ab Apoſtolo baptizatũ ſalutẽ gentiũ dedicaſſe, & ad illius merita pertinuiſſe myſte-*
12. *riũ, quo Petrus de Circũciſionis anguſtijs transferebatur ad præputij latitudinẽ.* Acto. 15. Paulus & Barna-
bas ob quæſtionẽ de Circũciſione propoſitã aſcenderunt Hieroſolymã ad Apoſtolos & Seniores: vti-
que (vt Theodor. in epiſt. ad Magnũ Leonẽ annotauit) quia Petrus Hieroſolymis erat, cùm alioqui ne
Antiochiæ quidẽ deeſſent Apoſtoli & Seniores, vbi & *Paulus, & Barnabas, Niger, & Lucius Cyrinenſis,*
& Manahen, & Prophetæ, ac Doctores erant, ſicut dicitur Actor. 13. Ad illos ergo Apoſtolos & Presbyteros
ibatur, inter quos Petrus fuit, quia vbi Caput Apoſtolorũ erat, ibi totius Apoſtolici collegij maieſtas
verſabatur. Præſcriptaq; eſt forma in æternũ, vt plenũ & OEcumenicũ Conciliũ id demũ habeatur,
vbi vnà cũ cæteris coëpiſcopis ſucceſſor Petri, hoc eſt, Princeps Epiſcoporũ adeſſet. Ac ſanè in eo Cõ
cilio cùm magna fieret cõquiſitio, Petrus totã litẽ *primus definiuit*, ac velut voce ſua præiuit alijs om-
13. nibus Apoſtolis. Paulus ad Gal. c. 1. *Veni Hieroſolymã videre Petrũ, & manſi apud eũ diebus quindecim.*
In quẽ locũ Ambro. ita ſcribit. *Dignũ fuit, vt cuperet videre Petrũ, qui primus erat inter Apoſtolos, cui de-*
legauerat Saluator curã Eccleſiarũ, et vt ſciret Petrus, hãc datã Paulo licentiã quã & ipſe acceperat. Idẽ Pau-
14. lus Gal. 2. narrat, ſe Hieroſolymã ſecũdũ reuelationẽ aſcẽdiſſe, & cõtuliſſe Euangeliũ cũ ijs, qui vide-
bãtur maiores eſſe, hoc eſt, cũ Petro, Ioãne, & Iacobo: nõ quaſi eorũ eruditione indigeret, qui fuiſſet
ab ipſo Deo edoctus: verùm *ne in vanum curreret aut cucurriſſet.* Quibus verbis declarauit, illum cur-
rere in vanum, qui vel verè diſcedit, vel putatur diſcedere à primi Paſtoris fide ac doctrina.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Maximi.	Imperato. Rom.
33.	Petrus Apoſtolorū Princeps poſt Aſcenſionem Domini mā ſit in Iudæa annis quinque & paulò amplius.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

☞ *Pſeudoprophetæ, & ſigna falſæ doctrinæ.*

Cauſæ hæreſum ſecundùm doctrinam Apoſtolorum.

A Satana, *qui ſe transfigurat in Angelum lucis, quiq́ Euam ſeduxit aſtutia ſua,* (2. Corinth. 11.) hæreſes primùm ortæ ſunt. ſed non ferè alij aut merentur, aut permittuntur à Spiritibus erroris ſeduci, quàm *qui ſeipſos amant, qui ſunt cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei.* 2. Timot. 3. Cùm enim tales ſecundùm Apoſtolum 1. Timoth. 1. *aberrent à Charitate, quæ eſt de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: conuertuntur in vaniloquium, volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Et iterum: *Quidam* (inquit) *repellentes bonam conſcientiam, circa fidem naufragauerunt.* Repulerunt verò bonam conſciētiam, qui grauiſsimorum ſcelerum ſibi conſcij, tamen emundare ſe ab illis negligunt. Eiuſmodi verò homines cùm in reprobum ſenſum dati ſint, & *ad diaboli voluntatem captiui teneantur,* quid mirum eſt, ſi quoſcunque vult errores facillimè illis perſuadet? His igitur gradibus ad hæreſim peruenitur. Impij primùm, qui non diligunt fraternitatem, ſecundis proximorum ſucceſsibus inuident. Deinde ex inuidia oritur ſtudium litigādi, & immenſa Primatus obtinendi cupiditas. Hæc porrò detinet mentis aciem ſuiipſius gloria præpeditam, ne veritatem videre aut amare queat. Et quia mali homines & *Seductores proficiunt in peius errantes, & in errorem mittentes* (2. Timoth. 3.) dum alijs etiam id, in quo ipſi errant, probare conantur, ſcientiam velut de nouo ipſis reue-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Quòd Catholica Eccleſia & religio ſecundùm Apoſtolorum res geſtas & doctrinā, per vnius Paſtoris Petro ſuccedentis Primatum cognoſcatur.

Actor. 1. Poſt Chriſti Aſcenſionem Diſcipuli narrantur ſimul in cœnaculo manſiſſe, inter quos primus collocatur Petrus, velut omnium Dux ac Princeps, qui etiam ſolus reliquis omnibus author fuit noui Apoſtoli eligendi. *Actor. 1.* Ad quod exemplar cùm Apoſtolica Chriſti Eccleſia in æternum cōformanda ſit, non alia cenſeri poteſt vera Eccleſia eſſe, quàm in qua vnus aliquis Paſtor præeſt, inſtar Petri. Nec iam curo, qualiſnam fuerit Petri Præſidentia, hoc eſt, quàm lenis, & paterna, quámue modica & exigua. Sit ordinis tantùm (quod tamen falſum eſſe, antea demonſtraui) ſed ſit vel ſolius ordinis conſeruādi cauſa inſtitutus hic Primatus, modò aliquis fuiſſe Primatus concedatur. Quod certè negari à nemine poteſt, præterquàm ſi omne iudicium atq; intelligentiam amiſerit. Nam & cùm Apoſtoli ſimul erant, ille cæteris voce atque authoritate præiuit. *Act. 1 & 2.* & quando ſeorſim agebant, ad illum vidēdum Paulus aſcendit Hieroſolymam, *Galat. 1.* Idemque vnà cum Barnaba & Tito ad eundem Petrum ſocioſque eius iterum aſcendit Hieroſolymam, *ne alioqui in vanum curreret, aut cucurriſſet.* Galat. 2. Petrus item & Iudæis *Acto. 1.* & gentibus *Act. 10.* primus verbum ſalutis annunciauit, & Sacramenta Chriſti adminiſtrari iuſsit. Primuſque & hæreſim Simonis Magi detexit *Actor. 8.* & ſchiſmata ob doctrinam fidei commota ſuſtulit, *Act. 15.* Et quamuis nec Apoſtoli, nec Prophetæ, ac Doctores Antiochiæ defuiſſent, *Act. 13.* quando illic

Quòd D. Petrus Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ aſſecutus, licet inde poſtea diſceſſerit, tamen eam Eccleſiam honorabilem, ac totius Orientis Metropolim reddidit.

NArrat Euſebius lib. 2. cap. 1. ex authoritate Clementis Alexandrini, quòd Petrus, Iacobus, & Ioannes poſt Seruatoris ad cœlos aſcenſum, vno conſenſu Iacobum Iuſtum Hieroſolymorum Epiſcopum deſignârunt. qua ex re non immeritò colligere licet, nihil minus cogitaſſe Apoſtolos, quàm Petrum ſolius Circumciſionis Apoſtolum à Chriſto fuiſſe conſtitutum. Quanquàm enim Deus, qui filium ſuum ad perditas oues Iſraëlis reducendas primùm miſerit, voluit etiam Principem Apoſtolorum Iudæos primùm Chriſto lucriſacere, atque ideo Petri labores in Iudæis conuertendis mirum in modum proſperos reddidit: Gal. 2. tamen manifeſtiſsimè conſtat, & ex reuelatione facta Petro de Gentium vocatione, Acto. 10. & ex Cornelio per eum conuerſo ac baptizato, quòd Petrus Gentium etiam, tùm iure diuino, tùm Eccleſiaſtico miniſterio, ac non tantùm Iudæorum Apoſtolus erat. Alioqui cùm Circumciſionis, id eſt, Iudæorum Metropolis Hieroſolyma eſſet: nunquàm commiſiſſet Petrus, vt prouinciam ab ipſo Chriſto ſibi impoſitam, vltrò deponeret, aliiſque gubernandam traderet. Quid ergo eſt? Certè cùm Apoſtoli ad totum orbem non perturbatè, ſed Petro ipſorum Principe prius deſignato, delegati eſſent: Petrus qui erat omnium primus, putabat ſe debere in omnes occaſiones paratum eſſe. atque ideo Hieroſolymam Iacobo regendam commiſit, ipſe verò ſibi libertatem reſeruauit, vt quò ſpiritus Domini eum vocaret, illò ſe conferret. Cumque Antiochiæ primum cognominati eſſent Diſcipuli Chriſtiani, & inde non ſolùm toti Syriæ, verùm etiam toti Aſiæ, in qua Iudæi iam olim diſperſi agebant, conſuli poſſe videretur: poſt aliquot annos in Iudæa tranſactos, Petrus Antiochiam ſe contulit eo animo, vt ibi ſedem Epiſcopalem figeret. idque eum ita feciſſe, auctor eſt non ſolùm Anacletus Epiſtola. 3. ſed etiam Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum. Imò & Ignatius, Antiochenus ipſe Epiſcopus, à Petro tertius, in Epiſtola ad Magneſianos ait, *Petrū & Paulum Eccleſiam in Antiochia fundaſſe.* Clemens verò in decimo Recognitionum libro auctor eſt, Theophilum quendã, qui erat cunctis potentibus in ciuitate Antiochena ſublimior, admirantem quantæ ſanitates per D. Petri orationem fierent, quotque animæ ad Chriſti fidē conuerterentur, domus ſuæ ingentem baſilicam Eccleſiæ nomine conſecraſſe, *in qua Petro Apoſtolo conſtituta eſt ab omni populo Cathedra, & omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum conueniens, credebat ſanæ doctrinæ, quam ſanitatum efficacitas affirmabat.* Quod autem de Cathedra Petri Antiochiæ conſtituta dicitur, Eccleſiaſtica etiam traditione confirmatur, cùm in eius rei memoriam quotannis dies feſtus etiam in hodiernum diem celebretur octauo Calendas Martias, ac D. Auguſtinus Sermonem quēdam in eo feſto habitum poſteris reliquerit. Porrò Euſebius lib. Hiſtor. 3. c. 30. refert, *Ignatium poſt Petrum ſucceſsione ſecundum, Epiſcopatum Antiochiæ ſortitò cepiſſe.* Petrum igitur primum Antiochiæ Epiſcopum fatetur fuiſſe. Quod verò Ignatium dicit ſecundum poſt Petrum Epiſcopatu functum, ita intelligendum eſt, vt Petro non connumerato, ſecundus fuerit Ignatius, quia primus poſt Petrum fuit Euodius. Nam cùm Petrus intellexiſſet, Simonem Magum Romam confugiſſe, admonitus vt eum illuc perſequeretur, alium ordinauit Antiochenſibus Epiſcopum. qua de re Ignatius in Epiſt. ad Antiochenſes ita ſcribit: *Pauli & Petri fuiſtis diſcipuli. ne perdatis depoſitum apud vos. Mementote meritò Beatiſsimi Euodij patris veſtri, qui primus vobis ordinatus eſt ab Apoſtolis Antiſtes.* Hæc fuit dicta de illo Epiſcopatu, quem Petrus Antiochiæ geſsit. Vnde conſecutum eſt, vt illa vrbs totius Orientis *Metropolis* eſſet, atque ita eam nominat Hieronymus in Epiſtola aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum. Theodoretus lib. Hiſtor. 5. cap. 2. & eius Hiſtoriæ belli Iudaici, quæ ſub Hegeſippi nomine circumfertur. Lib. 3. cap. 5. Hinc Leo ille Magnus ad Anatholium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ita ſcribit: *Antiochena Eccleſia, in qua primùm, prædicante Apoſtolo Petro, Chriſtianum nomen exortum eſt, in paternæ conſtitutionis ordine perſeueret, & in gradu tertio collocata, nunquàm ſe fiat inferior.*

Sunt

Et vid. epist. Hieronymi in 2. cap. ad Gal. in fine. Primum Episcopum Antiochenae Ecclesiae Petrum fuisse accepimus, et Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omisit. Sunt verba Hieronymi

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Maximi.	Imperatores Rom.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ,*

reuelatam, promittentes (quæ tamen verè ſcientia non eſt, ſed ignorantia) *Circa fidem excidunt.* 1. *Timoth.* 6. *& ſectas non metuunt inducere.* 2. Pet. 2: Deus interim hoc malum ad ſuam gloriam, & Eccleſiæ ſuæ vtilitatem conuertens, per occaſionem hæreſum *manifeſtat eos, qui probati ſunt inter Chriſtianos.* 1. Cor. 11. vt ea ratione triticum à paleis dignoſcatur.

Signa & notæ quibus deprehenduntur hæretici.

Primum hæretici animi ſignum eſt, *litigare & verbis contendere* de ijs rebus, quæ ab Eccleſia firmiter credēdæ proponuntur, qualis eſt incarnatio Chriſti, reſurrectio mortuorum, ſacramentorum Baptiſmi & Pœnitentiæ efficacia & neceſsitas, Euchariſtiæ oblatio tam viuis quàm defunctis in Chriſto vtiliſsima, & alia eiuſmodi. Nam de ijs rebus iam olim in vniuerſa Eccleſia prædicatis & receptis, nouas nunc quæſtiones ex inani philoſophia petitas (veluti quòd vnum corpus, etiamſi hoc idem Chriſti corpus fuerit, in pluribus locis ſimul eſſe non queat) commouere, & oppoſitiones ſeu obiectiones, quæ à ſcientia falsò ſic nominata, proficiſcuntur, in medium proferre: *ad nihil vtile eſt* (inquit Apoſtolus. 2. Timoth. 2.) *niſi ad ſubuerſionem audientium. Prophanus enim talium ſermo ſerpit vt cancer, & ſubuertit quorundam fidem.* Et iterum. 1. Timoth. 6. *Deuita profanas vocum nouitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.* Et Heb. 13. *Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci.*

Secundum hæretici animi ſignū eſt, ſchiſma in Eccleſiam introducere. Qui enim de fide litigāt, primò id elā faciūt apud indoctos & inſtabiles, *qui circumferuntur*

☩ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

illic de legis obſeruatione diſceptari cœptum eſt, tamen is demum locus pleniſsimæ authoritatis habitus eſt, in quo Petrus, & qui vnà cum Petro erant, degebant. Actor. 15. Vnde omnes fideles decreto, quod illinc emittebatur, cum gaudio acquieuerūt. Prima ergo & certiſsima veræ Eccleſiæ nota eſt vnius Paſtoris, vt inchoatus in Petro, ſic perpetuò in Eccleſia perſeuerans Primatus, per quem Eccleſia & continetur in fidei veritate, & propagatur in nouas quotidie gentes, & defenditur aduerſus inteſtinos hæreticorum tumultus, vt ſi fortè inter Epiſcopos, qui ſunt Apoſtolorum ſucceſſores, ſchiſma aliquod interueniret (id quod perſæpè accidit) illa demum multitudo Epiſcoporū atq; fidelium ſciretur vera & Apoſtolica Eccleſia eſſe, quæ cōmunicat cum Principis Apoſtolorum ſucceſſore. Cùm autē in Proteſtantiū cōgregatione nullus ad exemplū Petri ſit aliquo modo primus, qui cæteris ſaltē voce, loco, authoritate præeat, multoque minus aliquis ſit, qui Petro in Cathedra certa ſucceſſerit: neceſſe eſt, illam congregationem, quæ ab Apoſtolica Eccleſia tantopere abhorret, veram Eccleſiā non eſſe. In Catholica verò Eccleſia & in ea ſola notiſsimū eſt, Romanum Pontificem iam inde ab Apoſtolorū tēporibus Petro in Cathedra Epiſcopali ſucceſiſſe. Illa igitur ſola eſt vera Chriſti Eccleſia, quæ communicat cum pontifice Romano in Cathedra Petri ſedente.

☩ *Vera Eccleſia cognoſcitur per ſucceſsionem Epiſcoporum iam inde ab Apoſtolis cum Petri ſucceſſore in multis Gentibus communicantium.*

2. Perfectio & plenitudo illius notæ, quam de vnius Paſtoris Primatu iam antè

inferior. Hæc Leo. Gregorius autem Magnus lib. 6. Epiſtol. 37. ad Eulogium Alexandrinum ſic habet: *Cùm multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen Principatu ſola Apoſtolorum Principis Sedes in authoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſublimauit Sedem, in qua etiam quieſcere & præſentem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decorauit, Sedem, in qua Euangeliſtam Diſcipulum miſit. Ipſe firmauit Sedem, in qua ſeptem annis, quamuis diſceſſurus, ſedit.* Marcellus verò Pontifex vtroque antiquior, in Epiſtol. ad Epiſcopos Antiochenæ Prouinciæ: *Petri* (inquit) *Sedes primitus apud vos fuit, quæ poſtea (iubente Domino) Romam translata eſt*. Imò etiam Nicæna ſynodus cùm in ſexto Canone præfata eſſet, vt *mores antiqui praualerent*, præterea iubet, apud Antiochiam cæteraſque Prouincias honorem ſuum vnicuique ſeruari Eccleſiæ. Ex quo manifeſtè intelligitur, honorem quendam eximium vt Alexandrinæ, ita & Antiochenæ Eccleſiæ habitum eſſe iam olim ante Nicænæ Synodi tempus. vt meritò verum putari debeat, quod in Epiſtol. 3. Anacleti legitur: *Tertia Sedes apud Antiochiam Beati Petri Apoſtoli nomine habetur honorabilis, quia illic, priuſquam Romam veniret, habitauit.*

Quòd Petrus non ſolùm Romæ fuit, verùm etiam primus Epiſcopus Romanus extitit, Cathedrámque ſuam Romæ collocauit, in qua Epiſcopi Romani ei ſuccederent.

1. Pet. 5. *Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus*. Papias apud Euſebium lib. 2. c. 14. *per Babylonem in Petri Epiſtola Romam intelligi ait*, Conſentit Hieronymus in Catalogo, & Oecumenius in eadem Petri verba. Imò etiam Tertullianus tam in libro *aduerſus Iudæos, quàm aduerſus Marcionem lib. 3.* ait, *Babylonem apud Ioannem portare figuram Romanæ vrbis, & ob magnitudinē, & ob Monarchiā, & quia non minus tunc perſequebatur Sanctos*, id eſt, Chriſtianos, *quàm olim Babylon perſequebatur Iudæos vnū Deū confitentes*. Magna igitur ratione factum eſt, vt non quidem Eccleſia Romana (vt calumniantur nonnulli) ſed vrbs Romana tunc longè maiore ex parte à fide abhorrens, Babylonis nomine in Scripturis Sanctis ſignificaretur. Diuinis igitur Scripturis contradicunt, qui negant D. Petrum Romæ vnquàm fuiſſe: cùm & inde Epiſtolam ſuam ſcripſerit, & D. Marcum in AEgyptum deſtinârit. Paulus. 1. ad Roman. *Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo*. Hoc ex prophetico ſpiritu de fide Romanæ Eccleſiæ dictum eſſe, præter alios D. Cyprianus lib. 1. Epiſtol. 1. & D. Hieronymus in Apologia. 3. aduerſus Ruffinum, affirmat.

Clemens in Epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini. *Petrus Apoſtolorum primus obſcuriorem Occidentis mundi plagam velut omnium potentior illuminare præceptus, regem omnium ſeculorum per orbem terræ vſque ad ipſius vrbis Romanæ notitiam, vt etiam ipſa ſaluaretur, inuexit*. Et quòd Petrus non ſolùm Romæ fuerit, ſed etiam Epiſcopus Romanus extiterit, ex eo patet, quòd moriturus Clementem *loco ſuo* Epiſcopum Romanis dedit, vt paulò pòſt dicetur, cùm de Clementis ordinatione agemus.

Cyprianus lib. 1. Epiſtol. 3. Romanam Eccleſiam appellat *Cathedram Petri*. Non eſſet autem Cathedra eius, niſi Petrus in ea Eccleſia velut Epiſcopus ſediſſet. vnde etiam idem Cyprianus *locum Fabiani Pontificis Romani, vocat locum Petri*. Libro. 4. Epiſtol. 2.

Hippolitus apud Prudentium περὶ ϛεφανῶν. { Vna fides vigeat, priſco quæ condita tēplo eſt: Quā retinet Paulus, quámq; *Cathedra Petri*.

Euſebius lib 3. c. 4. *Linus primus poſt Petrum in Romana Eccleſia Epiſcopatum ſorte delectus eſt*. Fuit ergo Petrus Romanæ Eccleſiæ, Epiſcopus ante Linum.

Dorotheus in Synopſi dicit, *Linum primum Romæ Epiſcopum fuiſſe poſt Petrum*. Fuit ergo & Petrus Romæ Epiſcopus ante Linum.

Epipha-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Maximi.	Imperato. Rom.
38.	Petrus Antiochiæ ſedit ſeptem annis, vt Damaſus in Pontificali tradit. Et Gregorius lib. 6. Ep. 37.	Idem Caligula.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

runtur omni vento doctrinæ. Vnde Apoſt. 2. Timo. 3. ait, hoẽs eiuſmo di *penetrare domos, & captiuas ducere mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquã ad ſcientiã veritatis peruenientes.* Pòſt autem vbi doctrinã ſuam certis hoĩbus probari intelligũt, in lucẽ erumpunt, & Eccleſiã turbãt ac diuidũt. Tunc enim qui ſunt fideles, mox his nouæ doctrinæ auctoribus ſe opponũt, ex quo fit, vt alij hos, alij verò illos ſequãtur. vnde Apoſt: *Audio* (inquit) *ſciſſuras inter vos eſſe, & ex parte credo. Oportet enĩ hæreſes eſſe, vt q ꝓbati ſunt, manifeſti fiãt in vobis.* & Acto. 15. *Quidã turbauerũt vos, euertentes animos veſtras.* Et ad Glat. 5. *Vtinã & abſcindantur* (ad circũciſiõnis nomen alludit) *qui vos conturbant.* Iſti verò Actor. 20. dicuntur *lupi rapaces (ſeu graues) qui non parcunt gregi.* Nam gregis ſalus cõſiſtit in vnitate & pace: qui verò gregẽ diuidũt, & diſpergũt, atque ex vna ſocietate duas aut plures efficiunt, gregi non parcunt, ſed ſunt lupi rapaces.

Tertiũ & id certiſsimum hæretici animi ſignũ eſt, non obedire, ſed reſiſtere ijs, qui præſunt in Eccleſia Dei. Nã cum Epiſcopus animaduertit, ſchiſma in Eccleſia ortũ eſſe, mox ad ſe auctores nouæ doctrinæ vocat, eoſq; monet, ne veritati amplius reſiſtãt. Qui ſi eũ audierint, lucratus eſt fratres ſuos: ſin vt ferè fit, pacẽ cũ Epiſcopo habere nolint, ſed ei reſiſtãt, id Apoſtoli verbũ in eos rectè cadet, quod legitur in priore ad Timoth. 3. *Quemadmodum Iannes & Mãbres reſtiterũt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidem.* poſt quod tẽpus & *per Epiſtolam notandi* (*2. Theſſalon. 3.*) & omnino vitan-

☙ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

antè propoſui, ea eſt, qua ſocietas Chriſtianorũ in multis gentibus iam inde ab Apoſtolis aut Apoſtolicis viris inchoata, per cõtinuam Epiſcoporũ ordine ſibi ſuccedentiũ ſeriẽ, in Apoſtolorum doctrina & cõmunione perſeueraſſe intelligitur. De qua nota legimus Acto. 2. *Erãt perſeuerantes in Apoſtolorum doctrina, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* Nã hæc nota, vt Primatum vnius Paſtoris neceſſariò includit, quia inter Apoſtolos vnus extitit ſaltem aliquo modo primus, nec in Apoſtolorum doctrina perſeuerat, qui degit in illa Eccleſia, vbi nullus omnino primus Paſtor eſt iure diuino cõſtitutus: ſic eadẽ nota coniũgit aliorũ Paſtorũ & fideliũ neceſſariã ſocietatẽ, eamq; in multis gẽtibus viſibilem & cognitã, velut ciuitatẽ, quæ ſupra montẽ ædificata nõ poteſt abſcondi. Alioqui enim conſtare nõ poſſet, quomodo ea ſocietas in Apoſtolorũ doctrina perſeueraſſet. Nunc autẽ ſi fidelium aliqua ſocietas ab Apoſtolis aut Apoſtolorũ ſucceſſoribus in cõmunione vnius primi Paſtoris Petro ſuccedentis, & fundata primùm fuit, & continuo perſeuerat, certiſsimum & pleniſsimum hoc eſt ſignum veræ Dei Eccleſiæ. Hæc eſt *vnitas ſpiritus in vinculo pacis*, quam Apoſtolus commendat ad Epheſ. 4. vbi etiam Apoſtolus vinculum Eccleſiæ docet eſſe *Paſtores & Doctores, qui dati ſunt ad ædificationem & redintegrationem ſeu conſummationem totius Eccleſiæ.* Nam cùm res ipſa doceat, potiſsimam hæreſum & ſchiſmatũ materiam à Paſtoribus Eccleſiæ perpetuò adminiſtratam fuiſſe: nulli alij Paſtores vinculum Eccleſiæ poſſunt eſſe, præter illos, qui ad exemplũ Apoſtolorum, vnius primi Paſtoris vinculo ipſi inter ſe connectuntur. Hoc eſt enim *vnum corpus, & vnus ſpiritus*, de quo ibidẽ Apoſtolus agit: vnum corpus Eccleſiaſticum, viſibile, ac militãs: & vnus ſpiritus inuiſibilis à Chriſto ſubminiſtratus. Qui Chriſtus cùm ſit vnus, etiam corpus hoc viſibile in vnitate viſibili cõtinet, non modò per ſpiritũ ſuum qui eſt inuiſibilis, verùm per vicarium ſuum Paſtorẽ, qui eſt viſibile vinculũ pacis & vnitatis. Petrus enim fecit, vt Paulus, qui erat alijs ſuſpectus, velut recentior Apoſtolus, qui Gentiũ, quàm Iudæorũ ſtudioſior videretur, vinciretur tamen cum illis, quia *Petrus & qui erant cum illo dederunt ei & Barnabæ dexteras ſocietatis.* Galat. 2. Poſt quod

Epiphanius hæreſi. 27. *In Roma fuerunt primi Petrus & Paulus Apoſtoli, ijdem & Epiſcopi.*

Optatus lib. 2. contra Parmenianum: *Negare non potes, ſcire te, in vrbe Roma Petro primo Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam.* At nunc quot inſenſati hoc idem negant? Hieronymus in Catalogo dicit, *Petrum ad expugnandum Simonem Magum Romam perrexiſſe, ibiq; viginti-quinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuiſſe. Linum verò ait ſecundum Romæ Epiſcopum poſt Petrum fuiſſe.* Et in Epiſtola ad Damaſum, vocat eum *Piſcatoris*, id eſt, Petri *Succeſſorem.*

Sozomenus Libro 4. cap. 14. ait: *Non ſine diuina prouidentia factum eſſe, vt mortuo Fœlice, ſolus Liberius Romanæ Eccleſiæ præeſſet, ne Sedes Petri vlla infamiæ macula aſpergeretur.*

Prudentius in Hymno S. Laurentij.	Romæ iam regnant duo Apoſtolorum Principes: Alter vocator Gentium, Alter *Cathedram poſſidens* *Primam*, recludit creditas Æternitatis ianuas.

Cathedra igitur Petri, & in vrbe Roma eſt, & *Prima Cathedra* eſt in tota Eccleſia. Leo in Sermone primo de natiuitate Petri & Pauli, dicit, *Romam Caput orbis effectam eſſe, per Sacram Beati Petri Sedem.* Sedes ergo Petri poſita eſt in vrbe Roma. Vnde idem Leo ait Epiſtola 32. ad Martianum & Fauſtum Presbyteros: *Memor ſum, me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Domino Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cuius fides omnes hæreſes deſtruit.*

Proſper. *Sedes Roma Petri.*

Gregorius Magnus, Libro 2. Epiſtola 33. *Nos, licet immeriti, Sedem Apoſtolicam vice Petri Apoſtolorum Principis ſuſcepimus gubernandam.* Et Libro 6. Epiſtola 37. Eulogius Alexandrinus Epiſcopus ad Gregorium Romanum ſcribens, multaque de Petri Apoſtolorum Principis Cathedra locutus, dixit *eundem Petrum in ea nunc vſque in ſuis ſucceſſoribus ſedere.*

Certum igitur eſt, Diuum Petrum non modò primum fuiſſe Chriſtianorum Pontificem, (ſic enim illum Euſebius in Chronicis vocat) verùm etiam nominatim Romanum Epiſcopum extitiſſe, vt meritò cæteri omnes Romani Pontifices ob id ipſum, quòd in Petri Cathedra ſedent, eique in Epiſcopali officio ſuccedunt, primi etiam & ſupremi Chriſtianorum Pontifices & Fratrum confirmatores exiſtimari debeant.

Quòd

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceßionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
44.	1. Petrus ſub Claudio & Nerone Imperatoribus Romanam fundauit Eccleſiã, ac in ea primus Epiſcopus ſedit circiter annos 25. licet ſæpius interim ab vrbe abfuerit. Gal. 2. Actor. 15. Epiphan. hær. 27.	Claudius an. 13. M. 9. d. 28.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

vitandi ſunt, ſecundũ Apoſt. doctrinã, Tit. 3. *Hæreticũ hoĩem poſt vnã & alterã correptionem deuita, ſciẽs quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit cũ ſit proprio iudicio condẽnatus.* Non enim tãtùm ideo perit, quia ex infirmitate cõtra legẽ Dei & ſuã cõſciẽtiã peccat, vt alij qui ſcelerate agunt, ſed ideo etiã perit, quia iudiciũ ipſum & conſcientiã, qua poſſet peccati ſui admoneri, adeo corruptam gerit, vt in peccato & hæreſi ſua glorietur, tãquã in vero Dei Euangelio. Mẽdaciũ enĩ pro veritate amplectitur & tenebras pro luce.

Quartũ hæretici animi iã planè deplorati ſignũ eſt, deficere à fide & ab Apoſtolica Eccleſia, cũ qua ſemel vixerat, exire. 1. Tim. 4. *Diſcedẽt quidã à fide*, & 1. Ioan. 2. *Exierunt à nobis, ſed ſi fuiſſent ex nobis, vtiq; permãſiſſent nobiſcũ.* 2. Ioã. *Oĩs qui recedit, et nõ permanet in doctrina Chriſti, Deũ nõ habet.* Denique 12. Theſ. 2. *veniet diſceßio primũ, & tũc reuelabitur Antichriſtus.*

Quintũ animi hæretici etiam deploratiſsimi ſignũ eſt, cũ is, qui ab Eccleſia receſsit, nouũ cœtum ſua auctoritate abſq; mãdato ſuperiorũ colligit, in quo Primatũ gerat. *Quomodo enim prædicabũt, niſi mittantur?* Rom. 10. & Act. 15 *Quidã ex vobis exeuntes turbauerũt vos, euertẽtes aĩas veſtras, quib⁹ nõ mãdauimus.* Et 3. Ioan *Scripſiſſem forſitã Eccleſiæ, ſed is qui amat Primatũ gerere in eis Diotrepes, nõ recipit nos.* Huic autẽ ſigno cõſentaneũ eſt, vt qui nouã Eccleſiam cõgregauit, etiã nouã Euangelij interpretationẽ ei proponat. Vnde Princeps Apoſtol. Petrus ſub finẽ Epiſtolæ poſterioris docet, *indoctos & inſtabiles deprauare & D. Pauli Epiſtolas, & cæteras Scripturas*

❧ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

pacis vinculũ Chriſtiani omnes & Catholici, tã Paulo & Barnabæ, quàm reliquis Apoſtolis idẽ Euangeliũ prædicãtibus obedierunt. Hac igitur pleniſsima Eccleſiæ nota ſemel cõſtituta certũ eſt, Romanã Eccleſiam iure diuino caput eſſe omniũ Eccleſiarũ, vtpote quæ tùm Petro in Epiſcopali Cathedra certiſsimè ſciatur ſucceſsiſſe, tùm cæteras totius orbis Eccleſias (quæ ſchiſmate non ſunt infectæ) ſecũ in fide ac Sacramentis communicantes habeat, ſemperque habuerit.

3. Veri Catholici ſolent obedire Præpoſitis, & ſubiacere illis. Heb. 13. Vnde *Rom. 16.* dicit Apoſt. *Romanorũ obedientiã in omnẽ locũ diuulgatam eſſe.* Et Ignatius in Epiſtol. 8. ait: *Animã meã pro ijs ponerẽ, qui ſubditi ſunt Epiſcopo, presbyterorum collegio, Diaconis*, &c.

4. Obſeruant prædicationẽ, quæ non tantùm fit in priuatis & certis locis, verùm *vbiq; in omni Eccleſia.* 1. Cor. 4. *Et quæ per teſtes multos audita ſunt, hæc cõmendat fidelibus.* 2. Timoth. 2.

5. Nec tantùm obſeruant, quid ſit ſcriptũ in ſacris codicibus, verùm etiam quid *prædicetur, credatur, & fiat à fidelibus Chriſtianis per vniuerſum orbem.* 1. Cor. 15. Chriſtiani enim perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, ſunt *Epiſtola Chriſti, miniſtrata ab Apoſtolis, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus.* 2. Cor. 3.

6. *Non gloriantur in hominibus.* 1. Cor. 3. hoc eſt, non committunt, vt priuato cuiquã Doctori à reliquis Paſtoribus diuiſo ita ſe addicant, vt ab illo denominentur: veluti, ab Ario, Ariani: à Luthero, Lutherani: à Caluino, Caluiniſtæ.

7. *Non exeunt ab Apoſtolis aut* Apoſtorũ Succeſſoribus. *1. Ioan. 2.* ſed *permanẽt in eadẽ regula, Philippen. 3. & in doctrina Chriſti Ioan. 2. Depoſitũ cuſtodiũt.* 1. Timo. 6. *& ſupercertant ſemel traditæ Sanctis fidei*, vt in Epiſtola Iudæ admonentur.

8. Solent non latère aliquãdo, ſed *lucere, ſicut luminaria in mundo, Philip. 2. Et tanquam ciuitas quæ ſupra montem poſita, non poteſt abſcondi. Mat. 5* Et tanquam *lucerna, quæ ſuper candelabrum conſtituitur, vt ingredientes lumen videant. Luc. 8.*

9. Solent conuertere infideles ad fidẽ, Act. 2. & 4. & 10. nõ autem *ſubuertere eos, qui iam antè crediderunt. 2. Timoth. 2.*

10. Solent creſcere in fide, ac nouos fidei ar-

❧ *Quòd Petrus Apoſtolorum Princeps Simonem Magum omnium hæreticorum patrem Romæ extinxit.*

Petrus Simônis Magi cor prauum detexit in Samaria. Actor. 8. Eundem in Cæſarea conuictum à Petro, & poſtea Romam ſe conferentem, & ibi tanquàm Deum ſtatua illi poſita adoratum, Petrus perſequutus eſt, & precibus ſuis extinxit, vti Scriptores omnium ætatum atteſtantur.

Clemens Conſtitutionum Apoſtol. lib. 6. cap. 7. *Nouæ hæreſes à Simone Samarita habuerunt exordium.* & cap. 8. *Cùm Petrus in Cæſarea Stratonis, tertiò cum Simone de Prophetia, Deique monarchia diſputaſſet, illum virtute Domini repreſſum, in Italiam confugere compulit.* Et cap. 9. *Cùm Simon ſublatus à dæmonibus volaret ſublimis, Petrus verò precaretur, & imperaret dæmonibus, vt remitterent vires ſuas, Simon cum magno fragore corruens fregit coxendicem & pedum tarſos: clamórque plebis ortus eſt, quo ferebatur vnum eſſe Deum, quem Petrus nunciaret.*

Tertullianus de Præſcriptionib. *Simonianæ Magiæ Diſciplina Angelis ſeruiens, vtique & ipſa inter Idololatrias deputabatur, & à Petro Apoſtolo in ipſo Simone damnabatur.* Et pòſt. *Fœlix Eccleſia* (Romana) *vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur.*

Euſebius lib. 2. cap. 13. *Sub ipſo Claudij Imperio, Dei prouidentia fortem ac præpotentem, & reliquorum omnium Apoſtolorum propter virtutis amplitudinem facilè Principem Petrum Romam deduxit, ad peſtiferam Simonis Magi corruptelam delendam.*

Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi. 6. *Petrus & Paulus cùm eſſent Præſides Eccleſiæ, Simonem Magum in aërem vehiculo dæmonum ſublatum per concordem orationem deiecerunt in terram. Neque mirum. Petrus enim erat, qui Claues regni cælorum portabat: & Paulus qui in tertium cælum raptus fuerat.*

Damaſus in Pontificali in Petri vita. *Petrus cum Simone Mago multas diſputationes habuit, tam coram Nerone Imperatore, quàm coram populo. Et quot Beatus Petrus ad fidem Chriſti congregabat, ille per magias ac deceptiones ſegregabat, & dum diutius altercarentur, Simon diuino nutu interemptus eſt.*

Ambroſius in oratione in Auxentium de tradendis Baſilicis. *Petrus victo Simone, cùm præcepta Dei populo ſeminaret, doceret caſtimoniam: excitauit animos gentilium. Quibus eum quærentibus, deprecatæ ſunt animæ Chriſtianæ, vt paulìſper cederet. Nocte muro egredi cœpit, & videns ſibi in porta Chriſtum occurrere, vrbémque ingredi, ait: Domine quò vadis? Reſpondit Chriſtus: venio Romam iterum crucifigi. Intellexit Petrus, ad ſuam Crucem diuinum pertinere reſponſum.*

Epiphanius hær. 21. *Simon Magus in Romanorum vrbe collapſus, mortuus eſt.*

Pacianus in 2. Epiſtola ad Sympronianum. *Nónne Simonem Petrus, Iudice aſtipulante, confudit?*

Hieronymus. *Petrus ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit.*

Hegeſippus lib. 3. de excidio Hieroſolymorum, c. 2. *Adoleſcentem nobilem defunctum, quem Simon Magus non poterat excitare, cùm Petrus ſuſcitaſſet, Magus offenſum ſe dicit à Galilæis, relicturum vrbem, quam tueri ſolebat. Seſe igitur de rupe Capitolina deijciens, volare cœpit. Mirari populus. Cæterùm ad preces Petri implicatus remigijs alarum, quas ſumpſerat, corruit, & fracto crure Ariciam conceſſit, atque ibi mortuus eſt. Nero autem virum ſibi tam vtilem ſublatum dolens, quærere cœpit cauſas, quibus Petrum occideret. Petrus rogatu populi vrbem egreſſurus, occurrente in porta Chriſto, in vrbem redit: & comprehenſus, inuerſis veſtigijs, cruci affigitur.*

Auguſti-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Petrus.	Idem Claudius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

pturas ad ſuã ipſorum perditionem, maximè in iis rebus, quæ difficiles intellectu ſunt.

Sextum hæreſeos iam omni ex parte conſummatæ ſignũ eſt, cũ noua iſta congregatio in nomen Pſeudoapoſtoli ſui trãſijt, veluti quãdo à *Nicolao dicũtur Nicolaitæ. Apoca.2.* ab Ario Ariani, à Donato Donatiſtæ, aut à Luthero Lutherani, & à Caluino Caluiniſtæ. Hoc antem Apoſtolus appellat, in carne aliorum gloriari. *Galat. 6. Volun* (inquit) *vos circumcidi, vt in carne veſtra gloriẽtur*, id eſt, vt vos ipſorũ Diſcipuli & ſectatores videamini, & illi appellẽtur Patres veſtri ſpiritales et Doctores. Hũc morem Eccleſia Dei nõ approbat, adeò vt Paulus nõ patiatur, ne à ſe quidẽ aut à B. Petro, aut à quopiá priuato hoĩe fideles denominari. Itaq; *1. Cor. 3.* ait: *Cùm quis dicat: Ego quidẽ ſum Pauli, alius autem: ego ſum Apollo: nónne carnales eſtis?*

Septimum hæreſeos ſignũ eſt, quòd quælibet hæreſis præ Catholicæ fidei perpetua firmitate facilè trãſit, ac perit. *Reprobi circa fidẽ* (ait *Apoſt. 2. Tim. 3.*) *ultrà nõ proficiẽt. Inſipiẽtia enĩ illorũ manifeſta erit oĩbus.* Et *2. Pet. 2. Magiſtri mẽdaces ſuperducẽt ſibi celerẽ perditionẽ & perditio eorũ nõ dormitat.* Modi autẽ, quibus hæreticorũ inſipiẽtia manifeſtatur & deſtruitur, multi ſunt. Nã & per Catholicos viros, qui eis reſiſtũt, & per Cõcilia Epiſcopalia, & per ſchiſmata, quæ inter ipſos oriuntur, & demũ aut per fideliũ Principũ iuſtã caſtigationẽ, aut per infideliũ inuaſionẽ & captiuitatẽ delentur de hominũ memoria, vt res ipſa docet: eũ interim Eccleſia Catholica & Apoſtolica permaneat in æternũ *quoniam maior eſt qui in nobis eſt, quàm qui in mundo.* 1 Ioan. 4.

Petrus

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

ticulos cum prioribus conſentientes, ac diuinitus reuelatos ad priorem cumulum adijcere, *Actor. 10. Epheſ. 3*, ac non priores fidei articulos tollere aut diminuere. Hoc enim eſt ædificationem, quam in Chriſto Ieſu plebs Chriſtiana obtinuit, diſſoluere, & Antichriſti ſtudium promouere, cuius character eſt, *negare* omnia Chriſti Myſteria. Vnde per *Apoſtaſiam & defectionem myſterium iniquitatis operatur. 2. Theſſ. 2. 11.* Solẽt *doctrinis variis & peregrinis nõ abduci.* Heb. 13. *ſed declinare ab illis, qui diſſenſiones & offendicula faciunt præter doctrinam, quam Catholici didicerunt. Rom. 16. Si quis enim euangelizat vobis præter id quod accepiſtis, etiã ſi Angelus fuerit, Anathema ſit.* Galat. 1. Accepiſſe autem intelliguntur tam illa, quæ per Epiſtolam Apoſtolorum, quàm ea, quæ per eorum ſermonem, hoc eſt, ſine ſcripto tradita ſunt illis. *2. Theſſal. 2. 12.* Catholici licet perſecutionem penè aſſiduam patiantur, vt Abel à Cain, Gen. 4. Iſaac ab Iſmael, Gal. 4. Iacob ab Eſau, Gen. 27 Iſraelitæ ab AEgyptijs, Babylonijs, & vicinis gẽtibus: tamen Catholici eandem perſecutionem ſemper vincunt, *1. Ioan. 4. & 5. Math. 16.* Sic Romana Eccleſia primis trecentis annis tantam perſecutionem ab Imperatoribus paganis paſſa eſt, vt triginta ferè ex primis Pontificibus Romanis martyrium ſubierint: nec tamen ideo deſierunt, qui etiam cũ certo vitæ diſcrimine ſederent in Petri Cathedra. Vicit ergo Romanorũ fides. Poſtquàm verò Imperatores cœperũt palàm in Chriſtum credere, Cõſtantius Imperator hæreticus eandem Cathedram perſecutus eſt, idemq; fecerunt hæretici omnes, vt Theodoricus, Baſiliſcus, Iuſtiniani vxor Theodora, oẽſq; Imperatores Iconomachi. Sed eadẽ Romana Eccleſia tã inſigniter vicit, vt non modò non deeſſet vnquã Põtifex, qui ſederet in Petri Cathedra, ſed etiã Leo tertius, qui in eadẽ Petri Cathedra ſedit, Imperiũ Orientis diminueret, trãſlato in Carolũ Mag. Occidẽtis Imperio. Ac neq; ex Caroli ſucceſſoribus Imperatores Germani defuerũt, qui Pontificem Romanum ſæuiſsimè perſequerentur: ſed in tantũ vicit fides Romana, vt non alij potuerint hactenus ſibi ac ſuis Imperiũ tenere, quàm qui fidem & vnitatẽ Cathedræ Petri teneant. Hæc enim eſt illa Petra, aduerſus quã non præualent inferorũ portæ. *Auguſt. in Pſal. aduerſus Donatiſtas, Tom. 7.*

Continuatio teſtimoniorum, quòd Petrus Apoſtolorum Princeps Simonem Magum omnium hæreticorum patrem Romæ extinxit.

Auguſtinus in lib. ad Quoduult-Deum, hær. 1. *In vrbe Roma B. Apoſtolus Petrus Simonem Magum vera Omnipotentis Dei virtute extinxit.*

Theodoretus in lib. 1. hæreticarum fabularum. *Simon Magus Romanos ſuis præſtigijs tanta admiratione affecit, vt etiam ænea columna honoraretur. Sed rurſus veniens diuinus Petrus fraude eum pennis nudauit. Qui cùm eum tandem in miraculorum certamen prouocaſſet, & diuinæ gratiæ & præſtigiarum diſcrimen oſtendiſſet, omnibus Romanis videntibus, eum ex magna altitudine deturbauit, cùm oraſſet: & qui miraculum viderant, eos cepit ad ſalutem.*

Myſterio quodam vacare non videtur, quòd Princeps Apoſtolorum Simon Petrus, Principem hæreticorum Simonem Magum, ita & in Samaria detegit, & in Iudæa conuincit, & in Italiam perſequitur, vt tandem in vrbe Roma hominem penitus extinguat. *De Sion quidem exiuit lex, & verbum Domini de Ieruſalem*, Sed quia Iudæi non receperunt fidem, *Apoſtoli conuerſi ſunt ad Gentes*, & in Capite Gentium Roma, Caput Apoſtolorum Petrus, Simonem Magum omnis magiæ, hæreſeos, & ſchiſmatis principem debilitauit, fregit, ac deleuit, eo ipſo declarans, totum corpus totámque hæreſeos & ſchiſmatis caudam per Epiſcopos Petro in Romana Cathedra ſuccedentes, in æternum reprimendam fore. Nec tãtùm hæreticos repreſſura erat Sedes Petri, ſed etiam tùm cæteros infideles, tùm ipſos Reges & Imperatores ad fidem Chriſti conuerſura, quemadmodum prædictum eſt à Sybilla Erythræa, quæ de Chriſti rebus geſtis Prophetiam edens, inter cætera prædixit, *quòd eligeret ſibi ex piſcatoribus & deiectis numerum duodenarium, vnúmque diabolum* (Iudam videlicet) *quódque non in gladio bellóue Æneadem vrbem Regéſque ſubijciet, ſed in hamo piſcantis*. Hæc prophetia primum ex Chaldæo ſermone in Græcam, ac deinde in Latinum tranſlata, extare dicitur Venetijs in Bibliotheca ſancti Georgij Maioris, & citatur à Bernardino in ſexta parte ſerm. 1. De Feſtiuitat. Mariæ. Itemque in Chronicis Antonini, parte. 1. Tit. 3. c. 9. § 14. Conſtat verò, per *Æneadem vrbem* non niſi Romam, per hamum verò piſcantis, non niſi Diuum Petrum & Succeſſores eius intelligi. Vnde Auguſtinus in Tractatu. 7. in Ioan. Chriſtus (inquit) volens ſuperborum frangere ceruices, *de piſcatore lucratus eſt Imperatorem. Magnus Cyprianus orator, ſed prius Petrus piſcator, per quem poſtea crederet non ſolùm orator, ſed & Imperator.*

Cæterùm vt ad hæreticorum primam originem inueſtigandam accedamus: Hegeſippus quidem apud Euſeb. lib. 4. c. 21. teſtatur, *Thebulim quendam, eò quòd in Epiſcopatus petitione repulſam tuliſſet, Eccleſiam eatenus virginem labe erroris inficere conatum eſſe.* Ibidémque ſubijcit, *Doſitheum, Cleobium, Gortheum, Masbotheum, & alios ex ſeptem Iudæorum ſectis procreatos res impias in Deum & blaſphemas ijſdem temporibus docuiſſe.* Verùm quòd ijdem fuerint Chriſti membra per Baptiſmum effecti, non perinde liquet: vt potius ad Synagogæ, quàm ad Eccleſiæ ſectas referendi eſſe videantur. Inter hæreticos verò ab ipſis Chriſtianis ortos, Irenæus fatetur, Simonem Magum fuiſſe omnium Principem. Lib. 1. cap. 20.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Maximi.	Imperato. Rom.
		Nero an 14. m 7. d.28.
68.	Petrus ſub finem imperij Neronis Simonem Magum in aerē volitātē precibus ad Deū fuſis, deiecit, quæ res effecit, vt Nero cum ad mortem cōdemnaret.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Simonianis.

[a] Simon Magus ex Doſithei ſchola prodiens (vt Clemens Romanus refert lib.2. Recognitionum) & à Philippo baptizatus, obtulit pecuniam Petro & Ioanni, vt cui manus impoſuiſſet, is acciperet Spiritum Sanctum. Actor.8. Hinc Simoniaci denominantur, qui donum Dei pecunia poſsideri exiſtimāt.[b] Simon præterea dixit, ſe eſſe eū, qui ſit ſuper omnia, & in Samariā deſcēdiſſe quaſi patrem. [c] Inter Iudæos quaſi filiū apparuiſſe. [d] In reliquis gētibus quaſi Spiritum, Sanctum aduentaſſe. [e] Per Selenem meretricem quæſtuariā ſe mente cōcepiſſe Angelos, & Archangelos facere, [f] illamq; eos generaſſe. [g] Ab illis Angelis mūdū hūc eſſe factū. [h] Et Prophetas ab ijſdē Angelis inſpiratos prophetaſſe. [i] Docuit trāſmigrationē animarū de corpore in corpus. [k] Secundùm ipſius gratiā dicebat ſaluari homines, *non ſecundùm operas iuſtas, quibus vacare ſeruitus eſſet.* [l] Eius myſtici Sacerdotes & ſectatores libidinoſe viuebant, & inçātationibus vtebantur. [m] Itemq; imagines ipſius & Selenæ tanquam Deos adorabant. Hæc Irenæus lib.1.c.20. [n] Clemens præterea docet lib.2.Recognit.quòd *multos Deos poſuit, quibus præeſſet vnus incomprehenſibilis omnibus incognitus.* [o] Ex multis verò illis vnum ſorte electum, vt Iudæorū populo Deus eſſet. [p] Itemq; lib.3.Recognit.quòd *liberum negans arbitrium, omnia fato aſsignabat.*

[q] Et in Conſtitution. Apoſtol. lib.6.cap.16.dicitur, quòd quædā ſub nomine Apoſtolorum falsò edidit. [r] Epiphanius hær. 21.refert,

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

[a] Petrus dixit Simoni Mago, *Pecunia tua tecū ſit in perditionem, quoniam exiſtimaſti donū Dei pecunia poſsideri: in obligatione iniquitatis video te eſſe,* Actor.8. [b] Math.23. *Patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter qui in cælis eſt.* Et Ioan.5. *Neq; vocem patris vnquam audiſtis, neq; ſpeciē eius vidiſtis.* [c] Mat.24. *Multi venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus.* [d] Luc.24. *Spiritus carnē & oſſa nō habet,* §, ſicut Simonem habere videbant, qui vnà cum eo vixerunt. Qui verò S.Trinitatē poſtea negârunt, aut patrem cum filio vnū eſſe dixerunt, eorū pater eſt Simon, qui ſeipſum diuerſis tātùm in locis & patrē, & filiū, & Spiritū ſanctum fuiſſe dixit. Et in Epiſto. Iudæ ſecundùm Græca exemplaria: *In ſomnijs agitati carnē maculant, dominationem ſpernunt, in ſplendores maledicta congerunt.* [f] § Hinc ſumpſerunt occaſionē, qui materiam Deo coæternā poſuerunt, ex qua velut ex Helena quadam & Angeli, & alia ſint producta. [g] Heb.3. *Qui omnia creauit Deus eſt.* [h] 2.Pet.1. *Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt Sancti Dei homines.* [i] Heb.9. *Statutum eſt hominibus, ſemel mori.* § Sæpius autem moreretur, hoc eſt, diſſolueretur eadē anima, ſi de corpore in corpus tranſiret. [k] 2.Pet.2. *Superba vanitatis loquentes, pelliciunt in deſiderio carnis luxuriæ eos, qui in errore conuerſantur, libertatem illis permittentes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis.* § Hinc promanârunt, qui ſolam fidem ſufficere exiſtimant. [l] In epiſtola Iudæ. *Oculos habent plenos adulterij, cor exercitatum auaritia, maledictionis filij.* [m] Act.15. *Ego* (inquit Iacobus) *iudico ſcribendum ad cōuerſos ex Gentibus, vt abſtineant à cōtaminationibus ſimulachrorū.* Et Luc 4. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerues.*

[n] 1.Cor.8. *Scimus, quòd nullus eſt Deus niſi vnus.*

[o] Iudæus erat qui dixit: 1.Tim.1. *Regi ſeculorū, ſoli Deo gloria.* [p] Paulus ad Philemonem: *Sine conſilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex neceſsitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium.*

[q] Clemens lib.Conſtit.Apoſt.6.c.16.ita loquitur in perſona Apoſtolorum: *Noſtro nomine promulgatos ab impijs libros ne receperitis. Non enim nominibus Apoſtolorum attendere debetis, ſed natura rerum & rectæ ſententia.* [r] Ioan.3. *Scrutamini*

Quòd Petrus D. Marci Euangelium Romæ ſcriptum approbauerit, eundemq́ in Ægyptum ad prædicandum Chriſti Euangelium mittens, Alexandrinam Eccleſiam ſecundæ Sedis honore cohoneſtauerit.

D. Marcum in Babylone, hoc eſt, in vrbe Roma cum Petro fuiſſe, illa Diui Petri verba declarant. 1. Petri 5. *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus.*

Papias & Clemens Alexandrinus (vt eſt apud Euſebium Libro hiſtor. 2. cap. 14. tradunt, quòd *poſtquàm veſana Simonis Magi potentia extincta eſt, ac homo ipſe actutum vnà penitus profligatus: tanta pietatis lux eorum mentibus, qui Petrum audiebant, affulſit, vt à Marco Petri comite contenderent, quò monumentum illius doctrinæ, quam verbo illis tradidiſſet, etiam ſcriptis mandatum apud eos relinqueret. Quam ſcripturam ferunt Diuum Petrum authoritate ſua ratam feciſſe, quò in Eccleſiis paſſim perlegeretur.* Hoc adeo conſtitit inter omnes Romanos, vt in Pontificali Romano, quod Damaſi dicitur, ita perſcriptum legatur: *Petrus ſcripſit duas Epiſtolas, quæ Catholicæ ac Canonicæ nominantur, & Euangelium Marci: quia Marcus auditor eius fuit, & filius à Baptiſmo.*

Euſebius Lib. ſecundo, cap. 15. ex teſtimonio Papiæ & Clementis: *Aiunt Marcum primùm in Ægyptum traieciſſe, & Euangelium, quod ipſe conſcripſerat, illic prædicaſſe, primumq́ Eccleſiarum Alexandriæ inſtitutarum authorem extitiſſe.*

Anacletus in Epiſtola tertia: *Secunda Sedes apud Alexandriam Beati Petri nomine, à Marco eius Diſcipulo atque Euangeliſta conſecrata eſt: quia ipſe & in Ægypto primùm verbum veritatis directus à Petro prædicauit, & glorioſum ſuſcepit Martyrium.*

Gloria igitur Alexandrinæ Eccleſiæ Beatus Marcus eſt, qui eam fundauit, Marci verò gloria, Beatus Petrus eſt, cuius ille diſcipulus fuit. Petrus autem fuit Romanus Epiſcopus, & hoc illud eſt, quod Hieronymus in Epiſtola 68 ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum ſcribit: *Scito, nobis nihil eſſe antiquius, quàm Chriſti iura ſeruare, nec Patrum transferrè terminos, ſemperq́ meminiſſe, Romanam fidem Apoſtolico ore laudatam, cuius ſe eſſe participem Alexandrina Eccleſia gloriatur.* Alexandrina verò Eccleſia, *Romanæ fidei ſe eſſe participem gloriatur*: quia vt Euangeliſtam ſuum à Petro Epiſcopo Romano illuc miſſum accepit, ſic per eum Diſcipulum, ſecundùm Eccleſiam Romanam, prima in mundo Eccleſia facta eſt: adeò, vt Nicena Synodus in Sexto Canone, *mores antiquos conſeruari volens, declaret Epiſcopum Alexandrinum habere poteſtatem in Ægypto, Lybia, & Pentapoli, idq́ quoniam & Epiſcopo Romano hoc in more poſitum eſt.* Ad exemplum ergo formámq; eius conſuetudinis, quam Romanus Epiſcopus vel inſtituit, vel ſeruauit, conſtituta eſt ab initio Alexandrini Epiſcopi iuriſdictio & præſidentia. Vnde Hegeſippus in lib. 3 excidij Hieroſolymitani, cap. 5. *Romam dicit eſſe primam ciuitatem, ſecundam verò Alexandriam.*

Præterea Leo Magnus in Epiſto. ad Anatholium Epiſcopum Conſtantinop. *Non conuellantur* (inquit) *prouincialium iura primatuum, nec priuilegiis antiquitus inſtitutis Metropolitani antiſtites fraudentur. Nihil Alexandrinæ ſedi eius, quam per S. Marcum Euangeliſtam Beati Petri Diſcipulum meruit, pereat dignitatis.*

Alexandrina igitur Sedes dignitatem meruit, per S. Marcum Beati Petri Diſcipulum. At quantam dignitatem? Vtique tantam, vt Petri etiam Cathedra haberetur. Sic enim ſcribit D. Gregorius lib. 6. Epiſto. 37. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum. *Ille mihi de Petri Cathedra locutus eſt, qui Petri Cathedram tenet. Petrus enim decorauit ſedem, in qua Euangeliſtam Diſcipulum miſit.* Imò Euſebius Eccleſiaſt. Hiſtor. Lib. 4. Cap. 1. de Succeſſione Epiſcoporum Alexandriæ agens: *Annum* (inquit) *circiter duodecimum Imperij Traiani, quidam nomine Primus,*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Petrus.	Idem Nero.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

fert, quòd dixerit omnem credentem veteri teſtamento mortem ſubire.

s Legem verò non eſſe Dei, ſed ſiniſtræ virtutis.

t Quam tamen legem (ſecundùm Auguſtinum hær. 1.) Simon ſe in monte Sina Iudæis dediſſe dixit. Et apud Clementem lib. 2. Recognition. fatetur, legem in omnibus, qui religionis curam gerunt, plenæ auctoritatis eſſe, modò ſecundùm proprium cuiuſque ſenſum intelligatur. veriſimillimum vt ſit, eum approbaſſe legem, hoc eſt, quinque libros Moyſis (quos & Samaritæ, ex quibus ipſe erat, approbabant) donec ex eadem lege à Petro confutatus, eam cœpit deteſtari.

v Adiungit Epiphan. hær. 21. quòd interitum carnis aſſeruit, negata reſurrectione.

x Auguſtinus addit hær. 1. quòd docuit *indifferenter vti fœminis.*

y Philaſtrius in Catalogo hæreſeon, & Theodoretus lib. 1. hæretic. fabularum, addunt, Simonem negaſſe, *quòd eſſet verè homo, aut verè paſſus*, quamuis appareret tanquàm homo, & tanquã paſſus.

z Dicebat, Chriſtum nec veniſſe, nec à Iudæis quicquam pertuliſſe. Auguſtinus hær. 1.

2. *Pſeudoapoſtolorum errores.*

a Docebant circumciſionem obſeruandam, Actor. 5. dies, menſes, & annos Gal. 4. ciborum diſcrimen, Col 2.

b Euangelicam gratiam dicebant meritis ſuis debitam fuiſſe, eò quòd Iudæi cognominarentur, quodque in Deo gloriantes, confiderent ſe habere formam ſcientiæ & veritatis in lege. Rom. 2.

c Qui-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

mini ſcripturas, illa ſunt quæ teſtimonium perhibẽt de me. § Quæ verba cùm Chriſtus enunciaret, non erant aliæ, quàm veteris teſtamẽti ſcripturæ, quas Iudæi poſſent ſcrutari.

s Rom. 7. *Lex ſancta, & mãdatum ſanctum, & iuſtum & bonum.*

t Rom. 7. *Lex ſpiritualis eſt.* & Rom. 10. *Finis legis Chriſtus* § Simon autem totus carnalis cùm fuerit, nunquàm dedit legem, quæ ſpiritaliter intellecta ipſum oppugnaret.

v 1. Cor. 15. *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.*

x 1. Cor. 6. *Neque fornicarij, neque adulteri, regnum Dei poſsidebunt.* Et c. 7. *Propter fornicationem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat.*

y Simon in cruce quidem Chriſti paſſus non eſt: ſed ſi verè homo non fuit, quomodo cùm ſublatus à Dæmonibus volaret ſublimis, imperante Petro improbis virtutibus, ab alto decidit, coxendice & pedum tarſis cõfractis? Auctor eſt Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib. 6. c. 9.

z 1. Ioan. 1. *Quod fuit ab initio quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, annunciamus vobis.* Et c. 4. *Omnis Spiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. Et omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus.*

Apoſtolorum prædicatio.

a Legis iugum non eſſe imponendum credentibus in Chriſtum. Actor. 15. nec feſta Iudaica. Gal. 4. & 5 nec vetera ciborum diſcrimina. Col. 2. Heb. 13.

b *Intentio Apoſtoli in tota Epiſtola ad Romanos hæc eſt, vt non ſe quis arbitretur ideo percepiſſe gratiam, quia bene operatus eſt, ſed bene operari non poſſe, niſi per fidem perceperit gratiam:* verba ſunt Auguſtini *ad Simplicianum libro. 1. quæſtione. 2.*

mus, ab Apoſtolis ſucceſsione quartus, miniſterium Eccleſiæ Alexandrinæ ſortitò cœpit. Cur Epiſcopum Alexandrinum ab Apoſtolis ſucceſsionem ducere affirmat, niſi quia vel Apoſtolorum aliquis Alexandriam ſe contulit, atque ibi velut Epiſcopus ſedit, vel certè D. Marcum ea lege illuc miſit, vt Alexandrinam Eccleſiam velut Apoſtolorum legatus non ſub communi Sedis Epiſcopalis, ſed ſub eximio Sedis Apoſtolicæ nomine conſtitueret ac fundaret? Ac Nicephorus quidem lib. 14. cap. 39. Antheri Pontificis Romani verba profert, in quibus dicat, *D. Petrum ex Antiochia Romam, ex Romana verò vrbe, in Alexandriam tranſiiſſe*, tanquam & illic ſederit, velut Alexandriæ Epiſcopus. Fateor tamen ea verba (quòd Petrus ex vrbe Roma in Alexandriam tranſijt) in Antheri Epiſtola, quæ apud Latinos habetur, non extare. Symeon verò Metaphraſtes in vita Petri & Pauli narrat, Petrum Lino Romæ ordinato Epiſcopo, *in Hiſpanias tranſiiſſe, inde autem veniſſe in Ægyptum, & Thebis Ruffum, Alexandriæ autem Marcum Euangeliſtam Epiſcopatui præfeciſſe.*

De Clementis ordinatione à Petro Apoſtolo, déque Epiſtola eius ad Iacobum fratrem Domini.

Clemens in Epiſtol. 1. ad Iacobū fratrem Domini, quam Ruffinus abhinc annis mille & penè ducentis Latinam fecit. *Simon Petrus Apoſtolus primus, regem ſeculorum vſque ad Romanæ vrbis notitiam, vt etiam ipſa ſaluaretur, inuexit. Hic pro pietate pati volens, apprehenſo manu mea in conuentu fratrum dixit: Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ Cathedram trado.* Et iterum: *Ipſi trado à Domino mihi traditam poteſtatem ligandi & ſoluendi. Ligabit enim quod oportet ligari, & ſoluet quod expedit ſolui, tanquàm qui ad liquidum Eccleſiæ regulam nouerit.*

Epiphanius hær. 27. *Nemo miretur, quòd ante Clementem Linus & Cletus Epiſcopatum aſſumpſerunt, cùm ſub Apoſtolis hic fuerit contemporaneus Petri & Pauli: nam & illi contemporanei Apoſtolorum fuerunt. Siue igitur adhuc ipſis ſuperſtitibus à Petro accepit impoſitionem manuum Epiſcopatus, & eo recuſato remoratus eſt: ſiue poſt Apoſtolorum ſucceſsionem à Cleto Epiſcopo hic conſtituitur, non ita clarè ſcimus.* Quamuis autem Epiphanius neget, ſe hoc clarè ſciuiſſe: tamen & declarat hoc ipſum nec ignotum ſibi fuiſſe, nec pro abſurdo habitum eſſe, vt à Petro Clemens ordinaretur Epiſcopus. Et quod ille, vtpote Græcus, minus clarè de rebus Romanis cognouerat, id Romani verum & clarum fuiſſe atteſtantur. Plus autem creditur vni teſti affirmanti, quàm vel mille dubitantibus. Ille enim quod ſcit loquitur, hi nihil aliud quàm ſe fatentur ignorare.

Anacletus & Alexander huius Epiſtolæ Clementis honorificam mentionem facientes, eo ipſo docent, eum à Petro fuiſſe ordinatum, prout in eadem Epiſtola narratur.

Tertullianus de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos. *Romanorum Eccleſia Clementem à Petro ordinatum edit, id eſt, per inſtrumenta & rationes publicas demonſtrat.*

Dama-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Nero.
	Petrus antequàm in Crucem Romæ ageretur, & Marci Euangeliũ approbauit, & ipſum miſit Alexandriam.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

c Quidam ad ſalutem obtinendam ſuffieere ſolã fidem putauerũt: quia Paulus diceret iuſtifieari hominẽ ſine operibus legis, ex eoq; opera iuſtitiæ neglexerunt.

d Affirmabant, Paulum dieere: *Faciamus mala, vt veniant bona. Rom. 3.*

e Dicebant Paulũ aut non eſſe Apoſtolum, aut ab alijs Apoſtolis eonſtitutum eſſe. 2. Cor. *1.*

f Quidam inter Corinthios dixerũt, *quòd reſurrectio mortuorum non eſt.*

g Terrebãt Theſſalonieẽſes, *quaſi inſtaret dies Domini.* 2. Theſ 2.

h *Subintroierunt quidã, Dei gratiã transferentes in luxuriam, & ſolũ dominatorem & Chriſtum negantes.* In Epiſt. Iudæ.

i Auctores erant, vt qui eſſent in matrimonio deprehẽſi, quãdo ad fidẽ eõuertebãtur, à re vxoria velut iã illicita in perpetuũ abſtinerẽt, vtque virgines, viduæ, aut cœlibes non nuberent omnino.

k *2.* Pet 3. In ijs, de quibus Paul. in Epiſtolis ſeribit, ſunt quædam difficilia intellectu, quæ *indocti & inſtabiles deprauârunt, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.*

l Inflati ſciẽtia, quæ propter abſentiã Charitatis non ædificauit, doeebãt, *Idolothyta poſſe mãducari eò quòd idolũ nihil eſſet.* 1. Cor. 8.

m Dicebant, bona hominum ab ipſis hominibus eſſe.

n *Conſuetudinis erat quibuſdã, deſerere collectionẽ fratrum. Heb. 10.*

a Acto. 13. Elymas Magus quærebat auertere Paulum Proconſulem à fide.

b Idem Elymas dieebat: *Si eſt omnipotens Deus, quomodo dicitur à Paulo, ſeipſum negare non poſſe?* Dionyſius e. 8. de diuinis nomin.

3. De.

❧ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

c *Apoſtolicæ Epiſtolæ Petri, Ioãnis, Iacobi & Iudæ (ſicut etiã ipſius Pauli, Gal. 5.) cõtra eã opinionẽ maximè dirigũt intẽtionẽ, vt oſtẽdãt fidẽ ſine operibus nihil prodeſſe.* Augu. de fide & operib. c. 14. Idẽ in lib. de vnieo Baptiſ. eõtra Petilianũ. c. 10. *Apoſt. Iacobus cùm quoſdã redargueret, qui ſufficere dicebant homini ſolã fidẽ, nec ei Charitatis opera coniungebãt, eos ex dæmonũ cõparatione cõuicit.*

d *Quorum damnatio iuſta eſt.* Rom. 3.

e *Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum & Deum patrem.* Gal. *1.*

f *Si reſurrectio mortuorum non eſt, neq; Chriſtus reſurrexit. Si Chriſtus non reſurrexit: inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra.*

g *Veniet diſceſſio primum, & reuelabitur homo peccati, filius perditionis.*

h *Supercertate ſemel traditæ ſanctis fidei, ſcientes Sodomã & Gomorrã ignis æterni pœnam ſuſtinere.*

i *1.* Cor. *7. Bonum eſt homini mulierem non tangere, propter fornicationem autem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat,* id eſt, eam, eui ante conuerſionẽ ſuam iunctus erat. Nam ſequitur: *Dico non nuptis & viduis: bonum eſt, ſi ſic permaneant, ſicut & ego. Quòd ſi non ſe continẽt, nubant. Vidua beatior erit, ſi ſic permanſerit. Qui matrimonio iungit virginẽ ſuã, bene facit: & qui nõ iũgit, melius facit.*

k *Chariſsimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis. Vos igitur fratres preſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate.* 2. Pet. 3.

l 1. Corinth. 8. *Videte ne fortè hæc licẽtia veſtra fiat offendiculum infirmis. Si eſca ſcandalizat fratrẽ meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.*

m Iacob. 1. *Nolite errare: omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.*

n Hebr. 10. *Conſideremus inuicem in prouocationẽ Charitatis,* & *Charitas fraternitatis habitet in vobis.* Heb. 13.

a Actor. 13. Paulus dixit ad Elymam: *O plene omni dolo, fili Diaboli, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas? & nunc eris cæcus. Tunc Proconſul cùm vidiſſet factum, credidit.*

b Diony. de diuinis nom. c. 8. *Seipſum negare, eſt à veritate decidere.* Porrò *Deus eſt veritas. A Deo igitur cadere Deus non poteſt: & non eſſe*

Continuatio teſtimoniorum de Clementis ordinatione à Petro Apoſtolo, déque Epiſtola eius ad Iacobum fratrem Domini.

Damaſus in Pontificali in vita Clementis. *In epiſtola quæ ad Iacobum ſcripta eſt, qualiter Clementi commiſſa eſt à B. Petro Eccleſia, reperies,* Id ipſum etiam refert in vita Sancti Petri.

Ruffinus in præfatione Recognitionum Clementis. *Epiſtolam ſanè (in qua idem Clemens ad Iacobum fratrem Domini ſcribens, de obitu nuntians Petri, & quòd ſe reliquerit ſucceſſorem Cathedræ & doctrinæ ſuæ, in qua etiam de omni ordine Eccleſiaſtico continetur) ideo nunc huic operi non præmiſi, quia & tempore poſterior eſt, & olim à me interpretata atque edita.*

Euſebius lib.3.ca.10.tradit, *Simeonem* (quem alij Simonem vocant) *Seruatoris conſobrinum, poſt D. Iacobum Iuſtum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum accepiſſe.* Dorotheus autẽ Tyri Epiſcopus *in Synopſi*, putat illum, qui dicebatur Simon, etiam Iacobum Alphæi dictum eſſe. Cùm igitur hic Simon non minus frater Domini fuerit, quàm Iacobus Iuſtus: atque etiam idem Simon Iacobus cognominatus fuerit: facilè intelligimus, errore id factum eſſe, vt Epiſtola Clementis, quæ ad fratrem quidem Domini, atque etiam ad Iacobum, ſed ad Simonem eundemque Iacobum Alphæi, non autem ad Iacobum Iuſtum ſcripta eſt, tamen ab ijs, qui hoc non animaduerterant, ad Iacobum Iuſtum ſcripta eſſe putaretur. Iacobus enim Iuſtus ante Petrum aliquot annis mortuus fuerat, cùm tamen Clemens non niſi poſt Petri mortem ad Simonem ſeu Iacobum Alphi eundemque fratrem Domini ſcripſerit. Vtcunque ſit, ob tituli errorem Epiſtolam tot antiquorum teſtimonijs probatam non oportuit reijci. Nec iſta hoc tempore ob aliud commemoramus, quàm quòd veritati conſentanea ſunt, cùm alioquin parum referat noſtrâ, vtrum vel Clemens à Petro ſit ordinatus, vel ea Epiſtola, quæ ad Iacobum Domini fratrem inſcribitur, ſit Clementis. Nec enim ab ijs rebus pendet Catholica fides. Sed cùm primæ Pontificum Romanorum ſucceſſiones aliter apud alios recenſeãtur, meritò Romanæ Eccleſiæ teſtimonium plurimi facimus in ea re, quæ apud Romanos geſta, in eadem vrbe debebat etiam eſſe notiſſima. Ac Hieronymus quidem origine Romanus, verùm inter Græcos plurimum verſatus, ita Clementem (in catalogo Scriptorum Eccleſiæ) quartum à Petro ex inſtituto Græcorum numerat, vt interim fateatur, *pleroſque Latinorum putare, eundem Clementem à Petro ſecundum extitiſſe.* Nec tamen ita ſoli Romani aut Latini tradiderunt, Clementem à Petro ſecundum fuiſſe, quin Græci etiam idem ipſum fando acceperint, vt ex Epiphanij verbis paulò ſuperiùs citatis conſtat. Quinimò *Ephraim Epiſcopus Cherſonis* (vt eſt apud Metaphraſten) in narratione de miraculo à Clemente in puerum facto, ait: *Clemens Romanus poſt Petrum fuit preco veritatis, & eius Romanæ Sedis ſucceſſor fidelis.* Quæ cùm ita ſint, meritò cum Damaſo, Epiphanio & Ruffino dicimus, Clementem ordinatũ quidem à Petro, ſed Linum & Cletum ante illum ſcribi, & in Catalogo Pontificum reponi, quòd eos ipſe Petrus coadiutores ſibi aſciuiſſet, ac Clemens eos, Epiſcopatus miniſterium exercere coëgiſſet, recuſans Epiſcopatus ſui exercitium, quàmdiu illi viuerent. Quibus ita conſtitutis, ad rem ipſam, hoc eſt, ad probandum Pontificis Romani Primatum nos conferemus, ſi prius inſigne teſtimonium Eucherij Lugdunenſis Epiſcopi de noſtro Clemente adſcripſero. Eucherius in Epiſt. ad Valerianum: *Clemens vetuſta proſapia Senatorum, atque etiam ex ſtirpe Cæſarum, omni ſcientia refertus, omniumq́; liberalium artium peritiſſimus, ad hanc iuſtorum vitam tranſiit. Itaque etiam in ea excellenter effloruit, vt Principi quoque Apoſtolorum Succeſſor extiterit.*

Romanos

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Clemẽs à D. Petro Pontifex Romæ ordinatus, ab adminiſtratione Pontificatus abſtinuit vſque ad mortem Lini & Cleti, quòd iis etiã Petrus prædicationi & orationi vacans, curam ſummi Pontificatus, dũ viueret, demandaſſet. Clemẽtis verò nomẽ hoc in loco aſſcripſi, non vt ſecundum locũ in Catalogo Pontificum ei darem, ſed tãtum vt eas quæſtiones, quæ propriè ad illũ ſpectant, prius expedirem, quàm ad reliquam Primatus Romanæ ſedis demõſtrationẽ aggrederer.	Galba m. 7.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

3. De Hymeneo & 4. Menandro.

c 2. Timot. 2. *Hymeneus & Philetus à veritate exciderunt, dicentes reſurrectionem eſſe iam factam, & ſubuerterunt quorundam fidem.*

d Menander Simonis Magi diſcipulus, dicebat ſe ab inuiſibilibus miſſum pro ſalute hominũ, mundum verò per Angelos, ab intelligentia emiſſos, eſſe factum Iren. lib. 1. cap. 21.

e Dicebat Diſcipulos ſuos poſt baptiſma ipſius, non eſſe morituros. Iren. ibid. & Iuſtin. Apol. 2.

f Seipſum præceptore maiorẽ iactabat. Epiph. hær. 22.

5. De Diotrepe & 6. Cherintho.

g Diotrepes *verbis garriens in Apoſtolos, prohibebat ſuſcipere fratres, & eos qui recipiebant, de Eccleſia eiecit.* 3. Ioan.

h Cerintho *impoſſibile viſum eſt, vt Ieſus ex Virgine naſceretur.* Ideo dicebat *Chriſtum eſſe nudũ hoẽm ex Ioſeph natũ. Ire. li. 1. c. 25.*

i Legem ſeruandam aſſerebat.

k Dicebat Chriſtum nondũ reſurrexiſſe, & ſi qui ex Diſcipulis eius ante baptiſmum moriebantur, alios in nomen mortuorum baptizabat. Epiph hær. 28.

l Matthæi Euãg. ex parte recepit, reliqua Euãgelia, acta Apoſtolorũ, & Pauli Epiſtolas reiecit.

7. De Chiliaſtis.

m Hinc ſunt Chiliaſtæ ſeu millenarij, à Cerintho (vt Augu. ait hære. 8.) oriundi, qui mille annos poſt reſurrectionẽ ſecũdùm ventris voluptates futuros fabulantur. Papias Irenæo, atque (vt videtur) etiam Iuſtino perſimilis quidem, ſed nõ penitus eiuſdem erroris auctor extitit.

8. De Ebio-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

non eſt, *& non poſſe non poteſt, & non noſce ſecũdùm priuationem non nouit. Paulũ igitur pro viribus aſſequẽtes, Deum vt omnipotentẽ celebramus.*

c 1. Timo. 1. *Quidam fidem & bonã conſcientiã repellentes, circa fidem naufragauerunt. ex quibus eſt Hymeneus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.*

d Coloſſen. 2. *Nemo vos ſeducat, volens, in humilitate & religione Angelorum in ijs, quæ nõ vidit, ambulans, fruſtrà inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput.*

e Rom. 8. *Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, Spiritus verò viuit propter iuſtitiam.* Licet ergo ſpiritus per baptiſmum Chriſti viuat, tamen corpus mortem ad tempus non euadit.

f Iacob. 4. *An putatis, quia inaniter Scriptura dicit, ad inuidiam concupiſcit Spiritus, qui habitat in vobis?*

g *Nos debemus ſuſcipere fratres, & hoſpites, vt cooperatores ſimus veritatis. Si venero, ſuggeram Diotrepis opera quæ facit.* 3. Ioan.

h Lucæ 1. Dixit Maria: *Virum non cognoſco.* Et Angelus reſpondit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Et Luc. 3. *vt putabatur filius Ioſeph.* Non ergo verè fuit filius Ioſeph.

i Rom. 6. *Non ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.*

k 1. Corin. 15. *Si Chriſtus non reſurrexit, quid facient, qui baptizãtur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt?* Vbi ab ipſis Cerinthianorum inſtitutis ipſorum opinionem conuellit. Epiphan. hæret. 28.

l *Miſimus fratrem* (id eſt, Lucam) *cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.* 2 Corint. 8. Et 1. Petri 5. Laudantur Epiſtolæ Pauli. Cum Cerintho inimico veritatis, Ioannes lauari noluit. Iræn lib. 3. ca. 3.

m Rom. 14. *Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax.*

Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia, cap. 7. *Aliqui ad carnales cogitationes declinantes, dixère præſenti vita ſimilem eam, quæ Sanctis promiſſa eſt, requiem: ciboſq́; vita variabilis proprios, his qui æquales Angelis ſunt euaſuri, nefaria applicuerunt. Sed abſit, vt vnquam ſanctus aliquis vir in iſtiuſmodi errores incidat.* Cauſam erroris Papiæ vide apud Euſeb lib 3. cap. 33.

℞ Romanos Pontifices D. P. Succeſſores eſſe in prima Epiſcopali Cathedra, idq́; Sanctorum teſtimonijs, rerum geſtarum ſingulari prærogatina, diuturni temporis antiquiſſima præſcriptione, denique & omnium Catholicorum fide, & multorum Gentilium confeſſione confirmari.

1 Dorotheus in Synopſi dicit, Linum poſt Petrum fuiſſe Primum Romæ Epiſcopum. Id ipſum docet Euſeb. lib.3. cap.4.

Epiphanius hær. 27. *In Roma fuerunt primi Petrus & Paulus Apoſtoli, ijdem ac Epiſcopi, deinde Linus, deinde Cletus, deinde Clemens, qui contemporaneus fuit Petri & Pauli.*

Optatus li 2. de ſchiſmate Donatiſtarũ. *Cathedra vnica, quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus.* Auguſt. in Epiſt. 165. *Si ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentiũ conſiderandus eſt, quantò certius, & verè ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: Super hanc Petrã ædificabo Eccleſism meam, & portæ inferorum nõ vincent eam? Petro enim ſucceſſit Linus.* Quòd ſi Linus Petro ſucceſſit, vtiq; nihilo minor fuit Lini quàm Petri in Epiſcopatu gerendo auctoritas. Eadẽ eſt quippe anteceſſoris & ſucceſſoris ratio in alicuius muneris obeundi poteſtate. Quemadmodũ igitur Optatus ibidem fatetur, *ſingularem & vnicam fuiſſe Epiſcopalem Petri Cathedrã, vtpote quæ in vrbe Roma Petro collata eſt, vt in vna Cathedra vnitas ab omnibus ſeruaretur*, & quẽadmodum Auguſt. lib.2. de Baptiſmo cõtra Donatiſtas cap.1. *Apoſtolatus Petri Principatum cuilibet Epiſcopatui præferendũ docet, ita vt Cathedrarum gratia inter Petrum & Cyprianum diſtet, quãuis eadem ſit martyrum gloria*: ſic fatendum eſt, Cathedrã Lini talẽ fuiſſe,
Cathedra *vt in illa vna & ſingularis vnitas ab omnibus ſeruanda fuerit, vt iam ſchiſmaticus fuerit, qui contra ſingularẽ Cathedram alteram collocârit*, vtq́; gratia Cathedræ, in qua Linus ſedit, *præferri debuerit cuilibet alteri Cathedræ & Epiſcopatui*. Tranſijt igitur Primatus Petri ad Linum, alioſq́ue Pontifices Romanos. Atque hæc quidem ratio, quæ ad omnes æquè Pontifices Romanos pertinet, in ipſo initio prætermitti non debuit.

2 Damaſus in Pontific. *Linus fecit duas ordinationes, Epiſcopos quindecim.* (Et iterum) *Clemens fecit Epiſcopos per diuerſa loca quindecim.* Ex iſta ordinatione Epiſcoporũ, quæ à Romanis Põtificibus iam inde ab initio facta eſt (dũ in tanta Eccleſiarum, præſertim Cathedralium paucitate, à Lino quindecim, itemq́ue à Clemente per diuerſa loca quindecim Epiſcopi fierent) manifeſtè conſtat, Romanam Eccleſiam nõ ei tãtùm Diœceſi aut Prouinciæ conſuluiſſe, quæ Pontifici Romano propriè ſubiecta erat (quæ vtiq; prouincia & à ſex ad ſummum Epiſcopis regebatur, & in tam paruo tempore tot ordinationes non deſiderabat) verùm aliarum per orbem Eccleſiarum curam geſsiſſe. Nam alij fiebãt Epiſcopi, vt in nouas Prouincias nondum ad fidẽ conuerſas mitterentur, alij verò, vt populos iam ad fidem conuerſos, regerẽt. Hinc apparet, authoritatem Pontificis Romani etiam olim agnitam fuiſſe ab ijs omnibus, qui Epiſcopis Romæ cõſecratis obediuerunt. Quanquam enim etiam aliæ Epiſcoporũ Sedes Epiſcopos in remotas prouincias interdum miſerint, id tamen nec paſsim ab omnibus, nec præterquàm à maximis quibuſque factum legitur, nec adeò antiqua teſtimonia de tot Epiſcopis, tam breui ſpatio, tàmque inde ab ipſis Apoſtolorum temporibus vllibi, quàm Romæ per diuerſa loca ordinatis, extant: vt ex hoc ſigno cum infinitis alijs, quæ ſuo loco adiungam, non minima de toto Primatu coniectura capiatur.

3 Gregorius Turonenſis in libro quem ſcripſit in gloriam Confeſſorum: *Martialis Epiſcopus à Romanis miſſus Epiſcopus, in vrbe Lemouicina prædicare exorſus eſt.*

Hildiwinus in Areopagiticis. *Dionyſius cũ arcis Romanæ mœnibus præſentiã intulit, B. Clementẽ Pontificẽ Sanctæ & ſummæ Apoſtolicæ Sedis iam apicẽ gubernantẽ inuenit. Cui Clemẽs ait: Frater chariſſime Dionyſi, quia de omnibus Catholicæ pietatis es ſufficienter edoctus, in nomine Domini partes Occidentis aggredere, & Apoſtolica noſtra authoritate omnẽ ſuſcipiens Galliã, opus fac Euangeliſtæ. Ita B. Dionyſius Sedis Apoſtolicæ priuilegio, tradente ſibi B. Clemente Petri Apoſtoli ſucceſſore, Lutetiã Pariſiorum Domino iubente peruenit.* Romanus igitur Pontifex, nõ in ſuam modò Diœceſim, nec tãtùm in Italiam, ſed præterea in Tranſalpinas Prouincias iuriſdictionẽ iam inde ab initio exercuit. Ob hanc enim Martialis & Dionyſij aliorumq́; præſulum à Põtifice Romano miſsionem in Gallias, factũ eſt, vt Epiſcopi Galliarũ ad Leonẽ Papã ſcribentes, dicerent, *ſe gratias Domino agere, quòd tanta fidei Antiſtitẽ dediſſet Apoſtolicæ Sedi, vnde* (inquiunt) *religionis noſtræ propitio Chriſto fons & origo manauit*. Quæ verba reperiuntur in epiſtola Epiſcoporum Galliæ, ad Leonem Papam poſt epiſtolam Leonis. 49.

4 Ireneus lib.3. ca. 3. *Sub hoc Clemente, diſſenſione non modica inter eos, qui Corinthi erant, fratres facta, ſcripſit, quæ eſt Romæ Eccleſia potentiſſimas literas Corinthijs, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians, quam in recenti ab Apoſtolis receperant traditionem.* Romana igitur Eccleſia, iam inde ab initio authoritatem ſuam interpoſuit in moderandis etiam Græcis, & Trãſmarinis aliarum gentiũ Eccleſijs.

Quod

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	2. Linus Herculani filius Volaterran. Tuſcus, ſedit an. 11. men. 3. Dies. 12.	Otto an. 1. m 3.
		Vitellius m 7.
77.	3. Cletus Æmiliani filius, Romanus, de Regione Eſquilina, ſedit Ann. 4. men. 5. d. 3.	Veſpaſianus an 9. m 11. d. 22.
		Titus an. 2. m 8.
		Domitianus an. 15. m. 4.
	4. 1. Clemens Fauſtini fil. Romanus, de Regione Secūda Cœlimontium, ſedit ann 9. mē. 4 d. 26.	Secunda perſecutio.
		Nerua an. 1 m 4 d. 8.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

8. De Ebionitis.

[a] Ebionei cum Cerintho quò ad doctrinam de Chriſto ſentiētes (authore Irenæo lib. 1. cap. 26) Chriſtum aiebant nudum hominem fuiſſe, & ex Ioſeph natum, & alium eſſe Ieſum, alium verò Chriſtum.

[b] Ab animatis abſtinebant.

[c] Myſteria faciebant ad imitationem ſanctorum per azymos, ſed alteram myſteriorum partem per aquam ſolùm.

[d] Tertias ſimul nuptias admittunt.

[e] Pauli Epiſtolas reijciunt.

9. De Nicolaitis.

[f] Nicolaitæ docebant indifferenter mœchari & idolothytum edere. Iren. lib. 1. c. 27.

Epiphanius hær. 25. Nicolaus Antiochenus Proſelitus, vnus ex ſeptem Diaconis, cum ab initio continuiſſet ſe ab vxore ſua, ad imitationem eorū, quos Deo addictos videbat: à propoſito relapſus, & cum propria vxore formoſa præ intemperantia coiens, dicebat, niſi quis Venerem ſingulis diebus exerceret, non poſſe eum vitæ æternæ participē fieri: vnde etiam vxorem ſuam alijs cōmunicabat, & hinc (teſte Auguſtino, hær. 5.) turpiſsima ſecta orta eſt, qua placet vſus indifferens fœminarum.

10. De Sacramentarijs.

[g] Ignatius refert (vt eſt apud Theodoretū in Dialogo. 3) quoſdam hæreticos fuiſſe, qui non cōfitebātur Euchariſtiam eſſe carnem Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt. Hæc ille. Porrò idipſum hodie Zuingliani & Caluiniſtæ docent.

11. De Sa-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

[a] Ioan. 1. *Deus erat verbum, & verbum caro factum eſt. Ioannes Apoſtolus* (vt refert Hieronymus in Catalogo ſcript. Eccleſiaſt.) *rogatus ab Aſiæ Epiſcopis aduerſus Cerinthum alioſq́; hæreticos, & maximè Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe, nouiſsimus omnium ſcripſit Euangelium, vnde & compulſus eſt, diuinam eius natiuitatem edicere.*

[b] 1. Timoth. 4. *Diſcedent quidem à fide* (iubentes) *abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione.*

[c] Myſteria nō per aquam ſolam celebrari, ſed *calicem Domini ex vino & aqua* illis diebus *mixtum fuiſſe*, tradit Clemens lib. conſtitut. Apoſtol. 8. cap. 17.

[d] Matth. 19. *Ab initio maſculum & fœminā fecit eos, & erunt duo* (nō tres aut quatuor) *in carne vna*) & 1. Corint. 7. *vnuſquiſque habeat vxorem ſuam, non ſuas vxores.*

[e] 2. Pet. 3. Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit.

[f] Apocalypſis 2. Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe: *Hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.* Et pòſt reprehendit Epiſcopum Thyatyræ permittentem *fornicari, & manducare de idolothytis.*

Mathias (vt eſt apud Clementem Alexandrinum lib. Stromatum 3. vbi de hoc Nicolao agit) docuit cū carne pugnare, & ea abuti, nihil ei impudicum largiēdo ad voluptatem: augere autē animam per fidem & cognitionem. Clemens Cōſtitut. Apoſtol. lib. 6 ca. 8. *Ex Doſithei diſcipulis aliqui inuerecundè fornicātur, quod nunc faciunt Nicolaitæ falſi nominis.*

Ignatius in Epiſto. ad Trallianos. *Fugite illos immundos Nicolaitas, falſi nominis, voluptatum amatores, calumniatores, & ſycophantas.*

[g] Martialis in Epiſtola, ad Burdegalenſes. *Chriſtus immaculatum corpus habens, in ara crucis ipſum permiſit immolari. Quòd autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomē eius à terra abolere, nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam, & mortem effugendam. Hoc enim ipſe Dominus noſter iuſsit nos agere in ſui commemorationem.*

[a] Timoth.

Quod tantùm abeſt, vt diſplicuerit antiquiſsimis Græcorum Epiſcopis, vt Euſeb. (lib Hiſtor. 3. c 12.) teſtetur, *eam Epiſtolã tùm antè, tum ſuapſius memoria plurimus in Eccleſiis publicè lectam*. Neq; verò illud prætereundum eſt, quòd Clemens eam Epiſtolam, non ſuo tantùm nomine, ſed *ex Romanæ Eccleſiæ perſona exarauit, vt etiã Euſebius eodem in loco tradit.* Plus enim authoritatis res habitura erat, quæ à ſede Petri, hoc eſt, ab omnium Eccleſiarum capite promanaſſet. Etenim ne perſonæ Clemẽtis hunc honorem delatum putaremus, vt eius Epiſtola tot ſæculis publicè legeretur, non in ſolo Clementis nomine, ſed *in perſona Romanæ Eccleſiæ* ſcripta eſt. Romanæ igitur Eccleſiæ Prærogatiua, & in authoritate, qua ad ſcribendum venit, & in publico lectionis vſu elucet.

Multi Scriptores putârunt, Cletum & Anacletum prorſus eundem fuiſſe: verùm libro Pontificali potiùs credendum eſt in hac re, qui tot differentias inter vtrumque conſtituit, vt Cletum dicat fuiſſe Romanum, Anacletum verò Græcum natione: illum patre AEmiliano, hunc Antiocho procreatum: illũ temporibus Veſpaſiani & Titi, vſque ad Domitianum nonô, & Rufum Conſules: hunc temporibus Domitiani fuiſſe, vſque ad Domitianum decimoſeptimô, & Clementem Conſules. Cletum ſediſſe annis duodecim, menſe vno, diebus vndecim: Anacletum annis 9. menſibus 3. diebus 10. Plus autem creditur vni teſti affirmanti, quàm vel mille qui negant, præſertim cùm nihil interſit Scriptoris, vtrum hoc an illud credatur, niſi quia veritas hiſtoriæ præferenda eſt, quam in facto, non in iure poſitam Græci abſque vllo peccato ignorare, Hiſtorici autem Latini abſque immani ſcelere corrumpere non potuerunt. Succeſsit igitur Clementi Anacletus, Anacleto Euariſtus.

5 Ignatius in inſcriptione Epiſtolæ ad Romanos: *Ignatius Eccleſiæ ſanctificata* ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου ῥωμαίων, id eſt, *quæ præſidet in loco Regionis Romanorum*. Cùm verò Ignatius ad plurimas Eccleſias, atque etiam ad Antiochenam, cuius ipſe Epiſcopus erat, ſcripſerit, nec præcipuas eiuſdem Antiochenæ Eccleſiæ prærogatiuas omiſerit, ſed eam dixerit, *primam eſſe, quæ Chriſti cognomen accepit*: (quia Fideles primùm Antiochiæ nominati ſunt Chriſtiani) tamen ſoli Romanæ Eccleſiæ hunc honorem detulit, vt eam diceret *præſidere*. Quod profectò non ob aliud dixit, quàm quia Romanam omnium Eccleſiarum præcipuam, & digniſsimã eſſe intellexit. Nam quòd addidit Ignatius, eam Eccleſiam, cui ſcribit *præſidere in loco Regionis Romanorum*, oſtendit, quo in loco ſit illa Eccleſia, quæ alijs *præſidet*, hoc eſt, quæ ante alias ſedet. ita vt præſidere pertineat ad omnes Chriſti Eccleſias: locus autem præſidendi, ſit proprius Romanis. Niſi enim hoc modo intellexiſſet Ignatius Romanam Eccleſiam *præſidere*, vtiq; & Antiochenſem, & Smyrnenſem, & Epheſinam Eccleſiam, aliasq; ad quas ſcripſit, dixiſſet etiam præſidere. Nam & Antiochena Eccleſia ſuis fidelibus populis, & Epheſina ſuis præſidebat. Sed nunc, tametſi ad multas ſcribebat Eccleſias, tamen ſolam Romanam Eccleſiam dixit *præſidere*: quia ſolam illam nouit ante alias omnes ſedere, vtpote omnium primam & magiſtram, ex inſtitutione Diuina: quoniam Petrus Apoſtolorum Princeps ibi Cathedram ſuam poſuit.

6 Anacletus in Epiſtola 3. *Aliæ primæ ciuitates, quas vobis conſcriptas in quodam Tomo mittimus à Sanctis Apoſtolis, & à B. Clemente (prædeceſſore noſtro) ſiue à nobis, Primates Prædicatores acceperunt. Hæc verò Sacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro Primatum obtinuit: & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe B. Petro Apoſtolo dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: Et pòſt. *Prima ergo Sedes eſt cæleſti beneficio Romana Eccleſia, quam Petrus & Paulus ſuo martyrio conſecrârunt: Secunda apud Alexandriam B. Petri nomine, à Marco eius diſcipulo atque Euangeliſta conſecrata eſt. Tertia Sedes apud Antiochiam eiuſdem Apoſtoli nomine habetur honorabilis: quia illic, priuſquàm Romam veniret, habitauit.* Hæc ibi. Cui Epiſtolæ, quoniam derogari ab aduerſarijs non ignoro (vt omittam quòd eiuſdem fit mentio in Aniceti Pontificis Epiſtola Decretali ĩi) illud in primis perpẽdant velim, Eccleſias omnes iam inde ab initio ita conſtitutas fuiſſe, vt ſecundùm dignitatem Apoſtolorum, qui aut ibi ſediſſent, aut eò Prædicatores miſiſſent, aliæ alijs digniores haberentur. Nec enim omnes Epiſcopi Apoſtolis æquali dignitatis iure ſucceſſerunt. Quæ res clariſsimè probatur, non ſolùm ex Niceni Concilij ſexto Canone (de quo poſtea) ſed præterea ex Dionyſij Areopagitæ Epiſtola 8. quæ ſcribitur *ad Demophilum monachũ*. Ac ſanè tametſi opera, quæ ſub nomine Areopagitæ extant, non eſſent à Dionyſio Areopagitâ Pauli diſcipulo, verùm à Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo conſcripta (vt Aduerſarij ex ſola inani coniectura affirmant) tamen permagni referret, etiam tale antiquitatis teſtimonium protuliſſe, cùm Dionyſius ille Corinthius nõ totis centum annis ab aſcẽſione Chriſti abfuerit. Nunc verò nec illius quidem, ſed tantùm Dionyſij Areopagitæ opera hæc eſſe poſſunt, cùm ſæpè meminerit Apoſtolorum, velut quos ipſe viderit & audiuerit, Epiſtolasq; ad Ioannem Apoſtolum, ad Apollophanem Philoſophum, ad Titum & Polycarpum Epiſcopos conſcribat, & librum ſuum De Diuinis nominibus, ad *Timotheum Epiſcopum Epheſinum inſcribat*.

Quæ cer-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
84.	5. S. Anacletus Antiochi fil. Athenienſis Græcus, ſedit an.12.m.2. d.10.	Traianus an.19 m.6. d.5. 3. Perſecutio.
96.	6. S. Euariſtus fil. Bethleemites, ſedit an.13.m.3.	
109.	7. S. Alexander Alexandri filius, Romanus ex vico caput Tauri ſed an. 7. m. 5.d.19.	Adrianus an 21 Quarta perſecutio.
117.	8. S. Xyſtus Paſtoris fil. Romanus de regione via lata, ſed an. 9. m.10.d.19.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

11. De Saturnino, Et 12. Baſilide.

[a] Saturninus (vt refert Irenæus lib.1. cap. 22.) præter Simonianam hæreſim, dicebat, nubere & generare à Satana eſſe.

[b] Vt verò idem Irenæus ait in cap. 23. Baſilides dicebat, 365. cœlos eſſe, non Chriſtum, ſed Simonem Cyrenæum crucifixum fuiſſe.

[c] Baſilidis ſectatores (inquit Clemens Stromat. libro 2.) fidem eſſe naturalem exiſtimant.

13. De Gnoſticorum hæreſibus.

[a] Carpocrates (vt refert Irenæus, lib.1. cap. 24.) dicebat Ieſum è Ioſeph natum.

[b] Reſurrectionem animarum eſſe, non corporum.

[c] Sacrificabat Imaginibus tanquã dijs. vide Epiphan.hær. 27.

Epiphanes filius Carpocratis eandem hæreſim conſectãs, adorabatur vt Deus. Clem. Strom. 3.

[d] A Carpocrate orti ſunt Gnoſtici, hoc eſt, homines ſcientiæ opinione inflati, qui etiã ob turpitudinem, quam in ſuis myſterijs exercebant, Borboritæ, hoc eſt, Cœnoſi vocabantur.

[e] Dicebant animam eſſe Dei ſubſtantiam.

[f] Itémque duos eſſe Deos.

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

[a] 1. Timoth. 4. *diſcedent quidam à fide prohibentes nubere.*

Martialis in Epiſtola ad Toloſanos. *Coniugium honeſtum conſtitutum eſt à Deo, in tantùm vt Chriſtus quaſdam nuptias præſentia ſuæ Maieſtatis ſanctificauerit, aqua in vinum mutata.*

[b] Ignatius in Epiſtola ad Trallianos: *Fugite Baſilidem, & vniuerſam eius malignitatis colluuiem.* Caſtor Agrippa (authore Euſebio libro quarto capite 7.) Baſilidem ſcriptis confutauit.

Ignatius ad Tarſenſes. *Verè crucifixus eſt Dominus ab impijs.*

[c] Dionyſius Areopagita in lib. de Diuin. nomin. cap. 7. Animus habet vnionem mentis naturæ præcellentem, per quam diuina intelligit, non humano more, ſed à ſeipſo excedens, & in Deum tranſiens: præſtat enim Dei eſſe, quàm iuris noſtri. (Et pòſt) Diuina fides (inquit) eſt ſtabilis credentium ſedes, quæ hos in veritate locat.

[a] Ignatius in Epiſt. ad Philippenſes. *Tu ignoras quis ſit, qui natus eſt, qui omnia te ſcire ſimulas? Multa enim te latent, virginitas Mariæ, admirabilis partus, quis ille ſit, qui eſt in corpore, & cæt.*

[b] Iuſtinus in Apologia 2. *Speramus mortuos corpora ſua inhumata iterum accepturos* (Et pòſt.)

[c] *Simulachra dicimus non eſſe adoranda, quia effector re, quæ efficitur, maior ſit.*

[d] Euſebius lib. 4. cap. 8. *Iiſdem temporibus ipſa veritas complures eius defenſores & patronos in lucem protulit. Ex quorum numero fuit Hegeſippus.*

[e] Iuſtinus martyr in Tryphone: *Solus Deus nec generatus eſt, nec interire poteſt. Animi verò creati ſunt. Alioqui ſi originem non haberent, nec peccarent.*

[f] Idem in lib. de Trinitate: *Vnus verè eſt Deus omnium.*

Quæ certè omnia perſpicuè teſtantur, iſtorum operum authorem vel fuiſſe Hypocritam maximum, (quod vtique de tam doctis, ac ſanctis libris nemo bonus vnquàm ſuſpicabitur) vel non fuiſſe aliũ, quàm Dionyſium Areopagitam, qui ſolus & tam excellenter ſapuit, & cum ijs viris, quorum vbique meminit, familiariſsimè vixit. Is igitur ita ſcribit ad Demophilum Monachum, Epiſt. 8. *Tibi* (id eſt, ordini Monachorum) *venerandi miniſtri moderentur, miniſtris Sacerdotes, Sacerdotibusq́; Pontifices, atque illis ipſis Apoſtoli, Apoſtolorúmque ſucceſſores conuenientia dictent. At ſi quis forte & inter ipſos à recto tramite deuiârit, is ab æqualibus, atque ſui ordinis ſanctis corrigatur: vt non ordo in ordinem ruens, cuncta permiſceat, ſed vnuſquiſque in ſuo ordine, ſuoque officio maneat.*

Sunt igitur quidam Apoſtolorum Succeſſores, etiam Pontificibus ipſis, atque Epiſcopis maiores, qui Epiſcopos à recto tramite deuiantes corrigant. Nam vt Sacerdotes & Presbyteri ſuperant miniſtros & Diaconos, atque vt Pontifices & Epiſcopi ſuperant Sacerdotes & Presbyteros: ſic etiam Apoſtolorum ſucceſſores ſuperant Epiſcopos & Pontifices. Tametſi enim omnes iſti Ordines Apoſtolorum ſucceſſores aliqua ex parte ſint (nam Apoſtoli cum Chriſto collati, non modò Sacerdotum, ſed Diaconorum etiam ordinem & locum tenuerunt) tamen aliquid in Apoſtolis fuit, quod neq; omnes Epiſcopi ſunt, & tamen ad aliquos eorũ ſucceſſores pertranſijt. Porrò qui ſunt iſti Apoſtolorũ ſucceſſores Epiſcopis ipſis præferendi? Profectò ij, quos nunc Metropolitanos & Archiepiſcopos vocamus: quorũ etiam maximi quiq; ſolent dici, *Primates & Patriarchæ.* Vtcunq; igitur Dionyſius à nomine Primatũ abſtituit, tamen abundè ſatis docuit, rem ipſam nec ſuo ſeculo ignotam fuiſſe. Apoſtoli enim ita conſtituerunt Ordinem Epiſcoporum, vt etiamſi in ordine functionis Epiſcopalis omnes forent æquales: tamen in ordine dignitatis & iuriſdictionis, alij alijs eſſent maiores. Nec iſta Præfectura quorundam Epiſcoporum præ alijs, aut ab ijs, qui pari inter ſe authoritate præditi eſſent, ſine ſingulorum aſſenſione decerni iuſtè potuiſſet, aut ſingulorum Epiſcoporum conſenſu decreta vnquam eſt: cùm ante Concilium Nicenum poteſtas omnibus aut plurimis per orbẽ Epiſcopis in vnum coeundi facta non ſit. Porrò ante Cõcilium Nicenum iſta quarundã Eccleſiarum prærogatiua in vſu fuit, vti cõſtat, tùm ex ijs, quæ poſtea dicẽtur in geſtis Dionyſij Romani Epiſcopi, tùm ex ipſius Niceni Concilij ſexto Canone, qui *mores antiquos obſeruari, & ſua priuilegia Eccleſiis rata eſſe iubens*, manifeſtè declarat, antè Nicenĩ Concilij tempora, certas Eccleſias alijs fuiſſe antiquo more prælatas. Et certè iſta prærogatiua Eccleſiarum, origine certa carere non poteſt. Neque enim alioqui aut tres potiſsimùm Eccleſiæ illam authoritatẽ in alias ſibi ſupra cæteras arrogare auſæ eſſent, aut cæteræ omnes, cùm propè innumerabiles eſſent, ſeipſas tam facilè & tanta cum pace ſolis tribus aut quatuor Epiſcopis ſubiecíſſent. Itaque niſi ab ipſa Cathedralium Eccleſiarũ inſtitutione, ác prima Epiſcoporum ordinatione aut didiciſſent, ſe neceſſariò debere, aut faſſæ eſſent, ſe vltrò velle huic aut illi Epiſcopo ſubijci: nũquàm illa eminẽs Patriarcharum, Primatum, & Archiepiſcoporum iuriſdictio in vſum venire potuiſſet. Iam verò quî factũ eſt, vt ſolæ tres Eccleſiæ hunc honorem præ alijs conſequerẽtur? Vnde etiã, vt tres iſtæ potius, quàm tres aliæ? Vnde poſtremò, vt in his tribus certus ordo conſtitueretur? Vnde Romana Eccleſia primas tulit? Vnde Alexandrina ſecundas? Vnde Antiochena tertias? Vnde factũ eſt, vt Africa tota potius Romanæ, quàm Alexandrinæ Eccleſiæ ſubeſſet? Aut quare ſuo Patriarcha proprio tertia orbis terrarum pars caruit? Quid multis? Cùm neque caſu Dei Eccleſia gubernetur, neq; conſenſu omnium aut plurimorum Epiſcoporum, qui nuſquàm conuenerunt, hæc Prærogatiua data, & hæc diuiſio facta ſit, neque tamen certa origine carere, aut abſque grauiſsima authoritate cõſtitui & obſeruari potuerit, cumque illius rei prima explicatio ad Anacletum Papam, in antiquis monumentis perſpicuè referatur: eamque à Romano Pontifice profectam, veriſimillimum ſit, quia & Romano Pontifici primæ tribuuntur, & ex affinitate, quam cæteræ Eccleſiæ cum Petro maiorem aut minorem habebant, ita vel ſecundo, vel tertio loco præſint: nihil meliùs, æquiùs, prudentiùs dici aut cogitari poteſt, quàm Pontificem Anacletum Diui Petri ſucceſſorem, hunc Ordinem Primatum, aut ab Apoſtolis traditum accepiſſe, aut ipſum conſtituiſſe, eiuſque Decreto ab omnibus obeditum fuiſſe: quia Fideles ab initio edocti erant, Paſtori primo cedere, illiuſque vocem audire, tanquàm qui loco Chriſti poſt Petrum præeſſẽt. Ac ſanè fieri vix, ac ne vix quidem poterat, vt tot Eccleſiarum Principes & moderatores in vlla, præterquàm in diuina authoritate conquieſcerent.

7 Damaſus in Põtificali. *Sixtus cõſtituit, vt quicunq; Epiſcopus vocatus fuerit ad ſedẽ Romanã Apoſtolicã, rediens ad Parochiã ſuam, non ſuſciperetur niſi cum formatis ſalutationis ad plebem à ſede Apoſtolica.* Hoc ipſum Decretũ Sixti Papæ, quod à Damaſo cõmemoratur, extat in ſecunda Epiſt. ipſius, quã ad omnes Epiſcopos ſcripſit. Secunda igitur illa Sixti Epiſt. & maiorũ traditione, & Damaſi teſtimonio cõfirmatur. Porrò in ea Epiſtola videmus, Romanam Eccleſiam appellari Caput cæterarum, his verbis: *Si quis veſtrùm pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam & Apoſtolicam appellet Sedem, & ad eam, quaſi ad Caput, ſuffugium habeat, ne innocens damnetur, aut Eccleſia ſua detrimentum patiatur.*

Euſeb-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	9.	
127	S. Teleſphorus Anachoretæ fil. Græcus ſedit an. 10. m. 8. d. 28.	Idem Adrianus.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

g Communes vxores habẽt, & liberorum generationem auerſantur, vt Clemens ait, Strom. li. tertio.

h Dicebant, bruta eſſe rationis capacia, itemque Creaturas factas eſſe à malo Deo, & quaſdam earum eſſe in ſe malas.

i Tertullianus meminit quorundam Gnoſticorum, qui martyrijs refragarentur.

14.

k Soboles verò quædam Gnoſticorum ſunt Ophitæ, qui (vt eſt apud Tertull. de præſcriptionibus) Magnificant ſerpentem velut authorem ſcientiæ boni & mali.

15.

Item Caiani, qui adorãt Cain, velut ex potenti virtute procreatum.

16.

Et Sethiani, qui adorãt Seth, velut ex ſuperna matre natum.

17. De Iudaizantibus.

l Aquila (vt refert Epiphanius in libro de mẽſuris) ex Chriſtiano Iudæus proſelitus interpretatus eſt Scripturas, irruens in 72. interpretationem, vt teſtimonia de Chriſto in Scripturis prolata aliter ederet.

18. De Nazaræis.

m Nazaræi (vt refert Epiphanius hær. 26.) adhuc legi ſunt obligati, circunciſionique, ac Sabbatho, & alijs.

19. De Cer-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

g Euariſtus in Epiſtola 1. docet, id demùm eſſe legitimum Matrimonium, ſi vxor ab ijs, in quorum poteſtate eſt, petatur, ſponſetur, & à Sacerdote benedicatur, vt bonæ ſoboles generentur. Vide etiam Theophilum lib. 3. ad Autolycum.

h Iuſtinus in quæſtionum à gentibus poſitarum explicatione. 127. & 128. docet, beſtias rationis expertes nec bene aut male agere, & tamen earum naturam bonam, hominibuſque vtilem eſſe.

i Contra Gnoſticos Tertullianus librum ſcripſit, quem Scorpiacum inſcripſit.

k Irenæus lib. 1. cap. 35. *Illorum miſeremur, qui adhuc tam miſerrimus & inſtabilibus fabulis tantam elationem aſſumpſerunt, vt meliores ſemetipſos reliquis propter talem magnitudinem, imò ignorantiam, arbitrentur. Aduerſus eos victoria eſt ſententiæ eorum manifeſtatio.*

l Iuſtinus in admonitorio ad Gentes: *Poſteaquàm Ptolomeus Ægypti Rex ſeptuaginta interpretes non ſolùm eadem ſententia, ſed iiſdem etiã verbis vſos eſſe comperit, vt diuina interpretationem ſcriptam credens, omni quidem eos honore, vt Deo charos viros dignos iudicauit: libros autem cùm ſuſpexiſſet, vt par erat, & conſecraſſet, in Bibliotheca ſua repoſuit.*

m Iuſtinus Martyr in Tryphone. *Nos Circunciſionem & Sabbata ob ſcelera durumq; cor Iudæis præſcripta ſcimus. Sine Circunciſione autem, vel Sabbathorum obſeruatione Abel, Enoch, & Noë placuerunt Deo. Et Melchiſedech non circunciſus benedixit Abraha, qui primus accepit circunciſionem.*

8 Euſebius in Chronicis. *Quadrageſimale ieiunium à Teleſphoro per hoc tempus inſtitutum ac præceptum, quidam ſcribunt.* Cæterùm aut hoc intelligendum eſt de ieiunio ſeptem hebdomadarũ ſolis Clericis proximè ante Paſcha indicto (cuius rei tam illius Epiſtola Decretalis, quàm Pontificale Damaſi meminit) aut certè Quadrageſimæ ieiunium iam antè ab Apoſtolis inſtitutum (nam & Ignatius antea in Epiſtola ad Philippenſes *Quadrageſimam contemni vetuerat, quia continet imitationem conuerſationis Chriſti,* & Hieronymus *ex Apoſtolorum traditione Quadrageſimam obſeruari* teſtatur, in Epiſtola aduerſus Montanũ) à Teleſphoro non niſi renouatum eſt, & de nouo præceptum. Vtcunque ſit, certè ſingularem Romanæ Eccleſiæ prærogatiuam iam olim eſſe oportuit, cui ſoli conceſſum ſemper fuit, vt Decreta, etiam abſque Concilij OEcumenici authoritate, proponeret, quæ cæteri per orbem Epiſcopi obſeruarent. Nam ſi Alexandrinus Patriarcha, vel Antiochenus legitimè quicquàm de ritibus Eccleſiaſticis decreuiſſet, id vtique ab ijs, qui fuerant in eadem Prouincia, poterat fortè in vſum recipi. Verùm vt extra propriam cuiuſque Prouinciam illud Decretum obſeruaretur, id ſoli Romano Pontifici tributum fuit, vtpotè cuius poteſtas in omnes Chriſti oues iam inde ab initio extendebatur. Nam quòd Damaſus etiam teſtatur, ab eodem Teleſphoro decretum fuiſſe, *vt in Natali Domini Miſſa noctu celebrarentur,* idipſum & in Epiſtola eadem legitur, & in vſu Eccleſiaſtico vſque in hodiernum diem cernitur.

9 Irenæus (vt eſt apud Euſebium Eccleſiaſt. hiſtoriæ libro 5. cap. 24.) teſtatur, Sixtum, Teleſphorum, Higinum, Pium, Anicetum, licet ipſi non obſeruarent feſtum Paſchatis eo die, quo Epiſcopi Aſiæ, tamen Epiſcopis illarum Eccleſiarum *ad ſe accedentibus Euchariſtiam miſiſſe,* & cum illis pacem & concordiam perpetuò retinuiſſe. Qua ex re id tantùm hoc in loco notandum putaui, quòd moris iam inde ab initio fuit, vt Epiſcopi, non ex Occidente ſolùm, ſed etiam ex Aſia proficiſcerentur ad Romanos Pontifices. Ita enim verba Irenæi ſe habent: εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς, *Pacem habebant Pontifices Romani cum Epiſcopis, qui ex parœcijs* Aſiæ (de ijs enim agitur) *ad ſe acceſſerant.* Epiſcopi ergo Aſiæ ſolebant ad Romanos Pontifices accedere. Et ob quas, obſecro, niſi ob Eccleſiaſticas cauſas, id quod ex ijs, quæ de Polycarpo mox dicemus, conſtabit. Par enim fuit, vt inferiores militantis Eccleſiæ Paſtores à primo totius gregis Paſtore & in dubijs rebus certum reſponſum, & in rebus certis certiſsimam confirmationem acciperent.

10 Euſebius in Chronicis: *Sancitum eſt à Pio, vt reſurrectio Dominica die Dominica celebretur: quod à pluribus poſtea Pontificibus confirmatum eſt.* Cuius Decreti mentio fit in Epiſtola Decretali prima Pij Papæ. Hîc animaduerto, Pontificem Romanum huius decreti primùm authorem extitiſſe: nec id nouũ in Eccleſia viſum eſſe, vt is præſcriberet alijs Epiſcopis & Eccleſijs, quæ in Aſia, vel vſquàm alibi fuiſſent, quid ſequi, & obſeruare deberent. Non enim ob ſuam Eccleſiam, quæ ſemper in Dominica die reſurrectionem obſeruauerat, ſed ob alias, & potiſsimùm Aſiaticas, hoc Pius ſanxit. Et ſanxit authore Deo. Nam Damaſus in Pontificali de iſta re ſic ſcribit. *Sub huius Epiſcopatu frater ipſius Hermes librum ſcripſit, in quo mandatum continetur, quòd ei præcepit Angelus Domini, cùm veniret ad eum in habitu Paſtoris, vt ſanctum Paſcha die Dominica celebraretur.* Nec mirum Proteſtantibus videatur, ſi Deus, qui Prophetis & Apoſtolis ſuis viſiones olim de cœlo reuelauit, id etiam tunc præſtitit Romanis Pontificibus, aut ijs, qui circa ipſos forent. Animaduertant potius in ea cauſa & teſtimonium antiquitatis, & rei exitum. Quamuis enim plurimi Epiſcopi & Eccleſiæ huic Decreto ſe opponerent, tamen id tandem vicit, quod Romani Pontifices decreuerunt, vti poſtea docebimus. Nec ſanè D. Cypriani temporibus, quæ diu pòſt ſubſecuta ſunt, nouum habitum eſt, vt cœleſtes viſiones ſanctis Epiſcopis oſtenderentur. Lib. 4. Epiſt. 4. & 9.

11 Euſebius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, Lib. 4. cap. 21: *Cùm eſſem* (inquit Hegeſippus) *Romæ, manſi ibi vſque ad Pontificis Aniceti tempora, cuius tùm quidem Eleutherus Diaconus erat. Huic ſucceſſit Soter, quo morte extincto, Eleutherus munus Epiſcopale capeſcit. Nulla Epiſcoporum Sedes (ſucceſsione ab Apoſtolis deducta) nulla ciuitas, in qua non ita obſeruata eſſent omnia, vt Lex præſcripſerat, docuerant Prophetæ, & Dominus ipſe prædicauerat.* Cùm igitur Hegeſippus Romæ ſub Pio Pontifice agens, & poſtea ibi vſque ad Aniceti tempora manens, eiuſdem Pontificis Pij Decretum de celebrando Paſchate ignorare non poſſet, quo decreto etiam Orientales Eccleſiæ tenebantur, & tamen idem Hegeſippus teſtetur, omnia tunc ſecundùm Domini præceptum obſeruata fuiſſe: ne illo quidem tempore iniquum habitum eſt, vt Romanus Pontifex Legem ferret, qua Oriens etiam teneretur.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	10.	
138.	S. Hyginus philoſophi filius Athenienſis, Græcus, ſed. an. 4. M. o. D. o.	Antonius Pius a. 23. m. 1.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

19. De Cerdone, &
20. Marcione.

a Cerdon & Marcion (ait Irenæus lib. 1. c. 28. & 29) duos poſuerunt deos, vnum ſæuum & ignotum, qui mundum & vetus teſtamentum fecit: alterum bonum & cognitum, qui fuerit pater Chriſti.

b Chriſtum dixerunt in phantaſmate & natum, & paſſum.

c Reſurrectionem animæ probant, corporis negant.

d Prophetias, Legem, Euãgelia (præterquàm Lucæ) Acta Apoſtolorum & Apocalipſim reijciunt.

e Lucanus extitit ſectator Marcionis, itemque Theodotion Bibliorum interpres.

21. De Archonticis.

f Archontici dicebant, rerum vniuerſitatem à Principibus ſeu Archangelis factam.

22. De Valentinianis.

g Valentinus (Irenæo auctore lib. 1. c. 1.) aſſeruit, quoddã Chaos ab initio in mundo fuiſſe, quod profundum & ſilentiũ dixit. inde proceſsiſſe intellectum & veritatem, atq; ita deinceps vſque ad triginta æônum fœtus.

De Incarnatione Chriſti.

h Chriſtum de cœlo carnẽ detuliſſe, non de Maria accepiſſe.

i Ani-

Doctores Catholici, & Cuſtodes maiorum Eccleſiæ.

a *Traditio quæ eſt ab Apoſtolis (cuius teſtis eſt ſucceſsio Epiſcoporum in omnibus Eccleſiis, & potiſsimùm in Romana) annuntiat vnum Deum factorẽ cœli & terræ, patrem Ieſu Chriſti.* Iren. lib. 3. ca. 3.

Quomodo conſtabit eis, eum panem, in quo gratiæ actæ ſunt, corpus eſſe Domini ſui, & calicẽ ſanguinis eius, ſi non ipſum fabricatoris mundi filium dicant? Iren. lib. 4. cap. 34.

b Polycarpus in epiſtol. ad Philippenſes (cuius epiſtolæ Irenæus meminit lib. 3. cap. 3.) *Omnis qui non cõfitetur, Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, hic Antichriſtus eſt. Et qui non confitetur myſteriũ Crucis, ex Diabolo eſt.*

c *Qui detorſerit eloquia Domini ad propria deſideria, & dixerit neque reſurrectionem, neque iudiciũ eſſe, hic primogenitus Satanæ eſt.* Polycar. ibid.

d Quatuor Euangelia probat Irenæus. lib. 3. cap. 11.

Cerdon ſub Higino Romam veniens abſtentus eſt à religioſorum hominum conuentu. Irenæus lib. 3. cap. 4.

Polycarpus Marcioni occurrenti & dicenti: Cognoſce nos, reſpondit: *Cognoſco te primogenitum Satanæ.* Iren. lib. 3. c. 3.

e Aduerſus Marcionem Tertullianus ſcripſit quinque Libros. Idemq; Lucanũ fatetur fuiſſe Diſcipulum Marcionis, in Præſcript. aduerſus hæreticos.

f Irenæus lib. 2. c. 2. *Deus verbo condidit omnia, neque Angelis indigens adiutoribus, neque virtute aliqua.*

g Valentinus alium Epiſcopatu, quem ſperauerat, potitum indignatus, ad expugnandam veritatem conuerſus eſt. Tertullian. in lib. aduerſus Valentinianos.

Iuſtinus Martyr in Triphone. *Alij aliter blaſphemant rerum conditorem, Chriſtumq; ab illius Prophetis prænunciatũ. Ex his alij vocãtur Marciani, alij Valẽtiniani, alij Baſilidiani, alij Saturniniani, alij alio vocabulo, denominati à quibuſdam viris, vt quiſque fuit auctor nouæ doctrinæ & ſententiæ. Cum nemine iſtorum communicamus.*

h Iuſtinus in Triphone in illud (Iſaiæ 7.) *Dominus ipſe ſignum dabit, Ecce virgo in vtero concipiet: Signum* (inquit) *verè fidele hoc eſt, vt ex vtero virgineo primigenius creaturarum omnium filius caro verè factus naſceretur.*

i Idem

12 Irenæus(vt eſt in lib.5.cap.24.apud Euſebium)refert, *Polycarpum Smyrnenſem Epiſcopum*(quem Hieronymus in Catalogo *totius Aſiæ principem vocat*) *Aniceto Epiſcopatum adminiſtrante, Romam aduentaſſe, & tùm de alijs rebus, de quibus inter ſe diſcrepabant, tùm de feſto Paſchatis contuliſſe.* Perpende, obſecro, quòd cùm Pij Decretum ad Polycarpi noticiam perueniſſet, officij ſui exſtimauit, aut ei obedire, aut Pontifici Romano ſatisfacere: ob eamq; cauſam quamuis Aſiæ totius Princeps ſeu Primas eſſet, iam propè cõfecta ætate, Romam ſe contulit, ac pacem ab Aniceto impetrauit. Ex ijs perſpicitur, quantum honorem Pontifici Romano etiam primi Orientis Epiſcopi, ijdemq; antiquiſsimi Martyres & ipſorum Apoſtolorum auditores detulerint, vtpote qui ad Romanum Pontificem acceſſerint, tanquam ad eum, cuius communio ipſis neceſſariò retinenda eſſet.

13 Damaſus in Pontificali narrat, Anicetum conſtituiſſe, *vt Clericus comam non nutriret*. In Epiſtola verò ad Galliæ Epiſcopos, vbi hoc Anicetus conſtituit, refert, Anacletum prædeceſſorem ſuum quædam de Epiſcoporum ordinationibus decreuiſſe. Præterea ipſe decernit, *vt Metropolitani alicuius contumacia referatur ad Apoſtolicam ſedem Romanam, vel penes Primatem, eiuſdem ſanctæ Sedis authoritate iudicetur.* Hæc tot antiquitatis teſtimonia vſu etiam Eccleſiæ confirmata verbo ſolo eludere, hominum eſt in rebus grauiſsimis parum grauiter agentium.

14 Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus(apud Euſebium lib.4.cap.22.vel ſecũdùm Ruffinum, 23.) ad Soterem ita ſcribit: *In hoc Sacro die Dominico veſtram Epiſtolam legimus, quam ſemper(ſicuti etiam priorem à Clemente miſſam) ad noſtram inſtitutionem legere ſolemus.* Romanorum igitur Pontificum Epiſtolæ in tanto pretio ab initio fuerunt, vt publicè in Eccleſijs non ſemel, ſed ſæpe legerentur.

15 In eadem verò Epiſtola Dionyſius teſtatur, *Eccleſiam Romanam à primis ipſius fundamentis mittere conſueuiſſe vitæ ſubſidia, tùm omnibus fratribus in metalla damnatis, aut alioqui afflictis, tùm Eccleſijs permultis quæ in quaque ciuitate ſunt. Quod etiam Soterem feciſſe ait, dum fratres ad ipſum aduentantes tanquam pater indulgens & clemens in liberos, beato ac pio ſermone ad virtutem confortaretur.* Ex his apparet, Pontificem Romanum ſemper omnium fidelium curam geſsiſſe, nimirum quia omnes erant ſuæ oues: adeo vt Euſebius dicat, *eam Romanorum conſuetudinem aſsiduè etiam vſque ad perſecutionem ſua ætate graſſantem, fuiſſe obſeruatam*, vt Romani Epiſcopi omnes fratres afflictos varijs beneficijs afficerent, non Romanos tantùm, ſed cuiuſcunque linguæ ac gentis fuiſſent.

16 Euſebius lib.5.cap.3. *Martyres, qui circa Lugdunum & Viennam mortem pro Chriſto ſubibant, cùm adhuc tenerentur in vinculis, literas exarabant Eleuthero Epiſcopo Romano, vehementer eum rogantes, vt pax & concordia in Eccleſijs conſtitueretur.* Hoc certè non feciſſent, niſi maximè omnium in manu Pontificis Romani poſitum eſſe intellexiſſent, vt pacem in Eccleſijs faceret. Ac veriſimile eſt, intellexiſſe illos de tolerãdis Aſianis in illa ſua Paſchatis celebratione, quam Pontifices Romani hoc tempore prohibere inceperant. Videbant igitur, penes Romanum Pontificem eſſe, vt vel permitteret hunc morem, vel vetaret.

17 Hieronymus in Catalogo. *Irenæus Photini Epiſcopi, qui Lugdunenſem in Gallia regebat Eccleſiam, presbyter, à Martyribus eiuſdem loci ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones Legatus Romam miſſus, honorificas ſub nomine ſuo ad Eleutherum Epiſcopum perfert literas.* Moris igitur erat etiam tunc, vt Eccleſiæ tranſalpinæ & Gallicanæ ad Epiſcopum Romanum legatos mitterent ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones. Cur, obſecro, niſi quia Gallicanæ etiam Eccleſiæ Romanum Epiſcopum curam ipſarum gerere agnouerunt?

18 Damaſus in Pontificali refert, Eleutherium conſtituiſſe, *vt nulla eſca humana, quam Deus creauit, à fidelibus repudiaretur.* Quod ille quidem conſtituit contra Seuerianorum hæreſim, qui docebant, abſtinendum à quibuſdam cibis, velut ex ſe malis. Fidem igitur Catholicam propugnauit Eleutherius. Verùm in ea epiſtola, quæ hoc decretum cõtinet, illud etiam legitur, *vt finitima Epiſcoporum tantùm iudicia Romanæ Sedis auctoritate finiantur, ſicut ab Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus multorum conſenſu Epiſcoporum iam definitum eſt.* Vt meritò(ſicut poſtea declarabitur) Epiſcopatus cauſam, iudiciumq; de fide & Sacerdotibus, ad Apoſtolicæ Sedis examen deferri debere, Leo Papa dixerit. Tantæ prærogatiuæ in varijs ætatibus vno tamen conſenſu Romanæ Sedi ſemper delatæ ſunt, initio rei non niſi ab Apoſtolis petito.

19 Damaſus in Põtificali. *Eleutherius accepit Epiſtolam à Lucio Britannico Rege, vt Chriſtianus efficeretur per eius mandatum. Et mox* (inquit Beda Eccleſ. hiſtoriæ gentis Anglorum, lib.1.cap.4.) *effectũ piæ poſtulationis con-*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
142	11. S. Pius Ruffini filius, Aquileienſis, ſedit an. 11. m. 5. D. 27.	
	12. S. Anicetus Ioãnis filius de vico Humiſia Syrus ſedit an. 9. m. 8. d. 24.	M. Antonin⁹ Verus cũ L. Aurelio, an. 19. m. 1

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

i Animam ſolam, non corpus ſaluari.

k Sectatores eius (vt eſt apud Tertul. de præſcript.) erant Ptolomæus Secũdus, Heracleõ, Marcus & Colarbaſus, quorum duo poſteriores negant, veritatem ſine Græcorum alphabeto inueniri, & ideo Chriſtum dixiſſe aiunt: Ego ſum α. & ω.

23. De Bardeſane, & *24. Hermogene.*

l Bardeſanes ex eadem Valentini ſchola prodijt, humana omnia fato aſcribẽs. Auguſtinus auctor eſt. Hær. 35.

m Hermogenes materiam ſemper fuiſſe: Deumq́; illi appropinquando mundũ condidiſſe dixit.

n Harmonius Bardeſanis filius, eandem hæreſim ſectatus eſt, auctore Theodoreto in lib. 1. hæreticarum fabularum.

25. De Tatiano, & *26. Seuero.*

a Tatianus (præter Valentini hæreſim) & nuptias, & b carnium comeſtionem damnauit, & negauit, c Adamum ſaluatum eſſe. Irenæus lib. 1. cap. 31.

d Hic erat Princeps corũ, qui vocantur Encratitæ. i. continentes, de quibus Iren. lib. 1. ca. 30.

e Seuerus eadem cum Encratitis ſenſit, vnde Seueriani ſunt appellati.

f Hi

☙ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

i Idem in Apologia 2. *Quemadmodum ex parua gutta homines poſſe fieri nõ crederetis, & fieri cernitis: ſic cogitate fieri poſſe, vt hominum corpora, ſeminum inſtar, in terram diſſoluta, cõſtituto à Deo tempore, excitentur, adipiſcanturq́; immortalitatem.*

Iren. lib. 4. cap. 34. *Quomodo dicunt, carnem non percipere vitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur?*

k Tertullianus in lib. aduerſus Valentinianos. *Viri ſanctitate inſignes ipſorum Hæreſiarcharum contemporales, retuderunt Valentinianos: Iuſtinus, Miltiades, Irenæus, Proculus, quos in omni opere fidei optauerim aſſequi.*

l Iuſtinus in Apologia 1. *Non (vt Stoicis placet) fato, ſed iudicio ac voluntate vnuſquiſque bene agit aut peccat.*

m *Apoſtolus cùm improbat elementis ſeruientes, aliquem Hermogenem oſtendit, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparat.* Tertullianus de præſcript.

n Theophilus Antiochenſis Epiſcopus contra Marcionem & Hermogenem ſcripſit. Hieronymus in Catalogo. Tatianus etiã Iuſtini Martyris Diſcipulus (licet poſteà hæreticus ſit factus) in oratione contra Græcos dicit: *materiam principij haud immunem eſſe, cùm aliquando inceperit*, nec parem Deo potentiam habere queat.

a Irenæus lib. 1. ca. 30. *Iſti accuſant Deum, qui maſculum & fœminam ad generationem hominũ fecit.* & b *animalium abſtinentiam inducentes, ingrati exiſtunt ei, qui omnia fecit, Deo.* c *Contradicunt quoque eius ſaluti, qui primus plaſmatus eſt à Deo. At nimis irrationabile eſt* (ait Irenæus lib. 3. cap. 34.) *illum, qui prior captiuitatem paſſus eſt, non eripi à Chriſto, qui vicerit inimicum, filios verò eripi, quos in eadem captiuitate generauit. Itáne victus quidem videbitur inimicus, veteribus ſpolijs (& maximè primis omnium) manentibus apud eum?*

d *Muſanus* (vt eſt apud Euſebium lib. 4. c. 27.) *Encratitarum errorem iam tum ortum libro elegantiſſima confutauit.*

e Eleutherus Papa Decretum edidit, nullum cibum velut ex ſe malum, eſſe reſpuendũ. Damaſus in Pontif.

f Iren.

nus conſecutus eſt, ſuſceptámque fidem Britanni vſque in tempora Diocletiani Principis inuiolatam integrámque quieta pace ſeruabant. Cur, obſecro, tot Epiſcopis, quot iam tunc & in Gallijs, & in vicinioribus Italiæ regionibus erant, prætermiſſis, ad Romanum Pontificem Lucius confugit, niſi quia ex ijs fidelibus, qui Chriſtum in Britannia prædicabant, didicerat, Petrum Apoſtolorum Principem Romæ Epiſcopalem Cathedram collocaſſe, ibique principium & fontem Catholicæ communionis in æternum ſedere, cuius in manu potiſſimùm eſſet, nouas conſtituere Eccleſias, & illis nouos præficere Paſtores?

Ac ſanè Britannias illo ſeculo ad fidem conuerſas eſſe, Tertullianus teſtis eſt in libro aduerſus Iudæos, vbi ait, *Britannorum inacceſſa Romanis loca Chriſto ſubdita eſſe.* Et Origenes in Ezechielem Homilia 4. *Quando* (inquit) *terra Britanniæ ante aduentum Chriſti in vnius Dei cõſenſit Religionem?* Ex quibus teſtimonijs apparet, Britannorum conuerſionem ad fidem & apud Græcos, & apud Latinos celeberrimam ab initio fuiſſe.

Irenæus lib.3.cap.3. De Succeſſionibus Eccleſiarum nominatim agens, *Maximæ* (inquit) *& antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ, & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malã ſententiam, præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique Fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis, traditio.* Et poſt: *Cùm ſucceſſiſſet Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea, quæ eſt ab Apoſtolis, in Eccleſia traditio, & veritatis præconiatio peruenit vſq; ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio, vnam & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata, & tradita in veritate.* Ergo ad Eccleſiam Romanam, velut ad *maximam & antiquiſſimam, & omnibus cognitam, & à glorioſiſſimis Apoſtolis fundatam, neceſſe eſt omnem Eccleſiam*, id eſt, *eos fideles, qui vndique ſunt, conuenire*, idque *propter potentiorẽ* eius Eccleſiæ *principalitatem*. Scio Lutheranos & Caluiniſtas hoc in loco reſpondere, quòd propter principalitatem Romanæ vrbis, atque Imperij, neceſſe fuerat, omnes fideles ad Romanam Eccleſiam conuenire. Verùm cùm non poſſint oſtendere, quòd de vrbis aut Imperij gloria quippiã ibi ſit ab Irenæo dictũ, contraq; cũ certiſſimo cõſtet, quòd de Eccleſia Romæ ab Apoſtolis fundata manifeſtè agatur: profectò *dicendum eſt, potentiorem principalitatem* non ad Imperium, de quo maximum ibi ſilentium eſt, ſed ad *Eccleſiam Romanam*, quæ ſummis illic elogijs ornatur, omnino referri debere. Potentior eſt igitur principalitas Romanæ, quam cuiuſquam alterius Eccleſiæ. *Ad hanc* (inquit) *Eccleſiam* (non autem ad hanc vrbem, quia vrbs eſt) *omnem Eccleſiam conuenire neceſſe eſt.* Eccleſia eſt & quæ conuenit, & ad quam conuenitur. Iam ratio conueniendi eſt *potentior principalitas*, non vtique tàm vrbis, quàm Eccleſiæ. Debent quippe media cum extremis cohærere.

Illud etiam in Irenæi verbis notatu dignum eſt, quòd antiqui Patres accuratiſſimè obſeruabant & tenebant numerum Romanorum Pontificum: adeò vt idem Irenæus alibi quoque Hygini Papæ mentionem faciens, lib.3.cap.4. dicat: *Qui fuit octauus Epiſcopus.* Et paulò poſt: *Marcion inualuit ſub Aniceto decimum locum epiſcopatus continente.* Haud ſcio, an vllius præterea Eccleſiæ Epiſcopi, numerum ordinis locique ſui non modò tam crebrò, ſed vnquam ferè omnino perinde adiunctum habeant, ac in Romanis Epiſcopis videmus vſuueniſſe. Qua de re agetur poſthac fuſius.

Hector

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
163	13. S. Soter Cõcordij filius Fundanus Latinus ſed. an 7. m. 11. D. 18.	
		Antoninus Comdus. an.13.
171	14. Eleutherus Habundi filius. Nicopolitanus, Græcus, ſedit an.15. d.15.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

f Hi (inquit Euſeb. li.4.ca.27.) ſcripturarũ ſenſus pro ſuo arbitratu interpretãtur, Pauli Epiſtolis & Actis Apoſt. fidẽ abrogant.

27. De Hydroparaſtatis.

g Hydroparaſtatæ hic ſunt, qui aqua ſola in myſterijs vtebantur, vt notauit Theodor. li.1. hær. fab.

28. De Apelle.

h Appelles Marcionis diſcipulus & ab eodẽ ſegregatus (auctore Tertull: de Præſcript.) legem & Prophetas repudians, * Chriſtum dicebat ipſo deſcenſu aëream ſibi carnem contexuiſſe, eandemq; ſingulis elementis in aſcẽſu reddidiſſe. Solo vtebatur Apoſtolo, & eo non toto.

i Philumenem puellam quaſi Prophetiſſam ſequebatur.

k Carnis reſurrectionem negabat.

29. De Alogis.

l Alogi. i. Bruti (auctore Epiphan. hær.51.) nõ ſuſcipiũt æternũ Dei verbũ, nec Ioannis Euãgelium, aut Apocalypſim.

30. De Adamianis.

m Adamiani Adæ in Paradyſo nuditatẽ imitantes, condemnant nuptias. Auguſtin. hær.31.

31. De Aſcodrogitis.

n Aſcodrogitæ vtrẽ inflatũ ponunt & cooperiũt in ſua Eccleſia circũeuntes eũ, bacchãtes ſicut Pagani Libero patri, nõ intelligẽtes, quod Saluator ait, nouum vinum in vtres nouos mittendũ. Philaſtrius.

a Marcion ſub Eleuthero Papa inconſtanter palinodiã cecinit, auctore Tertulliano.

32. De Montaniſtis.

b Mõtanus adhuc Neophytus, inſatiabili Primatus cupiditate incenſus, cœpit aliter prophetare quàm Eccleſiæ conſuetudo poſtulabat. c Ad-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

f Irenæus lib.4.c.80. *Quæ à Paulo prædicatore veritatis dicta ſunt, hæretici non intelligũt.* Expoſitionem epiſtolarũ Pauli in alio libro diſponemus. Idem lib.1.cap.20. *Actorum Apoſtolorum auctorem Lucam citat & laudat.*

g Iuſtinus in Apolog. 2. Tradit *vinum aqua miſtum* in myſterijs adhiberi ſolitum.

h Rhodon Aſiaticus (vt refert Euſeb. lib.5.ca.13.) ita ſcripſit de Marcionitis. *Hi itaque cauſam diſſentiunt, quòd propriam ſibi conſtantem doctrinã ſtabilire nituntur.* Nam cùm Marcion ipſe, Potinus, & Baſiliſcus, *duo* induxiſſent principia, Syneros autem etiam *tria*: Apelles vnus ex eorũ grege, *vnum* principium fatetur ille quidẽ, ſed prophetias ex ſpiritu ſibi repugnãte editas cõtendit, dæmonio Philomenæ obſecutus.

* Soter papa in epiſt. ad Epiſcopos Cãpaniæ, ex propheticis & Apoſtolicis literis probat, *Chriſtũ ex ſemine Dauid ſecũdum carnem factum eſſe*: Hortaturq; eos, vt cõtra maleuolos homines inconcuſſum Eccleſiæ ſtatum defendant.

k Irenæus lib. 5. *Quomodo negant carnem, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur, capacem eſſe incorruptibilitatis?*

l Irenæus lib.4.c.37. *Semper adeſt Deo verbum & ſapientia filius.* Idẽ laudat Ioannis Euangeliũ lib.3.c.11. & Apocalypſim lib. 5. Itẽq; Clemens Alexandrinus Stromatum lib.2. *Qui verbo credidit, nouit rem eſſe verã. Verbũ enim eſt veritas.*

m Clem. in 3. Strom. *Omnes Apoſtoli epiſtolæ, legũ cũ Euãgelio ſeruãtes conuenientiã, & eũ admittũt, qui Deo gratias agẽs moderatè vtitur matrimonio & eũ qui (vt vult Dominus) viuit in caſtitate.*

n Iuſtinus Martyr in Apologia 2. Tradit myſteria Chriſtianorum confici ex pane, & vino aqua mixto, quæ per preces ſermonis à Chriſto accepti, caro & ſanguis Chriſti ſint: de vtre aũt inſanis motibus conſecrando nihil ſcribit, imò ibidẽ ait, dæmones ad imitationẽ myſteriorũ Eccleſiæ, vinũ in Bacchi ſacris prodidiſſe.

a *Marcion ſemel & iterum ex Eccleſia Romana eiectus, poſtmodum pœnitentiam confeſſus, cùm cõditioni datæ ſibi occurrit, ita pacẽ* (id eſt, reconciliationẽ ſeu abſolutionẽ) *recepturus, ſi cæteros quoq;, quos perditioni erudiſſet, Eccleſiæ reſtitueret, morte præuentus eſt.* Tertull. de præſcript.

b *Zoticus & Iulianus Epiſcopi cum alijs Aſiæ fidelibus recẽs inductam Montani doctrinam improbârunt, & Montaniſtas à communione repulerunt.* Euſeb. lib.5.cap.15.

21 Hector Boethius hiſtoriæ Scotorum li.6. *Donaldus Scotiæ rex apud Victorem pontificem maximum (qui quintuſdecimus poſt Petrum Eccleſiæ præfuit) per legatos obtinuit, vt viri doctrina & religione inſignes in Scotiam ab eo miſſi ſe cum liberis & coniuge, Chriſti nomẽ profitentes, baptiſmate inſignirent. Regis exemplũ Scotica nobilitas ſecuta, Chriſti religionem complexa eſt, anno D. 203. à Scotorum regni reſtitutione, 533. noſtri, qua fide & pietate inſtituti ſemel fuerunt, hactenus erroribus aſpernatis, perſeuerant.* Hector autem floruit an. D. 1526. poſt quod tempus Scoti primùm cœperunt Chriſti religionem in Caluinianam ſuperſtitionem cõmutare. Verùm vt id, quod nobis propoſitum eſt, non prætermittamus: quî factum eſt, vt, cùm Britãni fidem Chriſti iam publicè profiterentur, tamen Scoti nec ab illis, nec à Gallorum Epiſcopis, ſed tantùm à Romano Pontifice baptiſmum peterent, niſi quia volebant ab ipſo fonte communionis Chriſtianæ fidem religionemque ſuam deriuare?

De Controuerſia inter Epiſcopos Romanos & Aſiaticos de Paſchate.

22 Polycrates Epheſiorum Epiſcopus (apud Euſebium lib. 5. capit. 23. aliàs capit. 24.) *ſcribit, ſe rogatum eſſe à Victore, vt ad Synodum accerſeret Epiſcopos Aſiæ, quod & fecit.* Hinc patet, ius Pontifici Romano fuiſſe etiam in Orientales Epiſcopos, cùm & illos in Synodum cogendos curauerit. Quod enim de Polycrate expreſſum eſt, idem eſt de cæteris omnibus intelligendum. Nec ad rem pertinet, quòd vt in Synodum coirent, *rogauerit*, non iuſſerit. Hoc enim Eccleſiaſticæ modeſtiæ eſt, vt ius ſuum verbo quàm mitiſsimo exprimat, dum memor eſt, ſe ita maiorem eſſe inter fratres, vt tamen debeat ſe gerere tanquam miniſtrum, & non tãquam Regem & Dominum. Præclarè Gregorius lib. 7. epiſt. 64. *Si qua culpa in Epiſcopis inuenitur, neſcio quis Epiſcopus Sedi Apoſtolicæ* (Romanam intelligit) *ſubiectus non ſit. Cùm verò culpa non exigit, omnes ſecundùm rationem humanitatis æquales ſunt.*

23 At poſtquàm intellectum eſt, nec Polycratem nec reliquos Aſiæ minoris Epiſcopos, Pij, aliorúmue Põtificum Romanorum Decretis de ſententia dimoueri, aut omnino adduci potuiſſe, vt cum reliquis totius orbis Chriſtiani Epiſcopis, Domini reſurrectionẽ Dominica die celebrarent: Victor Pontifex Romanus, nolens tantum ſchiſma diutius ferre, iterum decreuit Paſcha in Dominico die celebrandum. Et (auctore Euſebio, lib. 5. cap. 24. ni id fieret, *totius Aſiæ Eccleſias omneſq́; fratres eam regionem incolentes, à communione ſecludendos edicit.* Iam verò tametſi ea res Irenæo, & nonnullis alijs Epiſcopis parum ab initio placebat: tamen nemo eorum vnquàm dixit: legitimam poteſtatem Romano Pontifici defuiſſe, quò minus ex legitima cauſa cæteras Eccleſias, & Epiſcopos omnes coërcere poſſet. Quinimò, quò diligentiùs Victorem Irenæus admonuit, ne tam multas Eccleſias, quæ antiqua maiorum traditione confidebant, à corpore vniuerſæ Eccleſiæ penitus amputaret, & quò magis ad anteceſſores Victoris prouocauit, vt oſtenderet, eos pacem cum iiſdem Eccleſijs in eadem cauſa conſtitutis antè retinuiſſe: eò certiùs docuit, tùm fuiſſe in poteſtate priorum Pontificum Romanorũ, tùm in Victoris poteſtate iam eſſe, vt Epiſcopos non rectè ſe gerentes ab Eccleſiaſtica communione arcerent. Fruſtrà enim apud aliquem interceditur, ne illos excõmunicet, in quos nullum tale ius exercere poteſt. Nam *ſupra iuriſdictionem ſuam ius dicenti, impunè* (inquit Paulus Iureconſultus) *non paretur.* Qui verò cauſam excommunicandi ſatis grauem adhuc non eſſe contendit (id quod Irenæum feciſſe videmus, de qua tamen re mox pluribus agam) vtique is fatetur, vbi cauſa grauis occurrit, Pontificem Romanum poſſe quemlibet Epiſcopum à cõmunione remouere. Cur alioqui non vtebatur Irenæus illa forti exceptione, quæ omnium & prima, & tutiſsima eſt, vt quæreret: *Vnde Pontifici Romano hæc poteſtas excommunicandi fratres ſuos tam longè poſitos?* Nunc verò nihil tale dicitur, quia notiſsimum omnibus fuit, Pontificem Romanum Petri Succeſſorem exiſtere, ideoq́; & omnes Chriſti oues illius vocem audire debere, & quod ligaſſet aut ſoluiſſet in terris, ligatum ſolutumque eſſe in cœlis.

ſecluſio a [illegible]ione.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Commod⁹.
189.	15. Victor Fœlicis filius Apher.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

[c] Adiunxit ſibi Priſcillã & Maximillam velut prophetiſſas ſuas. Euſeb.lib.5.c.14.

[d] Iſtæ prophetiſſæ maritos deſeruerunt, vt Montanum ſequerentur. Vnde nuptiarum diuortia eum docuiſſe, Apolonius refert. Euſeb.lib.5.c.17.

[e] Oblationum nomine munera & ſibi & ſuis prædicatoribus accepit. Euſeb. Ibid.

[f] Pepuzam, vbi habitauit, Hieruſalem nominauit, in qua tres Antiſtitũ ordines conſtituit, Patriarchas primo, Cenones ſecũdo, Epiſcopos tertio loco. Hieronymus ad Marcellam.

[g] *Introduxit tres Quadradrageſimas, quaſi tres paſſi ſint ſaluatores.* Hieronymus ad Marcellam. Et hæc ſunt *noua ieiunia*, quæ Theodoretus narrat Montanii præter Eccleſiæ conſuetudinem introduxiſſe.

[h] Montaniſtæ, à Phrygia dicti Cataphryges, dicebant Spiritum ſanctum in Apoſtolis fuiſſe, Paracletum verò maiora & plura in Montano dixiſſe, quàm Chriſtus in Euangelio protulit. Tertullia.de præſcript.

[i] Cataphrygum non vna doctrina eſt, ſed alij dicebantur ſecundùm Proclum, alij ſecũdùm AEſchinem.

[k] Iſti ſecundùm AEſchinem, dicebant, Chriſtum ipſum eſſe filium & patrem: hos Praxeas & Victorinus ſecuti ſunt. Tertull. ibidem.

l Tri-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

[c] In Epiſtola, quam Seraphiõ Antiochiæ Epiſcopus cõtra Montaniſtas edidit, *Ælius Publius Iulius ex Debelto in Colona Thraciæ Epiſcopus, ita ſubſcripſiſſe legitur: Viuit Deus in cælis, quòd B. Sotas in Anchialo, voluit Priſcillã dæmonẽ eijcere, ſed veteratorij illi hypocrytæ neutiquàm permiſerunt.*

[d] Clemens in 3. Stromatum. *Ipſe Dominus dicit, Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

[e] *An non vniuerſa Scriptura* (inquit Apolonius apud Euſeb.lib.5.cap.17.) *videtur Prophetam vetare, ne munera & pecuniam accipiat.*

[f] Tertullianus (nondum Montaniſta) in præſcription. *Eccleſiæ Apoſtolicæ exhibent vires ab Apoſtolis vel Apoſtolicis viris in Epiſcopatum conſtitutos, vt ita edant origines Eccleſiarum ſuarum, & euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorũ per ſucceſſiones ab initio decurrentem.* Hinc apparet nullum ordinem Epiſcopali maiorem ab initio fuiſſe. Nec aliud ſunt apud Catholicos Patriarchæ, quàm Epiſcopi maxima quadam iuriſdictione præditi.

[g] *Apoſtoli tradiderunt, vnam Quadrageſimam toto anno, tempore nobis congruo ieiunandam, quod munus non tantùm voluntate, ſed neceſſitate offerimus.* Hieronymus ad Marcellam.§. Traditio igitur Eccleſiaſtica, quæ & ante, & ſub Montano viguit, eius hæreſim abundè refellebat. Inſigni cum impoſtura Magdeburgenſes in centur.2.c.5.pag.105.diſsimulantes tres Quadrageſimas nouo more à Montano introductas, hæreſim eius in eo ponunt, velut ieiuniorum, quæ eatenus libera fuiſſent, leges ille primus excogitaſſet.

[h] Tertullianus (nondum Montaniſta) de præſcriptionibus hæretic. *Chriſtus promiſit, Apoſtolos omnem veritatem conſecuturos per Spiritũ veritatis, & vtique impleuit re promiſſum, probantibus Actis Apoſtolorum deſcenſum Spiritus Sancti.*

[i] *Pontifex Romanus recuſauit literas pacis & communionis Cataphrygibus dare.* Tertullianus aduerſus Praxeam.

[k] Clemens in 5.Strom. *Non eſt pater ſine filio. Simul enim cum eo quod eſt pater, eſt filij pater.*

l Ter-

24 Refert quidem Euſebius lib.5.cap.24. excommunicationem Eccleſiarum Aſiæ à Victore promulgatam, *cæteris omnibus parum placuiſſe Epiſcopis, eoſq́; dicit Victorem acrius & acerbius coarguiſſe.* Verùm quò pluribus hoc Victoris Decretũ diſplicuit, eò manifeſtior fit & illuſtrior Pontificis Romani Primatus. Nam ſi Epiſcopus Romanus nihil aliud tunc habitus eſt, quàm vnus Epiſcopus è multis: qui factum eſt, aut etiam fieri potuit, vt omnibus penè alijs contradicentibus, vnius tamen auctoritas & ſententia vinceret, ac præualeret? Nónne hoc ipſum declarat, Epiſcopum Romanum Caput ac Principem omnium Paſtorum & verè extitiſſe, & ita illis diebus habitum eſſe, à cuius communione cæteri non auderent recedere, etiamſi hoc feciſſet, quod illis omnibus parum placuiſſet? Aut nunquid in tot Epiſcopis atque adeò in tot Epiſcoporum Concilijs, quæ tunc vbiq; congregata fuerãt (auctore Euſebio lib.5.ca.22.) vllus Epiſcopus, aut etiam vlla Synodus Epiſcoporum reperta eſt, quæ Victoris Decretum contemni, aut irritum fieri iuberet, quæue ipſum Victorẽ, niſi fratrum & coepiſcoporum conſilijs acquieſceret, Eccleſiaſtica communione interdiceret? Nihil tale vnquam tentatum eſt. *Cæteri omnes Epiſcopi* (inquit Euſebius lib.5.c.24.) *Victorem magnopere adhortabantur, vt pacis, concordia & charitatis erga proximos diligentem curã haberet.* Et pòſt: *Irenæus* (inquit) *de hac re Victorem appoſitè & conuenienter admonuit.* Adhortabantur igitur cæteri Epiſcopi, & admonebant Epiſcopum Romanum, ne à corpore Eccleſiæ tot populos maiorum traditionem conſectantes amputaret. Præcipere verò illi aut minari non audebant, etiamſi tot ac tanti eſſent. Cur ita? Certè quia videbant, illum eſſe omnibus maiorem, vt qui non ab hominibus, verùm à Ieſu Chriſto (qui Petrum iuſsit *fratres ſuos confirmare, agnoſq́; & oues ſuas, vt plus alijs diligentem, paſcere,* hoc eſt, regere) poteſtatem præſidendi accepiſſet.

25 Hinc factum eſt, vt Epiſcopi Catholici omnes in vniuerſo terrarum orbe Victoris Decreto, etiamſi parum ab initio placuiſſet, reipſa tamen obedirent. Nam ab illo die pro hæreticis, & ſchiſmaticis habiti ſunt, & τεσσαρεσκαιδεκατῖται apud Græcos, apud Latinos verò *Quartadecimani* appellabantur, qui decima quarta die primi Menſis Paſcha celebraſſent. Itaq; *Tertullianus* in lib. de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, *Concilium Antiochenum cap.1. Laodicenum cap.7. Philaſtrius in Catalogo* hæreſeωn, *Auguſtinus* hær.29. *Theodoretus* in hæret. Fab. lib.3.cap.vltimo, & *Damaſcenus* in hær.50. eos, qui decima quarta die Paſcha celebrabant, inter hæreticos recenſent, non quòd illa obſeruatio hæreſim ab initio ex ſe ſaperet: verùm poſtquàm Pius, Anicetus, Eleutherius & Victor Pontifices Romani, quibuſcum neceſſariò communicandum erat, aliter ſemel decreuiſſent, nec contrariam conſuetudinem, vt eatenus fecerant, amplius tolerare vellent: qui iam deinceps pertinaciter defendebant, Paſcha in decima quarta luna celebrari debere, hi ob illam pertinaciam in hæreſim incidiſſe iudicati ſunt. Imò etiam D. Ioannes Chryſoſtomus cùm Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præeſſet, *eis, qui in Aſia feſtum Paſchatis decimo quarto die menſis primi celebrabant, Eccleſias non ſecus, quàm Nouatianis ademit,* auctore Socrate lib.6.c.10. Idéq; fecit Leontius Epiſcopus Ancyræ apud Socratẽ li.6. cap.20. Conſtat igitur auctoritatem Victoris Romani Pontificis in hac re meritò obtinuiſſe victoriam, illiuſque iudicium tandem ab omnibus Catholicis, atque adeò à Nicæna Synodo approbatum eſſe: adeò vt Nicena Synodus eodem modo Paſcha celebrandum decreuerit.

26 Etenim Synodus ipſa Nicæna cùm ad Alexandrinam Eccleſiam ſcriberet (cuius Epiſtolæ exemplar apud Theodoretum extat lib.1.cap.9.) *Scitote* (inquit) *controuerſiam de Paſchate ſuſceptam, prudenter ſedatam eſſe, ita vt omnes fratres, qui Orientem incolunt, iam Romanos, nos, & omnes vos ſint conſentientibus animis in eodem celebrando deinceps ſecuturi.* Hactenus Nicæni Patres: qui non ignari, quid Victor Pontifex Romanus in Epiſcopos Orientales, niſi Decreto ipſius parêrent, iam olim decreuiſſet, ac probè ſcientes, totius controuerſiæ ſummam inter conſuetudinem Orientalium & Romanorum conſtitiſſe: tamen ſedulò hoc egerunt, vt Orientales in celebrando Paſchatis feſto Romanos deinceps ſequerentur, idq́; effectum ab ipſis eſſe magno cum gaudio Alexandrinis ſignificant. & ita ſignificant, vt non contenti dicere, Orientales deinceps ſecuturos eſſe auctoritatem Nicænæ Synodi, prius etiam dicerent: *Orientales velle deinceps ſequi Romanos:* ac deinde adijcerent, eoſdem Orientales velle ſequi Nicænos Patres, tùm autem velle etiam in ea re ſequi Alexandrinam Eccleſiam. Romanorum igitur appellationem Synodus ipſa Nicæna ipſi Nicænæ Synodo prætulit. *Orientales* (inquit) *in Paſchate*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Æli. Perti nax. m. 6.
186.	15. Victor Fœlicis filius Apher.	
		Iulia nus Iu rispe ritus. m. 7.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

l Trinitatem in vnius perſonæ anguſtias cogebant. Hieronymus ad Marcellam.

m Pœnitentiæ virtutem velut nimium rigidi ſuſtulerunt, erubeſcentes cõfiteri peccata quaſi iuſti. Hieronym. Ibidem.

n Secundas nuptias pro fornicationibus habent. Auguſtinus hær. 26.

o Docent Prophetas fuiſſe arreptitios, nec intellexiſſe quæ dicerent. Hieron. ad Marcellam.

p Pacianus in Epiſto. 1. ad Simpronianum, teſtatur eos excitaſſe controuerſias de Paſchali die, & Catholico nomine.

q Baptizant mortuos.

r Appellabant eos animales, qui nouam non attenderẽt prophetiam. Clemens in 4. Strom.

s Infantis ſanguinem in ſuis ſacrificijs miſcebant, ſed illi non fatebantur hoc, vt ex Hieronymo & Theodoreto conijci poteſt.

De falſis martyribus.

t Affirmabant ſe habere complures martyres. Euſebius libro 5. cap. 15.

v Publicè myſteria celebrabãt, authore Philaſtrio: fortè vt infamiam ſanguinis puerilis, quem fundere dicebantur, purgarent.

x Artotyritæ à Montano etiam promanantes, panem & caſeum in myſterijs ſuis apponebant.

De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

l Tertullian. aduerſus Praxeã, & in lib. de Trinitate, *Tres perſonas vnius eſſentiæ egregiè aſſerit.*

m Clemens in 2. Strom. *Fidei officium & opus eſt pœnitentia: niſi enim crediderit, & id eſſe peccatum, quo prius tenebatur, & delinquenti impendẽre ſupplicium, & patatam eſſe ſalutem ei, qui ex præceptis viuit, non dimouebitur* (à malo) *nec mutabitur* (in bonum).

n Clemens in 3. Strom. *Apoſtolus ex venia concedit ſecundum Matrimonium. Nam hic quoque nõ peccat, licet perfectionem Euangelij nõ impleat.*

o *Miltiades* (apud Euſeb. lib. 5. c. 16.) *dicit minimè credere oportere, quenquàm Prophetarum furore percitum prophetare ſolere.*

p *Eccleſia per orbem terrarum diſperſa* (præter Aſianam) *conſuetudinem ex Apoſtolica traditione tenebant, vt nõ alio die, quàm quo Seruator à morte reſurrexit, ieiunia diſſoluerent, aut Paſcha celebrare*nt. Catholici nominis fit mentio in Epiſtola 1. Victoris, & Eccleſiæ Catholicæ apud Clementem in 7. Strom.

q Victor Papa in Epiſt. 1. Neminem permittit etiã in articulo neceſsitatis baptizari, præterquàm ſi Chriſtianæ credulitatis confeſsionem ediderit, § quã exhiberi mortui nõ poſſunt, nec dũ baptizãtur (vt adulti) nec poſtea, vt paruuli.

r Aduerſus Phrygas diſſeremus, cùm agemus de *Prophetia*. Clemens in 4. Strom.

s Victor in Epiſt. 2. ad Afros. *Perlatum eſt ad Sedem Apoſtolicam, aliquos veſtrûm in Sacramẽtis diſcrepare, & ob id contentiones & æmulationes inter vos fieri, à quibus ſi vos auertere neglexeritis, ab Apoſtolica ſedis & totius Eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis.*

t Apollinaris Hierapolitanus (apud Euſebiũ lib. 5. cap. 15.) refert, Gaium & Alexandrum, atque alios martyres Chriſti vnà cum Montaniſtis quibuſdam ad teſtimoniũ fidei vocatos, cũ iiſdẽ cõmunicare ad extremũ vſq; ſpiritũ prorſus recuſaſſe. Quin & Marcioniſtæ permultis martyribus abundare ſe prædicant.

v Tertullianus ad vxorem: *Hoc delictum eſt, quòd Gentiles noſtra nouerunt.*

x Irenæus lib. 4. ca. 32. *Dominus noſter eum, qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit, dicẽs: Hoc eſt corpus meum. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundũ nos, ſuũ ſanguinẽ cõ*

Paſchate celebrando ſequentur deinceps Romanos: ſequentur *nos*, id eſt, Patres Nicænos: ſequentur & *vos*, id eſt, Alexandrinos. Cur ita loqueretur Synodus, in hac præſertim re, quã hæretici vitio Romanis vertunt: niſi quia conſtabat Patribus Nicænis, Romanã Eccleſiam ob D. Petri Cathedram illic ſtabilitam, omnium Eccleſiarum caput formamque eſſe?

27 Vnde etiam Conſtantinus Magnus (apud Euſebium in vita Conſtantini lib. 3. c. 18.) dum Eccleſias hortatur ad feſtum Paſchatis eodem die celebrandum, ante omnia proponit illis *vrbem Romam, deinde Italiam, Africam, Ægyptum, cæteráſque Chriſti Eccleſias.*

Ac primatum quidem Romani Pontificis ex hac de Paſchate controuerſia inſigniter cõfirmari, iam demonſtrauimus, idque multis modis. Primùm *Deus* (vt eſt apud Damaſum) *reuelauit Hermeti, vt Paſcha celebraretur in Dominico die*. Deinde cùm Pius Pontifex Romanus, velut diuinæ voluntatis ſupremus in Eccleſia miniſter & executor, *hoc ipſum decreuiſſet*, Polycarpus probè ſciens, Decretum ſummi Paſtoris contemni abſque graui peccato non poſſe, *propter iſtas ſuper die Paſcha quæſtiones* (vt Hieronymus in Catalogo ſcribit) ad vrbem Romam venit, vbi Pio iam defuncto, cum Aniceto collocutus, impetrauit, vt liceret ipſius Eccleſijs in vetere conſuetudine, quam à Ioanne Apoſtolo accepiſſent, perſeuerare: qui certè ea de cauſa Romam non veniſſet, niſi auctoritatem Romani Pontificis maiorem ſua ipſius authoritate agnouiſſet. Pòſt autem, cùm res ad maius periculum vergeret (id quod mox planum faciam) atque ideo tolerari diutius non deberet: Victor Pontifex Romanus decretum Pij renouauit. Huic reſtiterunt plerique in Aſia Epiſcopi. Sed nihil aliud eſt conſecutum, quàm vt quotquot pertinaciter Epiſcopo Romano aduerſabantur, hæreticorum numero tandem haberentur. Demùm Nicæna Synodus finem controuerſiæ huic imponens, iuſſit vt *Aſiatici Romanos in Paſchate celebrando ſequerentur*: idque ſe facturos illi promiſerunt: atque vt id facerẽt, Conſtantinus Imperator eos palàm eſt adhortatus. Vicit ergo Victor, vicit veritas, vicit Romani Epiſcopi authoritas.

Finita igitur diſputatione, quam ob probandum Romanæ Sedis Primatum inſtitui, ad illud iam accedo, vt oſtendam præterea, Victorem non id modò, quod ſummo iure potuit, ſed etiã id, quod ex bono & æquo debuit, feciſſe. Nam & hoc ipſum ad rem noſtram vehementer ſpectat. Dico igitur, Decretum hoc de concordi Paſchatis obſeruatione tunc omnino rectè à Victore promulgatum eſſe. Nec enim ſchiſma illud, in quo Eccleſiæ Aſianæ à reliquis omnibus diſsidebant, intra fines Aſiæ concludebatur, ſed foras etiam prorupit, nec in ſola facti diſſimilitudine quieuit, verùm etiam ad diuerſam Euangelicæ prædicationis doctrinam aſpirauit. Nam Tertullianus auctor eſt in Libro de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, *Blaſtum* quendam iiſdem ipſis temporibus *latenter Iudaiſmum introducere voluiſſe*, vt qui dixerit, *Paſcha non aliter cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundùm legem Moyſi, decimo quarta menſis. Quis autem* (inquit Tertullianus) *neſciat, quoniam Euangelica gratia euacuetur, ſi* (Blaſtus) *ad Legem Chriſtum redigit?* Conſtat verò ex Euſebij lib. 5. c. 14. Blaſtum Romæ vixiſſe, ibique hæreſim ſuam promulgaſſe. Præterea Nicephorus li. 4. c. 36. ſic habet: *Eccleſia Aſiana ex traditione vetuſta, quæ ad eas vſque ad id tempus tranſmiſſa erat, quartumdecimum diem Lunæ obſeruandum eſſe neceſſariò duxerunt: quando & Iudæi ex præſcripto legis agnum mactare, & Paſcha ſuum manducare ſoliti ſunt. Perinde atque neceſſitas prorſus quædam impoſita eis eſſet, in quemcunque diem hebdomadis incidiſſet, eo ipſo die ſtato conſuetoq; ſoluerentur ieiunia, & (vt ſemel dicam) vnà cum Iudæis, apud ipſas quoque ſacrum noſtri Paſchatis myſterium celebraretur. Ecce* Aſiani rem ad legis *neceſſitatem* trahunt, ac iudaizandum in hac re eſſe conſtanter aſſeuerant. Qui ergo animaduertit, vſque eò creuiſſe Aſiaticorum in Paſchate celebrãdo Schiſma, vt tam in Aſia, quàm in ipſa vrbe Roma nõ deeſſet, qui Paſcha more Iudaico celebrandũ cõtenderet: is ſi Chriſto, quàm Legi magis ſtudet, facilè concedet, non licuiſſe Victori iam deinceps quieſcere, aut ſchiſma illud Aſiaticorum diutius ferre. Ibi enim primò corrigendum fuit malum, vnde primùm eſt ortum: vt curato capite, reliquis membris ritè atque ordine medicina adhiberetur. Tempus igitur opportunum fuit. quod quidẽ vnà cum Victore alios Italiæ Epiſcopos iudicaſſe, non eſt dubium. Nec enim aliquid maioris momenti vnquàm eſt à Pontificibus Romanis ſuſceptum aut factum, præterquàm in Concilio Sacerdotum. Porrò Euſebius teſtatur, *Concilium Romæ ob iſtam cauſam habitum fu[iſſe]* lib. 5. c. 22. Si ergo cauſæ grauitatem inſpicimus, tanti vtique ea res fuit, quanti eſt Euangelij gratiam à ſeruitute legis vindicare. Permitte enim, vt vel in vna re, quam Lex vetus præſcripſit, liceat cuilibet Regioni diſſentire à reliqua Eccleſia, & pertinaciter

Victorem rectè excommunicaſſe Epiſcopos Aſiæ.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam nôn habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
186.	15. Victor Fœlicis filius, Apher.	Iulia- nus.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Pepuzianis, qui pars Montani ſunt.

[y] Pepuziani, Quintilliani, ſeu Priſcilliani (apud Epiph. hær. 49) gratias agebant Euæ, quòd de ligno prudentiæ comeduſſet.

De fœminarum præſidentia in Sacris.

[z] Iidem mulieres honorabant Sacerdotio, Auguſtinus hær. 27. Et apud Anglicanos Caluiniſtas mulier, quæ regnat, etiâ ſummo Pontificatu in ſuo regno honoratur, diciturque in omnibus etiam ſpiritalibus cauſis ſumma Eccleſiæ gubernatrix ſeu caput.

33. De Prodico.

[†] Qui Prodici dogmata ſectātur, *inducunt non eſſe orandum.* quæ hæreſis accepta eſt à Philoſophis, qui dicuntur Cyrenaiei. Clemens lib. 7. Strom. Prodicum inter hæreticos numeratum etiam videmus in actione 11. Synodi Sextæ.

34. De Blaſto.

[a] Blaſtus (authore Tertulliano de præſcription.) latenter voluit Iudaiſmum introducere. Paſcha enim dicebat non aliter cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundùm legem Moyſi decimaquarta mēſis.

35. De Florino,

[b] Florinus (præter Valentinianā hæreſim) dixit Deum eſſe authorem mali. Euſebius lib. 5. c. 19.

26. De Theodotis, & Melchiſedechianis.

[c] Theodoti duo erāt. Prior cū Artemone & Aſclepiodato (Euſebius lib. 5. c. 27) dixit Chriſtum eſſe hominē tantūmodò. Poſterior & hæc dixit, & præterea illū eſſe Melchiſedecō inferiorē. Tertullianus de præſcription. Hinc Melchiſedechiani, qui Melchiſedech ſpiritum ſanctum fuiſſe opinabantur.

[d] Iidem

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

feſſus eſt, & noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens, in vniuerſo mundo affert Deo. §. Vt autem caſeus apponeretur, neque Euangelium, neque Eccleſia vnquàm docuit.

[y] Clemens in 3. Strom. *Heua fuit cauſa mortis, & prior inchoauit tranſgreſsionem. Appellatur autem vita, propter cauſam generationis, & eorum qui generantur, tam iuſtorum, quàm iniuſtorum mater eſt.*

[z] Tertullianus de Virginib. velandis. *Non permittitur mulieri in Eccleſia loqui, ſed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, ne dum Sacerdotalis officij ſortem ſibi vendicare.*

[†] Clemens lib. 7. Strom. *Si nonnulli certas horas vt, Tertiam, Sextam, Nonam conſtituunt orationi: at is, qui eſt cognitione præditus, per totam orat vitam, per preces cum Deo ſtudens verſari. Non eſt autem petitio ſuperflua, etiamſi bona dentur abſque oratione.*

[a] *Blaſtus cùm Romæ eſſet Presbyter, Presbyterij Eccleſiaſtici gradu abdicatus eſt.* Euſeb. li. 5. c. 14. Victor Pontifex Romanus conſtituit, *vt die Dominica Paſcha celebraretur.* Damaſus in Pontifi. & Victor in Epiſt. ad Theophilum. Tertullianus de Præſcriptionibus. *Quis neſciat, quoniam Euāgelica gratia euacuatur, ſi Blaſtus ad legē Chriſtum redigit?* Irenæus Epiſtolam cōtra Blaſtum compoſitam de ſchiſmate ad eum inſcripſit. Euſebius. lib. 5. c. 19.

[b] Irenæus cōtra Florinum ſcripſit Epiſtolam de Monarchia, ſiue quòd Deus non ſit fabricator mali. Euſeb. ibidem.

[c] Liber, qui nomen auctoris inſcriptum nō habebat (vt eſt apud Euſeb. lib. 5. c. 26. 27) contra Artemonis & aliorū hæreſim ſic habet. *In Iuſtini, Miltiadis, Tatiani, Clemētis et aliorū libris, Chriſtus verè Deus eſſe confirmatur.* Et pòſt. *Exploratè cognitū eſt, Victorē, qui tūc erat Pōtifex Romanus, Theodotū illū Coriariū, qui primus Chriſtū ſolū hominē dicebat, Chriſtiana cōmunione interdixiſſe.* Tertullianus cōtra Iudæos Melchiſedecū vocat *patriarcham* inſtar Abrahæ, & Leuitā Leuitico ſacerdotio antiquiorem: homo igitur fuiſſe tunc credebatur.

[d] Clemens

tinaciter Iudaicam religionem ſectari: mox permiſeris, vt in cæteris etiam rebus idem attentetur. Nec
eſt, quòd quiſquã obijciat, hanc controuerſiam nõ niſi de cæremonijs extitiſſe. Non enim eſt cæremoniæ
quæſtio, pro cuius defenſione vſq; ad hæreſim & ſchiſma peruenitur. Hæreſim Blaſtus docuit, ſchiſma
fecerunt Aſiatici, iamque ſchiſmati ſuo hæreſim adiungere cœperunt: & tamen adhuc iſti malo nõ fuit
occurrendum? Nouimus, quàm ſeriò D. Paulus Cephæ in faciem reſtiterit Antiochiæ, cùm non de
Euangelij veritate, ſed tantùm de conuerſationis peccato ageretur. Idem quippe docuit Petrus (Actor.
15) quod & Paulus (Gal 2). Si ergo Paulus neque conuerſationem Petri, quæ ad Iudaiſmum tendebat,
abſque reprehenſione prætermiſit: quantò minus licuit Victori, doctrinam, quæ Iudaiſmum palàm de-
fendit, impunitam relinquere? Iam verò Victor, vt in re, quam decreuit, non errauit: ſic neque in mo-
do, quem ſecutus eſt, à recto deflexit.

Nam primũ curauit, vt omniũ Epiſcoporũ atq; Eccleſiarũ ſentẽtiæ ſigillatim in Synodis Prouinciali-
bus exquirerẽtur, quos oẽs ſecũ conſentire deprehendit. *Omnes Epiſcopi* (ait Euſeb. lib. 5. ca. 22.) *per literas*
28 *ad omnes Eccleſias perſcriptas vna ſententia ratũ faciebant Decretum Eccleſiaſticum, nempe, vt nõ alio die ali-
quando, quàm Dominico, Myſterium Domini Reſurrectionis à mortuis, celebraretur. Et vt in hoc ſolo ieiunio-
rum, quæ circiter Paſcha fieri ſolent, finem faceremus.* Porrò in cap. 23. fit mentio Epiſtolæ Polyeratis, quam
ille ad Epiſcopum Romanum ſcripſit, vt rationem redderet, cur à cæteris Epiſcopis hac in re diſſenti-
ret. Quanquam enim oẽs Eccleſiæ aliter faciendum decreuiſſent, quàm Aſiani facerent: tamen ſi ſoli
Epiſcopo Romano ſe Aſiani purgaſſent, omnibus alijs ſatisfactum ſciebant eſſe, quia omnes primũ Pa-
ſtorem ſecuturi erant. His ita conſtitutis, Victor Aſianis cedendùm ſibi eſſe non arbitrabatur, atque
ideo fecit, quod ex officio Paſtorali facere potuit. Et certè quanquam veriſimilẽ ſit, Victorem alioſque
Epiſcopos vrbis Romæ poſtea ſe ad tempus cohibuiſſe ab vltima ſui illius Decreti executione: tamẽ in
hoc magnum Eccleſiæ fructum Victor attulit, quòd Aſianorum pertinaciam ſemel fregit, eorumq; ani-
mos ad ſententiæ mutationem maxima ſaltem ex parte præparauit. Nam id tandem effectum eſt, vt
Aſiani à ſchiſmate ſuo ceſſare cogerentur, quod ex Nicephori verbis melius intelligetur, quæ ex-
tant Lib. 4. Cap. 39.

29 *Hac in re Aſia vix tandem ceſſit: & vbique terrarum in orbe decretum eſt, vt nõ cum Iudæis, ſed ipſo Do-
minico die myſterium Paſcha peragatur: quamuis adhuc in Aſia reliquiæ quædam maneant, conſuetudinẽ eam
in paucis prorſus inuiolatam retinentes. Vnde etiam Quatuordecimani cognominati ſunt, conſuetudinem eam &
alia quædam ex illegitimis, & ab Eccleſia reiectis libris decerpta ſeruantes, & nominibus quorundam magnorũ
Apoſtolorum ea in re abutentes.* Porrò quantum ſit myſterium in Paſchatis celebratione ſecundùm Eccle-
ſiæ Catholicæ morem, Auguſtinus diligenter ac plurimis verbis explicauit in Epiſt. 119. quam ad Ianua-
rium perſcripſit, vbi inter cætera ſic ait, c. 15. *In magno vtique, ſicut iam intelligis, ſacramento, & in Scriptu-
ris quidem veteribus ad agendum Paſcha non eſt præceptum tempus, niſi ex menſe nouorum, à luna quartadeci-
ma vſque ad viceſimam primam. Ex Euangelio tamen, quia iam manifeſtum eſt, quo etiam die Dominus cruci-
fixus ſit, & in ſepultura fuerit, & reſurrexerit, adiuncta eſt etiam ipſorum dierũ obſeruatio per Patrum Concilia:
& orbi vniuerſo Chriſtiano perſuaſum eſt, eo modo Paſcha celebrari oportere.* Qui ergo ijs rebus intellectis,
Victoris factum reprehendunt, non videntur mihi ſatis intelligere, quid dicant. Nam ſi perpenderent,
hominem *ſexta die* in Paradyſo conditum, *ſexta etiam die* per Chriſti mortem in Iudæa redemptũ eſſe,
Sabbatum verò Iudæis diem feſtum fuiſſe, dum Lex Moſaica ſtabat, ſed poſtquàm ea Lex per Dominum
legis impleta fuerat, Domini corpus per *totum Sabbatum* in ſepulchro quieuiſſe, vt deſignaretur, Legem
veterem iam *quieſcere*, nec amplius vim ſuam exercere: ſi præterea conſiderarent, poſt ſabbati dinume-
rationem, iterum nos reuerti ad *vnam ſabbati ſeu* Dominicum, quo die mundus primùm eſt per Dei ver-
bum creatus, quo etiam die idem mundus per Chriſti reſurrectionem ex mortuis, velut renouatur, &
ad nouam futuræ vitæ immortalitatem per immortales corporis Chriſti primitias dedicatur & conſecra-
tur: ſi adhæc attenderent, quòd dum ſolenne illud Paſcha in AEgypto antea inſtitutum, à Chriſto im-
plebatur, idem Chriſtus *noui teſtamenti Calicem benedicens*, memoriam ſuæ mortis in eiuſdẽ principio in-
ſtituit, eo ipſo docens, myſterium veri Paſchatis ad noui etiam Teſtamenti ſtatum debere ſpectare: ſi ex
bono & æquo perpẽderent, eos qui neglecta Dominicæ mortis & reſurrectionis die feſtum Paſchatis ſe-
cundùm Lunæ veterem curſum obſeruant, non modò cum Iudæis in ea obſeruatione cõmunicare, ſed
etiam multò *magis obſeruare dies typicos* in lege præfiguratos, quàm vera myſteria per Chriſtum reuela-
ta: ex altera verò parte, eos qui Romano more Paſcha faciunt ita ſemper id facere, vt & *Feria ſexta* Do-
mini mortem, & *Sabbato* ſepulturam eius, & *Dominica Die* reſurrectionem commemorent, ex eoq; & ve-
teris hominis lapſum, & noui inſtaurationem rebus ipſis exprimant, & repræſẽtent: ſi præter hæc om-
nia conſyderarẽt, quàm abſurdum ſit, vt idem corpus Eccleſiæ præcipuum totius religionis Chriſtianæ
Feſtum aliter atque aliter celebret, atque ita celebret, vt interdum bis, interdum verò neque ſemel in

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Seuerus Pertinax. an. 18
186.	Idem Victor ſedit. an. 12. m. 1. d. 28	Quinta perſecutio.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

d Iidem ſacras audacter deprauarunt Scripturas, veteriſque fidei Canonem abrogârunt. Euſeb. lib. 5. c. 72.

37. De Quartadecimanis.

e Teſſareſcædecatitæ ſeu Quartadecimani cùm Blaſto, de quo Paulò antè diximus, conſentientes, dicebant Paſcha celebrandum, & ieiunium ſoluendum eſſe, non tantùm in Dominica die, ſed in decima quarta lunæ Martij, in quamcunque diem incidiſſet. Epiphan. hær. 50.

38. De Valeſijs.

f Valeſij dicebant, neceſſarium eſſe ad bene Deo ſeruiendum, vt quiſque eſſet Eunuchus, & caſtratus, ideoque ſeipſos & diſcipulos ſuos execabant. Auguſt. hær. 37.

39. De Apoſtolicis.

g Apoſtolici ſe iſto nomine arrogâtiſsimè vocauerūt, eò quòd in ſuam communionem non reciperent vtentes coniugibus, & res proprias poſsidentes, *quales habet Catholica Eccleſia* (inquit Auguſtinus) *& Monachos & Clericos plurimos. Sed ideo iſti hæretici ſunt, quoniam ſe ab Eccleſia ſeparantes, nullam ſpem putant eos habere, qui vtuntur his rebus, quibus ipſi carent.* Encratitis iſti ſimiles ſunt. Nam & Apotactici appellantur. Auguſtin. hær. 40.

40. De Angelicis.

h Angelici Angelos adorabant. Aug. hær. 39.

41. De

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

d Clemens in 7. Strom. *Si propheticis Scripturis vſi fuerint hæretici, non omnibus vtuntur, & quæ dicta ſunt, ambiguè traducunt ad proprias opiniones.*

e *Eccleſia per vniuerſum orbem diſperſa, conſuetudinem ex Apoſtolica traditione ad hoc vſque tempus continuatam tenebant, vt non alio die, quàm quo Seruator à mortuis reſurrexit (hoc eſt,* Dominico) *ieiunia diſſoluerentur, & myſterium Reſurrectionis Domini celebraretur.* Sic decreuerunt Epiſcoporum Concilia in Paleſtina, præſidentibus Theophilo Cæſarienſi, & Narciſſo Hieroſolymorum Epiſcopis: in vrbe Romana, ſub Victore: in Ponto, ſub Palma: in Gallijs, ſub Irenæo: apud Oſſænam, itemque apud Corinthum, ſub Bacchillo: & in alijs locis propè infinitis. Euſebius lib. 5. cap. 22.

f Clemens in 3. Stromatum, tractans illud (*Iſaiæ 51.*) *Ne dicat Eunuchus, lignum ſum aridum: Eunuchus* (inquit) *dictus eſt, non qui per vim habet exciſas partes, ſed nec qui cœlebs eſt, ſed qui non gignit. Hic ſi fecerit mandata, erit honorabilior ijs, qui abſque recta vita inſtitutione ſolo verbo erudiuntur.* §. Non ergo carnales, ſed ſpirituales eunuchi debemus eſſe, vt Deo placeamus.

g Clemens in 3. Strom. *Sceleratum dicentes coitum, qui ipſi quoque, vt conſiſterent, ex coitu accepêre, quomodo non fuerint ſcelerati?* Et pôſt: *Qui ex propoſito caſtitatis profeſſus eſt vxorē non ducere, maneat cœlebs.* Et iterū: *Licet ex ſana regula caſtitatem eligere cum pietate, gratias quidē agendo propter datā gratiā, non habendo autē odio creaturā, neq. eos aſpernando, qui iuncti ſunt matrimonio. Eſt enim creatus mundus, creata eſt etiam caſtitas.* Et in lib. 4. *Quæ ſunt mundi, aliena dicimus, qui in eis non permanemus: vſu verò ſunt vniuſcuiuſque noſtrûm propria, propter quos etiam facta ſunt, ſed tamen quatenus cum eis eſſe nobis neceſſe eſt.*

h Clemens in 3. Stroma. *Curæ eſt Magis Angelos colere, & dæmones: ſimul à vino, & animatis, & rebus abſtinere venereis.*

vno eodemq; anno(ſecundùm lunæ mobilem rationem,ac Fideliũ diuerſam obſeruationẽ)id Feſtũ recurrat(qua de re vide apud Euſeb.in vita Conſtantini lib.3. cap. 17.) præſertim cùm hoc Paſchatis feſtum toti reliquo anno in Dominicarum dierum obſeruatione regulam præſcribat, ob eámq; cauſam, qui eo in feſto aberret,eum neceſſe ſit in toto deinceps anno aberrare : Si hæc, inquam,omnia ob oculos ponerent,qui liberam & variam feſti Paſchatis obſeruationem eſſe vellent:æquiores,opinor,Pontificibus *Pio & Victori* forent, nec aut Victorem veris rationibus vinci potuiſſe, aut Pium à ſui Decreti pietate deduci debuiſſe concederent.

30 Euſeb.lib.5.c.27. *Natalius ab Aſclepiodoto,& Theodoto,qui Chriſtũ dicebant nudum eſſe hominẽ,deceptus,& perſuaſus,vt illius erroris Epiſcopus crearetur,cùm viſiones à Domino ad ſe demiſſas negligeret,tandẽ per ſanctos Angelos flagris grauiter caſus,cilicio & ſacco indutus,cineribus aſperſus,cum lachrymis ad pedes Zepherini Pontificis ſe ſupplicem abiecit,& vix tandem in communionem Eccleſiæ receptus fuit.* §. Hinc perſpicuè cernitur, Zepherinum hæreſibus ſui temporis acriter reſtitiſſe,fidemque Catholicam propugnaſſe, & Epiſcopos ſchiſmaticos in Eccleſiam collegiſſe.

31 *Optatus* contra Parmenianum lib. 1. *Marcion, Praxeas,Sabellius,Valentinus & cæteri temporibus ſuis à Victorino Pictauienſi & Zepherino Vrbico*(is eſt Zepherinus Pontifex Romanus) *& à Tertulliano Carthaginenſi vſque ad Cataphrygas,& ab alijs adſertoribus Eccleſiæ Catholicæ, ſuperati ſunt*. Zepherinus non Montanizauit,vt nonnulli de eo loqui non erubuerunt.

32 Cùm ex ijs,qui Aſiam incolebant, pauci Montanum admirarẽtur,pleriq; verò,& præſertim Epiſcopi Soticus & Iulianus, doctrinam eius prophanam ac deteſtabilem eſſe contenderent: ſectatores Montani(aliàs Cataphryges à regione,in qua degerent,dicti)Romam(vt ex Tertulliani verbis neceſſariò deducitur)miſerunt,Pontifici Romano ſupplicantes,quò ipſos in communionem ſuam receptos declararet. Obtenta enim primi Paſtoris communione, ſciebant ſe tutos contra omnes alios Epiſcopos fore. Cùm verò Pontifex Romanus,licet primùm penè obreptum ipſi eſſet, tamen poſtea ſiue per *Praxeam*, ſeu aliundè inſtructus, negaſſet Montaniſtis communicatorias literas : tũc Tertullianus,qui ad Montani dogma delapſus fuerat, eam rem indignè ferens, in libro aduerſus Praxeam (aliàs non rectè ſentientem)ſcripſit his verbis. *Praxeas Epiſcopum Romanum agnoſcentem iam prophetias Montani,Priſcæ & Maximillæ,& ex ea agnitione pacem Eccleſijs Aſiæ & Phrygiæ inferentem,falſa de ipſis prophetis & Eccleſijs eorũ adſeuerando, & præceſſorum eius authoritates defendendo, coëgit & literas pacis reuocare iam emiſſas, & à propoſito recipiendorum Chariſmatum conceſſare.* Ex hoc Tertulliani loco patet,Eccleſiaſticæ communionis fontem in Romano Pontifice conſtitiſſe, eumq; tantæ authoritatis habitum eſſe,vt cui literas pacis ille dediſſet,is Catholicus iudicaretur: qui verò eius communione caruiſſet,eius doctrina in ſuſpicionẽ hæreſis eo ipſo deueniret. Nec enim ob aliam cauſam Montaniſtæ petierunt *literas pacis* à Romano Pontifice,quàm vt per illas ab impugnatione Epiſcoporum Phrygiæ ſecuri eſſent. Primatus ergo Romanæ Sedis nec Phrygiæ ignotus fuit.

33 Euſebius lib.6.c.12.aliàs.11.*Origenes(Zepherino eiſdem temporibus Romanam Eccleſiam gubernante)ſcribit,ſe Romam propterea iter ſuſcepiſſe,quòd ſibi admodum erat in optatis, Eccleſiam Romanam planè antiquiſſimam viſere.* Non igitur ſola vrbs,ſed multò magis *Eccleſia Romana* tanquàm antiquiſsima inuiſebatur illis diebus: vt vel inde appareat,quando Irenæus dixit:*Omnes fideles ad Eccleſiam Romanam propter potentiorem principalitatem ſolitos eſſe accurrere*,id eum non tam de vrbis,quàm de Eccleſiæ Principatu dixiſſe.

34 Damaſus in Pontificali.*Calixtus conſtituit, vt ieiunium quater in anno fieret,* quod antea ter in anno celebrabatur,vt in ipſa Calixti epiſtola videre eſt,in qua vocat *Romanam Eccleſiam Caput Eccleſiæ*. Porrò hæc ieiunij Quatuor temporum traditio, vt ante Leonis Magni ætatem aliquot ſeculis inſtituta fuit,ſic ab illo cõmemorata eſt & teſtificata his verbis, in Serm.8. de Ieiunio ſeptimi mẽſis.*Ideo*(inquit)*ipſa continentiæ obſeruantia quatuor eſt aſſignata temporibus, vt in ipſum totius anni redeunte decurſu, cognoſceremus nos indeſinenter purificationibus indigere.* Ex quibus Leonis verbis maior etiam fides tùm Epiſtolæ, tùm Decreto Calixti accreſcit.

Anterus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
198.	16. S.Zepherinus Nabundij filius, Romanus ſedit an 20. m.o. d. 17.	
		Antoninus Caracalla an.6. m. 2.
218.	17. S.Calliſtus Domitij filius, Romanus, de vico Rauennatū ſedit an.5.m 1. d.13.	M. Aurelius Antoninus Heliogabalus. an.4.
223.	18. S.Vrbanus Pontiani filius, Romanus, ſedit. ao 7.m.7.d.5.	
		Diadumenus, Macrin', Albinus, Edax, an. 1.
231.	19. S Pontianus Calpurnij filius, Romanus, Sedit an 5.meo.5. d.2.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

41. De Proclo, &
42. Berillo.

a Proclus, Phrygum ſeu Montaniſtrarum errorem propugnauit. Euſeb. lib. 6. c. 14.

b Beryllus Boſtrorum Arabiæ Epiſcopus aſſeruit, Chriſtum ante incarnationem non habuiſſe propriam ex ſe diuinitatem, ſed ſolam patris in eo extitiſſe. Euſeb. lib. 6. c. 26.

43. De Arabicis.

c Arabici animos vnà cum corporibus mori & reſurgere dixerunt. Euſeb. lib. 6. c. 30.

44. De Helcheſaitis.

d Helcheſaitæ fidem ore tenus negare, cùm neceſsitas vrgebat, quiddã indifferens eſſe dicebãt, modò interiore cogitatione rectè de fide ſentiretur Euſeb. lib. 6. cap. 31.

e Paulum Apoſtolum reijciebant.

45. De Tertulliano.

f Tertullianus (vt Hieronymus in catalogo teſtatur) ad Montani dogma delapſus, aduerſus Eccleſiã texuit volumina de ecſtaſi libros ſex, & ſeptimum aduerſus Apollonium, qui ſcripſit lõgum & inſigne volumen contra Montanum, Priſcillam, & Maximillam. Tertullianus etiam ſcripſit libros de pudicitia, de perſecutione, de ieiunijs, de Monogamia, in quo libro ſecundas nuptias damnabat. Auguſtin. hær. 86.

g Dicebat, animam eſſe corpoream.

h Item, quòd per traducẽ propagatur, tametſi eandem fatebatur eſſe immortalem.

i Ani-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

a Gaius *vir eloquentiſsimus Romæ, Zepherino Eccleſiam regente, Proclum reprimit refutátque,* Euſeb. lib. 6. cap. 14.

b *Origenes cum Berillo collocutus, hominem confutauit, & ad ſanam de Chriſti diuinitate opinionem, quam olim tenuiſſet, reſtituit.* Euſebius lib. 6. cap. 26.

c Athenagoras de reſurrectione mortuorũ *Homines ſecudùm animam ex creatione habent, vt ſine vlla viciſſitudine variationis perdurent: ſecundum corpus verò, vt immutentur, & ita perdurent.*

d *Helcheſaitarum doctrinam Origenes in cõcione publica, ſceleratam & impiam appellauit.* Euſeb. lib. 6. cap. 31. & Clemens in 4. Strom. declarat, *laudari martyrem, qui cõfeſſus eſt: vituperari autẽ, qui negauit.* Item *presbyteri atque Diaconi Eccleſiæ Romanæ, apud Cyprianum* lib. 2. Epiſt. 7. ſcribunt: *Cum totum fidei Sacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum, qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit, negauit, & qui vult videri propoſitis aduerſus Euãgelium vel edictis, vel legibus ſatisfeciſſe, hoc ipſo iam paruit, quòd videri paruiſſe ſe voluit.*

e Gaius in diſputatione aduerſus Proclum, commemorat tredecim Epiſtolas Pauli, Euſeb. lib. 6. c. 14. & Clemens in libris ὑποτυπώσεων, Epiſtolam ad Hebræos Pauli eſſe affirmat. Euſeb. lib. 6. c. 11.

f Tertullianus ipſe Montaniſtas duobus modis deſtruxit, vno, quoniam eos inter hæreticos in libro de Præſcriptionibus connumerat: altero, quoniam (vt Auguſtinus ait in hær. 86) ab ipſis diuiſus, ſua conuenticula propagauit.

g Origenes contra Celſum lib. 7. *Scimus, animam ſuapte natura incorpoream & inuiſibilem eſſe.*

h Origenes lib. 1. de principijs, *hominis anima non cum corporibus facta, ſed extrinſecus probatur inſerta. quomodo alioqui Ioãnes adhuc in vẽtre matris poſitus, repletus eſt Spiritu ſancto? Idem* in Epiſtola ad Titum (teſte Euſeb. in Apologia

35 Antherus Epiſcopus Romanus in Epiſt. ad Epiſcopos Prouinciarum Bæticæ & Toletanæ. *De mutatione Epiſcoporum, vnde ſanctam Sedem conſulere voluiſtis, ſcitote eam communi vtilitate atque neceſſitate fieri licere, ſed non libitu cuiuſquàm aut dominatione. Euſebius de quadam parua ciuitate, Apoſtolica authoritate mutatus eſt Alexandriam.* Exercuit ergo Pontifex Romanus authoritatem ſuam in Orientales Eccleſias. & ab Epiſcopis longè poſitis Sedes Apoſtolica ſemper ſolebat conſuli, vt omnium Eccleſiarum prima & maxima. Porrò hæc Antheri Epiſtola ſcripturas veteris teſtamēti non iuxta Hebraicā Hieronymi verſionem, ſed potius iuxta editionem Septuaginta Interpretum citat: niſi quòd ad finem eius, neſcio quid aliundè aſſutum apparet, quod tamen priori eius partī præiudicium afferre non debet. Nam quod ego ex ea Epiſtola ſumpſi, etiam apud Græcos olim extitit, ob eámque cauſam nulla ſuſpicionis nota inuri poteſt.

36 Nicephorus enim de legitima tranſlatione Epiſcoporum agens, poſtquàm de ea re Cæleſtini verba laudauerat: *Eadem* (inquit) *& Anterius* (Antherus autem ille idem à noſtris appellatur) *collega Cæleſtini refert, ita ad verbum dicens: Tranſlationem Epiſcoporum communis vtilitatis aut neceſſitatis gratia, ſcitote fieri licere: non autem cuiuſlibet cupiditate, aut dominationis affectione. Siquidem Petrus Doctor & dux noſter, Eccleſiaſtica vtilitatis cauſa ex Antiochia, Romam tranſlatus eſt, & inde poſtea Alexandriam tranſijt, vt qui iſthic prodeſſe magis Eccleſiæ poſſet. Euſebius autem ex oppido quodam paruo, Apoſtolica authoritate Alexandriam eſt traductus. Atque eodem modo Felix ex ciuitate, qua ei ciuium electione obtigerat, propter eā quā præditus erat egregiam doctrinam & vitam, de communi Epiſcoporum reliquorumq́; ſacerdotū atque Apoſtolorū conſilio Epheſum tranſijt. Non enim Ciuitatē Ciuitate mutat, qui id non cupiditate ſua, aut vana gloria ſtudio facit: verùm propter vtilitatē aliquam, aut neceſſitatem, aliorum authoritate maiore pollentium cohortatione & conſilio, ex minore in maiorem vrbem tranſit: non inani gloria aut voluntate ipſe ſua ductus, ſed authoritati potentiorum obſequutus, aut ſede ſua expulſus, aut etiam vtilitate loci vel populi permotus: & quidem non arrogāter, ſed humiliter ab alijs productus.* Hæc ipſa verba in Antheri Epiſtola in Tom. 1. Conciliorum leguntur, niſi quòd ibi non fit mentio, quòd ex vrbe Roma in Alexandriam tranſijt. De quo tamen antè nonnihil dixi.

37 Cùm Origenes in varios errores incidiſſet, ob eámque rem ſciret, ſe debere & alijs quidem, ſed potiſsimùm Romano Pontifici (vtpote primo Eccleſiæ Paſtori) ſuæ fidei rationem reddere, *ad Fabianum Romanæ vrbis Epiſcopum ſcribit, in eáque Epiſtola* (teſte Hieronymo ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis) *pœnitentiam agit, cur talia ſcripſerit, & cauſam temeritatis in Ambroſium* (non Mediolanenſem illum) *refert, quòd ſecretò edita in publicum protulerit.* Vnde perſpicitur, quanta olim ratio tam Romanæ Eccleſiæ, quàm Pontificis Romani etiam à Græcis habita fuerit, vtpote apud quem etiam doctiſsimi viri pœnitentiam per epiſtolas agebant.

38 Epiſcopi Orientales cùm non eodem vbique tempore Chriſma fieri viderent, conſuluerunt Sedem Romanam, quid aut de nouo Chriſmate conficiendo, aut de vetere in condendo fieri oporteret. Quibus reſpondit Fabianus in hunc modum: *Exigit dilectio veſtra Sedis Apoſtolicæ conſulta, quæ vobis denegare non poſſumus. Hoc autem & prædeceſſores noſtros multarum regionum Epiſcopis egiſſe liquet: & nos, qui in eadem ſede, Domino largiente, collocati ſumus, agere debere fraterna Charitas & obedientia debitum cōpellit.* Hinc apparet, etiam Orientales Epiſcopos in omni cauſa difficili ad Romanam Eccleſiam confugiſſe, vt inde certam ſententiam reportarent.

39 Idem Fabianus in Epiſtola. 3. ad Hilarium Epiſcopum. *Peregrina iudicia, ſalua in omnibus Apoſtolica authoritate, generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt ab externis vt iudicetur, qui prouinciales & à ſe electos debet habere iudices, niſi fuerit appellatū. Vnde oportet, ſi aliquis Epiſcoporū ſuper certis accuſetur criminibus, vt ab omnibus audiatur, qui ſunt in Prouincia, Epiſcopis.* (& pòſt) *Ibi cauſa agatur, vbi crimen admittitur. Placuit etiam, vt ſi Epiſcopus accuſatus appellauit ad Apoſtolicam ſedem, id ſtatuendum, quod eiuſdem ſedis Pontifex cenſuerit.* Hæc quæ de peregrinis iudicijs prohibendis conſtituuntur, illius Decreti portio ſunt, de quo Cyprianus loquitur lib. 1. Epiſt. 3.

40 *Cùm ſtatutum ſit* (inquit) *ab omnibus nobis, & æquum ſit pariter ac iuſtum, vt vniuſcuiuſque cauſa illic audiatur, vbi eſt crimen admiſſum, & ſingulis Paſtoribus portio gregis ſit aſcripta, quam regat vnuſquiſq; & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus: oportet vtique eos, quibus præſumus, non circumcurſare, nec Epiſcoporum concordiam cohærentem ſua ſubdola & fallaci temeritate collidere, ſed agere illic cauſam ſuam, vbi accuſatores habere & teſtes ſui criminis poſſint: niſi ſi paucis deſperatis & perditis minor videtur eſſe authoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum conſcientiam multis delictorum laqueis vinctam iudicij ſui nuper grauitate damnârunt.* Si iam verba Cypriani cum verbis Fabiani contulerimus, reperiemus, idem ipſum Decretum ab vtroque indicari. Fabianus ait, *Ibi cauſa agatur, vbi crimen admittitur*: Cyprianus verò, *vniuſcuiuſq; cauſa illic audiatur, vbi eſt crimen admiſſum.* Quando igitur Cyprianus ait; *Statu-*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	20.	
236.	S. Anterus Romuli filius, Græcus ſedit m. 1. d. 14.	Alexander Seuerus an. 15
	21.	
237.	Fabianus Fabij filius Romanus.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

ʰ Animas hominum peſsimas poſt mortem in dæmones verti.

ᵏ Deum dixit eſſe corpus, ex quo tamen hæreticus non habebitur.

ˡ Ducitur Chiliaſtarum errore. Hieron. in Catalogo ſub nomine Papiæ.

Hinc Tertullianiſtæ.

46. De Origeniſtis.

ᵐ Origenes (vnde Origeniſtæ) dicebat (teſte Epiphanio in Epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum) non poſſe filium videre patrem, neque Spiritum Sanctũ videre filium. Imò (vt ait Augu. hær. 43.) filium patri collatũ, eſſe mendacium, nec orandum vnà cum Patre, ſed Filium & Spiritũ Sanctum eſſe creaturas. Ob quos errores, Arrianorum pater meritò habitus eſt.

ᵇ Ani-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

pro Origine) *ſcribit Eccleſiaſticam regulam non tradere, quod anima ex ſemine traducis ducatur.* Et addit Euſebius: *Si anima ſimul cum corpore ſeminaretur, eſſet mortalis, quod fides (inquit) noſtra non recipit.*

ⁱ Origenes in prouerbia Salomonis, & citatur ab Euſebio in fine Apologiæ pro Origine. *Cùm Dominus dicit hominibus: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius, oſtendit, quia eadem ſpecies pœnarum peccatoribus hominibus, & Diabolo, & Angelis eius præparata ſit, licet in eadem pœna diuerſa ſit quantitas pœnæ.* Hæc ille. Non eſſet verò eadem pœna hominibus & diabolo præparata, niſi hoĩm animæ etiã in pœnis perpetuò manerẽt humanæ. Etenim ſi mutarentur in dæmones, iã nõ eis diceretur, *ite in ignem, diabolo,* ſed vobis ipſis *præparatũ,* quia vos iam in diabolos conuerſi eſtis.

ᵏ Tertullianus aduerſus Praxeam. *Quis negabit, Deũ corpus eſſe, & ſi Deus ſpiritus eſt? Spiritus enĩ (eſt) corpus ſui generis in ſua effigie* Hæc ille. Hæreſis eſſet, ſi per corporis nomen aliquid, quod ſub ſenſum ſubijcitur, intelligeret. Sed ille per corpus intellexit *rem inanitati & nihilo oppoſitam,* hoc eſt, *veram naturam & ſubſtãtiam,* auctore Auguſtino hær. 86.

ˡ Clemẽs in 3. Strom. *Poſt reſurrectionem* (inquit Dominus) *nec vxores ducunt, nec nubunt: Etenim de ventre & cibis dictũ eſt: Deus et illũ et hos deſtruet (ſeu otioſa reddet) hos impetẽs, qui inſtar caprarũ & hircorũ ſibi viuendũ eſſe cẽſent.*

ᵐ Pro Origene Apologiam fecit Euſebius Pamphili, in qua ex ipſius Origenis operibus probare conatur, *coæternam & coæqualem eſſe Trinitatem:* vt vel inde appareat, nec in ſuo quidem errore, aut ſatis apertum, aut ſatis conſtãtem fuiſſe Origenem. Sed eodem tempore Eccleſia Romana (vt etiam cæteræ omnes) fidem Trinitatis apertè confeſſa eſt. Vnde Calixtus dicit in Epiſtol. 2. *Vno animo, & vno ore concorditer Sancta glorificetur Trinitas in ſecula.* Et Fabianus (cui etiam Origenes per Epiſtolam ſe purgare voluit) in Epiſt. 1. *Nec eis,* inquit, *omnino eſt credendũ, qui Trinitatis fidẽ ignorant.* Felix Epiſcopus Roman. in Epiſt. 3. *Quomodo aſtruunt, filium non poſſe patrem videre, in cuius ſinu noſcitur permanere?*

ᵇ Cle-

ait: *Statutũ eſt ab omnibus nobis* : non tantùm de Epiſcopis Africæ agi, vt quidã calumniantur, qui non videnter meminiſſe, illã Epiſtolã, vbi hæc Cypriani verba legũtur, ad Cornelium Pontificem Romanum eſſe miſſam. Cùm ergo dicit, *ab omnibus nobis ſtatutum eſſe*: tam ab Italiæ, & Africæ, quàm etiam ab Aſiæ & Græciæ Epiſcopis idem ſtatutum eſſe intelligitur. Nam per Epiſtolas hoc inter omnes videtur conueniſſe, cùm fortè antea qui accuſabantur, potiùs à peregrinis, quàm à prouincialibus cauſam cognoſci optarent. Deinde cùm Cyprianus negat, *minorem eſſe auctoritatem Epiſcoporum in Africa conſtitutorum*: non ibi putandus eſt conferre Epiſcopos Africæ cum Epiſcopo Romano, ſed cum Epiſcopis Galliæ, Hiſpaniæ, Aſiæ, aut Græciæ, ac potiſsimùm Numidiæ. Nam ſi apud has regiones iudicia domi agebantur: cur non & in Africa? Cæterùm quòd ad Romanum Pontificem attinet, ex verbis Epiſtolæ Fabiani ſatis conſtat, cauſam Sedis Apoſtolicæ exceptam eſſe, vt illuc Epiſcopi liberè poſſent appellare. Neque hoc negauit vnquam Cyprianus, ſed potius approbauit, vt ex ijs quæ ſequuntur, mox apparebit, in cauſa præſertim Martiani, & Baſilidis, de quibus agetur ſuo loco.

Cypriani fides & ſententia de Romani Pontificis Primatu.

Cyprianus lib. 1. Epiſt. 8. *Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna, ſuper Petrum*
41 *Domini voce fundata. Aliud altare conſtitui, aut Sacerdotium nouum fieri, præter vnum altare & vnum Sa-*
cerdotium, non poteſt. Quiſquis alibi collegerit, ſpargit. Quiſquis ergo extra vnam Petri Cathedram collegerit,
rit, ſpargit. Porrò Cathedram Petri Eccleſiam Romanam eſſe, idem Cyprianus docet lib. 1. epiſt. 3. *Pſeu-*
doëpiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent : & ad Petri Cathedram atq; Eccleſiam principalem, vn-
42 *de vnitas Sacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum*
fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt, ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum. Petri Cathedra apud illos
Romanos eſt, *quorum fides Apoſtolo prædicante laudata eſt, & ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum.* Iam
verò illa Cathedra Petri fecit, vt Eccleſia Romana eſſet *Eccleſia principalis, vtq; ſacerdotalis vnitas ex illa*
oriretur. Cùm enim per totam Eccleſiam ſit eadem fidei & Sacramentorum communio, ſit etiam *copio-*
ſum Corpus Sacerdotum & Epiſcoporum: tamen illud corpus non eſt confuſum & inordinatum, ſed (vt ali-
43 bi Cyprianus docet, lib. 3. epiſt. 13.) *concordiæ mutua glutino atque vnitatis vinculo copulatum, vt ſi quis ex*
collegio noſtro (inquit) *hæreſim facere, & gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentauerit, ſubueniant cæteri.* Iam
verò quodnam eſt hoc glutinum concordiæ? Aut quænam hæc vnitas, cuius vinculo Sacerdotes, hoc
eſt, Epiſcopi copulantur, præter vnam Petri Cathedram, & Eccleſiam principalem, à qua vnitas Sacer-
dotalis exorta eſt? Nam cùm vnumquodque ex ijs, quæ ipſi familiaria exiſtunt, confirmetur, & augea-
tur, contrarijs verò corrumpatur, & diſsipetur: quemadmodum vnitas Sacerdotalis ab vna Petri Cathe-
dra iudicio Cypriani exorta eſt, ſic per eandem vnam Petri Cathedram perpetuò fouetur, & conſer-
uatur. Glutinum igitur concordiæ Sacerdotum, Eccleſia principalis eſt, cui cæteros Sacerdotes oportet
adhærere, vt dum ei Eccleſiæ quæ vna eſt adhærent, ipſi inter ſe vnitatis vinculo copulentur. Iam verò
Eccleſia principalis eiuſdem Cypriani iudicio non niſi Eccleſia Romana eſt, idq; non (vt Magdebur-
genſes in Centuria 3. c. 7. docent) ob id ſolum, quia cæteras Eccleſias primùm ad conſociationem exhor-
tata eſt, ſed potiùs quia Petri Cathedra eſt. Nam quæ hæc eſt audacia, cùm Cypriani mentem requiras,
expreſſam Cypriani rationem relinquere, & tuam ſupponere? Cyprianus ait, hæreticos auſos eſſe lite-
ras ferre *ad Petri Cathedram atque Eccleſiam principalem, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt.* vbi tria ordi-
ne quodam annotauit, velut ſibi cohærentia & omnino connexa. Petri Cathedra fecit Eccleſiam Roma-
nam principalem. Principalis autem Eccleſia eſt vnitatis Sacerdotalis origo & caput. Nam ſi principa-
lis à Principe nominatur: Princeps verò ſit principium eius ſocietatis, cuius eſt Princeps: vnde potiùs
oriretur, aut quo maiore vinculo copularetur Sacerdotij vnitas, quàm Principij ſui obſeruantia & imi-
tatione? At Magdeburgenſes ad aliam rationem à conſociatione petitam ſe conferunt, de qua Cypria-
nus nihil dixit. Equidem fateor, Eccleſiam Romanam ſemper fuiſſe conſociationis Eccleſiaſticæ prin-
cipium. ſed id non caſu obuenit, verùm ei ex neceſsitate delatum eſt, quia omnis ſocietas viſibilis à ca-
pite ſuo viſibili pendet. Communio autem & conſociatio Eccleſiæ non debet eſſe incerta : & proinde
nec libera prorſus & voluntaria. Alioqui nõ eſſet *vinculum vnitatis*, ſed cauſa & origo diſſenſionis. Nam
ſi Romana Eccleſia neceſſariò eſt principium Eccleſiaſticæ conſociationis : iam eâdem opera eſt etiam
neceſſariò Caput Eccleſiæ. Si enim ob aliud nihil, certè vel ob hoc vnum, quòd conſociationis princi-
pium ſit, Eccleſiæ principium quoddam eſt & Caput. Sin Eccleſia Romana fuit quidem ad tempus cõ-
ſociationis principium, poſtea verò idem principium ſit aut aliò tranſlatum, aut prorſus ſublatum : iam
talis conſociatio non eſt vllum *vinculum vnitatis*. Aut quale hoc vinculum eſt, quod vel penitus tolle-
re, vel ſuo arbitratu diſſoluere is poteſt, qui debebat eo vinculo ad certam neceſsitatem obligari? Niſi

fortè

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini	Pontifices Romani	Imperato. Rom.
		Maximinus an. 3. Sexta perſecutio.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

b Animas, poſtquàm peccaſſent ſuperius, in corpora velut in tumulos, pœnæ cauſâ, relegatas fuiſſe.

c Adam perdidiſſe imaginem Dei.

d Peſsimos homines atq; adeò diabolum & angelos eius poſt longiſsima tempora cœlo reddendos.

e Chriſtũ pro dæmonibus paſſum fuiſſe.

f Paradiſum eſſe in tertio cœlo.

g Aquas, quæ ſupra cœlos ſunt, tunicas pelliceas, & alia multa in Scripturis ſanctis, non ſecũdùm hiſtoriæ veritatem, ſed allegoricè accipi debere.

h Carnem hanc non reſurgere.

47. De Origenijs.

a Origenij nõ ab Origine Adamantio, vt videtur, appellati, reijciebãt nuptias, cùm tamen luxurioſè interim & libidinoſè viuerent. Epiphan. hær. 63. & Auguſtinus, hær. 42.

248. Idem Fabianus ſedit an. 14. d. 6.

48. De Rebaptizantium errore.

Agrippinus Cypriani prædeceſſor (licet nõ proximus) irruẽte magna quæſtione, vtrum remiſsio

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

b Clemens in 4. Strom. *Non huc de cœlis anima ad ea, quæ ſunt deteriora, demittitur (Deus enim facit oĩa ad ea, quæ ſunt meliora) ſed ea, quæ vitã elegit optimã ex Deo & iuſtitia, cœlũ terra cõmutat.*

c Theophilus ad Autolycum. *Homo figmentũ & imago Dei eſt.* §. Quàm diu igitur Adã manſit homo, id eſt, ratione præditus, etiã imaginẽ Dei (licet deformatam) circumtulit in ſeipſo.

d Presbyteri & Diaconi Romæ conſiſtentes ad Cyprianum ſcribunt in hæc verba: *Parauit (Deus) refrigeria, ſed parauit etiam æterna ſupplicia. Parauit inacceſſibilem lucẽ, ſed parauit etiã perpetuæ noctis vaſtam æternamq́; caliginem.* Extant hæc apud Cyp. lib. 2. Epiſt. 7.

e Tertullianus aduerſus Marcionẽ lib. 4. *Spiritus nequam vociferantes, Tu es filius Dei, iubebãtur tacere. Chriſtus enim ab hominibus, non à ſpiritibus immundis volebat ſe filium Dei cognoſci.* §. Non ergo perinde pro dæmonibus, ac pro hominibus paſſus eſt.

f Theophilus ad Autolycum lib. 2. *Paradiſum eſſe terram, & ſuper terram plantatum, docemur à Scriptura, docente: Et plantauit Deus paradiſum in Eden, in regione Orientali.*

g Tertullianus de reſurrectione carnis: *Plures prophetarum voces nudæ & ſimplices & ab omni Allegoria nubilo puræ defendi poſſunt. Res in literis tenentur, vt litera in rebus legantur. Ita non ſemper, nec in omnibus allegorica forma eſt prophetici eloquij, ſed interdum, & in quibuſdam.*

h Athenagoras de reſurrectione mortuorum: *Cùm Deus ſit iuſtus, & tamen in præſenti vita nec boni præmia virtutũ, nec mali ſcelerum pœnas pro meritis referant: homo autem nõ ſolùm ex anima, ſed etiam ex corpore conſiſtat: neceſſe eſt, eadem corpora in iiſdem animabus reddi, vt ſimul inhæreant præmijs, cùm ſimul ſuſtinuerint labores.*

a In operibus Cypriano aſcriptis, Homil. de Natiuitate Chriſti. *Et ſi bona ſunt, & à Deo inſtituta coniugia, melior eſt tamen continentia, & virginitas excellentior, quam non cogit neceſſitas aut mandatum, ſed perfectionis ſuadet conſilium.*

Saluberrimam conſuetudinem tenebat Eccleſia, in ipſis quoque ſchiſmaticis & hæreticis corrigere quod prauum eſt, non iterare quod datum eſt, ſanare quod vulneratum eſt, non curare quod ſanũ eſt.

Quam

fortè omne vinculum neceſsitatem vincto non imponat. Languent igitur Proteſtantes, & inſipidi penitus euadunt, cùm ad veras rerum rationes indagandas peruentum eſt. Omnis autem Eccleſiaſtica conſociatio, quæ Chriſto auctore digna ſit, debet certa & firma eſſe, ac talis, quæ ab hoībus cōmutari poſtea non queat. Cùm ergo Eccleſia Romana ex Proteſtantium confeſsione ſemel fuerit *Eccleſia principalis, & Sacerdotalis vnitatis origo*: certè in hodiernum diem eadem Eccleſia manet, atque in æternum manebit & principium conſociationis Eccleſiaſticæ, & Eccleſia principalis, & (quæ res omnium iſtorum cauſa eſt) Cathedra Petri. Nam vt Sacerdotium Legale in genere Leuitico ſemel inchoatum, & in Templo Salomonis Dei voluntate conſtitutum, perpetuò in eodem & genere & loco manſit vſq; ad primum Chriſti aduentum: ſic in nouo etiam Teſtamento cùm Sacerdotalis miniſterij vnitas in Petro ſemel inſtituta, & per Petrum in Eccleſia Romana ſemel ſit ex voluntate Dei collocata: in eadem Romana Eccleſia vſque ad ſecundum Chriſti aduentum perſeuerabit: niſi fortè Sacerdotalis Ordo per aliam rationem nūc vnietur, quàm ab initio vnita fuit. Atqui cùm Chriſtus vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor primam vnitatis rationem inſtituerit: quis nunc illam audeat commutare, niſi eo ipſo Antichriſti membrum ſe eſſe fateri velit? Nam quod Proteſtantes nobis opponunt, gratiam noui Teſtamēti certo generi aut loco alligatam non eſſe, quis hoc illis negabit? Non enim dicimus, ſolos Romanæ vrbis incolas aut Chriſtianos, aut Epiſcopos eſſe, aut in Roma tantùm noui Sacramenti ritu ſacrificari poſſe: nec Sacerdotij ſucceſsionem ad carnalē familiam Petri contrahimus, vt olim ſub lege comparatum fuit. Sed cùm tota fides, & totius fidei miniſterium per omnes gentes propagetur, dicimus nihil officere, ſed potiùs plurimum honoris & vtilitatis id afferre libertati Chriſtianæ, vt certam ſedem habeat, quam in rebus dubijs conſulat, & vnde vnitatis ſuæ originem ducens, ſchiſmata omnia excludat. Nam ſi D. Lucas origine ab ipſo Deo petita, Chriſti ortum per Adam & poſteros eius ad Ioſephum vſque deduxit, vel potiùs à Ioſepho Mariæ viro per eandem patrum ſeriem ad Deum vſque reduxit: profectò vt ſucceſsio Patriarcharum Chriſto non dedecori, ſed honori fuit: ſic neque Principis Apoſtolorum non carnalis, ſed ſpiritualis ſucceſsio Eccleſiæ Chriſtianæ dedecori, ſed magno potius & commodo, & ornamento erit. Sed pergamus in Cypriano. Is Libro quarto Epiſtola ſecunda, ſic ſcribit:

44 *Vna eſt Eccleſia per totum mundum à Chriſto in multa membra diuiſa. Item Epiſcopatus vnus Epiſcoporum*
multorum concordi numeroſitate diffuſus. Cùm ergo Cyprianus dicat, Epiſcopatum & eſſe vnum, & tamen
in multos numero Epiſcopos diffundi: quærendum eſt, quódnam vnitatis genus hoc ſit. Interpretatur
verò ſeipſum in libro de Vnitate Eccleſiæ, dicens: *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tene-*
45 *tur. Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo ſolis multi radij,*
ſed lumen vnum: & rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci radice fundatum. Et cùm de fonte vno riui plu-
rimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine.
Auelle radium ſolis à corpore: diuiſionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum: fractus germinare
non poterit. A fonte præcide riuum: præciſus areſcet: Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa per orbem totum ra-
dios ſuos porrigit: vnum tamen lumen eſt, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur. Ramos ſuos in
vniuerſam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latiùs expandit: vnum tamen Caput eſt, &
origo vna, & vna mater fœcunditatis ſucceſsibus copioſa. Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius a-
nimamur. Hinc videas, vnitatem Epiſcopatus ijs rebus conferri, quæ vnæ ſunt in origine, licet multiplicentur in propagatione. Ex quo efficitur, vt vnus Epiſcopus à Chriſto fuerit conſtitutus, à quo velut à matre fœcunda, cæteri Epiſcopi procrearentur. Quomodo igitur (inquies) *eiuſdem vnius Epiſcopatus pars à ſingulis in ſolidum tenetur?* Si enim ſinguli partem vnius Epiſcopatus in ſolidum tenent, perinde Epiſcopus eſt, ſiue Eugubinus, ſeu Roffenſis Epiſcopus, ac Alexandrinus, aut Romanus. Nec iſta ratione maior eſt Romanus, quàm quilibet alius Epiſcopus. Cui argumento vt ſatisfaciam, illud in primis animaduerti velim, omne genus hominum rectè vnum dici poſſe. Vna quippe eſt natura humana, & non multæ. Sed quomodo vna? Verum homines plurimi non ſunt? Certè ſunt. Sed quoniam ab vno ij omnes propagati ſunt, quamuis magna ſit numeroſitas in propagata multitudine, vnitas tamen ſeruatur in prima origine. Iam verò iſtius, vt ita dicam, humanitatis partem ſinguli homines in ſolidum tenent. Nam perinde homo eſt Martialis, aut Barnabas: ac ille Adam, quem Deus de limo terræ formauit. Sed nunquid propterea non eſt maior Adam cæteris hominibus? quaſi verò ille non ſit pater omnium & ideo maior omnibus. Eodem igitur modo licet idem ſit Ordo & idem Epiſcopale officium tam Romani, quàm cuiuſlibet alterius Epiſcopi: tamen quia Romanus Epiſcopus Cathedram Petri tenet, Petrus verò fuit ille primus Epiſcopus, quem Chriſtus velut omnium aliorum fontē & Caput inſtituit: hinc fit, vt Romanus Epiſcopus eandē Epiſcopalis officij naturā vnà cū cæteris Epiſcopis adeptus, atque ideo *frater & collega* eorū meritò nominandus, omnibus tamen ſit maior, velut vnitatis à Chriſto in Petri perſona inſtitutæ cuſtos & conſeruator. Cùm enim Petri Principatus non natura inſitus illi fuerit, nec per corpoream ſeminatio-

minatio-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	*Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
		Gordian⁹ an. 6.		
248	Idem Fabianus ſedit an. 14. dies. 6.	Philippus 1. Chriſtian⁹ an 5.		

miſsio peccatorum & ſpiritalis regeneratio hominis poſſet apud hæreticos vel ſchiſmaticos fieri, cum cæteris Coepiſcopis ſuis, qui illo tempore in Prouincia Africa, & Numidia Eccleſiam Domini gubernabant, ſtatuit, baptizatos ab hæreticis in Eccleſia baptizari debere, velut prior baptiſmus nullus fuerit, eò quòd hæretici baptiſmum conferre nō poſsint. Hæc habētur apud Cyprianum in libro ad Quintum, & apud Auguſtinū de baptiſmo contra Donatiſtas, Lib. 2. Ca. 8. & 9.

Iam verò licet iſte fuerit Epiſcoporum Africæ potiùs error, quàm hæreſis: tamen quia cœpit poſteà hoc Decretum pertinaciter à Donatiſtis defendi, libuit primum eius principium hoc in loco recenſere, vt appareat, quo primùm tempore prior conſuetudo Eccleſiæ corrumpi cœpta fuerit.

Quam conſuetudinem, credo, ex Apoſtolica authoritate venientem, ſicut multa non inueniuntur in literis eorum, neque in Concilijs poſteriorum: & tamen quia per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita & commendata creduntur. Porrò eiuſdem conſuetudinis ipſe Cyprianus teſtis erat, quærens in Epiſtola ad Iubaianum, *quid fierit de ijs, qui in prateritum de hæreſi ad Eccleſiam venientes, ſine baptiſmo admiſsi ſunt?* Hæc habentur apud Auguſtinum de baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. cap. 7. & 9. Licet enim Auguſtinus hac ætate nōdum cœperit viuere, tamen cùm de conſuetudine tali teſtetur, quæ Cypriani temporibus antiquior fuerit, rectè illius teſtimonium hoc in loco adhibetur.

49 De

NN Cor.

minationem propagari & ita permanere potuerit, ſed in tali officio Sacerdotali verſatus ſit, quod ſemper in Eccleſia debuerit perſeuerare: tam in illius Primatu ſucceſſor ex delectione conſtituendus fuit, quàm in ſuis poſteris per naturalem generationem ordine ſuccedentibus Adam in hoc mundo viuit vſque ad finem ſeculi. Epiſcopalis igitur Cathedra Petri ſemper habet Petrum aliquem in ipſa toti Eccleſiæ præſidentem. Neque verò Epiſcopatus illius, qui Chriſto proprius eſt, partem in ſolidũ ſinguli Epiſcopi tenent. Chriſtum quippe *Deus præ participibus ſuis vnxit* (*Pſalm. 44.*) nec ille aut ſucceſſorem, aut parem in æterno & vnicè ſingulari Epiſcopatu ſuo habet. Vnus ergo ille Epiſcopatus, cuius partem in ſolidum ſinguli Epiſcopi tenent, non eſt Chriſti Epiſcopatus, ſed alius aliquis à Chriſto in gradu inferiore inſtitutus. At quando inſtitutus? Audi ipſum Cyprianum in lib. de vnitate Eccleſiæ ita
46 diſſerentem: *Loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit, Paſce oues meas. Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum: ſi cui remiſeritis peccata, remittentur illi, ſi cui tenueritis, tenebuntur: tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna monſtretur.* In Petro igitur iſta vnitas & fundata, & incepta eſt. Sint ergo pares Petro alij Apoſtoli in Ordinè ac officio Epiſcopali, vt & cæteri homines in veritate naturæ humanæ pares primo parenti erant. Nunquam tamen paritas vel naturæ vel officij primam originem ſubſecuta, ipſi origini penitus adæquabitur. A Petro autem rurſus progrediamur ad Pontificem Romanum, quem Petri ſucceſſorem eſſe, D. Cyprianus manifeſtiſsimè tradidit. Ait enim, *Cornelium* ad ſublime faſtigium Sacer-
47 dotij aſcendiſſe, *Cùm Fabiani locus, id eſt* (inquit Cyprianus) *cùm locus Petri, & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret.* Hoc igitur Cypriani tempore fuit Eccleſiæ Chriſti Fabianus, quod Apoſtolorum tempore Petrus in Epiſcopali ordine fuerat. Vt ergo ſuper Petrum Eccleſiam à Chriſto fundatam fuiſſe, D. Cyprianus perſæpè tradit, Lib 1. Epiſt. 3. & lib. 4 epiſt. 9. itemq; ad Iubaianũ, & in alijs multis locis: eodem modo credidit, Eccleſiam militantem ſuper *Fabianum*, aut quemlibet alium Petri Succeſſorem, ad tempus fundatam eſſe. Hinc etiam factum eſt, vt *radicis & matricis* nomen eadem opera tùm ad Catholicam, tùm ad Romanam Eccleſiam accommodet. Etſi enim tota per orbem Eccleſia, quoties ſingulorum fideliũ ratio habetur, veriſsimè ſit eorum radix & mater: tamen quia per orbem non alia vera eſt Eccleſia præter illam, quæ initio à Principe Apoſtolorum Coapoſtoliſque eius ducto, per continuam Epiſcoporum ſeriem communicat cum Eccleſia principali, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt (& illã Cyprianus apertiſsimè lib. 1. Epiſtol. 3. dixit eſſe Romanam Eccleſiam) profectò ſic tota Eccleſia ſingulorum fidelium radix eſt & mater, vt interim totius Eccleſiaſticæ communionis prima in terris origo & caput ſit Eccleſia Romana, Petri Cathedram tenens. Quare Cyprianus de ſchiſmaticis Romæ agentibus, ſcribens,
48 libro 2. Epiſtola 10. *Miſeramus* (inquit) *Caldonium & Fortunatum, qui elaborarent, vt ad Catholicæ Eccleſiæ vnitatem ſciſsi corporis membra componerent. Sed diuerſæ partis obſtinata pertinacia non tantùm radicis & matricis ſinum atque complexum recuſauit, ſed etiam adulterum & contrarium caput extra Eccleſiam fecit.* Si Nouatianus extra Eccleſiam fecit ſe *adulterum caput*: erat ergo etiam verum & viſibile Caput intra Eccleſiam, & vtique vnius & totius Eccleſiæ militantis non niſi vnum Caput, atq; hoc vnum neceſſariò erat Eccleſia principalis, quàm Cyprianus tradit eſſe Romanam. Vnde lib. 4. Epiſt. 8. Cyprianus ad Cornelium Papam ſcribens: *Singulos* (inquit) *nauigantes hortati ſumus, vt Eccleſiæ Catholicæ radicem & ma-*
49 *tricē agnoſcerent, & tenerent.* Et pòſt: *Vt te vniuerſi collegæ noſtri, & communicationem tuam, id eſt, Catholicæ Eccleſiæ vnitatem pariter & charitatem probarent, ac firmiter tenerent.* Pontifex ergo Romanus vinculum eſt Sacerdotalis collegij, & velut viſibilis vnitas Eccleſiæ militantis. Et lib. 4. Epiſt. 2. *vt ſciret Corneliu-*
50 *te ſecum, hoc eſt, cum Catholica Eccleſia communicare.* Cùm ergo in omni ordinata pluriûm hominum communione, principium aliquod & Caput exiſtat: Eccleſiaſticæ communionis principium & Caput Eccleſia Romana ſemper fuit, adeò vt illa Eccleſia cæterarum omnium curam iam inde ab initio geſſerit, non ſolùm per ipſum Pōtificem Romanum, ſed etiam eo mortuo, vel relegato, per Clerum eius, ob eãq; cauſam Cyprianus lib. 1. Epiſt. 3. dicit, *florentiſsimum Clerum vnà cum Cornelio Romæ præſidere.* Cumque
51 idem Cyprianus ob Decianam perſecutionem ſeceſsiſſet, atque ab Eccleſia ſua Carthaginienſi abeſſet: Clerus Romanus (vt habetur in Cypriano, quem Morelius Pariſijs edidit) ſcripſit ad Carthaginienſem Clerum in hæc verba: *Didicimus ſeceſsiſſe benedictum Papam Cyprianum.* Et pòſt: *Cùm incumbat nobis (qui videmur præpoſiti eſſe & vice Paſtoris) cuſtodire gregem.* quibus ſanè verbis declarant, vnam cauſam vniuerſalis præſidentiæ Romani Pontificis illam eſſe, vt abſentiam aliorum Paſtorum & præcipuè Primatum ſolicitudine ſua paſtorali ſuppleat, & negligentiam emendet. Vacante autem Romana Sede, Presbyteri & Diaconi eiuſdem Eccleſiæ, vice Paſtoris præponebantur, & ideo ipſis incubuit, vt gregem Domini

cuſto-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
249	Poſt mortē Fabiani vacante Romana Sede, presbyteri & Diaconi Eccleſię Romanæ ad tēpus aliquod vniuerſalis Eccleſiæ curam geſſerunt.	Decius.
		Septima perſecutio

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

49. De Nouatiani moribus, vnde etiam hæreſis orta eſt.

Nouatianus (quem Græci Nouatum nominant) cùm propter grauem morbum, in lecto baptiſmum, aqua circumfuſus, accepiſſet, neque cætera poſt baptiſmum iam morbo elapſus, acquiſiuit, *neque Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit*. Hæc Cornelius, apud Euſebium lib. 6. cap. 35. Theodoretus verò in 3. libro hæret.fab. ait: *Sectatores Nouati* (ſic enim appellat Nouatianum) *ijs, qui ab ipſis tinguntur, ſacrum Chriſma non prębēt. Quocirca eos, qui ex hac hæreſi corpori Eccleſiæ coniunguntur, benedicti Patres vngi iuſſerunt.* Hæc ille.

Videant iam Lutherani & Zuingliani, verum vnà cū Nouatiano & reliquos ritus baptiſmum ſubſequi ſolitos non deſpiciant, & vngi ac ſigillo Domini ab Epiſcopo conſignari non recuſent. Nec enim aut cæremonias in baptiſmo ab Eccleſia iam inde ab antiquo receptas obſeruant, aut Sacramentum Confirmationis agnoſcunt.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Cornelius Papa apud Euſebium lib. 6. ca. 35: *Alijs quibuſdam poſt Baptiſmum ſecundum Eccleſiæ Canonem imbui oportebat.* (Et pòſt.) *Qui ſigillo Domini* (hoc eſt, Sacramento Confirmationis) *ab Epiſcopo obſignatus non fuit, quomodo, quæſo Spiritum ſanctum adeptus eſt?* Hæc ille: apertè docens, ad robur vtique & cōfirmationem eum non accipere Spiritum Sanctum, ſi quis ab Epiſcopo non obſignetur Domini ſigillo. Quid verò aliud eſt Domini ſigillum, quod poſt Baptiſmum accipitur, quàm ſignum ſacrum Chriſmatis, aut (vt hodie loquuntur) Confirmationis Sacramentum?

Cyprianus lib. 2. Epiſt. 1. *Parum eſt eīs manum imponere ad accipiendum Spiritum Sanctum, niſi accipiant Eccleſiæ baptiſmum. Tunc enim demùm plenè ſanctificari, & eſſe filij Dei poſſunt, ſi Sacramento vtroque naſcantur.* Cyprianus ergo non tantùm Baptiſmi ſed & manuum impoſitionis quoddam Sacramentum eſſe credidit. Hæc enim duo ſacra ſigna, *Vtrumque Sacramentum* nominauit. Vnde etiam in Epiſtola ad Iubaianum, de ijs agēs, quibus à Philippo Diacono prius baptizatis, poſtea Petrus & Ioannes (Actor. 8.) manus impoſuerunt: *Quia* (inquit) *legitimum & Eccleſiaſticum Baptiſmum conſecuti fuerant, baptizari eos vltrò non oportebat: ſed tātummodo quod deerat, id à Petro & Ioanne factum eſt, vt oratione pro eis habita, & manu impoſita, inuocaretur & infunderetur ſuper eos Spiritus Sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Eccleſia baptizantur, per Præpoſitos Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem, ac manus impoſitionem, Spiritum Sanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur.* Et inter opera Cypriano adſcripta, in titulo *De vnctione Chriſmatis*: cùm author ille peranti-quus de feria quinta in cœna Domini ageret: *Hodie* (inquit) *in Eccleſia cum cæteris vnctionibus ad populum acquiſitionis ſanctificandū, in participationem dignitatis & nominis, ſacrum Chriſma conficitur, in quo mixtum oleo balſamum, Regiæ & Sacerdotalis gloriæ exprimit vnitatem, quibus dignitatibus initiandis diuinitùs eſt vnctio inſtituta.*

cuſtodirent,non tantùm in Romana,ſed etiã in Carthaginiẽſi, & in quacũq; alia per orbem Eccleſia degentem. Itaque in eadem Epiſtola Romanus Clerus Carthaginienſem admonens,pœnitentes non eſſe
52 arcendos ab Eccleſiaſticis præſidijs,tandem ait: *Petimus harum Literarum exemplum ad quoſcunque poteritis tranſmittere faciatis,vt ſtent fortes & immobiles in fide.* Sibi ergo id oneris impoſitum eſſe,Eccleſia Romana credidit, vt conſuleret omnibus per orbem Eccleſiis, & ijs maximè, qui proprij Paſtoris eiuſdemque Primatis præſentia carebant.Sic enim antea B.Clementem audiuimus ad Corinthios ſeditione laborantes in perſona Eccleſiæ Romanæ ſcripſiſſe.Poſteà verò ipſe Cyprianus hanc paternam gubernationem in Eccleſia Romana probè agnoſcens,ad eundem Clerum Romanum ita ſcripſit,lib.3. Epiſt.5.
53 *Quoniam comperi,fratres Chariſſimi, minus ſimpliciter, & minus fideliter vobis renuntiari, quæ hic geſta ſunt,& geruntur: neceſſarium duxi,has ad vos literas facere quibus actus noſtri,& diſciplina,& diligentiæ ratio redderetur.* Ac ſtatim ſubiungit,quomodo Epiſcopatum ſuum per Epiſtolas adminiſtrauit,ac de-
54 mum infert: *Cùm veſtra ſcripta legiſſem, quæ ad Clerum noſtrum per Clementem Hypodiaconum nuper feceratis,vt ijs,qui poſt lapſum infirmitate apprehenſi eſſent, & pœnitentes communicationem deſiderarent, ſubueniretur: ſtandum putaui & cum veſtra ſententia,ne actus noſter,qui adunatus eſſe, & circa omnia conſentire debet,in aliquo diſcreparet.* Hæc autem verba, quæ iam retulit Cyprianus,habentur etiã in Epiſtola Romani Cleri ad Clerum Carthaginienſem,vt vndique & fides Epiſtolæ Cleri Romani, quam Morelius edidit,ex iſta Cypriani Epiſtola concilietur. & auctoritas Eccleſiæ Romanæ eniteat, quæ cæteris per orbem Eccleſijs regulas præſcripſit, & cui cæteri Epiſcopi adminiſtratæ Eccleſiæ rationem reddere non dedignabantur. Nam & iterũ Cyprianus ad Clerũ Romanũ ſcribit in hunc modũ,li.5.Epiſt.4. *Poſt factas*
55 *ad vos literas,fratres chariſſimi,quibus actus noſter expoſitus,& diſciplina ac diligẽtiæ quantulacunq; ratio declarata eſt,aliud acceſſit,quod nec ipſum latère vos debuit.* Et mox rationem de ſingulis penè rebus, quæ in ipſius Eccleſia geſtæ erant, accuratè reddit, ſeque Romani Cleri ſermone adiutum docet, vtpotè *cuius*
56 *Cleri ſententia vnanimiter ſecum ſtaret.* Idemque lib.5.Epiſt.5.Clerum Romanum ſic alloquitur: *Et dilectio communis, & ratio expoſcit, fratres chariſſimi, nihil conſcientiæ veſtræ ſubtrahere de his, quæ apud nos geruntur,vt ſit nobis circa vtilitatem Eccleſiaſticæ adminiſtrationis commune conſilium* Et pòſt: *Quòd ſi temeritas eorum nec meis,nec veſtris literis compreſſa fuerit.* Ergo valuit, aut Cypriani iudicio valere debuit Romani Cleri auctoritas ad comprimendam temeritatem etiam eorum, qui in tranſmarinis partibus agebant. Alibi verò apud Cyprianum(lib.2.epiſt.7.)ijdẽ presbyteri & Diaconi Romani modeſtiſsimè præfati, *ſe non tam iudices,quàm participes eorum conſiliorum eſſe*,quibus Eccleſiam ſuam Cyprianus rexit(nec enim verè fuit,cur Iudicum perſonam ſibi ſumeret, cùm culpa nulla in Cypriano fuerit) tandem fatentur, *pleniorem futuram auctoritatem ſuam*, ſi etiam Epiſcopum (qui tunc illis, mortuo Fabiano, deerat) ha-
57 buiſſent. In ea verò Epiſtola primùm dicunt, *vigorem fidei & diſciplinæ, quæ apud illos vigebat, mutuatum fuiſſe de temporibus Apoſtoli conteſtantis, fidem Romanam prædicari in toto mundo. Rom.1.* Deinde adijciũt, *ſe literas etiam miſiſſe in Siciliam,earumq; exemplum ad Cyprianum tranſmittunt.* Quo ex loco illud intelligitur,Eccleſiæ Romanæ curam ſeſe ad Siciliam quoque iam tunc extendiſſe.Quod etiam de cæteris per orbem Eccleſijs iudicandum eſt.

58 Poſtremò ibidem ſcribunt in hunc modum. *Abſit ab Eccleſia Romana, vigorem ſuum profana facilitate dimittere. Sicut reſpici debet diuina clementia,ſic reſpici debet & diuina cenſura. Cuius temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes, diu & quidem multi, & quidem cum quibuſdam Epiſcopis vicinis noſtris & appropinquantibus, & quos ex alijs Prouincijs longè poſitos perſecutionis iſtius ardor eiecerat, ante conſtitutionẽ Epiſcopi nihil innouandum putauimus.* Hinc apparet,quantum ſit diſcriminis inter Epiſcopum Romanũ, & alios Epiſcopos. Nam cùm & presbyteri ac Diaconi multi, & Epiſcopi tam vicini, quàm longè poſiti Romæ ſimul affuiſſent:nihil tamen innouandum hi omnes putauerunt,antequàm Epiſcopus Romanus conſtitueretur,qui maiore cum auctoritate omnia decerneret.De illo quippe nominatim agitur,vt ex his verbis,quæ nunc aſcribam, conſtat. *Nobis differendæ huius rei neceſſitas maior incumbit, quibus poſt*
59 *exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani, nondum eſt Epiſcopus, propter rerum & temporum difficultates, conſtitutus, qui omnia iſta moderetur, & eorum,qui lapſi ſunt, poſſit cum auctoritate & conſilio habere rationem.* Ecce quanquam ex Maiorũ traditione, & ex omniũ Epiſcoporum cõſuetudine iam-dudum erat quædã regula de lapſis præfixa: tamen plenior auctoritas rerum iſtarum futura erat penes Epiſcopum Romanũ, qui poſſet *cum auctoritate omnia moderari.* Quapropter cùm iam Cornelius ad moderanda Eccleſiæ Romanæ gubernacula cooptatus eſſet, decreuit vnà cum alijs quidem Coëpiſcopis ſuis, ſed tamen velut maximus omnium, quid in cauſa lapſorum fieri oporteret. Cuius Decreti Cyprianus & alij Epiſcopi meminerunt,li.1.Epiſt.4.idq; cùm iam mortuus eſſet Cornelius. *Iampridem*(inquiunt) *nobiſcum & cum*
60 *omnibus omnino Epiſcopis in toto mundo conſtitutis etiam Cornelius collega noſter Sacerdos pacificus ac iuſtus & martyrio quoque dignatione Domini honoratus decreuit,eiuſmodi homines*(hoc eſt,lapſos) *ad pœnitentiam*

quidem

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Decius.
250.	22. S. Cornelius Caſtini filius Romanus.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Nouatiana ſeu Catharorũ tam propria & præcipua hæreſi, quàm ſchiſmate.

Cum ſciã, pleroſq; ad illud, quod in hæreſi Nouatiana præcipuum eſt, nõ attẽdere: totã rẽ nõ meis, ſed antiquorũ patrũ verbis exponã. Pacian. in ep. 3. ad Sympronia. *Nouatus presbyter ex Africa Romã veniẽs, cũ de lapſis receptis inuidiã Cornelio cõflaſſet: quorũdã Epiſcoporũ literas, q tẽpeſtatẽ perſecutionis (Deciana) euaſerãt, ad Nouatianũ dat. Ille ex autoritate literarũ, ſedẽte iã Romæ Epiſcopo, aduerſũ fas ſacerdotij ſingularis, alterius Epiſcopi ſibi nomẽ aſſumit. Cornelium lapſis cõmunicaſſe arguit, ſe vindicat innocẽtẽ* Hæc ille. Socra. verò lib. 4. c. 23. refert, Nouatũ (quẽ Latini appellãt Nouatianũ) oĩbus vbiq; Eccleſijs ſcripſiſſe literas, *vt eos, qui ſimulachris immolaſſẽt, minimè ad myſteria admitterẽt, ſed hortarẽtur ad pœnitentiã, remiſſionẽq; permitterẽt Deo, qui poteſt & habet autoritatẽ peccata remittẽdi.* Ex his etiã ipſius Nouatiani literis cõſtat illũ nõ ab oĩ abhorruiſſe pœnitẽtia, ſed tantũ ab illa, q̃ *p Sacerdotes Dei miniſtros diſpẽſabatur.* volebat enĩ ſolũ Deũ recõciliare peccatores, nec vllũ inſtituiſſe ſignũ ſeu ſacramentũ pœnitẽtiæ, per quod ijdẽ in Eccleſiã recepti eſſe cognoſcerẽtur. Propria enĩ Nouatianorũ hæreſis hæc fuit, nõ poſſe eos, qui poſt baptiſmũ peccaſsẽt, per ſacerdotes in Eccleſiã recipi, etiãſi pœnitẽtiã egiſſent, & crimẽ cõfeſsi eſsẽt. Cũ enĩ tria, hoc eſt dolor animi, oris cõfeſsio, & operis emẽdatoria quædã ſatisfactio pœnitẽti neceſſaria ſint, vt is ritè à ſacerdote abſolui atq; Eccleſiæ recõciliari queat: Nouatiani dolorem cordis, & ſatisfactionem operis nequaquam abſtulerunt: ſed potius ad iſta hortati ſunt. Oris

⁂ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Nouatianæ hæreſis condemnatio in Concilio Romano ſub Cornelio Papa.

Concilium maximum (authore Euſeb. lib. 6. c. 39) *Romæ cogitur, in quo ſexaginta Epiſcopi, & presbyteri totidem, atque amplius vnà cum Diaconis in vnum conueniunt. A Paſtoribus etiam ſeparatim per ſingulas cuiuſque regionis prouincias, quid de ea re agendum eſſet, deliberantibus, colloquia fiunt. A quibus omnibus tandem decernitur, Nouatum eiuſq; fautores tanta ſuperbia inflatos, & qui illius inhumaniſſimæ & à fraterna charitate alieniſſimæ opinioni aſſentirentur, in eorum numero, qui ab Eccleſia excluderentur, haberi: fratres autem, qui caſu infœlici prolapſi eſſent, pœnitentiæ medicamentis curari.* Hæc ibi. Per *medicamenta verò pœnitentiæ*, nihil aliud, quàm Sacramentum pœnitentiæ, Synodus intellexit. Neque enim Sacramenti nomen illis diebus tam frequenter, ac nunc, ad certa illa Chriſtianæ religionis ſignacula denotanda in vſu erat. Etenim Baptiſmum, Euchariſtiam, & Pœnitentiam de maioribus criminibus poſt Baptiſmum actum nominantes, intelligebãt quidem illas res, quas hodie Baptiſmi, Euchariſtiæ, ac Pœnitentiæ ſacramenta vocamus. quanquàm nomine Sacramenti rarò tam ſtrictè ac propriè vterentur. Sed hoc ipſum ex D. Cypriani authoritate confirmemus.

quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione autem Cleri atque Sacerdotali honore prohiberi. Non parum authoritatis decreto Epiſcopali additum inſinuant, ex eo quod etiam Cornelius idem cum alijs decreuit. Nam alioqui fuiſſet forſitan Prouinciale, ſed certè quidem non vniuerſale Decretum, quo vbiq; omnes Eccleſiarum Paſtores niti poſſent & confidere. Sed quoniam ad Cornelij mentionem iam eſt peruentum: age, quid ex Cypriano pro teſtificando illius Primatu colligi queat, animaduertamus.

61 Cornelius (inquit Cyprianus lib. 4. Epiſt. 2.) *ad Sacerdotij ſublime faſtigium cunctis religionis gradibus aſcendit. Nec* (*vt quidam*, id eſt, Nouatianus) *vim fecit, vt Epiſcopus fieret, ſed ipſe vim paſſus eſt, vt Epiſcopatum coactus acciperet. Et factus eſt Epiſcopus à plurimis Collegis noſtris* (ſedecim numero) *qui tunc in vrbe Roma aderant, cùm Fabiani locus, id eſt* (inquit Cyprianus) *cùm locus Petri & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret. Tùm deinde ſedit intrepidus Romæ in Sacerdotali Cathedra eo tempore* (id eſt, ſub Decio) *cùm tyrannus infeſtus Sacerdotibus Dei, fando atque infanda comminaretur, cùm multo patientiùs & tolerabiliùs audiret, leuari aduerſus ſe æmulum Principem, quàm conſtitui Romæ Dei Sacerdotem.* Significat verò, ſublimem illam Romanorum Pontificum Cathedram tantæ, per vniuerſum orbem, Fidelium multitudini præfectam, adeò formidoloſam Imperatoribus Romanis viſam eſſe: vt magis ſibi ab illis timuerint, quàm ab æmulo Principe, qui purpuram ſibi vltrò impoſuiſſet. Nec enim illis aſſentior, qui (lectione mutata) Cornelium dicūt, tolerabilius audiſſe æmulum Principē, id eſt, Imperatorem cōtra ſe leuari, quàm æmulum Sacerdotem, id eſt, Nouatianum Romæ conſtitui. Nam Imperatores à Chriſti fide ac religione abhorrentes, non rectè dicantur *æmuli Pontificum Romanorum.* Deinde Cyprianus de tyranno Decio proximè locutus erat, dicens, *tyrannum Dei Sacerdotibus infeſtum, fando atque infanda comminatum eſſe*: & continuò ſubiunxit, *cùm multò patientiùs & tolerabiliùs audiret* (vtique Decius tyrannus) *leuari aduerſus ſe æmulum Principem*, id eſt, Imperij competitorem, *quàm conſtitui Romæ Dei Sacerdotem*, id eſt, Pontificem Maximum. Præterea laudatur eo in loco virtus, robur, & firmitas Cornelij. Vide obſecro, niſi quia tyrannum, Dei Sacerdotibus tam infeſtum, vt mallet Imperij Competitorem, quàm Pontificē Romanum ferre, tamen vſque adeò non timuit, vt *eo tempore in Sacerdotali Cathedra intrepidus ſederet.* Denique ſtatim poſt verba illa, de quibus iam agitur, ſubijcit Cyprianus: *Nónne hic* (id eſt, Cornelius) *ſummo virtutis & fidei teſtimonio prædicandus eſt? Nónne inter glorioſos Confeſſores & Martyres deputandus, qui tantum temporis ſedit, expectans corporis ſui carnifices, & tyranni ferocientis vltores, qui Cornelium aduerſus edicto feralia reſiſtentem vel gladio inuaderent, vel cruci figerent, vel igne torrerent?* Hæc omnia in medium protuli, vt Lector videret, vniuerſam Cypriani orationem eo in loco ad Cornelij Papæ laudem ideo ſpectare, quòd tyrannum, à quo tantopere Cathedra ipſius timebatur, ipſe tamen prorſus non timeret? Quidnam ergo eſt, quod Romanus Imperator, hoc eſt, orbis terrarum Dominus, Pontificem Romanum timet? Nunquid à ſingulis etiam Epiſcopis eodem modo ſibi timebat? Minimè gentium. Ac neque Cyprianus id affirmat: ſed ait, *Imperatorem timuiſſe Dei Sacerdotem Romæ conſtitutum. Romæ*, inquam, vbi Caput Chriſtianorum ſedere, & Eccleſiam principalem eſſe audiuerat, vbi Apoſtolorum Petri & Pauli gloriam celebrari acceperat, quam vrbem (ſi fortè Sybillæ oracula non ignorabat) piſcatoris hamo fore quandoque expugnandam, didiciſſe poterat. Ita enim prædixerat Sybilla Erythræa, vt alibi declarauimus. Nec Gentiles tam imperiti rerum erant, quin ſcirent, quanta eſſet Romanorum Pontificum auctoritas, vt ex Aureliani Auguſti, & Ammiani Marcellini, & aliorum gentilium verbis ac teſtimonijs poſthac planum fiet. Præterea, vt alibi per vniuerſum orbem quò maior quiſque Epiſcopus fuit, eò magis ab illo timebant, & propterea infeſtiores ei erant Imperatores: ſic cùm intelligerent, Maximum Pontificem Romæ conſediſſe, maximè omnium & metuebant, & perſequebantur eundem Pontificem Romanum, adeò vt ex triginta primis Pontificibus, vix tres naturali morte defuncti ſint, ſed ab Imperatoribus Romanis violentam necem ſubire coacti fuerint.

Quid multis? Nónne de hoc ipſo Cornelio narrat Damaſus in Pontificali, *quòd Decius cùm audiſſet, Cornelium agentem apud Centumcellas, à beato Cypriano Epiſtolam accepiſſe, ei coràm dixerit: Sic definiſti, vt nec Deos conſyderes, nec præcepta Principum audias, nec noſtras minas timeas, vt contra Rempublicam literas accipias & dirigas?* Vide quid ſit, quod Decius timebat. vtique vt Herodes timebat, ne Chriſtus Rex Iudæorum auferret ſibi regnum terrenum: ſic timebat Decius, ne Pontifex Maximus auferret ſibi terrenum Imperium. Iam quippe videbat, in immenſum creuiſſe Chriſtianum populum. Iam verebatur, ne qui populus tam obediens foret Pontifici Romano, iuberetur aliquando ab illo inuadere Imperium, & Idola perdere. Sed alia erant Dei conſilia, & ideo Cornelius Decio reſpondit, dicens: *Ego de corona Domini me literas accepi, & direxi, & non contra Rempublicam, ſed magis per ſpiritale conſilium ad animas redimendas.* Hæc ille.

Poſt

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceßionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Decius.
		7. Perſecutio.
252.	Idem Cornelius ſed an. 2 m. 2. d. 3.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Oris verò confeſsionem, & ſacerdotis ſacramentalem abſolutionem penitus abſtulerunt, velut ſolus Deus poteſtatem remittendi peccata ſibi perpetuò retinuiſſet, nec illã à miniſtris Chriſti ad ædificationem Eccleſiæ vnquam voluiſſet diſpenſari.

Hoc teſtatur Cyprian de Nouatiana hæreſi nominatim tractãs, in lib. 4. Epiſt. 2. prope finẽ. *O hæretica inſtitutionis inefficax & vana traditio, hortari ad ſatisfactionis pænitentiam, & ſubtrahere de ſatisfactione medicinam: dicere fratribus, plange, & lachrymas funde, & quæcunque ad pacem pertinent facies, ſed nullam pacem, quã quæris, accipies.* (Et pòſt:) *Dum fructus pænitentiæ intercipitur, pænitentia ipſa tollitur. Quòd ſi inuenimus, à pænitentia agenda neminem debere prohiberi, & deprecantibus atque exorantibus Domini miſericordiam, ſecundùm quod ille miſericors & pius eſt, per Sacerdotes eius pacem poſſe cõcedi: admittendus eſt plangentium gemitus, & pænitentiæ fructus dolentibus non negandus. Et quia apud inferos confeſsio non eſt, nec exomologeſis illic fieri poteſt: qui ex toto corde pænituerint & rogauerint, in Eccleſiam debent interim ſuſcipi.* Nouatiani ergo ad pœnitentiam homines hortabantur, ſed pœnitentiæ fructum (qui eſt abſolutio à crimine) dicebãt per Sacerdotes obtineri non poſſe, velut qui nullum ſignum ſeu Sacramentũ à Domino inſtitutũ accepiſſent, cuius vi talem poteſtatem exercerent. Fient hæc omnia ſuis tẽporibus & locis planiora ex Eccleſiaſtica hiſtoria, ex Lactãtio, Ambroſio, Hieronymo, Paciano,

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Ex Cypriano certiſsimè intelligi, quòd Nouationi peccatores ad pœnitentiam quidem adhortabatur, non tamen admittebat pænitentiæ ſacramentum, hoc eſt, abſolutionem Sacerdotis, qua pænitentes reconciliarentur Eccleſiæ.

Cyprianus ad Cornelium libro 1. Epiſtola 2. *Permiſit Dominus, vt ligata in terris, etiam in cælis ligata eſſent: ſolui autem poſſent illic, quæ hic prius in Eccleſia ſoluerentur.* Cùm peccata prius in Eccleſia, quàm in cœlo ſolui dicit, idq; Domini permiſsione: nihil aliud ſignificat, quàm Dominum inſtituiſſe Sacramentum Pœnitentiæ, quod ſit inſtrumentalis quædam cauſa remittendi peccata. Et cùm cauſa effectum præcedat: peccatum non dimittitur in cœlo, quod per Sacramentum Pœnitentiæ non ſit prius dimiſſum in Eccleſia. Nam iterum in eadẽ Epiſtola ſic ſcribit: *Epiſcopatus noſtri honor grandis, pacem dediſſe Martyribus.* Et pòſt: *Quomodo poteſt ad Confeſsionem* (nominis Diuini coram perſecutore) *idoneus inueniri, qui non prius pace recepta receperit ſpiritum patris?* Pax ergo, quã Epiſcopus dabat, ſpiritum diuinum, hoc eſt, gratiam pœnitenti contulit: quod nunquàm ita eueniſſet, niſi aliquod eſſet ſacramentum Pœnitentiæ. Rurſus ibidem ſubijcit Cyprianus: *Placuit, examinatis ſingulorum cauſis, pacem lapſis dare.* Non ergo talis erat pœnitentiæ Eccleſiaſticæ ratio, vt ſatis eſſet prædicatori palàm dicere: ſi quẽ veſtrûm in fide recta pœnitet ſuorum ſcelerum, is ſciat, ſibi remiſſa eſſe peccata: ſed ſingulorum cauſæ, id eſt, circumſtantiæ perſonarum & rerum à ſacerdote ſolo examinabantur, & ita demum pax ijs dabatur, qui verè pœnitentiã egiſſent. Nam poſtea in 6. eiuſdem libri Epiſtola, Cyprianus Baptiſmũ & Pœnitentiam ſimul conferens, ait: *eum ſolum poſſe baptizare, & remiſsionem peccatorum dare, qui habeat Spiritum ſanctum.* Baptizare autem, & remittere peccata, non eſſent eiuſdem hominis, & poteſtatis, niſi vtrumq; fuiſſet Sacramẽtum. Et quanquàm Cyprianus in eo errabat, quòd Sacramentum Baptiſmi à ſchiſmaticis conferri

non

Poſt Cornelij aſſumptionem ad Pontificatum, cæteros per orbem Primates (vt moris erat) de ſua
ordinatione certiores fecit, vt ſcirent, quocum communicare, & à quo literas communicatorias ac-
cipere, atque ad quem dirigere in cauſis Eccleſiaſticis deberent. Primates verò per Prouinciam ipſo-
rum hæc eadem Collegis ſingulis in notitiam perferebant. Illa quippe eadem ſunt in hac re D. Cypriani
62 verba lib. 2. ep. 10. vbi etiam Cyprianus teſtatur, *ſolius Pontificis Romani literis de ſua ordinatione ſcriptis*
abſque aliorum præterea teſtificatione credi ſolitum eſſe. atque ideo excuſat ſe, quòd non ſtatim poſt acce-
ptas de ea re Cornelij literas eius ordinationem promulgaſſet. hoc enim tutius ipſi eo tempore viſum
eſt ad retardandum Nouatiani ſchiſma & diſſenſiones inde ſubſecutas. Cypriani verba hæc ſunt libro 2.
Epiſt. 10. *Quòd ſcripta Collegarum noſtrarum, qui illic ordinationi tuæ affuerant, deſiderauimus: nō veteris mo-*
ris oblití nouum aliquid quærebamus. Nam ſatis erat, vt tu te Epiſcopū factum literis nuntiares, niſi eſſet ex di-
uerſo diſcrepans factio. Hoc ergo ad reliquas Romanæ ſedis prærogatiuas accedit, quòd vetus, etiam Cy-
priani tempòre, mos fuit, vt vnius Pōtificis Romani literis abſque aliorum neceſſaria teſtificatione cre-
deretur. Accedit & illud, quòd moris fuit per totum mundum, vt maiora quæque ad ſedem Romanam
quàmprimum perferrentur. Ex quo Cyprianus, qui ad aliquod tempus nouam Pſeudoëpiſcopi creatio-
63 nem Romano Pontifici nunciare prætermiſerat, de illa re ſeipſum purgaturus ad Corneliū ſcribit lib. 1.
Epiſt. 3. *Quòd tibi de Fortunato iſto Pſeudoëpiſcopo, à paucis & inueteratis hæreticis cōſtituto, non ſtatim ſcri-*
pſi, frater chariſsime, non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos feſtinatò ſtatim quaſi magna aut me-
tuenda perferri. Cum autē Cyprianus dicit, hanc rē non debuiſſe feſtinatò, *quaſi magnam, ad notitiā Romani*
Pontificis perferri, nónne clariſsimè docet, res magnas ad illius notitiam feſtinatò perferri debuiſſe? Præ-
terea cùm Marcianus Arelatenſis Epiſcopus Nouatiani hæreſim ſectaretur, Cypryanus lib. 3. Epiſt. 13.
ad Stephanū Papam ſcribens, *Fauſtinus* (inquit) *collega noſter Lugduni conſiſtens frater chariſsime, ſemel atque*
64 *iterum mihi ſcripſit, ſignificans ea, quæ etiam vobis ſcio vtique nūciata, tam ab eo, quàm à cæteris Coëpiſcopis no-*
ſtris in eadem prouincia conſtitutis, quod Marcianus Arelate conſiſtens Nouatiano ſe coniunxerit, & à Catho-
licæ Eccleſiæ vnitate atque à corporis noſtri & Sacerdotij cōſenſione diſceſſerit, tenens hæreticæ præſumptionis du-
riſsimam prauitatem. Tam conſuetum erat, Pontificem Romanum de rebus iſtiuſmodi ab Epiſcopis vbiq;
degentibus admoneri, vt Cyprianus nihil dubitet, hoc illi à pluribus ſignificatum eſſe. Nec eſt quòd di-
cas, hanc eandem rem Cypriano quoque nunciatam fuiſſe. Nam vt hoc non negauerim: ſic manifeſtū
eſt, cum Cypriano eam rem fuiſſe ob id communicatam, vt is Pontificem Romanum ad Marciani excō-
municationem incitaret. Ad multos quidem & Epiſcopos & Cleros Cyprianus literas dedit, ſed nun-
quàm ita cum vllis alijs, vt cum Clero & Pontifice Romano egit. nunquàm vlli tam accuratam ratio-
nem rerum à ſe geſtarum dedit: nec vllam præterea Eccleſiam vel *principalem*, vel tanquàm *Petri Cathe-*
dram ſalutauit. Multa (fateor) cæteris Eccleſijs communia cum Romana erant: veluti vt ſcirent omnes
& ſingulæ, quis, à quibus eſſet ordinatus Epiſcopus, quis à communione abſtentus, aut quis Eccleſiæ re-
conciliatus eſſet. Cæterùm quia quædam erant communia omnibus inter ſe Eccleſijs: propterea di-
cere, quædam ſingularia, & ea longè maxima Eccleſiæ Romanæ tributa non fuiſſe, hoc illud eſt,
quod à veritate alienum eſſe contendimus.

65 Cornelius Epiſcopus Romanus (vt eſt apud Euſebium lib. 6. cap. 35) ad Fabium Epiſcopum Eccle-
ſiæ Antiochenæ ſcribens, cùm expoſuiſſet, quo pacto Nouatus procuraſſet, vt tres Epiſcopi ſimpli-
ces & agreſtes ex angulo quodam Italiæ per fraudem euocati, imaginaria quadam impoſitione ma-
nuum, ipſi Epiſcopatum tribuerent, poſtea declarat, *ſe vnum ex ijs apertè confeſſum, vt laicum in com-*
munionem recepiſſe. Qui verò in reliquorum duorum loca ſuccederent, alios (inquit) *Epiſcopos miſimus.* Non
ſolùm igitur delinquentes Epiſcopos deponere potuit Romanus Epiſcopus, verùm etiam alios mittere,
qui in depoſitorum loca ſuccederent. Ex quo apparet, Pontificis Romani poteſtatem nec intra vrbem,
nec intra ſuburbanas, & adiacentes vrbi Eccleſias (vt quidam volunt) concluſam fuiſſe.

Gatianus Epiſcopus anno Imperij Decij primo, à Romanæ ſedis Papa tranſmiſſus eſt in vrbem Turonicam, vbi
66 *de paganis nonnullos prædicatione ſua conuerti fecit ad Dominum.* Auctor eſt Gregorius Turonenſis, hiſtoria-
rum lib. 10. Num. 31.

Lucius in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ. *Literas dilectionis veſtræ, quas ad B. Petri Apoſtoli*
67 *ſedem pro veſtri cauſa negotij miſiſtis, libenter ſuſcepimus.* Hoc igitur omnino verum & certum eſt, maio-
res cauſas ad ſedem Apoſtolicam ex omni parte Eccleſiæ relatas fuiſſe. Hinc eidem Lucio Cyprianus
cum Collegis grauiſsimas literas miſit, lib. 3 Epiſt. 1. in quibus ei reditum ab exilio gratulatur, & demum
ſubiūgit: *Vicarias pro nobis ego, & collegæ, & fraternitas omnis has ad vos literas mittimus, frater chariſsime,*
& repræſentātes vobis per epiſtolam gaudium noſtrū, fida obſequia charitatis expromimus, hic quoq; in ſacrificijs
atque orationibus noſtris non ceſſantes Deo patri, & Chriſto filio eius Domino noſtro gratias agere, & orare pariter
ac petere, vt qui perfectus eſt atque perficiens, cuſtodiat & perficiat in vobis confeſsionis veſtræ glorioſam coronā.

Equidem

Ciuitas Dei, ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.

Ciuitas Diaboli, ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Gall⁹ & Voluſianus.
253.	23. S. Luci⁹ Porphirij filius, Roman. ſedit an. 1. m. 9 d. 13.	an. 2. m. 4.
		Æmilian⁹ m 3.

☞ *Hæretici & Pſeudopropheta.*

no, Auguſtino, & alijs Patribus. Quoniam enim hæc hæreſis à Lutheranis plæriſque, à Zuinglianis verò & Caluiniſtis omnibus renouatur, & licet verbo id illi negēt, re ipſa tamen ex aliqua parte Nouatiani ſunt, & res magni momenti exiſtit: de hac hæreſi diligenter & ſæpe agam.

[a] Nouatiani (vt apparet ex Epiſtola Cypriani ad Iubaianum) rebaptizabant eos, qui ad ipſos à Catholicis veniſſent.

D. Cyprianum vnà cum 87. Epiſcopis erraſſe, verùm hæreſim non incurriſſe.

[b] Plura Concilia in Africa habita ſunt de ijs baptizādis in Eccleſiā, qui fuiſſent apud hæreticos baptizati, quorum in vno Epiſcopi ferè octuaginta ſeptem ex diuerſis prouincijs ſub Cypriano Carthagini conuēnerunt,

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

non poſſe putabat, ob eamq; rē ab Eccleſia reprehenſus eſt: tamen non errauit in eo, quòd baptizare, & peccata pœnitentibus remittere poſt baptiſmū, paria eſſe iudicauit, cùm id etiā Eccleſia ſemper docuerit. Imò etiam in 3. eiuſdem libri Epiſtola Cyprian. docet, per eos, qui nimium citò lapſis manus imponunt, vtrumq; perdi, *vt & amiſſa ſit gratia, quæ de baptiſmi ſanctificatione percipitur: & non ſubueniat pœnitentia, per quam culpa curatur.* Vbi cùm ſignificet, pœnitentiam curare, quod poſt baptiſmum de baptiſmi ſanctificatione perierat: vtiq; docet, hanc, de qua loquitur, pœnitentiam non minus Sacramētum eſſe, quàm Baptiſmum. Quæ alioqui comparatio eſſet inter Sacramenta Dei, & opera hominum? Deniq; hic ordo agendæ pœnitētiæ apud Cypria. deſcribitur li. 3. Epiſt. 14. *Peccatores pœnitentia iuſto tempore acta ſecundū diſciplinæ ordinem, ad exomologeſim (id eſt, confeſſionem) veniunt, & per manus impoſitionem Epiſcopi & cleri ius communicationis accipiunt.* Et in Tractatu de lapſis docet, eos, qui vel cogitauerunt de ſacrificio Idolis immolādo, ipſum apud Sacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes, exomologeſim conſcientiæ facere ſolitos, dum admitti confeſſio poterat, dum ſatisfactio & remiſſio facta per Sacerdotes apud Dominum grata erat. Hæc omnia probant, & Nouitianos in eo hæreſim ſuā poſuiſſe, quòd Pœnitentiæ Sacramentum negârunt, & Catholicā Eccleſiam idem ipſum Sacramentum contra eos defendiſſe. id quod ex his, quæ poſtea ſubiungam, luce meridiana clarius euadet.

[a] Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium, lib. 7. cap. 7. Contra Nouatum, qui Eccleſiam tam miſerè diſciderit, ſanctum Baptiſmatis Sacramentum abrogauerit, & fidem ac cōfeſſionem, quæ Baptiſmum præcedunt, condemnauerit, nō ſine cauſa graue odium concepimus.

[b] Stephanus Pontifex Romanus (teſte Euſebio lib. 7. cap. 3.) cùm audiſſet, Cyprianū exiſtimaſſe, nō aliter, quàm per lauacrū Baptiſmatis, hæreticos in Eccleſiā admittēdos, hac de re aio

Equidem non puto, rationem tantam cuiuſlibet alterius, & præſertim tranſmarini Epiſcopi, aut in Africana, aut in vlla omnino Eccleſia habitam eſſe, quantam vndique probamus eſſe habitam vnius Pontificis Romani. Sed ad Stephanum Lucij ſucceſſorem ſe conferat oratio.

Ex ijs, quæ dicuntur à Cypriano lib. 1. Epiſt 4. conſtat, Baſilidē Aſturicæ, vt videtur, in Hiſpania Epi-
ſcopum, idololatriæ libello maculatum, à Sacerdotij adminiſtratione de iudicio Sacerdotum eius pro-
68 uinciæ fuiſſe repulſum, & alium in locum eius ſubſtitutū. *Baſilides aūt poſt crimina ſua detecta, & conſcien-*
tiam propria confeſſione nudatam, Romam pergens, Stephanū Pontificem Romanū longè poſitum, & geſtæ rei ac
veritatis ignarū fefellit, vt exambiret, reponi ſe iniuſtè in Epiſcopatum, de qua fuerat iuſte depoſitus. Hiſpania-
rum igitur Epiſcopi cùm viderent, Baſilidem ex authoritate Romani Pōtificis Epiſcopatum ſuum repe-
tere: hinc authoritate Sedis Apoſtolicæ, inde ſimulatione & fraude Baſilidis commoti, ad Cyprianum
& Epiſcopos Africæ ſcribunt, deſiderantes *iuſtam pariter ac neceſſariam ſuam ſolicitudinem vel ſolatio vel*
auxilio ſententiæ ipſorum ſubleuari. Cyprianus ergo & reliqui Epiſcopi reſcripſerunt, Baſilidem atq; etiam
Martialem, qui fuerat in eadem cauſa, iuſtè depoſitos videri, nec in priſtinū honorem reſtituendos eſſe:
eoſque perſeuerare Epiſcopos debere, quibus loco ipſorum manus fuiſſent impoſitæ. *Nec reſcindere* (in-
quiunt) *ordinationem iure perfectam poteſt, quòd Baſilides Romam pergens, ambiuit ſe iniuſtè in Epiſcopatum*
reponi. Iam ad totius cauſæ arcem ventum eſt. Quæri enim oportet, ob quam cauſam Cyprianus & re-
liqui Epiſcopi dicant, ſententiam Romani Pontificis non debere ſeruari. Nam ſi putārunt, illum nihil iu-
ris habuiſſe in longè poſitas Hiſpaniarum Eccleſias: omnino iſta ratio ſtat à Proteſtantibus. Sin dicāt (vt
verè dicunt) *obreptum Epiſcopo Romano fuiſſe*, nec id videri ab eo mandatū eſſe, quod vt mandaret, fraude
inductus fuit: tunc Magdeburgenſes cauſa ceciderunt, Catholica verò fides vicit. Audiamus ergo Cy-
69 prianum. *Hoc*, inquit (id eſt, vt Baſilides ad Stephanum Pontificem Romanū rei geſtæ ignarum pergens,
ambiret, reponi ſe iniuſtè) *Hoc* (inquam) *eò pertinet, vt Baſilidis non tam abolita ſint, quàm cumulata delicta,*
vt ad ſuperiora peccata eius, etiam fallaciæ & circūuentionis crimen acceſſerit. Neque enim tā culpandus eſt ille,
cui negligenter obreptum eſt, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. Obrepere autem ſi hominibus Ba-
ſilides potuit, Deo non poteſt, cùm ſcriptum ſit: Deus non irridetur. Vides iam, ſtudioſe Lector, ex iſta re pote-
ſtatem Epiſcopo Romano in Hiſpaniarum Eccleſias vehementer confirmari: tantum abeſt, vt tollatur
omnino, aut eleuetur. Nam qui ob eam ſolā cauſam dicit Baſilidem in Epiſcopatum reſtitui non debere,
quoniam fefellit Pontificem Romanum longè poſitum, & veritatis ignarū: eo ipſo fatetur, Pontificē Ro-
manum iure potuiſſe Baſilidē contra ſententiā Epiſcoporum Hiſpaniæ reſtituere, ſi iuſta fuiſſet Baſilidis
poſtulatio. Cyprianus igitur in facti cognitione Pontificē Romanū erraſſe dicit, nō aīt iure ac poteſtate
ita priuatum eſſe, vt illum reſtituiſſe nō potuerit. Et tamē in omni cognitione prima quæſtio illa eſt, verū
iure potuerit is cauſam cognoſcere, à cuius ſententia recedere conamur. Cùm aūt qui cauſam cognouit,
legitimus Iudex fuiſſe deprehēditur, tùm deinceps ad alia remedia confugiendū eſt. Cyprianus igitur cō-
tra Pōtificis Romani poteſtatē nihil iure obijci poſſe, videns, ad obreptionē Baſilidis ſe cōtulit, vt ſenten-
tiā Pōtificis irritā eſſe oſtenderet. Nam nec illi, quod petūt, obtinent, qui fallūt Imperatores (cùm Theo-
doſius & Valentinianus decreuerint, *vt mēdax precator careat impetratis*, in Codice Iuſtiniani lib. 1. tit. 25.)
ſed tamen non idcirco carēt Imperatores poteſtate priuilegia ijs conferendi, qui veritatem narrauerint.
Sed quorſum de Cypriani ſententia quærimus, cùm ille ipſe author fuerit eidem Stephano, vt in Galli-
canas Eccleſias iuriſdictionem ſuam exerceret? lib. 3. Epiſt. 13. *Marcianus* (inquit) *Arelate conſiſtens,*
70 *Nouatiano ſe coniunxit, & à Catholicæ Eccleſiæ vnitate, atque à corporis noſtri & Sacerdotij conſenſione diſ-*
ceſſit, tenens hæreticæ præſumptionis duriſſimam prauitatem, vt ſeruis Dei pœnitentibus & dolentibus, & ad
Eccleſiā lachrymis & gemitu, & dolore pulſantibus, diuinæ pietatis, & lenitatis paternæ ſolatia & ſubſidia clau-
dātur, nec ad fouenda vulnera admittantur vulnerati, ſed ſine ſpe pacis & cōmunicationis relicti ad luporum ra-
pinam & prædam diaboli projiciantur. Cui rei noſtrū eſt conſulere & ſubuenire, frater cariſſime, qui diuinā cle-
mentiā cogitantes, & gubernandæ Eccleſiæ libram tenentes, ſic cenſurā vigoris peccatoribus exhibemus, vt tamē
lapſis erigendis, & curandis vulneratis, bonitatis & miſericordia diuinæ medicinam non denegemus. Quapro-
pter facere te oportet pleniſſimas literas ad Coepiſcopos noſtros in Gallijs cōſtitutos, ne vltrà Marcianū peruicacem
& ſuperbū, & diuinæ pietatis ac fraternæ ſalutis inimicum, collegio noſtro inſultare patiantur. Et pòſt: *Dirigan-*
tur in prouinciam & ad plebem Arelate conſiſtentem à te literæ: quibus abſtento Marciano, alius in locū eius
ſubſtituatur, & grex Chriſti, qui in hodiernum ab illo diſſipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Et iterū.
Marcianus ſententiam non dicat, ſed accipiat, nec ſic agat, quaſi ipſe iudicauerit de Collegio Sacerdotum, quando
ipſe ſit ab vniuerſis Sacerdotibus iudicatus. Seruandus eſt enim anteceſſorum noſtrorum beatorum martyrū Cor-
nelij & Lucij honor glorioſus: quorū memoriam cum nos honoremus, multò magis tu, frater chariſſime, honorifi-
care & ſeruare grauitate & authoritate tua debes, qui Vicarius & ſucceſſor eorum factus es. Illi enim pleni ſpiri-
tu Dei, & in glorioſo martyrio conſtituti, dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœnitentia acta fructum com-
munica-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	24. Stephanus quem Hieronymus in Dialogo aduerſus Luciferianos, vocat vigeſimumſextum à B. Petro.	*Idem Æmilianus*
255		

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

runt, qui omnes licet à veritate in decernendo aberrarint, nõ tamẽ fecerũt hæreſim aut ſchiſma. Nec verò ab illis aliqui vnquam nominati ſunt Cyprianiſtæ. nec Cypriani populus (vt Pacianus teſtatur in Epiſt. 1. ad Sympronianum) aliud quàm Catholicus nominatus eſt. Hac enim conditione ſententias dixerunt, niſi aliter fratribus ſuis per totum orbem diffuſis videretur.

50. De Sabellianis.

Sabellius Afer Pẽtapolitanus (Noëti ſectator, & tam Hermogenis, quàm Praxeæ in hæreſi ſucceſſor) dicebat (authore Hilario in lib. 4. de Trinitate) eundem eſſe Patrem & filium, atq; (vt ex Epiphanio & Auguſtino conſtat) etiam Spiritum ſanctum: vt ſint in vna ſubſtantia tres nomenclaturæ. Hinc factum eſt, vt Sabelliani humanam filij naturam patri etiam imputarent velut pater natus & paſſus ſit pro nobis, ex quo ijdem dicti ſunt *Patripaſsiani*. Caliſtus eandem hæreſim ſectatus eſt authore Theodoreto libro 3. hæret. Fab. 7.

51. De Nepote Chiliaſta.

Nepos AEgyptius Epiſcopus promiſſa in ſacris Scripturis, quæ ſanctis viris fiebant, præſtanda in hoc ſeculo docens, dicebat homines mille annis victuros in delicijs corporis, & voluptate. adeo vt non modò ſchiſmata naſcerentur, ſed integræ Eccleſiæ à fide deficerent. Euſebius lib. 7. cap. 19.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

vehementer commotus fuit. *nihilque noui aut alieni à traditione ex Apoſtolorum temporibus deriuata moliendum arbitrabatur.* Hæc Euſebius. Porrò verba decreti, quod Stephanus promulgauit, apud Cyprianum habentur in Epiſtola eius ad Pompeium: *Si quis* (inquit Stephanus) *à quacunque hæreſi venerit ad nos, nihil innouetur, niſi quod traditum eſt, vt manus illi imponatur in pœnitentiam.*

Cyprianus in Epiſt. ad Iubaianum Patripaſſianos appellat *peſtes, quæ gladijs ac venenis ſubuertunt veritatem.*

Dionyſius Alexandrinus hæreſim Sabellij confutauit, vt apparet ex Euſebio lib. 7. cap. 5. itemque ex Athanaſio in libro quem ſcripſit de ſententia eiuſdem Dionyſij, vbi hæc habet verba: *In Pentapoli ſuperioris Lybiæ, quidam Epiſcoporum ſententias Sabellij amplectebantur, tantumq; eorum commenta inualuerant, vt vix vlterius filius Dei in Eccleſijs prædicaretur. Re cognita, Dionyſius, ad cuius curam eæ Eccleſiæ pertinebant, legatos miſit, qui authores harum rerum ab illis prauis opinionibus retraherent. Illis autem in impietate pergentibus, Epiſtolam ſcripſit, & humanitatem Chriſti ex Euangelijs commonſtrare, vt illis audacius filium Dei abnegantibus, & humana eius patri imputantibus, commonſtrata rei veritate (non patrem, ſed filium pro nobis hominem eſſe genitum) rudibus illis & inſcitis hominibus patrem non eſſe filium perſuaderet.*

Dionyſius Alexandrinus duos libros de promiſsis contexens, in illis Nepoti (viro alioqui non malo) contradicit, vbi etiam conqueritur, *Nepotianæ ſectæ Doctores legem & prophetas pro nihilo putare, Euangelia negligere, Apoſtolorum epiſtolas deprauare, nec pati homines de noſtra cum Domino coniunctionis, & de eius immortalem naturam aſsimilationis opere admirando cogitare: ſed perſuadere, abiecta & mortalia præmia tandem futura.* Denique in colloquio familiari Corationem eius opinionis apud Arſenoitem primarium quendam Doctorem eò adduxit, vt ab ea opinione diſcederet. Euſeb. lib. 7. cap. 19.

municationis & pacis negandum non eſſe, literis ſuis ſignauerunt, quam rem omnes omnino vbique cenſuimus. Neque enim poterat eſſe apud nos ſenſus diuerſus, in quibus vnus eſſet ſpiritus: & ideo manifeſtum eſt, eum Spiritus ſancti veritatem cum cæteris non tenere, quem videmus diuerſa ſentire. Significabis planè nobis, quis in locum Marciani Arelate fuerit ſubſtitutus, vt ſciamus ad quem fratres noſtros dirigere, & cui ſcribere debeamus.

Quàm multa, & quàm inſignia teſtimonia eliciuntur ex his omnibus Cypriani verbis, pro Pontificis Romani Primatu? Primùm animaduerto, Cyprianum ſentire, quòd Pontifex Romanus cũ Epiſcopis Galliarũ iure ſuo agere potuit, vt Martianum Arelatenſem Epiſcopum deponerent. Nec enim adhortatus eſſet Pontificẽ Romanum id facere, quod iniquum iudicaſſet. Deinde perpendo, maiorẽ fuiſſe Pontificis Romani, quàm Carthaginiẽſis poteſtatem in Eccleſias Gallicanas. Alioqui fruſtrà id ab illo petiſſet Cyprianus, quod ipſe non minore cum authoritate præſtare potuiſſet. Præterea video, hac in re maiorem fuiſſe Pontificis Romani, quàm aut Lugdunenſis Epiſcopi, aut cuiuſquàm præterea in Gallijs poteſtatem in ipſos Epiſcopos Galliarum. Nam in eadẽ Epiſt. Cyprianus ſignificat, *Fauſtinum Lugdunenſem Epiſcopum illi ſemel atque iterum de iſto Martiano ſcripſiſſe, addit q́; ſcire ſe, illa eadem Pontifici Romano iam per Fauſtinum, quàm per alios nunciata eſſe*. Fruſtrà verò Fauſtinus imploraſſet opem Romani Pontificis in ea cauſa, quam ipſe potuiſſet pleniore quapiam authoritate diſponere. Accedit eódem, quòd nõ modò Epiſcopi Galliarum, ſed etiam plebs Arelatenſis eo tempore & cognouit, & agnouit Epiſcopi Romani Primatum. Nam Cyprianus poſtulat, *vt dirigantur literæ à Pontifice ad plebem Arelate conſiſtentem*: qood nunquam feciſſet, niſi probè perſpectum habuiſſet, ne plebem quidem latuiſſe, quòd Pontifex Romanus etiam in Gallicanas Eccleſias poteſtatem legitimam haberet. Quid, quòd perſpicuè indicatur, quæcũque ab Epiſcopis omnibus contra Nouatianũ decreta ſunt, ea fuiſſe ab authoritate Romani Pontificis potiſſimùm profecta? *Illi enim lapſis* (inquit) *fructum pacis negandum non eſſe, literis ſuis ſignauerunt. Quam rem omnes omnino Pontifices Romani* ſiue ſua ſponte, ſeu ab alijs admoniti, ſuis literis ſignabant, ac deinde illas literas ad Primates mittebant, quorum opera eædẽ literæ ad ſingulos perferebantur Epiſcopos, vt ita omnium accedente conſenſu, ab omnibus eadem res decerneretur. Nec vllius momenti habitum eſt, ſi vnus aut alter Epiſcopus diſſenſiſſet. Cæterùm ſi res Pontifici Romano probata non fuiſſet, nunquam poterat vniuerſalis Decreti nomen auctoritatémue adipiſci. Cæterùm vt in eo, quod inſtituimus, progrediamur: Cyprianus ait, *Stephanum Papam debere in Martiano abſtinendo* (vt qui Nouatianus eſſet) *memoriam anteceſſorum ſuorum Cornelij & Lucij ſua grauitate & auctoritate ſeruare*. Non ergo res hæc erat cõſilij tantùm, aut exhortationis, verùm etiam auctoritatis. Debuit enim Stephanus auctoritatem ſuam ad hoc interponere, vt qui Nouatiani dogma, quod ſui anteceſſores damnauerant, defendere auderet, ab Epiſcopali ſede remoueretur. Iam verò nec illud otioſum eſt, quòd Cyprianus Cornelium & Lucium Pontifices Romanos vocat non ſolùm Stephani, ſed præterea *ſuos anteceſſores. Seruandus eſt* (inquit) *anteceſſorum noſtrorum Beatorum martyrum Cornelij & Lucij honor glorioſus*. Ac nimirum iſta ratione intelligitur, *quo mutuæ concordiæ glutino, & quo vnitatis vinculo Sacerdotum corpus ſit copulatum*. Nam cùm omnes Epiſcopi auctoritatem Romani Pontificis agnoſcerent, illiuſq́; Eccleſiæ Epiſcopos velut proprios anteceſſores numerarent, nec fas eſſe iudicarent, vt ab eorum Decretis recederent: factum eſt, vt vnius Cathedræ communis omnibus obſeruatio congregaret omnes in vnum, faceretq́; ne ſenſus eſſet diuerſus in ſingulis, quibus vna eſſet Cathedra, Epiſcopatus vnus, vna Eccleſia, vnus denique Chriſtus, & vnus Deus. Nam his gradibus videor me poſſe ad vnitatem Dei aſcendere, quibus antea Cyprianum à Deo *ad Cathedram vnam* deſcendiſſe perſpicimus, lib. 1. Epiſt. 8.

His ita poſitis, appareat facilè, quàm leuiter Magdeburgenſes huic D. Cypriani loco, quem Catholici magnopere vrgere ſolent, ſatisfacere conentur. *Alius* (inquiunt Centur. 3. cap. 7. pag. 164.) *alium monebat de ſuo officio. Sic Cyprianus lib. 3. Epiſt. 13. monet Stephanum Romanum Pontificẽ, vt ad Arelatenſem Eccleſiam ſcribat, & populum excitet ad deponendum Martianum, & ſubſtituendum alium.* Ergo totum hoc, de quo hactenus actum eſt, nihil aliud volunt eſſe, niſi excitationem quandam populi. At longè plura in Cypriani verbis iam ſunt annotata. Nam ſi tantùm excitatio populi quærebatur, quid cauſæ erat, cur Fauſtinus Lugdunenſis, aut etiam ipſe Cyprianus id efficere non poſſet? Quid neceſſe fuit, excitationem populi à Pontifice Romano tam ſeriò flagitare? Seriò enim agit Cyprianus, & velut rem magnã, quæ à ſe præſtari non poſsit, multis verbis perſuadere Pontifici Romano laborat. Excitat autem quiſque eò meliùs, quò eſt doctior, facundior & eloquentior. Certè non puto, Stephanum Cypriano aut doctiorẽ fuiſſe, aut facundiorem. Sed bene habet, quòd Magdeburgenſes dicunt, Cyprianom *monuiſſe Stephanum de officio ſuo*. Illorum igitur confeſsione, pertinuit ad officium Romani Pontificis, curare, vt Epiſcopus Schiſmaticus in Eccleſia diutiùs non præſideret. Nam impudentiſsimam calumniam, qoæ eodem in loco apud Magdeburgenſes in Cornelium Papam, velut auctorem, vt Calix Domini abſque vino in aqua ſola conſecraretur, vir doctiſsimus, & mihi ſumma familiaritate coniunctus Alanus Copus copioſè iam antè confutauit in Dialog. 1. cap. 16.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
256.	24. S. Stephanus Iulij filius Romanus.	Valerianus & Galienus an. 15.
		8. Perſecutio.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

52. De Hieracho.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Hierachas (vt eſt apud Hilarium lib. 4. & 6. de Trinitate) Vnigeniti ex Patre natiuitatem comparauit vnius lucernæ duobus luminibus, aut lychno in duas partes diuiſo, tanquàm eſſet ſubſtantia exterior, quæ, velut oleum aut alia quæpiam media materies, lumen ex ſe vtrumque protenderet.

a *Dici religioſè non exiſtimetur, quod impiè dictum & nunc & antè damnatum eſt.* Hilarius lib. 6. de Trinitate. Itaq; teſtatur, antequàm ipſe ſcriberet, opinionem Hierachæ de Diuinitate, velut lampade in duas partes diuiſa, condemnatam fuiſſe. Sixtus Secundus in Epiſt. 1. ait. *Agnoſce filium Dei ante omnia tempora de paterno vtero ineffabiliter generatum.* Et pòſt: *Quod pater eſt, id etiam eſt filius, Solomone dicente: Ego ex ore Altiſsimi prodij.*

b Hierachas (teſte Epiphanio hær. 67.) nuptias non admiſit, & ideo cum ſolis continentibus verſabatur.

b Cyprianus de habitu Virginum: *Cùm iam refertus eſt orbis, & mundus impletus: qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viuentes caſtrantur ad regnum. Nec hoc iubet Dominus, ſed hortatur, & cùm habitationes multas apud patrem ſuum dicat, melioris habitaculi hoſpitia demonſtrat.*

c Carnem negauit reſurgere.

c Hippolitus in oratione de conſummatione mundi, præterquam quod ait, *Chriſtum carnem ſuam tertia die ſuſcitaſſe:* etiam docet ex Danielis c. 12. & Iſaiæ 26. *excitandos è puluere terræ, qui ſunt in monumentis, & denique omnem carnem mortalium viſuram eſſe faciem Chriſti, cum ad iudicandum venerit.*

d Pueros ante cognitionem & merita certaminis morientes, reiecit à ſpe regni.

d Cyprianus lib. 4. Epiſt. 6. *Ob nomen Chriſti, à bimatu & infra qui fuerant, necabantur. Ætas nec dum habilis ad pugnam, idonea extitit ad coronam.* Et lib. 3. Epiſt. 8. *Eſt apud omnes ſiue infantes, ſiue maiores natu, vna Diuini muneris æqualitas.*

e Paradiſum ſenſibilem negauit.

e Methodius apud Epiphanium ſub hær. 64. *Paradiſus ex hac terra palàm locus eximius eſt.* Sixtus. 2. in Epiſt. 1. *Si antiquus hoſtis in paradiſo hominem ſtrauit, quis locus extra paradiſum eſſe poteſt, in quo mentes hominum penetrare non valeat?* §. Paradiſum igitur verè locum, ex eóque & ſenſibilem eſſe, Sixtus docuit.

f Melchiſedech putauit eſſe Spiritum ſanctum.

f Cyprianus lib. 2. Epiſt. 3. Quòd Melchiſedech, qui panem & vinum obtulerat, typum Chriſti portaret, declarat in Pſalmis Spiritus ſanctus. §. Spiritus ſanctus igitur de Melchiſedech locutus eſt, tanquàm de alio à ſe, imò tanquàm de Sacerdote & miniſtro ſuo.

Vnum illud iam ſupereſt explicandum in Cypriano. Maxima quæq; ad Epiſcopum Romanum referri
ſolita eſſe, iam oſtendimus. Iuter maxima verò non immeritò habita ſunt eiuſmodi Synodorum Decre-
ta, in quibus de fide quippiam eſſet definitum. Dico igitur, Cyprianum etiam in hac re veterem Eccleſiæ
morem obſeruaſſe. Ipſe id teſtatur lib. 2. in Epiſtola quam ad Stephauum Pontificem Romanum ſcripſit,
quæ numero prima eſt. *Ad quædam* (inquit) *diſponenda & Concilij communis examinatione limanda, ne-*
72 *ceſſe habuimus, frater chariſſime, conuenientibus in vnum pluribus Sacerdotibus, cogere & celebrare Concilium,*
in quo multa quidem prolata atq; tranſacta ſunt. Sed de eo vel maximè tibi ſcribendum, & cum tua grauitate ac
ſapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad ſacerdotalem auctoritatem, & ad Eccleſiæ Catholicæ vni-
tatem pariter ac dignitatem, de diuinæ diſpoſitionis ordinatione venientem. Mox autem proponit quæſtionẽ
de rebaptizatione in eadem Synodo agitatam, & (vt Epiſcopis Africæ videbatur) rectè atq; ordine defi-
nitã. Sed vel in hac vna re apparet, quàm neceſſaria Eccleſiæ Dei fuit vnius primi Paſtoris fides & præ-
ſidẽtia. Cùm enim D. Cyprianus tanta doctrina præditus, quanta in eius Epiſtolis & alijs operibus elucet,
tantaq́; pietate afflatus fuerit, vt pro Chriſti nomine martyrium ſubierit, cùm prætcrea frequentiſsimos
Sacerdotes in conſilium adhibuerit, nec anteceſſoris ſui Agrippini exemplo caruerit, quem imitaretur,
& tamen in cauſæ illius definitione vnà cum toto Concilio errare permiſſus ſit: cumq́; eodem ipſo tẽ-
pore Stephanus Papa cum ijs, qui ipſi aderant, Cypriani Decreto ſeſe oppoſuerit, & in contrariam ſen-
tentiam Decretum aliud verum & Catholicum promulgârit: profectò inſigni hoc exemplo Deus vo-
luit toti Eccleſiæ ſuæ reuelare, quantum inter Succeſſorem Petri, pro cuius fide rogaſſet, & alium quẽ-
cunq; Epiſcopũ, imò etiam frequentẽ Epiſcoporum Synodũ intereſſet. Sed hæc ſint alterius loci. Nunc
de Cypriani mente agitur, quam talẽ fuiſſe audacter dixerim, vt nullo modo ſibi licere putauerit, ab ea
fidei regula penitus diſſentire, quæ illis Epiſcopis & populis placuiſſet, qui manerent in Pontificis Roma-
ni communione. Probabilius quidem viſum eſt Cypriano, vt ab hæreticis baptizati de nouo in Eccleſia
baptizareutur, tanquam prior baptiſmus ipſo iure nullus extitiſſet. Nam vſq; adeò illi placuit ea ſenten-
tia, vt cùm vidiſſet, Stephanum Papam non modò illi non aſſentire, verùm etiam in contrariam partem
decernere: contra Epiſtolam & Decretum Stephani ſcribere non dubitauerit. Sed quid? An propterea
deſeruit Stephani communionem? Nihil minus. Et tamen ſi Proteſtantes verum docent, maior fuit Ste-
phano Cyprianus. Nam Poutifici Romano quidam Proteſtantium non niſi Romanam Eccleſiã & quaſ-
dam ſuburbicas, hoc eſt, vrbi vicinas ſubijciunt: qui verò plurimum ei tribuunt, vltra Italiam non ex-
tendunt eius poteſtatem. At Cyprianus fuit totius Africæ Primas, vt colligitur ex ijs Epiſcopis, quos vn-
dique ad tertiam Synodum ſuam Carthagihenſem conuocauit, quibuſq́; in ea Synodo præfuit. Nam ibi
aderant Epiſcopi ex Tripoli, ex Bizacio, ex Numidia, ex vtraq; Mauritania, hoc eſt, ex Cæſarienſi & Siti-
cenſi. Nam hæ ſunt Prouinciæ totius Africæ. Maior verò Africa eſt multis ſanè partibus, quàm Ita-
lia: & tamen Primas Africæ Decretum ſui Concilij refert ad Sedem Romanam, vt ab illa cognoſca-
tur & confirmetur, cùm interim Romana Sedes adeò ſeſe uon ſubiecerit Africanis Eccleſijs, vt con-
traria potius omnia definierit. Non ergo ita ſe res habuit, vt Proteſtantes impudentiſsimè affirmant.
Non Italiæ tantùm, ſed toti præterea Eccleſiæ Romanus Pontifex præpoſitus iam inde ab initio fuit, at-
que ita hodie perſeuerat. Hinc ad illam ſedem acta ſui Concilij refert Cyprianus, quod multò melius ex
Hieronymi verbis, quàm meis, intelligetur.

73 Hietonimus igitur in Dialogo aduerſus Luciferianos: *Conatus eſt Cyprianus, contritos lacus fugere, nec*
bibere de aqua aliena: & idcirco hæreticorum baptiſma reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ vrbis Epiſcopũ,
qui à Beato Petro vigeſimus ſextus fuit, ſuper hac re Africanam Synodum direxit: ſed conatus eius fruſtrà fuit.
Denique illi ipſi Epiſcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo ſtatuerant, ad antiquam conſuetudinem reuoluti,
nouum emiſère Decretum. Hinc apparet, Cyprianum *Synodi ſuæ Acta direxiſſe ad Romanum Põtificem,* cer-
tè vt eius aſſenſum ad id, quod agebat, obtineret. Sed quoniam Papa Cypriani Synodo, vtpote non rectè
docenti contradixit: Hieronymus dixit, Cypriani conatum fruſtrà fuiſſe, adeò vt Africani Patres reuoca-
to priore Decreto, nouum emiſerint. Quibus ex rebus facilè animaduertas, quanti ponderis etiam longè
ante Nicænam Synodum Põtificis Romani auctoritas in Eccleſia fuerit. Etſi enim Cyprianus cum alijs
octoginta Epiſcopis in Concilio Prouinciali decreuiſſet, baptizatos ab hæreticis in Eccleſia Catholica ba-
ptizandos eſſe, eamq́; rem multis Scripturis confirmare viſus eſſet: tamen quia Pontifex Romanus ali-
ter decreuerat, non eſt auſus Cyprianus, anathema illis, qui ſecus docuiſſent, denunciare, id quod Hiero-
nymus in eodẽ Dialogo atteſtatur. *Sciant* (inquit) *Cyprianũ hæc, quæ de Scripturis ob hæreticos rebaptizandos*
74 *in Epiſtolis ſuis reliquit, non cum anathemate eorum, qui ſe ſequi noluerant, edidiſſe: ſiquidẽ in cõmunione eorũ*
permanſit, qui ſententiæ ſuæ contrarierant, ſed hortatum potius fuiſſe propter Nouatum, & alias tũc hæreſes mul-
tas naſcentes, ne quiſquam ab ea ſine damnatione erroris ſui reciperetur. Sermonem denique ſuum, quem ſu-
per hac re ad Stephanum Romanum Pontificem habuit, tali fine compleuit: Hæc ad conſcientiam tuam, frater
chariſsi-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceßionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Vale-
257	Idem Stephanus ſedit an. 3 m. 3 d. 24.	rian & Galienus

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

53. De Paulo Samoſateno.

a Paulus Samoſatenus, præter Sabellianā hæreſim, quam eum tenuiſſe Epiphanius refert in hær. 65. etiam (vt eſt apud Euſebium lib. 7. ca 22. & 24 vbi ſe res ſua ætate geſtas prodere ait) Chriſtū dicebat communi ſolùm hominis natura præditum, nec aliud quicquàm fuiſſe. Conuictus à Firmiliano Cappadociæ Epiſcopo, ſentētiam ſe mutaturum pollicitus eſt, ſed fidem non ſeruauit. Canone Eccleſiæ relicto, ad doctrinam adulterinam ſe tranſtulit: in verbi Dei interpretes, qui è vita exceſsiſſent, palàm debacchatus fuit. Pſalmoſque & cantus in honorem Chriſti tanquàm à viris recentioris memoriæ editos exploſit. Hæc eadem imitati ſunt Lutherani & Zuinglıani horum temporum. Nam & regulam Eccleſiaſticæ prædicationis relinquunt, & interpretes, qui ex hac vita exceſſerunt, contemnunt, & Pſalmos cantuſque à Patribus compoſitos, velut à viris recentioris memoriæ editos exploſerunt. Iſta nec ipſi quidem negare poſſunt.

54. De Hæ-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a In Concilio Antiochiæ Paulus ſui erroris & peregrinæ opinionis perſpicuè conuictus eſt, & tùm ab Epiſcopatu, tùm à Catholica Eccleſia exturbatus, præcipua Malchionis cum eo diſputantis opera, qui presbyter & humanioris literaturæ in Antiochia magiſter fuit. deque ea re Patres, qui aderant, Epiſtolam cōmuni conſenſu ad Dionyſium Romanum & Maximum Alexandrinum Epiſcopos miſerunt, cuius exemplar ad omnes prouincias mittebatur, vt teſtatur Euſebius lib. 7. cap. 23. & 2 1. In qua Epiſtola cùm Pauli Samoſatenſis mores deſcribantur, Synodus in magno vitio ponit, quòd *in Patres vita functos debacchatus ſit, quodq́; priores cantus Eccleſiaſticos mutarit*, & nouos ipſe in ſui laudem inſtituerit, ſimulque populi, dum prædicaret, clamores & applauſus captauerit.

Confu-

chariſsime,& pro honore communi, & pro ſimplici dilectione protulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere, quæ & religioſa pariter,& vera ſunt. Cæterùm ſcimus quoſdam quod ſemel imbiberūt, nolle deponere,ſed,ſaluo inter collegas pacis & concordiæ vinculo,quædam propria,quæ apud ſe ſemel ſint vſurpata,retinere. Qua in re non vim cuiquam facimus,aut legem damus, quin habeat in Eccleſia adminiſtratione voluntatis ſuæ arbitrium liberum: vnuſquiſque ſit præpoſitus,rationem actus ſui Domino redditurus. Ad Iubaianum quoque de hæreticis rebaptizandis ſcribens,in fine libelli ſic locutus eſt. *Hæc tibi breuiter pro noſtra mediocritate reſcripſimus,frater chariſsime, neminì præſcribentes aut præiudicantes, quò minus vnuſquiſq; Epiſcoporum,quod putat,faciat,habens arbitrij ſui liberam poteſtatem. Nos,quantum in nobis eſt,propter hæreticos cum Collegis & Coëpiſcopis noſtris nō contendimus,cum quibus diuinam concordiam & dominicam pacem tenemus: maximè cùm & Apoſt. dicat: 1.Cor.11. Si quis autē putatur contentioſus eſſe,nos talem conſuetudinem non habemus,neque Eccleſia Dei. Seruatur à nobis patiēter & firmiter charitas animi,collegij honor,vinculum fidei,& concordiæ Sacerdotij.* Denique in ſententia, quam dixit primus in Synodo Carthaginenſi, *Supereſt* (inquit) *vt de hac ipſa re ſinguli quid ſentiamus proferamus,neminem iudicantes,aut à iure communicationis aliquem,ſi diuerſum ſenſerit,amouentes. Neque enim quiſquam noſtrûm Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit,aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem Collegas ſuos adigit,quando habeat omnis Epiſcopus pro licentia libertatis,& poteſtatis ſuæ arbitrium proprium,tamq; iudicari ab alio non poſsit, quàm nec ipſe poteſt alterum iudicare.* Cùm autem dicit,neminem ipſorum *ſe conſtituere Epiſcopum Epiſcoporum*, vtique ſignificat, ſe,quanquam ſit Primas, non tamen id ſibi ſumere, vt Collegis ſuis præſcribat,quid ipſi aut dicant, aut ſentiant. Nihil verò hæc oratio detrahit Pontifici Romano,qui non ſe conſtituit,ſed à Domino conſtitutus eſt Epiſcopus,non quidem Epiſcoporum (ſaltem quoad ordinem Sacerdotalem) ſed tamen etiam Epiſcoporum,quoad gubernationem omnium Chriſti ouium,& fratrum confirmationē. Qui enim ſunt æquales in poteſtate ordinis,poſſunt rectè impares in poteſtate iuriſdictionis inueniri. Noſtri autem inſtituti iam fuit,vt oſtenderemus, Cyprianū præclariſsima iudicia feciſſe de Primatu Romani Pontificis, id quod multò etiam apertiùs conteſtatus eſſet,niſi hæc opinionum diſſenſio inter ipſum & Stephanum Papam incidiſſet. Cæterùm cuiuſmodi eſt hoc, vt cùm tot modis primas Pontifici Romano concedat Cyprianus: hoc totum illo futili argumento Magdeburgenſes eleuare conentur,quia Pontificem Romanum vocat *fratrem, Collegam, & Coëpiſcopum ſuum*? Quaſi verò nos negemus, eos fuiſſe aut fratres,cùm ambo fuerint Chriſtiani: aut Collegas,cùm fuerint ambo Presbyteri: aut Coëpiſcopos,cùm fuerint ambo Epiſcopi,& quidem permagni ambo. Nunquid enim Prouinciam Cyprianus non habuit? Nónne dixit (lib.2.Epiſt.10) *Per Prouinciam noſtram hæc eadem Collegis ſingulis in notitiam pertulimus?* Prouincia verò etiam plures Epiſcopos comprehendebat,qui eidem Metropolitano ſuberant. Metropolis autem Africæ Carthago fuit, in qua ſedit Cyprianus. Non ergo ad nomina,ſed ad res attendamus,niſi volumus puerili more nominibus abuti ad rerum certiſsimarum euerſionem. Fuit Cyprianus plus quàm ſimplex Epiſcopus,ſi iuriſdictionem ſpectamus. Fuit etiam Pontifex Romanus plus quàm Primas, ſi ad Petri Cathedrā reſpicimus. Fuerunt tamen vtrique Epiſcopi: & pro humilitate,cui ex æquo ſtudebant,ambo non dici apud homines,ſed eſſe apud Deum magni laborabant. Adamum aut Noë non legimus aliquando Reges fuiſſe appellatos. Et tamen ſi res ipſas, & non ſola nomina conſideramus, nullus vnquam Rex cum illis conferri potuit,vel antiquitate Imperij, vel amplitudine regionum ſubiectarum, vel æquitate legum & diſciplinæ fidelis veritate. Apage ergò iſtas pueriles Magdeburgenſium nugas. *Nolite* (inquit Apoſtolus 1.Cor.14.) *pueri effici ſenſibus,ſed malitia paruuli eſtote,ſenſibus autem perfecti eſtote.* Sed hæc ſint ſatis de fide Cypriani & ſententia.

75 Vincentius Lirinenſis contra hæreſes cap. 9. *Mos iſte ſemper in Eccleſia viguit, vt quò quiſque floreret religioſior,eò promptius nouellis adinuentionibus contrairet. Vnum aliquod exemplum, & hoc ab Apoſtolica potiſsimùm Sede ſumemus,vt omnes luce clarius videant,beatorum Apoſtolorum beata ſucceſsio quanta vi ſemper,quanta ſtudio,quanta contentione defenderit ſuſceptæ ſemel Religionis integritatem. Quondam igitur venerabilis memoriæ Agrippinus Carthaginenſis Epiſcopus,primus omnium mortalium contra Diuinum Canonem,cōtra vniuerſalis Eccleſiæ regulam,contra ſenſum omnium conſacerdotum,contra morem ac inſtituta Maiorum,rebaptizandum eſſe cenſebat. Quæ præſumptio tantum mali inuexit, vt non ſolùm hæreticis omnibus formam ſacrilegij,ſed etiam quibuſdam Catholicis occaſionem præbuerit erroris. Cùm ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent,atque omnes quaquauerſum Sacerdotes pro ſuo quiſque ſtudio reniterentur: tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apoſtolicæ Sedis Antiſtes,cum cæteris quidem Collegis ſuis,ſed tamen præ cæteris reſtitit: dignum, vt opinor,exiſtimans,ſi reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret,quantum loci authoritate ſuperabat. Denique in Epiſtola,quæ tunc ad Africam miſſa eſt,idem his verbis ſanxit,nihil nouandum,niſi quod traditum eſt.* Ecce Epiſcopus Romanus reliquos omnes Epiſcopos loci authoritate ſuperabat, etiam ante Nicenum Concilium.

Diony-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	25.	
258.	S. Xyſtus Iunior Philoſophi filius Athenienſis Græcus, ſed. an. 1. m. 10. d. 23.	
	26.	
260	S. Dionyſius Monachus, ſe. an. 10. m. 5 d. 5.	
		Claudius an. 1. m. 9.
		Quintilius dieb. 17.
		Aurelianus an. 5. m. 6.
		9 Perſecutio.

☞ *Hæretici & Pſeudopropheta.*

54. De Hæreſibus Manichæorum.

ª Manes Perſa (vnde Manichæi) duodecim Apoſtolos ſibi adiungens, & in orbem mittens, Chriſtum volebat ſimulare, auctore Euſeb. lib. 7. cap. 25. cùm tamen Chriſtianus nunquam fuiſſet, ſed tantùm Cathecumenus, vt Cyrillus Hieroſolymitanus ait in Cathechesi 6.

ᵇ Manichæus dixit, filium eſſe partem vnius ſubſtantiæ patris, & id filium voluit intelligi, quod ex Dei ſubſtantia parte aliqua deductum apparuerit in carne. Hilar. de Trin. lib. 6.

De vetere Teſtamento.

ᶜ Veteris Teſtamenti Deus (inquit Manes) malorum eſt inuentor, dicens de ſeipſo, *Ego ignis cõſumens.*

ᵈ Et qualis Deus, qui obcæcat? Paulus enim dicit. In quibus Deus ſeculi huius obcæcauit mentes infidelium, vt nõ ſplendeat illis nomen Euangelij.

☩ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Confutatio hæreſeωn Manichæorum.

ª *Archelaus Caſchare in Meſopotamia Epiſcopus, Manetem in diſputatione vicit, iudicibus etiã externæ doctrinæ Philoſophis*, vt & Cyrillus Cathecheſi. 6. & Epiphan. ait Hær. 66.

ᵇ *Pia Eccleſiæ fides Manichæum damnat. Neſcit enim in filio portionem, ſed ſcit Deũ totum ex Deo toto, ſcit ex vno vnum, non deſectum, ſed natum: ſcit natiuitatem Dei nec diminutionem eſſe gignẽtis, nec infirmitatem eſſe naſcentis.* Hilarius de Trinit. lib. 6.

ᶜ Manetis & Archelai ea, quæ ſequitur, diſputatio extat apud Cyrillum in Cathecheſi 6. *Si Veteris* (inquit Archelaus) *Teſtamẽti Deus ignẽ ſeipſum dicit, cuius erit filius ille, qui dicit: Ignem volo in terram mittere? Si oderis eum, qui dicit: Dominus mortificat, & viuificat: quare honoras Petrum, qui Tabitham quidem ſuſcitauit, Saphirã autem mortificauit? Si oderis eum, eò quòd etiam mortem parauerit, quare non aderis eum, qui dicit: Ite in ignem æternum? Si odiſti dicentẽ: Ego Deus faciens pacem, & creans mala: perquire quid dicat Ieſus: Non veni mittere pacem ſuper terram, ſed gladium? Amborum ſunt æqualia dicta: ergo è duobus alterum ſit neceſſe eſt: aut vterque bonus, per eandem locutionem: aut ſi irreprehenſibilis Ieſus hæc dicens: quare vituperas eum, qui in lege Veteri ſimilia dicebat?*

ᵈ Lege quod præcedit paululũ: *Si verò eſt obſcurum Euangeliũ noſtrũ, in perditis eſt obſcurum. Vides, quòd in perditis obſcuratur. Non ſunt enim ſancta danda canibus. Nunquid autem ſolus veteris Teſtamenti Deus obcæcauit cogitationes infidelium? Ieſus autem ipſe nónne dixit: Propterea in parabolis loquor, vt videntes non videant?* Et pòſt. *Loquebatur Chriſtus his, qui audire non poterant, in parabolis: Diſcipulis autem ſeorſim diſſoluebat parabolas. Splendor gloriæ illuminatis, excæcatio autem infidelibus. Hæc myſteria, quæ nunc Eccleſia enarrat tibi Cathecumeno, non eſt mos Ethnicis enarrare.*

76 *Dionyſius* (apud Euſebium lib.7.cap.4.) poſtquàm Stephanum Pontificem Romanũ de omnium Oriẽtalium Eccleſiarum fide & conſenſione certiorem reddidiſſet, demum ita ſcribit: *Syria vniuerſa & Arabiæ veſtra doctrina & conſilia ſemper magna adiumenta fuiſtis, quibus etiam modò ſcripſiſtis Epiſtolas.* Curam igitur omnium Eccleſiarum ſemper hæc Sedes ſuſtinuit, etiamſi longiſsimè tùm ſpatio terrarum, tùm lingua & moribus à ſe abeſſent.

77 Maximus Taurinenſis, Hom.2. in Nátali D.Laurentij. *Xiſtum (cùm Apoſtolicæ Sedis Sacerdotio fungeretur) ante omnes ſummum Domini Sacerdotem furor gentilis aggreditur, vt Eccleſiaſtica membra, tam valido truncata capite, velut munimine præſidij cæleſtis amoto, cruentus perſecutor inuaderet.*

78 Hippolytus cùm Nouatiani ſchiſmate ab initio deceptus fuiſſet, poſteà ſententiam mutans, dum ad martyrium duceretur (vt Prudentij verbis vtar) conſultus, quænam ſecta foret melior:

Reſpondit: fugite, ô miſeri, execranda Nouati
Schiſmata, Catholicis reddite vos populis.
Vna fides vigeat, priſco quæ condita templo eſt:
Quam Paulus retinet, quamq́; Cathedra Petri.

Vt autem per Paulum, Romanam Eccleſiam à Paulo edoctam, ſic per Cathedram Petri perpetuam Pontificum in Eccleſia Romana Succeſsionem intelligit.

79 Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus (apud Euſebium lib.7.cap.8.) in cauſa Eccleſiaſtica & conſilium quærit, & *Xiſti Pontificis Romani ſententiam exquirit, veritus ne per errorem labatur.* Quod perinde eſt, ac ſi dicat, Pontificem Romanum in ſententia ſua de rebus Eccleſiaſticis lata non labi, vtpote qui ad fratrum fidem in rebus dubijs confirmandam à Chriſto ſit conſtitutus. Nec enim Dionyſius Xiſti ſententiam, velut qui doctior ſe fuiſſet, expetijt, ſed velut eius, qui primus Eccleſiæ Paſtor eſſet: vnde etiam prius ad Cornelium & Stephanum Pontifices Romanos de ſimilibus cauſis ſcripſerat. Auctoritas igitur Sedis, non hominum doctrina ſpectata eſt.

80 Athanaſius in lib. de ſententia Dionyſij Epiſcopi Alexãdriæ. *In Pentapole Superioris Lybiæ quidam Epiſcoporum ſententias Sabellij amplectebantur. Re cognita, Dionyſius (ad cuius curam ea Eccleſia pertinebant) epiſtola ſcripta humanitatem Chriſti ex Euangelijs commonſtrat, vt illis Filium Dei abnegantibus, & humana eius Patri imputantibus, Patrem non eſſe Filium perſuaderet.* Et pòſt: *Quidam ergo ex Eccleſia rectè quidem ſentientes, ſed tamen ignari eius cauſæ, ob quam Dionyſius ita ſcripſiſſet, Romam aſcenderunt, ibiq́; eum apud Dionyſium eiuſdem nominis Romanum Præſulem accuſauerunt. Re comperta, Dionyſius cùm abiecta poſtulaſſet à Romano Præſule, eaq́; accepiſſet, opus edidit ſub nomine Elenchi & Apologiæ ad ſe purgandum. Porrò ex Dionyſij Romani Epiſcopi voluminibus contra eos, qui Filium Dei creaturam aſſeuerant, ſcriptis, clarè oſtenditur, hæreſim Arianorum olim ab omnibus damnatam fuiſſe.* Primùm hoc in loco notandum eſt, antiquiſsimam fuiſſe illam Patriarcharum in certas regiones iuriſdictionem, & eam non in Niceno primùm Concilio conſtitutam, quia temporibus Dionyſij *Pentapolis Epiſcopo Alexandrino ſubiecta fuit.* Nec aliud ferè ex vllis Actis Eccleſiaſticis eius conſtitutæ Iuriſdictionis initium, quàm ab Anacleto Pontifice Romano deduci poteſt, qui ſic vnamquamque Sedem honorauit maximè, vt illa proprius ad D.Petri patrocinium & Cathedram aſpirauit. Deinde notandum eſt, *Epiſcopum Alexandriæ apud Romanum Pontificem fuiſſe accuſatum:* cùm tamen omnis accuſatio apud ſuperiorem Iudicem fiat. Denique Romanus Pontifex volumina mox edidit in fidei Catholicæ defenſionem, ne illa ex vlla parte læderetur, vtpote ad cuius officium pertinuit confirmare fratres ſuos. Cùm Epiſcopi Orientales (vt eſt apud Euſebium lib.7.cap.22.23. & 24.) Antiochiæ in vnum conuenientes, Paulum Samoſatenum Antiochiæ Epiſcopum ob hæreſim (qua Chriſtum dicebat nudum hominem fuiſſe) gradu ſuo deiecissent, atq; in locum Samoſateni Domnum rectè ſentientem ſubſtituiſſent, deberentque ex antiquo more alios per totum orbem Epiſcopos de noua iſta electione certiores facere, vt omnes & ſinguli ſcirent, quibus ſcribere, & à quo literas communionis accipere oporteret: mox communi conſenſu Epiſtolam miſerunt. Ad quem tandem? *Ad Dionyſium Epiſcopum Romanum nominatim,* velut ad principium & Caput Catholicæ huius communionis: atque etiam nominatim ad Maximum, qui Eccleſiam Alexandriæ procurabat, velut ad Patriarcham, qui ſecundas poſt Epiſcopum Romanum teneret. Vnde conſtat, iam ab initio Eccleſiæ, Primatum ſemper fuiſſe penes Pontificem Romanum, eamque rem nulli Epiſcopo nec in Oriente quidem, nedum in Occidente, ignotam fuiſſe.

81 Dionyſius in Epiſt. ad Seuerum Epiſcopum. *De Eccleſiis Parochianis, vnde Apoſtolicam Sedem conſulere voluiſti, qualiter ſint per Cordubenſem Prouinciam diuidenda Sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis videtur intimare, quàm vt ſequaris, quod nos in Romana Eccleſia nuper egimus: Eccleſias verò ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus, vt nullus alterius Parochiæ terminos inuadat. Hanc quoque normam, chariſsime, te & omnes Epiſcopos ſequi conuenit. Et quod tibi ſcribitur, omnibus quibuſcunque potueris, notum facias, vt non ſpecialis,*

ſed ge-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
271.	27. S Felix, Cõſtantij filius Romanus ſedit an.4. m.5.	Tacitus m.6.
		Florian' m.2. d.20.
275.	28. S.Eutychianus Maximi filius, Lunẽſis, Tuſcus ſedit an.8. m.6.d.4.	Prob' an.6. m.4.
		Car' cum Carino & Numeriano an.2.
283.	29. S Caius, Cai filius, Salonenſis Dalmata ſedit an 12.m.4. d 6.	Diocletianus et Maximian' an.20
		10. Perſecutio.
296.	30. S.Marcellinus Proiecti filius Romanus, ſed an.7 m.[illegible] d.26.	Conſtanti' m.1. an 15

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Principijs.

e Manichæi poſuerũt duo principia cõtraria & coæterna: Deũ, & materiam : Lucẽ & tenebras: bonum & malum. Epiphanius Hær.66.

De malo.

f Malum dicunt certam habere ſubſtantiam . Vnde concupiſcentiam carnalem volunt ſubſtantiam eſſe nobis contrariam, quæ ſeparetur ab ijs, qui purgantur.

g Animas de ſubſtantia Dei eſſe dicunt.

De libero arbitrio.

h Manichæorũ eſt (inquit Hieronymus in proœmio Dialogorũ aduerſus Pelagianos) hominum damnare naturam, & liberũ auferre arbitriũ, & adiutoriũ Dei tollere. Itemq; fatum (inquit Socrates lib.1. cap.17.) Manichæus introducit, quod in noſtra ſitum eſt poteſtate, tollit . Quæ omnia verba cùm ad eandem rem pertineant: tamen illa de fato, Magdeburgenſes inter Manichæi hæreſes poſuerũt, de ſublata verò per eundem Manichæum arbitrij noſtri poteſtate, nihil dixerunt: ne ſi ſeipſos cũ Manichæis in tollenda arbitrij libertate cõſentire prodidiſſent , ſuo miſeri iudicio perijſſent . Manichæos verò ſuſtuliſſe liberũ arbitrium, Chryſoſtomus etiam ait , Hom. 45. in Ioan. & Auguſtinus in lib. contra Fortunatum Manichæũ.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

e Minutius Fœlix in Dialogo (qui inter libros Arnobij aduerſus gentes octauum locum tenet, quiq; Octauius inſcribitur:) *vnius imperio cœleſte regnum gubernari, non eſt multi laboris aperire, cogitanti Imperia terrena, quibus exemplũ vtiq, de cœlo. Quando vnquam regni ſocietas aut cum fide cœpit, aut ſine cruore diſceſsit?*

f Auctor Iuſtino annexus, qui circa hoc tempus vixiſſe creditur , in quæſtionibus (quas à Chriſtianis propoſitas Ethnici nõ rectè diſſoluerunt) in reprehenſione 1. ſic habet: *Bona ſunt, quæ hic ſunt omnia: nec maximũ malũ in eis vllũ eſt per eſſentiã. Ac Deus diẽ conſtituit , quo ſcelera omnia delebũtur. Interim permittit, vt ea mala faciamus, quæ ſpontè ſuſcipimus ac diligimus, nõ propter imbecillam vim, qua ſit præditus, ſed vt & noſtrũ liberum arbitrium , & ipſius patientia declaretur, ſine quibus nec nos homines, nec ipſe bonus, in hoc vitæ ſtatu eſſe poſſet.*

g Apud Iuſtinum in Quæſtion. quas gentes Chriſtianis poſuerunt. *Hoc differt Deus ab anima quo effector ab eo, quod effectorem habet.*

h Minutius Fœlix in Dialogo quem inſcripſit *Octauium*. Nec de fato quiſquam aut ſolatiũ capiet, aut excuſet: *mens tamen libera eſt, & ideo actus hominis, non dignitas iudicatur*. Quid enim aliud eſt fatum, quàm quod de vnoquoque noſtrûm Deus fatus eſt? *Qui cùm poſsit præſcire materiam, pro meritis & qualitatibus ſingulorum etiã fata determinat. Ita in nobis nõ genitura plectitur, ſed ingenij natura punitur.* § Ex his conſtat, Minutij verba de meritis præſcitis non niſi ad merita pœnarum referenda eſſe : vt nemo intelligatur, ex fati neceſsitate, ſed voluntariè peccare, cùm interim non dicat, ſolam hominis voluntatem ad hoc ſufficere, vt bonum quod cupit , ſuis viribus efficere queat. Ad hoc enim gratia Dei opus eſſe fatemur, quã ſolius Chriſti merita nobis primùm acquirunt. Sed tamen & illa Dei gratia cùm naturam hominis non mutet, ſed ad altiora euehat , etiam libera & grata voluntate ſuſcipitur.

ſed generalis ſit iſta præceptio. Porrò Damaſus in Pontificali narrat, hunc Dionyſium Papã *Presbyteris Eccleſias diuiſiſſe, & cœmiteria, Parochiaſq; & Diœceſes conſtituiſſe.* Collata igitur Epiſtola Dionyſij cum Damaſi teſtimonio, manifeſtè indicat, Pontificis Romani poteſtatem ſeſe ad omnes Epiſcopos extendiſſe: vtpote quibus Parochiarum terminos obſeruandos præſcripſerit.

82 Cùm Paulus Samoſatenus in Concilio Antiocheno de Epiſcopatu deiectus (vt eſt apud Euſebium lib.7.cap.24.) ex Epiſcopi domo, quæ illius Eccleſiæ propria erat, exire nollet: Imperator Aurelianus de ea re rogatus ſententiam, ſanctiſsimè, quid eſſet agendum, decreuit. Præcepit enim, vt domus Eccleſiæ illis tribueretur, *quibus Chriſtiani Italiæ & vrbis Romæ Epiſcopi per literas tribuendam præſcriberent.* Veriſimile autem eſt, Imperatorem ab ijs, qui Chriſto in comitatu eius nomen dederant, hac de cauſa inſtructum fuiſſe. Ita enim reſpondit & decreuit, ac ſi iam noſſet, Orientales etiam Eccleſias Romani Pontificis, & Epiſcoporum Italiæ (qui ſolent ei adeſſe in Concilio) Decreto gubernandas eſſe. quod ipſum etiam Euſebius (& ipſe Orientis Epiſcopus) ſanctiſsimè decretum fuiſſe, teſtatur.

83 Felix Papa in Epiſt.3.ad Benignum Epiſcopum: *Me requiſiſti ſuper fidei documentis.* Et pòſt: *Semper enim dubia & maiora negotia terminum ab hac ſancta Sede (à tempore Apoſtolorum, qui eã ſuis documentis inſtruxerunt) accipere conſueuerunt.*

84 Euſebius in Chronicis dicit, *D. Petrum fuiſſe primum Pontificem Chriſtianorum,* additque eundem Petrum annis 25. perſeueraſſe *vrbis Romæ Epiſcopum.* Porrò tam in Chronicis, quàm in Eccleſiaſtica hiſtoria (lib.3.ca.4.) ſcribit, *Linum Romanam Eccleſiam primùm poſt Petrum rexiſſe.* Et in lib.4.cap.1. ait, *Alexandrum ſucceſſione à Petro & Paulo ducta, quintum Romanæ Eccleſiæ Pontificem fuiſſe.* Cùm igitur Petrum dicat fuiſſe primum Chriſtianorum Pontificem, Epiſcopos autem Romanos D. Petri Succeſſores eſſe doceat: non eſt dubium, quin etiam ſenſerit, Epiſcopos Romanos eſſe primos Chriſtianorum Pontifices. Quid quòd cùm ex propoſito præcipuarum Eccleſiarum Epiſcopos nominet, ſucceſsioneſque deſcribat (niſi aut occaſio rei narratæ, aut ratio temporis atq; hiſtoriæ aliud poſtulet) primas in Epiſcoporum enumeratione tribuit Romanis Epiſcopis, ſecundas ferè Alexandrinis, tertias Antiochenis, vt videre licet apud eundem Euſebium lib.3.cap.12.lib.4.cap.4.10.18.ac 19. Item lib.5.cap.21.lib.6.cap.15.22.ac 23.lib.7.cap.13.24.ac 26. Hinc videas, quàm longè ab ipſa veritate abſit, quod ab ipſis Magdeburgenſibus in Centuria 3.cap.7.pag.173. ſcriptum eſt. *Nec Euſebius* (inquiunt) *cùm paſſim Romanorum Pontificum facit mentionem, vſquã eis præ cæteris plus attribuit iuris aut etiam dignitatis.* An plus Romanis Epiſcopis præ cæteris non tribuit, qui eos & D. Petri (quem *primum Chriſtianorum Pontificem fuiſſe tradit*) ſucceſſores vocat, & in Catalogo Apoſtolicarum Eccleſiarum primos tot in locis tanto conſenſu collocat? Imò cùm liquidò pateat, Eccleſiaſticam Euſebij Hiſtoriam prius finitam eſſe, quàm Concilium Nicænũ indiceretur (vnde nec eius Concilij mentionem in hiſtoriarũ libris facit) cumq; præcipuè agat de præcipuarum Eccleſiarum ſucceſsionibus, inter præcipuas verò Eccleſias vbique numerat Romanam, Alexandrinam, Antiochenam & Hieroſolymitanam, ex ijs autem quatuor Sedibus, Romanam cæteris præferat: certum eſt, ex Euſebij libris euinci poſſe, quòd & Romanæ Eccleſiæ Primatus, & cæterarum trium prærogatiuæ Concilio Nicæno antiquiores fuerunt.

85 Synodus Sinueſſana ex trecentis Epiſcopis & 30. presbyteris conſtans, ac de Marcellini Epiſcopi Romani apud Idola thurificatione agens (vt legitur in Tomo.1. Conciliorũ) eũ etiã conuictũ præterquam ex ore ſuo condemnare non audet, quoniam prima Sedes non iudicabitur à quoquam. Sed cùm, cinere caput conuolutum habens, clamaſſet, *peccaui coram vobis & non poſſum in ordine eſſe Sacerdotum, quoniam auarus me corrupit: tunc ſubſcripſerunt in eius damnationẽ, dicentes: quia ore ſuo anathematizatus accepit maranatha. Nemo enim vnquam iudicauit Pontificem, nec Præſul Sacerdotem ſuum, quoniam prima Sedes nõ iudicabitur à quoquam. Ecce Romana Sedes prima eſt, & ideo non iudicatur à quoquam,* quia nec par in parem, nec inferior in ſuperiorem, vllam poteſtatem habet.

De cauſa Cæciliani.

86 ~~Auguſtinus contra Epiſt. Parmeniani lib.1.cap.5. [illegible] Conſtantini à iudicibus Epiſcopis cauſa Cæciliani [illegible] quibus præfuit Melchiades Romanæ vrbis Epiſcopus. Et contra Iulianum Pelagian. lib.1.cap.2. Melchiade Apoſtolicæ ſedis Epiſcopo præſidente, [illegible] R[illegible] ſe habens.~~ Poſt Cæcilianum ritè apud Carthaginem ordinatum Epiſcopum, Donatus de Numidia veniens, & Lucillæ potentis fœminæ opibus adiutus, Maiorinum per ſchiſma ibidem ordinauit. Sed cùm & Clerus, & plebs Cæcilianum retinere Epiſcopum ſtatuiſſet: Donatiſtæ ad Conſtantinum cauſam Cæciliani detulerunt. Sed quia (vt Auguſtinus ait in Epiſt.166.) *Conſtantinus non eſt auſus de cauſa Epiſcopi iudicare, eam diſcutiendam atque finiẽdam Epiſcopis delegauit.* Dati ſunt iudices, de Gallia tres, de Italia quindecim, qui omnes cùm ad vrbem veniſſent, præſidente Milciade Romano Pontifice, cauſa cognita, & iu-

87 dicium ab eodem Milciade his verbis clauſum eſt (vti Optatus lib.1.contra Parmenianum refert) *Cæcilianum ſuæ communioni Eccleſiaſtica integro ſtatu retinendum meritò eſſe cenſeo.* De qua eti[illegible] re ita ſcribit B. Augu-

X sed adscribamus hoc in loco ipsius Constantini literas ad Melchiadem episcopum Romanum datas quæ extat apud Eusebium lib. 10. cap. 5. Quoniam [illegible] [illegible] possidet. [illegible] Dei [illegible] [illegible] Episcopo Romano et [illegible]

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceßionem continuatam non habent.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
304	31. S. Marcellinus Benedicti filius Roman' de regione via lata. Sedit. an. 5. m. 6. d. 21.	Galerius an. 16.	
309	32. S. Euſebius. Medici filius Græcus. Sedit. an. 1. m. 7. D. 27.	Maxentius & Maximinus an. 6.	
311.	33. S. Miltiades Apher. ſedit an. 3. m. 2.		

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

i Chriſtum non [illegible]ſſe in carne vera, ſed mortem ac reſurrectionem ſimiliter eſſe mentitum.

k Nuptias damnant.

l Carnibus velut immundis non veſcuntur.

m Baptiſmum in aqua nihil perhibent ſalutis afferre.

n Vnà cũ Pythagora & Platone dicebant, ſolas animas perpetuò manere, & in alia vel hominum vel pecudum corpora tranſmigrare: Ipſa autem corpora nullo modo reſurgere.

o Reliquæ Manichæorum opiniones, de toto belli genere dãnato, de ſacrificijs externis (præter puras preces) omnino reiectis, de Imaginum Sanctarum vſu improbato: ac denique de falſa Manichæorum perfectione & alijs eius generis, ſub Fauſti Manichæi nomine deinceps cõfutabuntur. quia nec iſta omnia dogmata primo ſtatim die ſunt condita, nec ab omnibus ſimul Manichæis ex æquo recepta.

p Donati

☙ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

i Eutychianus Papa in ep. ad Ioannẽ & Epiſcopos Bæticæ. *Vitam ſuam neſcit, qui Chriſtum Ieſum, vt verum Deum, ita & verum ignorat hominem.*

k Minutius in Octauio. *Nos vnius matrimonij vinculo libenter inhæremus. cupiditate procreãdi aut vnam ſcimus, aut nullam.* §. Intellige Chriſtianos vnam tantùm vxorem ſimul habuiſſe.

l Lactantius de ira Dei. c. 13. *Omnia quæ generat mundus, ad vtilitatẽ hominũ accõmodata ſunt: animãtes quidẽ partim ad cibũ, partim ad veſtitũ.*

m Melciades Papa in ep. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. *Spiritus ſanctus ſuper aquas Baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu: in baptiſmo regeneramur ad vitã: Regeneratio per ſe* (*id eſt*, abſq; Confirmationis Sacramẽto) *ſaluat mox in pace beati ſeculi recipiendos: Confirmatio armat & inſtruit ad agones mundi huius & prælia reſeruandos.*

n Minutius in Octauio. *Iſta ſententia* (quæ corporibus diſſolutis animas ſolas perpetuò manere, & in noua corpora ſæpius vult cõmeare) *nõ Philoſophi ſtudio, ſed Mimi officio digna eſt. Vide adeo quàm in ſolatiũ noſtri, reſurrectionem futurã omnis natura meditetur! Sol demergit, & naſcitur: aſtra labũtur, & redeũt: flores occidũt & reuiuiſcũt: poſt ſeniũ, arbuſta frõdeſcũt, ſemina nõ niſi corrupta reuireſcũt: ita in ſeculo corpus, vt arbores in hyberno occultãt virorẽ ariditate mẽtita. Quid feſtinas, vt cruda adhuc hyeme reuiuiſcas, & redeas? Expectandum nobis etiam corporis ver eſt.*

o Quidam nomine Viator (apud Auguſtinum in hær. 46) tres Manichæorum ſectas fuiſſe dicebat: vnam, quæ maneret in ſpeciali nomine *Manichæorum*: alterã, quæ dicebatur *Macarij*, ſiue à certo authore, ſeu velut beati & *electi*: nam ſic appellabantur, qui ſanctius & excellentius auditoribus ſuis viuere putabantur) tertiam quæ dicebatur *Cathariſtæ*, id eſt, purificatores, qui per alimenta, quæ ſumebant, bonum à malo purgare ſe & liberare putabant. hi carnibus non veſcuntur, tanquàm de occiſis fugerit diuina ſubſtantia, nec aliquid iam remanſerit dignum, quod in Electorum ventre purgetur. Denique Euſebius lib. 7. cap. 25. ait, *Manichæum falſa & impia dogmata ex infinitis erroribus iam olim extinctis in vnum conferſiſſe.*

q Cæci-

B. Auguſtinus Epiſt. 162. *Qualis ipſius B. Meltiadis vltima eſt prolata ſententia, quàm innocens, quàm integra, quàm prouida atque pacifica? qua neque Collegas, in quibus nihil conſtiterat, de collegio ſuo auſus eſt remouere. & Donato ſolo, quem totius mali principem inuenerat maximè culpato, ſanitatis recuperandæ optionem liberam fecit, cæteris paratus communicatorias literas mittere, etiam ijs, quos à Maiorino ordinatos eſſe conſtaret: ita vt quibuſcunque locis duo eſſent Epiſcopi, quos diſſenſio geminaſſet, eum confirmari vellet, qui fuiſſet ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda prouideretur. O virum optimum, O filium Chriſtianæ pacis, & patrem Chriſtianæ plebis! Conferte nunc iſtam paucitatem cum illa multitudine Epiſcoporum: neque numerum numero, ſed pondus ponderi comparate.* Confert autem, atque adeo præfert octodecim Epiſcopos cum Milciade Romano Pontifice in iudicio ſedentes, ijs *ſeptuaginta Epiſcopis*, qui Cæcilianum
88 abſentem temerè damnauerant. Denique ait (in eadem Epiſt. 162.) quòd *Cæcilianus Carthaginis Epiſcopus poſſet nō curare conſpirantem multitudinem inimicorū, cùm ſe videret & Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus, & cæteris terris, vnde Euangeliū ad ipſam Africam venit, per cōmunicatorias literas eſſe coniunctū, vbi paratus eſſet cauſam ſuā dicere, ſi aduerſarij eius ab eo illas Eccleſias alienare conarentur.* Ergo Auguſtinus fatetur, nō modò ante Nicenū Conciliū primū, ſed etiam *ſemper, ſemper*, inquam, *Apoſtolicæ Cathedræ Principatum* non modò fuiſſe, verùm etiam *viguiſſe in Eccleſia Romana*, ob eamque cauſam Cæcilianum cum Milciade Epiſcopo Romano, & cum cæteris coepiſcopis eius cōmunicantē, *potuiſſe nō curare alios etiā ſeptuaginta Epiſcopos*, omnēq; Clerū, & plebē illis adhærentē, qui ſeorſim cōmunicabant. Vnde, obſecro, hæc libertas Cæciliano tributa eſt, vt poſſet ſeptuaginta Epiſcopos Africæ, hoc eſt, prouinciæ ſuæ nō curare, modò cū Eccleſia Romana, & cū cæteris Epiſcopis in Romani Pōtificis cōmunione permanētibus cōmunicaret, niſi quia Romanus Pōtifex propiùs eſt cū Carthaginēſi Epiſcopo cōiunctus, quàm ipſi Africæ & Numidiæ Epiſcopi erant. Etenim ſi ad originē præſidēdi aſpicimus, caput pedibus eſt vicinius, quàm femur & tibia: nā caput ægris pedibus cōſulere atq; medicinā facere poteſt: tibia verò & femur non item. Chriſtus aūt in Euāgelio definiuit, eum eſſe proximum, qui benignisſimā vulnerato homini manū præbuit. Itaq; cùm Romanus Pont. viſibile principiū totius Eccleſiaſticæ vnitatis fuerit, qui principiū hoc tenet, meritò poteſt eos, qui ab eodē principio deflectunt, nō curare. Præterea quando Milciades paratū ſe dixit cæteris Epiſcopis Africæ (præter Donatū ſolum) *cōmunicatorias literas mittere*, eāq; benignitatē Auguſt. ita laudat, vt eum *virū optimū, & filium Chriſtianæ pacis, patremq; Chriſtianæ plebis appellet*: nónne eo ipſo tā Milciades, quàm Auguſtinus conteſtantur, in manu Pontificis Romani poſitū fuiſſe, vt Donatiſtæ nō haberētur amplius ſchiſmatici, idq; propterea quòd *Pontifex Rom. communicatorias literas illis miſiſſet?* Aut poterat alius quiſpiam in orbe terrarum Epiſcopus communicatorias literas illis, qui tunc ſchiſmatici eſſent, mittendo, eoſdem in Eccleſiæ corpus colligere? Imò verò ſi quiſquàm, præter primum, hoc eſſet conatus, multò citius ſeipſum in aliorum ſchiſmate implicaſſet, quàm alios à priore diuiſione in vnitatem Eccleſiæ reſtituiſſet. Ordo in Eccleſia retinendus fuit: ordinis verò principiū neceſſariò erat in Apoſtolicæ Cathedræ Principatu. Nā quid poteſt prius eſſe Principatu ipſo? Porrò *Apoſtolicæ Cathedræ principatus in Eccleſia Romana ſemper viguit.* Inde igitur Eccleſiaſticæ communionis principiū petendum erat, inde ſchiſmatici reconciliationis obtinēdæ ſpem præcipuā habere debuerunt. Iterum atque iterum perpende, ſtudioſe Lector, non verba modò auctorum, ſed multò magis rationes, ac ſententias verborum. Miltiades paratus fuit *dare cōmunicatorias literas Africanis*, qui Cæciliano Catholico Epiſcopo hactenus aduerſati erant. Auguſtinus verò ait, *Cæcilianum potuiſſe non curare Epiſcopos Africæ*. Cur ita? Quoniam *cum Romano Epiſcopo communicaſſet.* At quanti hoc (inquies) refert? Aut nónne Primatis Numidiæ communio tanti valet, quanti communio Romani Epiſcopi? Nullo modo. Quas tandem ob cauſas? Quia *ſemper in Romana Eccleſia viguit Apoſtolicæ Cathedræ Principatus.* Qui autē ſeruat Principatum Apoſtolicæ Cathedræ, de cætero ſecurus ēſt: ſicuti ex altera parte qui excidit Apoſtolicæ Cathedræ Principatu, per nullius præterea cūmunionem ſecurus vnquàm erit. Perturbatum quippe & ab ordine recto alienū eſt, quicquid extra ipſum principium ſeu principatū inuenitur.

Conſtantinus Magnus Romæ conſtruxit Baptiſterium, quod Ammianus Marcellinus in lib. 27. *Conſtantinianum lauacrum* appellat. vbi baptizatum eſſe Imperatorem *Damaſus* in vita Silueſtri narrat, eandemque hiſtoriam Adrianus Pontifex in Epiſtola ad Conſtantinum & Irenem commemorat. Et Adriano longè antiquior Gregorius Turonenſis lib. hiſtor. 2. numero 31. Clodoueum iam baptizandum dicit *proceſſiſſe, velut nouum Conſtantinum ad lauacrum, vt qui lepræ veteris morbum deleturus eſſet.* Adde huc Bedam de ſex ætatibus mundi, anno mundi. 4288. Zonaram Tom. 3. Cedrenum in compendio hiſtoriæ, Nicephorum libro 8. cap. 3. Petrum de Natalibus in lib. 5. de Sanctis cap. 26. Nec ſanè alioqui veriſimile eſt, tam pium virum poſt tanta Dei beneficia in ipſum collata, baptiſmum ſuum vſque ad mortem fuiſſe dilaturū, & ſalutari myſteriorum fructu per annos ferè 30. fuiſſe cariturū, præſertim cùm & Synodo Nicenæ interfuerit, & multas res Eccleſiaſticas reſcriptis ſuis expedierit, & Perſas ad fidē inuitârit.

Quod

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
214	34. S. Syluester Ruffini filius Romanus.	Conſtantinus.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

* Donati duo fuerunt: vnus, qui de Numidia veniens Maiorinū ordinauit Carthaginis Epiſcopum, cùm Cæcilianus iam antè fuiſſet ritè ordinatus: hic erat princeps hæreſis Donatiſtarum. Sed Maiorino ſucceſsit alius Donatus in eodē ſchiſmate Epiſcopus, qui eloquentia ſua confirmauit hæreſim Donatiſtarū. Ab vtrouis horum Donatiſtæ appellari potuerunt. Hi ſchiſma potius, quàm hæreſim ab initio condiderunt.

55. De Schiſmate Donati.

a Donatus ab Epiſcopis nouēdecim, à quibus erat condemnatus, ad Cæſarem appellauit. Ex quo apparet, ſchiſmaticos hoc animo iā olim fuiſſe, vt Imperatorū & regū tribunalia vellēt Epiſcoporū cognitionibus etiam in cauſis eccleſiaſticis anteferri. quam hæreſim multi Proteſtantium hodie ſequuntur.

b Donatiſtæ dicebant, Catholicam Eccleſiam eſſe apud ſe, nec rationem vllam Epiſcoporum aut Galliæ, aut Italiæ, aut vrbis Romæ habebant, cùm tamen octodecim Epiſcoporū iudicio, præſidente illis Romano Pontifice, condemnati fuiſſent, velut iniuſti accuſatores Cæciliani, & ſchiſmatis authores. Hodie itidē pauci, & nuper nati Lutherani dicunt, Eccleſiam Catholicam eſſe apud ſe. Zuingliani verò etiā apud ſe eſſe, cùm tamen & ipſi à ſe inuicem, & à reliqua Eccleſia diſſentiant.

56. De Schiſmate Meletij.

c Meletius Thebaidos in Aegypto Archiepiſcopus, lapſos non niſi poſt longum tempus ad locum pœnitentiæ admittendos, dicti-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

* Cæcilianus legitimè ordinatus Carthaginis Epiſcopus, idque antequàm Donatus Maiorinum ordinaſſet, *poteras* (inquit Auguſtinus in Epiſt. 162) *non curare multitudinem conſpirantem inimicorum, cùm ſe videret & Romana Eccleſia, in qua ſemper Apoſtolica Cathedra viguit principatus, & cæteris terris, vnde Euangelium ad ipſam Africam venit, per communicatorias literas eſſe coniunctum.* Ibidem refert, *iudicante Melciade Romana vrbis Epiſcopo,* Cæcilianum fuiſſe abſolutum. Idem Cæcilianus legitur etiam Concilio Niceno interfuiſſe, atque eius *nomen inter Epiſcopos, qui ſubſcripſerunt, reperitur.*

a Conſtantinus Magnus de Donatiſtis ait. *O rabida furoris audacia! Sicut in cauſis Gentilium fieri ſolet, appellationem interpoſuerunt.* §. Quo dicto ſignificauit Imperator, cauſas Eccleſiaſticas non à Cæſare, verùm à ſolis Epiſcopis fuiſſe cognoſcendas: & ideo Imperator in hac cauſa iudices dedit, non velut ea ratio legitima fuiſſet, verùm quia pax non aliter, imò ne ſic quidem obtineri potuit.

b Duo Epiſcopi Eunomius & Olimpius apud Carthaginem fuerunt per dies quadraginta, *vt pronunciarent, vbi eſſet Catholica.* Nouiſsima eorum ſententia talis legitur, *vt dicerent, illam eſſe Catholicam, quæ eſſet in toto orbe terrarum diffuſa, & ſententiam decem & nouem Epiſcoporum iamdudum datam non poſſe diſſolui.* Hæc Optatus lib. 1. de ſchiſmate Donatiſtarum.

c Petrus Alexandriæ Archiepiſcopus & idem Primas AEgypti oppoſuit ſe Meletio, lapſos primo quoque tempore ſuſcipiens, quem pauciores Epiſcopi, presbyteri, & Monachi ab initio ſe-

Quod autem Euſebius de Conſtantino refert, in Conſtantinum Conſtantini filium verius cadit, *quem ab
Euſebio rebaptizatum Nicomediæ* Damaſus in vita Fœlicis Romani refert. Porrò baptizati Romæ ſolebant
89 fidei ſuæ confeſsiones edere, vt legimus apud Auguſtinum lib. Confeſſ. 8. cap. 2. Conſtantinus ergo for-
mulam ſua maieſtate dignam concipiens, publicè confeſſus eſt, *id ſe credere, quod edoctus erat à B. Sylue-
ſtro, quem vocat vniuerſalem Pontificem.* Aliosq́; ad ſimilem fidem ac baptiſmum cohortatur. Is verò etiã
edixit (idque ex monumentis maiorum ad nos vſque peruenit, in tom. 1. Conciliorum, & rebus ipſis cõ-
firmatũ eſt) vt ſedes imperij transferretur in Orientem. *Quoniam* (inquit) *vbi principatus Sacerdotum &
Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, vt illic Imperator terrenus ha-
beat poteſtatem.* Hæc ille. Ac plura quidem vel antecedunt, vel ſequuntur eodem in loco, quæ honoris
cauſa Pontificibus Romanis ab Imperatore conceſſa ſunt, quibus optimi quique Pontifices vel vſi ab ini-
tio non ſunt, eò quòd pompam ſecularem illi honores ſapiebant, vel certè ijs non ſunt delectati. Ammia-
nus verò Marcellinus in lib. 27. de partiũ Vrſiſini & Damaſi contentione ob Pontificatum Romanum
90 agens: *Neque ego* (inquit) *abnuo, oſtentationem rerum conſyderans vrbanarum, huius rei cupidos ob impetran-
dum, quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere: cùm id adepti, futuri ſint ita ſecuri, vt ditentur
oblationibus matronarum: procedantq́; vehiculis inſidentes, circumſpectè veſtiti, epulas curantes profuſas, adeò
vt eorũ cõuiuia Regales ſuperẽt menſas: qui eſſe poterãt beati reuera, ſi magnitudine vrbis deſpecto, quam vitijs
opponunt, ad imitationẽ Antiſtitum quorundã prouincialium viuerent, quos tenuitas edẽdi potandiq́; parciſsimè,
vilitas etiã indumentorũ & ſupercilia humũ ſpectãtia perpetuo numini veriſq́; eius cultoribus, vt puros cõmen-
dãt & verecũdos.* Quòd ſi tanto cũ ſplẽdore Põtifices Romani & procedebãt & epulabãtur, cùm certũ ſit
id ipſos ante Conſtantini ætatem non feciſſe, quis neget hoc ipſum à Conſtantini temporibus inchoatũ,
debere etiam ex occaſione donationis ab ipſo factæ videri profectũ? Quæ non dico, vt ſplendorẽ hunc
externum expetendum iudicem (abſit) ſed tantùm vt declarem, quanta ſigna concurrant ad illius do-
nationis veritatem demonſtrandam, quæ à Conſtantino facta dicitur, cuius rei etiam ad nos vſque per-
ſcripta inſtrumenta & antiqua teſtimonia peruenerunt. Sed omnium teſtimoniorum authoritates illud
ſuperat, quod oculis intuemur. Cernimus enim domum Conſtantinianam, quæ Lateranenſis etiam dice-
batur, in templum Saluatoris conuerſam eſſe. itemque ibi aliquando ſediſſe Pontificem Romanum, vbi
Conſtãtinus Magnus habitauerat. Legimus autem eiuſmodi rerum ſuarum largitiones à Chriſtianis po-
tiſsimùm ſub ipſo baptiſmi ſui tempore fieri ſolitas, vt inprimis ex cap. 2. Actorum Apoſtolicorum con-
ſtat. Scimus verò Conſtantinum relicta Roma, quæſiſſe nouas ſedes. Conſtat poſteros illius nunquam
ferè ad vrbem figendæ illic Sedis cauſa reuertiſſe. Ac ſanè ſi nihil omnino ſcriptum extaret, tamen quis
non miretur Dei prouidentiam, & cõſilium hac in re? Ex tot Imperatoribus Auguſtis, qui Romani Im-
perij nomine ac titulo tam in Oriente, quàm in Occidente tantopere gloriantur, videmus ab illo die nec
vnum ferè in vrbe Roma, velut in ſtabili ſede Imperij ſui ſubſtitiſſe. verùm aut Cõſtantinopoli, aut Me-
diolani, aut Rauennæ, aut in aliqua Galliarum vrbe habitaſſe: Romam verò velut penè peregrinos, hono-
ris cauſa interdum inuiſiſſe. Zonaras in vita Conſtantis nepotis Heraclij refert, eum cogitaſſe de im-
perio in veterem Romam transferendo, quòd *plus honoris matri, quàm filiæ deberi duceret*, ſed id non ſuc-
ceſsit. Chriſtus enim videtur, vt omnia marmora & alia ornamenta, quæ Romam ex toto mundo porta-
bantur, ſuis ac martyrum ſuorum templis, ita & ipſam vrbem, Principis Apoſtolorum Cathedræ in æter-
num deſtinaſſe. *vt lux veritatis* (inquit Leo in ſerm. 1. Natalis Petri & Pauli) *quæ in omnium gentium reue-
labatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet.*

Laonicus Chalcondylas de geſtis Turcorum lib. 1. *Romani cùm eſſent nacti Imperium in orbe longè la-
teq́; maximum: commiſerunt Romam Pontifici Maximo. Ipſi verò tranſierunt in Thraciam, Byzantium (quæ
nunc Conſtantinopolis eſt) Thraciæ Metropolim conſtituentes.* Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus in Epi-
ſtola ad Valerianum. *Quicquid vel ſub illa dominatione regum vetuſta, vel ſub illa deinde gemina admini-
ſtratione Conſulum, Romano acceſsit Imperio, omnia Chriſti aduentui præparata, & diffundendæ fidei prouiſa, po-
teſt (ſi quis idoneus eſt aſſertor) oſtendere.*

Nicenam Synodum Silueſtri tempore habitam eſſe.

Primam ſynodum Nicenam ſub Silueſtro, & non ſub Iulio celebratam fuiſſe, multis rationibus de-
mõſtratur. Euſebius primùm, qui iam tum vixit, in Chronicis ſuis ita deſcribit Nicænæ Synodi tempus,
vt in Pontificatum Silueſtri neceſſariò ceciderit. Deinde in libro 3. de vita Conſtantini cap. 7. narrat,
Epiſcopum Vrbis, penes quam Imperium eſt, abfuiſſe, eò quòd ingraueſcente ætate impediretur. Hoc
autem multò aptius de Silueſtro, quàm de Iulio intelligitur: quanquàm Sozomenus (lib. 1. c. 16. hoc de
Iulio dictum fuiſſe putat, ſed male. Verius ſcripſit Theodoretus lib. 1. ca. 3. *Eodem tempore Sylueſter Ro-*

mana

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Syluester.	
		Idem Constantinus.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

dictitans, abſque authoritate legitima conſtituebat Epiſcopos & Clericos, ac proprias Eccleſias ædificabat, quas Martyrum Eccleſias appellauit, à fide quidem ipſe non diſcedens, ſed in ſchiſmate tamē ſuo pertinax. cuius diſcipuli potius elegerunt, vt ſe coniungerent cum Arianis, pauló pòſt exortis, quàm vt reconciliarentur Catholicis, vnde etiam Theonam elegerunt Alexandriæ Epiſcopum contra magnum Athanaſium. Epip. hær. 68.

57. De Ario, & Arianis.

d Arius dicebat, tempus fuiſſe, quando non erat filius, indeque perſpicuum eſſe, eum ex nihilo eſſentiam habuiſſe: nec niſi per abuſionem verbum & ſapientiā dici. Ario ſtatim adhæſit Euſebius Nicomediæ Epiſcopus, Alexander Baucalis Presbyter, Achillas, A Eithales, Carpones, Arius alter, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulianus, Mænas, Helladius, Gaius, Secundus, & Theonas, qui dicti ſunt olim Epiſcopi. Socrates lib. 1. ca. 2. & 3.

e Hinc Ariani prodierunt, qui etiam dicebant, Spiritum ſanctum eſſe creaturam creaturæ, hoc eſt, à Filio creatum. Auguſt. hær. 49.

d Dicebant, Chriſtum carnem ſine anima ſuſcepiſſe. Auguſtinus ibid.

e Rebaptizabant Catholicos ad ſe venientes. Aug. ibid.

58. De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

tio ſequebantur: ſed tamen fides illius vicit, ad Petrus Martyrij coronā adeptus eſt ſub Diocletiano, Alexandro in Cathedra ipſius (aut, vt alijs videtur, Achilla) ſuccedente. Qui aūt, Petro iūgebantur, veteres Eccleſias ſuas non niſi Catholicas appellārūt. Nec obtinere poſt mortē Meletij Alexander potuit, vt Meletiani relicto ſchiſmate ad Eccleſiæ vnitatē redirent, ſed Nicæna Synodus Meletium ipſum omneſque Meletianos Alexandro ſubiecit, vti videre eſt apud Theodoretum lib. 1. cap. 9.

d Alexander Archiepiſcopus Alexādriæ Cōcilio Epiſcoporum ferè centum ex AEgypto & Lybia conuocato, Ario & eius fautoribus anathema denunciauit. Et literas ad Epiſcopos cuiuſque ciuitatis ſcribit, in quibus Euſebium Arij fautorem ambitionis accuſat, quòd Beryti Eccleſiam deſerens, Epiſcopatum Nicomediæ inuaſerat: & addit, *Quis eſt, qui non hæc tāquàm inſolita & peregrina obſtupeſceret? Aut quis eſt, qui Ioannem audiens dicentem: In principio erat verbum, non illos condemnauerit, dicentes: erat tempus aliquando cùm non eſſet?* Apud Socratem lib. 1. cap. 2. & 3. Eandem hæreſim Nicæna Synodus poſtea damnauit, docens, Filium Patri conſubſtantialem eſſe.

e Liberius Pontifex Romanus in Confeſsione fidei, quæ extat in Tom. 1. Operum Athanaſij, confitetur *Spiritum ſanctum verè ex Deo naturaliter Deum, quò vera ſit Trinitas ſub vna ſubſtantia.*

d Athanaſius Tom. 3. de Incarnatione Chriſti. Spiritu cōturbatus eſt Ieſus: Ioan. 13. Quod nec brutæ carni, nec impatibili Deitati congruerit, ſed animæ, de qua Dominus dicit: Anima mea turbata eſt.

e Cyrillus Hieroſolym. in præfatione Catecheſeon. *Non licet bis aut ter hoc Lauacro vti. Vnum enim Baptiſma. Soli rebaptizantur hæretici, ſi modò prius illud non erat baptiſma.*

manæ Eccleſiæ gubernaculum tenuit. Ac ſanè cùm Socrates lib. 1. c. 12. dicat, idque authore Euſebio, Conſtantinum poſt confectum Concilium Nicænum, celebraſſe feſtum ſolenne ad vigeſimum Imperij ſui annum: conſtet verò, & Silueſtrum annis viginti ad minimum præfuiſſe Eccleſiæ Romanæ, & Conſtantinum Papæ Melciadis tempore Imperium tenuiſſe, atque illi cauſam Cæciliani vnà cum alijs cognoſcendam commiſiſſe (vt tam Optatus, quàm Auguſtinus teſtantur) neceſſariò efficitur, vt Nicæna Synodus, quæ ante vigeſimum Conſtantini annum perfecta eſt, non fuerit acta ſub temporibus Iulij Papæ, qui non poterat vllo modo ad Epiſcopalem Cathedram aſcendere ante vigeſimum annum Imperij Cōſtantini expletum. Imò veriſimile eſt, Maxentium prius fuiſſe deuictum, quàm Conſtantinus Iudices daret, qui Romæ cauſam Cæciliani cognoſcerent. Quomodo alioqui, Roma per Maxentium Conſtantini hoſtem occupata, Conſtantinus in Vrbe quicquàm effeciſſet? Septimus porrò Imperij Conſtantini annus agebatur, quando is Maxentium in virtute ſigni Crucis deuicit, authore Socrate lib. 1. cap. 1. Quo poſito, neceſſe eſt, Iulium Papam non ſediſſe in Cathedra Petri ante vigeſimum octauum annum Imperij Conſtantini. Poſtremò hiſtoriæ Latinorum, quibus hac in re plus credendum eſt, tradūt, Nicænam Synodum ſub Silueſtro habitam, vti ex ijs, quæ poſtea dicentur, liquidò apparebit.

Nicænam Synodum non precipuè ab Imperatore Conſtantino, ſed magis neceſſariò à Pontificibus alijs quidem, ſed maximè Romano conuocatam fuiſſe.

Quin Conſtantinus Imperator Synodum Nicænam conuocauerit, nemo dubitare poteſt, qui vel Eccleſiaſticam hiſtoriam legerit, vel iuris Romani peritus fuerit. vtpote quod illa collegia tanquàm illicita condemnauit, quibus in vnum coëundi legitima poteſtas facta non fuiſſet. Quid quòd cùm plerique ciuiles magiſtratus illo tempore à fide Chriſti abhorrerent, nunquàm Epiſcopis commeatum liberum præbuiſſent, abſque Imperatoris publico mandato? Sed in hoc verſatur tota quæſtio, vtrum vel ſolus Imperator, vel is præcipuè Synodum indixerit, nec ne? Proteſtantes quippe ab Imperatore alijſque Regibus vel ſolis, vel potiſsimùm Synodos indici volunt: nos verò ab illis quidem tanquàm Eccleſiæ aduocatis; ſed nec ab eis ſolis, nec ab eis potiſsimùm Synodos Epiſcoporum aut olim fuiſſe indictas, aut nunc eſſe conuocandas, defendimus. Niſi enim Synodi in nomine Chriſti congregentur, nunquàm ſciemus, quòd is ſit in medio earum. *Matth. 18.* At Chriſtus nunquàm dedit Imperatoribus aliquam huiuſmodi præcipuam poteſtatem, ſed tantùm eam ciuilem poteſtatem illis reliquit, quam iure Gentium vel Ciuili prius acceperant. Verùm Petro dedit poteſtatem paſcendi non agnos tantùm, ſed etiam oues, quæ ſunt matres agnorum, atque illum iuſsit confirmare fratres ſuos, id eſt, tam alios Chriſtianos, quàm ipſos Epiſcopos. Paſtoris verò eſt, vocare oues ſuas nominatim, & eas educere ad paſcua, & reducere. *Ioan. 10.* Prima igitur Synodorum poteſtas eſt penes Petrum, & Petri Succeſſorem. Cui rectè ſuffragatur etiā ciuilis Imperatorum & Regum Chriſtianorum poteſtas. Nec refert, quo tempore interueniat Petri vel Succeſſoris eius poteſtas: Vtrum præcedat iuſsio eius, an in ipſa re authoritas adſit, an ratihabitio ſubſequatur. Nam id tātùm expetitur, vt *in Chriſti nomine*, hoc eſt, in poteſtate, quam Chriſtus ad eam rem inſtituit, Synodi coëant. Vtrum autem id fiat, nec ne: vt ex Paſtorum aliorum, ſic potiſsimùm ex primi Paſtoris vel conſenſu vel contradictione intelligitur. Ac Synodum Nicænam *ex Sacerdotum*, hoc eſt, Epiſcoporum conſenſu indictam eſſe, Ruffinus teſtatur in priore hiſtoriarum ſuarum libro. cap. 1. Inter cæteros aūt Sacerdotes Romanum etiam eidem Concilio aſſenſum præbuiſſe, Theodoretus narrat lib. 1. cap. 7.
91 *Trecenti decem & octo* (inquit) *Epiſcopi Niceæ in vnum conuenerant. Epiſcopus autem Romanus propter ætatem admodum ingraueſcentem abfuit, verùm duos illo miſit presbyteros, poteſtate illis conceſſa, actis illius Concilij aſſentiendi.* Hæc ille. Nec tantùm id animaduertendum eſt, Pontificem Romanum per ſuos presbyteros actis Concilij aſſenſiſſe, verùm etiam illud, quòd hi duo *presbyteri* ſubſcripſerunt eidem Concilio ante quoſcunque etiam Apoſtolicarum Sedium Epiſcopos. Nam in ipſis Epiſcoporum ſubſcriptionibus primas quidem Oſius Cordubenſis Epiſcopus omnium permiſsione extra ordinem tulit, velut qui fidē in perſecutione glorioſe confeſſus, ob eamq; rem Imperatori ac toti Synodo percharus eſſet. Poſt Oſiū verò ſequuntur nomina *Viti & Vincentij* presbyterorum, qui locum Epiſcopi Romani ſuppleuēre. Ac proprium hoc ſedi Romanæ eſt, vt ſiue Epiſcopus, ſiue Presbyter, ſeu Diaconus locum Epiſcopi Romani ſuppleat, omnibus alijs Epiſcopis & Patriarchis in Concilio præferatur, cùm tamen Presbyteri, qui vices aliorum Epiſcoporum agunt, non niſi poſt omnes Epiſcopos ſuffragium ferant, aut ſubſcribant. Oportuit enim aliquid inter primam ſedem & ſequentes intereſſe. Romanus igitur Pontifex non modò aſſenſit Synodo Nicænæ, verùm etiam aſſenſit primo in loco, velut cuius aſſenſus maximè omnium eſſet neceſſarius. Imò Damaſus in Pontificali ſcribit, Concilium id *cum Silueſtri conſenſu factum eſſe.* Quibus verbis indicat, non tantùm poſt coitionem Epiſcoporum affuiſſe conſenſum Silueſtri, ſed præterea in

hoc

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
314	Idem Syloeſter ſedit.an. 20.d. 4.	
	S. Primum vniueſale Concilium Niceæ ex 318 Epiſcopis pro conſubſtantialitate filij Dei contra Arium. Loco Epiſcopi Romani aderāt Vitus & Vincētius. Zozomenus lib. 1. c.16. confirmatur idem Concilium à Syluestro in Tom.1.Conciliorum.	Conſtantin⁹.1. an.30. m.10.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

58. De Aceſio Nouatiano.

Aceſius ſectæ Nouatianorum Epiſcopus à Cōſtantino Magno interrogatus, cur ſe à communione ſeiungeret, dixit, *eos qui poſt Baptiſmum in illud peccati genus, quod ſacroſancta Scriptura peccatum ad mortem appellant, delapſi fuiſſent, non debere diuinorum Myſteriorum fieri participes: ſed ad pœnitentiam cohortandas, & remiſſionis ſpem non à Sacerdotibus, ſed à Deo expectandam, qui & poteſt, & authoritatem habet peccata remittendi.* Socrates li.1. cap.7. Hinc manifeſtè patet, Proteſtantes, qui nūc ſunt, cum Nouatianis eatenus conſentire, vt neutri velint Sacramentum aliquod pœnitētiæ eſſe, quod à Sacerdotibus adminiſtrari queat, ſed pœnitentiam quidem aliquam eſſe fateantur, cuius tamen diſpenſandæ authoritas nō non ſit penes Sacerdotes.

59. De hæreſibus Euſtachij.

a Euſtachius ex monacho Sebaſtienſis Armeniæ Epiſcopus in Concilio Cæſareæ Cappadociæ habito abdicatus, quòd ſe habitu pro dignitate Sacerdotij parum decoro veſtiuerat, præter ritus & conſuetudines Eccleſiaſticas multa tentauit. Socrates. lib. 2. cap.33.

De Nuptijs.

b Nuptias damnauit, doceēs nullum eorum, qui ſunt in coniugio, habere in Deo ſpem.

c Nonnulli Euſtachiani carnibus veſci deteſtabantur.

De

☙ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Conſtantinus dixit: *Erigito tibi ſcalam Aceſi, & ſolus in cœlum aſcendito.* Sozomenus lib.1. cap. 21. quod ironicè dictum eſſe, non eſt dubium. Lactantius Firmianus de vera ſapientia lib. 4. cap. 30. *Cùm Nouatiani aut Ariani, ſeu quilibet alij nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt, qui Chriſti nomine amiſſo, humana & externa vocabula induerunt. Sola igitur Catholica Eccleſia eſt, quæ verum cultum retinet.* (Et pòſt) *Quia ſinguli quique cætus hæreticorum ſe potiſſimùm Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant: ſciendum eſt, illam eſſe veram, in qua eſt cōfeſſio, & pœnitētia, quæ peccata, & vulnera, quibus ſubiecta eſt imbecillitas carnis, ſalubriter curat.* Hæc vtique regula propoſita eſt à Lactantio, vt diſtingueret Catholicos à Nouatianis, qui pœnitentiam, hoc eſt, Confeſsionem & Sacerdotalem abſolutionem ſuſtulerunt. In Catholica verò Eccleſia & Cōfeſsio criminum ſemper fuit, & pœnitentia, quæ ſalubriter curabat peccata. Sacerdos enim, qui peccatorem abſoluebat, medici loco erat. Abſolutio autem ipſa fuit medicina, quæ curabat pœnitentis vulnera.

a Concilium Epiſcoporum Gangris in Paphlagonia coactum *gradu Epiſcopali Euſtachium dimouit*, eiuſque dogmata damnauit. Soc. lib.2. cap. 33.

b *Si quis nuptias accuſet, velut mulier fidelis cum viro ſuo dormiens, in regnum Dei introire nō poſſit, anathema ſit.* Cōcil. Gagrenſ. can.1. Sed can. 9. idem Concilium docet, *virginitatem propter ſanctitatem ipſius abſque contumelia nuptijs illata rectè ſuſcipi.*

c *Si quis eum condemnat, qui carnem (præter ſanguinem, & idolothytum, & ſuffocatum) cum pietate & fide comedit, tanquàm eò quòd ea veſcatur, ſpem non habeat, ſit anathema.*

QQ ij d Paphnu-

hoc affuiſſe, vt coire poſſent: adeo vt Epilogus Synodi Romanæ ſub Silueſtro habitæ dicat, *trecentos*
92 *decem & octo Silueſtri vocatione fuiſſe congregatos.* Atque etiam in Actione 18. Sextæ Synodi ſcriptũ eſt,
Conſtantinum & Silueſtrum magnam Synodum in Nicæa congregaſſe. Cedrenus auctor Græcus, ex eoque
93 minus fauens Romanis, tamen in compendio hiſtoriarum addit, *Vitum & Vincentium Silueſtri loco & no-*
mine Synodo Nicææ præfuiſſe. Nec tantùm cæteri Chronographi, vt Marianus Scotus, Regino, Platina &
Photius in lib. de ſeptem Concilijs, verùm etiam Eccleſiaſtica traditio, & inſtrumenta publica idē ipſum
confirmant. Extat enim & Epiſtola Synodi ad Syluestrum (ſub finem Concilij Nicæni) & reſcriptum
Silueſtri ad Synodũ Nicænã. Denique in Synodo ducentorũ, ſeptuaginta & amplius Epiſcoporum in-
94 tra Thermas Domitianas celebrata, Silueſter dixiſſe legitur: *Quicquid in Nicæa Bithyniæ constitutum eſt,*
ad robur ſanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ à ſanctis ſacerdotibus trecentis decem & octo, noſtro
ore conformiter confirmamus. Omnes qui auſi fuerint diſſoluere definitionem Sancti & magni Concilij, quod
apud Nicæam congregatum eſt, ſub præſentia piſsimi & venerandi principis Conſtantini Auguſti, anathematiza-
mus. Et dixerunt omnes: Placet De hac Romani Pontificis in conuocandis Generalibus Cõcilijs poteſta-
te, dicetur poſtea ſæpiſsimè, prout locus poſtulabit, aut occaſio ſe offeret. Prima Synodus Nicæna
Can. 6. ait: *Antiqui mores ſeruentur, qui ſunt in Ægypto, Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus ha-*
rum omnium habeat poteſtatem, quandoquidem & Epiſcopo Romano hæc eſt conſuetum. Similiter & in An-
tiochia, & in alijs Prouincijs ſua priuilegia & authoritates Eccleſijs conſeruentur. Et Can. 7. *Quoniam obtinuit*
conſuetudo & antiqua traditio, vt qui eſt in Ælia Epiſcopus, honoretur: habeat honoris conſequentiam, Metro-
poli propria dignitate ſeruata. Hæc Patriarchalium Eccleſiarum eximia priuilegia, quæ ante Synodum Ni-
cænam recepta ſunt, non potuerunt Synodali Epiſcoporum conſenſu ſtabiliri, qui nullibi antè illam Sy-
nodũ ex omnibus, aut etiam pleriſque gentibus in vnum conuenerunt. Aut igitur ab Apoſtolis, aut ab
vno quopiam eorũ, aut certè à Principis Apoſtolorum Succeſſore, hic ordo præſcriptus fuit. Quicunq;
95 verò illum præſcripſit, & vnius Paſtoris Primatum in Eccleſia eſſe declarauit, & illum non niſi ob ho-
norem D. Petri conſtitutum eſſe. Cur enim plures familiæ ad vnius primum Parochi curam? cur plu-
res Parochiæ ad vnius Epiſcopi Diœceſim? cur plures Epiſcoporum Cathedræ, ad vnius Primatis præ-
fecturam? cur etiã plures Prouinciæ ad vnius Patriarchæ iuriſdictionem aggregantur: niſi vt ipſi demũ
Patriarchæ vni etiã primo Paſtori ſubſint, præſertim cùm nec Patriarchæ æquali omnes honore potian-
tur, ſed Hieroſolymitanus quarto, Antiochenus tertio, Alexandrinus ſecundo, Romanus aũt primo lo-
co præſideat? Porrò quòd hæc vnitas ad D. Petri honorem præcipuè tendat, illud certiſsimo argumen-
to eſt, quoniã iis potiſsimùm Eccleſiis hic maximus honor eſt habitus, quæ per D. Petrum honore quo-
piam inſigni affectæ ſunt. Nec enim alia ratio vnquam audita eſt, cur Alexandria non ſolùm Carthagi-
ni, Epheſo, Corintho, vtrique Cæſareæ, Mediolano, & Rauennæ, verùm etiam Hieroſolymis & Antio-
chiæ prælata ſit, quàm quòd Marcus Euangeliſta D. Petri auditor & diſcipulus illuc ſit à D. Petro miſ-
ſus, vt Sedem ibi ſtabilem figeret. Et quoniam idem Petrus Antiochiæ ſeptem annis conſederat, illa etiã
prælata eſt Hieroſolymis, vbi & Chriſtus eſt paſſus, & duo viri Apoſtolici Iacobus & Simeon, alter poſt
alterum conſederunt. Iam verò cùm Petrus ipſe Cathedram ſuam Romæ fixiſſet, ibiq; ex Domini man-
dato (vt D. Ambroſius commemorat, lib. 5. Epiſt. 32.) mortem obiuiſſet: meritò factum eſt, vt Roma
eſſet omnium Eccleſiarum prima, id quod antiquiſsimus hic ordo Eccleſiæ iam inde ab initio vſque in
hodiernũ diem perpetuò ſeruatus conteſtatur, & clamat. Vnde Hieronymus in Epiſt. 68. *Romanæ fidei*
96 *ſe eſſe participem, Alexandrina Eccleſia gloriatur.* Et Epiſt. 78. *Prædicationem Cathedræ Marci, Cathedra Pe-*
tri ſua prædicatione confirmet. Denique in Concilio Chalcedonenſi Actione 16. Sextus Nicænæ Synodi
Canon (Paſchaſio eum recitante) ſic incipit: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum.*

In ipſo Chalcedonenſis Concilij fine, Atticus Epiſcopus docet, qualiter Formata Epiſtola fiat ex
Decreto Nicæni Concilij. *Græca* (inquit) *elementa literarum, numeros etiam exprimere nullus, qui vel te-*
97 *nuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis Epiſtolis Canonicis, quas mos Latinus For-*
matas appellat, aliqua fraus falſitatis temerè præſumeretur, hoc à Patribus trecentis, decem & octo Nicææ cõgre-
gatis ſaluberrimè inuentũ eſt & conſtitutũ, vt Formata Epiſtola hãc calculationis ſeu ſupputationis habeat ratio-
nē, id eſt, vt aſſumantur in ſupputationē prima græca elemēta Patris, & filij & Spiritus ſancti, hoc eſt, π, υ, α. Quæ
elemēta & octogenarium, & quadringenteſimum, & primum ſignificant numerũ. Petri quoque Apoſtoli prima
litera, id eſt, π. quæ numerum octoginta ſignificat. Eius quoque, qui ſcripſit Epiſtolam, prima litera: cui ſcribi-
tur, ſecunda litera: accipientis, tertia litera: ciuitatis quoque, de qua ſcribitur, quarta: & Indictionis (quæcunque
eſt) temporis idem, qui fuit, numerus aſſumatur: atque ita his omnibus Græcis literis, quæ (vt diximus) numeros
exprimunt, in vnum ductis, vnam, quæcunque fuerit collecta, ſummam Epiſtola teneat. Hanc qui ſuſcipit, omni
cum cautela requirat expreſsè, addat præterea ſeparatim in Epiſtola Nonagenariũ & nonum numerum, qui ſecũ-
dum Græca elementa ſignificat, Valete in Domino. Dignum verò animaduerſione eſt, quòd vt perſonarum
Sanctiſ-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Conſtantinus.
336.	25. S. Marcus Priſci filius Romanus ſedit m. 8. d. 22.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Presbyterorum vxoribus.

d Benedictionẽ & communionẽ *Presbyteri habentis vxorẽ, quã lege, cùm Laicus eſſet, duxiſſet,* declinandã præcepit. Socrat. ibidẽ. Licuit igitur Laico apud Græcos vxorem accipere, & poſteà Sacerdotio fungi. Sed poſt ſacros Ordines nunquam licuit vxorem ducere. At Proteſtãtes nullo nec Latinorum, nec Græcorũ exemplo repetũt coniugia, quoties libet, etiam poſt Sacrorum Ordinum ſuſceptionem.

De locis Sanctis.

e Loca Sanctorum Martyrum & Baſilicas contemnebant.

f In Dominico ieiunandũ docuit.

De Ieiuniis.

g Ieiunia præſcripta auerſabãtur, quod Lutheranos & Caluiniſtas hodie paſsim facere, certiſsimum eſt.

De Habitu.

h Suos peregrino veſtitus genere vti voluit, velut in hoc iuſtitia quædam eſſet, adeo vt mulieres virili veſte induerentur.

§. Lutherani & Caluiniſtæ calumniam in eo nobis faciunt, quòd dicunt, nos in veſte iuſtitiã conſtituere, quod nos non facimus.

60. De Aſterio Ariano.

a Aſterius Sophiſta ſcripſit, Chriſtũ eſſe Dei virtutẽ, ſicuti Moſes locuſtã & erucã dixit eſſe magnã Dei virtutẽ. qui Aſterius poſteà in perſecutione ſacrificauit Idolis. Socra. lib. 1. c. 24.

De Fautoribus Arianæ hæreſeos.

Euſebius Nicomediæ, & Theognis Nicææ Epiſcopus noluerũt abdicationi Arij ſubſcribere, quamuis fidei formulæ conſentirent.

Arij

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

d Paphnutius confeſſor (vt eſt apud Sozomenũ li. 1. c. 22.) in medio Nicæni Conſeſſus dixit, *Veterem Eccleſiæ traditionem eſſe, vt qui cælibes gradum ſacerdotalem conſecuti fuiſſent, poſteà minimè vxores ducerent: qui autem poſt nuptias ad eum Ordinem vocati eſſent, hi ab vxoribus, quas habebant, minimè ſepararentur. Atque iſta quidẽ licet coniugij expers, ſuaſit Paphnutius. Cuius ſententiam approbauit Concilium: & de hac re nullam legem tulit, ſed eam in cuiuſq; arbitrio, non in neceſſitate poni voluit.* Et Cõc. 1. Neocæſar. c 1. *Presbyter (ait) vxorem ducens, Ordine ſuo mouetur.*

e *Si quis docet, domum Dei contemnendam eſſe, & in ea populi conuentus eſſe deſpiciendos: anathema eſto.* Conc. Gangren. C. 5. Idem in Can. 6 & C. 20.

f *Si quis, tanquam hoc continentiæ conuenire iudicans, Dominico die ieiunauerit: anathema eſto.*

g *Si quis eorum, qui exercẽtur abſq; corporali neceſsitate, ſe inſolenter gerat, & tradita ieiunia, quæ communiter ſeruantur ab Eccleſia, diſſoluat, perfecta in eo reſidente ratione, ſit anathema.* Conc. Gang. Can. 19.

h *Si vir aliquis propter eam, quæ exiſtimatur, exercitationem pallio vtatur, & tãquam ex eo iuſtitiam habens, condemnet eos, qui beros* (hoc eſt, ſericas veſtes) *cum pietate ferunt, quiq; alia communi veſte vtuntur, ſit anathema.* Ibidem. C. 12. & 13. Veſtis certè non affert iuſtitiam homini, nec id vnquam ita eſſe docuit Eccleſia, verùm docet, quid aliquis vouerit, & diſtinguit regulas, & genera eorum, qui exercentur, monetq;, non deeſſe inter Chriſtianos, *qui vendiderint omnia quæ habuerunt, ſeq; ipſos propter regnum cælorum caſtrauerint, & Chriſtum ſecuti ſint, vt perfecti eſſent.* Math 19. Cuculli autem, quo Monachorum caput iam olim tegi ſolebat, fit mẽtio apud Sozom. lib. 3. cap. 13.

a Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi. 4. *Crede in Filium Dei Ieſum Chriſtum conſubſtantialem per omnia generanti, ſapiẽtiam Dei, & virtutem, & iuſtitiam ſubſtantialem.*

Conſtantinus Magnus Arium, Euſebiũ & Theognidem exilio multauit, & pœnam capitis in eum conſtituit, qui librum ab Ario conſcriptum non illicò incendiſſet. Sozom. lib. 1. ca. 20.

Sanctiſsimæ Trinitatis primas literas Græcas, ita etiam & D. Petri primam literam exprimi voluerunt: certè eo ipſo docentes ſe, vt fidẽ vnius Dei Patris & Filij, & Spiritusſancti conſtanter tenere, ſic etiam in vnitate Petri Apoſtolorum Principis, atque in Cathedræ, quam ille fundauerat, communione perſeuerare. Addita verò eſt etiam Paſchatis mentio, vt ne in ritibus quidem externis (qui ſaltem vniuerſales forent) aliqua diſſenſio reperiretur. Nam vt per has ſolennes literarum formas ſignificare volebant, Catholicæ communionis eum Clericum eſſe, qui eiuſmodi literas detuliſſet: ſic forma Catholica ad eam rem vndique electa eſt. Vt nimirum & Trinitas omnium rerum Caput, & Petrus omnium Epiſcoporum Caput, & Paſcha omnium Eccleſiaſticorum Feſtorum Caput in iiſdem literis delinearetur.

Domino & Sanctiſsimo Fratri Syluestro Epiſcopo Marinus vel cœtus Epiſcoporũ, qui adunati fue-
98 rant in oppido Arelatenſi. Ca. 1. *Quæ decreuimus communi Concilio, Charitati tuæ ſignificamus, vt omnes ſciant, quid in futurum obſeruare debeant de obſeruatione Paſchæ Domini, vt uno die & tempore per omnem orbem obſeruetur, & iuxta conſuetudinem literas ad omnes tu dirigas.* Duæ res in hoc Arelatenſis Concilij Decreto ponderandæ ſunt: vna, quòd acta eius Concilij mittebantur ad Syluestrum Pontificẽ Romanum, cuius intererat, maiora Eccleſiæ negocia ſcire: altera, quòd ab eo petitur, vt literas de obſeruatione Paſchatis ad omnes dirigat, idq́ue *iuxta conſuetudinem*. Mos igitur fuit ante Cõcilium Nicænum (nec enim poterat illa Syluestri tempore conſuetudo appellari, quæ poſt Nicænam Synodum iam tunc peractam inchoata fuiſſet) vt quicquid vniuerſis fidelibus erat intimandum, per Epiſcopi Romani literas potiſsimùm intimaretur. Vnde hoc obſecro? niſi quia Romanus Epiſcopus fuit principium & Caput totius Eccleſiaſticæ communionis? à quo quicquid profectum eſſet, id Catholicum, & ex omnium Epiſcoporum ſententia vel iam ſtatutum, vel mox conſtituendum ſciretur.

99 Synodus Romana ſub Syluestro can. 20. *Nemo iudicabit primam Sedem, quoniam omnes Sedes à prima Sede iuſtitiam deſiderant temperari. Neque ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo Iudex iudicabitur. Et ſubſcripſerunt 284. Epiſcopi, & 45. Presbyteri, & 5. Diacones, & duo Sequentes* (id eſt, Acoluthi) *& Auguſtus Conſtantinus, & Mater eius Helena. Et fixit Canonem hunc Sylueſter Epiſcopus in vrbe Roma, & omnibus Epiſcopis aſperſit. Actum in Traianas Thermas 3. Kalend. Iunij, Donno Conſtantino Auguſto tertio, & Priſco Conſule.*

Plures quàm viginti Canones in Synodo Nicæna vel conditos, vel quauis ratione editos & approbatos fuiſſe, idq́, ab antiquiſsimis Patribus tam Græcis, quàm Latinis abundè conteſtatum eſſe.

Athanaſius & AEgyptij ſcribentes ad Marcum Pontificem Romanum, petunt ab eo ſeptuaginta Nicænæ Synodi capitula, quæ per Victorem & Vincentium Presbyteros Apoſtolicæ Sedis Apocriſarios
100 ad Syluestrum miſſa ſint. *Optamus* (inquiunt) *vt à veſtra Sancta Sedis auctoritate, quæ eſt Mater & Caput omnium Eccleſiarum, ea capitula percipere per præſentes legatos mereamur.* Reſpondet Marcus Papa: ſe à ſuis, qui Nicænæ Synodo interfuerunt, didiciſſe omnia ſic fuiſſe comparata, vt in AEgyptiorum literis
101 perſcriptum erat. Ibique Pontifex Marcus non modò affirmat, *Sanctam Romanam Eccleſiam ſemper immaculatam manſiſſe, verùm etiam prædicit, eandem* (*B. Petro Apoſtolo opem ferente*) *in futuro firmam & immobilem omni tempore manſuram eſſe. Quia Dominus fidem B. Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit. Quod* (inquit) *Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores ſemper feciſſe, cunctis eſt cognitum.* Has Epiſtolas tàm AEgyptiorum, quàm Marci Papæ, omnino confictas eſſe, Proteſtantes affirmant: atque ex omni antiquitatis memoria conantur docere, non ſeptuaginta ſed tantùm viginti capitula fuiſſe Nicænæ Synodi. Quibus nos non, opinor, malè reſpondemus. Si hæc ſunt ab aliquibus conficta: id nobis obeſſe non debet, qui eius mendacij nullo modo conſcij ſimus. Imò longiſsimi tẽporis, atque adeo plurium ſeculorum præſcriptionem Aduerſarijs opponimus in quo interim ſpatio fidem bonam & in Maioribus noſtris verſatam eſſe accepimus, & in nobis verſari coram Deo & Angelis eius atteſtamur. Nam Gratianus cùm ante annos quadringentos, Iſidorus verò etiam ante nongentos hanc rem tradiderint: non eſt dubium, quin nos ab omni fictione in hac re longiſsimè abſimus. Itaque etiamſi hæc fuerint aliquãdo ficta: nos tamẽ, qui hoc intelligere non poſſumus, non idcirco debemus ea, quæ bona fide poſsidemus, aut alijs vltrò concedere, aut pro derelictis habere. A nobis igitur cùm & rei honeſta poſſeſsio, & iuris neceſſaria præſumptio ſtet: ne audiendi quidem eſſent Aduerſarij,
quic-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
336.	35. S. Marcus	

☞ *Heretici & Pſeudoprophetæ.*

Arij verò hæreſim præcipuè tuebantur Menophantus Epheſiorum Epiſcopus, Euſtachius Sebaſteæ, Secundus Ptolemaidis, Quintilianus Gazeorũ, Valens Murſiæ, Vrſacius Singidonis, Narciſſus Neroniadis, Stephanus Antiochiæ, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricæ, Georgius Alexãdriæ Epiſcopus, & Presbyteri, ac Diaconi permulti varijs in locis, Synodíque nonnullæ in Antiochia, Tyro, Nicæa Thraciæ, Seleucia & alibi celebratæ, ſed omnes non niſi Prouinciales.

De Euphrata Ariano.

a Euphratas Coloniorũ Pſeudopræſul Chriſtũ negabat Deũ. In Synodo Agrippinẽſi, Tom. 1. Concil.

De Sectis Arianorum.

b Ariana hæreſis in tres ſectas abijt, in Aetianos ſeu Eunomianos: in Macedonianos, Semiarianos, ſeu Pneutomachos: & in eos, qui manent in veteri ac proprio Arianorum nomine, quorũ Dux Acatius Cæſareæ in Paleſtina Epiſcopus: Cõſtantius verò Imperator eiuſdem hæreſeos patronus extitit. Dicemus iã ordine de ſingulis.

61. De Acatianis.

c Ariani ſeu Acaciani filiũ patri ſimilem, non tamen conſubſtantialem dicebant. Vnde apud Seleuciam Iſauriæ ita decretum eſt. *Coëſſentialis vocem reijcimus: diſſimilitudinem verò deteſtamur: ſimilitudinem verò Filij ad Patrem clarè confitemur.* Epiphan. Hær. 73.

62. De

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Fidem Catholicam aduerſus Arianos propugnârunt omnes Romani Pontifices, Syluester, Marcus, Iulius, atq; etiam Liberius, vt ſuo loco demonſtrabitur. Alexãder & Athanaſius Alexandriæ Epiſcopi, Macarius & Cyrillus Hieroſolymorum, Euſtachius Antiochiæ, Hilarius Pictauienſis, Lucifer Caralitanus, Euſebius Vercellenſis, Oſius Cordubenſis, Eleuſius, Antonius Eremita, Conſtantinus Magnus, Cõſtans filius eiuſdẽ Conſtantini, & Synodi œcumenicæ, Nicæna, & Sardica, præter plurimas Prouinciales, Romanam, Antiochenam, Arelatenſem, Colonienſem, Hieroſolymitanam, Syrmienſem & Laodicenſem.

a Servatius Tungrorum Epiſcopus in Conc. Colonienſi dixit: *Quid fecerit, quidue docuerit Euphratas Pſeudoepiſcopus: non opinione, ſed veritate cognoui, pro finitimi loci coniuncta Ciuitate, cuique publicè & domeſticè obſtiti ſæpe, cùm ille Chriſtum Deum negaret, audiente Athanaſio, &c.*

b Athanaſius in Epiſtola de Synodis Arimini & Seleuciæ. *Mala ſoboles* (vt in Prouerbijs ſcriptum eſt) *patrem execratur. Ipſi autem Arioni in ſe mutuò reſurgunt, & à patribus ſuis deficientes, non tuentur eandem ſententiam, ſed varijs & multiplicibus mutationibus iactantur: & aduerſus Nicænam Synodum contendentes, multas Synodos inſtituerunt, in quorum ſingulis nouam ſemper fidem edentes, in nulla eorum perdurare poſſunt, neq; vnquàm aliter facient, quoniam malè quærendo, non inueniunt ſapientiam, quam odêre.* §. Nónne hîc Zuingliani & Caluiniſtæ ad viuum depinguntur, qui non aliter à Luthero, quàm Eunomiani & Macedominiani ab Ario deſciuerunt?

c Athanaſius in lib. de Synodis Arimini & Seleuciæ. *Acacius quidnam Euſebio ſuo Magiſtro reſponderit, qui non ſolùm Synodo Nicænæ ſubſcripſit, ſed per Epiſtolam ſuis populis ſignificauit, eã eſſe veram fidem, in quam in Nicæna Synodo conſenſum fuit? Etſi enim, vt voluit, ſe per Epiſtolam excuſaret, voces tamẽ Synodi nõ repudiauit. Quin & Acacianos criminatus eſt, quòd dicentes, Non erat filius priuſquàm naſceretur, eum ne ante Mariam quidem voluerint extitiſſe. Quid videlicet docebunt populos ab ipſis inſtitutos? An Patres ſuos lapſos eſſe?*

Non

quicquid in contrarium afferre parati eſſent. At nunc bonitate cauſæ noſtræ confiſi, nō recuſamus, quin ſtemus etiam in iudicio cum illis, & ius noſtrum in medio foro tueamur. Dicunt ergo, nō fuiſſe vnquam ſeptuaginta Nicænæ Synodi capitula: idque quoniam viginti ſolùm Canones extant, nec plures olim apud ſe fuiſſe, Atticus, & Cyrillus, alijque tàm Orientis, quàm Occidentis Epiſcopi affirmârunt. Huic argumento primùm reſpondet hæc ipſa AEgyptiorum Epiſtola, quæ dicit, integra & vera eius Synodi capitula fuiſſe per Arianos combuſta. Cuius rei non paruum id ſignum eſt, quòd in his viginti Canonibus, quos nobis reliquerunt, nihil ferè extat, quod ipſos Arianos vlla ex parte oppugnet: cùm tamen omnes hiſtoriæ clament, Arianam hæreſim primam cauſam fuiſſe, cur ea Synodus conuocaretur. Deinde poterat fieri, & mihi veriſimile fit, vt Synodus Nicæna verbo tantùm confirmaret Sacros Canones permultos in alijs anteà Concilijs, aut etiam in Epiſtolis Synodicis promulgatos: cùm interim de nouo nō niſi Canones viginti ederet, eos, qui nunc in eius Synodi nomine circumferuntur. Vnde etiam euenerit, vt alij ſolos Canones de nouo editos in ſcriptum retulerint, alij verò etiam illos antiquos, qui eo tempore confirmabantur, in Canonum Nicææ editorum numerum reponerent. Vtcunque id comparatum fuerit, certiſsimum eſt, plures Canones, quàm hos viginti, qui nunc extāt, à Synodo Nicæna vel primùm conditos, vel aliqua ratione receptos, & poſteris commendatos fuiſſe.

Nota

I. Nam (vt ab eo potiſsimùm incipiam) Socrates lib. 1. cap. 5. refert, Concilium non ſolùm Ario & omnibus eius opinionis Fautoribus anathema denunciaſſe, verùm etiam vetuiſſe, *ne Alexandriam Arius aduentaret*, néue liber, quem Thaliam inſcripſerat, legeretur Sozom. lib. 1. cap. 20. De quibus rebus non fit aliqua mentio in 20. Canonibus, qui iam extant.

ij. Deinde Euſebius in lib. 3. de vita Conſtantini cap. 13. teſtatur, in Synodo Nicæna obtentum fuiſſe, vt *vnum idemq́. tempus in ſalutari feſto Paſchatis celebrando ab omnibus obſeruaretur.* At neq; hæc res in viginti Canonibus decreta fuiſſe inuenitur.

iij. Ex oratione etiam Conſtantini Magni (apud Euſebium de vita Conſtantini lib. 3. cap. 17.) colligitur, Nicænam Synodum vſque à prima P[illegible]nis die recoluiſſe Paſchatis celebrādi tempus. Imò & Gennadius in Catalogo virorum illuſtrium ([illegible] nomine Theophili Alexandrini) recurſum quendam Paſchalē narrat, quem magna Synodus Nicæna inuenerat. Idemq; facit Iſidorus in Præfatione in opus Conciliorum. Quæ tamen res ad nos in eiuſdem Synodi Canonibus minimè peruenerunt.

iiij. Præterea Synodus Nicæna in literis, quas ad Eccleſiam Alexandrinam dedit (quæ apud Theodoretū extant in libro hiſtoriarum primo cap. 9.) refert, ſeipſam decreuiſſe, vt Meletius in ſua quidem ciuitate remaneat, nullam verò habeat poteſtatem manus cuiquam imponendi, vel quenquam ad aliquod munus Eccleſiaſticum deligendi. vtque presbyteri ab eo deſignati & ſanctiore ordinatione confirmētur, & omnibus presbyteris ab Alexandro ordinatis inferiores habeantur, nec quicquam omnino tranſigant abſque conſenſu Epiſcoporum, qui ſub ipſo Alexandro ſunt. Quorum certè nihil in his viginti Canonibus Nicæni Concilij promulgatum eſt.

v. Nihil etiam in ijſdem viginti Canonibus de Sabellio aut Photino perſcribitur, quos tamen in Synodo Nicæna cōdemnatos, & Damaſus in vita Silueſtri, & Epilogus Romanæ Synodi ſub Silueſtro habitæ refert: niſi fortè (quod interdum ſuſpicor) per Synodum Nicænam omnes antiquæ Synodi Catholicæ, quæ cum illa conſenſerunt, intelligi debeant. quanquam fit etiam mentio Photianorum ſeu Photinianorum apud Ruffinum in Eccleſ. Hiſtor. lib. 10. cap. 6.

vi. Concilium Conſtantinopolitanum (apud Theodoretum lib. 5. cap. 9.) ſic habet: *Sanctorum Patrum in Concilio Nicano deciſio eſt, vt ſingularum Eccleſiarum Antiſtites vnà cum finitimis Epiſcopis (modò ipſis ita viſum fuerit) miniſtros ad Eccleſiarum commodum in ſuis ipſorum Prouincijs ordinent.* Hoc decretū in 20. Canonibus Nicænis minimè reperitur.

vij. Secundum Arelatenſe Concilium, quod penè ſtatim poſt Nicænam Synodum in Gallia Narbonenſi celebratum eſt, affirmat, *Magnam Synodum ante conſtituiſſe, vt qui fratres falsò accuſaſſe conuicti eſſent, vſque ad exitum non communicarent, niſi digna ſatisfactione pænituiſſent.* Porrò quod per *Synodum Magnam* Nicæna intelligatur, abundè liquet tùm ex ca. 2. & 3. Nicæni, tùm ex ca. 6. eiuſdem Arelatenſis Concilij, vbi dicitur eum, qui ſine conſcientia Metropolitani conſtituitur Epiſcopus, *iuxta Magnam Synodum* eſſe Epiſcopum non debere. Hoc autem ipſum reperitur Decretum in can. 6. Nicænæ Synodi. Nunc, verò nihil inter viginti Canones Nicænæ Synodi reperitur in eos decretum, qui fratres falsò accuſaſſent.

viij Legati Prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis in Africano Concilio dixerunt, can. 14. *De fide Nicani Tractatus audiuimus, verùm & de Sacrificiis inhibendis poſt prandium, vt ab ieiunis, ſicuti dignum eſt, offerantur, & tunc, & nunc firmatum eſt.* Dicunt autem in Concilio Nicæno ſtatutum eſſe, vt ne Sacrificium Euchariſtiæ fieret, aut acciperetur, præterquàm à ieiunis. At hoc non habetur in 20. Canonibus.

Ambro-

Certe Theodoretus historiæ suæ ecclesiasticæ lib. 1 c. 8. dicit Episcopos post Theonā Marmaricitanū et Secundū Ptolemaidis [illegible] ratos, qui fuit in cōcilium [illegible], de administratione Ecclesiastica leges seu Canones viginti conscripsisse.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Conſtantinus, Conſtans, & Conſtantius ann. 24.
336	36. S. Iulius Ruſtici filius Romanus, ſedit an. 24. m. 5. d. 16.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

62. *De hæretico Edicto Conſtantij.*

a Conſtantinus Imperator Synodum in Seleucia Iſauriæ conuocans, præcepit, vt *Epiſcopi nihil præter Diuinas Scripturas Eccleſiaſticæ fidei adderent*. Vnde Synodus ibi definiuit in hæc verba: *Cõfeſſeutalis vocem reijcimus velutà Scripturis alienam*. Epiphan. hær. 73. Fides etiam ab hæreticis Arianis Arimini edita (vt eſt apud Athanaſium in lib. de Synodis Arimini & Seleuciæ) iubebat vocabulum ſubſtantiæ de medio tolli eò quòd ſacræ Scripturæ nuſquam meminiſſent ſubſtãtiæ Patris & Filij. §. Nõnne hoc ipſum, quod in Conſtantio & Arianis tãquam impium omnes ſancti Patres condemnãrunt, hodie renouant Lutherani & Caluiniſtæ, ad ſolas Scripturas, ad ſolas, inquam, nos reuocantes?

63. *De Metangiſmonitis.*

b Metangiſmonitæ dicebãt, Filium in Patre ſic eſſe, vt vas minus in maiore.

64. *De Aëtianis & Eunomianis.*

a Aëtius Syrus vnigenitũ Filiũ alterius eſſe ſubſtantiæ, quàm ſit Pater, primus aſſeruit. Baſil. lib. 1. cont. Eunomium.

b Idem primus dixit ea, quæ ſecũdùm naturam diſsimilia ſunt, diſsimiliter proferri. Vnde illa Apoſtoli verba, *ex quo omnia*, referebat ad Patrem: illa verò, *per quẽ*, ad filiũ velut patri diſsimilem

⚜ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Non ſolis Scripturis nitendum in cauſis fidei.

a Hilarius in lib. contra Conſtantiũ Auguſtũ. *Nolo* (inquit Conſtantius) *verba, quæ non ſcripta ſunt, dici. Hoc tandem rogo, quis Epiſcopus iubeat? Et quis Apoſtolicæ prædicationis vetet formam? Dic prius, ſi rectè dici putas: Nolo aduerſum noua venena, nouos medicamentorũ comparatione. Nolo aduerſum nouos hoſtes noua bella. Nolo aduerſum nouas inſidias concilia recentia. Si enim Ariani hæretici idcirco ὁμοούσιον hodie euitant, quia prius negauerunt: nónne tu hodie idcirco repugnas, vt hi nunc quoq; denegent? Nouitates vocum, ſed prophanas, deuitari iubet Apoſtolus. Tu cur pias excludis? cùm præſertim ab eo dictum ſit: Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt. Innaſcibilẽ ſcriptum nuſquam legis. Nunquid & hoc negandum erit, quia nouum eſt? Decernis, ſimilem Patri filium. Euangelia non prædicant. Quid eſt, quòd non refugis hanc vocem? In vno nouitas eligitur, in alio ſubmouetur. Vbi impietatis occaſio patet nouitas admittitur. vbi autẽ religionis maxima & ſola cautelo eſt, excluditur.*

Epiphan. Hær. 71. *Oportet & traditione vti. Non enim omnia à Sacra Scriptura accipi poſſunt.*

Baſilius in lib. de Spiritu ſancto. cap. 27. *Dogmata, quæ in Eccleſia prædicantur quædam habemus è doctrina ſcripto prodita: quædã rurſus ex Apoſtolorum traditione, in myſterio, id eſt, in occulto tradita recepimus. Quorum vtraq; parem vim habent ad pietatem, nec his quiſquã contradicet, quiſquis ſane vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura Eccleſiaſtica.*

b Philaſter Brixienſ. Epiſc. in Catalogo hæreſeon. *Saluator non dixit, Filium in Patrem intrare ſed æqualitatis cauſam in Diuinitate & potentia docuit.*

a Athanaſius in lib. de Synodis. *Aëtius cognomento Impius, in Arianam inſaniam tranſiens, cum ſuis, quos decepit, naufragium fecit.*

b Baſilius de Spiritu Sancto cap. 4. *Spiritus libertas nulla modo ſeruit iuxta rerum ſenſibiliũ indignitatem* & cap. 5 *Ex quo*, etiam ad filiũ refertur. Epheſ. 4. & Coloſſen. 2 Caput Chriſtus, *ex quo* totum corpus augeſcit. Itemque, *per quem*, ad Patrem interdum refertur. 1. Cor. 1. *Fidelis*

ix. Ambroſius in Epiſt.82. *Qui iterauerit coniugium, prærogatiua exuitur Sacerdotis. Nec ſolùm hoc Apoſtolus de Epiſcopo & Presbytero ſtatuit* (ad Tit.1.) *ſed etiam Patres in Concilio Nicæni Tractatus addiderunt, neque Clericum quenquam debere eſſe, qui ſecunda coniugia ſortitus ſit.* Porrò neq; hoc decretum inter viginti Canones numeratur.

x. Hieronymus in Præfatione ad librum Iudith. *Hunc librum Synodus Nicæna in numero Sanctarũ Scripturarum legitur computaſſe.* §. Verùm neque iſta computatio fit in illis 20. Cano.

xi. Idem in Epiſt. ad Oceanum. *In Nicæna Synodo à Patribus eſt decretum, ne de alia ad aliam Eccleſiã Epiſcopus transferatur.* Vbi hoc in 20. Canonibus? Nam Canon 16. de Epiſcopis non loquitur.

xij. Auguſtinus in Epiſt.110. *Sedi cum Patre & Epiſcopo meo ſene Valerio, quod Concilio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam.* §. Significat ergo, in Concilio Nicæno prohibitum fuiſſe, ne Epiſcopus ſibi ſucceſſorem ſubſtitueret, cùm tamen neq; id in 20. Canonibus exprimatur.

xiij Idem lib.2. de Baptiſmo contra Donatiſtas. cap.9. teſtatur, *in plenario Concilio (quod antequam ipſe natus eſſet, conuenerat) definitum eſſe, ne ſemel ab Hæreticis baptizati rebaptizarentur.* Qui locus cùm neceſſariò ſit intelligendus de Nicæno Concilio, quod ſolùm ex plenarijs Concilijs, antequam natus eſſet Auguſtinus, conuenerat, tamen inter viginti Canones nullum tale Decretum recenſetur.

xiiij Leo Papa in Epiſt.76. *Quod noſtris temporibus apud Chalcedonem de D. N. Ieſu Chriſti incarnatione firmatum eſt, hoc etiam apud Nicæam myſticus ille Patrum numerus definiuit.* Definitio autem illa nuſquam comparet inter 20 Canones Nicæni Concilij.

xv. Ratio literarum, quæ *formatæ* olim dicebantur, concepta eſt in Concilio Nicæno (in cuius tamen 20. Canonibus nulla fit earum mentio) quemadmodum Attalus refert in ipſo fine Chalcedonenſis Cõcilij.

xvi Duplex Canon alter de Baptiſmo, alter de Euchariſtia, citatur Græcè à Cuthberto Tonſtallo in lib. de Euchariſtia, quorum neuter habet ſuum inter *viginti Canones locum.*

Nec dubito, quin diligens Lector etiam alia multa ex antiquitate collegerit, quæ in Concilio Nicæno deciſa fuiſſe commemorentur: quorum tamen nihil in eiuſdem Concilij actis memoriæ proditum ſit,
xvij & poſteris commendatum. Nam & Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos, vt *ſubſcriptionũ* Epiſcopalium meminit, ſic etiam docet, *acta quadam Synodi Nicænæ fuiſſe, in quibus legi poſſet, quòd octo Epiſcopi Ariani à Synodo ſuſcepti fuerint.*

xviij Denique præter Iulij, Marci, Fælicis, & Innocentij Põtificum Romanorũ Epiſtolas, in quibus fit mẽtio plurium Decretorum, quæ Synodus Nicæna ediderit: Iſidorus in Præfatione in opus Conciliorum ita ſcribit: *Nobis quidam (è conſortio fratrum noſtrorum) Orientales teſtati ſunt, ſe vidiſſe Concilium Nicænum habens potiorem quatuor Euangeliorum magnitudinem.* Vbi etiam plura in eandẽ ſententiá ſequũtur.

Vincentius Lirinenſis meminit Epiſtolarum Iulij vrbis Romæ Epiſcopi, in libello quem ſcripſit contra Hæreſes.

Athanaſius in Epiſto. ad Solitar. vitam agentes. Euſebiani à Marcello Galatiæ Epiſcopo de hæreſi re-
102 prehenſi, hæreſeos recrimitationem illi viciſſim impingentes, hominem in exilium eiecerunt. *Ille autem Romam profectus, ſeſe innocentem docuit.* Epiphanius hær.72. Marcellus Ancyræ inter hæreticos, velut qui declaraſſet, ſe cum Sabellio ſentire, numeratus, *ſermonem fecit ad Iulium B. Romanorum Epiſcopum,* ſuiipſius defenſionem faciens. *Beatiſſimo comminiſtro Iulio, Marcellus in Domino gaudium.* Quandoquidem
103. aliqui ex condemnatis, prius ob hoc, quòd non rectè credunt, quos ego in Nicena Synodo redargui, *contra me ſcribere ad pietatem tuam auſi ſunt, tanquam ego non rectè neque Eccleſiaſticè ſentiam, ſuam culpam in me transferre ſtudentes: ea gratia neceſſarium duxi, me conferre Romam, & commonefacere te, vt eos, qui contra me ſcripſerunt, accerſas, quò præſentes ipſi in vtriſque à me redarguerentur, & quòd quæ contra me ſcripſerũt, falſa ſunt, & quòd adhuc nunc permanent in ſuo ipſorum errore priore, & horrenda contra Dei Eccleſiam, tùm contra nos præſides ipſorum, auſi fuerunt. Quandoquidem igitur apparere non voluerunt, cùm demiſeris tu preſbyteros ad eos: & hoc, cùm ego annum & tres integros menſes in Roma vixerim, neceſſarium putaui hinc diſceſſurus, meam fidem mea manu à me conſcriptam cum omni veritate tibi tradere, quã didici, & ex Diuinis Scripturis ſum edoctus, & ſimul de his, quæ ab ipſis male dicuntur, te commonefacere, quò cognoſcas, quibus ſermonibus ad decipiendos auditores vtentes, veritatem occultare volunt.* Et pòſt: *Per libellum* (inquit Epiphanius) *ornauit ſuos ſermones, quò occultet ea, quæ ab ipſo dicta ſunt, vt ne excidat per depoſitionem à communi Epiſcoporum collegio ac regula.* Et pòſt: *Athanaſius habebat Marcellum, velut qui ſe purgaſſet.* Hæc Epiphanius. Hinc apparet, eum non excidiſſe vnquam à communi Epiſcoporum collegio & regula, qui ſeipſum purgaſſet apud Põtificem Romanum, qui ſemper habitus fuit principium Eccleſiaſticæ communionis. Cæterùm (vt id quoq; obiter dicam) Sozomenus lib.2. ca.31. refert, Marcellum in Concilio Sardicenſi purgatum & ad Epiſcopatum reſtitutum eſſe.

Liberatus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
338	36. Idē S. Iulius.	Conſtans, & Conſtantius ann. 24.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

milem. Baſilius De Spiritu Sancto Cap. 2.

c Eunomius latiùs aſſerebat, filium per omnia diſsimilē Patri. Ruffin. Eccleſ. hiſt. li. 10. cap. 25.

De authoritate Eccleſiæ.

d Eunomius negauit, multitudini, antiquitati, & dignitati Chriſtianorum plus deferendum eſſe, apud Baſilium lib. 1. cōtra Enom. qua etiam in opinione Lutherani & Caluiniſtæ Eunomianorum imitatores ſunt.

Eupſychius primùm ſectator Eunomij fuit, deinde ab Eunomianis diuiſus eſt. Nicephorus lib. 12. cap. 30.

De ſola fide.

e Eunomius fertur vſque adeò fuiſſe bonis moribus inimicus, vt aſſeueraret, *quòd nihil cuiquā obeſſet quorūlibet perpetratio ac perſeuerantia peccatorum, ſi huius, quæ ab illo docebatur, fidei particeps eſſet.* Aug. hær. 54. Nónne hoc idē Lutherani & Caluiniſtæ docēt, cùm nos ab omnib⁹ peccatis per fidem ſolam, hoc eſt, per genus quoddam fiduciæ, quam ipſi ſoli docent, iuſtificari contendunt? quam fidē qui habet, eum quicquid delinquat, ſecurum de vita æterna eſſe iubent.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

delis Deus, per quem vocati eſtis in conſortium Filij ipſius. Gal. 4. & Rom. 6.

c Baſilius lib. 1. aduerſus Eunomiū. *Eunomius iſte Galata è rebus ſibi ipſi turpiſsimis factus illuſtrior, Princeps atq; defenſor totius hæreſis appellari concupiuit.* Vnde arguitur à Baſilio totis quinque libris.

d Athanaſius in lib. de Synodis Arimini & Seleuciæ. *Quomodo eos, quib⁹ ſucceſſēre, Patres ſuos appellabunt, quorū ſententias ipſi culpant? aut quomodo ipſi veri apud Diſcipulos ſuos habebuntur, quibus perſuadent præceptoribus credendum nō eſſe? aut quo iure ipſi Epiſcopi eſſe poterunt, ſi ab hæreticis, quos ipſi criminantur, conſtituti ſunt?*

Hilarius de Synodis aduerſus Arianos. *Cogitemus tot Sacerdotes ſanctos & quieſcētes. Quid de nobis Dominus iudicabit, ſi nunc anathematizantur à nobis? Ordinati enim ab his ſumus, & eorum ſumus ſucceſſores.* Baſilius Magnus in lib. 1. cōtra Apologeticum Eunomij. *Quid tu narras? Non dabimus plus antiquitati? non reuerebimur Chriſtianorum multitudinem tam eorū qui ſunt, quàm eorum qui fuerunt, ex quo Euangelium prædicatum eſt? Nullam rationem dignitatis eorum faciemus, qui omni ſpirituali gratia claruerunt?*

e Cyrillus Hieroſolymitanus Cathecesi 15. *Si à peccatis mundaberis, ac deinceps opera habueris, ſicut lana munda, manebit impolluta ſtola tua.* (Et pòſt) *Non in hoc ſolū confidas, quòd credis, ſed fidem ardentem cōſerua, ita vt luceat lux tua corā hominibus per bona opera, ne blaſphemetur propter te Chriſtus.* Chryſoſt. in Homil. de Anna & Samuēlis educat. *Profeſsio Chriſti fit non tantùm per fidem, verum etiam per opera, quæ ſi abſint, periculum eſt, ne cum abnegantibus pœnas luamus. Profitentur ſe noſſe Deum, ſed factis negant.* Tit. 1.

Baſilius conſtitut. Monaſticæ. cap. 35. *Si Dominus charitas eſt, ſine dubio qui charitatem non habet, is diuina gratia caret.* §. Non habet verò charitatem, qui ſolam fidem, qua iuſtificetur, habere ſe dicit: alioqui enim fides eius non ſola iuſtificat, cùm ſine gratia Dei nihil iuſtificet. *Qui verò charitatem non habet, is* (inquit Baſilius ſecundū Scripturas 1. Cor. 13.) *diuina gratia caret.*

104 Liberatus in Breuiario: B. Athanaſius Romanum Pontificem appellauit.

105 Hieronym. in Epiſt. 16. dicit, Athanaſium cõfugiſſe Romam, quaſi ad tutiſsimũ cõmunionis ſuæ portũ.

106 Athanaſius in Epiſt. ad ſolitariã vitã agentes: *Euſebiani Romam contra Athanaſium ſcribunt. Epiſcopus autem Romanus Iulius Synodum iuſſit fieri, vbicunque vellemus: vt tutò & crimina obÿcerent, & inuicem ſibi obiecta refutarent. Id enim eorum Legati, quum ſe vinci animaduerterent, poſtulârunt.* Papa igitur Synodum vbicunque vellet, conuocandi poteſtatem iam olim habuit, quia videlicet totius Eccleſiæ curam geſsit. Et pòſt: *Athanaſius ſemel re cognita, Romam profectus eſt, non ignarus hæretici furoris. Iulius verò Presbyteros ſuos Elpidium & Philoxenem cum literis ad Euſebianos miſit, certum diem definiens, vt aut præſentes ſe ſiſterent, aut cognoſcerent, ſe omnibus modis ſuſpectos haberi. Cæterùm Euſebiani vbi ſemel audiſſent, Eccleſiaſticum conſeſſum fore, vbi nec Comes affuturus eſſet, neque ſatellites pro foribus excubarent, nec ex Cæſaris præſcriptis omnia fierent, quibus rationibus & non aliis Epiſcopos vicerant, imò qui ſine hoc præſidio ne loqui quidem auderent: ita inhorruerunt, & metu quidem contracti ſunt, vt Presbyteros detinerent vltra diem condictam, cauſificationem interim turpem fingentes. Certè Presbyteros ſuos dimiſerunt cum abſurdiſſima excuſatione.* Et pòſt: *Romæ verò congregati Epiſcopi propè quinquaginta Euſebianos vt ſuſpectos, timentesq́ ſe ſiſtere non receperunt, & quæ ab ipſis ſcripta eſſent, pro vanis habuerunt: nos autem receperunt, noſtramq́ communionem amplexi ſunt.*

107 Ex Epiſtola Iulij, quæ ad Euſebianos in Concilio 50. Epiſcoporum conſcripta extat apud Athanaſiũ in Apolo. 2. *Si, vt dicitis* (Athanaſius & alij) *omnino in culpa fuerunt, oportuit ſcribere omnibus nobis, vt ita ab omnibus, quod iuſtum eſt, decerneretur. Epiſcopi enim erant, & non vulgaris Eccleſiæ, qui iſta patiebantur, ſed quam ipſi Apoſtoli ſuamet opera ad fidem inſtruxerant. Cur in primis nihil nobis de Alexandria ciuitate ſcribere voluiſtis? An ignari eſtis, hanc conſuetudinem eſſe, vt primùm nobis ſcribatur, vt hinc, quod iuſtum eſt, definiri poſſet? Quapropter ſi iſthic huiuſmodi ſuſpicio in Epiſcopum concepta fuerat, id huc ad noſtram Eccleſiam referri oportuit.* Et pòſt: *Quæ accepimus à B. Petro Apoſtolo, ea vobis ſignifico.*

108 Sozomenus lib. 3. cap. 7. *Athanaſius fugiens Alexandria, Romam aduentauit. Eodem tempore Paulus etiam Conſtantinopolitanus Epiſcopus fortè illo acceſſit, & Marcellus quoque Epiſcopus Ancyræ, & Aſclepas Gazæ Epiſcopus: qui cùm doctrinæ Arianæ aduerſaretur, in crimen vocatus eſt ab Arianis quibuſdã, quòd Altare euerterat, & fuit propterea abdicatus. Cuius locũ in Eccleſia Gazæ adminiſtranda obtinuit Quintianus. Itemq́ Lucius Epiſcopus Adrianopolis ab aliÿs accuſatus, ſua, quam regebat, Eccleſia ſpoliatus, Romæ ætatem degit. Quorũ criminationes cùm Epiſcopus Romanus intellexiſſet, & omnes fidei Concilÿ Nicæni conſentientes reperiſſet, in cõmunionẽ recepit.* Ac cùm propter Sedis dignitatẽ cura omniũ ad ipſum ſpectaret, *ſingulis ſuam Eccleſiam reſtituit, ſcripſitq́ ad Epiſcopos Orientis, eoſq́ incuſauit, quòd inconſultò de hiſce viris iudicaſſent, Eccleſiaſq́ perturbaſſent, cùm Decretis Concilÿ Nicæni ſtare nollẽt. Deditq́ mandatum, vt quidam illorum omnium nomine ad diẽ conſtitutũ accederent, perſpicuè declaraturi, ſententiã, quã de his tulerant, æquã iuſtamq́ eſſe. Quinetiã minatus eſt, ſe de reliquo non paſſurũ eos inultos eſſe, niſi nouis rebus ſtudere deſiſterent.* Ita quidẽ ſcripſit Iulius.

109 *Athanaſius autem & Paulus ad ſuas Sedes reuertuntur, literasq́ Iulÿ Epiſcopis Orientis mittunt. Quibus illi grauiter commoti, conueniunt Antiochiæ in vnum, & Epiſtolam verbis elegantibus ornatam & diſertè, vt Rhetorum mos eſt, compoſitam ad Iulium ſcribunt, eamq́ plenam Ironiæ, & minarum non expertem grauiſſimarum. Nam quanquam literis ſuis fatebantur, Eccleſiam Romanam primas apud omnes ferre, vtpotè quæ Apoſtolorum ſchola, & pietatis Metropolis (licet auctores Religionis Chriſtianæ primùm ex Oriente eò veniſſent) iã ab initio fuiſſet: tamen indignati ſunt, ſe poſteriores ideo ferre, quod magnitudine Eccleſiæ ſuperarentur.* Nec hæretici ergo negare poterant, quin Romana Eccleſia primas apud omnes tulerit.

110 Socrates lib. 2. cap. 11. & 13. Quoniam *Eccleſia Romana priuilegium præter cæteras obtinebat, cùm Iulius intellexiſſet, contra Athanaſium Antiochiæ pſeudoſynodum fuiſſe celebratam, ſcripſit eos contra Eccleſiæ Canones egiſſe, quòd illum ad Concilium non vocaſſent, quippe cùm Canon Eccleſiaſticus vetet, præter ſententiam Epiſcopi Romani Concilia celebrari.* Hoſius Epiſcopus Cordubenſis ad Conſtantium Imperatorem (teſte Athanaſio in Epiſt. ad ſolitar. vitam agentes) ita ſcripſit: *Ego Athanaſii accuſationibus non ſubſcribo, quem nos, & Romana Eccleſia, & vniuerſa Synodus innocentem pronunciauit.*

111 Sozomenus lib. 3. cap. 9. *Iulius* (ab Epiſcopis AEgypti) *certior factus, non tutum eſſe Athanaſio in AEgypto vitam agere, eum ad ſe accerſiuit. Ad illos autem, qui Antiochiæ in vnum conuenerant (nam fortè fortuna id temporis eorum acceperat Epiſtolam) ſcripſit: atque adeò incuſauit, quòd clàm contra fidem Concilÿ Nicæni nouas res moliti fuerant, quodq́ contra leges Eccleſiæ ipſum ad Concilium non vocârant. Nam legem eſſe ad Sacerdotÿ dignitatem ſpectantem, quæ pronunciat, Acta illa irrita eſſe, quæ præter ſententiam Epiſcopi Romani conſtituuntur. Ea autem, quæ Tyri, & in Mareote aduerſus Athanaſium decernebantur, iniqua eſſe.*

112 Sozomenus lib. 3. cap. 10. Occidentis Epiſcopi ad Epiſcopos Orientis reſcripſerunt; *ſe nunquam ab Athanaſÿ & Pauli communione refugiſſe, neque iam velle ab ea refugere, præſertim cùm Iulius Epiſcopus Romanus cauſa eorũ accuratè cognita, illos neutiquàm condemnaſſet.* Quis hîc non videt, Epiſcopũ Romanũ primã Eccleſiaſticæ cõmunionis regulã ab oibus Catholicis haberi, eundẽq; ſchiſmaticis vnicè inuiſum eſſe?

Dignum autem animaduersione est, quod quamquam Constantius ... Synodum [illegible]

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
348	36. Iulius ſedit an.24.m.5.d.16.	
		Conſtantius Arianus.
351	37. Liberius.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

65. De Macedonianis, ſeu de Spiritus ſancti Diuinitate.

a Macedoniani à Macedonio vrbis Conſtantinopolitanæ Epiſcopo nominati, dicebantur & Semiariani, eò quòd Arianorum ſimiles ex aliqua parte eſſent. Et Pneumatomachi, eò quòd Spiritus ſancti cõſubſtantialem eum Patre Deitatem vnà cum Ario negabant. Iſti dicebant, Spiritum ſanctum eſſe adminiſtratorium, & ſeruilem Spiritum, ex eoque creaturam, & non creatorem. Baſilius Epiſt.78.

b Photinus Syrmij (quod oppidum in Illyrico eſt) Epiſcopus, temporibus Conſtantini (auctore Epiphanio hæreſi 71.) aſſeruit, Chriſtum ante Mariam nõ fuiſſe.

c Trinitatis verò plenitudinem negauit. Neque vllam Dei verbi, aut Spiritus ſancti putauit eſſe perſonam. Et Deum ergo ſingulum ac ſolitarium: & Chriſtũ docuit ſolum hominem eſſe.

66. De Audeanis ſeu Vadianis.

a Audeani ſiue Anthropomorphitæ formam & partes humani corporis Deo tribuerunt. Epiphan.hær.70.

b Tenebras, aquam, & ignem dicunt ingenita. Theodoret.hæret. Fab. lib.4.

c Paſcha eum Iudæis celebrabant. Epiphan.

De Di-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Baſilius Magnus in Epiſt. 78. *Declaratio recti ſenſus in eo eſt, ſi Spiritus ſanctus à Patre & Filio non ſeparetur. Oportet enim baptizari nos, iuxta quod à Domino accepimus, & credere ſicut baptizamur: Glorificare verò Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, quemadmodum credidimus. Et poſteaquàm hac in re conuenit, oportet ſimul cõmunionem eorum fugere, qui Spiritum ſanctum creaturam eſſe dicunt.* Damaſus in Cõcilio Romæ poſtea celebrato (vt habetur lib.5. Theod. cap.11.) *Anathema denunciamus omnibus, qui nõ liberè prædicãt Spiritũ ſanctum vnius & eiuſdẽ tùm eſſentiæ, tùm poteſtatis cum Patre & Filio.*

b Hilarius in lib. de Synodis. *Eam fidem retractemus, quæ tunc cùm Photinus Epiſcopatu dejectus eſt, Syrmij conſcripta eſt. Credimus in vnum Filium Dei ante omnia ſecula ex Patre natum: Si quis hominem ſolũ dicit de Maria filium, anathema ſit.*

c Hilarius in lib.de Synodis. *Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum vnam perſonam dicat: Anathema ſit. Neceſſitas & tempus admonuit eos, qui tùm conuenerant, per multiplices quæſtiones latius ac diffuſius expoſitionem fidei ordinare: quià multis & occultis cuniculis in Catholicam domum ea, quæ per Photinum renouabatur, hæreſis tentaret irrepere: vt per ſingula genera intemerata & illæſa fidei vnicuique generi hæreticæ ac furtiuæ fraudulentiæ contraireturr.*

a Athanaſius in Orat. cont. Arianos, quòd ex Deo Deus eſt verbum: *Sicuti dum mentio fit de corde Dei, non humanum cor intelligimus: ita quoque dum Scriptura loquitur de vtero Dei, nõ ita accipiendum eſt, quaſi corporeus ſit ille vterus. Conſuetudo enim eſt Sacræ ſcripturæ, humanitus ea, quæ ſupra hominem ſunt, eloqui.*

b Baſilius Homil.2.in Hexam. *In principio fecit Deus cælum & terram. Multa ſanè obticuit, vt ignem, aërẽ, aquam, quæ ſimul cum vniuerſo ſubſtitêre.* Et pòſt: *Dicimus tenebras non ſecundùm ſubſtantiam extitiſſe, ſed affectionem eſſe, quæ aëri ex luminis priuatione accidat.*

c Concil. Laodicenſe, c.7. *Qui quartadecima Luna primi menſis cum Iudæis Paſcha celebrant, non ſunt recipiendi, priuſquàm condemnent omnem hæreſim, in qua detinebantur.*

d Cyril-

Synodum Sardicam fuiſſe OEcumenicam & Generalem.

Athanaſius in principio Apologiæ ſecundæ teſtatur, *in magno Concilio Sardico ad edictum religioſiſſimorum Principum Conſtantij & Conſtantis plures quàm trecentos Epiſcopos conueniſſe ex multis Prouincijs Ægypti, Lybiæ, Pentapoleos, Paleſtinæ, Arabiæ, Iſauriæ, Cypri, Pamphyliæ, Lyciæ, Galatiæ, Daciæ, Myſiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epiri, Theſſaliæ, Achaiæ, Cretæ, Dalmatiæ, Sciſciæ, Pannoniorum, Norici, Italiæ, Piceni, Thuſciæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutiorum, Siciliæ, Africæ vniuerſæ, Sardiniæ, Hiſpaniarum, Galliarum, Britanniarum*. Idem ferè ipſum tradit Hilarius de eadem Synodo in lib. de Synodis aduerſus Arianos.

Sulpitius Seuerus ſacræ hiſtoriæ lib. 2. *Conſtantinus* (Iunior) *iubet, ex toto orbe apud Sardicã congregari Epiſcopos. Synodus congregata Athanaſium abſoluit, &c.* Socrates lib. 2. cap. 16. *Edicitur Conciliũ Generale, vt omnes Sardicam conuenirent (eſt autem hæc ciuitas Illyrij) idq́; de ſententia duorum Imperatorum. Epiſcopi circiter trecenti, qui verſus Occidentem habitabant, vt ait Athanaſius, eò conueniunt. Ex Epiſcopis autẽ Orientalibus, vt Sabinus narrat, ſolùm ſeptuaginta ſex Sardicam adueniunt.* Theodoretus lib. 2. cap. 7. *Ducenti & quinquaginta Epiſcopi, ſicut eſt à veteribus memoriæ proditum, Sardicæ in vnum conuenêre.* Iuſtinianus etiã in fidei cõfeſsione, quã ad Ioannem Papam ſecundum tranſmiſit, *Synodum Sardicenſem appellat vniuerſalem.* Quid multis? Literæ Synodicæ docent, ex quot gentibus ea Synodus conflata ſit. Sic enim habent: *Sanctum Concilium, ab Epiſcopis Romæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Campaniæ, Calabriæ, Aphricæ, Sardiniæ, Pannoniæ, Myſiæ, Daciæ, Dardaniæ, & Daciæ inferioris, Macedoniæ, Theſſaliæ, Achaiæ, Epiri, Threciæ, Rhodopæ, Aſiæ, Cariæ, Bithyniæ, Helleſponti, Phrygiæ, Piſidiæ, Cappadociæ, Ponti, Phrygiæ minoris, Ciliciæ, Pamphyliæ, Lydiæ, Inſularum Cycladum, Ægypti, Thebaidis, Lybiæ, Galatiæ, Paleſtinæ, Arabiæ, per Dei gratiam Sardicæ celebratum, omnibus vbique Epiſcopis, & miniſtris Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, dilectis Fratribus in Domino, Salutem.*

Porrò quòd Sardica Synodus etiam ex Romani Epiſcopi ſententia fuerit indicta, perſpicuum fit ex verbis Socratis lib. 2. c. 16. Teſtatur enim, Orientales Epiſcopos culpam abſentiæ ſuæ à Sardica Synodo in Iulium Epiſcopum Romanum contuliſſe, *eò quòd nimis anguſtum tempus præſtitutum eſſet*. Non autem potuiſſet vel ſuſpicio aliqua culpæ in Romanum Pontificem cecidiſſe, niſi omnes ſciuiſſent, illum fuiſſe conſcium & approbatorem eius temporis, in quo Synodus illa indiceretur. Moris enim fuit, vt vel Imperator (ſaltem ſi Catholicus eſſet) cum Pontifice Romano communicaret, vel certè Pontifex Romanus peteret ab Imperatore Synodi Oecumenicæ conuocationem, vtq́ue vel tempus & locũ ipſe præſcriberet, in quo Synodus coiret, vel certè hæc ad Imperatoris arbitrium referret. Quæ tùm paulò pòſt in Synodi Conſtantinopolitanæ conuocatione ita ſe habuiſſe demonſtrabuntur, tùm idipſum ex ijs, quæ protulimus, manifeſtè colligitur. Cùm eum Conſtãs Imperator Catholicã fidem amplecteretur, is nihil huius generis fecit, quod non prius de conſilio vel rogatu primi Paſtoris ſuſciperet. Quantuli verò Imperatoris poteſtas in rebus ſacris ex ſe habita ſit (præterquàm ſi rectã fidem tuebatur, & ita vtilis erat Eccleſiæ) inde cognoſcatur, quòd omnes Patres, qui ex Imperatoris Edicto Arimini conuenerant (quos Sozomenus lib. 4. c. 16. ad quadringentos fuiſſe tradit) inuito Imperatore atque etiã illo prohibente, ad ſuas ſinguli Eccleſias reuerterunt, eidemq́ue Imperatori ſcripſerunt in hæc verba: *Iam per haſce literas confitemur, tibiq́; confirmamus, nos à noſtro propoſito & ſententia nequaquam diſceſſuros, legatis etiam noſtris idem imperauimus.* Hæc habentur apud Socratem lib. 2. c. 29. Ex quibus abundè liquet, Imperatoris poteſtatem in Concilijs cogendis non maiorem fuiſſe, quàm ipſis Epiſcopis viſum eſſet per ſpontaneam obedientiam illi concedere. Neque enim Cæſares à Chriſto poteſtatem acceperant res ſacras cum auctoritate obeundi, ſed tantùm inſeruiendi Eccleſiæ, quando Epiſcopi hoc expedire iudicarent.

113 Sardicenſe Concilium Canone. 3. aliàs. 4. Oſius Epiſcopus dixit: *Quòd ſi aliquis Epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum iudicium renouetur: ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur vel ab his, qui examinauerunt, vel etiam ab alijs Epiſcopis, qui in propinquo morantur, (Iulio) Romano Epiſcopo. Et ſi iudicauerit, renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det Iudices. Si autem probauerit talem cauſam, vt ea non refricentur, quæ acta ſunt: quæ decreuerit Romanus Epiſcopus, confirmata erunt. Si ergo omnibus placet, ſtatuatur.* Synodus
114 *reſpondit: Placet.* Et Canone ſeptimo Oſius Epiſcopus dixit: *Placuit autem, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint, ſi appellauerit qui*

deiectus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
352	Idem Liberius.	Conſtantius Arianus.

☞ *Hæretici & Pſeudopropheta.*

De diuitijs Clericorum.

d A Catholicorum communione abſtinebant propter Epiſcopos diuites, & alia eiuſmodi. Epiphan. Ibidem.

67. De Bonoſianis.

e Bonoſius Epiſcopus dicebat, Chriſtum Dei Filium adoptiuũ eſſe, non autem naturalem. Iſidorus Etymologiarum li.8.ca.5. Fit autem præterea mentio Bonoſi, ac dãnationis eius in Epiſtola Innocentij Papæ primi, ad Martianum Epiſcopum, quæ numero eſt vigeſima prima. Et apud Gregorium lib.9.Epiſt.61.

68. De Nouatianis huius ætatis.

a Sympronianus Nouatianæ hæreſis ſectator dicebat, ſolum Deum ignoſcere poſſe pœnitenti: quod idem plerique Lutherani & omnes Caluiniſtæ hodie dicũt. Pacianus in Epiſtola 1. ad Sympron. Et in Epiſt. 3. ad eundem refert, hoc continere tractatum omnem Nouatianorum, quòd poſt Baptiſmum pœnitere non liceat, quòd mortale peccatum Eccleſia donare non poſſit.

b Aiebant Nouatiani (vt eſt apud Ambroſium lib.1.cap.2. de pœnitentia) ſe Domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittendorũ criminum poteſtatẽ reſeruent. Hinc apparet, Nouatianos non prorſus pœnitentiam abſtuliſſe, imò, vt Ambr. li. 1. cap. 1. dicit, ipſi pœnitentiã indicebãt, ſed eandem non relaxabãt: cùm tamen (vt idem Ambroſius c. 2. ait) qui ſoluendi ius non habet, nec

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

d Cyrillus Hieroſolym. in Catech. 8. *Manifeſtè per prophetam dicit Dominus: Meum eſt aurum, & meum eſt argentum. Non eſt malum argẽtum, tu modo vtaris bene, ſeminans illud pauperibus.* Eccleſiam agros habuiſſe, conſtat ex oratione D. Ambroſij de Baſilicis tradendis Epiſtol. lib. 5.

e Hilarius lib.6. de Trinit. tractans hæc verba Euangelij, *Hic eſt filius meus, ipſum audite, ſic infert: Ne per communionem adoptiuæ hæreditatis cognomentum Filij Vnigenito Deo adderetur, naturæ veritas per ſignificationem proprietatis oſtenſa eſt, Hic eſt filius meus. Donaui adoptionis plurimis nomen, ſed iſte mihi filius eſt. Hunc ego tanquàm Indice digito ac verbi ſignificatione contingo, quæ dico, & meus eſt, & hic eſt, & Filius eſt.* Hæc Hilarius. Porrò ſi quis rationem dictorum attendat, videbit eandem aſſerri poſſe, vt iſta verba (hoc eſt corpus meum) doceantur non figurata, ſed propria eſſe.

a Pacianus in Pirenæi iugis Barcilonæ Epiſcopus in Epiſtola 2. ad eundem Sympron. ait: *Quod Deus per Sacerdotes ſuos facit, ipſius poteſtas eſt. Nam quid eſt illud, quod Apoſtolus dicit, Quæ ligaueritis in terris, ligata erunt & in cælis: & quæcunque ſolueritis in terris, ſoluta erunt & in cælis? Cur hoc, ſi ligare hominibus ac ſoluere nõ licebat? An tantùm hoc ſolis Apoſtolis licet? Ergo & baptizare ſolis licet, & Spiritum ſanctum dare ſolis. Si ergo & Lauacri & Chriſmatis poteſtas maiorum longe chariſmatum, ad Epiſcopos inde deſcendit: & ligandi quoque ius adfuit atque ſoluendi.* Et in Epiſt. 3. *Inceſtum peccatorem Paulus tradidit Satanæ in interitum carnis, non animæ. & hunc ipſum idem Paulus abſoluit. 2. Cor. 2.*

b Ambroſius lib. 1. de pœnitentia, cap. 2. *Ius ligandi & ſoluendi ſolis permiſſum Sacerdotibus eſt. rectè igitur hoc Eccleſia vẽdicat, quæ veros Sacerdotes habet: hæreſis vendicare non poteſt, quæ Sacerdotes veros non habet.* Et cap. 6. *non habent enim Petri hæreditatem, qui Petri fidem non habẽt, quam impia diuiſione diſcerpunt. Sed hoc improbè, quod etiã in Eccleſia donari peccata negant poſſe, cùm Petro dictum ſit, Tibi dabo claues regni cælorum.* Et cap. 7. *Cur baptizatis, ſi per hominẽ*

peccata

deiectus eſt, & fugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri, ſi iuſtum putauerit, vt renouetur
iudicium, vel diſcuſsionis examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Prouincia ſunt,
vt ipſi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum
audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo Presbyterum mittat, erit in poteſtate Epi-
ſcopi, quid velit & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes
eius authoritatem à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit, Epiſcopos ſufficere, vt negotio ter-
minum imponant, faciet quod ſapientiſsimo conſilio ſuo iudicauerit. Cum hac Sardici Canonis ſententia
115 conſentit Iulij Pontificis Epiſtola in Tom. 1. Conciliorum, vbi dicitur, *à Synodo Nicæna permiſſum omni-*
bus Epiſcopis, vt liberè Apoſtolicam appellent Sedem, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant. Itemq; Au-
116 guſtinus Epiſt. 162. *Neque enim de Presbyteris, aut Diaconis, aut inferioris ordinis Clericis, ſed de Collegis* (id
eſt, de Epiſcopis) *agebatur, qui poſſunt aliorum Collegarum iudicia, præſertim Apoſtolicarum Eccleſiarũ, cauſam*
ſuam integram reſeruare. Iam verò inter Apoſtolicas Eccleſias Romanam ſemper Principatum tenuiſſe,
ibidem dixit.
Athanaſius in Epiſt. ad Solitar. vitam agentes refert, *Valentem & Vrſatium Romam vltrò profectos eſſe,*
117 *& in Eccleſia, vbi nullius niſi Dei metus, & vbi liberè quiſque ſententiam proferebat, ſponte pœnitentiam ſuam*
profeſſos eſſe, & ſcripto edidiſſe. Vide quantis laudibus efferat Romanam Eccleſiam, ac præterea quàm
notum omnibus Epiſcopis tunc fuerit, Romanæ vrbis Epiſcopum omnium aliorum & cognitorem
& Iudicem eſſe.
118 Epiphanius hær. 68. *Vrſatius & Valens Pannoniæ Epiſcopi vnà cum libellis profecti ſunt ad B. Iulium Ro-*
manum Epiſcopum pro ratione reddenda de ſuo errore & delicto, quòd calumnias ſtruxiſſent Papæ Athanaſio.
At ſuſcipe (inquiunt) *nos in communitatem ac ad pœnitentiam* Et Sozomenus lib. 3. c. 22. *Hoc quoque* (in-
quiunt Vrſatius & Valens) *confitemur, ſi quando nos Epiſcopi Orientis vel Athanaſius ipſe præ malitia in*
iudicium de hac re vocare voluerint, nos ab ea, quod tu ſtatueris, minimè deſcituros.
119 Sozomenus lib. 3. cap. 11. *Oſius & Protogenes, qui principem locum inter Epiſcopos Occidentis, qui Sardicæ*
conuenerant, obtinebant, veriti ne quibuſdam viderentur Decreta Concilij Nicæni innouare, ſcripſère ad Iuliũ,
& teſtati ſunt, ſe illa quidem rata habere, ſed quò faciliùs intelligerentur, eadẽ pluribus verbis explicaſſe, eo con-
ſilio, ne Arianis, qui breuitate formulæ fidei in eo Concilio editæ, abutebantur facultas ex verbis daretur, imperitos
in abſurdam aliquam opinionem rapiendi. Apud Papã ergo, velut apud ſummũ Eccleſiæ Iudicẽ ſe purgãt.
120 Sozomenus lib. 3. cap. 12. *Eccleſia verſus Solem abeuntem ſita quoniam Patrum Decretis ritè gubernata*
erat, omninò à contentione, & captioſis verborum argutiis, quæ inde naſci ſolent, libera & vacua fuit. Nam
quamuis Auxentius Epiſcopus Mediolani, & Valens & Vrſatius ex Pannonia oriundi, impensè laborarent,
opinionem Arij in illam Imperij partem traducere: tamen eorum conatus haud-quaquam ſucceſsit ex ſententia,
quandoquidem Sedis Romanæ Antiſtes, & alij Epiſcopi ac Sacerdotes ſtudioſè præcauerunt, & illius hæreſis
121 *germina amputârunt.* Sozomenus lib 3. cap. 19. *Athanaſius à Conſtantio domum accerſitus, cùm eo tem-*
pore Aquileiæ vitam ageret, acceptis Conſtantij literis, venit Romam, cùm Iulio, quid ſibi agendum ſit, conſtitu-
turus, qui eum perhumanitùs demiſit, deditque eius cauſa ad Clerum & populum Alexandrinum literas.

Præter declarationem Primatus Romanæ Eccleſiæ, oſtenditur, quòd Papa Liberius non fuerit Arianus, aut vllius alterius hæreſeos vel promulgator, vel ex animo fautor.

Ita dicam de Liberio Pontifice Rom. vt quid ante exilium de fide ſenſerit, quid in reditu ab exilio
aut fecerit, aut feciſſe putetur, quidque poſt reditũ crediderit, atq; adeò qualis poſt obitum à viris præ-
clariſsimis exiſtimatus fuerit, ordine exponam. Principio conſtat, Liberium fuiſſe Catholicũ, & ab om-
ni labe Arianæ hæreſeos immunem, antequam in exilium à Conſtantio relegaretur. Athanaſius enim
non modò communicauit cum Liberio iam Epiſcopo Romano, ſed etiam ſcripſit ad eum vnà cũ Epi-
ſcopis Alexandriæ congregatis, vbi cùm vim & fraudem Arianorum inſinuaſſet, *Veſtra* (inquit) *hæc re-*
cenſentur authoritate. Et poſt: *Huius rei gratia vniuerſalis vobis à Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia, vt pro*
omnibus laboretis. Quæ epiſtola Athanaſij habetur in Tom. 1. Conciliorum. Quinimò apparet ex operi-
bus Athanaſij, quòd idem Athanaſius ad Liberium ſcripſerit, quodq; Liberius Confeſsionẽ fidei Catho-
licæ propoſuit, cui Athanaſius ſubſcriberet. In qua confeſsione Liberius declarat, ſe credere, *Verbum*
Dei filium ſecundùm naturam ex Deo, eodemq; Patre ſuo genitum eſſe non creatum. Anathema verò dicit Sa-
bellij & Arij dogmata. Quæ confeſsio extat in 1. Tom. operum Athanaſij. Quòd verò etiam pro Athana-
ſio ſcripſerit, ex ipſius Athanaſij verbis manifeſtè colligitur. Nam in Epiſtola *ad ſolitar. vitam agentes,*
Athanaſius introducit Liberium enunciantem, quòd Imperator Conſtantius *iubebat delere, quæ Liberius*
pro Atha-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
354	Idē Liberius	Conſtantius Arianus.

Heretici & Pſeudoprophetæ.

nec ligandi habet. Sed Nouatiani ſolùm negabant, Sacerdotes Eccleſiæ poſſe fideles à peccatis maioribus abſoluere, prӕterquā in Baptiſmo. Non igitur credebant Nouitiani, eſſe aliquod Sacramentum Pœnitentiæ, ſicut Baptiſmi eſt. Et in hac parte Lutherani & Caluiniſtæ eorum hæreſim renouârunt.

[c] Sympronianum ita loquentē introducit Pacianus. Epiſt. 3. Age, certemus exemplis, & ratione pugnemus.

69. De Aërianis.

De Oblatione pro defunctis.

[a] Aërius præter hæreſim Arianam, negauit oportere orare, vel oblationē offerre pro mortuis. Auguſt. hær. 53. Hoc idem Lutherani & Caluiniſtæ negant.

De Ieiunijs indictis ab Eccleſia.

[b] Negauit ſtatuta ſolēniter celebrāda eſſe ieiunia, ſed cùm quiſque voluerit ieiunandum, ne videatur eſſe ſub lege. ibid. Hoc idem Lutherani & Caluiniſtæ dicunt.

De Epiſcopi & Presbyteri differentia.

[c] Dicebat, Presbyterū ab Epiſcopo nulla differentia debere diſcerni. ibidem. Hoc etiam Lutherani & Caluiniſtæ dicunt.

De celebratione Paſchatis.

[d] Negauit, oportere Paſcha peragi. Epiph. hær. 75.

De perfectione.

[e] Quidam perhibent, eos nōn admittere ad communionem ſuam, niſi continentes, & eos qui nulla propria poſſident.

70. De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

peccata dimitti non licet? In Baptiſmo vtiq, remiſſio peccatorum omnium eſt. Quid intereſt, vtrum per pœnitentiam, an per lauacrum hoc ius ſibi datū Sacerdotes vindicent? Vnum in vtroque myſterium eſt, id eſt, Sacramentum.

[c] Pacianus Epi. 3. *Ego huc vſq; ſecurus ipſa Eccleſiæ ſerie, congregationis antiquæ pace contentus; nulla certaminū argumenta quæſiui. tu poſtquàm à reliquo corpore ſegregatus es, totos librorum receſſus aſſiduus ſcrutator inquiris.*

[a] Chryſoſtomus Homil. 69. ad pop. Antioch. *Non temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim, illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cùm enim totus cōſtiterit populus extenſis manibus, Sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur Sacrificium, quomodo Deum nō exorabimus pro his deprecātes?*

[b] Ambroſius in ſerm. 34. *Qui in Quadrageſima prandetis, in conſcientijs veſtris rei eſtis, quòd abſtinente toto populo, vos ſoli deuoratis. Sicut reliquo anno ieiunare præmium eſt, ita in quadrageſima non ieiunare peccatum eſt. Illa voluntaria ſunt ieiunia, iſta neceſſaria: illa de arbitrio veniunt, iſta de lege: ad illa inuitamur, ad iſta compellimur.*

Hieronymus in Epiſt. 54. *Vnam quadrageſimam ſecundùm traditionem Apoſtolorum toto anno ieiunare, appellat munus, quod neceſſitate offertur.*

Philaſtrius in Catalogo. *Per annum quatuor ieiunia in Eccleſia celebrantur.*

[c] Epiphanius hær. 75. *Epiſcoporum Ordo Patres generat Eccleſiæ.* (per manuum impoſitionem, vt poſteà ſignificat) *Presbyterorum ordo per lauacri regenerationem generat filios Eccleſiæ, non aūt Patres aut Doctores.* Et pòſt: *Si Epiſcopus ſuper Presbyterum poteſtatem non haberet, quomodo diceret Apoſtolus ad Timotheū Epiſcopum: Aduerſus Presbyterum ne citò admiſeris accuſationem, niſi coram duobus aut tribus teſtibus?*

[d] Epiphanius ibidem. *Qualem Pentecoſtē perficiebat Paulus, ſi non Paſcha perficiebat?*

Auguſtinus in Epiſt. 118. teſtatur, *paſſionem Domini, Reſurrectionem, &c. toto terrarum orbe anniuerſaria ſolennitate celebrari.*

[e] Ambroſius in 6. cap. Luc. *Non eos, qui habēt diuitias, ſed qui vti his neſciunt, ſententia cœleſtis authoritas condemnat.*

 [a] Grego-

pro Athanaſio ſcripſit. Pro Athanaſio igitur ſcripſerat quædam Liberius. Sed quid argumentor velut in re
minus perſpicua? Audiamus potius, quàm præclara iudicia de Liberio Athanaſius in eadem Epiſtola fa-
ciat. Clariſſimæ (inquit) ſunt confeſſiones viri religioſi, & Epiſcopi boni, Paulinus Epiſcopus Treuirorum, quæ
Galliarum Metropolis eſt, Lucifer Metropolitanus Epiſcopus Sardiniæ, Euſebius Vercellis ciuitate Italiæ, Dio-
nyſius Mediolani, quod & ipſum eſt Metropolis Italiæ. Et pòſt. Ne Liberio quidem Romano Epiſcopo peper-
122 cerunt, nulla reuerentia ducti, vel quòd Sedes illa Apoſtolica eſſet, vel quòd Roma Metropolis eſſet Romanæ
ditionis, vel quòd eos Apoſtolicos viros in literis ſuis appellaſſent, ſed omnia ſimul miſcentes, æquè omnium ob-
liuiſcebantur, neque quicquàm illis curæ niſi ſola impietas fuit. Nam quum Liberium vidiſſent Orthodoxum, &
oſorem quidem Arianicæ ſectæ, ſtudioſum verò in hoc, vt cunctos ab ea hæreſi retraheret: iſta ſecum impij co-
gitàrunt: Si Liberium in noſtram ſententiam traxerimus, omnes breui ſuperabimus. Rem igitur ad Imperatorem
deferunt: Ille autem ſperans, per Liberium omnes ſe poſſe attrahere, mittit Eunuchum quendam Euſebium cum
literis & donis ad eum, vt donis quidem blandiretur, literis verò minaretur. Profectus igitur Romam ſpado, pri-
mùm incitabat Liberium, vt contra Athanaſium ſubſcriberet, & cum Arianis communicaret: id enim Impe-
ratorem velle, & pro imperio iubere. Deinde munera oſtentans, verbis inſtabat, manuq; Liberij apprehenſa, ita
locutus eſt: Obtempera Regi, & iſta accipe. Epiſcopus contrà verbis quærebat, quomodo hoc contra Athanaſium
poſſet fieri? Quem enim (inquiens) non vna ſed iam altera Synodus probè ab omni crimine liberum pronuncia-
123 uit, & Romana Eccleſia cum pace dimiſit, quomodo poterimus condemnare? Aut quis nos probaret, ſi quē præ-
ſentem dileximus, & habuimus in noſtra communione, eundem abſentem auerſemur? Non ita ſe habet Eccle-
ſiaſticus Canon, neque vnquàm accepimus talem à Patribus traditionem, quam ipſi à B. & magno Apoſtolo Pe-
tro acceperunt. Quod ſi Imperator curam ſuam pro Eccleſiaſtica pace interponere quærit, aut ſi ſcripta à nobis pro
Athanaſio deleri iubet: deleantur quoque ea, quæ contra illum ſcripta ſunt, fiatq; deinde Eccleſiaſtica Synodus lō-
gè à Palatio, vbi nec Imperator præſto eſt, nec Comes ſe ingerit, nec Iudex minatur, & vbi ſolus timor Dei ad
omnia ſufficit, & Apoſtolorum inſtitutio: vt eo in loco ante omnia Eccleſiaſtica fides aſſeratur, quemadmodum
à Patribus definitum eſt in Nicæno Concilio, ijq; qui Arianicæ ſententiæ ſunt, eijciantur, & eorum hæreſis ana-
themate damnetur, ac deinde iudicium de Athanaſio fiat. Eunuchus autem oblitus ſui, quòd coram Epiſcopo
ſtaret, magnis minarum denuntiationibus iactis, domo egreſſus, in templo Apoſtoli Petri ea ipſa dona conſecra-
uit. Quod cùm reſcitum eſſet à Liberio, magnoperè increpuit cuſtodem loci, quòd id non prohibuiſſet. Ipſe dein-
de progreſſus, dona illa vt victimam illicitam proiecit. Et iterùm: Scribit igitur Imperator Romam, rurſumque
Palatini & Comites emittuntur, & literæ ad Præfectum, vt Liberium aut per dolum è Roma ſeductum in ca-
ſtra ad ſe mitterent, aut vim in eo perſequendo adhiberent. Cœpit tùm Romæ experimētum Chriſti perduellium,
cognouit tandē, quod antea non credebat, quomodo Eccleſias in ſingulis vrbibus deuaſtaſſent. Hæc Athanaſius.

124 Porrò D. Hilarius facilè oſtendit, quid de Primatu Romanæ Eccleſiæ ſenſerit, dum alijs Conſtantij
ſceleribus & perſecutionibus enumeratis, tandem ait in lib. contra Conſtantium vita defunctum: Tribu-
ni tui adierunt Sancta Sanctorum, pertraxerunt de altario Sacerdotes. Vertiſti deinde vſque ad Romam bellum
tuum, eripuiſti illinc Epiſcopum. Hæc Hilarius, qui grauius putat, quòd ex vrbe Roma Epiſcopus Roma-
nus eripiebatur, quàm alia ſcelera, quæ in Alexandrinam, Treuerenſem & Mediolanenſem Eccleſiam à
Conſtantio committebantur. Certè quia maior eſt dignitas Romanæ, quàm vllius alterius Eccleſiæ.
Sed reuertamur ad Athanaſium. Trahitur ergo Liberius ad Imperatorem, quò cùm perueniſſet, magna quoque
& ibi libertate dicendi vſus eſt: Deſine, inquiens, perſequi Chriſtianos, ne tenta per me hæreticam impietatem
in Eccleſiā introducere. Ad omnia potiùs ſuſtinenda parati ſumus, quàm nos Chriſtiani eò deueniamus, vt Aria-
ni appellemur: ne coge nos fieri Chriſti perduelles. Ita tunc Liberius locutus, omnibus admirationi erat. Et pòſt:
Miſſis à Liberio ad Cæſarem, Eutropio Presbytero, & Hilario Diacono, alterum eorum, nempè Presbyterum in
exilium miſère: alterius verò terga detractis veſtibus flagellis conciderunt, flagellatumq; extorrem fecère, inter
125 verbera ita Diacono verbis inſultantes: Quare Liberio non reſtitiſti, ſed eius literas attuliſti? Ad iſtum modum
Romanam Eccleſiam adorti ſunt peruertere, cupientes illi admiſcere ſuā impietatē. Ex his omnibus Athanaſij
verbis, duo hæc valdè perſpicua fiunt: vnū, quòd Liberius in defendenda Catholica fide cōſtantiſsimus
fuerit: alterum, quòd non modò Catholici, verùm etiam omnes hæretici, atq; adeo Imperator ipſe plus
poſitum eſſe videbat in vno Romano Epiſcopo, quàm in maximo illo Epiſcoporum Orientalium con-
126 ſenſu, quem in multis iam Concilijs obtinuerant. Ita enim dicunt Eunuchi: Si Liberium in noſtram ſentē-
tiam traxerimus, omnes breui ſuperabimus. Vnde mox Imperator dona miſit ad Liberium, ſperans per eum
127 ſe omnes poſſe attrahere. Vnde etiam idem Imperator Conſtantius apud Theodoretum lib. 2. cap. 16. ita Li-
berium alloquitur: Tantáne orbis terræ pars, Liberi, in te reſidet, vt tu ſolus homini impio, ſubſidio venire, &
pacem orbis ac mundi totius dirimere audeas? Athanaſius interim profitetur, Eccleſiam Romanam eſſe Apo-
ſtolicam Sedem & Metropolim non tantùm Italiæ (nam eum honorem paulò antè detulerat etiam Diony-
ſio Epiſcopo Mediolani) nec etiam ſolius Occidentis Metropolim (vt multi nuper aſſerere cœperunt)

ſed Romæ

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	*Hæretici & Pſeudopropheta.*	*Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
355	Idem Liberius.	Conſtantius Arianus.		

70. De Patricianis, & 71. Paternianis.

[a] Patriciani carnem nō à Deo, ſed à diabolo conditam dicunt. Vnde quidam eorum mortē ſibi intulerunt, vt carerēt carne. Auguſt. hær. 61. Symmachiani erant Patricianorū diſcipuli. Philaſt. in Catalogo.

[b] Paterniani partes corporis inferiores à diabolo factas opinātur. Aug. hær. 85. Hos quidam Venuſtianos vocant, qui omniū vitiorum licentiam illis partibus tribuunt.

72. De ijs, qui negant mundi renouationem.

[c] Innominati quidam dicebāt, hunc mūdum poſt reſurrectionem in eodem ſtatu, in quo nūc eſt, eſſe manſurū. Augu. hær. 67.

73. De nimium ſilentibus, & 74. Excalceatis.

[d] Pattalorinchitæ naribus & labijs ſuis digitum opponentes, nimium ſilentio ſtudebant. Auguſt. hær. 63.

[e] Apud Auguſt. ſub hær. 68. eſt hæreſis quædam nudis pedibus ſemper ambulantium, quia non propter corporis afflictionē ſic ambulāt, ſed teſtimonia Scripturæ malè intelligunt, in quibus Moyſes, Ioſue, aut Eſaias ſic ambulare iubebantur.

75. De Rhetorijs.

[f] Rhetorius quidam laudabat omnes hæreſes, tanquàm omnes bene ſentirent.

76. De corporea imagine Dei.

[g] Hæreſis quædam eſt, quæ dicit, corpus hominis, non animam, eſſe imaginem Dei. Auguſt. hær. 76.

77. De

[a] Gregorius Nyſſenus in oratione de dormiētibus. *Ineptum eſt, naturæ carnis infenſum eſſe. Non enim ab hac malorum cauſa dependet, ſed à voluntate vitia & affectus procreante.* Et pòſt: *Dilige proprium corpus iuxta præſcriptum Apoſtoli, qui ait, quòd nemo ſuum corpus odit.*

[b] Cyrillus Hieroſolym. in Catecheſ. 9. *Ex tua ſubſtantia cognoſce artificem. Quid improbandum in corpore tuo creatum eſt? Nihil vile ex omnibus membris tuis reperies. Adam in Paradyſo cum Eua nudus, nō propter membra reiectus erat. Nō igitur membra ſunt cauſa peccati, ſed malus membrorum vſus. Sapiens membrorum Creator conſtruxit vaſa matricis ad puerperia, inanimatum animat, neruis & oſſibus carnem & cutem induit. Ex magnitudine pulchritudineq́; creaturarum ſecūdùm proportionem Creatorem contemplare.*

[c] Idem Cyrillus Catecheſ. 15. *Creatus hic mūdus rurſus renouabitur. Et cōplicabitur, ſicut liber, cælum (inquit Iſaias) & omnia aſtra cadent. Et Euangelium inquit, Sol obſcurabitur, & Luna non dabit ſplendorem ſuum, & aſtra cadent de cælo. Cæli (ait Dauid) peribunt: ſed mox addit, & mutabūtur. Vnde ſicut Iuſtus perijt, & reſurrectio eius expectatur: ſic et cælorū reſurrectionē expectamus.*

[d] Baſilius in Epiſt. 73. Hilarius contra Conſtantium vita defunctum: *Non minus periculi eſt ſemper tacuiſſe, quàm nunquàm.*

[e] Baſilius in Epi. 1. ad Greg. Theologū: *Vnum modò ſit veſtitus propoſitū, operimētum vt exiſtat, ab æſtus frigoriſq́; iniuria corpus aſſerere aptum & idoneum. Calceatum eſto pretio illud quidem vili, ſed quod vicem ſuam implere poſſit.*

[f] Philaſter Brixiēſis Epiſc. in Catalogo hæreſeōn. *Chriſtus dixit, non dimitti hominibus in Spiritū ſanctum blaſphemantibus (& perſeuerātibus) neq; hîc, neq; in futuro. Propter quod conſtat, iſtum Rhetoriū eſſe hæreticū, qui eos laudādos iudicauerit.*

[g] Baſilius in Hexam. Homil. 10. *Quòd ad Dei imaginem facti ſumus, id non poſſidemus in iſtius corrupti corporis forma. Nihil corruptiuū res incorrupta imago eſſe poteſt. Scriptum eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & dominetur piſcibus. Iſta imperandi vis ſita eſt in diuite copia rationis. Primas ſibi aſſerit Primogenia præſidendi authoritas attributa animæ. Quæ concernunt carnem, ſecundas obtinent.*

SS ij Athana.

ſed *Romana ditionis*. in qua vtique ditione, tam Alexandria, quàm Antiochia, Conſtantinopolis, & Hieroſolymorum Eccleſia continebatur. Iam verò Liberius ipſe *negat, ſe poſſe damnare Athanaſium, quem Romana Eccleſia cum pace dimiſit*. Vndique igitur eminet atque elucet Romani Pontificis Primatus & prærogatiua, adeò vt Ammianus Marcellinus, cùm alienus à religione Chriſtiana eſſet, tamen in hunc modum non ſolùm de Liberio, verùm etiam de Romani Epiſcopi authoritate ſcripſerit.

128 Ammianus Marcellinus lib. 15. *Athanaſium Epiſcopum apud Alexandriam Synodus remouit à Sacramento quod obtinebat. Hunc per ſubſcriptionem abycere ſede Sacerdotali, paria ſentiens cæteris, iubente Principe, Liberius monitus perſeueranter reniſebatur, nec viſum hominem, nec auditum damnare, nefas vltimum ſæpè exclamans, apertè ſcilicet recalcitrans Imperatoris arbitrio. Id enim Conſtantius Athanaſio ſemper infeſtus, licet ſciret impletum, tamen authoritate, qua potiores æternæ vrbis Epiſcopi, firmari, deſiderio nitebatur ardenti. Quo non impetrato, Liberius ægrè populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit aſportari. Et hæc quidem Romæ*: Licet ergo Imperator ſciret, Athanaſium & ſuo imperio, & per Synodum Epiſcoporum iam eiectum Sede ſua: tamen quia *Romanæ vrbis Antiſtites authoritate potiores erãt*, idipſum Pontificis Romani authoritate confirmari vehementer cupiebat, vtpotè qui nouerat, nec Imperatoris vllas eſſe partes in rebus religionis decidendis, nec vllam Synodum, multò minus eam, in qua Epiſcopus deponeretur, Eccleſiaſtica lege ratam eſſe, quam Pontificis Romani (vtpotè primi Paſtoris) authoritas non confirmaret. Hoc igitur vidit Conſtantius hæreticus Arianus, hoc vidit Ammianus Marcellinus Ethnicus: & tamen idipſum non vident noſtri temporis hæretici. Præterea fides populi Romani iam inde ab Apoſtolo laudata (Roman. 1.) nunc quoque inſigniter elucet, dum Epiſcopum ſuum etiam contra Imperatoris voluntatem in ſua Sede retinere, nitebatur. Hactenus declaratum eſt, qualis fuerat Liberius, & antequàm exularet, & in exilio ipſo. Sequitur vt videamus, quo pacto ab exilio redierit.

Socrates lib. 2. cap. 29. *Conſtantius Vrſacio præcepit, vt qui non ſubſcriberent formulæ fidei, quæ in Ariminenſi Concilio perlegebatur, ab Eccleſiis expellerentur. Principio igitur Liberius Epiſcopus Romanus, ſimul ac ſe illi fidei aſſentiri denegauerat, ab Vrſacio in exilium eiectus eſt.* Et pòſt: *Liberius autem non multò pòſt ab exilio reuocatus, Sedem Epiſcopatus propterea recuperauit, quòd populus Romanus, ſeditione conflata, Felicem Eccleſia illa eiecerat, Imperatorq́; ipſe inuito animo illis conſenſerat.* Theodoretus lib. 2. cap. 16. *Liberius à Conſtantio accerſitus, vt contra Athanaſium ſubſcriberet: Ego (inquit) æquum cenſeo, vt primùm generalis proponatur Epiſcoporum ſubſcriptio, quæ fides in Concilio Nicæno expoſita confirmetur: deinde vt fratribus noſtris ab exilio reuocatis, & ad ſuas ipſorum Sedes reſtitutis, ſi iſti, qui nunc tumultus cient, fidei Apoſtolicæ aſſentire cõperiantur, tunc omnes contendamus Alexandriam, vbi reus, vbi accuſatores, & cauſa eorum patronus, ſuntq́; atq́; litigantium cauſa diligenter cognita, ſententiam de ea pariter feramus. Cui Conſtantius tandem ait: Si conſilium*

129 *Liberius non mutet, exulet velim vſque Beræam Thraciæ.* Et cap. 17. *Cùm Magiſtratuum & Nobilium vrbis Romæ coniuges oraſſent Conſtantium, vt Paſtor Liberius ſuo gregi redderetur, eidemq́; ſignificaſſent, quòd nemo ex Roma habitatoribus in Eccleſiam ingredi voluit, dum Felix, qui Liberio abſenti ſucceſſerat, intus eſſet, propterea quòd Felix cum iis, qui fidem Nicænam labefactare ſtudebant, liberè communicaret: ſic inflectebatur Imperatoris animus, vt Paſtorem illum longè præſtantiſſimum Romam redire, vtroſque communiter inter ſe Eccleſiam illam regere iuberet. Itaque lectis Imperatoris in circo literis, plebs clamat, æquam eſſe Imperatoris ſententiam. Nam bifariam diuiſos eſſe ſpectatores, quibus nomen impoſitum eſt ex colorum varietate: & propterea alterum Epiſcopum his, illis alterum præeſſe debere. Itaque cùm hoc modo Imperatoris literas irriſione luſiſſent, omnes vno ore vociferantur: vnus Deus, vnus Chriſtus, vnus Epiſcopus. Has enim voces emittere rectum eſſe cenſebant: quibus vocibus cum pietate & iuſtitia à pia plebe profuſis, rediit Epiſcopus Liberius: Felix autem clàm Roma ſe ſubducens, ad aliam vrbem migrauit.* Sulpitius Seuerus Sacræ hiſtoriæ lib. 2. *Liberius vrbis Romæ, & Hilarius Pictauorum Epiſcopus dantur exilio. Sed Liberius paulò pòſt Vrbi redditur ob ſeditiones Romanas.*

Hactenus manifeſtè conſtitit, Liberium non modò ab omni labe Arianæ hæreſeos, verùm etiam ab omni contra Athanaſium ſubſcriptione liberum fuiſſe, vtpote qui ob alias cauſas narretur Sedi ſuæ reſtitutus. Nunc autẽ veniemus ad ea, quæ cauſam præbuerunt, cur alii aliter de illo ſentirent. Sozomenus lib. 4. c. 7. *Conſtantius iam ſolus Imperio Romano potitus. Epiſcopos Occidentis primò perſuadere conatus eſt, vt rebus cõtra Athanaſium ab Epiſcopis Orientis iudicatis ſuffragarentur. Nam ſi Athanaſius communi omnium ſententia è medio remoueretur, ſic cogitabat, ſe res ad Religionem pertinentes facilè ex ſententia confecturum.* Ibidem cap. 10. *Liberius Epiſcopus Romanus ad Conſtantium Imperatorem accerſitus poſtulauit ab eo, vt fides in Concilio Nicæno tradita ſubſcriptionibus omnium vbique Epiſcoporum confirmaretur, & illi, qui propter eius defenſionem in exilio ætatem degerent, domum reuocarentur. Imperator verò cùm dediſſet mandatum, vt Liberius in Thraciam relegaretur: vt primùm Romam ingreſſus eſt, & ingens ibi populi multitudo pro Liberio clamorem edidit, eumq́; denuò habere poſtulauit, conſilio cum Epiſcopis, qui ſecum erant, inito, decreuit eum reuocare, &*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
356	Idē Liberius	Conſtantius Arianus.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

77. De Concilio Ariminenſi.

Valens Murſienſis Epiſcopus hæreſi Ariana infectus, tamē Arianum ſe negauit, vt eò faciliùs Patres Arimini cōgregatos deciperet. Quibus perſuaſit, vt à voce Vſiæ, hoc eſt, ſubſtantiæ abſtinerent, tùm quòd ſcripta nō eſſet, tùm quod multos offenderet, atque Eccleſiæ concordiam impediret. Patres arbitrati, non vocabulum, ſed rem ipſam curæ ſibi eſſe debere, Valenti aſſenſerunt, præſertim cùm audirent, ipſum anathema denunciantem ijs, qui tempus aliquod extitiſſe dicerent, quando nō erat Filius. Hæc diffuſius narrātur apud Hieronymum in Dialogo contra Luciferianos.

Cùm autem non cōſentiant, qui errant (nihil enim, vt aiunt Iuriſconſulti, tam cōtrarium eſt conſenſui, quàm error) manifeſtum eſt, Patres Arimini cōgregatos in hæreſim aliquam nō cōſenſiſſe, licet ab hæreticis (id quod humanum eſt) decepti fuerint.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Athanaſius de Synodo Arimini refert, Catholicos Patres ad Conſtantium Auguſtum ita ſcripſiſſe: *Conati ſunt Vrſacius & Valens per vafriciem & tumultum, cum ſocijs iſtius factionis Germinio, Auxentio, Gaio, contentiones diſcordiaſq́; Arimini ſeminare. Vbi autem viderunt, nō eſſe ibi homines, qui illorum prauis ſententijs aſtipularentur, in noſtrum Concilium ſe tranſtulerunt, vt viderentur aliud quippiam ſcribere, ſed ipſi non ita diu poſtea animum ſuum oſtenderunt. Ne igitur tumultus Eccleſiaſticas res inuoluat, viſum eſt olim Decreta pro legitimis incōcuſſim ſeruanda eſſe, & iſtos à noſtra communione ſubmouendos.*

Ibidem Patres narrant, Vrſacium & Valentem de peccatis ſuis veniam poſtulaſſe dū Mediolani Synodus in conceſſum iret, *Præſentibus ibidem Romanæ Eccleſiæ Presbyteris.*

Ariminenſe verò Concilium Oecumenicū non habetur, tùm quia ſolus Imperator, nō itē Pontifex Romanus id approbauit, (vt videre eſt apud Theodoretum lib. 2. cap. 22.) tùm quia Patres, qui per fraudem inducti erant, vt ſubſcriberent, poſteà ſententias mutârunt, & cùm Liberio vrbis Romæ Epiſcopo communicârunt, anathema priori formulæ, quàm Valens ediderat, denuntiantes, vt refertur apud Socratem lib. 4. ca. 11.

Ambroſius in 6. cap. Lucæ, in illa Euangelij verba, *Væ cùm vobis benedixerint homines, Nónne* (inquit) *tibi videtur, his dicere, qui dudum in Ariminenſi Concilio perfidæ præuaricationis auctores, cùm Imperatoris gratiam ſequuntur, Dei gratiam perdiderunt?*

Hieronymus in Catalogo. *Hilarij Pictauorū Epiſcopi liber aduerſus Valentem & Vrſacium, hiſtoriam Ariminenſis & Seleucienſis Synodi continet.*

Syricius Papa in Epiſt. ad Himerium Taraconenſem, ſignificat, *Conciliū Ariminenſe caſſatum ſub venerandæ memoriæ Liberio Prædeceſſore ſuo.*

care,& populo petenti reddere,ſi modò Epiſcopis,quos ſecum haberet,conſentire in animum induceret. Et ca 14.
Haud longo tempore pòſt, Imperator Roma Syrmium reuerſus, rogatu Legatorum, quos Epiſcopi Occidentis ad
ipſum miſerant, Liberium Beraa reuocauit. Atque præſentibus Legatis Epiſcoporum Ortentis, & qui-
buſdam Sacerdotibus, qui erant fortè in exercitu, in vnum coactis, compellere tentauit eum fateri, Filium Pa-
130 *tri non eſſe Conſubſtantialem.* Et pòſt: *Viciſſim autem confeſſionis fidei formulam à Liberio adduxerunt,quæ*
illis,qui Filium Patri nan ſubſtantia & cæteris rebus omnibus ſimilem aſſeuerarent,interdixit Eccleſia. Nam
cùm Eudoxius,& cæteri cum eo Antiochia,hæreſis Aëtianæ fautores,Epiſtolam Oſii nacti fuiſſent: rumorē diſ-
ſipârunt, Liberium quoque verbum Conſubſtantiale reieciſſe, aſſeruiſſeq́, Filium Patri diſſimilem eſſe. Vbi verò
hæ res Legatis Epiſcoporum Occidentis hoc pacto ſucceſſère, Imperator dat Liberio poteſtatem Romam reuertē-
di. Atque Epiſcopi Syrmij congregati ſcribunt literas Felici tùm Romanæ Eccleſiæ Antiſtiti & Clero eiuſdē
Eccleſiæ,vti Liberium accipiant,& ambo pariter Sedem Apoſtolicam adminiſtrent,communiq́ conſenſu & con-
cordia Sacerdotio Illo fungantur,atque tùm caſum acerbum,qui in electione Felicis obtigiſſet,tùm exilium Libe-
rij obliuione deleant. Nam populus Romanus Liberium,tùm quòd in alijs rebus vir excellens & ſpectatus erat,
tùm quòd Imperatori animo adeò excelſo & conſtanti in fide defendenda contradixerat, tam eximiè charum
habuit, vt ſeditionem planè maximam eius exilij cauſa conflaret, reſq́ ad cædem prorumperet. Haud ita diu pòſt
131 *moritur Felix, ſoluſq́ deinceps Liberius Eccleſiæ illi præeſt. Quod quidem non ſine diuina prouidentia factum*
eſt, ne Sedes Petri à duobus Præſulibus gubernata (quæ eſt plane nota diſſidij) & à ſacroſanctis Eccleſiæ legibus
aliena, vlla infamiæ macula aſpergeretur.

Iam audiuimus,& quis rumor de Liberio fuerit falsò diſſipatus: *nempe quòd verbum Conſubſtantiale reieciſſet*:& quis eum diſſiparet,nimirum *impius Eudoxius & Aëtianæ hæreſeos auctores.*& quid Liberius fecerit ob eā infamiā purgandā. Etenim *formulā edidit,quæ illis interdixit Eccleſiæ,qui Filiū Patri ſubſtātia & omnibus rebus ſimilem non aſſeuerarent*: & quid poſt iſtam purgationem factum ſit, vtique *vt Romanæ vrbi redderetur.* Satiſne perſpicuè res tota declarata eſt? Nunc autem qui Sermonibus per impium Eudoxium & Aëtianos hæreticos diſſipatis ideo crediderunt,quòd veritatem integram non audiuiſſent: ij ſcriptum reliquerūt,quòd Liberius hæreſi ſubſcripſiſſet. Ex ijs fuit D. Hierony. qui ſic habet in Catalog. *Fortunatianus Aquileiēſis Epiſcopus in hoc habetur deteſtabilis,quòd Liberiū Romanæ vrbis Epiſcopū pro fide ad exilium pergentem primus ſolicitauit ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit*. Et in Chronico ait: *Ariani poſt annum cum Felice Roma eiecti ſunt, quia Liberius tædio victus exilij, & in hæreticam prauitatem ſubſcribens, Romam quaſi victor intrauerat.* Verùm quòd Hieronymus in ea cauſa deceptus fuerat: Socratis, Theodoreti, Sozomeni,& Sulpitij Seueri teſtimonia abundè probant. Athanaſius verò quanquā iiſdem rumoribus,quos Aëtiani excitauerant falli poterat: tamen nunquam (quod ſciam) dicit, Liberium cōtra fidē ſubſcripſiſſe. Ita enim ſcribit in Epiſt. ad Solitar. vitam agentes: *Liberius poſt exactum in exilio biennium, inflexus eſt, minisq́ mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt. Verùm illud ipſum quoque & eorū violentiam,& Liberij in hæreſim odium,& ſuum pro Athanaſio ſuffragium,cùm liberos affectus habebat,ſatis coarguit. Quæ enim per tormenta contra priorem eius ſententiam extorta ſunt,ea iam non metuentium, ſed ita cogentium voluntates habenda ſunt.* Quòd verò Athanaſius Liberium putauit ſubſcripſiſſe, præterquàm quòd ſumma diligentia hominem in eo purgauit, vt non putetur ex animo id feciſſe: etiam non ita eſt accipiendus, velut putârit, Liberium nominatim contra fidem Nicæni Concilij,ſed tātùm *contra ſe*,hoc eſt,contra Athanaſium ſubſcripſiſſe. Hoc enim Imperatorem poſtulaſſe,& Ammianus Marcellinus teſtatur, & Athanaſius in eadem ad ſolitar. vitam agentes Epiſtola ſignificat, vbi & Conſtantium *imperaſſe Epiſcopis Paulino, Lucifero, Euſebio,& Dionyſio,vt contra Athanaſium ſubſcriberent*, & cum Arianis cōmunionem inirent. Et poſteà hæreticos iam loquentes ad Conſtantium Imperatorem introducit: *Omnia quidem à nobis facta ſunt. Profligauimus in exilium Romanorum Pontificem,& quàm plurimos Epiſcopos. Sed tamen nihil profecimus,quàm diu reliquus eſt Oſius. His auditis,Conſtantius edicit,vt Oſius ad ſe veniat, quemadmodum & Liberium initio tentauit: cohortatus,vt in nos ſubſcriberet, & cum Arianis communionem haberet.* Non ergo alia ſubſcriptio vel Oſij, vel Liberij intelligenda eſt, quàm quæ fiebat contra Athanaſium,velut is ritè ab Orientalibus in eorum Concilijs damnatus eſſet. Quæ ſubſcriptio quanquam poterat etiam ad fidei cauſam quodam modo trahi,quia conſtabat Athanaſium fuiſſe Catholicū: tamen poterat etiam ſalua fide fieri,quia Catholicus Epiſcopus meretur interdū vt deponatur: non quòd Athanaſium tale quid meritum eſſe dicam, ſed quòd minus ſit contra Epiſcopum Catholicum, cui morum vitia imputantur,ſubſcribere,quàm contra fidem ipſam,quæ ſemper immaculata eſt. Etenim nec Orientales in iudicio Epiſcopali tam fidem Athanaſio,quàm neſcio quæ morum peccata obiecerunt. Subſcriptio igitur Liberij,ſi qua fuit,non contra fidem fuit,ſed contra Athanaſium, & ea non niſi vi minisq́ extorta: quòd autem Liberius cum hæreticis Arianis vnquam communicauerit,nullum in vlla hiſtoria veſtigium me animaduertiſſe memini.

Ac ne

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	37.	
366	S. Liberius Auguſti filius Romanus ſedit an. 15. m. 4. d. 17.	Conſtantius Arianus.
	Felix Anaſtaſij filius Romanus, ſedit in ſchiſmate, dum adhuc Liberius viueret.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

78. De Luciferianis, ſeu de pœnitētium honore ſaluo.

Lucifer Caralitanus Epiſcopus aliàs Catholicus, negauit Epiſcopos aut ab hæreticis creatos, aut in hæreſim lapſos, etiam poſt Satisfactionem, cū Epiſcopatus honore in Eccleſiam recipiendos eſſe.

De Eccleſia.

b Volebat ſuos tantùm ſectatores Eccleſiam eſſe: antiquam verò illam Eccleſiam dicebat factum de Eccleſia lupanar. Hieron. contra Lucife. Hoc idem & Lutherani ac Caluiniſtæ iamdiu de antiqua Patrū noſtrorū ætate dixerunt.

De rebaptizatione.

c Hilarius Diaconus poſt Synodum Ariminenſem dixit, Arianos ad Eccleſiam reuertentes rebaptizandos eſſe.

79. De Agapetis.

d Hieronym. ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cæcū cæca duxit in foueā, ſucceſſoremq; ſuum Priſcillianū habuit. Porrò vt Sulpitius lib. 2. Sacræ hiſtoriæ docet, Marcus ex AEgypto profectus Agapen docuit hanc ſectam. Vir & mulier ſimul habitabant, velut ſpiritalis conſortij cauſa: cùm re vera turpiter viuerent, nec matrimonio iungerentur. Idem hodie faciunt Anabaptiſtæ.

80. De

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Hieronymus aduerſus Luciferianos. *In Synodo Nicæna, quæ propter Arianam perfidiam congregata eſt, octo Epiſcopos Arianos ſuſceptos ſcimus. Hilarius etiam confitetur, à Iulio, Marco, Syluestro, & cæteris veteribus Epiſcopis ſimiliter in pœnitentiam omnes hæreticos ſuſceptos. Synodus Nicæna Epiſcopo Nouatianorum ſi conuerſus fuerit, Presbyterij gradum ſeruat.*

b Hieronymus ibidem. *Allocutio patris impleta eſt, poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Si Eccleſiam Chriſtus in Sardinia tantùm habet, nimiū pauper factus eſt. Quomodo ad angulum vniuerſa terræ Crucis trophæa collata ſunt?* Et pòſt. *In illa eſt Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata vſque ad diem hanc durat.*

c Ambroſius lib. 5. Epiſt. de tradēdis Baſilicis. *Si baptiſmum Ioannis non ſoluerunt Iudæi, Auxentius ſoluit baptiſmum Chriſti?*

Hieronymus ibidem. *Hilarius cum Diaconus de Eccleſia receſſerit, neque Euchariſtiam conficere poteſt, nec vllum Clericum ordinare. Eccleſia autem non eſt, quæ non habet Sacerdotes. Si hæretici baptiſma non habent, Hilarius Chriſtianus non eſt. In ea quippe Eccleſia baptizatus eſt, quæ baptizatos ab hæreticis recepit.*

d Hieronymus ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis. *Vnde in Eccleſias Agapetarum peſtis introyit? Vnde ſine nuptijs aliud nomen vxorū, imò vnde nouum concubinatum genus? Plus inferam. Vnde meretrices Vniuiræ? eadem domo, vno cubiculo, ſæpe vno tenentur & lectulo, & ſuſpicioſos nos vocant, ſi aliquid extimemus. Frater ſororem virginem deſerit. Cælibē ſpernit virgo germanū: fratrem quærit extraneum, & cùm in eodem propoſito eſſe ſe ſimulent, quærunt alienorū ſpiritale ſolatium, vt domi habeant carnale commerciū. Alligabit quis in ſinu ignem, & veſtimenta eius non comburentur?* Prouerb. 6.

Cum

Ac ne dicas, Liberium antea quidem fuiſſe Catholicum, poſt reditum verò ad Arianam hæreſim declinaſſe, audi porrò quid poſt reditum fecerit ſcripſeritque. Macedoniani cùm ſub initio Imperij Valentis valde affligerentur, conſtituerunt (auctore Socrate lib. 4. cap. 11.) ad Valētinianum & Liberium Epiſcopum Romanum confugere, illorumq; fidem amplectari. Sed cùm Imperator in Gallijs fuiſſet, Euſtachius, Siluanus, & Theophilus Epiſcopi *Liberio literas offerunt. Ille eas recipere noluit. Nam eos ſectæ Arianæ fautores eſſe dixit, & propterea ab Eccleſia non poſſe recipi, vtpote qui fidem Concilij Nicæni abrogaſſent.* Cui illi reſpondent, *ſe pœnitētia inductos veritatem agnouiſſe: fidem eorum, qui Filium Patri diſſimilem eſſe docēt, iam pridem reieciſſe: Filium in omnibus Patri ſimilem confiteri, atque illam vocem ſimilem nihil à voce cōſubſtantiali diſcrepare.* Quæ cùm dixiſſent: *Liberius poſtulat ab illis, vt opinionis ſuæ declarationem ſcriptis mandarent.* Illi libellum ei obtulêre, in quo verba, in fidei formula Nicææ edita comprehenſa, fuêre perſcripta. Et mox ſequitur libellus, quem Legati dederunt Liberio, in quo *Arium, impiam eius doctrinam, diſcipulos, opinionis fautores, hæreſim Sabellij, Patropaſſianos, Marcioniſtas, Photinianos, Marcellianos, & Pauli denique Samoſateni ſectatores condemnant,* ac demùm ſubiungunt.

132 *Quòd ſi quis poſt hanc fidem à nobis expoſitam, aut contra nos, aut contra illos, qui nos miſerunt, aliquod crimen adduxerit, cum tuæ Sanctitatis literis ad Orthodoxos Epiſcopos, quos tua pietas probauerit, veniat, & coram illis nobiſcum de eo diſceptet: & ſi quid offenſum eſſe conſtiterit, in auctorem illius vindicetur.* Liberius (inquit Socrates ibidem) iſto libello tanquam ſponſione Legatos obſtringens, in communionem recepit, literaſq; dedit tàm ipſe, quàm alij Occidentis Epiſcopi ad omnes in Oriente orthodoxos Epiſcopos, in quibus ait, *ſe hanc Catholicā & Apoſtolicā fidem agnoſcere, quæ vſq; à Concilio Nicæno hactenus* (inquit) *integra ſtabiliſq; permanſit. Et quanquam nequam & ſcelerati Ariani effecêre, vt omnes Epiſcopi Occidentis Arimini in vnum cogerentur, quò ibi vel perſuaſione, vel, vt verius dicam, Imperatoris auctoritate, illud quod erat ad ſummam cautionem in fidei formula poſitum, aut tollerent, aut peruerſe inficiarentur, nihil hac fraudulēta molitione omnino profecerunt. Nam omnes illi ferè Epiſcopi, qui Arimini conuenerant, quiq; vel fallacibus ineſcati illecebris, vel vi compulſi à fide tum quidem deſciuerant, nunc tamen ad ſanam mentem reuerſi, fidei formulæ ab Epiſcopis Arimini conuocatis editæ, anathema denunciàrunt, & fidei Catholicæ & Apoſtolicæ Nicææ confirmatæ ſubſcripſerunt, & nobiſcum tam vnà communicant.*

133 Hinc, opinor, planum fit, Liberium neque poſt reditum ab exilio aut Arianum fuiſſe, aut ita eſſe habitum. Nec ad rem pertinet, quòd quidam dicunt, eum iam cum Macedonianis communicaſſe. Licet enim aut olim fuiſſent Macedoniani, aut fortè etiam tunc eſſent, ac poſt ad ingenium redirent, & vocē illam Conſubſtantiale auerſarentur (apud Socratem lib. 5. c. 4.) tamen hoc tam Liberius, quàm alij Epiſcopi Occidentis ignorabant. Nec enim Macedoniana hæreſis fuerat adhuc perlata vſque in Occidentem, ſed tantùm in Græciam vel Aſiam paulò antè irrepſerat. Satis verò eſt, quòd in ipſo libello, quem Legati Orientalium obtulerunt, præter pœnitentiæ profeſsionem, omnis perfidia eſt damnata, quodque conſcientiæ Occidentaliū Epiſcoporum fuerūt liberæ tam à Macedoniana, quàm ab Ariana hæreſi. Sozomenus verò, qui eandem hiſtoriam perſcripſit. li. 6. c. 10. dicit, perrectum eſſe tùm ad Liberium Epiſco-
134 pum Romanum, tùm ad reliquos Epiſcopos Occidentis, *vtpote qui fidem ab Apoſtolis ductam ratam firmamq; tenerent, & præ cæteris deberent religioni proſpicere.* atque in c. 12. narrat, Concilium Tyanis à Catholicis Epiſcopis habitum (inter quos aderat Gregorius Nazianzenus) magnam cœpiſſe lætitiam de literis Liberij: ſcripſiſſeque omnibus Eccleſijs, vt tùm Decreta Epiſcoporum Occidentis, tùm *literas Li-*
135 *berij & aliorum Epiſcoporum Italiæ, Africæ, Galliæ, & Siciliæ diligenter perlegerent, deinde numerum omnium (Concilium namq; Arimenenſe longè ſuperabant) ſecum ſubducerent, tùm vt doctrina ſe illis & communionis ſocios adiungerent.* Hæc adduxi, vt appareret, tùm quanta ratio per vniuerſam Eccleſiā habita ſit cōmunionis cū Romano Pontifice, tùm quòd totus orbis Catholicus longè poſt reditū Liberij ab exilio cōmunicauit cum eo, tanquam cum Epiſcopo, qui & fidem Nicænam propugnaret & *præ cæteris religioni deberet proſpicere.* Quòd ſi tam præclara & numeroſa innumerabilium propè Epiſcoporum teſtimonia Liberiū ab hæreſi nō vindicāt, credatur iam paucis homūcionibus, qui nō tàm ex fama nobiles, quàm ex infamia notabiles, huic ſancto Pontifici hac primùm ætate hæreſeos infamiam inurere conantur. At fortè omnes qui tunc viuebant Epiſcopi, adulabantur Liberio. Credat hoc, qui vidit eos nec Imperatori Iuliano, nec Valenti adulatos fuiſſe. Quid quòd mortuo etiam Liberio, tamen Magnus Baſilius, Ambroſius, & Epiphanius vocant eum beatæ memoriæ virum?

Ambroſius de Virginibus lib. 3. *Tempus eſt, Soror ſancta, beatæ memoriæ Liberij præcepta reuoluere, vt quò vir ſanctior, eò ſermo accedat gratior. Namque is, cùm die Saluatoris Natali ad Apoſtolum Petrum virginitatis profeſsionem veſtis quoque mutatione ſignares: bonas* (inquit) *filia, nuptias deſideraſti.*

Epiphanius hæreſi. 75. *Euſtathius ad Liberium Beatum Romæ Epiſcopum vnà cum multis Epiſcopis Legatum agebat.* Syricius in epistola ad Himerium appellat Liberium venerandæ memoriæ prædecessorem suum.

Baſilius

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Iulianus Apoſtata an. 1. m. 8.
366.	38. Damaſus Antonij filius, genere Luſitanus.	
381.	Secũda œcumenica Synodus Conſtantinopoli cõuocata eſt à Damaſo, & celebrata per 150. Epiſcopos contra Macedoniũ. Theodoretus lib. 5. c. 8. 10. 11.	*Iouianus m. 8.*
		Valẽtinianus cũ Valẽte fratre Ariano an. 13. m. 5.
		Valẽs legẽ lata, ut Monachi militarent, noluiſſet teſtiſſi intereſſi. Ioſ. Iornãdes in lib. de tẽporum ſucceſſione.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

80. De Iuliano Apoſtata.

[a] Iulianus cùm antea fidẽ Chriſtianam profeſſus fuiſſet, ſubitò mutata religione, ſe Pontificem (vtiq; Græcum) nominauit. Sozomenus lib. 5. c. 1. Hoc idem in Chriſti religione imitat[9] Angliæ Rex Henricus 8. abdicata ſedis Apoſtolicæ vnitate, ſe appellauit ſummum Eccleſiæ Anglicanæ caput, quod perinde eſt, ac ſi ſe Pontificem nominaſſet.

[b] Cùm Iulianus in adyta quædam oraculi conſulendi cauſa deſcendiſſet, ſpectriſq; ex improuiſo apparentibus, ſe Cruce cõſignaſſet, diffugêre ſpectra. Magus ita rem interpretabatur, velut dæmones tam ſceleratũ Iuliani factum ferre non poſſent. Socrates lib. 3. c. 3. Hoc idem hodie Proteſtantes nobis reſpõdẽt, cùm obijcimus eis virtutem ſigni Crucis.

[c] Iulianus Chriſti ſtatuã apud Cæſareã Philippi à muliere, quæ ſanguinis profluuio laborabat, erectã deturbauit, ſuãq; eius loco poſuit. Id temporis Gentiles Chriſti ſtatuam eum violentia trahentes confregerunt. Sozom. lib. 5. cap. 20. Hoc idẽ in Anglia, tempore ſchiſmatis ſub Edouardo 6. paſsim fieri vidimus, vt remota Chriſti ſtatua, eius loco regia inſignia proponerentur.

[d] Iulianus contra Chriſtianos pro idololatria gentium ſcripſit. Ibiq; ſignum Crucis Chriſti reprehendit, quod nec Caluiniſtæ noſtri temporis ferre poſſunt.

18. *De*

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

[a] Cùm ad Eulogium Presbyterum Modeſtus Præfectus dixiſſet, communica cum Imperatore, *Eulogius reſpondit: Nunquid cum Imperio eſt etiam Sacerdotij dignitatem conſecutus?* Tum Præfectus, non iſtud (inquit) dixi, ſed vos adhortatus ſum, vt cùm eiſdem communicetis, quibuſcum communicat Imperator. *At Eulogius addidit, ſe habere Paſtorem, cuius nutum ſequeretur.* Theodoretus lib. 4. cap. 16.

Oſius Cordubenſis (vt eſt in Athanaſij epiſtol. ad ſolitar. vitam agent.) ad Conſtantiũ dixit: *Nobis in Eccleſiaſticis ne præcipe, ſed ea potius à nobis diſce.*

[b] Gregorius Nazianzenus orat. 1. In Iulianum. *Iulianus dæmonum conſpectu perculſus, ad crucẽ, vetuſtq; remedium confugit. Valuit ſignaculum, cadunt dæmones, pelluntur timores.*

Lactantius de vera ſapientia lib. 4. cap. 27. *Cum quidam miniſtrorum noſtrorum ſacrificantibus dominis aſsiſterent, impoſito frontibus ſigno, Deos illorum fugauerunt. Sed aiunt hoc Deos non metu, verùm odio facere, quaſi quiſquam poſsit odiſſe, niſi eum, qui aut noceat, aut poſsit nocere. Sed dæmones nocere iis non poſſunt, quos ſignum immortale munierit.*

[c] *Ignis violentus de cœlo delapſus ſtatuam Iuliani circiter pectus perſecuit, caputq; vnà cum collo in terram deiecit. At Chriſtiani eius fragmenta ſtatuæ Chriſti collegiſſent, in Eccleſia poſuerunt, vbi etiam adhuc cuſtoditur.* Sozom. lib. 5. cap. 20.

[d] Iuliano reſpõdit doctiſsimè D. Cyrillus Alexandrinus libris decem, in quibus habet ſuũ locum & laudem atq; honorem ſignum Crucis Chriſti. Lib. 6. *Curaq; ſemper eſſe dicis Chriſtianis, domos & frontes ſigno pretioſo Crucis ſignare.*

Baſilius in Epiſt.74.docet,Euſtathium ex Sebaſtea minoris Armeniæ fugatum in Occidentem con-
136 fugiſſe. Vnde,quibuſdam conditionibus illi *à Beatiſſimo Liberio* propoſitis, Epiſtolam retulit, *qua in Con-
cilio Tyano oſtenſa,reſtitutus eſt in locum.* Sed quoniam fidem,propter quam ſuſceptus eſt, depopulabatur:
petitur, vt tàm ipſe, quàm Apolinarius, & Paulinus per literas Epiſcoporum Occidentis ad omnes Ec-
cleſias Orientis perſcriptas,niſi errores corrigant,à communione ſeparentur. Ita & admittuntur ad cō-
munionem, & ab ea repelluntur, quos Pontifex Romanus, cui Occidentales Epiſcopi aſsident, cauſā
cognita,vel admittit,vel repellit per vniuerſam Eccleſiam. ~~Syricius in Epiſt. ad Himerium appellat Li-
berium venerandæ memoriæ prædeceſſorem ſuum.~~

Socrates lib.3.cap.4.& 7.Sozomenus lib.5.cap.11.& 12.Itemque Theodoretus lib.3.cap.4.& 5. teſtā-
137 tur, *Luciferum Corallotum vrbis Sardiniæ, & Euſebium Vercellarum in Italia, Epiſcopos, ex Thebis, in qui-
bus regnante Conſtantio exulârunt,reuertentes, obiuiſſe Orientales Eccleſias, ac nominatim Alexandrinam &
Antiochenam,vt viderent,ne Decreta Concilij Nicæni violarentur. Ac Lucifer quidem Antiochiæ Paulinū
deſignauit Epiſcopum: Euſebius verò Alexandriæ vnà cum Athanaſio Cōcilium coëgit,cùm interim Lucifer etiā
eò mitteret Diaconum,per quem ſignificat,ſe rebus,quas Concilium decerneret,aſſenſurum.* Atque hæc ſanè hi
tres Hiſtorici vnà voce narrant. Cæterùm ſi quæras,vnde his duobus non maximarum Ciuitatum,idq;
etiam in Occidente Epiſcopis, hæc tanta auctoriras extiterit, vt in Sedibus Apoſtolicis, atque in maxi-
mis Orientis Eccleſijs Concilia cogerent,Epiſcopos conſtituerent & Canones Eccleſiæ ſtabilirent: in
hiſtorijs ipſis nihil aliud reperias,quàm quòd reuerſi ab exilio iſta fecerint. Qua verò poteſtate fecerint,
non memini me legiſſe,præterquàm quòd in Monodia D. Gregorij Nazianzeni,quam is in D.Baſilij vi-
138 tam cōmpoſuit,legitur, *Luciferum & Euſebium Epiſcopos ex vrbe Roma Cæſaream v tiſos fuiſſe, ad ſeditionē,
quæ in Eccleſia Cæſarienſi orta fuerat,ſedandam.* Ex quibus verbis intelligimus,Luciferum & Euſebium nō
ſua priuata auctoritate,ſed miſſos veniſſe,& miſſos quidem *ex vrbe Roma.* Didicimus præterea eos non
tantùm ad Antiochenam,aut Alexādrinam ſed præterea ad Cæſarienſem Eccleſiam, quæ in Cappado-
cia eſt,miſſos,vt vndiq; cauſis Eccleſiaſticis opē ferrent. Quæ cùm ita ſint omnes, qui præ inuidia non
ſunt excæcati, facilè vident, hos Occidentis Epiſcopos à Romano Pontifice ad vniuerſas Orientis Ec-
cleſias,quæ Catholicam fidem ſeruarent,miſſos fuiſſe, vt quæ corrigenda eſſent, corrigerent: quæ verò
ſtatuenda,ſtabilirent. Hoc etiam ex eo fit multò probabilius quia legimus apud Hieronymum in Ca-
talogo, *Euſebium iſtum ex Lectore vrbis Romanæ Vercellenſem Epiſcopum fuiſſe factum.* Itemq; *Luciferum
Corallotanum Epiſcopum,ad Conſtantium Imperatorem à Liberio Epiſcopo pro fide Legatū eſſe miſſum.* Euſebius
igitur & Lucifer,qui tàm manifeſtè probantur & Eccleſiæ Romanæ aliâs paruiſſe, & ex vrbe Roma Cæ-
ſaream Cappadociæ ob ſeditionem tollendam miſsi eſſe, abſq; omni controuerſia,non niſi ex Romanæ
Eccleſiæ auctoritate Orientales, Apoſtolicaſq; Eccleſias & inuiſerunt, & tùm Concilijs conuocatis,
tùm Decretis Apoſtolica auctoritate interpoſitis,moderati ſunt. Atq; hoc quidem eſt, quod Baſilius
139 Magnus in Epiſt.52.& optat,& petit. *Viſum eſt nobis* (inquit) *conſentaneum,vt literas ad Epiſcopum Roma-
num mittamus, quò res noſtras conſyderet, & iudicij ſui decretum interponat, vt quia difficile eſt, de commu-
ni & Synodali Decreto aliquos illinc mitti,* αὐτὸν αὐθεντῆσαι περὶ τὸ πρᾶγμα, *Ipſe authoritate ſua in re vta-
tur,delectis viris, qui Acta Ariminenſis Concilij ſecum ferant,ad ea reſcindenda, quæ illic violenter acta ſunt.*
Hæc Baſilij verba oſtendunt,quàm neceſſarius ſit in Eccleſia vnius Paſtoris Primatus,nimirum vt cùm
perdifficile ſit,Synodum de graui qualibet cauſa congregari,ſaltem vnus aliquis ea ſit authoritate præ-
ditus,vt ipſe Eccleſias viſitare,Decreta interponere,& res malè geſtas emendare queat. Hanc authori-
tatem Romanum Pontificem etiam in Orientales Eccleſias habere, tùm res à Lucifero & Euſebio ge-
ſtæ,tùm ipſe D.Baſilius perſpicuè teſtatur.

140 Idem Baſilius in Epiſt. 77. ad Epiſcopos tranſmarinos,id eſt,eos,qui Occidentalibus Eccleſijs præe-
rant: *Cùm ad hūc modum habeant res noſtra,debebant continuè à veſtra Dilectione ex ſynceris fratribus ali-
qui mitti,qui nos adflictos & oppreſſos inuiſerent,& multò crebrius amicæ ad nos veſtræ deſtinari literæ,quibus
vel in propoſito confirmaremur: vel,ſi qua in re offendamus,corrigeremur. Non enim negamus,innumeris nos
erroribus obnoxios eſſe,cùm homines ſimus,& in carne viuamus,parati hac in re veſtram inſtitutionem ample-
cti.* Et pòſt. *Vnus nobis eſt Dominus, vna fides,ſpes eadem. Siue Caput voſipſos vniuerſalis Eccleſiæ reputatis,
non poteſt pedibus dicere caput: non eſt mihi opus vobis: ſiue in reliquum vos Eccleſiaſticorum membrorum ordi-
nem collocatis,nō poteſtis nobis dicere,qui in eodem vobiſcum corpore conſtituti ſumus: non eſtis nobis neceſſarij.*
Concedit igitur Baſilius,Occidentales Epiſcopos & reputaſſe interdum,& rectè potuiſſe reputare(nec
enim eam rem ipſe reprehēdit) *ſeipſos Caput vniuerſalis Eccleſiæ.* Cur obſecro? Niſi quia in Occidente e-
rat Cathedra Petri,in qua Pontifex Romanus ſedebat? Et tamen etiamſi Occidentales reputent ſe *Ca-
put vniuerſalis Eccleſiæ,* hoc eſt, primos omnium,qui vbique ſunt Fidelium, Baſilius id nec pro blaſphe-
mia,nec pro contumelia habet. Moris enim erat, vt aliqui viciniores Italiæ,Siciliæ, Galliarum, atq; etiā
Africa-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
384.	38. S.Damaſus.	*Gratian' cum Valẽtiniano 2. an.6. cũ ipſis & poſt ipſos. Theodoſius 1. an. 11.*
		Iuſtina Valẽtiniani Iunioris mater & ipſa fuit Ariana, & alios infecit.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

81. De Apollinariſtis.

a Apollinaris dicebat, Chriſtũ ſuſcepiſſe carnẽ ſine anima. Tandem Euangelicis teſtimonijs victus, dixit ipſum verbũ in Chriſto fuiſſe pro mẽte, qua rationalis eſt anima hominis. Auguſtin. hær. 55. Eundem errorem ſectatus eſt Timotheus.

* Polemius dixit, cõmixtionem Diuinitatis & corporis factam eſſe. Theodor. lib. 4. hær. Fab.

82. De Seleucianis & Hermianis.

b Seleucius & Hermias materiam elemẽtorum Deo coæternam ponebant. Auguſt. hær. 59.

c Angelos de igne & ſpiritu creare animas. Ideo non baptizant in aqua.

d Malum nunc à Deo eſſe, nũc à materia.

e Saluatorẽ in carne ad dexteram Patris non ſedere, ſed eam exuiſſe.

f Viſibilem Paradyſum non eſſe.

g Reſurrectionem non putant futuram, ſed quotidiẽ in generatione filiorum fieri.

83. De Proclianitis.

h Proclianitæ, præter Seleucianam hæreſim, negârunt, Chriſtũ in carne veniſſe. Augu. hær. 60.

84. De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Damaſus in Epiſt. ad Orientales apud Theodoret. lib. 5. c. 10. *Timotheus vnà cum magiſtro ſuo Apollinari iudicio Sedis Apoſtolicæ abdicatus eſt.* Et c. 11. *Ipſum Dei verbum non animæ rationis & mentis compotis locũ in corpore, quod ſibi ſumpſerat, obtinuit, ſed noſtram animã ratione & mẽte præditam (expertem tamen peccati) accepit ſeruauitque.*

* In Symbolo Athanaſij. *Ieſus Chriſtus perfectus Deus, perfectus homo, vnus omnino, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.*

b Ambroſ. Hexam. lib. 1. cap. 5. & 6. *Pulchrè ait Moyſes: Fecit Deus cœlum & terram. Ex ipſo ergo materia. In cœlo enim & terra quatuor illa elemẽta creata ſunt, ex quibus generantur iſta quæ mundi ſunt.*

c Damaſus ad Paulinum Theſſal. lib. 5. Theodoreti c. 11. *Non in nomina Angelorum, ſed in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum baptizati ſumus.*

d Ambroſ. Hexæm. lib. 1. c. 8. *Malitia ex nobis orta, non à Creatore Deo condita, morũ leuitate generatur: non vllam habens authoritatem ſubſtantiæ naturalis.*

e Damaſus Papa ad Paulinum Theſſalo. lib. 5. Theodor. ca. 11. *Si quis negauerit, Chriſtũ in carne, quam ſumpſit, ſedere ad dexteram Patris, anathema eſto.*

f Epiphan. in Epiſt. ad Ioannem Hieroſolym. *Quis audiat Origenẽ Paradiſum de terra ad cœleſtia transferentem? Ego aquas Geon* (qui eſt Paradiſi fluuius) *his carneis oculis aſpexi, & bibi de magno flumine Euphrate.*

g Hieronymus in Epiſt. aduerſus errores Ioãnis Hieroſolymitani. *In ſymbolo fidei & ſpei noſtræ, quod ab Apoſtolis traditum non ſcribitur in chatra & atramento, ſed in tabulis cordis carnalibus, poſt confeſſionem Trinitatis, & vnitatem Eccleſiæ, omne Chriſtiani dogmatis Sacramentũ, carnis reſurrectione concluditur.*

h Gregorius Nyſſenus de Sancto Baptiſmate. *Cùm maleficus ille ſerpentem (dignum ſuo conſilio velamentum) nactus, peccatum aduerſus nos introduxerit: Chriſtus illius nequitiam corrigens, hominem perfectum aſſumit, & ſeruat hominem.*

i Hiero-

Africanorum Epiſcopi aſsiderent Pontifici Romano in Concilio. Inde quod erat proprium Epiſcopo
Romano, vt vniuerſalis Eccleſiæ Caput reputaretur (velut quem ipſe Baſilius in Epiſt. 52. dixit *ex aucta-*
ritate ſua viſitare poſſe Orientem) hoc ad omnes Epiſcopos Romano Pontifici aſsidentes transfertur.
Vnde iterum ſubinfert Baſilius: *ſiue volueritis ad nos proficiſci, & per vosipſos infirma noſtra ſcrutari, an verè*
141 *ita habeant vt auditis, vel ex falſis adiectionibus grauiora ſint de nobis ad vos relata delicta, fiat & hoc. Parati*
namque ſumus, obuijs manibus veſtrum excipere aduentum, noſq; ipſos diligenti ſiſtere examini: duntaxat in
ijs, quæ fiunt, ſuperiores habeat charitas. Siue veſtro iudicio locum quendam deſignare placuerit, in quo & quod
nos concernit, viſitationis debitum implebimus, & quantum fieri poteſt, noſtri experientiam offeremus, vt & præ-
terita curentur, & nullus deinceps calumniæ locus relinquatur, per nos licebit vt & hoc fiat.

Sozomenus lib. [illegible] cap. 22. Tam hi hæretici, qui Filium Patri diſsimilem, quàm qui ſimilem aſſerebant,
Spiritum ſanctum adminiſtrum, & à Patre ſubſtantia diuerſum affirmabant. Qui verò Filium Patri Cō-
ſubſtantialem putabant, hi de Spiritu ſancto idem ipſum cenſebant. *Quæ controuerſia* cùm contenden-
142 di ſtudio, vti credibile eſt, in dies magis magiſq; creſceret, *Epiſcopus Romanus de ea certior factus, ſcripſit*
ad Eccleſias Orientis literas, vt vnà cum Sacerdotibus & Epiſcopis Occidentis Trinitatem & Conſubſtantialem
eſſe, & gloria æqualem exiſtimarent. Quo facto, ſinguli rebus ab Eccleſia Romana ſemel iudicatis acquieuerunt,
hæcq; controuerſia finem habere viſa eſt. Quid potuit pro Eccleſiæ Romanæ Primatu expreſsius aut clarius
dici? Orientis Eccleſiæ acquieuerunt rebus ab Eccleſia Romana ſemel iudicatis.

Extat Liberij Pontificis Romani ad Conſtantium Auguſtum Epiſtola nuper à Reuerendiſsimo Ioā-
ne Tilio Meldenſi Epiſcopo edita, & per Luciferum, Pancratium atq; Hilarium miſſa, quos viros Hie-
ronymus (in Catalogo) à Liberio ad Conſtantium pro fide miſſos teſtatur. Ibi ergo ita ſcribit Liberius:
143 *Ad iſtud officium, teſtis eſt mihi Deus meus, inuitus acceſſi. In quo cupio quidem ſine offenſa Dei, quàm diu in*
ſæculo fuero, permanere: & nunquam mea ſtatuta, ſed Apoſtolica vt eſſent ſemper firmata & cuſtodita, perfeci: ſe-
cutus morem ordinemq; Maiorum, nihil addidi Epiſcopatui vrbis Romæ, nihil minui paſſus ſum. Et illam fi-
dem ſeruans, quæ per Succeſſionem tantorum Epiſcoporum cucurrit, ex quibus plures Martyres extiterunt, illi-
batam cuſtodiri ſemper exopto. Hactenus de Liberio.

144 *Felix Romanus* (teſte Damaſo in Pontificali) *declarauit Conſtantium filium Conſtantini hæreticum, & ſe-*
cundò rebaptizatum ab Euſebio Nicomedienſi in Aquilone villa. Iam tunc ergo Papa exercuit ſuam poteſta-
tem in malos & ſchiſmaticos Imperatores.

Secundam Generalem Synodum mandato literarum Damaſi
potiſsimùm fuiſſe conuocatam.

Theodoretus lib. 5. cap. 8. Epiſcopi Orientales Conſtātinopolim ob neceſſaria Eccleſiæ negotia euo-
cati, Epiſtolam à Concilio Epiſcoporum in Occidente coactorum acceperunt, quæ illos hortabatur, *vt*
Romam, vbi iam maximus Epiſcoporum cœtus congregatus erat, accederent. At illi tam longum iter ſuſcipere
omnino recuſantes, inter alia multa etiam in hæc verba reſcripſerūt ad Damaſum, Ambroſium, & alios
ibidem collectos cap. 9. *Vos, quò fraternam veſtram erga nos charitatem declararetis, Concilio per Dei volunta-*
145 *tem ac nutum Romæ coacto, nos velut membra propria per Imperatoris ſanctiſsimi literas accerſiuiſtis.* Hæc ibi.
Porrò ſi Orientales *velut membra propria* ab Occidentalibus accerſebantur, certè Occidentales erant
eiuſdem corporis membra digniora, & ideo velut caput proprium Orientalibus erant. Capitis enim eſt
reliqua membra colligere & conuocare. Occidentales verò caput erant non vtique ob aliud, quàm
quia Princeps Epiſcoporum in Romana vrbe, ad quam Orientales vocati iam erant, reſidebat. Vnde in
eadem Epiſtola cùm Orientales, quid in Synodo confectum eſſet diligenter expoſuiſſent, tandem ſub-
iungūt: *Quibus rebus tanquam legitimè & ſecundùm Canones conſtitutis, abſecramus veſtram reuerētiam vt*
146 *congratuletur.* Talibus enim verbis Romani Epiſcopi conſenſum, & eorum, quæ fecerant confirmationē
poſtulant. Porrò nec illud eſt prætermittendum, quod ex iiſdē̄m verbis intelligimus, Imperatoris quidem
literas ad Synodum indicendam impetratas fuiſſe, verùm ita vt Romanus Pontifex in primis conſenſum
ſuum authoritatemq; ad eam rem præbuerit, vtpote qui Imperatorem præuenire, ac per Epiſtolam, in
qua Pontificis Romani conſenſus Imperatori exponebatur, Imperatoris literas impetrare ſolebat: vt ita
Papæ atque Imperatoris conuocatio vna eademque eſſet. Dicunt enim Epiſcopi Orientis ad Occiden-
tales Epiſcopos: *Accerſiuiſtis nos per Imperatoris literas.* ita vt prima generalis Concilij cauſa ſit Romani
Epiſcopi, hoc eſt, primi Paſtoris cōuocatio: Modus autē, quo primus Paſtor in ea re vtitur, ſit *per Impera-*
toris literas Epiſcopos cōuocare. Vt nimirū brachio ſeculari ad Eccleſiaſticā auctoritatem adiuncto, plenior
ex omni parte eſſet conuocatio. Quid quòd in ijs verbis, quæ in eadē Epiſtola Orientaliū Epiſcoporum
ſequuntur, clariſsimè exprimitur, Papæ Damaſi literas, quæ ad Imperatorē miſſæ ſunt, mandatū cōplexas
eſſe, quo in vnum conuocarentur Epiſcopi. Etenim Epiſcopi Orientales Damaſo rationem reddentes,

cur non

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
384		
	Idem S. Damaſus ſedit an. 18	Eadẽ Iuſtina.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

84. De Priſcilliano.

i Priſcillianus ab Agape & Elpidio inſtitutus, Gnoſticorum & Manichæorũ turpiſsima dogmata ſequebatur. Ob quam cauſam Epiſcopali iudicio in Hiſpanijs apud Cæſarauguſtam, vnà cum Inſtantio & Saluiano Epiſcopis condemnatus eſt. Qui tres, cum Romã peruenisſent, vt apud Papam Damaſum ſe purgarent, ac ne in conſpectum quidem eius admiſsi eſſent, ad Imperatorem ſe contulerũt, vbi quãquàm corrupto Macedonio Eccleſijs reſtituti eſſent, poſtea tamen ex ſententia Maximi Treueris imperitantis, capitis damnantur. Seuerus Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ.

85. De Meſſalianis, Euchitis ſeu Enthuſiaſtis.

An Sacramenta conferant gratiã.

a Dicunt Baptiſmum nihil iuuare, neque excindere peccati radicem, precatione verò aſsidua id fieri. Theodoretus hæret. Fab. lib. 4. Sic hodie Proteſtantes dicunt, Baptiſmum non auferre peccata, nec gratiã dare.

b Negant diuinorũ myſteriorũ participationem, animi ſordes expiare. Damaſcenus hær. 80. In hoc quoque Proteſtantes cum illis ſentiunt.

De Sacramento Ordinis.

c Dicũt, in Clericorum ordinationibus Spiritũ ſanctũ nõ ſuſcipi. Damaſc. hær. 80. § Nónne & hoc illis commune eſt cum hodiernis Proteſtãtibus, qui negant vllum eſſe ordinis Sacramẽtum?

De honore altarium.

d Eccleſias & altaria deſpiciũt, eò quòd non deceat monachos & Eccleſiaſticos, cœtus & Sacrificiũ celebrare. Damaſc. ibid.

De Sa-

☩ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

i Hieronymus ad Cteſiphõtem aduerſus Pelagianos, Priſcillianum appellat *Manichæi partem*, eumque *& ſeculi gladio, & totius orbis authoritate damnatum aſſerit.*

De Priſcilliani nonnullis erroribus Oroſius ad Auguſtinũ, & viciſsim Auguſtinus ad Oroſium ſcripſit, quæ in 6. Tom. operum D. Auguſtini extant. Quoniam verò Priſcilliani dogmata & per diſcipulos eius aucta ſunt, & non tã ſigillatim, & clarè mox ab initio, quàm poſtea emerſerunt, idcirco ſub Leonis Papæ (eius nominis primi) temporibus, de Priſcillianiſtarum nefarijs dogmatibus fuſiùs agam.

a *Baptiſma Chriſtianorum Trinitate confectum, confert gratiam.* Optatus lib. 5.

Hieronymus in Epiſt. 83. *Baptiſmus hominem ex toto nouum facit, impietas in Deum, parricidiũ, inceſtus in parentes Chriſti fonte purgantur.* Auguſtin. in Pſalm. 73. *Sacramenta noui Teſtamenti dant ſalutem.*

b Ambroſius de ſacram. lib. 4. c. 6. *Quotieſcũq; accipimus, mortẽ Domini annũtiamus: ſi mortẽ annũciamus, annũciamus remiſſionẽ peccatorũ. ſi quotienſcunque effunditur ſanguis, in remiſſionẽ peccatorum funditur: debeo illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur. Qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinam.*

c Gregorius Nyſſenus in lib. de. S. Baptiſmate: *Sanctificatio, quæ à ſpiritu procedit, Sacerdotem auguſtum & honorandum facit, nouitate benedictionis à communitate vulgi ſegregatum.*

Auguſtin. cont. Epiſtol. Parmen. lib. 2. c. 13: *Vtrunq; Sacramentum eſt & quadam conſecratione vtrunque homini datur, illud cum baptizatur, iſtud cum ordinatur: ideóque in Catholica vtrunq; non licet iterari.*

d Gregorius Nyſſenus de. S. Baptiſ. *Altare hoc ſanctum, cui adſiſtimus, lapis eſt natura communis, nihil differens ab alijs cruſtis lapideis, ex quibus parietes noſtri extruuntur, & pauimenta exornantur: ſed Dei cultui conſecratum atque dedicatum eſt, ac benedictionem accepit, menſa ſancta, altare immaculatũ eſt, quod nõ amplius ab omnibus, ſed à ſolis ſacerdotibus iiſq; venerantibus contrectatur.*

Ambroſ. Epiſt. 33. *Irruentes in altaria oſculis, ſignificabant pacis inſigne.*

147 cur non poſſent Romam venire, ita ſcribunt: *Eſt nobis in optatis, ſi fieri poſſet, Eccleſiis penitus relictis, ne-*
ceſſario Eccleſiæ negotio inſeruire. Verùm quoniam hoc modo Eccleſiæ nuper renouatæ nudarentur, & res à ple-
riſque fieri omnino non queat, propterea quòd Conſtantinopoli mandato literarum ſuperiore anno à veſtra reue-
rentia poſt Concilium Aquileienſe ad Sanctiſſimũ Imperatorem Theodoſium miſſarum, ad iter duntaxat Con-
ſtantinopolim vſque faciendum nos præparauimus, atque de hoc vno Concilio celebrando conſenſum Epiſcoporum,
qui in Prouinciis manſerant, vnà nobiſcum attulimus: idcirco neque longiore itinere opus eſſe expectabamus, ne-
que de vllo alio omnino ante acceperamus, quàm Conſtantinopoli in vnum conuentum eſſet. Mandato igitur
literarum *à Damaſo ad Theodoſium miſſarum*, Epiſcopi conuenerunt ad ſecundam Synodum œcumeni-
cam Conſtantinopoli celebrandam. Non temerè igitur defendimus, œcumenicas Synodos potiſsimùm
à Romano Epiſcopo ſemper fuiſſe conuocatas. Poſtremò, Damaſus Orientalibus Epiſcopis (vt vide-
148 re eſt apud Theodoretum lib. 5. c. 10) hoc modo reſpondit: *Quòd veſtra Charitas debitam Sedi Apoſtolicæ*
reuerentiam tribuit, filij honoratiſsimi, vobis ipſis quoque maximo ſanè honori eſt. Nam tametſi in ſancta Eccle-
ſia (in qua ſanctus Apoſtolus ſedens nos docuit, quo pacto illum gubernaculũ, quæ ſuſcepimus, tractanda ſint) no-
bis primæ partes deferuntur: tamen cõfitemur, nos illo dignitatis gradu longè inferiores eſſe. Ecce, & Orientales
Epiſcopi *debitam Sedi Apoſtolicæ reuerentiam* tribuerunt, & Damaſus Papa cæteros Epiſcopos vocat
filios, tantamque Sedis ſuæ dignitatem etiam tunc fuiſſe vidit, vt in *ſancta Eccleſia primæ partes Romano*
Pontifici ob honorem D. Petri deferrentur.

149 Sozomenus lib. 7. cap. 9. Et Socrates lib. 5. cap. 8. *Decretum fuit, vt Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſecun-*
dùm Epiſcopum Romanum primas obtineret. Quin ergo Romanus Pontifex omnium primus eſſet, nulla
vnquàm fuit dubitatio.

150 Leo Pontifex in Epiſt. 51. aliàs, 53. ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, huius Decreti
(in quo Sedes Conſtantinopolitana ſecundùm Romanam primas obtinere conabatur) mentionem fa-
cit, dicens *quorundam Epiſcoporum ſubſcriptionem factam eſſe, cum quadam eius rei notitia ad Sedem Apo-*
ſtolicam tranſmiſſa. Et in Epiſt. ad Pulcheriam Auguſtam, de eadem re agens: *Fruſtrà* (inquit) *quorundam*
Epiſcoporum profertur conſenſus, cui tot annorum ſeries negauit effectum. Nec igitur Damaſus, nec alius quiſ-
piam Pontifex Romanus id Decretum eatenus approbauerat, & ideo à Leone pro nullo habetur.

151 Ruffinus in Symbolo. *Hæreſis nulla in Eccleſia vrbis Romæ ſumpſit exordium.* Apud Hieronymum
152 Tom. 4. in Symboli explanatione ad Damaſum. *Si quid parum cautè poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui*
Petri & fidem & Sedem tenes.

153 Sulpitius Seuerus ſacræ hiſtoriæ lib. 2. *Inſtantius, Saluianus, & Priſcillianus in Synodo apud Cæſarauguſtam*
damnati. Romam profecti ſunt, vt apud Damaſum Vrbis ea tempeſtate Epiſcopum, obiecta purgarent. Hi vbi Ro-
mam peruenère, Damaſo ſe purgare cupientes, ne in conſpectum quidem eius admiſſi ſunt. Id tantùm animad-
uerto, compertum omni memoria fuiſſe, quòd in Romani Pontificis poteſtate fuit, etiam res in Epiſco-
palibus Synodis iudicatas reſcindere, ſi poſt interpoſitam purgationem hoc illi æquum viſum eſſet. Hac
enim ſpe ad Damaſum ibatur, licet ille hominum improbitatem non ignorans, eos audire noluerit.

154 Hieronymus in Apologia pro libris aduerſus Iouin. *Dum adhuc viueret ſanctæ memoriæ Damaſus, li-*
brum contra Heluidium de Beatæ Mariæ virginitate perpetua ſcripſimus: in quo neceſſe fuit nobis, ad virginita-
tis beatitudinem prædicandam, multa de moleſtiis dicere nuptiarum. Num vir egregius, & eruditus in Scriptu-
ris, & virgo, Eccleſiæ Virginis Doctor, aliquid in illo ſermone reprehendit? Cum Damaſus appellatur *Virginis*
Eccleſiæ Doctor, eumque Hieronymus illum librum nunquam reprehendendum putat, quem Damaſus
Eccleſiæ Doctor non reprehendit: vtique ſignificat, Damaſum fuiſſe Doctorem ſponſæ Chriſti, hoc eſt,
totius militantis Eccleſiæ, non communi modo, ſed ita vt in ſumma ſpecula ſedens, ea, quæ reprehenda
in quocunque erant, pro authoritate ſua reprehenderet. Sic enim ſemper in more poſitum fuit Ponti-
ficibus Romanis.

155 Hieronymus Epiſt. 61. Idolorum cultor ſolebat ludens Papæ Damaſo dicere: *Facite me Romanæ Vrbis*
Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus. Improbè quidẽ ille: ſed tamen inde apparet, quàm nota etiã Ethni-
cis Romani Epiſcopi authoritas fuerit, quam nunc hæretici nuper natam fuiſſe volunt.

156 Theodoretus lib. 2. cap. 22. *Damaſus in Eccleſia Romana Primatu Liberij ſucceſſor*, & nonaginta Epiſco-
pi ex Italia & Gallia Romæ in vnum collecti, Epiſcopis, qui erant in Illyrico, in hæc verba ſcripſerunt:
Numerus Epiſcoporum, qui erant Arimini in vnum congregati, præiudicij vim habere non debet, præſertim
157 *cùm formula illa compoſita ſit, Epiſcopo Romano, cuius ſententia præ cæteris omnibus expectanda erat, non con-*
ſentiente, neque Vincentio &c.

158 Sozomenus libro. 6. Capite. 23. Cùm oſtendiſſet, diſſenſionem inter Vrſinum & Damaſum de Epi-
ſcopatu exortam fuiſſe: *De doctrina* (inquit) *neque Romani, neque vlli alij in Occidente inter ſe diſſentie-*
bant, ſed omnes Concilij Nicæni Decreta approbabant, excepto Auxentio Mediolanenſi Antiſtite.

Atque

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Theodoſius
385.	39. S.Syricr'. Tiburtij filius, Romanus, ſedit an. 13. m.1.d.25.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Sacramento Matrimonij.

e Nuptias diſſoluunt. Damaſcenus ibidem.

f Spiritum S. ſic dicebant accedere, vt ſentiretur, vnde & Enthuſiaſtæ dicti ſunt.

An omnes Monachi neceſſariò debeant operari.

g Deteſtantur operationé, quæ manibus fit, vt Chriſtianis indignam. Damaſcenus ididem. §. Negare verò, quòd deceat operari manibus, aut dicere, quòd cuicunque hominum generi aliquando (id eſt, cùm neceſsitas ad id cogit) neceſſarium id non ſit, hæreſis eſt. At contrà docere, quòd omnes monachi neceſſariò debeant manibus victum quærere, nec liceat vel mendicando id impetrare, vel Euangelizando, & altari miniſtrando id promereri, hoc quoque eſt hæreticum.

h Parentibus ſuadent, vt liberorum educationem negligant.

i Pauperum curam habendam negant.

86. De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

e Baſilius in Epiſt. ad Amphilochium Can. 9. *Domini dictum ex æquo viris & mulieribus conuenit, quòd non liceat à matrimonio diſcedere, præterquàm propter fornicationem.*

Auguſt. de bono coniugali, cap. 7. *Vſque adeò fœdus illud initum nuptiale cuiuſdam Sacramenti res eſt, vt nec ipſa ſeparatione irritum fiat.*

f Gregorius Nyſſenus in Apologetico. *Per Spiritum ſolùm Deus & intelligitur, & exponitur, & auditur.* Et in oratione in S. Baptiſma. *Dauid* (inquit) *Spiritum rectum in viſceribus innouari petens, intellectricem animi facultatem, atque huius motus cogitationéſque ſignificat.*

g Auguſtinus de opere Monachorum cap. 1. *Dicit Apoſtolus, qui non vult operari, non mãducet, quod propriè de opere corporali, cibóque dixit.* cap. 2. Et pòſt: ca. 21 & 22. *Si fratres iſti* (ſeu Monachi) *Euangeliſtæ ſunt, ſi miniſtri altaris, diſpenſatores Sacramentorum: bene ſibi iſtam* (manibus non operandi) *vendicãt poteſtatem. Si ſaltem haberent aliquid in hoc ſeculo, quo facilè ſine opificio ſuſtentarent iſtam vitam, quod conuerſi ad Deum, indigentibus diſpertiti ſunt, eorum infirmitas ferẽda eſt. Solent enim languidius educati, laborẽ operum corporalium ſuſtinere non poſſe. Tales fortaſſe multi erant in Hieroſolyma.* Acto. 2. & 4. *Nũc autem veniunt plerũque ad hanc profeſſionem ſeruitutis Dei, vel ſerui & liberti, vel ruſtici & opifices, & tales ex malè intellecto Euangelio præcepta Apoſtolica peruertere meditantur.* Et cap. 25. *Tales ſi nolunt operari, non manducent.* § Illi ergò monachi non tenentur operari, qui aut ſunt infirmi, aut delicatius educati, aut altaris miniſtri, aut concionatores, aut Lectores, aut ſimili de cauſa excuſati.

h Chryſoſtomus lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ. *Quid me proſequi neceſſe eſt educandorum liberorum ſummas neceſsitates?* (Et pòſt) *Nos in liberis noſtris ſtudij cœleſtis diſciplinam ſolidari permittamus. Quantò enim amplius fuerint in ſchola virtutis exercitati, tãtò ampliores vires adipiſcentur. Denique ob exemplo Heli probat, eos, qui ſeuerè non corripiunt liberos ſuos, diuinæ vindictæ ſubiacêre.*

i Gregorius Nazianzenus elegantiſsimã ſcripſit orationem de pauperum amore, vbi ſic ait: *Si ex Pauli atque ipſius etiam Chriſti ſententia & authori-*

Atque cùm Epiſcopi Galliæ, & agri Venetorum alios etiam nonnullos apud ſe eadem ſeriò conari ſignificaſſent: breui tempore pòſt, multi multarum Gentium Epiſcopi Romæ in vnum congregati, cùm Auxentium, tùm alios, qui eidem fauebant doctrinæ, à ſua communione alienos eſſe pronunciârunt, fidémque à Concilio Nicæno confirmatam ratam manere ſtatuerunt: denique Decreta Concilij Ariminenſis huic repugnantia irrita eſſe propterea quòd neque Epiſcopus Romanus, neque alij item cõplures illis conſenſerant, imò verò etiam quòd à multis, qui illi Concilio intererant, eadem ipſa Decreta improbata fuerant. Quæ ita geſta eſſe & conſtituta, teſtis eſt Epiſtola Damaſi Epiſcopi Romani, & cæterorum cum eo id temporis ſimul coactorum ad Epiſcopos Illyrici ſcripta, quæ ita ſe habet: Epiſcopi ad Sanctum Concilium Romæ conuocati Damaſus, Valerianus & cæteri. (& pòſt) *Numerus Epiſcoporum, qui erant Arimini in vnum congregati, præiudicij vim habere nõ debet, præſertim cùm formula illa compoſita ſit neque Epiſcopo Romano, cuius ſententia pia cæteris omnibus expectanda erat, neque Vincentio, qui tot annis Epiſcopatum integrè geſſerat, neque alijs eidem conſentientibus.*

In Codice Iuſtiniani de ſumma Trinitate & fide Catholica Leg. 1. Imperatores Gratianus, Valenti-
159 nianus, & Theodoſius AAA. ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ. *Cunctos populos, quos Clementiæ noſtræ regit Imperium, in tali volumus religione verſari, quam D. Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis, Religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quámque Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis.* In hoc Edicto fidei Eccleſiaſticæ regula petitur primùm, & velut deriuatur à Petro Apoſtolorum Principe, deinde à Romanis velut fide ſua conteſtantibus, quid illis Petrus tradidiſſet: Tum autem à Damaſo, velut ſucceſſore Petri & Romanorum Epiſcopo: Deniq; à Petro Pontifice Alexandrino, velut ab eo, qui & Petri Apoſtoli doctrinam ſequeretur, & Succeſsionem eius in Romana vrbe agnoſceret, & cum Damaſo Petri ſucceſſore communicaret. Ita enim ſcribit D. Hieronymus de hoc eodem Petro in Epiſt. ad Principiam, quæ numero eſt 16. *Petrus perſecutionẽ Arianæ hæreſeos declinans, quaſi ad tutiſsimum communionis ſuæ portum Romam confugit.* Porrò (vt Socrates lib. 4. cap. 30. tradit) Chriſtiani, qui vbique perſecutionis tempeſtate iactabantur, & potiſsimùm Ale-
160 xandriæ, magnopere recreati erant, propterea quòd *Petrus ex vrbe Roma cum literis Damaſi Epiſcopi Romani Alexandriam reuerſus erat. Quæ quidem literæ & Moſis fidem confirmabant & Petri creationem. Populus igitur illis literis confiſus, expellit Lucium, Petrum autem in eius locum introducit.* Hactenus verba Socratis. Licet ergo Damaſus & Petrus in edicto Theodoſij ſimul nominentur, tamen Petrus ita pendebat à Damaſo, vt ſimul atque Alexandrini vidiſſent, ex duobus Epiſcopis, qui Eccleſiam Alexandrinam occupare cupiebant, non Lucium, ſed Petrum à primo Paſtore confirmatum eſſe, mox Lucium expulerint, Petrum verò in Epiſcopali Sede collocârint. Quòd verò Socrates dixit, *literas Damaſi confirmaſſe Moſis fidem*, id ab eodem Socrate in Capite præcedenti narratum ita ſe habet, Mauia Saracenorum Regina pacem ea cõditione obtulit Romanis, ſi Moſes monachus ſanctus crearetur ſuæ gentis Epiſcopus. Moſes verò ea de cauſa Alexandriam ductus, non eſt paſſus à Lucio Pſeudoepiſcopo Alexandrino manus ſibi imponi, quòd is foret Arianus. Cùm igitur Damaſi literæ veniſſent Alexandriam, in quibus non Lucius, ſed Petrus declarabatur legitimus ipſorum Epiſcopus eſſe, tunc fides Moſis confirmabatur, qui prius ab eodem Lucio ob ipſius perfidiam recuſauerat ordinari. Itaque omnibus ritè perſpectis, Theodoſij, Gratiani, & Valentiniani Edictum hãc regulam credendi præſcripſit, vt cuncti populi ſequerentur fidem Epiſcopi Romani, eò quòd is D. Petro ſuccederet. Vnde Theodoretus lib. Eccleſ. hiſtor. 5.
161 cap. 2. ita recitat ſententiam Edicti: *Gratianus toto Imperio potitus ſcripſit legem, qua iubebat ſanctas Eccleſias tradi his, qui Damaſi (is erat Epiſcopus Romanus) communionem amplexarentur.*

162 Ambroſius in prioris ad Timoth. c. 3. *Eccleſia domus Dei dicitur, cuius hodie Rector eſt Damaſus.* Cùm autem Paulus eo loco totam militantem Eccleſiam appellauerit *domum Dei*: efficitur, vt Ambroſius intellexerit, totius Eccleſiæ militantis Rectorem eſſe Damaſum.

163 Hieronymus ad Ageruchiam de Monogamia Epiſt. 11. *Cùm in chartis Eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ vrbis Epiſcopum, Orientis atque Occidentis Synodicis conſultationibus reſpondi.* Ergo totius orbis Chriſtiani etiam Synodicæ conſultationes ad Romanum Epiſcopum deferri ſolebant.

164 Idem ad Damaſum Tom. 2. Epiſt. 57. *Cum ſucceſſore Piſcatoris, & Diſcipulo Crucis loquor. Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante Diluuio. Et quia pro meis facinoribus ad eam ſolitudinem commigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ fine diſterminat, nec poſſum ſanctum Domini, tot interiacentibus ſpacijs, à ſanctimonia tua ſemper expetere: ideo hîc Collegas tuos Ægyptios confeſſores ſequor, & ſub onerarijs nauibus parua nauicula deliteſco.*
165 *Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.* Et in Epiſt. 58. ad eundem Damaſum. *Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt.* Cathedra ergo Petri ſecundùm Hieronymum *illa Petra eſt, ſuper quam ædificatur Eccleſia.* Et illa eſt Ca-

thedra

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	Idem Sincius.	Idem Theodoſ.

Hæretici & Pſeudopropbetæ.

86. De Hypſiſtarijs.

[k] Hypſiſtariorum hæreſim ita deſcribit Gregorius Nazianzænus in Oratione de funere patris, vt dicat eam ex Iudaico & Gentili errore conflatam. Ex gẽtilium enim religione ignis & lucernarum cultum, ex Iudaiſmo Sabbatum, & abſtinentiam à certis cibis retinebant: & ſolùm Omnipotentem venerabantur.

87. De Iouinianiſtis.

An paria ſint peccata.

[a] Iouinianus dicebat, omnia peccata eſſe paria, Aug. hær. 82. Eôdem tendit doctrina Proteſtantium nõ diſcernentium peccatum mortale à veniali.

[b] Non poſſe peccare hominem poſt lauacrum. Aug. ibidem.

De ciborum delectu.

[c] Ieiunia, vel à cibis aliquibus abſtinentiam non prodeſſe. Hoc idem, quoad animæ ſalutẽ, Proteſtantes affirmant.

An Maria ſit virgo in partu.

[d] Mariã pariendo fuiſſe corruptam dicebant. Hoc idem Bucerus & Molinæus in 3. Partem vnionis Euãg. vbi dicũt, Ieſum naſcentẽ adaperuiſſe vuluã Mariæ.

De Sanctimonialium dignitate.

[e] Virginitatẽ Sanctimonialiũ, & continentiam ſexus virilis in Sanctis eligẽtibus cœlibẽ vitam, coniugiorum caſtorum atq; fidelium meritis adæquabat. Aug. hær. 82. Hoc idem hodie Lutherani & Caluiniſtæ docent.

[f] Quæ-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

authoritate charitatem, vt legis & prophetarum caput, præceptorum omnium primum maximúmque cenſendum eſt: huius potiſſimam partem in eo ſitã eſſe comperio, vt pauperes amore & beneuolentiâ cõplectamur, atque eorũ, qui nobis cognationis iure ſunt cõiuncti, calamitate moueamur atq; doleamus.

[k] Nazianzænus in Apologetico. 1. Cùm tres morbi circa Diuinitatis doctrinam verſentur, Atheiſmus, Iudaiſmus, & plurium Deorũ aſſertio: nos nec in Iudaicæ paupertatis anguſtias reducamur, ſolo Ingenito Diuinitatẽ circũſcribentes, nec tria principia conſtruentes gentilẽ Deorum multitudinẽ inuehamus: quandoquidem & Deus vnus neceſſariò retinẽdus eſt, & tres perſonæ confitendæ, atque vnaquæque cũ ſua proprietate. Et in Orat. ad Gregor. Nyſſenum. Feſtos dies Iudæus agitat, ſed ſecundùm literam. Feſtos iterum Gentilis, verùm vt dæmonibus placeat. At nobis quemadmodum oĩa, ſic etiã feſtorũ celebrãdorũ ratio ſpiritualis eſt.

[a] Auguſt. Epiſt. 29. *De paritate peccatorũ ſoli Stoici auſi ſunt diſputare contra omnem ſenſum generis humani, quorũ vanitatẽ Hieronymus in Iouiniano, de Scripturis ſanctis dilucidiſſime cõuicit.*

[b] Hieron. li. 3. aduerſ. Pelag. *Scito Baptiſmũ præterita donare peccata, nõ futurã ſeruare iuſtitiã, quæ labore, & ſuper omnia Dei clementia cuſtoditur, vt noſtrũ ſit rogare,* illius tribuere quod rogatur.

[c] Hieron. aduer. Iouin. li. 2. *Adã in Paradiſo accepit præceptum, vt ab vna arbore ieiunaret. Et Chriſtus docuit, acrioga dæmonia non niſi oratione & ieiunijs poſſe ſuperari.*

[d] Aug. Ep. 120. c. 11. *Quòd ait: Tu extraxiſti me de ventre matris meæ, inde ſignificare voluit partũ virginis, ſeruata virginis integritate mirabili.*

Amb. Ep. 81. *Scriptũ eſt: Virgo in vtero accipiet, & pariet filiũ. Non concepturam tantummodo, ſed & parituram virginem dixit. Iſaiæ 7.*

[e] Ambro. Epiſt. 81. *Iure laudatur bona vxor, ſed melius pia virgo præfertur, dicẽte Apoſt. qui iungit virginẽ ſuã, benefacit, & qui nõ iũgit, melius facit.*

Nazianz. in Carmine Virginitatis.

Virginitas mundũ abrũpens, abruptaq; mundo,
Connubiũ tantum exuperas. & vincula vitæ,
Quantũ animus carni præſtat, cœlũq; rotundũ,
Tellurem pretio vincit, quantumq; fugaci,
Illud in æternum durans præſtãtius æuum eſt,
Quantò mortali melior Deus.

[f] Epi-

thedra Petri ſecundùm eundem, in qua Petri Succeſſores (qualis Damaſus fuit) ſedent. Romani ergò
Pontifices illa Petra ſunt, ſupra quam Chriſtus promiſit, ſe ædificaturum Eccleſiam ſuam.
166 Ambroſius lib. 10. in Epiſt. ad Syricium Papam. *Fideliter commiſſam tibi ianuam ſeruas, & pia ſolicitu-*
dine Chriſti ouile cuſtodis, dignus quem oues Domini audiant & ſequantur. (Et ibidem.) *Credatur Symbolo*
Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat. (Et pòſt.) *Quid plura apud Ma-*
giſtrum atque Doctorem? Iouinianum, Auxentium, &c. quos Sanctitas tua damnauit, ſcias apud nos quoque
ſecundùm iudicium tuum eſſe damnatos. Hæc Ambroſius. Ergo tanti Doctoris & Epiſcopi, quantum con-
ſtat Ambroſium extitiſſe, Magiſter & Doctor Syricius (alioqui vir ſimplex, vt mox docebimus ex Hie-
ronymo) ob id tantùm eſſe dicitur, quia Pontifex Romanus eſt, cuius Eccleſia ſemper cuſtodit inteme-
ratum Symbolum, hoc eſt, fidem ab Apoſtolis prædicatam.
167 Optatus lib. 2. aduerſus Parmenianum. *Negare non potes, ſcire te, in vrbe Roma; Petro primò Cathedram*
Epiſcopalem eſſe collatam: in qua ſederit omnium Apoſtolorũ caput Petrus. vnde & Cephas appellatus eſt: in qua
vna Cathedra vnitas ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent: vt iam ſchiſ-
maticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram, alteram collocaret. Ergo Cathedra vnica, quæ eſt pri-
ma de dotibus, ſedit prior Petrus. Cui ſucceſſit Linus (& poſt alios Epiſcopos Romanos ordine enumeratos)
Iulio ſucceſſit Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Siricius hodie, qui noſter eſt ſocius: Cum quo nobis totius orbis
commercio Formatarum, in vna communionis ſocietate concordant.
168 Auguſtinus contrà Epiſt. fundamenti cap. 4. *In Eccleſia me tenet ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui paſcen-*
das oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotũ.
169 Hieronymus ad Euſtochium Epiſt. 27. Tom. 1. *Orientis & Occidentis Epiſcopos ob quaſdam Eccleſiarum*
diſſenſiones Romam imperiales literæ contraxerunt. Et Epiſt. 16. ad Principiam. *Et me Romam cum ſanctis*
Pontificibus Paulino & Epiphanio Eccleſiaſtica traxit neceſſitas, quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Sala-
miniam Cypri rexit Eccleſiam. Et pòſt: Cùm dixiſſet, per occaſionem librorum Origenis, quos Ruffinus
Latinos fecerat, *Romanæ fidei puriſſimum fontem cœno permixtũ fuiſſe, & fidem Apoſtolico ore laudatam in*
pleriſque (hoc eſt, in Macario & alijs Ruffini ſocijs) cœptam eſſe violari. oſtẽdit etiam, eundem Ruffinũ & co-
170 mites ipſius *illudentes ſimplicitati Epiſcopi, qui de ſuo ingenio cæteros æſtimabat, petiſſe* (à Siricio Papa) *&*
impetraſſe Eccleſiaſticas epiſtolas, vt (inquit) *communicantes Eccleſiæ diſceſſiſſe viderentur.* Tanti ſemper ha-
bitum eſt, Romanæ Eccleſiæ communionem ſortitum eſſe.
171 Epiphanius Salaminæ Cypri Epiſcopus ad Papam Syricium ſcripſit literas, *quas* (inquit Hieronymus
in Epiſt. ad Ioannem Hieroſolymitanũ) *ſi perlegeris, peruidebis, quomodo tua dicta* (ironicè loquitur) *mi-*
ratus ſit, & Catholica declarauerit. Et pòſt, *in Epiſt. ad Romanum Pontificem dicit Epiphanius, ſe Ioannem*
coram multis de dogmatibus arguentem, non meruiſſe reſponſum. De ſingulorum igitur Pontificum fide aut
perfidia, ratio apud Sedem Apoſtolicam reddebatur.
172 Hieronymus ad Demetriadem. *Dum Sancta ac B. memoriæ Anaſtaſius Epiſcopus Romanam regeret Ec-*
cleſiam, de Orientis partibus hæreticorum ſæua tempeſtas ſimplicitatem fidei, quæ Apoſtoli voce laudata eſt,
polluere conata eſt. Sed vir Apoſtolicæ ſolicitudinis ſtatim noxium percuſſit caput, & ſibilantia Hydræ ora cõpeſcuit.
173 Hieronymus ad Principiam. *Succeſſit in Pontificatu vir inſignis Anaſtaſius.* Et pòſt: *Acciti frequentibus li-*
teris hæretici (Ruffinum intelligit) *vt ſe defenderent, venire non ſunt auſi. tantaq; vis conſciẽtiæ fuit, vt ab-*
ſentes damnari, quàm præſentes coargui maluerint. Idem in Apologia 3. aduerſus Ruffinum. *Confeſſionem*
174 *tuam ab omnibus Italiæ Epiſcopis aſſeris eſſe ſuſceptam: & tamen miror, quomodo probauerit Italia, quòd Roma*
contempſit: Epiſcopi ſuſceperint, quod fides Apoſtolica condemnauit. Vbi apparet, Hieronymo viſam eſſe rem
impoſſibilem, vt Epiſcopi cæteri id probarent, quod Romana Eccleſia condemnaſſet. Idem etiam pau-
175 lò antè dixerat: *Scito, Romanam fidem Apoſtolica voce laudatam iſtiuſmodi præſtigias non recipere: etiamſi*
Angelus aliter annunciet, quàm ſemel prædicatum eſt, Pauli authoritate munitam non poſſe mutari. Cùm Ruf-
finus dixiſſet, Latinum Lectorem nihil in ſuis libris inuẽturum, quod à fide noſtra diſcrepet: *Fidem ſuam*
(inquit Hieronymus in Apologia prima contra Ruffinum) *quam vocat? Eámne, qua Romana pollet Eccle-*
176 *ſia: an illam, quæ in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam reſponderit: ergo Catholici ſumus, qui nihil de*
Origenis errore tranſtulimus. Eadem igitur eſt Romana, quæ & Catholica fides. Vnde hoc, niſi quia Ro-
mana Eccleſia errare in fide non poteſt?
177 Ambroſius de obitu fratris, narrat Satyrum quæſiſſe, *vtrùmnam Epiſcopus loci, ad quem venerat, cum Ca-*
tholicis, hoc eſt, cum Eccleſia Romana conueniret. Nónne hæc declarant, Eccleſiam Romanam ſemper ha-
bitam eſſe Caput Catholicæ communionis? Vt cuicunque illa communicatorias literas daret, is Catholi-
cus: cui verò negaret, is à communione Catholicorum excluſus intelligeretur?
178 Auguſtinus in Epiſt. 165. *Si Ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quantò certius & verè*
ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram, propter Apoſtolatus ſui Primatum (in Ioannem
Tractat. 124.)

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperatores Rom.

Idem Siricius. | Idem Theodoſ.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

f Quædam virgines ſacræ prouectæ iam ætatis in Vrbe Roma, vbi Iouinianus hæc docebat, eo audito, nupſiſſe dicũtur. Hoc idem & fecit, & faciendum docuit Lutherus, atque illius ſectatores.

De meritorum & præmiorum in cælo inæqualitate.

g Dicebat, in regno cœlorum par omnium fore præmium. Hieron. in lib. 2. aduerſus Iouinianum. Hoc ipſum etiam Proteſtantes docent.

Sectatores Iouiniani.

h Iouinianus habuit diſcipulos Auxentium, Genialem, Germinatorem, Felicem, Prontinum, Martianum, Ianuarium, & Ingenioſum.

II. De Sabbatianis, ſeu de Paſchatis celebratione.

i Sabbatius ex Iudæo, ſectæ Nouatianorum Epiſcopus, volebat Feſtũ Paſchatis, Iudæorũ more, celebrari. Sozomenus lib. 7. c. 18.

An cele-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

f Epiphan. hær. 61. *Tradiderunt Apoſtoli, peccatum eſſe, poſt decretam virginitatem ad nuptias conuerti. Et quod ſcripſit Apoſtolus: Si nupſerit virgo, non peccauit: illam virginem dicit, quæ non eſt dicata Deo. nam idem Apoſtolus dicit, iuniores viduas nubere velle, habentes damnationẽ, quòd primã fidem irritam fecerunt.* Et hær. 48. de iiſdem Apoſtoli verbis agẽs: *Quæ* (inquit) *promiſerunt, & reprobauerunt, iudicium habent.*

Auguſt. hær. 82. *Citò iſta hæreſis extincta eſt, nec vſque ad deceptionem aliquorum Sacerdotum potuit peruenire.*

g Amb. Epiſt. 81. *Agreſtis vlulatus eſt diuerſorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandã cœleſtiũ remunerationũ inducere, quaſi Chriſto vna ſit palma quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum.*

Hieron. lib. 2. cont. Iouin. *Vnus denarius nõ vnũ eſt præmiũ, ſed vna vita. Noſtri laboris eſt pro diuerſitate virtutũ diuerſa nobis præmia præparare.*

h Syricius Papa in Epiſt. ad Mediolan. Eccleſiã, apud Amb. 80. *Nos ſanè nuptias nõ aſpernãter accipimus, quibus velamine interſumus ſed virginũ nuptias Deo deuotas maiore honorificentia veneramur. Facto igitur Presbyterio, conſtitit doctrinæ noſtræ, id eſt, Chriſtianæ legi, eſſe cõtraria. Vnde Apoſtoli ſecuti præceptũ, quia aliter quàm quod accepimus annunciabant, omniũ noſtrũ tam Presbyterorum, & Diaconorũ, quàm totius etiã cleri vna ſuſcitata fuit ſententia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Prontinus, Martianus, Ianuarius, & Ingenioſus, qui incẽtores nouæ hæreſis & blaſphemiæ inuenti ſunt, diuina ſententia & noſtro iudicio in perpetuum dãnati, extra Eccleſiã remanerent. Quod cuſtodituram Sanctitatem veſtram, non ambigens, hæc ſcripta direxi.*

Ambroſius, Baſsianus, Euẽtius, Maxim⁹, Felix, Geminianus, Euſtaſius, Conſtantius, Epiſcopi, & omnes Ordines ad Syricium Papam. *Quos Sanctitas tua damnauit, ſcias apud nos quoque ſecundùm iudicium tuum eſſe damnatos.*

i Conciliũ Laodicenũ Can. 37. *Non oportet cũ Iudæis dies agere feſtos.* Ambr. Epiſt. 83. *Chriſtus quartadecima Luna Paſcha cũ Diſcipulis manducauit, quintadecima crucifix⁹ eſt. Sabbato illo magno, ſextadecima fuit. Septimadecima reſurrexit à mortuis: vnde Lex Paſcha nobis ſeruãda eſt, vt nõ*

 quar-

Tractat. 124.) gerenti Dominus ait: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferorum nõ vincent eam. Petro enim Succeſſit Linus. Et pòſt: *Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Syricius, Syricio Anaſtaſius qui nunc eandem Cathedram ſedet. In hoc ordine ſucceßionis nullus Donatiſta Epiſcopus inuenitur.*

179 Hieronymus ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis. *Quiſquis es aſſertor nouorum dogmatum, quæſo te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apoſtoli voce laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod antè neſciuimus? Cur profers in mediũ, quod Petrus & Paulus edere noluerũt?*

180 Anaſtaſius Papa in Epiſt. ad Germaniæ ac Burgundiæ Epiſcopos. *Exigit Dilectio veſtra, vt ex authoritate Sedis Apoſtolicæ veſtris deberemus reſpondere conſultis. Et quamuis ſuccinctè hoc agere feſtinaremus, denuò tamen ob has vel alios neceßitates, quaſi ad Caput mittere charitatẽ non dubitetis.*

181 Concilium Toletanum primum ſub fine aſſertionis fidei, ſic habet: *Si quis in errore, Priſcilliani ſectam ſequitur, vel profitetur, vt aliud in ſalubri Baptiſmo contra Sedem S. Petri faciat: anathema ſit.* Nihil ergo in Sacramentis faciendum agnoſcunt, quod *contra Sedem Petri* fiat. Cur id? niſi quia Sedes Petri Eccleſiaſticæ communionis principium eſt.

182 Concilium Africanum Canone. 35. *Placuit, vt literæ mittantur ad fratres & coëpiſcopos noſtros, & maximè ad Sedem Apoſtolicam, in qua præſidet venerabilis frater & Collega noſter Anaſtaſius, vt nouerit, habere Africam magnam neceßitatem, vt ex ipſis Donatiſtis, quicunque Clerici correcto conſilio ad Catholicã vnitatem tranſire voluerint, in ſuis honoribus ſuſcipiantur.*

183 In Concilio Carthaginenſi ſub Anaſtaſio Papa. *Recitatis literis Beatiſſ. Fratris, & conſacerdotis noſtri Anaſtaſii, Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, quibus nos paterna ac fraterna charitatis ſolicitudine ac ſynceritate adhortatus eſt, vt de hæreticorum, & ſchiſmaticorũ Donatiſtorũ inſidijs & improbitatibus, quibus Africanam Eccleſiã Catholicam grauiter vexant, nullo modò diſsimulemus: gratias agimus Domino noſtro, quòd illi optimo ac ſancto Antiſtiti ſuo tam piè curam pro membris Chriſti, quamuis in diuerſitate terrarum, ſed in vno compage corporis conſtitutis, inſpirare dignatus eſt.* Qui appellant Pontificem Romanum non modò fratrem, ſed etiam *patrem ſuum*, quique laudant curam eius pro membris Chriſti adhibitam, quæ membra quamuis in diuerſitate terrarum, tamen in vna compage corporis conſtituta fatentur: illi eadem opera fatentur, ſe non aliter Pontifici Romano iure Eccleſiaſtico ſubeſſe, quàm iure naturali filius patri ſubeſt: eumque agnoſcunt vniuerſalis Eccleſiæ velut nexum in terris & vinculum.

De ſchiſmate, quod per annos ferè octoginta quinque Eccleſiam Antiochenam tenuit, & quo pacto in eo ſeditione Romani Pontificis Primatus eluxerit.

Cùm S. Euſtachius Euſebij Nicomedienſis dolo in exilium pulſus eſſet, atque Ariani Epiſcopi locũ eius inuaderet, quàmplurimi Orthodoxi tùm ex Clero, tùm ex populo ſeparatim per ſe cõuentus agere cœperũt, quos Euſtachianos nũcupauêre. Auctor eſt Theodòretus lib 1. c. 21. & 22. Poſt annos verò penè triginta Meletius Arianorum adhortatione primùm, ſed tamẽ etiam cum aſſenſu Catholicorũ (vt Theodoretus narrat lib. 2. c. 31) Epiſcopus Antiochenæ Eccleſiæ creatus eſt, & ob fidem Catholicam iterum per Conſtantium Imperatorem expulſus. At cùm Lucifer Caralitanus Epiſcopus (quem ex vrbe Roma cum Euſebio Vercellenſi Epiſcopo miſſum paulò antè docuimus) Antiochiam veniens Paulinum Catholicis non ſatis conſyderatè ordinaſſet Epiſcopum: reuerſus poſtea Meletius ſtudijs ſuarum partium, quæ etiam erãt Catholicæ, Sedem Epiſcopalem recepit. Inde, vt eſt apud Socratem lib. 5. c. 5) iuſiurandum fit, vt ſiue Paulinus, ſeu Meletius è vita prior exiret, qui ſupereſſet, demortui locum ſolus obtineret. Quo fœdere nõ obſtante, poſt mortem Meletij, Flauianus, viuente adhuc Paulino, contra ſacramẽti ſui pollicitationem conſtitutus eſt Epiſcopus. Quam rem velut ſeditionis fomitem Pontifices Romani ægrè tulerunt, & ideo cum Paulino, dum is viueret (authore Sozomeno lib. 7. c. 11.) *tam Pontifex Romanus, quàm alij Occidentis Epiſcopi communicabant: Flauiano autem ijdem acerrimè reſtiterunt.* Nam Paulinum etiam ob iſtam Eccleſiarum diſſenſionem, vnà cum Epiphanio veniſſe Romam, ex Epiſtola Hieronymi ad Euſtochium intelligitur, quæ numero eſt. 27.

184 Pendente autem adhuc inter Euagrium & Flauianũ lite, D. Ambroſius ad Theophilum Alexandriæ Epiſcopum in hæc verba ſcripſit, li. 10. Epiſt. 78. *Non habet, quod vrgeat Euagrius: & habet, quod metuat, Flauianus, ideoq; refugit examen. Scribit Sanctitas tua, Flauianum ad Imperialium reſcriptorum ſuffragia remeauiſſe. Fruſtrà ergo tantorum Sacerdotum fuſus labor: iterum ad huius ſeculi iudicia reuertendum.* Et pòſt: *Sanè referendum arbitramur ad Sanctum fratrem noſtrum Romanæ Sacerdotem Eccleſiæ, quoniam præſumimus ea te iudicaturum, quæ etiam illi diſplicere nequeant.* Et pòſt: *Vt nos quoque cùm id geſtum eſſe cognouerimus quod Eccleſia Romana haud dubiè comprobauerit, læti fructum huiuſmodi examinis adipiſcamur.* Mirari ſatis non poſſum, quid ſibi velint hæretici, quòd negent, Primatum

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
388	40. S. Anaſtaſius Maximi fili[9] Romanus.	Arcadi[9] & Honorius an. 13

☞ *Heretici & Pſeudoprophetæ.*

An celebratio Paſchatis ſit res indifferens, ſeu Myſterij cuiuſdam gratia.

k Martianus Nouatianorũ Põtifex Maximus, ſuæ ſententiæ Epiſcopos, Sangarum Bithyniæ conuocauit. Vbi Canonem conſcripſerunt ἀδιάφορον, hoc eſt, promiſcuum, quo permittebatur vnicuique Feſtum Paſchatis vtcunque vellet celebrare. Sozomenus ibidem. Proteſtantes etiam in hac re cum Nouatianis conſentiunt, quia & ipſi dictitãt, parui momenti eſſe, quo tempore aut ritu hoc feſtum celebretur, ob eamq́ue cauſam Victorẽ reprehendunt, qui ſtuduerit Eccleſiam vniuerſam ad vnum morem hac in re tenendum reuocare.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

quartamdecimam in quo ieiunandũ nobis maximè eſt, obſeruemus in die Reſurrectionis. Quia Reſurrectionis celebritas die Dominico celebratur, in quo ieiunare non poſſumus. (Et poſt:) *Ad literam legis nos teneri non oportere, licet ipſa conſuetudo celebrandi Paſcha nos inſtruat, tamen & Apoſtolus docet, qui ait: Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Auguſtin. Epiſt. 119. *Patres noſtri cenſuerunt, vt noſtra feſtiuitas à Iudaeorum (Paſchali) feſtiuitate diſtingueretur.*

k Ambroſius Epiſto. 83. *Non mediocris eſt ſapientia, diem celebritatis definire Paſchalis. Maiores noſtri conuenientes ad Synodum Nicaenam, congregatis peritiſſimis calculandi, decem & nouẽ annorũ collegêre rationẽ, ſequentes illud, quòd non debeamus vano quadam opinione ſæpe celebritate huiuſmodi fluctuare, ſed vera ratione comperta, ita omnium concurrat affectio, vt vna nocte vbiq; Sacrificium pro Reſurrectione Domini deferatur.*

Auguſtinus Epiſt. 119. *Dies natalis Domini non in Sacramento celebratur, ſed tantùm in memoriam reuocatur, quod natus ſit. Sacramentum eſt autem in Paſchatis celebratione, quò pertinet quòd primus menſis anni (qui & nouorum dicitur) huic celebrationi attributus eſt* (vt videlicet innouatio vitæ noſtræ in Chriſto ſignificetur) *quódque tertia hebdomoda Lunæ, Paſcha fit,* (ob tertium tempus, quod iam ſub gratia eſt, ſignificãdum) quodq́ue fit *à decimaquarta vſque ad viceſimam primam* (propter numerum ſeptenarium, quo vniuerſitatis ſignatio ſæpe figuratur.) Et hæc fiunt *ſecundum motum lunæ*, per quam Eccleſia in iſta carnis mortalitate ſignatur: quodq́; Paſcha *ſabbato interpoſito, tantùm fit in Dominico die*, qui eſt *vno ſabbati* & *dies octauus* ab eo, qui primus erat, vt & prima ſtola, quæ peccantibus ablata eſt, reddi, & ea in æterna requie permanere ſignetur. *In magno*

matum Romani Pontificis ab antiquis Patribus agnitũ fuiſſe, cùm & ſinguli,& vniuerſi nihil aliud cla-
mare videantur. Hæc enim rei ſumma eſt apud Ambroſium,vt id non fiat,quod Epiſcopo Romano diſ-
pliceat. Quid quòd etiam D.Ioannes Chryſoſtomus,qui fuerat à Meletio Diaconus ordinatus,tamẽ
ab Euagrio,qui Paulino ſucceſſerat,Presbyter deſignatus eſt,vt eſt apud Socratem lib 6.cap.3. At cur,
obſecro,Chryſoſtomus, qui ab initio Meletium Paulino prætulerat, tamen Paulini ſucceſſorem Eua-
grium prætulit Flauiano,qui Miletio ſucceſſerat? Vtique propterea quod intellexit,Flauianum optimi
quidem viri ſucceſſorem,tamen iniquè creatum eſſe Epiſcopum. Itaq; cùm Flauianus ab optimis qui-
buſque & potiſsimùm à Romano Pontifice reprehenderetur,cumq́;(vt Sozomenus lib.7.cap.11.ſcribit)
tam Epiſcopus Romanus cum omnibus Epiſcopis Occidentis,quàm Gratianus Imperator in Occiden-
tem conuocarent Epiſcopos Orientales: *Theodoſius* (vti Theodoretus lib.5.cap.23.atteſtatur) *Flauianũ
Conſtantinopolim accerſit,& Romam proficiſci iubet.* At Flauianus reſpondit,hyemem iam eſſe. Itaq; pol-
licitus ſe ineũte vere imperata facturum, in patriam reuertit. Sed *cum Epiſcopi Romani,non Damaſus ſolũ
185 ille admirabilis,verùm etiam poſt illum Syricius,& Anaſtaſius Syricij ſucceſſor, vehementiùs in Imperatorẽ in-
necti eſſent,dixiſſentq; eum illos,qui tyrannidem contra ſe exercere molirentur,opprimere,ſed his qui per tyran-
nidem Chriſti legeseuertere ſtuderent,impunitatem cõcedere:eum accerſit denuò Imperator,Romamq́; vt conſtẽ-
dat,cogere laborat.* Tum ſapientiſsimus Flauianus corã Theodoſio velut abdicãs ſeipſum Epiſcopatu,fe-
cit vt Imperator Romam aduentans cauſam eius in ſe ſuſciperet, eaque ratione Occidentis Epiſcopos
placaret. Præter Imperatorem verò & D. Ioannes Chryſoſtomus Conſtantinopolis Epiſcopus (vt eſt
apud Sozomenum lib.8.cap.3.)& Theophilus Aleanxdriæ Epiſcopus(vt Sozomenus refert lib.5.ca 16.)
& Epiphanius (vt conijcimus ex Hieronymi Epiſt.27.)operam ſuam interpoſuerunt,*vt Flauianus in gra-
186 tiam Romani Epiſcopi reduceretur.* Atque(vt Socratis ea in re verbis vtar,lib.5.cap.15.) *Theophilus per Iſi-
dorum Presbyterum miſit,vt Damaſi animum in Flauianum exulceratum mitigaret,doceretq́; ex vſu Eccleſiæ
eſſe, ſi propter populi concordiam peccatum à Flauiano commiſſum remitteret.* Tandem igitur Pontifex Ro-
manus & alij Occidentis Epiſcopi(mortuo iam Euagrio)promittunt,ſe Legatos, qui mitterentur à Fla-
187 uiano,admiſſuros.Qua re intellecta(inquit Theodoretus lib.5.cap.23.) *Diuus Flauianus Epiſcopos quoſdam
illuſtriſsimos,Presbyteros etiam Antiochiæ. & Diaconos Romam miſit.* In qua legatione principem locum
tenebat Acacius Epiſcopus Berœæ oppidi Syriæ, vir omnium ore ac ſermone paſsim celebratus. Qui
vnà cum cæteris *Romam aduentans,inimicitias ad decem & ſeptem annos continuatas extinxit, Eccleſiaq́;
188 pacem reſtituit.* Qua re audita, *Ægyptij quoque,odio ſedato, ſunt concordiam amplexati. Id tẽporis Innocentius,
ſucceſſor Anaſtaſij,Eccleſiæ Romanæ Antiſtes fuit,vir ingenij & prudentiæ ornamentis egregiè inſtructus.*

Primùm animaduerto, hanc ſimultatem in Oriente inceptam eſſe, idq́; in primaria totius Orientis
Eccleſia. Deinde video,quatuor Pontifices Romanos ordine ſibi ſuccedentes,Damaſum, Syricium,A-
naſtaſium,& Innocentium pacem Orientalium Eccleſiarum ita quæſiſſe,vt ſuam interim auctoritatem
in ea re potiſsimùm ſpectandam eſſe iudicauerint. Tum autem perpendo,inter tot Epiſcopos Orienta-
les nullum omnino(qui ſaltem Catholicus fuerit)reieciſſe authoritatem Põtificis Romani,velut is alie-
nus aut peregrinus in illis partibus fuerit,nihilque ſibi iuris in Orientales Eccleſias vindicare potuerit.
Præterea tametſi Theodoſius vehementer fauebat Flauiano, tam longè tamen ab eo aberat, vt iuberet
Flauianum nihili facere Epiſcopum Romanum tãquam extra ſuum territorium ius dicentem, vt potiùs
Flauianum iuſſerit bis *Romã ire.* Cur ita quæſo? Niſi quia oportebat,maximas quaſq; controuerſias Ro-
mæ velut apud ſummum Eccleſiæ Tribunal decidi? Quid quòd primi totius Eccleſiæ Patriarchæ Ale-
andrinus & Conſtantinopolitanus Epiſcopus pro tertio, hoc eſt, pro Antiocheno apud Sedem Ro-
manam intercedunt? Et Epiphanius,& Ambroſius, & Hieronymus nihil perinde in hac re ſpectârunt,
quàm vter eorum, qui de Epiſcopatu contendebant, in Epiſcopi Romani communionem admittere-
tur, quodque Flauiano remitti ab Epiſcopo Romano delictum ipſius, deprecati ſunt? Deniq; poſtquã
Epiſcopus Romanus Flauiano indulſit,mox AEgyptij & reliqui omnes Occidentis Epiſcopi cum eodẽ
communicârunt.Omnes enim Catholici Principem ſuum & Paſtorem primum meritò ſequuntur.Hæc
omnia certiſsimò probant,Epiſcopum Romanum in tota Eccleſia & verè fuiſſe,& ſemper habitum eſ-
ſe totius Eccleſiaſticæ communionis Principium & Caput.

189 Innocentius Papa in Epiſt.ad Decennium Engubinum Epiſcop. *Quis neſciat,aut non aduertat id,quod
à Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt,ac nunc vſque cuſtoditur,ab omnibus debere ſer-
uari,nec ſuperinduci aut introduci aliquid,quod aut authoritatem non habeat,aut aliundè accipere videatur ex-
emplum? præſertim cùm ſit manifeſtum,in omnem Italiam,Gallias,Hiſpanias,Aphricam atque Siciliam, inſu-
laſq; interiacentes,nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius Succeſſores,
conſtituerint Sacerdotes? Aut legant,ſi in his Prouincijs alius Apoſtolorum inuenitur aut legitur docuiſſe.*

190 Idem ad Victricium Rhotomagenſem Epiſc. *Quia Romana Eccleſia normam atque authoritatem ma-*

gnope-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	Idem S. Siricius.	Idem Theodoſius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

89. De Hilario Laico, ſeu de Canticis Eccleſiaſticis.

l Hilarius Laicus Catholicus aſſerebat, non oportêre fieri, quòd tunc apud Carthaginem fieri cœperat, vt Hymni ad altare dicerentur de Pſalmorum libro, ſiue ante oblationem, ſiue dũ diſtribueretur populo, quod fuiſſet oblatum. Auguſt. li. 2. Retract. ca. 11. Ac ne hodie quidem Proteſtantes ceſſant reprehẽdere Cãtica Eccleſiaſtica, quæ Catholici à maioribus etiam accẽpta, dum oblatio celebratur, ſolẽni ritu canunt.

90. De Abelianis.

m In campo Hipponenſi erant, quibus nec ſine vxoribus viuere ſectæ ipſius dogmate licebat, nec tamen eis permiſcebantur: ſed ſub continentiæ profeſsione ſimul habitabant, morte præuentis ſingulis alij ſurrogabãtur. Aug. hær. 87. Hæc non diſsimilis erat Agapetarũ ſectæ, de qua iam antè dictũ eſt. Hæreſis in eo conſiſtit, quòd neceſſe erat in coniugio viuere. Fuit etiam periculũ, ne ſimul viuentes votum continentiæ violarent.

☧ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

igitur Sacramento ex Euangelio dies crucifixi, ſepulti & ſuſcitati Domini ad veterem Iudæorum obſeruationem adiuncta eſt, per Patrum Concilia, & orbi vniuerſo Chriſtiano perſuaſum eſt, eo modo Paſcha celebrari oportere. Hæc Auguſtinus. §. At ab iſto Chriſtiano orbe vniuerſo, vt olim Nouatiani, ſic hodie Proteſtantes non fortaſſe tàm factis, quàm doctrina diſſentiunt: quia & Nicæni Concilij & omnium Patrum ſolicitudinem in hac re impiè irrident.

l Huic Hilario, D. Auguſtin. lib. 2. Retract. ca. 11. fatetur, ſe reſpondiſſe.

Auguſtinus lib. Confeſsionum 10. cap. 33. *Cùm reminiſcor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, magnam inſtituti huius vtilitatem agnoſco.*

Idem in Epiſt. 119. *Cùm in Eccleſia fratres congregantur, tempus eſt ſancta cantandi, niſi cùm legitur, aut diſputatur, aut Antiſtites clara voce deprecantur, aut communis oratio voce Diaconi indicitur.*

Ambr. lib. 5. Epi. in Orat. de tradẽd. Baſilicis. *Grande carmen hymnorum eſt. Quid enim potentius, quàm confeſsio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur?*

Socrates lib. 6. cap. 8. *Chryſoſtomus, Crucibus argẽteis excogitatis, quibus lucerna cerea imponebantur, nocturnos Hymnos in laudem Conſubſtantialis decantari curauit.*

m Aug. cont. Fauſtum lib. 15. cap. 7. *Matrimonium ex hoc appellatũ eſt, quòd nõ ob aliud debeat fœmina nubere, quàm vt mater fiat, quod vobis odioſum eſt.*

Hieronym. lib 1. cont. Iouin. *Si ſolutus ſum ab vxore, non quæram vxorem. Vt ego non ſoluo coniugia, ſi ſemel ligata ſunt: ita tu non liges quod ſolutum eſt.* Hæc ille. Porrò ſi hæc vox in vllum alium, aptiſsimè in eos cadit, qui cum profitentur non permiſceri vxoribus ſuis, tamen eis mortuis alias ducunt.

Poſsidius in vita Auguſtini cap. 26. *Fœminarum intra domum Auguſtini nulla vnquam conuerſata eſt, nec quidem germana ſoror, aut patrui ſui filia: tùm quia ſine alijs neceſſariis fœminis eſſe non poſſent, tùm quia de ijs ſcandalum infirmioribus naſci poſſet.*

gnoperè poſtulaſti, voluntati tuæ morem geſſi.&c. Idem Epiſcopis per Macedoniam conſtitutis: *Graue non oportuit videri mentibus veſtris, cuiuſcunque retractari iudicium, quia veritas agitata ſæpe magis reſplendeſcit in luce. Hanc autem paginulam noſtram ſolicitius credentibus ſibi Epiſcopis, relegendam mittite, vt ſciāt pleniſſimè, quid ſit de Bubalio & Tauriano, cæteriſq; pronunciatum, vt ſeruent, qui digni admonitione ſunt, caueare à talibus, ne talibus ſocientur.*

200 Idem in Epiſt. ad Aurelium Epiſcopum, poſtulat, *vt ſcripta ſua de Epiſcoporum ordinatione per omnes Aphricanas Eccleſias dirigantur.*

201 Idem in Epiſt. 17. ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum, ſignificauit, *Atticum Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcopum à ſe fuiſſe ſuſpenſum*, ſeu, abſtentum.

202 Idem in Epiſt. 22. ad Epiſcopos Macedoniæ, dicit, *ſe aduertiſſe, aliquam iniuriam fieri Sedi Apoſtolicæ, ad quam relatio quaſi ad Caput Eccleſiarum miſſa currebat, cuius adhuc in ambiguum ſententia duceretur.*

Præter Tomū 1. Conciliorum, etiam Leo primus in Epiſtol. 1. meminit Decretalium conſtitutarum tàm aliorum Prædeceſſorum, quàm nominatim B. recordationis Innocentij, vt vel inde appareat, ſolitos eſſe Romanos Pontifices Decreta conſtituere.

203 Hieronymus ad Demetriadem Epiſt. 8. Quia cognoui, in quibuſdam pullulare venenata plāntaria, te præmonendam puto, vt *S. Innocentij, qui Apoſtolicæ Cathedræ & Anaſtaſij ſucceſſor, & filius eſt, teneas fidem, nec peregrinam doctrinam recipias.* Patres Concilij Carthaginenſis (apud Auguſtinum Epiſt. 91.) poſtquàm oſtendiſſent, quid contra Pelagium & Celeſtium decreuiſſent: hoc geſtum (inquiunt) Charitati tuæ, frater ſancte, intimādum duximus, *vt Statutis noſtræ mediocritatis etiam Apoſtolicæ Sedis adhibeatur autho-*

204 *ritas.* (Et pòſt:) *Conſideret ergo Sāctitas tua, & paſtoralibus nobis compatiatur viſceribus.* Synodus Mileuitana (apud Auguſtinum in Epiſt. 92.) Arbitramur, adiuuante miſericordia Chriſti, qui te & regere conſulentem, & orantem exaudire dignatur, *auctoritati Sanctitatis tuæ de ſanctarum Scripturarum auctoritate deprompta*, facilius eos, qui tam peruerſa ſentiunt, eſſe ceſſuros. Chriſtus ergo regit Papam conſulentem, exauditq; orantem: & *Papæ authoritas de Scripturarum authoritate depromitur.* Quæ omnia dicuntur à Synodo, quia Pontifex Romanus tenet locum Petri, pro cuius fide Chriſtus rogauit, & cuius Primatus in

205 Scripturis tam inſigniter elucet. Et in eadem 92. Epiſtola. *Quia te Dominus gratiæ ſuæ munere in Sede Apoſtolica collocauit, magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti, paſtoralem diligentiam quæſumus adhibere digneris.* Epiſcopi Numidiæ paſtoralem Pontificis Romani diligentiam flagitant. Eſt igitur & ipſorum Paſtor, idq; quoniam in Apoſtolica Sede collocatur, quæ omnes Chriſti oues paſcit.

206 Innocentius in reſponſo ad Patres Concilij Mileuitani, apud Auguſtinum Epiſt. 93. Cōſulitis ſuper anxijs rebus, quæ ſit tenenda ſententia: *Antiquæ ſcilicet regulæ formam ſecuti, quam toto ſemper ab orbe mecū noſtis eſſe ſeruatam.* Et pòſt: *Scientes, quòd per omnes Prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanent, præſertim quoties fidei ratio vētilatur, quod arbitror omnes fratres & coëpiſcopos noſtros nō niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris authorem referre debere, velut nunc retulit veſtra Dilectio, quod per totū mundum poſſit omnibus Eccleſiis in commune prodeſſe.*

207 Auguſtinus Epiſt. 106. Miſſæ ſunt ex duobus Cōcilijs Carthaginenſi & Mileuitano *relationes ad Apoſtolicam Sedem.* Et pòſt: Ad omnia nobis ille reſcripſit eodem modo, *quo fas erat atque oportebat Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem.* Ergo Auguſtinus agnouit, hæc omnia, quæ Innocentius reſcripſit, vera eſſe.

208 Idem Auguſt. cōtra Iulianū Pelagianū, lib. 1. *Puto tibi eā partem orbis ſufficere debere, in qua primū Apoſtolorum ſuorum voluit Dominus glorioſiſſimo martyrio coronare. Cui Eccleſiæ præſidentem Beatum Innocentiū ſi audire voluiſſes: iam tunc periculoſam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille ſanctus Africanis reſpondere Cōcilijs, niſi quod antiquitus Apoſtolica Sedes & Romana cum cæteris tenet per-*

209 *ſeueranter Eccleſia.* Et pòſt: *Sancto Innocentio vide quid reſpondeas, qui cum Irenæo, Cypriano, Hilario, Am-*

210 *broſio conſidet, etſi poſterior tempore, prior loco.* Locus igitur Pontificis Rom. dignior eſt, quàm cuiuſcunque alterius Epiſcopi locus. Auguſtinus contra Pelagium & Cœleſtium lib. 2. cap. 7. *Cœleſtius B. Papæ Innocentij literis non eſt auſus obſiſtere, imò ſe omnia, quæ Sedes illa damnaret, damnaturum eſſe promiſit.* ô magnam Sedis Romanæ auctoritatem!

211 Chryſoſtomus per factionem Theophili Alexandrini Epiſcopi in exilium actus, ad Innocentiū Papā (apud Chryſoſtomum Tom. 5.) quatuor Epiſcopos mittit, inter cætera ſic ſcribens: *Obſecro, vt ſcribas, quòd hæc tam iniquè facta & abſentibus nobis, & non declinantibus iudicium, non habeant robur: ſicut neque ſua natura habent. Illi autem, qui iniquè egerunt pœnæ Eccleſiaſticarum legum ſubiaceant.* Poterat ergo Papa & irrita facere acta Theophili, & eum ſecundùm Canones punire. Cùm Theophilo conſenſerant triginta ſex Epiſcopi, & Epiphanius Cypri.

212 Proſper in Chronicis. *Ioannes* (Chryſoſtomus) *à Theophilo oppreſſus, Pontū exilio pergere cogitur: cùm tamen communionem eius maxima pars Epiſcoporum, Romani Pontificis exemplum ſecuta, ſeruauerit.* Ecce,

duobus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	Idem Anaſtaſius.	Idem Arcadius.

☞ Hæretici & Pſeudoprophetæ.

91. De Donatiſtarũ hæreſibus.

An Eccleſia ſemper maneat apud omnes gentes?

ª Poſtquàm Donatiſtæ pertinaci diſſenſione ſchiſma in hæreſim verterunt, dicebãt *Eccleſiam de toto orbe periiſſe, & in ſola parte Donati remanſiſſe.* Aug. Hær. 69.

Hoc ſinguli hæretici ab initio docuerunt. Hoc noſtra ætate Lutherani, Zuingliani & Caluiniſtæ docent. Dum enim ſinguli volunt ſuam ſectam eſſe verã Dei Eccleſiam, cumq; ſingulorum ſecta neceſſariò ab ipſis inchoata ſit, à quibus denominatur: omnes & ſinguli docent, Eccleſiam de reliquo terrarum orbe perijſſe, & apud ſe tantùm manere, cùm illa ſemper maneat apud omnes gentes, & vbiq; diffundi ſciatur.

De rebaptizatione.

ᵇ Rebaptizabant Catholicos. Ambroſius. 1. ad Cor. cap. 1. idq; quoniam putabant Baptiſmum non eſſe, qui dabatur à Catholicis. Aiebant enim, conſcientiam dantis in Baptiſmo attẽdi. Aug. cont. lit. Petiliani, lib. 1. cap. 1.

De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

ª Chryſoſtomus in Homil. quòd Chriſtus ſit Deus: *Cogita tecum, quid ſit in tam breui tempore omnem ſub Sole terram tantis Eccleſiis impleri, tantas gentes ad fidem transferri, populos perſuaderi, vt excitent Altaria vbique gentium, in regione Romanorum, Perſarum, Scytharum, Maurorum, Indorum, & vltra orbem noſtrum. Sunt enim etiam in Britannicis inſulis extra hoc mare ſitis fundatæ Eccleſiæ, & erecta Altaria.* Et pauló antè. *Non ſolùm hoc mirum eſt, quòd Chriſtus ædificauit Eccleſiam per totum mundum, ſed quia inuictam fecit, licet tot bella inſurgant.* Et pòſt. *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ab his, & de futuris crede, quòd nullus obſiſtet. Si enim cùm ex paucis conſtaret, tot pugnæ non præualuerunt,* multò magis (non præualebunt) *cùm vniuerſum orbem, & omnem locum, & montes, & colles, & valles, & terram, & mare, & omnes gentes, quæ ſub cælo ſunt, comprehenderit.* Auguſtinus aũt contra hunc errorem Donatiſtarum, & Epiſtolas, & libros permultos perſcripſit, quorum vnus inſcribitur *de Vnitate Eccleſiæ*, vbi latiſsimè hanc hæreſim confutat. Et de Agone Chriſtiano. cap. 29.

ᵇ Syricius Papa in Epiſt. ad Himerium. *Denuò baptizare & Apoſtolus vetat, & Canones contradicunt, & miſſa ad Prouincias à venerandæ memoriæ prædeceſſore meo Liberio generalia Decreta prohibent: quod etiam totus Oriens Occidenſq; cuſtodit, à quo tramite vos quoque poſthac minimè conuenit deuiare, ſi non vultis à noſtro collegio, ſynodali ſeparari ſententia.*

Optatus lib. 4. *Chriſtus dicit in Euangelio: Qui ſemel lotus eſt, non habet iterum neceſſitatem lauandi. Tu rebaptizãdo, iterum lauas.* Et pòſt. *Per exorciſmum ſpiritus immundus depellitur, intrat Deus & habitat. Vos rebaptizando exorcizatis hominem fidelem, & dicitis Deo habitanti: maledicte exi foras.*

Auguſt. in Ioan. Tract. 5. *Baptiſma tale eſt, qualis eſt Chriſtus in cuius poteſtate datur, non qualis eſt ille, per cuius miniſterium datur.*

XX ᶜ Epiſco-

duobus tantis Patriarchis,etiam Catholicis, contendentibus ,& altero iniuſtè agente , reliqui Epiſcopi
neſcirent,quocum potius communicare,& à cuius communione abſtinerę deberent, niſi Pontifex Ro-
manus ita omnibus emineret,vt cùm quocunque ille,cum eodem & cæteri omnes communicarent.Ita-
213 que(vt eſt apud Georgium Patriarcham in vita Chryſoſtomi) *Presbyteri Antiochiæ in hac cauſa ſcripſerũt,*
ſe agnoſcere decorum ac diſciplinam Romanæ Eccleſiæ.Innocentius enim(vt eſt apud Sozomenum lib.8.c.26)
& ea damnauit,quæ contra Ioannem acta erant,& Concilium œcumenicum conuocare ſtuduit. Itéq; cùm poſt
Arſacium breui defunctum Atticus in Chryſoſtomi locum ſuffectus eſſet : *Innocentius Papa* (Georgio
214 Alexandrino in vita Chryſoſtomi atteſtante) *ſcribit Proclo Cyzici Epiſcopo , vt paſceret Conſtantinopolitanã*
Eccleſiam,donec Attici cauſa cognoſceretur,quod & Proclus fecit . Porrò Innocentius videns Arcadij Au-
guſti & Eudoxiæ culpa factum eſſe, quòd Chryſoſtomus in Sedem non reſtitueretur : ſcribit ad Arca-
dium ijs verbis,vt præter Georgium atteſtatur Nicephorus lib. 13.c. 34. *Vox ſanguinis fratris mei Ioannis*
215 *clamat ad Deum aduerſum te,ô Imperator.* Et pòſt: *Quapropter ego minimus & peccator,cui Thronus magni*
Apoſtoli cõcreditus eſt,ſeparo te& illã (id eſt,Eudoxiã) *à participatione immaculatorũ ſacramentorũ,& quẽcunq;*
Epiſcopum aut Clericum, qui præſumpſerit ea vobis miniſtrare . Poſtquàm verò Arcadius & vindictam in
caluminatores Chryſoſtomi tranſtuliſſet, & abſolutionem pro ſe atque Eudoxia velut iam à ſe afflicta
efflagitaſſet,Innocentius reſcripſit : *Confirmato animo accedite ad dominica ſymbola , iubete Ioannis nomen*
216 *ſacris tabellis inſcribi. Quæ enim aduerſus Ioannem geſta ſunt à Theophilo,nos authoritate freti S Petri eximij*
Apoſtolorum Principis , diſcuſſis cauſis docebimus ex animo ſanguinario proceſſiſſe . Et ſimul ad Synodum
Oecumenicam Theſſalonicæ celebrandam Epiſcopos conuocat.Sed hanc totam hiſtoriam latius à Pal-
ladio explicatam audiamus.

Hiſtoria exilij Ioannis Chryſoſtomi,in quo inſigniter elucet Romani Pontificis Primatus , idq; ex totius orbis Chriſtiani conſenſu.

Palladius Helenopolitanus Epiſcopus,Ioannis Chryſoſtomi diſcipulus,in eiuſdem Chryſoſtomi vi-
ta introducit Theodorum Eccleſiæ Romanæ Diaconum ea,quæ D.Chryſoſtomo iniuſtè acciderant,ita
217 exponentem: *Primus omnium profectus eſt ad nos Alexandrinæ Eccleſiæ Lector cum Papæ Theophili literis,*
quibus indicabat,Ioannem à ſe fuiſſe depoſitum. Eas literas cùm legiſſet Beatiſſimus Innocentius, Romanæ Sedis
Antiſtes,exhorruit temeritatem,faſtumq; Theophili ægrè ferens, & quod ſolus ſcripſerat,& quòd rei totius ſe-
riem referre omiſerat,cuius ſcilicet rei gratia,quibúſue adiunctis ſibi ſocijs,illũ deponere auſus fuiſſet : inter hæc
manſit admirans,nihilq; reſcribere voluit,rei indignitate commotus: Dum Euſebius quidam Diaconus Conſtan-
tinopolitanæ Eccleſiæ,qui tunc Romæ erat,Eccleſiaſticæ vtilitatis gratia,Innocentium adijt,libelliſq; traditis ad-
iurauit,ſuſtineret vt modicum temporis . fore enim breui, vt ſibi totius ſcenæ facies pateſceret. Poſt triduum ad-
218 *uenerunt Epiſcopi quatuor à Ioanne miſſi,reuerendiſſimi profectò viri, Panſophius Piſidiæ, Pappus Syriæ,Deme-*
trius Galatiæ ſecundæ,Eugenius Phrygiæ, tres Innocentio Epiſtolas deferentes, vnam quidem Ioannis Epiſcopi,
ſecundam verò Epiſcoporum quadraginta de communione Ioannis , reliquam ſcripſerat Ioannis Clerus , omnes
indiſciplinatum tumultum, & ſeditionem pariter ſignificantes. Erat autem Epiſtola Ioannis huiuſmodi ſeries.

Domino venerabili,ac Beatiſſimo Epiſcopo Innocentio, Ioannes in Domino Salutem.

219 Poſtquam verò expoſuiſſet,quid Theophilus fecerat,tandem ait: *Ne immanis iſta confuſio cuncta per-*
curtat,& vbiq; dominetur: ſcribite,precor,& authoritate veſtra decernite,huiuſmodi iniquè geſta, nobis abſen-
tibus,& iudicium non declinantibus,nullius eſſe roboris,ſicut per ſuam naturam ſunt profectò & irrita, & nulla.
Porrò qui talia geſſere,eos Eccleſiaſticæ cenſuræ ſubijcite. Nos autem inſontes neq; conuictos, neque deprehenſos,
neque vllius criminis reos comprobatos, Eccleſijs noſtris iubete reſtitui , vt charitate frui ac pace cum fratribus
noſtris conſueta poſſimus. Quòd ſi modo quoque voluerint authores ſceleris aperire crimina, quarum gratia nos
iniuſtè eiecerunt:dentur nobis commentaria,libelli proferantur in medium,veniant accuſatores mei,ſedeat in-
corruptum intemeratumq; iudicium.non recuſo, non renuo , imò & conſtanter hoc expeto· iudicemur. Crimina
profectò diluemus,noſq; oſtendemus innocentes,neq; criminibus vllis obiectis obnexios . Nam quæ ab eis modò
geſta ſunt,omni prorſus ratione carent.Extra omnem ordinem omnemq; legem ac regulam Eccleſiaſticam ſunt.
220 *Ad hæc reſcripſit Beatiſſimus Papa Innocentius,communioneq; vtriuſque partis admiſſa , Theophili iudicium caſ-*
ſum atque irritum eſſe decreuit: dicens,oportere confiteri aliam irreprehenſibilem Synodum, Occidentalium &
Orientalium Sacerdotum.

Pauc is

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
402	41. S.Innocẽtius Innocentij filius, Albanus.	
		Honorius.

☙ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Trinitate.

c Minorem Patre Filiũ, & minorem Filio Spiritũ ſanctũ putabant.

d Circumcelliones per mortes varias præcipitiorum, aquarum & ignium ſeſe necare cõſueuerunt, & inde ſibi martyrum nomen aſſumebant.

e Facta ſunt inter eos ſchiſmata, & ab eis ſe diuerſi cœtibus alij atq; alij ſeparauerunt. Hinc ſunt Donatiſtæ, Circũcelliones, Maximianiſtæ, Parmeniani, Rogatiſtæ.

De moribus Danatiſtarum.

Eucharistia contempta.

a Donatiſtarum Epiſcopi iuſſerunt Euchariſtiã canibus fundi. Optatus lib. 2. Hoc idẽ fecerunt Caluiniſtæ in Anglia, Belgia, & Gallia noſtris tẽporibus.

Chriſma contemptum.

b Ampullam quoq; Chriſmatis per feneſtram, vt frangerent, iactauerunt. Idem lib. 2. Similiter ſe feciſſe nec ipſi Caluiniſtæ negauerint.

Altaria Dei contempta.

c Altaria Dei fregerunt, raſerunt, remouerunt. Idem lib. 6. Hæc eadem hodie Lutherani & Caluiniſtæ faciunt.

Calices contempti.

d Fregerunt etiam Calices & paſſim vendiderũt. Optatus li. 6. Hoc idem fecerunt nuper Lutherani & Caluiniſtæ.

Sacerdotes contempti.

e Raſerunt capita Sacerdotũ. Optatus lib. 2. id teſtatur, vt ſacram Vnctionem auferrẽt. Porrò Lutherani & Caluiniſtæ negant vngi debere Sacerdotes, in eo peiores Donatiſtis.

San-

☙ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

c Epiſcopi Illyrici Eccleſijs Dei (apud Theodoretum lib. 4. c. 8.) *Qui opinantur Trinitatem nõ eſſe conſubſtantialem, anathema ſunto.*

d Auguſt. Epiſt. 50. *Hæc tria mortis genera Diabolus eos docuit, qui & Saluatori noſtro, vt ſe de pinna templi præcipitaret, tanquam de lege ſuggeſſit. Ergo ſic pereunt, quemadmodum grex ille porcorum, quem de monte in mare turba dæmonum deiecit.*

e Auguſtinus de Agone Chriſtiano. *Sicut Donatus Chriſtum diuidere conatus eſt, ſic ipſe à ſuis quotidiana conciſione diuiditur.* Hæc ille. Quis autem idipſum Luthero accidiſſe ignorat? imò ipſe appellat Zuinglium Iudam ſuum & Abſalom ſuum, quia primus Zuinglius ſe ab illo adhuc viuente diuiſit.

a *Iidem canes, quibus Euchariſtia fundebatur, accenſi rabie, ipſos dominos ſuos, quaſi latrones ſancti corporis reos, dente vindice tãquam ignotos & inimicos laniauerunt.* Optatus lib. 2.

b *Non defuit manus angelica, quæ ampullam ſpiritali ſubuectione deduceret: proiecta caſum ſentire non potuit: Deo muniente illæſa inter ſaxa conſedit.* Synodus Laodicena Can. 7. iubet, *hæreticos ad Eccleſiam reuerſos vngi ſancto Chriſmate.*

c *Quid eſt tã ſacrilegũ, quàm altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtuliſtis) frangere, radere, remouere? Quid enim eſt altare, niſi ſedes & corporis, & ſanguinis Chriſti?* (Et poſteà) *Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta corpus & ſanguis habitabat? Iudæi intulerunt manus Chriſto in cruce, à vobis percuſſus eſt in altari.*

d *Fregiſtis etiam calices Chriſti ſanguinis portitores: atq; ad mercedem nefariis nundinis prouocatam nec emptores eligere voluiſtis ſacrilegi, dum inconſideratè vendidiſtis.*

e Optatus li. 2. *Oleum Sacerdoti à Deo collatum non debuiſſe vas tangere, à puero Dei Dauid diſcere debuiſtis, qui ſic per Samuel vngitur, vt Sauli, quod iamdudum datum fuerat, minimè tolleretur.* Hæc ille. Sacerdotes igitur Catholici olim vngebantur.

f Opta-

Paucis pôſt diebus, aduenit vnà cum Martyrio Petrus Theophili Presbyter, cum Epiſtola quadam com-
221 mentoriolo deferens, in quibus 36. Epiſcopi (ex quibus 20. erant Ægyptij) Ioannem Chryſoſtomum condemnaſſe
videbantur. Cumque ingemuiſſet Papa ob indignitatem rei, ad Theophilum reſcripſit: Frater Theophile,
222 nos & te, & fratrem noſtrum Ioannem communionis noſtræ eſſe decreuimus. Si conſcientiæ confidis, tu quo-
que accurre ad Synodum proximè in Chriſto celebrandam. Modicum temporis fluxerat, cùm Theotec-
nus Conſtantinopolitanus Presbyter venit, literas Concilij Ioannis vigintiquinque Epiſcoporum, aut paulò plurium
223 ferens, quibus docebant, Ioannem militum auxilio vrbe depulſum, & Cucuſum in exilium miſſum, Eccleſiamq́;
incenſam fuiſſe. Cui & ipſi communionis literas, & ad Epiſcopum Ioannem & ad omnes communicantes ſibi Epi-
ſcopos tradens, orabat cum lachrymis, vt patienter tolerarent, cùm opem ipſe ferre non poſſet, eò quòd nonnulli ob-
ſiſterent potentes aduerſarij, Eccleſiaſticæ pacis inimici. Poſt paululum rurſus applicuit homunculus aſpectu fœdus,
animo perditus, Paternus nomine, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſe Presbyterum dicens, qui & ipſe totus elatus,
224 & faſtu turgidus, & ipſo geſtu inimicitias præferens, plurima contra Ioannem Epiſcopum vanebat. Hic literas
paucorum Epiſcoporum Acacij, Pauli, Antiochi, Syrini, Seueriani & aliorum quorundam, Innocentio reddidit,
quibus Ioannem calumniabantur, quaſi incendiſſet Eccleſiam. Mendacium aperte deprehenſum eſt, cùm eius
rei (quippe quæ cùm illi non fuiſſet obiecta) mentionem in Synodo nullam feciſſet Ioannes. Eum Innocentius cum in-
dignatione reijciens, ne reſcribere quidem voluit. Pòſt diebus aliquot venit Epiſcopus Cyriacus fugiens propter
comminationem Regalis Edicti, ita continentem: Si quis non communicat Theophilo, Arſacio & Por-
phyrio, hic Epiſcopatu quidem arceatur, amittat verò, ſi quam videtur habere, ſubſtantiam pecu-
niarum, ſiue prædiorum. Poſt Cyriacum aduenit Eulyſius Apameæ Bithiniæ Epiſcopus, afferens literas à
quindecim Epiſcopis de Ioannis Concilio, & à præclaro ſene Anyſio, Theſſalonicenſe Epiſcopo, in quibus illi qui-
dem & præcedentem, & quæ tunc erat, Conſtantinopoleos totius deprædationem vaſtitatemq́; ſignabant. Any-
225 ſius verò Romanæ ſe Eccleſiæ iudicium ſequi fatebatur. Porrò Eulyſius ipſe conſona per omnia Cyriaco dixit. Vix
menſis fluxerat, cùm Palladius quoque Epiſcopus Helenapoleos abſque literis venit, qui & ipſe fugiſſe dicebat
veſaniam Principum. Expreſſius autem, ac ſignantius enarrauit omnia, ipſiusq́; exemplar Edicti protulit in hanc
ſententiam. Quicunque occultaſſet Epiſcopum, ac Clericum ſiue in ſuam domum ſuſciperet, qui Ioannem communica-
ret, eius domum publicandam. Poſt Palladium Germanus Presbyter, Caſſianuſq́; Diaconus Ioannis, viri ma-
gnæ religionis literas ab omni Clero Ioannis attulerunt, continentes Eccleſiam ſuam tyrannidem perpeſſam eſſe,
Epiſcopo per vim militum eiecto, & in exilium miſſo, agentibus id Acacio Beroënſi, Antiocho Ptolemaidis, Se-
ueriano Gabalenſi, Theophilo Alexandrino. Oſtenderunt & breuiculum memorati viri, vbi ornamenta ſub in-
dicibus teſtibus tradunt, ſubſcriptum manu Studij Præfecti vrbis, Eutychiani Prætoris, Ioannis Comitis The-
ſaurorum & Euſtachij Quæſtoris ac Tabularij, in auro, & argento, & vaſis, vt Ioannis Epiſcopi calum-
226 niam diluerent. Poſt iſtos venit ſecundò Demetrius Epiſcopus Piſinuntis, qui peragrato Oriente prædicaue-
rat communionem Eccleſiæ Romanæ cum Epiſcopo Ioanne, teſtibus Papæ Innocentij literis, afferens lite-
ras ab Epiſcopis Cariæ, in quibus Ioannis amplectuntur communionem. Ab Antiochena itidem Eccleſia
227 Presbyteris, vbi Romanorum ſequuntur diſciplinam, laudantes integritatem iudicij: & ordinationem apud ſe fa-
ctam de Porphyrio, vt illicitam ac nefariam, execrantes. Poſt hos omnes venit Domitianus Sacerdos, Conſtanti-
228 nopolitanæ diſpenſator Eccleſiæ, & Vallagas quidam Nyſibius Presbyter, exponens monaſteriorum Meſopotamiæ
gemitum & eiulatum. Hæc Theodorus. Cuius Orationem Palladius excipiens, ac vitam D. Chryſoſto-
mi latiùs explicans, tandem ait: Theodorus quidem Tyanæus Epiſcopus, vir ſumma grauitatis, vbi ex his,
quæ venerant ad aures eius, quid ageretur aduertit, ne Theophili temeritatem ſequeretur, relictis omnibus ad
ſuam remeauit Eccleſiam, valefaciens comitatui, ſuamq́; Prouinciam vallans pietatis muro, & ad finem vſque in
communione perſiſtens fidelium Romanorum, de quibus Paulus teſtatur & dicit: Fides veſtra adnunciatur in
229 vniuerſo mundo.

Hæc Theodorus & Palladius, quorum alter Latinæ Eccleſiæ Diaconus fuit, alter Græcæ etiam Epiſcopus. Vterque verò teſtatur, duos maximos Orientalis Eccleſiæ Patriarchas vnà cum Synodis Epiſcoporum illis adhærentium certatim contendiſſe, quis cauſam ſuam Epiſcopo Romano melius probaret. Et quanquàm Imperator Theophilo potius ſtuderet, tamen vicit D. Ioannis Chryſoſtomi cauſa, eò quòd Pontifex Romanus ab illo ſtaret. Nunquàm enim præualuerunt, ſed nec aliquando præualebunt portæ inferi aduerſus primæ Sedis Decretum.

230 Gelaſius Papa in Epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ: Sancta memoria Ioannem Conſtantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum præſulum certe damnauerat: quem Sedes Apoſtolica etiam ſola, quia non conſenſit, abſoluit.

231 Proſper contra Collatorem. Tunc Pelagianorum machinæ fractæ ſunt, quando B. memoriæ Innocentius nefandi erroris capita Apoſtolico mucrone percuſſit.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Halaricus Gothorũ Rex Romam expugnat & diripit.
	Idem Innocentius.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Sanctimoniales contemptæ.

f Denuò nudârunt capita virginum velata (Optatus lib.2.) vt priorem profeſsionem ita irritã facerent. Lutherani & Caluiniſtæ nullam omnino virginitatis profeſsionem tolerãt, in eo Donatiſtis longè peiores.

Palla Altaris contemptæ.

g Extorſerunt velamina & inſtrumenta Dominica, & cum codicibus pallas, arbitrati ea apud Catholicos eſſe polluta. Optat. libro 6. At Lutherani & Caluiniſtæ, nec pallas quidem vllas, aut velamina in altari eſſe volũt, in eo Donatiſtis peiores.

h Speculam quandam foris à ciuitate Romana, gradibus ſepſerunt, vbi pro tempore conuenticulum habere potuiſſent, vnde Montenſes appellati ſunt. Optatus Libro 2. Talem ſpeluncam Waldenſes in Gallia, Wiclefiſtæ in Anglia, & Proteſtãtes in Germania ab initio frequentârunt.

Succeſsio Epiſcoporum contempta.

i Non habebant plures quàm quinque Prædeceſſores Epiſcopos. Optat. lib.2. At Lutherani etiam pauciores habent.

Nouum nomen Chriſtianis impoſitum.

k Cùm ante Donati ſuperbiam omnes, qui in Chriſto crediderant, Chriſtiani vocarẽtur, auſus eſt populum cum Deo diuidere, vt qui illum ſecuti ſunt, iam non Chriſtiani vocarentur, ſed Donatiſtæ. Optat. lib.3. Hoc idem cadit in Lutheranos à Luthero, in Zuinglianos à Zuinglio, in Brentianos à Brentio, & in Caluiniſtas à Caluino vocatos, cùm antea omnes vocarentur Chriſtiani.

Eccle-

⚘ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

f Optatus.lib.6. *Spiritale nubendi hoc genus eſt. In nuptias ſponſi* (Chriſti) *virgines iam venerant voluntate & profeſsione ſua. Et vt ſecularibus nuptijs ſe renunciaſſe monſtrarent, ſpiritali ſponſo ſoluerant crines. Nudaſtis denuò capita iam velata, de quibus profeſsionis detraxiſtis indicia, quæ contra raptores aut petitores videntur inuenta: vt iã Deo deuotam nec qua ſponſabat, perſeueret petere, aut ne raptor audeat violare.*

g Optatus lib. 6. *Quis fidelium neſcit, in peragendis myſterijs ipſa ligna linteamine cooperiri?* § Hoc vtique Caluiniſtæ neſciunt.

h Optatus lib.2. *Cùm ipſa luce ſit clarius, nos cum tot innumerabilibus populis eſſe, & tot prouincias nobiſcum: iam videtis vos in parte vnius regionis poſitos, & ab Eccleſia veſtris erroribus eſſe ſeparatos, fruſtrà vobis ſolis hoc nomen Eccleſiæ cum ſuis dotibus vindicare.*

i Optatus lib.2. *De dotibus Eccleſiæ, Cathedra eſt prima, quam probauimus per Petrum noſtram eſſe. Veſtræ Cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare. Miſſus eſt Victor ex Africa Romam. Erat ibi filius ſine patre, ſequens ſine antecedente.*

k Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos. *Sicubi videris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quopiam alio nuncupari, vtputa Marcionitas, Valentinianos, Montenſes ſiue Campates: ſcite, non Eccleſiam eſſe, ſed Antichriſti Synagogam.*

Chryſoſtomus Hom.33. in Acta Apoſtolorũ. *Habent hæretici quoſdam, à quibus appellantur: prout enim hæreſiarchæ nomẽ, ita & ſecta vocatur.* (& de Catholicis ſubijcit) *Nunquid ſcindimur ab Eccleſia, nunquid hæreſiarchias habemus? nũ ab hominibus cognomen habemus? Nunquid nobis Dux quidam, ſicut illi Marcion, & illi Manichæus, huic Arius, alteri verò alius hæreſeos Dux?* Et pòſt. *Aſtitit nomen accuſans illas.* Hoc etiam in Lutheranos, Zuinglianos, & Caluiniſtas conuenire quis non videt?

l Cpta-

232 Poſsidius in vita Auguſtini cap.14. *Literæ Sedis Apoſtolicæ compulerunt Auguſtinum Cæſarienſem Mauritaniæ ciuitatem venire vnà cum alijs Epiſcopis, ob terminandas videlicet aliquas Eccleſiæ neceſsitates.*

233 Auguſtinus in Epiſtola 157. *Iniuncta nobis à venerabili Papa Zozimo Apoſtolicæ Sedis Epiſcopo, Eccle-*
ſiaſtica neceſsitas ad Cæſaream in Mauritaniæ nos traxerat. Potuit ergò Papa etiam tranſmarinis Epiſcopis
234 ea, quæ pro Eccleſia gerenda erant, iniungere. Atque etiam in capite 6. Carthaginenſis Synodi ſextæ,
Auguſtinus appellatur *Legatus Prouinciæ Numidiæ*. Item in Epiſt.157. *Pelagius & Cæleſtius Conciliorum*
235 *Epiſcopalium vigilantia, etiam à duobus venerabilibus Antiſtitibus Apoſtolicæ Sedis Papa Innocentio, & Po-*
pa Zozimo, niſi correcti, etiam egerint pœnitentiam, toto Chriſtiano orbe damnati ſunt. Et iterum: *Vt iam ver-*
bis viti Beatiſsimi Antiſtitis Zozimi, Chriſti illud propagatione contractum Chirographum rumpitur, in quo
236 *nullus omnino natorum, antequàm per Baptiſmum liberetur, non tenetur obnexius.* In his etiam verbis *Apo-*
ſtolicæ Sedis (inquit Auguſtinus) *tam antiqua atque fundata, certa & clara eſt Catholica fides, vt nefas ſit de*
illo dubitare Chriſtiano. Vide quantum tribuat Decretali Epiſtolæ Romani Pontificis.

237 Auguſtinus contra Pelagium & Cœleſtium libro ſecundo cap.8. *Pelagius fefellit iudicium Palæſtinum, propterea ibi videtur eſſe purgatus: Romanā Eccleſiam, vbi eum eſſe notiſsimum ſcitis, fallere vſque quaque non potuit. Recoluit enim beatiſsimus Papa Zozimus, quid imitandus præceſſor eius de ipſis ſenſerit geſtis. Attendit etiam quid de illo ſentiret prædicanda in Domino Romanorum fides, quorum aduerſus eius errorem pro veritate Catholica ſtudia conſonantia concorditer flagrare cernebat.*

238 Auguſtinus contra duas Epiſt. Pelagianorū lib.2. cap.4. *Quomodo ab iſtis fidei deſertoribus & oppugnatoribus gratiæ, Romani Clerici præuaricationis arguuntur ſub Epiſcopo Zozimo, quaſi aliud ſenſerint in damnatione poſteriore Cœleſtij & Pelagij, quàm quod ſub Innocentio in priore ſenſerunt? Quia vtique cum literis venerabilis Innocentij de paruulis, niſi baptizarentur in Chriſto, in æterna morte manſuris, Catholicæ fidei claceret antiquitas, profectò Eccleſia Romana præuaricatas potius eſſet, quicunque ab illo ſententio deuiaſſet.*

239 Proſper Aquitanicus in Carminibus de Ingratis, de Pelagio agens, ita ſcribit:

peſtem ſubeuntem prima recidit
Sedes Roma Petri, quæ Paſtoralis honoris
Facta Caput mundo, quicquid non poſsidet armis,
Relligione tenet.

240 Proſper in Chronicis. *Concilio apud Carthaginem habito 217. Epiſcoporum, ad Pontificem Zozimum Sy-*
nodalia Decreta perlata: quibus probatis, per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt. Cur perferunt
Decreta Synodi ad Papam, niſi vt ab eo confirmentur? Vnde idem contra Collatorem cap. 41. ait:
241 *Africanorum Conciliorum Decretis beatæ recordationis Papa Zozimus ſententio ſua robur adnexuit, & ad im-*
piorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armauit Antiſtitum.

Gennadius Maſsilienſis Presbyter meritò putatur eius Libri (qui apud Auguſtinum de Eccleſiaſti-
242 cis Dogmatibus inſcribitur) auctor eſſe. Vbi cap.26. *authoritatem Papæ Zozimi* appellat *regularem*, velut
quæ ad Canones aut regulas conſtituendas ſatis virium habeat. Cuiuſmodi authoritas nulli vni, præter-
quam Romano Epiſcopo, vnquam tributa eſt.

243 Poſsidius Calamenſis Epiſcopus in vita S. Auguſtini, cap.17. *Innocentius & Zozimus Apoſtolicæ Sedis Antiſtites, ſuis diuerſis temporibus Pelagianiſtas notantes, atque à membris Eccleſiæ præcidentes, datis literis ad Africanas, Orientis, & Occidentis Eccleſias, eos anathematizandos & deuitandos ab omnibus Catholicis cenſuerunt. Et hoc tale de illis Eccleſiæ Dei Catholicæ prolatum, iudicium etiam pijſsimus Imperator Honorius audiens, ac ſequens, ſuis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi debere conſtituit.*

Præter authoritatem Sedis Apoſtolicæ in literis ad totam Eccleſiam mittendis, etiam illud perpendo, quòd Poſsidius appellat *iudicium Sedis Apoſtolicæ, iudicium Eccleſiæ Dei Catholicæ*. Denique Imperator non ſibi ſumpſit cauſam hæreſeos cognoſcendam (vt hodie apud Proteſtantes, & potiſsimùm in Anglia fit) ſed Apoſtolicæ Sedis & Eccleſiæ Dei iudicium *audiuit, & ſecutus eſt*.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
416	42. Zozimus Cappadox, an.2.m.4.d.7.	Honorius.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Eccleſia prior diſſecta.

l In Africa, ſicut & in cæteris Prouincijs, vna erat Eccleſia, antequàm diuideretur ab ordinatoribus Maiorini. Optat. li.1. Sic in Germania, Anglia, & Gallijs, vna erat Eccleſia, antequàm diuideretur à Luthero, Zuinglio, Henrico Octauo, Caluino, & Beza.

De Canticis Eccleſiaſticis.

m Donatiſtæ reprehendebant Catholicos, quòd diuina Cantica Prophetarū in Eccleſia pſallerent. Auguſtin. in Epiſt.119. cap.18. Eodem modo Proteſtantes reprehendunt Catholicorum pſallendi morē & inſtitutū.

92. *De Callyridianis.*

a Collyridiani (apud Epiphan. hær.79.) in Arabia Collyridem ſeu panem offerebant in nomen Mariæ: & cæteri de eo pane participabant.

De muliebri Præfectura in rebus ſacris.

b Et hoc ſacrificium per mulieres fiebat. Epiph. ibid. Porrò noſtris temporibus in Anglia vidimus mulierem Caluiniſtā non quidem ſacrificantem, ſed tamen quod plus eſt, & Sacerdoti, & Prædicatori palàm in rebus Sacris dominantem. Elizabetha enim, neſcio vtrùm Lutherana, an Zuingliana quoad ſectam (quia vtriuſque ſectæ plures Pſeudoèpiſcopos præfecit) occupato Angliæ regno, præcepit venerandæ memoriæ Carliolēſi Epiſcopo ad altare iam conſtituto (cùm adhuc Religio Catholica non eſſet abrogata) vt in ſua Miſſa non eleuaret corpus Domini. An hoc non eſt Sacrificio præeſſe? cui ille reſpondit, *Eccleſiam*

Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.

l Optatus li.1. *Videndum eſt, quis in radice cū toto orbe manſerit, quis foras exierit, quis Cathedrā ſederit alteram, quæ ante nō fuerat, quis altare contra altare erexerit, quis ordinationē fecerit, ſaluo altero ordinato* .i. dum viueret alter, qui prius fuiſſet ibidē canonicè ordinatus. Hæ oēs notæ in Lutheranos cadūt, qui foras exierunt, & Superintendentes ordinârunt, vbi prius Catholici Epiſcopi erant, cùm interim reliqui Catholici in radice cum toto orbe manſerint.

m Auguſt. Epiſt.119. cap.18. *Etiam de Scripturis defendi poteſt illud de Hymnis & Pſalmis canēdis, cùm & ipſius Domini, & Apoſtolorum habeamus documenta, & exempla, & præcepta de hac re tam vtilia.*

a Epiph. hær.78. *Sit Maria apud ſe ſancta Virgo, ſanctum vas: non conuenit colere Sāctos vltra decorum. Neque enim Deus eſt Maria, neque de cælo corpus habet, ſed ex conceptione viri & mulieris: ſecundùm promiſſionem verò velut Iſaac diſpoſita.* Et in hær.79. *Re vera ſanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus.*

b Epiph. hær.79. *Deo ab æterno nullatenus mulier ſacrificauit, non ipſa Eua. Deueniam & ad nouum Teſtamētum. Si mulieribus præceptum eſſet ſacrificare Deo, aut regulare quicquam operari in Eccleſia, oportebat magis ipſam Mariam Sacrificium perficere. At non complacuit. Electi ſunt Apoſtoli ſacrificantes per terram Euangeliū, & ab Apoſtolis conſtitutæ ſunt ſucceſſiones Epiſcoporum & Presbyterorum in Domo Dei, & nuſquàm mulier inter hos conſtituta eſt. Fuerunt quatuor filiæ Philippo Euangeliſtæ prophetantes, non tamen ſacrificantes. Et eſt Diaconiſſarum ordo in Eccleſia, ſed nō ad ſacrificandum, verùm vt quando nudatum fuerit corpus mulieris* (dū baptizaretur, aut vngeretur oleo ſacro) *ne à viris ſacrificantibus conſpiciatur, ſed à miniſtrante muliere, cui præcipitur à Sacerdote, vt curam gerat ad tempus indigentis mulieris, in tempore denudationis corporis ipſius. Diaconiſſis olim indiguit Eccleſiaſticus ordo nuſquàm autem Presbyteras aut ſacrificulas conſtituit. Nam neq; Diaconis in Eccleſia concreditū eſt, vt aliquod myſteriū perficiāt, ſed ſolū vt adminiſtrent, & exequantur commiſſa.* Hæc Epipha.

Controuerſiam, quæ inter Pontifices Romanos & Epiſcopos Africæ in Apiarij cauſa eſt agitata, non tam lædere, quàm adiuuare Pontificis Romani Primatum.

Apiarius Siccenſis Epiſcopus, per Synodum Africanam abſtētus, ab Epiſcopo Romano petijt, vt Eccleſiæ ſuæ redderetur. Romanus Epiſcopus Fauſtinū Eccleſiæ Potētinæ in Prouincia Piceni Epiſcopū, & Presbyteros duos in Africam miſit cum tali Commonitorio, quod hæc quatuor capita cōplectebā-
144 tur: *vnum, de appellationibus Epiſcoporum ad Romana Eccleſia Sacerdotem: Alterum, ne ad Comitatū Epiſcopi importunè nauigent: Tertium, de tractandis Presbyterorum & Diaconorum cauſis apud finitimos Epiſcopos, ſi à ſuis perperam excommunicati fuerint: Quartum, de Vrbano Epiſcopo excommunicando, vel etiam Romam euocando, niſi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret*. Hæc Pontifex Romanus.

Et Zozimus quidem Papa dixerat, in Concilio Nicæno firmatum fuiſſe, vt eſſet in poteſtate Epiſcopi Romani, vel cauſam Epiſcopi alicuius ad ſe prouocantis, ab alijs Epiſcopis cognoſcendam committere, vel è latere ſuo Presbyterum mittere, qui vnà cum Epiſcopis iudicaret, habens authoritatem eius, à quo deſtinatus eſſet. Sic enim tùm in Sardicenſi Concilio apertè ſcriptum extat, cap. 4. & 7. (vt antea ſub Iulio Papa expoſuimus) tùm prius in Nicæno, ſi non perſpicuè ſcriptum, at certè ex eo firmatum fuit, quòd antè idipſum in vſu extiterat. Etenim Fauſtinus in 6. Carthaginenſi Concilio, his verbis vſus fuiſſe legitur: *Iniuncta nobis ſunt à Sede Apoſtolica aliqua tractanda de Nicænis Canonibus, vt conſeruentur, & conſtitutio eorum* (aliàs, conſtituta) *& conſuetudo: quia aliquo ordine & Canone tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt*. Hucvſque Fauſtinus. Ac ſanè cùm in Canone 6. Nicæni Concilij, *mores antiqui obtinere iubeantur*: quicquid in more principalium Eccleſiarum antea poſitū erat, id à Nicæno Cōcilio rectè firmatum eſſe intelligitur, eoque magis, ſi de Eccleſia Romana agatur. Nam in Synodo Nicæna tantum *Eccleſia Romana moribus* defertur, vt ideo poteſtas Alexandrino Epiſcopo in AEgyptum, Lybiam, & Pentapolim cōcedatur, *quia Epiſcopus Romanus ita conſueuit*. Quæ cùm ita ſint, ſi quid in Eccleſia Romana receptum fuit ante Synodum Nicænam, id etiam in ipſa Synodo firmatum probatur per hæc ipſa eiuſdem Synodi verba, *Mores antiqui ſeruentur*. Et pòſt: *In alijs Prouincijs ſua priuilegia, ſua dignitates, & authoritates Eccleſijs ſeruentur*. Itaque Romanus Pontifex eùm de vſu Eccleſiæ ſuæ iam olim ſecurus fuerit, de authoritate etiā Nicænæ Synodi ſecurus extitit. Nam & Victor Papa Epiſcopos Aſiæ iudaizantes excōmunicauerat: & Cornelius Papa Epiſcopos Italiæ, qui Nouatiano manus impoſuerūt, depoſuerat: & D. Cyprianus Papam Stephanum hortatus fuerat, vt Martialem Epiſcopum Arelatēſem deponendum curaret: & Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus apud Dionyſium Romanum de hæreſi cauſam dixerat: & Milciade Papa cum Cæciliano Epiſcopo Carthaginenſi communicante, poterat Cæcilianus (teſte ipſo Auguſtino) *non curare communionem etiam ſeptuaginta Epiſcoporum Africæ, qui eum excommunicauerant*: quæ omnia ſuis temporibus & locis in hoc eodē libro abūdè ſunt iam antè explicata. Quapropter cùm Fauſtinus non tantùm Conſtitutionum, ſed etiam Conſuetudinis apud Nicæam approbatæ mentionem fecerit, hac ſaltem conſuetudinis authoritate ab omni vitio falſitatis Papa Zozimus immunis declaratur. Deinde Canon ſeptimus Concilij Sardicenſis, quem liquidò apparet à Fauſtino citatum fuiſſe, ita ſe habet: *Si Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint cōgregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint, ſi appellauerit qui deiectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri, ſi iuſtum putauerit, vt renouetur iudicium vel diſcuſſionis examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo Presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi, quid velit & quid æſtimet. Et ſi decreuerit, mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius authoritatem, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit, Epiſcopos ſufficere, vt negotio terminum imponant, faciet, quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.*

Iam ſi dicamus, Pontifices Romanos hunc ipſum Canonem, qui Sardicæ in Concilio Generali eſt deſcriptus, Nicænum appellaſſe: quid aliud erit, quàm nominis tantùm error, & non rei aut veritatis alicuius (quæ ad rem pertineat) ignoratio? Cùm enim (ſub Marci Papæ nomine) ſuperius declarauerim & Concilia multa, in iiſque etiam Africanum, & permultos Patres antiquos varia Capita ſub Concilij Nicæni appellatione laudaſſe, quæ inter viginti hos Nicæni Concilij Canones minimè extant: cur non æquè Zozimo in ea re ac alijs etiam Patribus falli & errare licuit, ſi errarunt illi, ac non potius verè plures quàm viginti Canones Nicææ ſunt conſtituti? Aut maioris fortè authoritatis ſunt Nicæni Canones, quam Sardicenſes? Videntur quidem fortè nonnullis, vt etiam Pentateuchus Moſis videbatur olim

Samari-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Innocentius	Idem Honorius.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

ſiam Dei non habere talem conſuetudinem. Præterea eadẽ mulier (abdicata iã Catholica religione) Alexandriũ Nowellũ è ſuggeſtu ad populum verba facientem coram omni populo reprehendit, velut à propoſito ſuo digreſſum, quò eum redire iuſsit. Eadem appellat ſe supremã Gubernatricem Eccleſiæ Anglicanæ. An hæc non ſunt perſimilia ijs, quæ ab Arabicis mulieribus olim fiebant?

93. De Heluidianis, ſeu Antidicomarianitis.

c Antidicomarianitæ (quos Heluidianos fuiſſe Auguſt. indicat hær. 84.) ſunt aduerſarij Mariæ Virginis, qui dicebant, Mariã, poſtquàm Chriſtum genuit, ipſi Ioſeph viro ſuo copulatam eſſe, & ex eo filios genuiſſe. Epi. hær. 78. Hieron. contra Heluid.

De Virginitatis dignitate.

d Heluidius etiam (vt author eſt Hieronymus in fine opuſculi, quod aduerſus eum ſcripſit) volebat eiuſdem eſſe gloriæ virgines & maritatas.

94. De Feliciano.

a Præter hæreſim Arianã, qua infectus erat, hoc de ſuo adiunxit, vt diceret: *Melior mihi ad docendum videtur hæc via, qua primùm fidei ratio ſine teſtimonijs redditur, pòſt, ratione conuicto, idem illud Scripturis reſpondentibus expolitur.* Apud Auguſtinum in Dialogo contra Felicianum.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Porrò vt hinc conſtat, ſacrificandi poteſtatem mulieribus negatam eſſe, ita ex eodem hoc loco manifeſtè conſtat, eãdem Presbyteris in nouo Teſtamento eſſe commiſſam: vt miranda ſit Proteſtantium impudentia, qui negant externum & publicum Eccleſiæ Chriſti Sacrificiũ.

c Epiph. hær. 78. *Si filij fuiſſent Mariæ, Chriſtus non tradidiſſet ipſam Ioanni, dicens: Ecce mater tua. Nunc autem id fecit propter virginitatem, & ab illa die accepit illam Ioannes ad ſeipſum.* Et pòſt: *Nuptiæ aliàs honeſtæ, à Prophetis & Pontificibus prohibentur propter maius miniſteriũ. Poſtquàm prophetauit Moyſes, non amplius vxori coniunctus eſt. Propheti ſſa verò eſt Maria. Et Philippi filiæ prophetabãt propter virginitatem. Et Tecla cùm ſponſum haberet formoſiſsimum, Primariũ vrbis, incidit in S. Paulum, & à nuptijs exoluitur: quantò magis Maria contẽnit ſancta illa terrena, vt cæleſtium potens fiat?* Hiero. in lib. aduerſus Heluidium. *Inuocandus eſt Dominus Ieſus, vt ſacri ventris hoſpitium, cuius nouem menſibus inhabitator fuit, ab omni concubitus ſuſpicione tueatur. Ipſe quoque Deus Pater eſt imprecandus, vt Matrem filij ſui virginem oſtendat fuiſſe poſt partum, quæ fuit mater antequàm nupta.*

d Chryſoſt. in lib. de virginitate. *Bonũ eſt connubiũ. Eſt verò ob eã cauſam virginitas admirabilis, quæ eo, quod bonũ eſt, melior exiſtit: tantoq́; melior, quantò remigibus gubernator, quantò eſt militibus dux præſtantior: ac ſi libet, illud adiungam, tãtò nuptijs virginitatem præſtare, quantò cælum terra, quantò hominibus Angeli antecellunt.* Auguſt. in lib. de ſancta virginitate c. 1. *Iure diuino continentia connubio, & nuptijs pia virginitas anteponitur.*

a Auguſt. contra Felicianum de vnitate Trinitatis ad Optatum. *Quam rationem afferre potes, ſi partum prædicas Virginis: & ſepultos rediſſe oſtendas à mortuis? Si ergo horum & incomprehẽſibilis ratio, & veritas prompta eſt: facilius in negatijs fidei teſtimonijs creditur, quàm ratio inueſtigatur.*

Samaritanis plenioris authoritatis eſſe,quàm reliquorum Prophetarum libri.Sed cùm nos ſciamus, vnū Spiritum ſanctum ſiue in Moſe ac Prophetis, ſeu in Nicæno & alijs Oecumenicis Concilijs extitiſſe: parui refert,vt in quo libro,ſic in qua Synodo Oecumenica hoc vel illud ſtatutum fuiſſe dicatur. Nam quòd Synodus Sardicenſis Oecumenica etiam ſit, ex Athanaſij teſtimonio clariſsimè conſtat, qui tam Nicæno,quàm Sardicenſi Concilio intererat Is in ipſo Apologiæ ſecundæ principio ſic habet. *In magno Sardico Cōcilio*(quod coierat ad edictum Religioſiſsimorum Principum Conſtantij & Conſtā-tis)*noſtram innocentiam plures quàm trecenti Epiſcopi ſuis calculis comprobārūt,qui ex multis Prouincijs Ægypti, Lybiæ, Pentapoleos, Paleſtinæ, Arabiæ, Iſauriæ, Cypri, Pamphiliæ, Lyciæ, Galatiæ, Datiæ, Myſiæ, Thraciæ, Dardaniæ,Macedoniæ,Epiri,Theſſaliæ, Achaiæ,Cretæ,Dalmatiæ, Siſciæ, Pannoniarum, Norici,Italiæ, Picini, Thuſciæ,Campaniæ,Calabriæ, Apuliæ, Brutiorum,Siciliæ, Africæ vniuerſæ, Sardiniæ,Hiſpaniarum, Galliarū,Britanniarum eò ſe ad Concilium contulerant.* Idem ferè tradit Hilarius in lib.de Synodis & Socr.li.2.ca.16.

Si ergo tam frequens Concilium Sardicæ,tùm ex Oriente,tùm ex Occidente coierat: quid impedit, quò minus etiam Oecumenicum & vniuerſale perinde ac Nicænum habeatur? Quibus ita poſitis: dico, Primatum Romani Pontificis ex eodem ſexto Carthaginiēſi Concilio vehementer cōfirmari, per quod eum magnopere frangi & debilitari Proteſtantes arbitrabantur. Nam Patres ducēti & ſeptendecim,qui ex Africa ſola in ſexta prouinciali Synodo conuenerant,vna voce omnes Fauſtino reſpōderunt: *Id nos ſeruaturos profitemur, quod in Nicano Concilio conſtitutum eſt.* Et pòſt: *Vniuerſum Concilium dixit,omnia quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt,nobis omnibus placent.* Iam nemo niſi inſanus dixerit,hos Patres grauiſsimos de verbis tantùm ſolicitos, rem ipſam neglexiſſe. Idem igitur eſt, ſiue in Nicæno Concilio, ſeu in alio; quod Nicæno pár ſit,aliquid decernatur. At Sardicenſe Concilium par fuit Nicæno,& quoad authoritatem coēundi (cùm vtrūque & Epiſcopali,& Imperiali authoritate & conſenſu coierit) & quoad loca vnde coijt,(nam ex orbe vniuerſo vtrumque coijt) & quoad Patrum,qui coieruut grauitatem,(nam partim ijdem Sardicæ coierunt, qui prius Nicææ conuenerànt, partim eò clariores viri Sardicæ coierunt, quò iam per Arianorum perſecutiones magis probati erant). Nihil igitur intereſt ad rem ipſam, vtrum aliquid Nicææ, an Sardicæ decretum fuerit. At in Concilio Sardicæ decretum eſt, vt *Epiſcopus à Concilio damnatus, liberè appellet ad Pontificem Romanum, qui cauſam vel cognoſcendā alijs mandare, vel per presbyterum à latere ſuo miſſum de nouo cognoſcere poteſt*, vt ſtatuitur in Canone 7. Sardicēſis Con-
245 cilij. Omnes igitur *ducenti & ſeptemdecim Epiſcopi*,qui conuenerunt in 6. Synodo Carthaginienſi, hac mente fuerunt, vt concederent Epiſcopo Romano poteſtatem mittendi Presbyterum è latere ſuo, qui cognoſceret cauſam Epiſcopi alicuius,qui domi cōdemnatus ad ipſum prouocaſſet. Ac ne quis dubitet, hanc eſſe Patrum Africanorum ſententiam,audiamus quid ipſi ad Papam Cæleſtinum ſcribant. *Vt aliqui tanquàm à tua Sanctitatis latere mittantur,nulla*(inquiunt)*inuenimus Patrum Synodo conſtitutum. Quia illud quod pridem per eundem Coēpiſcopum noſtrum Fauſtinum,tanquàm ex parte Nicæni Concilij,exinde tranſmiſſitis: in Concilijs verioribus,quæ accipiuntur Nicæna,à Sancto Cyrillo Coēpiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ,& à venerabili Attico Conſtantinopolitano Antiſtite, ex authentico miſſis,quæ etiam ante hoc per Innocentium Presbyterum & Marcellum Subdiaconum,per quos ad nos ab eis directa ſunt, venerabilis memoriæ Bonifacio Epiſcopo prædeceſſori veſtro, à nobis tranſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire.* Hæc illi.

Porrò cum dicunt, *ſe nec in ſynodo Nicæna, quam ſolam Pontifex* videtur ab initio nominaſſe, *nec in alia quapiam conſtitutum inueniſſe,vt aliqui tanquàm à latere Pontificis Romani mittantur.* vtiquè oſtendunt nec ſe inueniſſe hoc idem in Sardicenſi Concilio ſtatutum,nec ſe fuiſſe id pro nihilo ducturos,ſi hoc ipſum, quod verè ibi ſtatutum erat,inueniſſent. Ipſa enim Sardicenſis Concilij verba erant,quæ Fauſtinus protulit. Canonum igitur Eccleſiaſticorum, qui Græcè ſcripti erant, toleranda ignoratio, & Apiarij fortè infamia effecit, vt Africani Patres vſq; adeo reſiſterent Pontifici Romano. Verebantur enim, ne peſsimus quiſque ad Papam deinceps confugiens,infinitas moleſtias ipſis afferret. Cui malo dum cupiebant remedium adhibere,in aliud maius malum inciderunt,vt à vero(licet inuiti) deflecterēt. Quis enim negare poteſt, illos fuiſſe in hac re deceptos, dum putant *in nulla Synodo ſtatutum fuiſſe,vt aliqui à latere Pontificis Romani mittantur*, cùm id ipſum in Synodo Sardica tam apertè perſcriptum legatur. Aut quis Magdeburgenſium cæcitatem & duritiam cordis ſatis admirari poteſt,qui non ignorantes hæc ipſa verba,quæ Fauſtinus recitauit, in 7. Canone Sardicenſis Concilij extare, atque adeo ea ipſa verba in Centuriam tertiam cap.9. pagina 763.deſcribentes, tamen in Centuria quarta cap.9.pag. 852 & ſequentibus,vocant Zozimum Papam Romanum,*omniū facinoroſorum perpetuum Aſylum,& falſatorē Nicænorum* Canonum,itemque Bonifacium appellant *Romanum illum Malefacium*. Quaſi verò falſatores Canonum Nicænorum Ambroſius,Hieronymus,Auguſtinus,Leo,Theodoretus,atque adeo ipſi Africani Epiſcopi habendi ſint, quia ſub Nicænæ Synodi nomine omnes iſti permulta citārūt(vt antea ſub nomine Pa-

pæ Marci

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
410		
	Idem Zozimus.	Idem Honorius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

93. De Vigilantij hæreſibus. De cœlibatu Clericorum.

a Vigilantius impugnabat Cleri cœlibatum, adeò vt Epiſcopi ſceleris Vigilantij conſortes, non ordinarent Diaconos, niſi prius vxores duxiſſent. Hieronymus in libro aduerſus Vigilantium. Et hoc quidem illi faciebant more certarum Eccleſiarum Aſiæ & Græciæ, in quibus cùm poſt Sacros Ordines acceptos, vxorem ducere fas non eſſet, priùs ducebant, vt poſtea illius conſuetudine vti poſſent. Noſtri ergo Proteſtantes eatenus ſunt imitatores Vigilantij, vt velint etiam in Occidentali Eccleſia coniugatos fieri Presbyteros; eatenus verò peiores, quòd & Presbyteros poſtea quoq; vxorem accipere volunt, nec vnam modò, ſed & ſecundam, & tertiam, & nō minus viduam, quàm virginem. Quod nunquàm ante hæc tempora in Eccleſia eſt vel fando auditum.

De Reli-

⚘ *Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.*

a Ambroſius de officijs lib. 1. cap. 50. *Miniſtra Altari.* (futuro. nam de illius electione iam agit) *vna tantùm nec repetita permittitur copula. Inoffenſum autem exhibendum & immaculatum miniſterium, nec vllo coniugali coitu violandum cognoſcitis, qui integri etiam ab ipſo conſortio cōiugali, ſacri miniſterij gratiā recepiſtis.* (Nota gratiam ſacri miniſterij, quia eſt aliquod Ordinis Sacramentum.) Idem Ambroſ. in 1. Timoth. cap. 3. *Nunc autem Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi a conuentu fœminæ abſtinere debent, quia neceſſe eſt eos quotidie præſtò eſſe in Eccleſia. Omni enim hebdomada ſaltem bis offerendum eſt.* Epiph. hær. 59. *Non ſuſcipit ſancta Dei prædicatio poſt Chriſti aduentum, Diaconum, & Presbyterū, & Epiſcopum, & Hypodiaconum liberos gignentem vnius vxoris virum, ſed eum, qui ſe ab vna cōtinuit, aut in viduitate vixit, maximè vbi ſynceri ſunt Canones Eccleſiaſtici.* Hieronymus contra Vigilantium. *Iſti oſtendūt quam ſanctè viuant, qui niſi prægnantes viderint vxores Clericorum, Chriſti Sacramenta non tribuūt.* Hic obiter iterum annotarim, Sacramentum aliquod Ordinis iam olim creditū fuiſſe. Pergat D. Hieronymus. *Quid facient Orientis Eccleſiæ?* (id eſt, Antiochena & vicinæ.) *Quid Ægypti & Sedis Apoſtolicæ? quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes: aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt.*

Auguſt. de adulterinis cōiugijs lib. 2. c 20. probās per exempla fœminarum, quæ viris abſentibus per plurimos annos continenter viuunt, continentiam non eſſe impoſſibilem, tandem ait: *Quando terremus homines, ne adulterinis cōiugijs hærendo, pereant in æternum, ſolemus eis proponere etiam continentiā Clericorum, qui plerumque ad eandem* (continentiæ) *ſarcinam ſubeundam capiuntur inuiti, eamq; ſuſceptam vſque ad debitum finem, Domino adiuuante, perducunt. Dicimus ergo eis: Quid ſi & vos ad hoc ſubeundū populorum violentia caperemini? Nónne ſuſceptum caſtè cuſtodiretis officium, repentè conuerſi ad impetrandas vires à Domino, de quibus nunquam antea cogitaſtis?* Nota quid ei faciendum ſit, qui poſt votum continentiæ tentatur.

b Hiero-

matum Romani Pontificis ab antiquis Patribus agnitũ fuiſſe, cùm & ſinguli,& vniuerſi nihil aliud cla-
mare videantur. Hæc enim rei ſumma eſt apud Ambroſium,vt id non fiat,quod Epiſcopo Romano diſ-
pliceat. Quid quòd etiam D.Ioannes Chryſoſtomus,qui fuerat à Meletio Diaconus ordinatus,tamẽ
ab Euagrio,qui Paulino ſucceſſerat,Presbyter deſignatus eſt,vt eſt apud Socratem lib 6.cap.3. At cur,
obſecro,Chryſoſtomus, qui ab initio Meletium Paulino prætulerat, tamen Paulini ſucceſſorem Eua-
grium prætulit Flauiano,qui Miletio ſucceſſerat? Vtique propterea quòd intellexit,Flauianum optimi
quidem viri ſucceſſorem,tamen iniquè creatum eſſe Epiſcopum. Itaq; cùm Flauianus ab optimis qui-
buſque & potiſsimùm à Romano Pontifice reprehenderetur,cumq;(vt Sozomenus lib.7.cap.11.ſcribit)
tam Epiſcopus Romanus cum omnibus Epiſcopis Occidentis,quàm Gratianus Imperator in Occiden-
tem conuocarent Epiſcopos Orientales: *Theodoſius* (vti Theodoretus lib.5.cap.23.atteſtatur) *Flauianũ*
Conſtantinopolim accerſit,& Romam proficiſci iubet. At Flauianus reſpondit,hyemem iam eſſe. Itaq; pol-
licitus ſe ineũte vere imperata facturum, in patriam reuertit. Sed *cum Epiſcopi Romani,non Damaſus ſolũ*
185 *ille admirabilis,verùm etiam poſt illum Syricius,& Anaſtaſius Syricÿ ſucceſſor, vehementiùs in Imperatorẽ in-*
necti eſſent,dixiſſentq; eum illos,qui tyrannidem contra ſe exercere molirentur,opprimere, ſed his qui per tyran-
nidem Chriſti leges euertere ſtuderent,impunitatem cõcedere:eum accerſit denuò Imperator,Romamq; vt conte-
dat,cogere laborat. Tum ſapientiſsimus Flauianus corã Theodoſio velut abdicãs ſeipſum Epiſcopatu,fe-
cit vt Imperator Romam aduentans cauſam eius in ſe ſuſciperet, eaque ratione Occidentis Epiſcopos
placaret. Præter Imperatorem verò & D. Ioannes Chryſoſtomus Conſtantinopolis Epiſcopus (vt eſt
apud Sozomenum lib.8.cap.3.)& Theophilus Aleanxdriæ Epiſcopus(vt Sozomenus refert lib.5.ca 16.)
& Epiphanius (vt conijcimus ex Hieronymi Epiſt.27.)operam ſuam interpoſuerunt,*vt Flauianus in gra-*
186 *tiam Romani Epiſcopi reduceretur.* Atque(vt Socratis ea in re verbis vtar,lib.5.cap.15.) *Theophilus per Iſi-*
dorum Presbyterum miſit,vti Damaſi animum in Flauianum exulceratum mitigaret,doceretq; ex vſu Eccleſiæ
eſſe, ſi propter populi concordiam peccatum à Flauiano commiſſum remitteret. Tandem igitur Pontifex Ro-
manus & alij Occidentis Epiſcopi(mortuo iam Euagrio)promittunt,ſe Legatos, qui mitterentur à Fla-
187 uiano,admiſſuros.Qua re intellecta(inquit Theodoretus lib.5.cap.23.) *Diuus Flauianus Epiſcopos quoſdam*
illuſtriſsimos,Presbyteros etiam Antiochiæ, & Diaconos Romam miſit. In qua legatione principem locum
tenebat Acacius Epiſcopus Berœæ oppidi Syriæ, vir omnium ore ac ſermone paſsim celebratus. Qui
vnà cum cæteris *Romam aduentans,inimicitias ad decem & ſeptem annos continuatas extinxit , Eccleſiisq;*
188 *pacem reſtituit.* Qua re audita, *Ægyptij quoque,odio ſedato, ſunt concordiam amplexati.Id tẽporis Innocentius,*
ſucceſſor Anaſtaſii,Eccleſiæ Romanæ Antiſtes fuit,vir ingenÿ & prudentiæ ornamentis egregiè inſtructus.

Primùm animaduerto, hanc ſimultatem in Oriente inceptam eſſe , idq; in primaria totius Orientis
Eccleſia. Deinde video,quatuor Pontifices Romanos ordine ſibi ſuccedentes,Damaſum, Syricium,A-
naſtaſium,& Innocentium pacem Orientalium Eccleſiarum ita quæſiſſe,vt ſuam interim auctoritatem
in ea re potiſsimùm ſpectandam eſſe iudicauerint. Tum autem perpendo,inter tot Epiſcopos Orienta-
les nullum omnino(qui ſaltem Catholicus fuerit)reieciſſe authoritatem Põtificis Romani,velut is alie-
nus aut peregrinus in illis partibus fuerit,nihilque ſibi iuris in Orientales Eccleſias vindicare potuerit.
Præterea tametſi Theodoſius vehementer fauebat Flauiano, tam longè tamen ab eo aberat , vt iuberet
Flauianum nihili facere Epiſcopum Romanum tãquam extra ſuum territorium ius dicentem, vt potiùs
Flauianum iuſſerit bis *Romã ire.* Cur ita quæſo? Niſi quia oportebat,maximas quaſq; controuerſias Ro-
mæ velut apud ſummum Eccleſiæ Tribunal decidi? Quid quòd primi totius Eccleſiæ Patriarchæ Ale-
andrinus & Conſtantinopolitanus Epiſcopus pro tertio , hoc eſt , pro Antiocheno apud Sedem Ro-
manam intercedunt ? Et Epiphanius,& Ambroſius, & Hieronymus nihil perinde in hac re ſpectârunt,
quàm vter eorum , qui de Epiſcopatu contendebant , in Epiſcopi Romani communionem admittere-
tur, quodque Flauiano remitti ab Epiſcopo Romano delictum ipſius, deprecati ſunt? Deniq; poſtquã
Epiſcopus Romanus Flauiano indulſit,mox AEgyptij & reliqui omnes Occidentis Epiſcopi cum eodẽ
communicârunt.Omnes enim Catholici Principem ſuum & Paſtorem primum meritò ſequuntur.Hæc
omnia certiſsimò probant,Epiſcopum Romanum in tota Eccleſia & verè fuiſſe,& ſemper habitum eſ-
ſe totius Eccleſiaſticæ communionis Principium & Caput.

189 Innocentius Papa in Epiſt.ad Decennium Engubinum Epiſcop. *Quis neſciat,aut non aduertat id,quod*
à Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt,ac nunc vſque cuſtoditur,ab omnibus debere ſer-
uari,nec ſuperinduci aut introduci aliquid,quod aut authoritatem non habeat,aut aliunde accipere videatur ex-
emplum? præſertim cùm ſit manifeſtum,in omnem Italiam,Gallias,Hiſpanias,Aphricam atque Siciliam, inſu-
laſq; interiacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius Succeſſores,
conſtituerint Sacerdotes? Aut legant,ſi in his Prouincÿs alius Apoſtolorum inuenitur aut legitur docuiſſe.

190 Idem ad Victricium Rhotomagenſem Epiſc . *Quia Romana Eccleſia normam atque authoritatem ma-*
gnope-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem S. Siricius.	Idem Theodoſius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

89. De Hilario Laico, ſeu de Canticis Eccleſiaſticis.

l Hilarius Laicus Catholicus aſſerebat, non oportere fieri, quòd tunc apud Carthaginem fieri cœperat, vt Hymni ad altare dicerentur de Pſalmorum libro, ſiue ante oblationem, ſiue dū diſtribueretur populo, quod fuiſſet oblatum. Auguſt. li. 2. Retract. ca 11. Ac ne hodie quidem Proteſtantes ceſſant reprehēdere Cātica Eccleſiaſtica, quæ Catholici à maioribus etiam accēpta, dum oblatio celebratur, ſolēni ritu canunt.

90. De Abelianis.

m In campo Hipponenſi erant, quibus nec ſine vxoribus viuere ſectæ ipſius dogmate licebat, nec tamen eis permiſcebantur: ſed ſub continentiæ profeſsione ſimul habitabant, morte præuentis ſingulis alij ſurrogabātur. Aug. hær. 87. Hæc non diſsimilis erat Agapetarū ſectæ, de qua iam antè dictū eſt. Hæreſis in eo conſiſtit, quòd neceſſe erat in coniugio viuere. Fuit etiam periculū, ne ſimul viuentes votum continentiæ violarent.

91. De

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

igitur Sacramento ex Euangelio dies crucifixi, ſepulti & ſuſcitati Domini ad veterem Iudæorum obſeruationem adiuncta eſt, per Patrum Concilia, & orbi vniuerſo Chriſtiano perſuaſum eſt, eo modo Paſcha celebrari oportere. Hæc Auguſtinus. §. At ab iſto Chriſtiano orbe vniuerſo, vt olim Nouatiani, ſic hodie Proteſtantes non fortaſſe tàm factis, quàm doctrina diſſentiunt: quia & Nicæni Concilij & omnium Patrum ſolicitudinem in hac re impiè irrident.

l Huic Hilario, D. Auguſt. in lib. 2. Retract. ca. 11. fatetur, ſe reſpondiſſe.

Auguſtinus lib. Confeſsionum 10. cap. 33. *Cùm reminiſcor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, magnam inſtituti huius vtilitatem agnoſco.*

Idem in Epiſt. 119. *Cùm in Eccleſia fratres congregantur, tempus eſt ſancta cantandi, niſi cùm legitur, aut diſputatur, aut Antiſtites clara voce deprecantur, aut communis oratio voce Diaconi indicitur.*

Ambr. lib. 5. Epi. in Orat. de tradēd. Baſilicis. *Grande carmen hymnorum eſt. Quid enim potentius, quàm confeſsio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur?*

Socrates lib. 6. cap. 8. *Chryſoſtomus, Crucibus argēteis excogitatis, quibus lucernæ cereæ imponebantur, nocturnos Hymnos in laudem Conſubſtantialis decantari curauit.*

m Aug. cont. Fauſtum lib. 15. cap. 7. *Matrimonium ex hoc appellatū eſt, quòd nō ob aliud debeat fœmina nubere, quàm vt mater fiat, quod vobis odioſum eſt.*

Hieronym. lib 1. cont. Iouin. *Si ſolutus ſum ab vxore, non quæram vxorem. Vt ego non ſoluo coniugia, ſi ſemel ligata ſunt: ita tu non liges quod ſolutum eſt.* Hæc ille. Porrò ſi hæc vox in vllum alium, aptiſſimè in eos cadit, qui cum profiteantur non permiſceri vxoribus ſuis, tamen eis mortuis alias ducunt.

Poſsidius in vita Auguſtini cap. 26. *Fœminarum intra domum Auguſtini nulla vnquam conuerſata eſt, nec quidem germana ſoror, aut patrui ſui filia: tùm quòd ſine aliis neceſſariis fœminis eſſe non poſſent, tùm quia de ijs ſcandalum infirmioribus naſci poſſet.*

Chry-

gnoperè poſtulaſti, voluntati tua morem geſsi.&c. Idem Epiſcopis per Macedoniam conſtitutis: *Graue non oportuit videri mentibus veſtris, cuiuſcunque retractari iudicium, quia veritas agitata ſæpe magis reſplendeſcit in luce. Hanc autem paginulam noſtram ſolicitius credentibus ſibi Epiſcopus, relegendam mittite, vt ſciãt pleniſsimè, quid ſit de Bubalio & Tauriano, cæteriſq́ pronunciatum, vt ſciuent, qui digni admonitione ſunt, cauere à talibus, ne talibus ſocientur.*

200 Idem in Epiſt. ad Aurelium Epiſcopum, poſtulat, *vt ſcripta ſua de Epiſcoporum ordinatione per omnes Aphricanas Eccleſias dirigantur.*

201 Idem in Epiſt. 17. ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum, ſignificauit, *Atticum Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcopum à ſe fuiſſe ſuſpenſum*, ſeu, abſtentum.

202 Idem in Epiſt. 22. ad Epiſcopos Macedoniæ, dicit, *ſe aduertiſſe, aliquam iniuriam fieri Sedi Apoſtolicæ, ad quam relatio quaſi ad Caput Eccleſiarum miſſa currebat, cuius adhuc in ambiguum ſententia duceretur.*

Præter Tomũ 1. Conciliorum, etiam Leo primus in Epiſtol. 1. meminit Decretalium conſtitutarum tàm aliorum Prædeceſſorum, quàm nominatim B. recordationis Innocentij, vt vel inde appareat, ſolitos eſſe Romanos Pontifices Decreta conſtituere.

203 Hieronymus ad Demetriadem Epiſt. 8. Quia cognoui, in quibuſdam pullulare venenata plãntaria, te præmonendam puto, vt *S. Innocentij, qui Apoſtolicæ Cathedræ & Anaſtaſij ſucceſſor, & filius eſt, teneas fidem, nec peregrinam doctrinam recipias.* Patres Concilij Carthaginenſis (apud Auguſtinum Epiſt. 91.) poſtquàm oſtendiſſent, quid contra Pelagium & Celeſtium decreuiſſent: hoc geſtum (inquiunt) Charitati tuæ, frater ſancte, intimãdum duximus, *vt Statutis noſtræ mediocritatis etiam Apoſtolicæ Sedis adhibeatur autho-*
204 *ritas.* (Et pòſt:) *Conſideret ergo Sãctitas tua, & paſtoralibus nobis compatiatur viſceribus.* Synodus Mileuitana (apud Auguſtinum in Epiſt. 92.) Arbitramur, adiuuante miſericordia Chriſti, qui te & regere conſulentem, & orantem exaudire dignatur, *auctoritati Sanctitatis tuæ de ſanctarum Scripturarum auctoritate depromptæ*, facilius eos, qui tam peruerſa ſentiunt, eſſe ceſſuros. Chriſtus ergo regit Papam conſulentem, exauditq́; orantem: & *Papæ authoritas de Scripturarum authoritate depromitur.* Quæ omnia dicuntur à Synodo, quia Pontifex Romanus tenet locum Petri, pro cuius fide Chriſtus rogauit, & cuius Primatus in
205 Scripturis tam inſigniter elucet. Et in eadem 92. Epiſtola. *Quia te Dominus gratiæ ſuæ munere in Sede Apoſtolica collocauit, magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti, paſtoralem diligentiam quæſumus adhibere digneris.* Epiſcopi Numidiæ paſtoralem Pontificis Romani diligentiam flagitant. Eſt igitur & ipſorum Paſtor, idq́; quoniam in Apoſtolica Sede collocatur, quæ omnes Chriſti oues paſcit.

206 Innocentius in reſponſo ad Patres Concilij Mileuitani, apud Auguſtinum Epiſt. 93. Cõſulitis ſuper anxijs rebus, quæ ſit tenenda ſententia: *Antiquæ ſcilicet regulæ formam ſecuti, quam toto ſemper ab orbe mecũ noſtis eſſe ſeruatam.* Et pòſt: *Scientes, quòd per omnes Prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanent, præſertim quoties fidei ratio ventilatur, quod arbitror omnes fratres & coepiſcopos noſtros nõ niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris authorem referre debere, velut nunc retulit veſtra Dilectio, quod per totũ mundum poſsit omnibus Eccleſijs in commune prodeſſe.*

207 Auguſtinus Epiſt. 106. Miſſæ ſunt ex duobus Cõcilijs Carthaginenſi & Mileuitano *relationes ad Apoſtolicam Sedem.* Et pòſt: Ad omnia nobis ille reſcripſit eodem modo, *quo fas erat atque oportebat Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem.* Ergo Auguſtinus agnouit, hæc omnia, quæ Innocentius reſcripſit, vera eſſe.

208 Idem Auguſt. cõtra Iulianũ Pelagianũ, lib. 1. *Puto tibi eã partem orbis ſufficere debere, in qua primũ Apoſtolorum ſuorum voluit Dominus glorioſiſsimo martyrio coronare. Cui Eccleſiæ præſidentem Beatum Innocentiũ ſi audire voluiſſes, iam tunc periculoſam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille ſanctus Africanis reſpondere Concilijs, niſi quod antiquitus Apoſtolica Sedes & Romana cum cæteris tenet per-*
209 *ſeueranter Eccleſia.* Et pòſt: *Sancto Innocentio vide quid reſpondeas, qui cum Irenæo, Cypriano, Hilario, Am-*
210 *broſio conſidet, etſi poſterior tempore, prior loco.* Locus igitur Pontificis Rom. dignior eſt, quàm cuiuſcunque alterius Epiſcopi locus. Auguſtinus contra Pelagium & Cœleſtium lib. 2. cap. 7. *Cœleſtius B. Papæ Innocentij literis non eſt auſus abſiſtere, imò ſe omnia, quæ Sedes illa damnaret, damnaturum eſſe promiſit.* ô magnam Sedis Romanæ auctoritatem!

211 Chryſoſtomus per factionem Theophili Alexandrini Epiſcopi in exilium actus, ad Innocentiũ Papã (apud Chryſoſtomum Tom. 5.) quatuor Epiſcopos mittit, inter cætera ſic ſcribens: *Obſecro, vt ſcribas, quod hæc tam iniquè facta & abſentibus nobis, & non declinantibus iudicium, non habeant robur: ſicut neque ſua natura habent. Illi autem, qui iniquè egerunt pœnæ Eccleſiaſticarum legum ſubiaceant.* Poterat ergo Papa & irrita facere acta Theophili, & eum ſecundùm Canones punire. Cùm Theophilo conſenſerant triginta ſex Epiſcopi, & Epiphanius Cypri.

212 Proſper in Chronicis. *Ioannes* (Chryſoſtomus) *à Theophilo oppreſſus, Pontũ exilio pergere cogitur: cùm tamen communionem eius maxima pars Epiſcoporum, Romani Pontificis exemplum ſecuta, ſeruauerit.* Ecce,

duobus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Anaſtaſius.	Idem Arcadius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

91, De Donatiſtarũ hæreſibus.

An Eccleſia ſemper maneat apud omnes gentes?

a Poſtquàm Donatiſtæ pertinaci diſſenſione ſchiſma in hæreſim verterunt, dicebãt *Eccleſiam de toto orbe periſſe, & in ſola parte Donati remanſiſſe.* Aug. Hær. 69.

Hoc ſinguli hæretici ab initio docuerunt. Hoc noſtra ætate Lutherani, Zuingliani & Calniſtæ docent. Dum enim ſinguli volunt ſuam ſectam eſſe verã Dei Eccleſiam, cumq; ſingulorum ſecta neceſſariò ab ipſis inchoata ſit, à quibus denominatur: omnes & ſinguli docent, Eccleſiam de reliquo terrarum orbe perijſſe, & apud ſe tantùm manere, cùm illa ſemper maneat apud omnes gentes, & vbiq; diffundi ſciatur.

De rebaptizatione.

b Rebaptizabant Catholicos. Ambroſius. 1. ad Cor. cap. 1. idq; quoniam putabant Baptiſmum non eſſe, qui dabatur à Catholicis. Aiebant enim, conſcientiam dantis in Baptiſmo attẽdi. Aug. cont. lit. Petiliani, lib. 1. cap. 1.

De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Chryſoſtomus in Homil. quòd Chriſtus ſit Deus: *Cogita tecum, quid ſit in tam breui tempore omnem ſub Sole terram tantis Eccleſiis impleri, tantas gentes ad fidem transferri, populos perſuaderi, vt excitent Altaria vbique gentium, in regione Romanorum, Perſarum, Scytharum, Maurorum, Indorum, & vltra orbem noſtrum. Sunt enim etiam in Britannicis inſulis extra hoc mare ſitus fundatæ Eccleſiæ, & erecta Altaria.* Et paulò antè. *Non ſolùm hoc mirum eſt, quòd Chriſtus ædificauit Eccleſiam per totum mundum, ſed quia inuictam fecit, licet tot bella inſurgant.* Et pòſt. *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ab his, & de futuris crede, quòd nullus obſiſtet. Si enim cùm ex paucis conſtaret, tot pugnæ non præualuerunt,* multò magis (non præualebunt) *cùm vniuerſum orbem, & omnem locum, & montes, & colles, & valles, & terram, & mare, & omnes gentes, quæ ſub cælo ſunt, comprehenderit.* Auguſtinus aũt contra hunc errorem Donatiſtarum, & Epiſtolas, & libros permultos perſcripſit, quorum vnus inſcribitur *de Vnitate Eccleſiæ*, vbi latiſsimè hanc hæreſim confutat. Et de Agone Chriſtiano. cap. 29.

b Syricius Papa in Epiſt. ad Himerium. *Denuò baptizare & Apoſtolus vetat, & Canones contradicunt, & miſſa ad Prouincias à veneranda memoriæ predeceſſore meo Liberio generalia Decreta prohibent: quod etiam totus Oriens Occidensq; cuſtodit, à quo tramite vos quoque poſthac minimè conuenit deuiare, ſi non vultis à noſtro collegio, ſynodali ſeparari ſententia.*

Optatus lib. 4. *Chriſtus dicit in Euangelio: Qui ſemel lotus eſt, non habet iterum neceſsitatem lauandi. Tu rebaptizãdo, iterum lauas.* Et pòſt. *Per exorciſmum ſpiritus immundus depellitur, intrat Deus & habitat. Vos rebaptizando exorcizatis hominem fidelem, & dicitis Deo habitanti: maledicte exi foras.*

Auguſt. in Ioan. Tract. 5. *Baptiſma tale eſt, qualis eſt Chriſtus in cuius poteſtate datur, non qualis eſt ille, per cuius miniſterium datur.*

duobus tantis Patriarchis,etiam Catholicis, contendentibus ,& altero iniuſtè agente , reliqui Epiſcopi
neſcirent,quocum potius communicare,& à cuius communione abſtinere deberent, niſi Pontifex Ro-
manus ita omnibus emineret,vt cùm quocunque ille,cum eodem & cæteri omnes communicarent.Ita-
213 que(vt eſt apud Georgium Patriarcham in vita Chryſoſtomi) *Presbyteri Antiochiæ in hac cauſa ſcripſerũt,*
ſe agnoſcere decorum ac diſciplinam Romanæ Eccleſiæ.Innocentius enim(vt eſt apud Sozomenum lib.8.c.26)
& ea damnauit,quæ contra Ioannem acta erant,& Concilium œcumenicum conuocare ſtuduit. Itéq; cùm poſt
Arſacium breui defunctum Atticus in Chryſoſtomi locum ſuffectus eſſet : *Innocentius Papa* (Georgio
214 Alexandrino in vita Chryſoſtomi atteſtante) *ſcribit Proclo Cyzici Epiſcopo , vt poſceret Conſtantinopolitanã*
Eccleſiam,donec Attici cauſa cognoſceretur,quod & Proclus fecit . Porrò Innocentius videns Arcadij Au-
guſti & Eudoxiæ culpa factum eſſe, quòd Chryſoſtomus in Sedem non reſtitueretur : ſcribit ad Arca-
dium ijs verbis,vt præter Georgium atteſtatur Nicephorus lib. 13.c. 34. *Vox ſanguinis fratris mei Ioannis*
215 *clamat ad Deum aduerſum te,ô Imperator.* Et pòſt: *Quapropter ego minimus & peccator,cui Thronus magni*
Apoſtoli cõcreditus eſt,ſepara te & illã (id eſt,Eudoxiã) *à participatione immaculatorũ ſacramentorũ,& quæcunq;*
Epiſcopum aut Clericum, qui præſumpſerit ea vobis miniſtrare . Poſtquàm verò Arcadius & vindictam in
calumniatores Chryſoſtomi tranſtuliſſet, & abſolutionem pro ſe atque Eudoxia velut iam à ſe afflicta
efflagitaſſet,Innocentius reſcripſit : *Confirmato animo accedite ad dominica ſymbola , iubete Ioannis nomen*
216 *ſacris tabellis inſcribi. Quæ enim aduerſus Ioannem geſta ſunt à Theophilo,nos authoritate freti S.Petri eximij*
Apoſtolorum Principis , diſcuſſis cauſis docebimus ex animo ſanguinario proceſſiſſe . Et ſimul ad Synodum
Oecumenicam Theſſalonicæ celebrandam Epiſcopos conuocat.Sed hanc totam hiſtoriam latius à Pal-
ladio explicatam audiamus.

Hiſtoria exilij Ioannis Chryſoſtomi,in qua inſigniter elucet Romani Pontificis
Primatus , idq; ex totius orbis Chriſtiani conſenſu.

Palladius Helenopolitanus Epiſcopus,Ioannis Chryſoſtomi diſcipulus,in eiuſdem Chryſoſtomi vi-
ta introducit Theodorum Eccleſiæ Romanæ Diaconum ea,quæ D.Chryſoſtomo iniuſtè acciderant,ita
217 exponentem: *Primus omnium profectus eſt ad nos Alexandrinæ Eccleſiæ Lector cum Papæ Theophili literis,*
quibus indicabat,Ioannem à ſe fuiſſe depoſitum. Eas literas cùm legiſſet Beatiſſimus Innocentius, Romanæ Sedis
Antiſtes,exhorruit temeritatem,faſtumq; Theophili ægrè ferens, & quod ſolus ſcripſerat,& quòd rei totius ſe-
riem referre omiſerat,cuius ſcilicet rei gratia,quibúſue adiunctis ſibi ſocijs,illũ deponere auſus fuiſſet : inter hæc
manſit admirans,nihilq; reſcribere voluit,rei indignitate commotus: Dum Euſebius quidam Diaconus Conſtan-
tinopolitanæ Eccleſiæ,qui tunc Romæ erat,Eccleſiaſticæ vtilitatis gratia,Innocentium adijt, libelliſq; traditis ad-
iurauit,ſuſtineret vt modicum temporis . fore enim breui, vt ſibi totius ſcenæ facies pateſceret. Poſt triduum ad-
218 *uenerunt Epiſcopi quatuor à Ioanne miſſi,reuerendiſſimi profectò viri, Panſophius Piſidiæ, Pappus Syriæ,Deme-*
trius Galatiæ ſecundæ,Eugenius Phrygiæ,tres Innocentio Epiſtolas deferentes, vnam quidem Ioannis Epiſcopi,
ſecundam verò Epiſcoporum quadraginta de communione Ioannis , reliquam ſcripſerat Ioannis Clerus , omnes
indiſciplinatum tumultum,& ſeditionem pariter ſignificantes. Erat autem Epiſtola Ioannis huiuſmodi ſeries.

Domino venerabili,ac Beatiſſimo Epiſcopo Innocentio,
Ioannes in Domino Salutem.

219 Poſtquam verò expoſuiſſet,quid Theophilus fecerat,tandem ait: *Ne immanis iſta confuſio cuncta per-*
curratet,& vbiq; dominetur: ſcribite,precor,& authoritate veſtra decernite,huiuſmodi inique geſta, nobis abſen-
tibus,& iudicium non declinantibus,nullius eſſe roboris,ſicut per ſuam naturam ſunt profectò & irrita, & nulla.
Porrò qui talia geſſere,eos Eccleſiaſticæ cenſuræ ſubijcite. Nos autem inſontes neq; conuictos, neque deprehenſos,
neque vllius criminis reos comprobatos, Eccleſiis noſtris iubete reſtitui , vt charitate frui ac pace cum fratribus
noſtris conſueta poſſimus. Quòd ſi modo quoque voluerint authores ſceleris aperire crimina, quorum gratia nos
iniuſtè eiecerunt: dentur nobis commentaria,libelli proferantur in medium,veniant accuſatores mei,ſedeat in-
corruptum intemeratumq; iudicium.non recuſo, non renuo , imò & conſtanter hoc expeto· iudicemur. Crimina
profectò diluemus,noſq; oſtendemus innocentes,neq; criminibus vllis obiectis obnoxios . Nam quæ ab eis modò
geſta ſunt,omni prorſus ratione carent.Extra omnem ordinem omnemq; legem ac regulam Eccleſiaſticam ſunt.
220 *Ad hæc reſcripſit Beatiſſimus Papa Innocentius,communioneq; vtriuſque partis admiſſa , Theophili iudicium caſ-*
ſum atque irritum eſſe decreuit: dicens,oportere conſiteri aliam irreprehenſibilem Synodum, Occidentalium &
Orientalium Sacerdotum.

Paucis

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
402	41. S. Innocẽtius Innocentij filius, Albanus.	
		Honorius.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Trinitate.

[c] Minorem Patre Filiũ, & minorem Filio Spiritũ ſanctũ putabant.

[d] Circumcelliones per mortes varias præcipitiorum, aquarum & ignium ſeſe necare cõſueuerunt, & inde ſibi martyrum nomen aſſumebant.

[e] Facta ſunt inter eos ſchiſmata, & ab eis ſe diuerſi cætibus alij atq; alij ſeparauerunt. Hinc ſunt Donatiſtæ, Circũcelliones, Maximianiſtæ, Parmeniani, Rogatiſtæ.

De moribus Donatiſtarum.

Euchariſtia contempta.

[a] Donatiſtarum Epiſcopi iuſſerunt Euchariſtiã canibus fundi. Optatus lib. 2. Hoc idẽ fecerunt Caluiniſtæ in Anglia, Belgia, & Gallia noſtris tẽporibus.

Chriſma contemptum.

[b] Ampullam quoq; Chriſmatis per feneſtram, vt frangerent, iactauerunt. Idem lib. 2. Similiter ſe feciſſe nec ipſi Caluiniſtæ negauerint.

Altaria Dei contempta.

[c] Altaria Dei fregerunt, raſerunt, remouerunt. Idem lib. 6. Hæc eadem hodie Lutherani & Caluiniſtæ faciunt.

Calices contempti.

[d] Fregerunt etiam Calices & paſsim vendiderũt. Optatus li. 6. Hoc idem fecerunt nuper Lutherani & Caluiniſtæ.

Sacerdotes contempti.

[e] Raſerunt capita Sacerdotũ. Optatus lib. 2. id teſtatur, vt ſacram Vnctionem auferrẽt. Porrò Lutherani & Caluiniſtæ negant vngi debere Sacerdotes, in eo peiores Donatiſtis.

San-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

[c] Epiſcopi Illyrici Eccleſijs Dei (apud Theodoretum lib. 4. c. 8.) *Qui opinantur Trinitatem nõ eſſe conſubſtantialem, anathema ſunto.*

[d] Auguſt. Epiſt. 50. *Hæc tria mortis genera Diabolus eos docuit, qui & Saluatori noſtro, vt ſe de pinna templi præcipitaret, tanquam de lege ſuggeſſit. Ergo ſic pereunt, quemadmodum grex ille porcorum, quem de monte in mare turba dæmonum deiecit.*

[e] Auguſtinus de Agone Chriſtiano. *Sicut Donatus Chriſtum diuidere conatus eſt, ſic ipſe à ſuis quotidiana concisione diuiditur.* Hæc ille. Quis autem idipſum Luthero accidiſſe ignorat? imò ipſe appellat Zuinglium Iudam ſuum & Abſalom ſuum, quia primus Zuinglius ſe ab illo adhuc viuente diuiſit.

[a] *Iidem canes, quibus Euchariſtia fundebatur, accenſi rabie, ipſos dominos ſuos, quaſi latrones ſancti corporis reos, dente vindice tãquam ignotos & inimicos laniauerunt.* Optatus lib. 2.

[b] *Non defuit manus angelica, quæ ampullam ſpiritali ſubuectione deduceret: proiecta caſum ſentire non potuit: Deo muniente illæſa inter ſaxa conſedit.* Synodus Laodicena Can. 7. iubet, *hæreticos ad Eccleſiam reuerſos vngi ſancto Chriſmate.*

[c] *Quid eſt tã ſacrilegũ, quàm altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtuliſtis) frangere, radere, remouere? Quid enim eſt altare, niſi ſedes & corporis, & ſanguinis Chriſti?* (Et poſteà) *Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta corpus & ſanguis habitabat? Iudæi intulerunt manus Chriſto in cruce, à vobis percuſſus eſt in altari.*

[d] *Fregiſtis etiam calices Chriſti ſanguinis portitores: atq; ad mercedem nefariis nundinis prouocatam nec emptores eligere voluiſtis ſacrilegi, dum inconſideratè vendidiſtis.*

[e] Optatus li. 2. *Oleum Sacerdoti à Deo collatum non debuiſſe vos tangere, à puero Dei Dauid diſcere debuiſtis, qui ſic per Samuel vngitur, vt Sauli, quod iamdudum datum fuerat, minime tolleretur.* Hæc ille. Sacerdotes igitur Catholici olim vngebantur.

[f] Opta-

Paucis pôſt diebus, aduenit vnà cum Martyrio *Petrus Theophili Presbyter, cum Epiſtola quadam com-*
221 *mentoriolo deferens, in quibus 36. Epiſcopi (ex quibus 20. erant Ægyptij) Ioannem Chryſoſtomum condemnaſſe*
videbantur. Cumque ingemuiſſet Papa ob indignitatem rei, ad Theophilum reſcripſit: *Frater Theophile,*
222 *nos & te, & fratrem noſtrum Ioannem communionis noſtræ eſſe decreuimus.* Si conſcientiæ confidis, tu quo-
que accurre ad Synodum proximè in Chriſto celebrandam. *Modicum temporis fluxerat, cùm Theotec-*
nus Conſtantinopolitanus Presbyter venit, literas Concilij Ioannis viginti quinque Epiſcoporum, aut paulò plurium
223 *ferens, quibus docebant, Ioannem militum auxilio vrbe depulſum, & Cucuſum in exilium miſſum, Eccleſiamq́;*
incenſam fuiſſe. Cui & ipſi communionis literas, & ad Epiſcopum Ioannem & ad omnes cõmunicantes ſibi Epi-
ſcopos tradens, orabat cum lachrymis, vt patienter tolerarent, cùm opem ipſe ferre non poſſet, eò quòd nonnulli ob-
ſiſterent potentes aduerſarij, Eccleſiaſticæ pacis inimici. Poſt paululum rurſus applicuit homunculus aſpectu fœdus,
animo perditus, Paternus nomine, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſe Presbyterum dicens, qui & ipſe totus elatus,
224 *& faſtu turgidus, & ipſo geſtu inimicitias præferens, plurima contra Ioannem Epiſcopum vomebat. Hic literas*
paucorum Epiſcoporum Acacij, Pauli, Antiochi, Syrini, Seueriani & aliorum quorundam, Innocentio reddidit,
quibus Ioannem calumniabantur, quaſi incendiſſet Eccleſiam. Mendacium apertè deprehenſum eſt, cùm eius
rei (quippe quæ cùm illi non fuiſſet obiecta) mentionem in Synodo nullã feciſſet Ioannes. Eum Innocẽtius cum in-
dignatione reijciens, ne reſcribere quidem voluit. Pòſt diebus aliquot venit Epiſcopus Cyriacus fugiens propter
comminationem Regalis Edicti, ita continentem: Si quis non communicat Theophilo, Arſacio & Por-
phyrio, hic Epiſcopatu quidem arceatur, amittat verò, ſi quam videtur habere, ſubſtantiam pecu-
niarum, ſiue prædiorum. *Poſt Cyriacum aduenit Eulyſius Apameæ Bithiniæ Epiſcopus, afferens literas à*
quindecim Epiſcopis de Ioannis Concilio, & à præclaro ſene Anyſio, Theſſalonicenſe Epiſcopo, in quibus illi qui-
dem & procedentem, & quæ tunc erat, Conſtantinopoleos totius deprædationem vaſtitatemq́; ſignabant. Any-
225 *ſius verò Romanæ ſe Eccleſiæ iudicium ſequi fatebatur. Porrò Eulyſius ipſe cõſona per omnia Cyriaco dixit. Vix*
menſis fluxerat, cùm Palladius quoque Epiſcopus Helenopoleos abſque literis venit, qui & ipſe fugiſſe dicebat
veſaniam Principum. Expreſſius autem, ac ſignantius enarrauit omnia, ipſiusq́; exemplar Edicti protulit in hãc
ſententiam. Quicunque occultaſſet Epiſcopum, ac Clericũ, ſiue in ſuam domũ ſuſcepiſſet, qui Ioannem communica-
ret, eius domum publicandam. Poſt Palladium Germanus Presbyter, Caſſianusq́; Diaconus Ioannis, viri ma-
gnæ religionis literas ab omni Clero Ioannis obtulerunt, continentes Eccleſiam ſuam tyrannidem perpeſſam eſſe,
Epiſcopo per vim militum eiecto, & in exilium miſſo, agentibus id Acacio Beroënſi, Antiocho Ptolemaidis, Se-
ueriano Gabalenſi, Theophilo Alexandrino. Oſtenderunt & breuiculum memorati viri, vbi ornamento ſub in-
dicibus teſtibus tradunt, ſubſcriptum manu Studij Præfecti vrbis, Eutychiani Prætoris, Ioannis Comitis The-
ſaurorum & Euſtochij Quæſtoris ac Tabularij, in auro, & argento, & vaſis, vt Ioannis Epiſcopi calum-
226 *niam diluerent. Poſt iſtos venit ſecundò Demetrius Epiſcopus Piſinuntis, qui peragrato Oriente prædicaue-*
rat communionem Eccleſiæ Romanæ cum Epiſcopo Ioanne, teſtibus Papæ Innocentij literis, afferens lite-
ras ab Epiſcopis Cariæ, in quibus Ioannis amplectuntur communionem. Ab Antiochena itidem Eccleſia
227 *Presbyteris, vbi Romanorum ſequuntur diſciplinam, laudantes integritatem iudicij: & ordinationem apud ſe fa-*
ctam de Porphyrio, vt illicitam ac nefariam, execrantes. Poſt hos omnes venit Domitianus Sacerdos, Conſtanti-
228 *nopolitanæ diſpenſator Eccleſiæ, & Vallogas quidam Nyſibius Presbyter, exponens monaſteriorum Meſopotamiæ*
gemitum & eiulatum. Hæc Theodorus. Cuius Orationem Palladius excipiens, ac vitam D. Chryſoſto-
mi latiùs explicans, tandem ait: *Theodorus quidem Tyanæus Epiſcopus, vir ſummæ grauitatis, vbi ex his,*
quæ venerant ad aures eius, quid ageretur aduertit, ne Theophili temeritatem ſequeretur, relictis omnibus ad
ſuam remeauit Eccleſiam, valefaciens comitatui, ſuamq́; Prouinciam vallans pietatis muro, & ad finem vſque in
communione perſiſtens fidelium Romanorum, de quibus Paulus teſtatur & dicit: Fides veſtra adnunciatur in
229 *vniuerſo mundo.*

Hæc Theodorus & Palladius, quorum alter Latinæ Eccleſiæ Diaconus fuit, alter Græcæ etiam Epiſcopus. Vterque verò teſtatur, duos maximos Orientalis Eccleſiæ Patriarchas vnà cum Synodis Epiſcoporum illis adhærentium certatim contendiſſe, quis cauſam ſuam Epiſcopo Romano melius probaret. Et quanquàm Imperator Theophilo potius ſtuderet, tamen vicit D. Ioannis Chryſoſtomi cauſa, eò quòd Pontifex Romanus ab illo ſtaret. Nunquàm enim præualuerunt, ſed nec aliquando præualebunt portæ inferi aduerſus primæ Sedis Decretum.

230 Gelaſius Papa in Epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ: *Sanctæ memoriæ Ioannem Conſtantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum præſulum certè damnauerat: quem Sedes Apoſtolica etiam ſola, quia non conſenſit, abſoluit.*

231 Proſper contra Collatorem *Tunc Pelagianorum machina fracta ſunt, quando B. memoriæ Innocentius nefandi erroris capita Apoſtolico mucrone percuſſit.*

Poſsidius

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
		Halaricus Gothorũ Rex Romam expugnat & diripit.
	Idem Innocentius.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Sanctimoniales contempta.

f Denuò nudârunt capita virginum velata (Optatus lib.2.) vt priorem profeſsionem ita irritã facerent. Lutherani & Caluiniſtæ nullam omnino virginitatis profeſsionem tolerãt, in eo Donatiſtis longè peiores.

Pallæ Altaris contempta.

g Extorſerunt velamina & inſtrumenta Dominica, & cum codicibus pallas, arbitrati ea apud Catholicos eſſe polluta. Optat. libro 6. At Lutherani & Caluiniſtæ, nec pallas quidem vllas, aut velamina in altari eſſe volũt, in eo Donatiſtis peiores.

h Speculam quandam foris à ciuitate Romana, gradibus ſepſerunt, vbi pro tempore conuenticulum habere potuiſſent, vnde Montenſes appellati ſunt. Optatus Libro 2. Talem ſpeluncam Waldenſes in Gallia, Wiclefiſtæ in Anglia, & Proteſtãtes in Germania ab initio frequentârunt.

Succeſsio Epiſcoporum contempta.

i Non habebant plures quàm quinque Prædeceſſores Epiſcopos. Optat. lib. 2. At Lutherani etiam pauciores habent.

Nouum nomen Chriſtianis impoſitum.

k Cùm ante Donati ſuperbiam omnes, qui in Chriſto crediderant, Chriſtiani vocarẽtur, auſus eſt populum cum Deo diuidere, vt qui illum ſecuti ſunt, iam non Chriſtiani vocarentur, ſed Donatiſtæ. Optat. lib. 3. Hoc idem cadit in Lutheranos à Luthero, in Zuinglianos à Zuinglio, in Brentianos à Brentio. & in Caluiniſtas à Caluino vocatos, cùm antea omnes vocarentur Chriſtiani.

Eccle-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

f Optatus. lib. 6. *Spiritale nubendi hoc genus eſt: In nuptias ſponſi* (Chriſti) *virgines iam venerant voluntate & profeſsione ſua. Et vt ſecularibus nuptijs ſe renunciaſſe monſtrarent, ſpiritali ſponſo ſoluerant crines. Nudaſtis denuò capita iam velata, de quibus profeſsionis detraxiſtis indicia, quæ contra raptores aut petitores videntur inuenta: vt iã Deo deuotam nec qua ſponſabat, perſeueret petere, aut ne raptor audeat violare.*

g Optatus lib. 6. *Quis fidelium neſcit, in peragendis myſterijs ipſa ligna linteamine cooperiri?* § Hoc vtique Caluiniſtæ neſciunt.

h Optatus lib. 2. *Cùm ipſa luce ſit clarius, nos cum tot innumerabilibus populis eſſe, & tot prouincias nobiſcum: iam videtis vos in parte vnius regionis poſitos, & ab Eccleſia veſtris erroribus eſſe ſeparatos, fruſtrò vobis ſolis hoc nomen Eccleſiæ cum ſuis dotibus vindicare.*

i Optatus lib. 2. *De dotibus Eccleſiæ, Cathedra eſt prima, quam probauimus per Petrum noſtram eſſe. Veſtræ Cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare. Miſſus eſt Victor ex Africa Romam. Erat ibi filius ſine patre, ſequens ſine antecedente.*

k Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos. *Sicubi videris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quopiam alio nuncupari, vtpute Marcionitas, Valentinianos, Montenſes ſiue Campates: ſcito, non Eccleſiam eſſe, ſed Antichriſti Synagogam.*

Chryſoſtomus Hom. 33. in Acta Apoſtolorũ. *Habent hæretici quoſdam, à quibus appellantur: prout enim hæreſiarchæ nomẽ, ita & ſecta vocatur.* (& de Catholicis ſubijcit) *Nunquid ſcindimur ab Eccleſia, nunquid hæreſiarchas habemus? nũ ab hominibus cognomen habemus? Nunquid nobis Dux quidam, ſicut illi Marcion, & illi Manichæus, huic Arius, alteri verò alius hæreſeos Dux?* Et pòſt. *Aſsiſtit nomen accuſans illos.* Hoc etiam in Lutheranos, Zuinglianos, & Caluiniſtas conuenire quis non videt?

l Opta-

232 Poſsidius in vita Auguſtini cap.14. *Literæ Sedis Apoſtolicæ compulerunt Auguſtinum Cæſorienſem Mauritaniæ ciuitatem venire vnà cum alijs* Epiſcopis *, ob terminandas videlicet aliquas Eccleſiæ neceſsitates.*

233 Auguſtinus in Epiſtola 157. *Iniuncta nobis à venerabili Papa Zozimo Apoſtolicæ Sedis* Epiſcopo *, Eccleſiaſtica neceſsitas ad Cæſaream in Mauritania nos traxerat .* Potuit ergò Papa etiam tranſmarinis Epiſcopis
234 ea,quæ pro Eccleſia gerenda erant , iniungere. Atque etiam in capite 6. Carthaginenſis Synodi ſextæ,
Auguſtinus appellatur *Legatus Prouinciæ Numidiæ.* Item in Epiſt.157. *Pelagius & Cæleſtius Conciliorum*
235 *Epiſcopalium vigilantia,etiam à duobus venerabilibus Antiſtitibus Apoſtolicæ Sedis Papa Innocentio,& Papa Zozimo,niſi correcti,etiam egerint pœnitentiam,toto Chriſtiano orbe damnati ſunt.*Et iterum:*Vt iam verbis viri Beatiſsimi Antiſtitis Zozimi , Chriſti illud propagatione contractum Chirographum rumpitur , in quo*
236 *nullus omnino natorum,antequàm per Baptiſmum liberetur, non tenetur obnoxius ..* *In his etiam verbis Apoſtolicæ Sedis*(inquit Auguſtinus) *tam antiqua atque fundata, certa & clara eſt Catholica fides , vt nefas ſit de illa dubitare Chriſtiano.* Vide quantum tribuat Decretali Epiſtolæ Romani Pontificis..

237 Auguſtinus contra Pelagium & Cœleſtium libro ſecundo cap.8. *Pelagius fefellit iudicium Paleſtinum, propterea ibi videtur eſſe purgatus: Romanã Eccleſiam, vbi eum eſſe notiſsimum ſcitis , fallere vſque quaque non potuit. Recoluit enim beatiſsimus Papa Zozimus,quid imitandus præceſſor eius de ipſis ſenſerit geſtis . Attendit etiam quid de illa ſentiret prædicanda in Domino Romanorum fides,quorum aduerſus eius errorem pro veritate Catholica ſtudia conſanantia concorditer flagrare cernebat.*

238 Auguſtinus contra duas Epiſt.Pelagianorũ lib.2. cap.4. *Quomodo ab iſtis fidei deſertoribus & appugnatoribus gratiæ, Romani Clerici præuaricationis arguuntur ſub Epiſcopo Zozimo, quaſi aliud ſenſerint in damnatione poſteriore Celeſtij & Pelagij,quàm quod ſub Innocentio in priore ſenſerunt ? Quia vtique cum literis venerabilis Innocentij de paruulis,niſi baptizarentur in Chriſto,in æterna morte manſuris ,Catholicæ fidei clareret antiquitas, profectò Eccleſia Romana præuaricatrix potius eſſet,quicunque ab illa ſententia deuiaſſet.*

239 Proſper Aquitanicus in Carminibus de Ingratis, de Pelagio agens,ita ſcribit:

peſtem ſubeuntem prima recidit
Sedes Roma Petri , quæ Paſtoralis honoris
Facta Caput mundo, quicquid non poſsidet armis,
Relligione tenet.

240 Proſper in Chronicis. *Concilio apud Carthaginem habito 217.Epiſcoporum, ad Pontificem Zozimum Synodalia Decreta perlata : quibus probatis, per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt .* Cur perferunt
Decreta Synodi ad Papam , niſi vt ab eo confirmentur? Vnde idem contra Callatorem cap. 41. ait:
241 *Africanorum Conciliorum Decretis beatæ recordationis Papa Zozimus ſententia ſua robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armauit Antiſtitum.*

Gennadius Maſsilienſis Presbyter meritò putatur eius Libri (qui apud Auguſtinum de Eccleſiaſti-
242 cis Dogmatibus inſcribitur) auctor eſſe. Vbi cap.26. *authoritatem Papæ Zozimi* appellat *regularem*,velut quæ ad Canones aut regulas conſtituendas ſatis virium habeat.Cuiuſmodi authoritas nulli vni,præterquam Romano Epiſcopo,vnquam tributa eſt.

243 Poſsidius Calamenſis Epiſcopus in vita S. Auguſtini,cap.17.*Innocentius & Zozimus Apoſtolicæ Sedis Antiſtites , ſuis diuerſis temporibus Pelagianiſtas notantes , atque à membris Eccleſiæ præcidentes , datis literis ad Africanas, Orientis , & Occidentis Eccleſias , eos anathematizandos & deuitandos ab omnibus Catholicis cenſuerunt . Et hoc tale de illis Eccleſiæ Dei Catholicæ prolatum iudicium etiam piiſsimus Imperator Honorius audiens , ac ſequens , ſuis eos legibus damnatos , inter hæreticos haberi debere conſtituit.*

Præter authoritatem Sedis Apoſtolicæ in literis ad totam Eccleſiam mittendis,etiam illud perpendo,quòd Poſsidius appellat *iudicium Sedis Apoſtolicæ , iudicium Eccleſiæ Dei Catholicæ.* Denique Imperator non ſibi ſumpſit cauſam hæreſeos cognoſcendam (vt hodie apud Proteſtantes , & potiſsimùm in Anglia fit)ſed Apoſtolicæ Sedis & Eccleſiæ Dei iudicium *audiuit, & ſecutus eſt.*

Contro-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
416	42. Zozimus Cappadox, an.2.m.4.d.7.	Honorius.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Eccleſia prior diſſecta.

l In Africa, ſicut & in cæteris Prouincijs, vna erat Eccleſia, antequàm diuideretur ab ordinatoribus Maiorini. Optat. li.1. Sic in Germania, Anglia, & Gallijs, vna erat Eccleſia, antequàm diuideretur à Luthero, Zuinglio, Henrico Octauo, Caluino, & Beza.

De Canticis Eccleſiaſticis.

m Donatiſtæ reprehendebant Catholicos, quòd diuina Cantica Prophetarũ in Eccleſia pſallerent. Auguſtin. in Epiſt.119. cap.18. Eodem modo Proteſtantes reprehendunt Catholicorum pſallendi morẽ & inſtitutũ.

92. De Collyridianis.

a Collyridiani (apud Epiphan. hær.79.) in Arabia Collyridem ſeu panem offerebant in nomen Mariæ: & cæteri de eo pane participabant.

De muliebri Præfectura in rebus ſacris.

b Et hoc ſacrificium per mulieres fiebat. Epiph. ibid. Porrò noſtris temporibus in Anglia vidimus mulierem Caluiniſtã non quidem ſacrificantem, ſed tamen quod plus eſt, & Sacerdoti, & Prædicatori palàm in rebus Sacris dominantem. Elizabetha enim, neſcio vtrùm Lutherana, an Zuingliana quoad ſectam (quia vtriuſque ſectæ plures Pſeudoepiſcopos præfecit) occupato Angliæ regno, præcepit venerandæ memoriæ Carlioleñ Epiſcopo ad altare iam conſtituto (cùm adhuc Religio Catholica non eſſet abrogata) vt in ſua Miſſa non eleuaret corpus Domini. An hoc non eſt Sacrificio præciſſo? cui ille reſpondit, *Eccleſiam*

Doctores Catholici, & Cuſtodes Maiorum Eccleſiæ.

l Optatus li.1. *Videndum eſt, quis in radice cũ toto orbe manſerit, quis foras exierit, quis Cathedrã ſederit alteram, quæ ante nõ fuerat, quis altare contra altare erexerit, quis ordinationẽ fecerit, ſaluo altero ordinato* .i. dum viueret alter, qui prius fuiſſet ibidẽ canonicè ordinatus. Hæ oẽs notæ in Lutheranos cadũt, qui foras exierunt, & Superintendentes ordinârunt, vbi prius Catholici Epiſcopi erant, cùm interim reliqui Catholici in radice cum toto orbe manſerint.

m Auguſt. Epiſt.119. cap.18. *Etiam de Scripturis defendi poteſt illud de Hymnis & Pſalmis canẽdis, cùm & ipſius Domini, & Apoſtolorum habeamus documenta, & exempla, & præcepta de hac re tam vtilia.*

a Epiph. hær.78. *Sit Maria apud ſe ſancta Virgo, ſanctum vas: non conuenit colere ſanctos vltra decorum. Neque enim Deus eſt Maria, neque de cœlo corpus habet, ſed ex conceptione viri & mulieris: ſecundùm promiſſionem verò velut Iſaac diſpoſita.* Et in hær.79. *Honoro ſanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus.*

b Epiph. hær.79. *Deo ab æterno nullatenus mulier ſacrificauit, nec ipſa Eua. Deueniam & ad nouum Teſtamẽtum. Si mulieribus præceptum eſſet ſacrificare Deo, aut regulare quicquam operari in Eccleſia, oportebat magis ipſam Mariam Sacrificium perficere. At non complacuit. Electi ſunt Apoſtoli ſacrificantes per terram Euangeliũ, & ab Apoſtolis conſtitutæ ſunt ſucceſſiones Epiſcoporum & Presbyterorum in Domo Dei, & nuſquàm mulier inter hos conſtituta eſt. Fuerunt quatuor filiæ Philippi Euangeliſtæ prophetantes, non tamen ſacrificantes. Et eſt Diaconiſſarum ordo in Eccleſia, ſed nõ ad ſacrificandum, verùm vt quando nudatum fuerit corpus mulieris* (dũ baptizaretur, aut vngeretur oleo ſacro) *ne à viris ſacrificantibus conſpiciatur, ſed à miniſtrante muliere, cui præcipitur à Sacerdote, vt curam gerat ad tempus indigentis mulieris, in tempore denudationis corporis ipſius. Diaconiſſa enim indiguit Eccleſiaſticus ordo nuſquàm autem Presbyteras aut ſacrificulas conſtituit. Nam neq; Diaconis in Eccleſia concreditũ eſt, vt aliquod myſteriũ perficiãt, ſed ſolũ vt adminiſtrent, & exequantur commiſſa.* Hæc Epipha.

☙ *Controuerſiam, quæ inter Pontifices Romanos & Epiſcopos Africæ in Apiarij cauſa eſt agitata, non tam lædere, quàm adiuuare Pontificis Romani Primatum.*

Apiarius Siccenſis Epiſcopus, per Synodum Africanam abſtētus, ab Epiſcopo Romano petijt, vt Eccleſiæ ſuæ redderetur. Romanus Epiſcopus Fauſtinū Eccleſiæ Potētinæ in Prouincia Piceni Epiſcopū, & Presbyteros duos in Africam miſit cum tali Commonitorio, quod hæc quatuor capita cōplectebatur: *vnum, de appellationibus Epiſcoporum ad Romana Eccleſiæ Sacerdotem: Alterum, ne ad Comitatū Epiſcopi importunè nauigent: Tertium, de tractandis Presbyterorum & Diaconorum cauſis apud finitimos Epiſcopos, ſi à ſuis perperam excommunicati fuerint: Quartum, de Vrbano Epiſcopo excommunicando, vel etiam Romam euocando, niſi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret*. Hæc Pontifex Romanus.
244
Et Zozimus quidem Papa dixerat, in Concilio Nicæno firmatum fuiſſe, vt eſſet in poteſtate Epiſcopi Romani, vel cauſam Epiſcopi alicuius ad ſe prouocantis, ab alijs Epiſcopis cognoſcendam committere, vel è latere ſuo Presbyterum mittere, qui vnà cum Epiſcopis iudicaret, habens authoritatem eius, à quo deſtinatus eſſet. Sic enim tùm in Sardicenſi Concilio apertè ſcriptum extat, cap. 4. & 7. (vt antea ſub Iulio Papa expoſuimus) tùm prius in Nicæno, ſi non perſpicuè ſcriptum, at certè ex eo firmatum fuit, quòd antè idipſum in vſu extiterat. Etenim Fauſtinus in 6. Carthaginenſi Concilio, his verbis vſus fuiſſe legitur: *Iniuncta nobis ſunt à Sede Apoſtolica aliqua tractanda de Nicænis Canonibus, vt conſeruentur, & conſtitutio eorum* (aliâs, conſtituta) *& conſuetudo: quia aliqua ordine & Canone tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt*. Hucvſque Fauſtinus. Ac ſanè cùm in Canone 6. Nicæni Concilij, *mores antiqui obtinere iubeantur:* quicquid in more principalium Eccleſiarum antea poſitū erat, id à Nicæno Cōcilio rectè firmatum eſſe intelligitur, eoque magis, ſi de Eccleſia Romana agatur. Nam in Synodo Nicæna tantum *Eccleſiæ Romanæ moribus* defertur, vt ideo poteſtas Alexandrino Epiſcopo in AEgyptum, Lybiam, & Pentapolim cōcedatur, *quia Epiſcopus Romanus ita conſueuit*. Quæ cùm ita ſint, ſi quid in Eccleſia Romana receptum fuit ante Synodum Nicænam, id etiam in ipſa Synodo firmatum probatur per hæc ipſa eiuſdem Synodi verba, *Mores antiqui ſeruentur*. Et pòſt: *In alijs Prouincijs ſua priuilegia, ſuæ dignitates, & authoritates Eccleſijs ſeruentur*. Itaque Romanus Pontifex cùm de vſu Eccleſiæ ſuæ iam olim ſecurus fuerit, de authoritate etiā Nicænæ Synodi ſecurus extitit. Nam & Victor Papa Epiſcopos Aſiæ iudaizantes excōmunicauerat: & Cornelius Papa Epiſcopos Italiæ, qui Nouatiano manus impoſuerāt, depoſuerat: & D. Cyprianus Papam Stephanum hortatus fuerat, vt Martialem Epiſcopum Arelatēſem deponendum curaret: & Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus apud Dionyſium Romanum de hæreſi cauſam dixerat: & Milciade Papa cum Cæciliano Epiſcopo Carthaginenſi communicante, poterat Cæcilianus (teſte ipſo Auguſtino) *non curare communionem etiam ſeptuaginta Epiſcoporum Africæ, qui eum excommunicauerant:* quæ omnia ſuis temporibus & locis in hoc eodē libro abūdè ſunt iam antè explicata. Quapropter cùm Fauſtinus non tantùm Conſtitutionum, ſed etiam Conſuetudinis apud Nicæam approbatæ mentionem fecerit, hac ſaltem conſuetudinis authoritate ab omni vitio falſitatis Papa Zozimus immunis declaratur. Deinde Canon ſeptimus Concilij Sardicenſis, quem liquidò apparet à Fauſtino citatum fuiſſe, ita ſe habet: *Si Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint cōgregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint, ſi appellauerit qui deiectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri, ſi iuſtum putauerit, vt renouetur iudicium vel diſcuſſionis examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo Presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi, quid velit & quid æſtimet. Et ſi decreuerit, mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius authoritatem, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit, Epiſcopos ſufficere, vt negotio terminum imponant, faciet, quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.*

Iam ſi dicamus, Pontifices Romanos hunc ipſum Canonem, qui Sardicæ in Concilio Generali eſt deſcriptus, Nicænum appellaſſe: quid aliud erit, quàm nominis tantùm error, & non rei aut veritatis alicuius (quæ ad rem pertineat) ignoratio? Cùm enim (ſub Marci Papæ nomine) ſuperius declarauerim & Concilia multa, in ijſque etiam Africanum, & permultos Patres antiquos varia Capita ſub Concilij Nicæni appellatione laudaſſe, quæ inter viginti hos Nicæni Concilij Canones minimè extant: cur non æquè Zozimo in ea re ac alijs etiam Patribus falli & errare licuit, ſi errarunt illi, ac non potius verè plures quàm viginti Canones Nicææ ſunt conſtituti? Aut maioris fortè authoritatis ſunt Nicæni Canones, quam Sardicenſes? Videntur quidem fortè nonnullis, vt etiam Pentateuchus Moſis videbatur olim

Samari-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Innocentius	Idem Honorius.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

ſiam Dei non habere talem conſuetudinem. Præterea eadẽ mulier (abdicata iã Catholica religione) Alexandrũ Nowellũ è ſuggeſtu ad populum verba facientem coram omni populo reprehendit, velut à propoſito ſuo digreſſum, quò eum redire iuſsit. Eadem appellat ſe ſupremã Gubernatricem Eccleſiæ Anglicanæ. An hæc non ſunt perſimilia ijs, quæ ab Arabicis mulieribus olim fiebant?

93. De Heluidianis, ſeu Antidicomarianitis.

c Antidicomarianitæ (quos Heluidianos fuiſſe Auguſt. indicat hær. 84.) ſunt aduerſarij Mariæ Virginis, qui dicebant, Mariã, poſtquàm Chriſtum genuit, ipſi Ioſeph viro ſuo copulatam eſſe, & ex eo filios genuiſſe. Epi. hær. 78. Hieron. contra Heluid.

De Virginitatis dignitate.

d Heluidius etiam (vt author eſt Hieronymus in fine opuſculi, quod aduerſus eum ſcripſit) volebat eiuſdem eſſe gloriæ virgines & maritatas.

94. De Feliciano.

a Præter hæreſim Arianã, qua infectus erat, hoc de ſuo adiunxit, vt diceret: *Melior mihi ad docendum videtur hæc via, qua primùm fidei ratio ſine teſtimonijs redditur, pòſt, ratione conuicto, idem illud Scripturis reſpondentibus expolitur.* Apud Auguſtinum in Dialogo contra Felicianum.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Porrò vt hinc conſtat, ſacrificandi poteſtatem mulieribus negatam eſſe, ita ex eodem hoc loco manifeſtè conſtat, eãdem Presbyteris in nouo Teſtamento eſſe commiſſam: vt miranda ſit Proteſtantium impudentia, qui negant externum & publicum Eccleſiæ Chriſti Sacrificiũ.

c Epiph. hær. 78. *Si filij fuiſſent Mariæ, Chriſtus non tradidiſſet ipſam Ioanni, dicens: Ecce mater tua. Nunc autem id fecit propter virginitatem, & ab illa die accepit illam Ioannes ad ſeipſum.* Et pòſt: *Nuptiæ aliâs honeſtæ, à Prophetis & Pontificibus prohibentur propter maius miniſteriũ. Poſtquàm prophetauit Moyſes, non amplius vxori coniunctus eſt. Propheteſſa verò eſt Maria. Et Philippi filiæ prophetabãt propter virginitatem. Et Tecla cùm ſponſum haberet formoſiſsimum, Primariũ vrbis, incidit in S. Paulum, & à nuptijs exoluitur: quantò magis Maria contẽnit ſancta illa terrena, vt cœleſtium potens fiat?* Hiero. in lib. aduerſus Heluidium. *Inuocandus eſt Dominus Ieſus, vt ſacri ventris hoſpitium, cuius nouem menſibus inhabitator fuit, ab omni concubitus ſuſpicione tueatur. Ipſe quoque Deus Pater eſt imprecandus, vt Matrem filij ſui virginem oſtendat fuiſſe poſt partum, quæ fuit mater antequàm nupta.*

d Chryſoſt. in lib. de virginitate. *Bonũ eſt connubiũ. Eſt verò ob eã cauſam virginitas admirabilis, quæ eo, quod bonũ eſt, melior exiſtit: tantoq́ melior, quantò remigibus gubernator, quantò eſt militibus dux præſtantior: ac ſi libet, illud adiungam, tãtò nuptijs virginitatem præſtare, quantò cœlum terra, quantò hominibus Angeli antecellunt.*

Auguſt. in lib. de ſancta virginitate c. 1. *Iure diuino continentia connubio, & nuptijs pia virginitas anteponitur.*

a Auguſt. contra Felicianum de vnitate Trinitatis ad Optatum. *Quam rationem afferre potes, ſi partum prædicas Virginis: & ſepultos rediſſe oſtendas à mortuis? Si ergo horum & incomprehẽſibilis ratio, & veritas prompta eſt: facilius in negotijs fidei teſtimonijs creditur, quàm ratio inueſtigatur.*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
410		
	Idem Zozimus.	Idem Honorius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

93. De Vigilantij hæreſibus. De cælibatu Clericorum.

[a] Vigilantius impugnabat Cleri cœlibatum, adeò vt Epiſcopi ſceleris Vigilantij conſortes, non ordinarent Diaconos, niſi prius vxores duxiſſent. Hieronymus in libro aduerſus Vigilantium. Et hoc quidem illi faciebant more certarum Eccleſiarum Aſiæ & Græciæ, in quibus cùm poſt Sacros Ordines acceptos, vxorem ducere fas non eſſet, priùs ducebant, vt poſtea illius conſuetudine vti poſſent. Noſtri ergo Proteſtantes eatenus ſunt imitatores Vigilantij, vt velint etiam in Occidentali Eccleſia coniugatos fieri Presbyteros; eatenus verò peiores, quòd & Presbyteros poſtea quoq; vxorem accipere volunt, nec vnam modò, ſed & ſecundam, & tertiam, & nō minus viduam, quàm virginem. Quod nunquàm ante hæc tempora in Eccleſia eſt vel fando auditum.

Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.

[a] Ambroſius de officijs lib. 1. cap. 50. *Miniſtro Altari.* (futuro. nam de illius electione iam agit) *vna tantùm nec repetita permittitur copula. Inoffenſum autem exhibendum & immaculatum miniſterium, nec vlla coniugali coitu violandum cognoſcitis, qui alieni etiam ab ipſo conſortio cōiugali, ſacri miniſterij gratiā recepiſtis.* (Nota gratiam ſacri miniſterij, quia eſt aliquod Ordinis Sacramentum.) Idem Ambroſ. in 1. Timoth. cap. 3. *Nunc autem Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi a coniugio fœminæ abſtinere debent, quia neceſſe eſt eos quotidie præſto eſſe in Eccleſia. Omni enim hebdomada ſaltem bis offerendum eſt.*

Epiph. hær. 59. *Non ſuſcipit ſancta Dei prædicatio poſt Chriſti aduentum, Diaconum, & Presbyterū, & Epiſcopum, & Hypodiaconum liberos gignentem vnius vxoris virum, ſed eum, qui ſe ab vna cōtinuit, aut in viduitate vixit, maximè vbi ſynceri ſunt Canones Eccleſiaſtici.*

Hieronymus contra Vigilantium. *Iſti oſtendūt quàm ſanctè viuant, qui niſi prægnantes viderint vxores Clericorum, Chriſti Sacramenta non tribuūt.* Hîc obiter iterum annotarim, Sacramentum aliquod Ordinis iam olim creditū fuiſſe. Pergat D. Hieronymus. *Quid facient Orientis Eccleſiæ?* (id eſt, Antiochena & vicinæ.) *Quid Ægypti & Sedis Apoſtolicæ? quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes: aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt.*

Auguſt. de adulterinis cōiugijs lib. 2. c. 20. probās per exempla fœminarum, quæ viris abſentibus per plurimos annos continenter viuunt, continentiam non eſſe impoſſibilem, tandem ait: *Quando terremus homines, ne adulterinis cōiugijs hærendo, pereant in æternum, ſolemus eis proponere etiam continentiā Clericorum, qui plerumque ad eandem* (continentiæ) *ſarcinam ſubeundam capiuntur inuiti, eamq; ſuſceptam vſque ad debitum finem, Domino adiuuante, perducunt. Dicimus ergo eis: Quid ſi & vos ad hoc ſubeundū populorum violētia caperemini? Nónne ſuſceptum caſtè cuſtodiretis officium, repentè conuerſi ad impetrandas vires à Domino, de quibus nunquam antea cogitaſtis?* Nota quid ei faciendum ſit, qui poſt votum continentiæ tentatur.

pæ Marci planum feci) quæ hodie non reperiuntur in Canonibus Nicænæ Synodi. Veriſimillimum eſt, plura fuiſſe ab initio Nicænæ Synodi Capitula quàm viginti. Poterat etiam fieri, vt Patres antiqui hoc in more habuerint, vt quicquid ab vlla Synodo antiqua, quæ cum Nicæna conſentiret, ſtatutum aut vbique receptum fuerat, id Nicænæ Synodi Canonem appellarent. Vt vt ſit, iam manifeſtè cernitur, quid inter Catholicam fidem, & Proteſtantium hæreſim interſit. Illi miſcent cœlum terræ, quia in nomine tantùm Concilij ſit erratum, ſi tamen vel in eo eſt erratum. Pro Sardicenſi enim Concilio poſitum eſt Concilium Nicænum, cùm fortè in vtroque olim ita fuerit conſtitutum. Sed demus, in Nicæno prorſus non fuiſſe hoc ſcriptum: tamen in Sardicenſi extat. Hoc autem perinde eſt, ac ſi quod eſt in Matthæo, quiſquam velut in Marco Euãgeliſta cõſcriptum proferat. O nefarium ſcelus, ô inſignem Falſatorem! Perinde quaſi de nomine authoris multum referat, quoties de re ipſa conſtat. Verùm ex altera parte cùm Proteſtantes in re tota errent, nec tantùm negent, in Concilio Nicæno perſcriptum eſſe, *vt Papa è latere ſuo Presbyterum mittat, qui vnà cum Epiſcopis Prouinciæ cognoſcat cauſam eius, qui à Synodo, in qua damnatus erat, prouocauit:* verùm etiamſi concedant, hoc in Sardicenſi Concilio ſcriptum eſſe: tamen hoc ita debere fieri, prorſus negant; & ita non in verbo errant, ſed in Spiritum ſanctum peccant, negantes id obſeruandum eſſe, quod ſtatutum fuiſſe nec ipſi negant.

Si ergo tantum eſt ſcelus Catholici hominis, qui ſolius nominis errore decipitur: qualis eſt illorum damnatio, qui & errant in rebus permultis, & permultas, in quibus non errant, tamen ſcientes ac prudentes condemnant? Sed illorum audacia prætermiſſa, reuertamur ad Africanos Patres, qui nunquàm hoc animo erant, vt quod in Generali Concilio ſtatutũ fuiſſe intelligerent, deſpecturi eſſent. Ac præcipuè hoc de ſanctiſsimo viro Auguſtino affirmârim, qui poſt Canonem de inferioribus Clericis cita-
246 tum: *Et hoc nos* (inquit) *ſeruaturos profitemur, ſalua diligentiore inquiſitione Concilij Nicæni.* Nónne hìc perſpicuè apparet, Auguſtinum ſenſiſſe, quòd Epiſcopi Africani vellent quidem & illa ſeruare, quæ in Sardicẽſi Concilio decernerentur, ſi talia ibi ſtatuta fuiſſe cognouiſſent? Sed quoniam mentio facta eſt Nicæni Concilij, cupere ſe ait, vt diligenter inquiratur, quid ibi ſit definitum. Ac fateor, tunc fuiſſe prolatum Canonem Sardicenſis Concilij decimum ſeptimum, qui ſtatuebat de Clericorum inferioris ordinis appellationibus. Verùm quis non videt, eiuſdem neceſſariò poteſtatis & roboris fuiſſe Sardicenſis Concilij Canonem ſeptimum, cuius fuit decimus ſeptimus? Qui ergo ſe promittit ſeruaturũ Canonem decimum ſeptimum Concilij Sardicenſis, in quo de Clericis minorum Ordinum decernebatur: obſeruabit profectò & ſeptimum Canonem eiuſdem Concilij, in quo ſtatutũ erat, *vt Epiſcopus à Concilio condemnatus poſſet Romanum Pontificem appellare, atque eius opera, ſi paſſus iniuriam fuiſſet, in integrum reſtitui.* Quid quòd ex eiuſdem Synodi fragmentis apparet, Auguſtinum voluiſſe rem de minoribus Clericis ad Pontificis Romani arbitrium referri? Neque verò tam breuiter putandum eſt vnumquemque locutum eſſe, ac res ibi narratur, cùm ſingula vix inter ſe cohæreant. Leguntur autem in illo ſexto Carthaginienſi Concilo hæc verba, ſub perſona Fauſtini: *Ad ſanctum & venerabilem Eccleſiæ Romanæ Bonifacium Epiſcopum, veſtra ſcribere dignetur Sanctitas, vt & ipſe, quod S. Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt, deli-*
247 *berare poßit, vtrùm nam & hoc concedendum ſit, an reſcindendum, hoc eſt, de appellationibus inferioris gradus?* Vnde apparet, Auguſtinum ſtatuiſſe, vt iſta res de appellationibus inferioris gradus *ad Pontificem Romanum referretur.*

Non ergo (vt ſomniant, aut potius calumniantur Magdeburgenſes) omnes Africani Patres oppoſuerunt ſe Pontifici Romano, ſed potius multi cupiebant, rem ad ipſum referri. Et hoc quidem planius euaderet, ſi omnes totius rei actiones extarent. Quamuis enim Aurelius Carthaginienſis Archiepiſcopus totius Africæ Primas iniquior Pontifici Romano fuiſſe videatur, idque vt ſuum fortè honorem tueretur, neminemque ſuperiorem ſeipſo in cauſis morum ac diſciplinæ agnoſceret: tamen multa ſunt ſigna, ex quibus apparet, & alios aliter fuiſſe affectos, & ipſum non idem in cauſis fidei ſenſiſſe. Nam (vt antea pleniſsimè docui) quæ decreuerant de fide Africani Epiſcopi, vno conſenſu ad Sedem Apoſtolicam miſerunt, *vt Apoſtolicæ authoritatis robur illorum Decretis adderetur.* Prætetea mortuo iam & Zozimo & Bonifacio, ad Cœleſtinum Papam ita ſcripſerunt: *Præfato debitæ ſalutationis officio impen-*
248 *diò deprecamur, vt deinceps ad veſtras aures hinc venientes non facilius admittatis.* Timidè igitur ſcribunt, vt ad eũ, cuius multò maiorem eſſe authoritatem, quàm ipſorum foret, non ignorabant. Et ideo precantur, non quidem vt penitus non admittat eos, qui ex Africa venirent, ſed vt *facilius non admittat.* Cæterum ſi de Presbyteris agitur, ne Pontifex quidem Romanus iã poſtulat, vt cauſa extra Prouinciã Africæ cognoſcatur, ſed tantùm à vicinis Epiſcopis. Sin de Epiſcopo agatur, iam nec Africani Epiſcopi (ſaltẽ qui ex illis doctiores & grauiores erant) eam cognitionem (ſi ritè appellatum eſſet) Apoſtolicis Eccleſijs (quarum prima erat Romana) denegabant. Vnde Auguſtinus in Epiſt. 162. affirmat, Cæcilianum *paratum fuiſſe cauſam dicere apud cæteras Eccleſias extra Africam. Neq; enim* (inquit) *de Presbyteris, aut Diaconis,*

aut infe-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
410		
	Idem Zozimus.	Idem Honorius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Reliquiarum veneratione.

b Reprehendebat venerationem, quam Catholici Martyribus & eorũ reliquijs exhibebãt, quas ab eis adorari mentiebatur.

De cereorum vſu in Eccleſia.

c Reprehendebat, quòd Sole adhuc fulgẽte Catholici moles cæreorum ad memorias Martyrum accendebant. Hoc & Lutherani & Caluiniſtæ in nobis reprehendunt.

De Vigilijs.

d Vigilias volebat eſſe non frequẽtes, verùm proprias Feſti Paſchatis. Noſtri Proteſtantes nec in Paſchate Vigilias approbant.

De Miraculis.

e Dicebat, ſigna & virtutes, quæ in Baſilicis martyrum fiunt, incredulis prodeſſe, non credentibus. Irrident etiam Proteſtantes eiuſmodi ſigna.

De Sanctorum inuocatione.

f Dicebat, Apoſtolorũ & Martyrum animas non poſſe ſuis tumulis & vbi voluerint adeſſe præſentes. Hoc idem dicunt & Proteſtantes.

g Nul-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.*

b Hieronymus ibidem. *Quis aliquando Martyres adorauit? Quis hominem putauit Deum? Dolet Vigilantius, Martyrũ reliquias pretioſo operiri velamine. Ergo ſacrilegus fuit Cõſtantinus Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei trãſtulit Cõſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt. Sacrilegus & nũc Arcadius, qui oſſa B. Samuelis longo poſt tempore de Iudæa tranſtulit in Thraciam. Omnes Epiſcopi non ſolùm ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi, qui cineres diſſolutos, in ſerico & vaſe aureo portauerunt. Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquijs, & tanta lætitia, quaſi præſentẽ viuentẽq; Prophetam cernerent, ſuſceperunt, vt de Paleſtina vſq; Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem vna voce reſonarent. Male ergo facit Romanus Pontifex, qui ſuper mortuorũ hominum Petri & Pauli ſecũdum nos oſſa venerãda, ſecundùm te vilem puluiſculũ, offert Domino Sacrificia, & tumulos eorũ Chriſti arbitratur altaria.*

Auguſt. Epiſt 103. *Reliquias B. Martyris Stephani nõ ignorat Sanctitas veſtra (ſicut & nos fecimus) quàm conuenienter honorare debeatis.*

c Hieron. ibid. *Si aliqui ſecularium hominum zelũ Dei habentes, nõ ſecundùm ſcientiã, cæreos claro luce pro honore Martyrum accendũt, ſecundùm fidem ſuam habent mercedem. Et abſq; Martyrum reliquijs per totas Orientis Eccleſias, quãdo legendum eſt Euangelium, accenduntur luminaria ad ſignum lætitiæ demonſtrandum*

d Hierony. ibid. *Ergo & die Dominico nõ ſunt Chriſto offerẽda Sacrificia, ne reſurrectionis Domini crebrò Paſcha celebremus. Quod ſemel feciſſe bonũ eſt, non poteſt malum eſſe, ſi frequenter fiat.*

e Hiero. ibid. *Non iã quæritur, quibus fiant, ſed qua virtute fiant. Sentio quid timeas. Spiritus iſte immundus, qui hæc te cogit ſcribere, ſæpe hoc viliſſimo tortus eſt puluere, imò hodieq; torquetur.*

f Hieron. ibid. *Tu Deo leges pones? Tu Apoſtolis vincula inijcies, ne ſint cum Domino ſuo? De quibus ſcriptum eſt: Sequuntur agnũ quocunq; vadit. Si agnus vbiq;: ergo & hi, qui cum agno ſunt, vbiq; eſſe credendi ſunt.* Non quidẽ per ſeipſos (vt nõnulli verba Hieronymi calumnioſè interpretantur) ſed per hoc, quòd cũ agno ſunt, qui per ſuam Diuinitatem vbique eſt.

g Ambr.

aut inferioris ordinis Clericis, ſed de Collegis (id eſt, de Coëpiſcopis) *agebatur, qui poſſunt aliorū Collegarum iudicia, præſertim Apoſtolicarum Eccleſiarum, cauſam ſuam integram reſeruare.* Ecce Africanus Epiſcopus dicit, quòd *Epiſcopi poſſunt reſeruare cauſam ſuam iudicio Coëpiſcoporum, & præſertim iudicio Apoſtolicarū Eccleſiarum.* Atque idem Auguſtinus in eadem Epiſt. dicit, *in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguiſſe Principatum.* Et poſtea: *Cecilianus videbat, apud Eccleſiam tranſmarinam incorruptum & integram examen ſuæ cauſæ remanere.* Inſigniter animaduertendum eſt, quòd Auguſtin. diſtinguit inter Presbyteros & Clericos inferiores, atque Epiſcopos. Itaque omnibus inter ſe collatis, id certum eſt, Patres Africanos in ſexto Carthaginenſi Concilio, vt pro iure ſuarum Eccleſiarum enixè contendiſſe, ita nihil minus quàm negaſſe Primatum Romani Pontificis.

i. Nam primùm Acta ſuarum Synodorum in cauſis fidei ad Sedem Apoſtolicam confirmanda miſerūt.

ij. Deinde parati erant, Papæ legationem in Epiſcoporum etiam iudicijs admittere, ſi hoc in vlla Synodo ſtatutum reperiſſent. Nec Aduerſarij negare poſſunt, hoc ipſum in Sardicenſi Concilio & antea ſtatutum fuiſſe, & adhuc in libris tam Græcorum, quàm Latinorum, atque adeo in ipſis Magdeburgenſium Centurijs extare.

iij. Tum autem Epiſcopos Africæ extra Africam apud Sedes Apoſtolicas iudicari poſſe, Auguſtinus docet, atque ex omnibus Apoſtolicis Sedibus Principatum Apoſtolicæ Cathedræ in Romana Eccleſia ſemper viguiſſe, affirmat in Epiſt. 162.

iiij. Adde his mores antiquos in Synodo Nicæna confirmatos, & priuilegia Eccleſijs conſeruata, cùm certiſsimum ſit, moris fuiſſe, vt Pontifex Romanus etiam ante Concilium Nicænum haberetur in Eccleſia ſummus Iudex, vti varijs exemplis antè eſt demonſtratum.

v. Poſtremò, ſi Patres Africani potuiſſent ea mente fuiſſe (quod nunquàm exiſtimauerim) vt aliquam ſui Primatus partem Romano Pontifici auferri voluiſſent: tamen ne hoc quidem tam ad Apoſtolicæ Cathedræ, quàm ad Africanæ Eccleſiæ infamiam valere deberet. Nam Romana fides ita per hos mille
249 quingentos annos floruit, vt *portæ inferi*, hoc eſt, hæreſes aut ſchiſmata nunquàm contra eam præualuerint: cùm interim Africana Eccleſia breui poſt illud ſextum Carthaginenſe Concilium & à Vandalis deformata ac penè extincta ſit: & per hos annos ferè ſeptingentos Catholica fides à Saracenis ita fuerit ex vniuerſæ Africæ finibus eiecta, vt vix nomen Eccleſiæ Catholicæ illic ſit per aliquot ſecula vel fando auditum. Ac de his quidem hæc ſunt ſatis.

250 Auguſtinus contra duas Epiſtolas Pelagianorum lib. 1. cap. 1. ad Bonifacium. *Non dedignaris, quamuis altius præſideas, eſſe amicus humilium.* Et pòſt. *Specula Paſtoralis cōmunis eſt omnibus nobis, qui fungimur Epiſcopatus officio, quamuis ipſe in ea præemineas celſiore faſtigio.* Et iterum. *Hæc ergo, quæ duabus Epiſtolis*
251 (Pelagianorū) *iſta diſputatione reſpondeo, ad tuā potiſsimùm dirigere Sanctitatē, non tam diſcēda, quàm examinanda, & vbi forſitan aliquid diſplicuerit, emendanda conſtitui.* Romani ergo Pontificis eſt, examinare etiam doctiſsimorum ſcripta.

Auguſtinus in Pſalmo, quem fecit contra partem Donati, qui habetur in initio Tomi 7. *Venite, fra-*
252 *tres, ſi vultis, vt inſeramini in vite. Dolor eſt, cùm vos videmus præciſos ita iacere. Numerate Sacerdotes vel ab ipſa Petri Sede: & in ordine illo Patrum quis cui ſucceſsit, videte. Ipſa eſt Petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ.* Ecce Succeſsio Pontificum Romanorum Petra Eccleſiæ eſt.

253 Gregorius Turonenſis Hiſtor. Lib. 2. non longè à principio. *Briccius Diui Martini apud Turonas ſucceſſor, cùm triceſima tertia ordinationis ſuæ anno per tumultum populi ex Eccleſia ſua eijceretur, Romana vrbis Papam expetijt, & ad Sedem Apoſtolicam reſidens, plerumque Miſſarum ſolennia celebrans, inibi quicquid in Sanctum Dei* (Martinum) *deliquerat, deflenda diluit. Septimo igitur regreſſus anno à Roma, cum authoritate Papæ illius, Turonas redire diſponit, & tandem* (duobus iam, qui in eius locum ſuffecti erant, defunctis) *in locum ſuum regreſſus eſt.*

254 Arnobius Afer (non ille, qui diſputationum libros aduerſus gentes edidit, ſed alius, qui ſub Auguſtini ætate vixit) in Pſalm. 106. *Petrus in deſerta huius ſeculi perambulans quouſque perueniret ad Romam, prædicauit Baptiſmum Ieſu Chriſti, in quo vniuerſa flumina benedicuntur vſque hodie à Petro. Ipſe poſuit exitus aquarum in ſitim, ita vt qui exierit foras ab Eccleſia Petri, ſiti pereat.*

255 Incertus author huius (vt puto ætatis) ita ſcribit, vt videre licet apud Hieronymū Tom. 4. de Virginitatis laude. *Romana Eccleſia ſine dubio, Apoſtolica, cuius Sedē apprimè, ſpiritu animata,* & quæ ſequuntur.

256 Proſper in lib. contra Collatorem, cap. 41. *Sanctæ memoriæ Papa Bonifacius, contra inimicos gratiæ Dei, non ſolum Apoſtolicis, ſed etiam Regijs vtebatur Edictis.*

Beda

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	Idem Innocentius.	Idem Honorius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

g Nullius mortui orationẽ pro alio exaudiri dicebat. Et hodie Proteſtãtes cum Vigilãtio, Sanctos cum Chriſto viuentes appellant mortuos, negantq́ue illos audire preces noſtras.

De Eleemoſynis in loca pia.

h Prohibebat Hieroſolymã in vſus Sanctorum aliqua ſumptuũ ſolatia dirigi. Eodẽ modo Proteſtantes ægrè ferunt, quòd Sanctis, qui iam Hieroſolymis & in monte Syna degũt, vel vllis etiã alijs, qui ſæculo renunciârunt, eleemoſyna detur.

De voto paupertatis.

i Dicebat eos melius facere, qui vtuntur rebus ſuis, & paulatim earũ fructus pauperibus diuidunt, quàm eos, qui poſſeſsionibus venundatis ſemel omnia largiũtur. Hoc idem hodie Proteſtantes dicunt ac docent.

De voto Religionis.

k Deterrebat Monachos à ſuo ſtudio, dicens: Si omnes ſe clauſerint, & fuerint in ſolitudine: quis celebrabit Eccleſias, quis ſeculares homines lucrifaciet? Hodie Proteſtãtes nullum omnino ſe claudere in monaſterio, aut in ſolitudine religioſius colendi Deum cauſa, fugere volũt.

96. De Libris Canonicis.

a Inter innominatas hæreſes Philaſtrius numerat & illas, quæ reprobârunt quaſdam Canonicas Scripturas, vt Salomonis Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum, in quibus putant Salomonẽ de amore concubinarum ſuarũ egiſſe. Quam hæreſim Lutherus ex par-

❧ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

g Ambroſ. in lib. de Viduis. *Obſecrandi ſunt Angeli pro nobis, obſecrandi Martyres. Iſti ſunt noſtri Præſules, ſpeculatores vitæ actuumq́; noſtrorum.* Hieronym. ibidem. *Si Apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc eſſe debent ſolliciti: quantò magis poſt coronas? aut poſtquàm cum Chriſto eſſe cœperint, minus valebunt? Deniq; Sancti non appellantur mortui, ſed dormientes.*

h Hieron. ibidem. *Paulus in cunctis penè Epiſtolis ſuis præcepit Eccleſiis gentium per vnam ſabbati, hoc eſt, in die Dominico omnes conferre debere, quæ Hieroſolymam in Sanctorum ſolatia dirigantur. Alijs quidem diuidere poterat, quæ accepiſſet. Sed ſanctorum locorum pauperibus dare cupiebat, qui ſuas pro Chriſto facultates relinquentes, ad Domini ſeruitutem tota mente conuerſi ſunt. In ſanctis pauperibus beatitudo eſt intelligentiæ, vt ei tribuat, qui erubeſcit accipere, metens carnalia, & ſeminans ſpiritalia.*

i Hieron. ibidem. *Non à me eis, ſed à Domino reſpondebitur. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. Iſte quem tu laudas, ſecundus, & tertius gradus eſt.*

k Hieron. ibidẽ. *Vtinam hoc omnes eſſent, quod pauci ſunt. Idcirco vrbium frequẽtias declinamus, ne facere cõpellamur, quæ nos nõ tam natura cogit facere, quàm voluntas. Monachus nõ Doctoris, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe, vel mundum lugeat, & Domini pauidus præſtoletur aduentum.* Auctores huius dictatiunculæ D. Hieronymi, præter Siſinnium, ſancti Presbyteri Riparius & Deſiderius fuerunt, qui parochias ſuas vicinia Vigilantij ſcripſerunt eſſe maculatas.

a Librum Eccleſiaſtes, & Cantica Canticorum, præter omnem antiquitatis traditionem in Canone hoc ſæculo numerat Innocentius Papa in Epiſt. ad Exuperium Tholoſanum Epiſcop. cap. 7. Vbi quinque Libros ſacros Salomoni attribuit. Idem facit Synodus tertia Carthaginenſis cap. 47. Itemq́ue Auguſtinus lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 8. & Hieronymus in Prologo Galeato tres Libros Salomoni aſsignat. Denique totus Canon Scripturarum habetur

Beda in Eccleſiaſtica Hiſtoria gentis Anglorum,lib.3.cap 4.Auſtrales Picti,qui intra arduaatq; hor-
rentia montium Scotiæ iuga habent ſedes,multò tempore ante Imperium Iuſtini iunioris, *relicto errore*
257 *idololatriæ,fidem veritatis acceperant,prædicante eis verbum Nynia Epiſcopo reuerendiſſimo & ſanctiſſimo vi-*
ro de natione Britonum,qui erat Romæ regulariter fidem & Myſterio veritatis edoctus.

Socrates lib.7.cap.35.*Perigenes Eccleſiæ Patrenſis deſignatus fuit Epiſcopus,quem vbi populus illius vrbis*
258 *repudiauerat,Epiſcopus Romanus mandauit,vt Epiſcopo Corinthy Metropolis iam mortuo, in Sede Epiſcopali*
illius vrbis collocaretur cui Eccleſiæ reliquo vitæ ſpatio præfuit. Quàm perſpicuum hinc fit,Epiſcopum Ro-
manum habuiſſe poteſtatem etiam in Primarias Græcorum Eccleſias?

259 Socrates lib.7.cap.39.& 40. Cœleſtinus Epiſcopus Romanus Cyrillum Alexandriæ , Ioannem An-
tiochiæ, Rufum Theſſalonicæ Epiſcopum edocuit, vnius Ciuitatis Epiſcopū ad alterum transferri poſ-
ſe,cuius Decreti authoritate Proclus deſignatus Epiſcopus Cyzici ſedem Conſtantinopolitanam ob-
tinuit.

Proſper in Chronicis: *Neſtorianæ impietati præcipue Cyrilli Alexandrini Epiſcopi induſtria & Papæ Cæ-*
260 *leſtini repugnat authoritas.* Vtcunque igitur alij laudentur ob induſtriam , certè *auctoritas præcipua eſt in*
Romano Pontifice : nam alioqui nec Cyrillo ſua defuit auctoritas, cùm fuerit ſecundus Patriarcha. Sed
multum intereſt,vtrum quis primus in Eccleſia ſit, an ſecundus, cùm magnus honor Epiſcopo ſecundi
loci accedat,ſi locum primi ad tempus aliquod poſſit gerere.

261 Euagrius lib.1.ca.4.*Epiſcopi conuenientes Epheſi, Neſtoriū acceſſunt,Cyrillo obtinēte locū Cæleſtini antiquæ*
Romæ Epiſcopi. Vtique ſi par Cœleſtino fuiſſet Cyrillus,nūquam ſe vſque eò demiſiſſet,vt eius vices ge-
reret. Ipſa verò Epiſtola Cœleſtini Pontificis Romani ad Cyrillum Alexandriæ Epiſcopum miſſa, in
qua vices ſuas ei committit , extat in operum Cyrilli Tomo 4.Quam ex Græca lingua in Latinam con-
uertit Ioannes Clemens Anglus, vir optimus,& præter accuratam linguarum ſcientiam,artis medicæ
integerrimus Profeſſor.Partem igitur extremam Epiſtolæ Cœleſtini ex Ioannis Clementis tranſlatione
(quòd ea tranſlatio mihi purior videbatur)adſcripſi.

262 *Quòd ſi Neſtorius in inceptis perſiſtat, dilucida in eum feratur ſententia.Vulnus enim eiuſmodi excidendū,*
quippe quod non vni ſolùm membro damnum,ſed compagi corporis Eccleſiæ vniuerſæ plagā infligit.Nam quor-
ſum cum ijs,qui inter ſe mutuò conſentiunt,verſatur is,qui ſolus ſibi videtur rectè ſapere,à noſtraq́ diſſentit fide?
263 *Proinde noſtra ſe ſciant in communione manere ij omnes, quos ille ſibi repugnantes, communione (vt putabat*
ipſe) priuauit,intelligantq́,noſtra eum communione ſinu non poſſe,ſi conſtitutioni aduerſatus Apoſtolicæ, in hac
264 *peruerſitatis via permanſerit* Igitur *adiuncto tibi noſtræ Sedis authoritate,ipſe qui vice noſtra poteſtateq́ funge-*
ris,ſententiam hanc ſummo ſeueritate pronunciabis,vt ni intra decem ab hac admonitione dies,prauas ſuas cō-
ciones confeſſione mādata literis execretur, confirmétque ſe eam de Chriſti,Deiq́ noſtri ortu fidem tenere, quam
tùm Romana Eccleſia,tùm Sanctitas tua, tùm etiam Catholica Religio prædicat : tu Eccleſiæ ipſius curam,proui-
265 *dentiamq́ ſuſcipias,diſcatq́ ſe omnibus modis noſtro cœtu pellendum,qui ne medentium quidem auxilium ad-*
mittere voluit,ſed indeſinenter ad ſuam perniciem , eorumq́ omnium, qui illi commiſſi ſunt,proterue, ac velut
peſtifer morbus procurrere properat,de Eccleſiæ corpore profligatus . Hæc Cœleſtinus.

Cyrillus præterea in Epiſtola, quam ſcribit ad Presbyteros & populum Conſtantinopolitanum , de
266 hac eadem re tale teſtimonium dicit: *Niſi Neſtorius ad terminum à ſanctiſſimo Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo*
Cæleſtino præfixum,nouis ſuis dogmatibus abſtineat,& ſcripto anathemate deteſtetur , quæ apud vos & locutus
eſt,& libellis inſeruit,ſiue vt insererentur,ſubornauit: nihil cum Sacerdotibus Dei habiturus commercij ,ſed
omninofuturus eſt alienus.

Cyril-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
416	42. S. Zoſimus.	Honorius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

ex parte, Caſtalion autem ex toto videtur amplexus. Omnes verò Proteſtantes fidem abrogant libris quibuſdam Canonicis, vt Machabæorum, &c.

97. De Septuaginta duobus Interpretibus.

[b] Idem Philaſtrius inter hæreticos cenſet eos, qui Aquilæ Symmachi Theodotionis, aut cuiuſcunq; alterius tranſlationē ſacrorū Codicū ex lingua Hebræa ei tranſlationi præfert, quā Septuaginta duo Interpretes olim ediderunt, quam tamen Proteſtātes hodie contemnunt.

98. De Fortunati, Fauſti, Felicis, Secundini, & aliorum huius tēporis Manichæorum hæreſibus.

De anima.

[a] Manichæi dicebant, animam eſſe Dei ſubſtantiam.

De Iuſtificatione & libero arbitrio.

[b] Aīa à cōtraria natura cogitur delinquere. *nam prudentia carnis inimica eſt Deo, nec ſubijci poteſt eius legi.* patet ergo quòd aīa peccare videtur, non ſua ſponte, ſed quoniā à tenebrarum gēte ad id cogitur. § Hīc videmus, quo fundamento Manichæi negēt hominis liberū arbitriū. Proteſtantes verò eatenus cū Manichæis cōſentiūt, vt dicāt, nos cogi grauiter peccare etiam poſt iuſtificationem: idq; *quoniā prudentia carnis legi Dei nō poteſt ſubijci.* Nā eò torquēt Apoſtolica illa verba non ſecus ac Manichæi.

De Serpente.

[c] Augu. lib. 1 cōt. Fauſtū. Manichæi ſolent laudare Serpentem, quòd per ſuum conſilium oculos homini aperuit.

De

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

betur & in illis locis, & in traditione Maiorum, & in obſeruatione Eccleſiaſtica. Vt meritò hæretici habēdi ſint, qui nūc aut Machabæorū, aut quoſcunq; eiuſmodi libros à Canone repellūt.

[b] Chryſoſtomus Homil. 5. in Matthæum. *Ad faciendam veræ tranſlationis fidem, omnibus aliis iure Septuaginta interpretes ſunt digniores.* Augu. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 43. *Eam trāſlationē, quæ Septuaginta eſt, tanquam ſola eſſet, ſic recepit Eccleſia: ſpiritus autē, qui in Prophetis erat, etiam in 70. viris erat, qui & prætermittere aliquid & addere potuit authoritate Diuina.* Nec D. Hieronymus vnquam negauit, 70. Interpretes fuiſſe Prophetas, licet eos negauerit iuxta literā omnia tranſtuliſſe. At nunc Proteſtantes pro verbo Dei non habēt, quicquid Teſtamēti veteris in Hebræorum Codicibus hodie non legitur.

Cōfutationes hæreſum dictarū ex ſolis D. Auguſtini libris ſumentur, vt nō ſit neceſſe illius nomen ſæpius repetere.

[a] Auguſt. in lib. cont. Fortunatū. *Animā videmus & peccatricē eſſe, & in ærūna verſari, & veritatē quærere, & liberatore indigere, quæ mutatio oſtēdit, quod nō ſit Dei ſubſtantia, quæ nec errat, nec corrumpitur. Anima quidē à Deo facta eſt de nihilo, quia omnipotens nō quærit adiuuari aliqua materia, ſed quod Deus fecit, non poteſt eſſe æquale illi qui fecit.*

[b] Auguſt. ibid. *Qui cogitur neceſſitate aliquid facere, nō peccat. Qui autē peccat, libero arbitrio peccat. Quod niſi Deus dediſſet, nec iudiciū puniendi, nec meritū rectè faciendi, nec præceptū de peccatis pœnitēdi, nec indulgētia peccatorū eſſe poſſet. Poſtq̄ autē primus homo libera voluntate peccauit, poſteri eius in neceſſitatem præcipitati ſunt. Cōſuetudo autem mala, quæ fit in carne, appellatur prudentia carnis, quæ legi Dei ſubijci nō poteſt, quādiu carnis prudētia eſt: vt neq; nix, quādiu nix eſt, calida eſſe poteſt. Sed vt nix calefacta deſinit nix eſſe: ſic Deus, cùm fuerit mens noſtra illuminata, pro mala animæ conſuetudine facit conſuetudinem bonam. Cùm autem gratia Dei amorem nobis diuinum inſpirauerit, liberās nos à lege peccati & mortis, ab iſta lege liberamur, cùm iuſti eſſe cœperimus.*

[c] Idem lib 1. cap. 3. *Puta iuſtum eſſe, vt ſerpentem illum à vobis laudatum, agnoſcas parentem tuum.*

Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus cùm in Epiſt. 18. ad Cœleſtinum Epiſcopum Romanum, ordinem
hæreſeos à Neſtorio promulgatæ, ac pertinaciam eius expoſuiſſet, quodq́; Epiſcopi multi, tùm in Orien-
te, tùm in Macedonia hæreſi eius infici cœpiſſent, declaraſſet: demùm ita concludit:
267 *Veruntamen ipſi ab illius communione cum fiducia nos non eximimus, donec iſta Pietati tuæ cõmunicemus.*
Quapropter quid videatur, exprimere dignáre, an aliquando debeamus illi communicare, aut in poſterum confi-
denter edicere, quòd talia & ſentienti, & docenti nemo noſtrûm communicet. Scopum verò Integritatis tuæ per-
ſpicuum oportebit fieri per literas etiam religioſiſſimis, qui per Macedoniam ſunt, Epiſcopis, & ſimul omnibus per
Orientem. Hæc Cyrillus.

§. Quàm perſpicuè autem docet, Caput Eccleſiaſticæ cõmunionis Pontificem Romanum eſſe? Nam
nec à Neſtorij tã impij hominis & pertinacis hæretici cõmunione auſus eſt prorſus ac ſine vlla cuncta-
tione abſtinere, donec ſciret, quid Sedi Apoſtolicæ videretur.
268 Cyrillus in Epiſt. 13. ad Ioannem Patriarcham Antiochenum. *Neſtorius Romanorum quoque aures*
corripere ſe & occupare poſſe arbitratur. Scripſit enim enormia quadam, congerens in Epiſtola prolixa ad Domi-
num meum pientiſſimum Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum Cæleſtinum, & ſcriptis etiam ſuis hoc inſeruit cõtra eos,
qui à ſe diuerſo ſentiunt, quòd non horreſcant, cùm S. Virginem Deiparam eſſe dicunt. Deinde & quaterniones
expoſitionum ſuarum miſit, quibus lectis, qui in magna Romæ reperiuntur Epiſcopi, multis habitis conſeſſibus,
reclamârunt diſertè, dicentes eum omnino periculoſam renouare hæreſim. (Et pòſt.) *Lectis itaque in Con-*
cilio cùm expoſitionibus, tùm Epiſtolis, præſertim in quibus non eſt ſyco; bantia locus (habent enim illius ſub-
ſcriptionem) S. Romana Synodus, quæ manifeſta ſunt, notauit. Quanquam & ad tuam Pietatem ſcripſit, qui-
269 *bus etiam obediendum eſt neceſſariò ab illis, qui vniuerſæ Occidentis communioni adhærent. Exemplaria nam-*
que ſcripſerunt ad pientiſſimum Rufum Theſſalonicenſem Epiſcopum, & alios quoſdam ſapientiſſimorum, qui in
Macedonia ſunt, Epiſcoporum, qui & ſemper illius adhæsêre ſententiis. Scripſerunt autem nihilominus & ad
Iuuenalem pientiſſimum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopum. Eſt itaq. Pietatis tuæ conſiderare, quid condu-
270 *cat. Nos enim illius ſequemur iudicio, veriti ne à tantorum virorum communione deficiamus, qui nullis aliis de*
cauſis indignantur, neq. ob res minutas, ſed propter ipſam fidẽ, & quæ vbilibet ſunt Eccleſias, populiq́. ædificatio-
nem motus iſtos excitârunt. § Catholicis igitur Eccleſiis tàm Orientis, quàm Occidentis definitiſſimum
ſemper fuit, *Romanæ Eccleſiæ iudicia ſequi, nec vnquam ab illius communione ſeparari.*

Leo Pontifex in Epiſt. 60. ad Maximum Antiochenum Epiſcopum, teſtatur, *Cyrillum perhorreſcentem*
Iuuenalis Epiſcopi ambitionem (qui, dum Epheſi Concilium habebatur, Paleſtinæ Prouinciæ Primatũ ap-
petebat) *ad ipſum Leonem* (tunc quidem non Pontificem, ſed tamen qui apud Cœleſtinum authoritate
271 plurimum valeret) *ſcripſiſſe, & ſolicita prece multũ popoſciſſe, vt* (Iuuenalis Epiſcopi Hieroſolymorum) *ſa-*
licitis conatibus nulla præberetur aſſenſio. Cyrillus igitur probè nouerat, etiamſi reliqua Synodus Primatũ
Paleſtinæ Prouinciæ (eatenus Metropolitano Cæſarienſi addictum) Epiſcopo Hieroſolymorũ aſſigna-
ret: tamen Epiſcopum Romanum pro ſuæ Sedis auctoritate id impedire potuiſſe.

Quid quòd Synodus Epheſina (vt eſt apud Euagrium cap. 4) accuſata prius Neſtorij contumacia, ſic
272 demum concludit: *Tùm Eccleſiæ Canonibus, tùm Epiſtola Sanctiſſimi Patris noſtri & Collegæ Cæleſtini, Epi-*
ſcopi Eccleſiæ Romanæ, neceſſariò compulſi, ad hãc ſeueram ſententiam, idq́. non ſine crebris lachrymis contra Ne-
ſtorium pronunciandam venimus. Hinc perſpicere licet, ſolitos eſſe Romanos Pontifices, poſtquàm reli-
quis in veræ fidei confeſsione velut voce ſua præiuiſſent, præſcribere, vt ſi quis à dicta formula pertina-
naciter aberraſſet, is omni Eccleſiaſtico honore exutus ab Eccleſiæ communione excluderetur.

Præterea extat Epheſinæ Synodi Epiſtola in Tomo primo Conciliorum, vbi Patres ita ſcribunt:
273 *Quoniam neceſſitas poſtulauit, vt quæ conſecuta ſunt in hac ſancta Synodo, omnia ad cognitionem Sanctita-*
tis tuæ referrentur, neceſſariò ſcribimus. (Et pòſt) *Ioannis Antiocheni temeritatem* (qui B. Cyrillum Alexan-
drinum, & Memnonem Epheſiorum Epiſcopum in Synodo triginta Epiſcoporum depoſuerat) *reſer-*
uauimus Pietatis tuæ iudicio. Etenim viri triginta, quorum alij hæreſeos maculis ſunt notati, alij extorres & re-
iecti, quam Synodi faciem, aut quid roboris haberent contra Synodum ex vniuerſo, qui ſub cœlo eſt, orbe collectã?
Fuerunt etiam in conſeſſu noſtro etiam illi, qui à Sanctitate tua ſunt miſſi pientiſſimi Epiſcopi Arcadius &
Proiectus, & cum illis religioſiſſimus Presbyter Philippus, qui vicem & præſentiam tuam nobis conſeſſu ſuo ex-
hibuerunt, & Apoſtolicæ Sedis locum adimpleuerunt. Ecce ille numerus Epiſcoporum ſemper vincit,
cui Sedes Apoſtolica communicat.

Operæpretium etiam eſt audire, quid ex iſta legatione, qua Cyrillus pro Pontifice Romano functus
eſt, tàm Cyrillo, quàm Succeſſori eius obtigiſſe, Nicephorus ſcribat, Lib. 14. cap. 34. Cœleſtinus Romæ
274 Epiſcopus, propter nauigationis pericula, ipſe Synodo adeſſe detrectauit: *ad Cyrillum tamen, vt locũ ibi*
ſuum obtineret, Cæleſtinus ſcripſit. Ex quo tempore, fama eſt, mitram illum & Papæ appellationem, atq. vt orbis

vniuerſi

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
418	Idem Zoſimus.	Honorius.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Chriſto.

d Negabant, Chriſtũ eſſe natũ, aut in Euangelio vſquam ſe natũ ex hominibus dicere.

e In illa genealogia Chriſti apud Mathæũ & ſtella inducitur, quæ confirmat geneſin .i. fatũ.

f Lib.3.c.1.Luc.& Math.diſſentiunt circa genealogiã Chriſti.

De vetere Teſtamento.

g Lib.4. Teſtamentũ vetus abijcio, quia circumciſis, & ſacrificãtibus, & alia iã antiquata obſeruãtibus, repromittit miſerã & tẽporalem hæreditatem.

De Perfectione.

h Lib. 5. Æs in zonis habere deſtiti, omnia mea dimiſi, vxorem, filios, voluptates.

De Sacrificijs Legis.

i Sacrificia credo eſſe velut Idololatriam.

De natura carnis.

k Oẽm carnẽ immũdã exiſtimo.

De Scripturarum veritate.

l Lib.10. Illud, quôd filius Dei ſit natus ex ſemine Dauid ſecũdũ carnẽ, Pauli nõ eſt, ſed eſt falſatũ. § Et in hoc imitãtur Fauſtũ Caluiniſtæ. Nam Beza in ſuis annotationibus in c.22. Lucæ, falſatũ vult eſſe, quod ibi dicitur: *Calicẽ hunc* (videlicet Euchariſtiæ) *fuſum eſſe in remiſſionẽ peccatorũ.* Quãuis ibidẽ fateatur, ita in omnibus codicibus haberi. Neceſſariò aũt ſanguis Chriſti reipſa eſt in eo calice, qui dicitur in remiſſionẽ peccatorum fundi. Sed vt Aug. hîc ait, *vſq. adeò inuicta ſunt quæ aduerſus hæreticos de diuinis codicibus proferuntur, vt non ſit aliud quod dicant, niſi eos eſſe falſatos.* Lib.10.c.2.

De Prophetis.

m Lib.12. Nihil eſt cur Prophetas accipere debeamus. nec enim de Chriſto prænunciârunt.

De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

d Lib.2.ca.2. *Quomodo ſe natum ex hoĩbus nuſquam dicit, qui penè nunquã ſe filium hoĩs tacet?*

e Lib.2 c.5. *Sub fato nullius hominũ (quãtò minus Chriſti) geneſin ponimus, vt liberum arbitriũ volũtatis ab omni neceſſitatis vinculo vindicemus. Nam illud ſydus nõ Chriſtum ſubijciebat imperio, ſed indicabat obſequio.*

f Lib.3.c.3. *Matthæus narrat, qui fuerint parentes Ioſeph per naturã: Lucas, qui fuerint per adoptionẽ. Nã in rebus humanis fieri ſolet, vt alius carne generet filium, alius eum voluntate adoptet, ac ſic vnus duos patres habeat.*

g Lib.4.c.2. *Vetus Teſtamentũ non ad conſequẽdas illas promiſſiones, ſed ad intelligendas in eis noui Teſtamenti prænũtiationes accipimus.* 1.Cor.10 Lucæ 24.

h Lib.5.c.9. *Quàm multi in noſtra cõmunione veraciter faciũt iſta ſublimiora de quorũ ſpecie falleris imperitus? Multæ (ſunt) fraternæ congregationes, nihil habẽtes propriũ, ſed omnia cõmunia. Multi humiliter ſanctũ cuſtodientes propoſitũ ſalui ſiũt. Nec tamen illi ſoli pertinent ad regnũ cælorũ, ſed & hi, quorum domos ex liberis, vxoribus, & ſeruis conſtantes, componit Apoſtolus.* Coloſſ.3.

i C.5. *Sacrificia vetera varijs modis vnũ ſacrificiũ, cuius nũc memoriã celebramus, ſignificauerũt. Et audetis ſacrificia talia Idololatriam nominare?*

k C.6. *Nullam carnem immundam ducimus, ſentientes illud Apoſtoli: Omnia munda mundis.*

l Lib.10.c.2. *Vbi manifeſta veritate iſti præfocãtur, teſtimoniũ, quod prolatũ eſt falſum eſſe reſpondent. Quis ſacer liber ad conuincendos errores exeri poteſt, ſi hæc vox admittitur? Vides in hac re, quid Eccleſiæ Catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis Sedibus Apoſtolorum vſq. ad hodiernũ diẽ ſuccedentiũ ſibimet Epiſcoporũ ſerie & tot populorum conſenſione firmatur.*

Et c.8. *Quanto religioſius diuina Scriptura ita pertractantur, vt diſcuſſis oĩbus cõcordare inueniãtur, q̃ deficiẽte homine in quæſtione quã ſoluere nõ poteſt* (vt Beza neſcit, quomodo Calix fundatur in remiſſionẽ peccatorũ, niſi contineat Chriſti ſanguinẽ, quod ille credere nõ vult) *itaq̃ vera in parte acceptẽtur, & tanquã falſa in parte dãnentur?*

m Lib.12.c.2.Rom.1. *Paulus ait ſe ſegregatum in Euangeliũ Dei, quod antè promiſerat per prophetas ſuos in Scripturis ſanctis.* Et Rom. 3. *Iuſtitia Dei teſtificata eſt per Legem & Prophetas.*

 n Lib.13.

vniuerſi Iudex appellaretur, accepiſſe. Quæ deinde omnia per ſucceſſionem ad eos etiam peruenerint, quibus ſorte Alexandrina Eccleſiæ thronus legitimè obuenisſet, ſacros Epiſcopos.

275 Proſper in Chronicis. *Pelagianus Seueriani, Pelagiani Epiſcopi filius, Eccleſias Britãniæ dogmatis ſui inſimulatione corrupit. Sed Papa Cæleſtinus Germanum Antiſiodorenſem Epiſcopum vice ſua mittit, vt deturbatis hæreticis, Britannos ad Catholicam fidem dirigat.* Et pòſt. *Ad Scotos in Chriſtum credentes ordinatur à Papa Cæleſtina Palladius, & primus Epiſcopus mittitur.*

Idem Proſper contra Collatorem. *Venerabilis memoriæ Pontifex Cæleſtinus, cui ad Catholicæ Eccleſiæ*
276 *Præſidium multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt, ſciens damnatis non examen iuſtitiæ, ſed ſolùm pænitẽtiæ remedium eſſe præſtandum: Cæleſtium, quaſi non diſcuſſo negotio, audientiam poſtulantem, totius Italiæ finibus iuſſit extrudi. Nec verò ſegniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberauit, quando quoſdam inimicos Gratiæ ſolùm ſuæ originis occupantes, etiam ab illo ſecreto excluſit Oceani, & ordinato Scotis Epiſcopo, dum Romanam inſulam ſtudet ſeruare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam. Per hunc virum etiam Orientales*
277 *Eccleſiæ gemina peſte purgatæ ſunt, quando Cyrillo Alexandrinæ vrbis Antiſtiti, glorioſiſſimo fidei Catholicæ defenſori, ad execandam Neſtorianã impietatem, Apoſtolico auxiliatus eſt gladio: quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus, iterum proſternerentur. Per hunc virum intra Gallias iſtis ipſis, qui ſanctæ memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt, maleloquentiæ eſt adẽpta libertas, quando conſultantium actione ſuſcẽpta, & librorum, qui errantibus diſplicebant, pietate laudata, quid oporteret eorum authoritate ſentiri, ſancto manifeſtauit eloquio.*

Epiſcopi Europæ, hoc eſt, Ioannes Heracleæ, Theophyonius Aphrodiſiadis, Theotegnus Cyclenſis, & Babilas Epiſcopus nouæ Theodoſiopolis, ad Leonem Imperatorem in 2. Concil. Tom.
278 Epheſium Concilium ſub B. memoriæ *Cæleſtino Succeſſore ſancti, & venerandi, & cuſtodis Clauium Regni cælorum Petri, & ſub S. memoriæ Cyrillo Alexandrino Pontifice congregatum eſt.* Et pòſt: *Rectè ſapimus*
279 *ſemper, & ſicut ſapit Apoſtolica Romanorum Sedis Eccleſia. &c.*

Proſper contra Collatorem. *Ad Beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis tum Presbyterum Xyſtum, nunc verò Pon-*
280 *tificem ab Auguſtino emiſſa pagina recurrantur.* Et pòſt. *Confidimus Domini protectione præſtandum, vt quod operatus eſt in Innocentio, Zozimo, Bonifacio, Cæleſtino, operetur & in Xyſto, vt ſicut illi lupos abegêre manifeſtos, ita hic depellat occultos.*

281 Proſper in Chronicis. *Iulianus Pelagiani erroris aſſertor, correctionis ſpem præferens, molitus eſt in communionem Eccleſiæ irrepere. Sed his inſidijs Xyſtus Papa Diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum peſtiferis conatibus patêre permiſit, & ita omnes Catholicos defectione fallacis beſtiæ gaudere fecit, quaſi tunc primùm ſuperbiſſimam hæreſim Apoſtolicus gladius obtruncaſſet.*

282 Proſper de vocatione Gentium lib. 2. cap. 16. *Roma per Apoſtolici Sacerdotij Principatum, amplior facta eſt arce Religionis, quam ſolio poteſtatis.*

283 Concilium Vaſenſe (quod celebratum eſt in Gallia Narbonenſi) Can. 4. decernit, *vt in omnibus Miſſis nomen Papæ vrbis Romæ in noſtris Eccleſiis recitetur.*

Vincentius Lirinenſis contra hæreſes cap. 42. *Teſtes iudiceſq; in Epheſino Concilio producti ſunt, ex Alexãdrinis quidem Epiſcopis, Petrus, Athanaſius, Theophilus, Cyrillus: ex reliqua Græcia, Gregorius de Nazanzo, Baſilius, & Gregorius Niſſenus. Atque vt Latinus etiam orbis ita ſemper ſenſiſſe probaretur, lecta ſunt ibi Epiſtolæ*
284 *Fœlicis Martyris, & S. Iulij vrbis Romæ Epiſcoporum. Et vt non ſolùm* (inquit) *Caput orbis, verùm etiam latera illi iudicio teſtimonium perhiberent, adhibiti ſunt à Meridie Cyprianus, à Septentrione Ambroſius.* Quis hîc non videt, Epiſcopos Romanos *Caput orbis* appellari, quorum velut latera Cyprianus & Ambroſius exiſtunt?

285 Theodoretus in Epiſtola ad Renatum Præsbyterum. *Tenet iſta Sedes gubernacula cuncti orbis Eccleſiarum, cùm propter alia, tùm quia ſemper hæretici fœtoris exors permanſit. Neque vllus vnquàm, qui contraria ſentiret, in ea ſedit, quin potius Apoſtolicam gratiam inuiolatam cuſtodiuit.*

286 Apud Bedam Tom. 3. in lib. 1. vitæ S. Patricij. *S. Patricius à Domino miſſus, vt Euangelium eius in Hibernia prædicaret, ita precabatur: Perduc me, obſecro Domine, ad Sedem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vt accepta inde authoritate prædicandi cum fiducia verbum tuum, fiant Chriſtiani per me populi Hibernorum. Nec multò pòſt vir Domini Patricius venit ad Caput (vt poſtulârat) omnium Eccleſiarum Romam. Ibique benedictione Apoſtolica petita, & accepta, dum reuerteretur, ab Amatore Archipræſule Epiſcopali gradu ſublimatus, in Hibernia magno cum fructu Euangelium Chriſti prædicauit.* Quis hîc non videat, & quàm neceſſaria fuit vnius ſummi Paſtoris cura, quæ aliorum negligentiam ſuppleret, & quàm latè patuit ſolicitudo Romani Pontificis, qui tranſmarinis etiam Eccleſijs, totoque diuiſis orbe Britannis & Hibernis, tam paterno affectu conſuluit?

Petrus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	Idem Zozimus.	Honorius.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De manifeſto veræ Eccleſiæ ſigno.

n Lib. 13. Hebræorum teſtimonia nobis ante fidem inutilia ſunt, quia Gentiles cùm ſimus, non credimus Hebræis. At Auguſtinus eadem Prophetarũ teſtimonia & ad homines conuertendos, & ad eoſdem ab hæreſi muniendos, vtilia eſſe demonſtrat. Vbi etiã declarat, quo manifeſto ſigno vera Chriſti Eccleſia cognoſcatur. Nec aliud ſignum edit, quàm vt illa Eccleſia vera eſſe exiſtimetur, quæ omnibus ſectis eminet, vtpotè nũquàm abſcondita, ſed in oculis omnium omni tempore poſita. Cùm ergo Proteſtantes fateantur, Eccleſiam ſuam aliquando latuiſſe: non poteſt illorum Eccleſia vera eſſe.

De Scripturarum intelligentia.

o Lib. 16. cap. 2. Scripturas perſcrutatus, nullas ibi de Chriſto prophetias inueni. Hoc idẽm de Sacrificio Miſſæ, & de operũ iuſtificatione cæteriſque fidei articulis Proteſtantes dicunt.

De Trinitate.

p Lib. 20. cap. 2. Vnum ſub triplici appellatione numen colimus: ſed Patrem credimus lucẽ incolere ſummã & inacceſſibilẽ.

q Filius in hac ſecunda luce conſiſtit, cuius virtus in Sole, ſapientia in Luna habitat. Sedem Spiritus Sancti omnem hunc aëris ambitum fatemur.

r Vir-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

n Lib. 13. c. 14. *Cùm magna & multa, quæ prædixerunt Hebræi Prophetæ, iam ad effectum manifeſtationemq́ perducta ſint (vt eſt primùm perſecutio, deinde fides Regũ & populorũ, abolitio Idolorũ, cæcitas Iudæorũ, probatio codicũ ab ipſis cuſtoditorũ, amentia hæreticorũ, excellentia ſanctæ Eccleſiæ verorũ & germanorũ Chriſtianorũ antè prædicta, & nũc impleta) planè qui catechizandus eſſet, nec iſta vllo modo cõtemneret, nec illos Prophetas, à quibus præuideri & prænunciari potuerunt.* Et cap. 12. *Si hac re gentilis moueretur, cur Chriſtiani in multas hæreſes variaſq́ diſcedũt, neq́ hoc à Prophetis Hebreis prætermiſſum eſſe doceremus.* Et cap. 13. *tanquam enim ille, quẽ catechizamus, quæreret, quo manifeſto indicio nondũ valens à tot erroribus liquidam diſcernere veritatẽ, teneb Eccleſiam Chriſti: Propheta docet, Eccleſiam Chriſti ipſam eſſe prædictã quæ omnibus eminet & apparet. Ipſa eſt enim Sedes gloriæ, de qua Ieremias dicit cap. 17. Sedes gloriæ exaltata eſt ſanctificatio noſtra. Propter hos enim motus paruulorum, qui poſſunt ſeduci ab hominibus, Dominus prouidens ait: non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem cõſtituta.* Lib. 16. c. 17. *Se ſcilicet montem, fideles autẽ ſuos in ſui nominis gloria aſſerens ciuitatem, vt nõ audiantur, qui ad religionum ſciſſuras traducunt. Partes enim oſtendũt, dicentes: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Nec audiantur, qui nomine quaſi ſecreta & apocrypha veritatis & hominum paucitatis dicunt, ecce in cubiculis, ecce in deſerto: quia non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem conſtituta.*

o Lib. 16. c. 14. *non inuenit, quia non intelligit, & non intelligit, quia inimico animo legit: non ideo ſcrutatus vt ſciat, ſed quòd neſcit, ſcire ſe putat. Hæc præſumptio tumida arrogantia oculum cordis vel claudit, vel diſtorquet.*

p Lib. 20. cap. 7. *Hoc conſpicuũ omni carni lumẽ in immẽſum augẽtes, dicitis in eo patrẽ habitare cũ regnicolis ſuis. Nec enĩ diſcernitis lucẽ quã cernimus, à luce qua intelligimus. At hoc lumẽ creatura eſt, cùm Deus ſit creator: hoc mutabile, ille immutabilis.*

q Ibid. *Incõmutabilem Trinitatis ſubſtantiã etiã locis diuiditis: nec ſaltẽ Trinitati loca tria datis, ſed quatuor, patri lumẽ inacceſſibile, filio Solẽ & Lunã, Spiritui Sancto aërem. At filius in ipſo Patre inſeparabilis manet (ca. 8.) nec à Chriſto ſeparatur Spiritus Sanctus. Hinc vos Paganis dicimus deteriores, quòd illi ea quæ ſunt, ſed Dij non ſunt, pro Dijs colunt. Vos ea colitis, quæ nec Dij, nec aliquid ſunt*

 r Lib.

287 Petrus de Natalibus de Sanctis, lib. 1. cap. 20. Epiſcopatu Rauennate vacante, quidam Rauennas à Clero & populo electus eſt, & pro confirmatione habenda, multi nobiles Romam ad Xiſtum Papam tertium acceſſerunt. Sed *Xiſtus ex Petri Apoſtoli reuelatione, Petrum Chryſologum, cunctis approbantibus, in Epiſcopum conſecrauit.*

288 Gennadius in Catalogo: *Xiſtus vrbis Romæ Epiſcopus ad Orientis Epiſcopos aduerſus errorem Neſtorij ſuccidendum, ſententias direxit.*

289 Maximus Taurinenſis Epiſcopus, Homil. 1. in Natali Martyris Laurentij, Eccleſiam Romanam appellat *Sedem glorioſiſſimi Patriarchæ*. In ſecunda verò de eodem Homilia, eandem Eccleſiam appellat *Apoſtolicam Sedem.*

290 Proſper Aquitan. in Præfatione ad reſponſiones ſuas contra Vincentianas obiectiones, ait: *Fidem contra Pelagianos ex Apoſtolicæ Sedis authoritate defendimus.*

Cùm Polychronius Hieroſolymitanus Epiſcopus ſimoniacæ prauitatis accuſaretur, Xiſtus Ponti-
291 fex Romanus in Concilio Epiſcoporum 81. & Presbyterorum 48. miſit Legatos ſuos Hieroſolymam, qui Synodò Epiſcoporum 76. conuocata, *damnauerunt Polychronium Patriarcham*, quem Xiſtus poſtea ſedi ſuæ reſtituit. In Tom. 1. Concil.

292 Leo Epiſt. 4. ad Epiſcopos Siciliæ. Diuinis præceptis & Apoſtolicis incitamur, vt *pro omnium Eccleſiarũ ſtatu impigro vigilemus affectu, ac ſi quid vſquam reprehẽſioni inueniatur obnoxiũ, celeri ſolicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia, aut à præſumptionis vſurpatione reuocemus. Monẽte enim Dominicæ vocis imperio, quo Beatiſsimus Apoſt. Petrus trina repetitione myſticæ ſanctionis imbuitur, vt Chriſti oues, qui Chriſtũ diligit, paſcat: ipſius Sedis, cui per abundantiã diuinæ gratiæ præſumus, reuerẽtia cohortamur, vt periculũ deſidiæ quãtum poſſumus declinemus, ne profeſsio ſummi Apoſtoli, qua ſe amatorẽ Domini eſſe teſtatus eſt, vana inueniatur in nobis, quia negligẽter paſcens toties cõmendatum Dominicũ gregẽ, cõuincitur ſummũ nõ amare Paſtorẽ.* Et pòſt. c. 1.

293 *Quam culpã* (Sacramentũ Baptiſmi numeroſius in die Epiphaniæ, quàm Paſchali tempore celebrandi) *nullo modo potuiſſetis incidere, ſi vnde conſecrationẽ honoris accepiſtis, inde legẽ totius obſeruantiæ ſumeretis. Et B. Petri Apoſtoli Sedes, quæ vobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticæ Magiſtra rationis.*

294 Et cap. 7. *Quia ſaluberrimè à ſanctis Patribus conſtitutum eſt, binos in annis ſingulis Epiſcoporum debere eſſe conuentus, terni ſemper ex vobis ad diem tertium Calendarum Octobrium Romam fraterno Concilio ſociandi occurrant, & indiſsimulanter à vobis hæc conſuetudo ſeruetur.*

295 In Epiſt. 7. *Eutyches ad Sedẽ Apoſtolicam per libellum doloris ſui querimoniam miſit.* Et Epiſt. 8. ad Flauianum Conſtantinop. Epiſcop. *Facti tui noſſe volumus rationem, & vſque ad noſtrã notitiã cũcta deferri, quoniam nos, qui Sacerdotum Domini matura volumus eſſe iudicia, nihil poſſumus incognitis rebus in cuiuſquàm*
296 *partis præiudicium definire, priuſquàm vniuerſa, quæ geſta ſunt, veraciter audiamus.* Et pòſt: Quia dilectio tua de tanta cauſa nos videt neceſſariò eſſe ſolicitos, quàm pleniſsimè & lucidè *vniuerſa nobis, quod antè facere debuit, indicare feſtinet*, ne inter aſſertiones partium aliqua ambiguitate fallamur. Et mox: *Flauianus*
297 (vt in Epiſt. ſequente apud Leonem apparet) Papam de tota re certiorem fecit. Vnde Leo in Epiſt. 18. ad Iulianum ait: Poſtquàm *geſtorum ad nos Epiſcopalium documenta prolata ſunt, omnia illa, quæ fallacium querelarum velamine tegebantur, quàm eſſent deteſtanda, patuerunt.*

298 In Epiſt. 27. ad Anaſtaſium Theſſalon. Definitiſsimum eſt, *in noſtra communionis numero non futuros eos, qui conantur antiqua Catholicæ fidei fundamenta conuellere.*

In Epiſt. 30. ad Martianum & Fauſtum. *In ſcriptis noſtris, quæ non ſolùm Apoſtolicæ Sedis authoritate, ſed etiam Sanctæ Synodi, quæ ad nos frequens conuenerat, vnanimitate directa ſunt, quantam curam totius Eccle-*
299 *ſiæ habeamus, apparet.* Et pòſt: *Memor ſum, me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Domino Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſsio, & cuius fides omnes quidem hæreſes deſtruit.*

300 In Epiſt. 38. ad Anatolium Conſtantinop. Epiſc. *Vt per totum mundum vna nobiſcum ſit vnius caſtè cõmunionis integritas.* Et pòſt: De fratribus noſtris (qui ſ metu in damnationem Flauiani conſenſerunt) quos
301 communionis noſtræ cupidos eſſe cognouimus, *illud quidem, quod præſentibus & agentibus noſtris conſtitutum eſt, approbamus, vt ſuarum interim Eccleſiarum eſſent communione contenti. &c.*

In Epiſt. 41. ad Martianum Auguſtum. Popoſceram quidem à glorioſiſsima Clementia veſtra, vt *Sy-*
302 *nodum*, quam pro reparanda Orientalis Eccleſiæ pace *à nobis etiam petitam* neceſſariam iudicaſtis, aliquãtiſper *differri ad tempus opportunius iuberetis.* Hinc apparet, Synodum & à Pontifice Romano petitam, & dilatam: quia illius authoritas ad Synodum congregandam ſemper neceſſaria iudicata eſt.

In Epiſtola 44. ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopol. *Eorum, qui in hac cauſa contra Flauianum*
303 *grauius peccauêre, ſi ſatisfactio talis accedit, quæ non refutanda videatur, maturioribus Apoſtolicæ Sedis conſilijs reſeruetur, vt examinatis omnibus atque perpenſis, de ipſis eorum agnitionibus quid conſtitui debeat, æſtime-*
304 *tur.* Et pòſt: Ac ſi de aliquibus amplius fuerit deliberandum, celeriter *ad nos relatio dirigatur*, vt pertractata qualitate harum cauſarum, *noſtra, quid obſeruari debeat, ſolicitudo conſtituat.*

In Epiſto-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Idem Zozimus.

Honorius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

ᵗ Virtute Spiritus, terrām concipientem credimus gignere patibilem Ieſum omni ſuſpenſum ex ligno.

De Euchariſtia.

ᶠ Nobis circa vniuerſa, & vobis ſimiliter erga panem & Calicem par religio eſt. § Hoc mihi videtur in Brentianos cadere, qui corpus Chriſti vbique eſſe docent Illis enim cū Manichæis par religio eſſe debet circa vniuerſa, cùm in vniuerſis dicunt eſſe corpus Redemptoris.

De vno principio.

ᵗ Pagani corporalia & diuina vnum habere principiū dogmatizant: ego bonis omnibus principium fateor Deum, contrarijs verò Hylen. Vos igitur eſtis ſchiſma gentium, quia cum gentibus in hac re conuenitis.

De publicis & externis ſacrificijs.

ᵛ Pagani aris, ſimulachris victimis Deum colunt. Ego honores diuinos, ac ſacrificia in ſolis orationibus, & ipſis puris ac ſimplicibus pono § Manichæi ergo nō admittebant externa ſacrificia vlla, ſed ſolis orationibus Deum colebant, qua in re illos imitantur Lutherani, Zuingliani, ac Caluiniſtæ, qui negāt publicum & externum Sacrificium ac Sacerdotium vllum eſſe in nouo Teſtamento. Itaque non culpāt ſolùm, quod offertur dæmonijs (vt gentes impiè fecerūt) nec ſolùm quòd Iudaico ritu offertur (quod nunc non licet) verùm culpant,

❧ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

ᵗ Lib. 20. cap. 11. *Potéſtne terra de Spiritu ſancto concipere patibilem Ieſum, & Maria Virgo non potuit? Compara, ſi audes, virginalia viſcera tanta caſtitate ſanctificata cum omnibus terræ locis. Dicite nobis, quot Chriſtos dicatis. Secundùm præſentiam quippe ſpiritalem, nullo modo pati poſſet. Secundùm corporalem ſimul & in ſole, & in luna, & in cruce eſſe non poſſet.*

ᶠ *Noſter panis & calix non quilibet, (quaſi propter Chriſtum in ſpicis & in ſarmentis ligatum, ſicut illi deſipiunt) ſed certa conſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur. Proinde quod non ita fit, quamuis ſit panis & calix, alimentum eſt refectionis, non Sacramentum religionis.*

ᵗ Lib 20. cap 19. *Monarchiæ opinionem non ex Gentibus habemus: ſed Gentes non vſque adeo ad falſos Deos ſunt delapſæ, vt opinionem amitterent vnius veri Dei, ex quo eſt omnis qualiſcunque natura.* Et cap. 10. *Vos autem nec quid ſit Hyle ſcitis, qui gentem tenebrarum eam dicitis. Hylen namq; Græci cùm de natura differunt, materiam quandam rerum definiunt nullo prorſus modo formatam, ſed omnium corporalium formarum capacem. Sed cùm quidam gentilium eam Deo coæternam coniungāt, (quod alienum eſt à veritate) vos illis Paganis ſimiles eſtis, quòd eam quoque ſuum habere principium, nec ex Deo eſſe perhibetis. In eo autem, quòd Gentiles Hylen non niſi à Deo formari aſſerunt, noſtræ veritati conſentiunt.*

ᵛ Lib. 20. cap. 18. *Si templum, ara & verum ſacrificium vero Deo non debentur, cur laudabiliter in vera religione prædicātur? Si autem Deo vero verum ſacrificium ritè debetur: cætera, quæ dicuntur ſacrificia, ad ſimilitudinem fiunt cuiuſdam veri ſacrificij. Hæc partim ſunt imitamenta fallacium dæmoniorum diuinos honores ſuperbè ſibi exigentium (vnde Apoſtolus ait, quæ gentes immolant, dæmonijs immolant & non Deo: nō quòd offerebatur culpans, ſed quia illis offerebatur) partim ſunt prædicamenta venturi vnius veriſsimi Sacrificij, quo Dei altare ſolus Chriſtus impleuit, vnde iam Chriſtiani peracti eiuſdem ſacrificij memoriam celebrant ſacroſancta oblatione, & participatione corporis & ſanguinis Chriſti. Manichæi verò neſcientes, quid damnandum ſit in ſacrificijs Gentium, & quid intelligendum in ſacrificijs Hebræorum, & quid tenendum*

In Epiſt.45.ad Synodum Chalcedonenſem. Amplectendum eſt Clemẽtiſsimi Imperatoris plenum
305 religione conſilium,in quo ſanctam Fraternitatem veſtram ad deſtruendas inſidias Diaboli,& ad refor-
mandam Eccleſiaſticam pacem voluit conuenire, *Beatiſsimi Petri Apoſtoli Sedis iure atque honore ſer-
uato, adeo vt nos quoque ſuis ad hoc literis inuitaret, vt venerabili Synodo noſtram præſentiam præberemus.
Quod quidem nec neceſsitas temporis,nec vlla conſuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paſcha-*
306 *ſino & Lucentio Epiſcopis,Bonifacio & Baſilio Presbyteris,qui ab Apoſtolica Sede directi ſunt, me Synodo ve-
ſtra fraternitas exiſtimet præſidere, nec ſeiunctam à vobis præſentiam meam confidat,qui nunc in vicarijs meis
adſum, & iamdudum in fidei Catholicæ prædicatione non deſum, vt qui non poteſtis ignorare, quid ex antiqua
traditione credamus, non poſsitis dubitare,quid cupiamus.*

In Epiſt. 46. Ad Anatolium Epiſc. Conſtantinop. *Filij noſtri Baſilius & Ioannes Presbyteri longinquæ
peregrinationis labore ſuſcepta,ſenſum cordis ſui in Apoſtolica Sede patefecẽre, damnantes Neſtoriam & Euti-
chianam hæreſim.Per hos ergo,frater chariſsime,cum teſtimonio noſtro ad propria reuertẽtes Dilectiani tuæ ſcri-*
307 *pta noſtra direximus, fidenter orantes,vt qui gratia Apoſtolicæ communionis ornantur, etiam tuo fauore per
omnia ſe gaudeant adiuuari.*

In Epiſt. 49. ad Pulcheriam Auguſtam. *Binos de Coëpiſcopis meis & Presbyteris ordinaui, qui vicem
meam implere ſufficerent, etiam datis ad venerabilem Synodum congruentibus ſcriptis, quibus fraternitas ad-*
308 *uocata cognoſceret, quam formam ſeruare in hac dijudicatione deberet: ne vlla temeritas, aut fidei regulis, aut
Canonum ſtatutis, aut benignitatis remedijs obuiaret.*

309 Epiſcopi Galliarum *Apoſtolico honore venerando Papæ* Leoni. *Deo gratias agimus,quòd tanta ſanctita-
tis,tantæ fides,tantaq; doctrinæ Apoſtolicæ Sedi (vnde Religionis noſtræ propitio Chriſto fons & origo manauit)
Antiſtitem dederit*,petentes etiam, vt datum conceſſumque munus Põtificij veſtri longiſsima ad ædi-
ficationem Eccleſiarum ſuarum ætate cuſtodiat.

Euſebius Mediolanenſis Epiſcopus Domino Sancto & beatiſsimo Patri Leoni. *Placuit omnibus,quo-*
310 *rum nomina ſubſcriptio ſubter annexa poterit declarare, eos,qui ſeipſos abiectione dignos fecerint, ſuo etiam con-
ſenſu authoritatis veſtræ præcedente ſententia, damnatione congrua perſequendos.*

Epiſcopi ſecundæ Mœſiæ, Martianus, Martialis, Monophilus, Marcellus, Petrus & Dittas ſemper
Auguſto Leoni. *In Chalcedonenſium ciuitate multi ſancti Epiſcopi conuenerunt, per iuſsionem Leonis Roma-*
311 *ni Pontificis,qui verè Caput eſt Epiſcoporum.* § Papa igitur Synodum etiam conuocauit, & Epiſcopos
conuenire iuſsit.

Valentinianus Imperator Theodoſio Auguſto,ante Synodum Chalcedonenſem.*Fidem à noſtris Ma-*
312 *ioribus traditam, debemus cum omni competenti deuotione defendere,& dignitatem propriæ venerationis bea-
to Apoſtolo Petro intemeratam & in noſtris temporibus conſeruare: quatenus beatiſsimus Romanæ ciuitatis Epi-
ſcopus,cui Principatum Sacerdotij ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide & Sacer-
dotibus iudicare, Domine ſanctiſsime Pater, & venerabilis Imperator. Hac enim gratia ſecundùm ſolennitatem
Conciliorũ & Conſtãtinopolitanus Epiſcopus eum per libellos appellauit,propter contentionẽ,quæ orta eſt de fide.*

Galla Placidia ad Theodoſium. *In Apoſtolica Sede primus ille, qui cœleſtes Claues dignus fuit accipere,*
313 *Principatum Epiſcopatus ordinauit.*

Leo Epiſcopus Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino. *Petrus Apoſtolicum à Domino accepit* Principatum*: &*
314 *Romana Eccleſia in eius permanet inſtitutis.*

In Actione prima Synodi Chalcedonenſis ſecundùm editionem Colonienſem anni 1567.pagina 15.2.
315 *Cùm omnes ordine conſediſſent ante cancellos Altaris, Paſcaſinus vicarius Sedis Apoſtolicæ dixit*: *Papa vrbis
Romæ, quæ eſt Caput omnium Eccleſiarum, præcipit, vt Dioſcorus Alexandrinorum Archiepiſcopus non ſedeat
in Concilio? Et Lucentius Collega ipſius addidit, quia cùm perſonam iudicandi non haberet, præſumpſit, & Sy-
nodum auſus eſt facere ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ. quod nunquam licuit, nunquàm factum eſt.*
Hec eadem narrat Euagrius hiſtor.lib.2. cap. 4. Dioſcorus igitur de ſententia Senatus in medio con-
ſtitutus, accuſatur ab Euſebio Epiſcopo Dorylei. Et demum (Actione tertia Synodi Chalcedonenſis)
per Legatos B. Leonis omni Concilio conſentiente, ſpoliatus eſt omni dignitate Epiſcopali, & omni
miniſterio Sacerdotali abdicatus.

Vrbs Roma igitur dicitur à Paſchaſino Eccleſiæ Lilibetanæ Epiſcopo *Caput eſſe omnium Eccleſiarum.*
Et quanquàm id coram Imperatore Martiano, & glorioſiſsimis Iudicibus, atque adeò coram *ſexcentis
Epiſcopis* diceretur: tamen nec vnus quidem ab eo verbo velut nouo & inaudito abhorruit, ſed potius
per vniuerſum Concilij tempus ita ſe Patres geſſerunt erga eundem Paſchaſinum, vt eum cognoſce-
rent & Catholicæ fidei Epiſcopum, & Leonis Papæ Legatum, eumque permitterent primo loco tùm
316 ſedere, tùm loqui, ſententiamq; in Dioſcorum ſub Papæ Leonis nomine pronunciare, & in hæc verba
ſubſcribere. *Paſchaſinus Epiſcopus Eccleſiæ Lilibetanæ vice Beatiſsimi atque Apoſtolici vniuerſalis Eccle-
ſiæ Papæ*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*		
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Honorius.
418	S. Zozimus, Habahain filius, Cæſarienſis, Cappadox, Græcus, ſedit an.2. m.4.d.7.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

culpant, quòd ritu Noui Teſtamenti vero Deo veri Mediatoris Sacrificium offeramus.

De Imaginibus.

x Ibidem. Pagani delubris & ſimulachris Deum colendum putant. Ego ab his in hòc quoque multum diuerſus incedo, qui ſimulachrum Chriſtum Dei filiū accipio, ac poſtea Chriſtianos Paganorum ſimiles monſtrare conatur. § Hinc apparet, Manichæos nullas Chriſti externas imagines tuliſſe, vt nec hodie Caluiniſtæ ferunt, cùm Chriſtiani ſemper ſanctas imagines fabricârint.

De adoratione Solis.

y Solem iſtum corporeum adorabāt, idque quoniam Chriſtus interdum in Scripturis per Solem ſignificatur.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

nendum vel obſeruandum in Sacrificio Chriſtianorum, vanitatem ſuam ſacrum offerunt diabolo. Hæc Auguſtinus. Vt ergo cætera illa Gentiū, & Iudæorum ſacrificia erant publica & externa: ſic & hoc quod fit in nouo Teſtamento. Quod qui negat (negabant autem olim Manichæi, & nunc Proteſtantes negant) *vanitatem ſuam* (authore Auguſtino) *ſacrum offerunt Diabolo* Proteſtantes igitur ſunt dæmonum cultores & idololatræ.

x Lib. 20. cap. 15. *Quòd inde Paganis vultis eſſe meliores, quòd illi delubris & ſimulachris Deū colendum putant, vos autem nihil horum facitis: quis non irrideat? Planè Chriſtus veſter phantaſticus nō à ſimilitudine, ſed à ſimulatione ſimulachrum vocari poteſt.* Auguſt. verò, vt in lib. contra Fauſtū 22. cap. 73. teſtatur, factum Abrahæ immolantis filium ſuum *tot locis pictum eſſe, vt aures & oculos diſſimulantes feriret*. ſic in lib. 1. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 9. fatetur, *Petrum & Paulum vnà cum Chriſto in pluribus locis Romæ pictos fuiſſe: vt inde ſcias, picturas* imaginum Sanctarū, quæ Manichæis & Caluiniſtis tantoperè diſplicent, olim à Catholica Eccleſia receptas fuiſſe.

y Auguſt. in Pſal. 103. *Ne putetis, fratres, ideo nō nullis Solem adorandum, quia Sol in Scripturis aliquando Chriſtum ſignificat. Talis eſt enim dementia hominum. Adora ergo & Petram, quia Chriſtum ſignificat. Ouis, Leo, Sol, Chriſtus in ſimilitudine, nō in proprietate. Quæris proprietatem Chriſti? In principio erat verbum, & verbum caro factum eſt. At de iſto Sole quid dictum eſt? qui facit Solem ſuum oriri ſuper bonos & malos.* § Animaduerte diligenter, Chriſtiane Lector, quòd quanquàm Auguſtinus ſæpiſsimè dicat, & petrā vnde aqua Iudæis fluxit, ſignificaſſe Chriſtum, & Euchariſtiā eſſe figuram corporis & ſanguinis Chriſti: nunquàm tamen dicit, aut petrā, aut aquam illam fuiſſe adorandam ob ſignum & figuram Chriſti quam gerebat. Imò idipſum hoc in loco apertè negat. Dicit verò, *neminem manducare carnem Domini, quam ipſe nobis manducandam dedit, niſi prius adorauerit*, in Pſal. 98. Ex quo manifeſtè docet, aliud ſigni genus fuiſſe illam petram, & longè aliud genus eſſe Euchariſtiam. Petra ſignificatione fuit Chriſtus, non ſubſtantia: ſed Euchariſtia & ſubſtātia eſt corpus Chriſti, & ſignificatione mors Chriſti eſt.

z Ibid. AAA z Ibidem.

ſiæ Papæ vrbis Romæ Leonis, ſanctæ Synodo præſidens, in Dioſcori damnatione conſenſu vniuerſalis Concilij
ſubſcripſi.
Item quotquot libellos accuſationis contra Dioſcorum in Synodo porrexerunt (vt Theodorus, & Iſ-
chyrion Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconi, Athanaſius presbyter, & Sophronius Chriſtianus) Leonem
317 vel *vniuerſalem Archiepiſcopum*, vel *Patriarcham vniuerſalem* ſalutârunt, eique primùm, ac deinde San-
cto vniuerſali Concilio Chalcedonenſi preces ſuas obtulerunt. Vnde admiror Caluini audaciam, qui
Gregorium Magnum ob id notauit, quaſi falsò dixiſſet, Synodum Chalcedonenſem obtuliſſe B. Leoni
vniuerſalis Epiſcopi nomen. Cùm enim & Paſchaſinus Concilio præſidens ita Leonem appellârit, & li-
belli omnes in eam formam concepti fuerint, nec quiſquàm de Concilio non modò Paſchaſinum, aut
formam libellorum ob eam cauſam reprehenderit, ſed potiùs appareat, libellos per publicos Concilij
Notarios ex Concilij totius voluntate ſub ea forma editos fuiſſe (alioqui enim in formula & modo non
vſque adeò conſenſiſſent:) facilè conſtat, eundem vniuerſalis Epiſcopi, ſeu Patriarchæ Titulum Epi-
ſcopis Romanis recipere in æternum ex Concilij Chalcedonenſis authoritate licuiſſe, niſi quòd aliter
ſanctis Pontificibus Romanis viſum eſt, ob id, credò, periculi, aut ſcandali potius, quod in Vniuerſalis
appellatione latebat. De qua re poſtea.
Senatus autem, qui aderat in Chalcedonenſi Concilo, quamuis in alijs rebus fidem doceri cupiebat:
tamen de Primatu Romani Pontificis adeo non dubitauit, vt multis Epiſcopis, ac præſertim Ægyptijs
318 reclamantibus, tamen *Theodoretum in Concilium ingredi, & proprium locum recipere voluerit*, quia (vt in
Actione prima eiuſdem Concilij dicitur) *proprium recepit locum à ſanctiſſimo Epiſcopo Inclytæ vrbis Romæ.*
Præterea in Actione quinta Illyrici Epiſcopi dixerunt: *Qui contradicunt, Romam ambulent: vt Leo,*
319 *ſic credimus.*
320 Imò & Epiſcopi poſtea clamabant (Actione octaua) *Poſt Deum Leo indicauit.*
In Actione verò decima, Anatolius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus Dixit: *Definimus, nihil ho-*
rum valere, quæ in ſecunda Synodo Epheſina ſunt facta, niſi circa maximum Antiochiæ Epiſcopum, quoniam
321 *& ſanctiſſimus Leo Romanus Archiepiſcopus in communionem eum recipiens præeſſe eum Antiochenſium*
indicauit Eccleſiæ. Quod igitur in quolibet Concilio factum Papa ratum habuit, id validum iudicatur,
etiamſi reliqua omnia fuerint irrita.
322 In Actione decima ſexta legimus hæc verba: *Deus nobis impenetrabilem in omni errore propugnatorem*
prouidit, & Romanæ Eccleſiæ Papam ad victoriam præparauit.
Tum autem Paſchaſinus, Lucentius, & Bonifacius manifeſtârunt Dioſcori damnationem his verbis:
323 *Sanctiſſ. ac Beatiſſ. Papa Caput vniuerſalis Eccleſiæ Leo, per nos vt Legatos ſuos, ſancta Synodo conſentiente,*
Petri Apoſtoli præditus dignitate, qui Eccleſiæ fundamentum, & Petra fidei, & cæleſtis Regni ianitor nũcupa-
tur, Epiſcopali dignitate Dioſcorum nudauit, & ab omni Sacerdotali opere fecit extorrem. (Et paulò antè)
324 *Alijs verò Epiſcopis, qui Flauianum damnârunt, Sedes Apoſtolica veniam tribuit, quia contra volunta-*
tem geſſiſſe, quæ patrata ſunt, approbantur: ita vt nunc vſque adhæreant & beatiſſimo Papæ, & vniuerſali,
Sanctoq; Concilio. Qua de re ſacroſanctæ communionis conſecuti ſunt medicinam.
Denique Illuſtriſsimus Senatus Canonibus tam Nicænæ, quàm Conſtantinopolitanæ Synodi ac ſen-
tentijs Epiſcoporum auditis, dixit (in eadem Actione decima ſexta) *Ex his, quæ geſta ſunt, vel ab vno-*
325 *quoque depoſita, perpendimus, omnem quidem Primatum & honorem præcipuum, ſecundùm Canones, Antiquæ*
Romæ Deo Amantiſſimo Archiepiſcopo conſeruari.
326 Quibus ita geſtis, Synodus Chalcedonenſis ad Leonẽ Papam ſcribit ijs verbis. *Sacerdotibus tu quidem*
ſicut membris Caput præeras. Et pòſt: *Dioſcorus contra ipſum, cui vineæ cuſtodia à Saluatore commiſſa eſt, exten-*
dit inſaniam, id eſt, contra tuam quoque Apoſtolicam Sanctitatem. Et excommunicationem quoque meditatus
327 *eſt contra te, qui corpus Eccleſiæ vnire feſtinas.* (Et pòſt.) *Rogamus igitur, & tuis Decretis noſtrum honora Iudi-*
cium & firmitas tua filijs (quod decet) adimpleat.
§ Sexcentorum ergo Epiſcoporum in nomine Chriſti congregatorum iudicio, Romanus Epiſcopus
agnoſcitur, non modò ſingulis ſeorſim Epiſcopis, verùm toti ſimul Concilio haud aliter præeſſe, quàm
Caput membris præeſt. Accedit eòdem, quòd ex ijs Epiſcopis pluſquàm ſexeenti ex Græca Eccleſia
erant, cùm & in Aſia Synodus haberetur, & propter longitudinem itineris, non multi ex Hiſpanijs, Gal-
lijs, Italia, & Africa facilè poſſent conuenire. Præterea idem Romanus Pontifex à ſexcentis Epiſcopis
agnoſcitur is eſſe, *cui cuſtodia vineæ*, id eſt, Eccleſiæ, non per homines, neque ab hominibus, ſed *à Salua-*
tore commiſſa eſt. Ergo tanta Synodus Epiſcopalis, quæ inſtar vnius ex quatuor Euangelijs à Sanctis Pa-
tribus honoratur, confeſſa eſt, *Primatum Romani Pontificis ab ipſo Chriſto eſſe*. Quid quòd etiam Synodus
iſta cauſam expreſsit, cur vnum aliquem oportebat *velut Caput cæteris præeſſe*: nimirum, *vt corpus Eccle-*
ſiæ vniret, id quod Leonem Papam, vt faceret, feſtinaſſe ait. Denique Synodus Epiſcoporum tot ſe *filios*
Epiſcopi

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
419	Bonifacius, Iucundi filius, Rom. ſedit an. 4. m. 9. d. 28.	Honorius.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

[a] Ibidem. Idola paganorum vertiſtis in martyres, quos votis ſimilibus colitis. Idē ferè de nobis ex eadem blaſphemia Proteſtantes dicunt. Diſplicuit ergo tùm olim Manichæis, tùm iam Proteſtantibus, quòd apud memorias martyrū offerimus Deo: quodq; martyres cultu dilectionis fraternæ inuocamus, vt eorum orationibus apud Deum adiuuemur.

De corporibus humanis.

[a] Apud Auguſtinum libro 20. ca. 22. Manichæi corpora humana opificium dicunt eſſe gentis tenebrarum, non Dei. Idem argumentum tractat Fauſtus in lib. 24. cap. 1.

De moribus Gentium & Chriſtianorum.

[b] Ibidem. De vita Paganorum mutaſtis nihil: eſtis ſanè ſchiſma gentium. Eodē modo Proteſtātes nobis exprobrāt, quòd inſtar gentium quidam ex nobis profitentur caſtitatem, quodque feſtos dies, & alia eiuſmodi colimus, cùm tamen omnia hæc in honorem veri Dei faciamus per Ieſum Chriſtum Filium eius.

De Matrimonio.

[c] Lex Manichæorum, prolem ante omnia deuitari à concumbentibus iubet.

An

☧ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

[a] Ibid. c. 21. *Populus Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atque orationibus adiuuetur. Ita tamen, vt nulli martyrum, ſed ipſi Deo martyrum Altaria cōſtituamus apud memorias martyrum, vt ex ipſorū locorum admonitione maior affectus exurgat ad acuendam charitatem & in illos, quos imitari poſſumus, & in illum, quo adiuuāte poſſumus. Colimus ergo Martyres non cultu latriæ, aut Sacrificij oblatione, ſed cultu dilectionis ac ſocietatis. Sacrificamus enim Deo frequentiſſimè in memorijs martyrum, illo dūtaxat ritu, quo ſibi ſacrificari noui Teſtamenti manifeſtatione præcepit.* Hæc Auguſtinus. Eſt ergo præceptū à Deo, vt ſacrificemus palā certoque ritu ſub tempore noui Teſtamenti. Et quod aliud Sacrificium habet, aut vnquàm habuit Eccleſia Chriſti, præter Sacrificiū Euchariſtiæ, quod omnes Lutherani & Caluiniſtæ deteſtantur?

[a] Ibidem. cap. 22. *Paulus fideles corpus Chriſti effectos alloquitur, dicens: Obſecro vos, Fratres, per miſericordiā Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placētem.* Et li. 21. cap. 9. Dicit Apoſt. 1. Cor. 12. *Deus tēperauit corpus: & dicit iſte, Hyle, non Deus.* Eandem hæreſim confutat Auguſt. lib. 24. cap. 2.

[b] Ibid. cap. 23. *Cum ad confirmādam vitam fidelium, tria hæc maneant, Fides, Spes, Charitas: vnde fieri poteſt, vt pares cum aliquo mores habeat, qui hæc tria cum illo paria non habet? Quę enim aliud credit, aliud ſperat, aliud amat: neceſſe eſt, vt aliter viuat. Et, ſi vſus quarundam rerum ſimilis videtur nobis eſſe cum gentibus, ſicut cibi, potus, & tectorum: tamen aliter his rebus vtitur Gentilis, qui ad alium finē vſum earum refert, & aliter qui ex his Deo gratias agit.* Et cap. 21. *Nec ideo contemnenda eſt vel deteſtanda virginitas ſanctimonialium, quia & Veſtales virgines fuerunt. Quia multum diſtat, qua virginitas, cui voueatur atque reddatur.*

[c] *Lex æterna, id eſt, voluntas Dei, vt ſaluti generis proſpiciatur, ad prolem tātummodo propagandā mortalis carnis delectationē dominatu rationis in concubitu relaxari ſinit.* Auguſt. lib. 22. cap. 30.

 [d] Cap. 74.

Epiſcopi Romani vocat,confirmationemq́ue eius,quod geſtum erat,ab eo petit. Quòd ſi vlla fuit in mundo Eccleſia Chriſti ſub Leone: certè illius præcipua membra iam erant Chalcedoni congregata, cùm ibi & veritas Euangelij contra Eutychis hæreſim defenſa fuerit,& nullus Catholicus in vniuerſo terrarum orbe illis diebus vixiſſe demonſtrari poſsit, qui non communicauerit cum hac vniuerſali Synodo. Ibi ergo erat illa Eccleſia,*quæ domus Dei eſt,columna & firmamentum veritatis*. Videte nunc vos omnes, quorum oculos Deus aperit,à quàm nota & conteſtata Romani Pontificis Præſidentia,& Græci poſtea, & nuper Angli,& Germani defecerint. Quò niſi quàmprimum redeant,nec *vinea Domini eſſe,nec membra Eccleſiæ* apud Deum haberi poſſunt.

Cùm autem Epiſcopus Conſtantinopolitanus obtinuiſſet à Synodo, vt Patriarchæ Alexandrino & Antiocheno præferretur,& poſt Pontificē Romanū primas in Eccleſia obtineret: Leo Pontifex ægrè ferēs,antiquos Eccleſiæ & Nicæni Concilij Canones violari, ad Martianum Auguſtū in hæc verba reſcripſit, Epiſt. 52. *Multùm Anatolius Epiſcopus proprio detrahit merito, ſi illicito creſcere optat augmento. Habeat, ſicut optamus,Conſtantinopolitana ciuitas gloriam ſuam, ac protegente dextra Dei, diuturno Clementiæ*
328 *veſtræ fruatur Imperio. Alia tamen ratio eſt rerum ſecularium, alia Diuinarum, nec præter illam Petram, quam Dominus in fundamento poſuit, ſtabilis erit vlla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiſcit. Satis ſit prædicto, quod veſtræ pietatis auxilio, & mei fauoris aſſenſu, Epiſcopatum tantæ vrbis obtinuit. Non dedignetur Regiam ciuitatem quam Apoſtolicam non poteſt facere Sedem.*

Hìc inſigniter animaduerto Prophetiæ donum in Papa Leone. Prophetiam verò talem intelligo,qualis noui Teſtamenti propria eſt, quæ ſic futura per fidem in Euangelio reuelatam præuidet, vt ſimul in præteritis declarandis laboret. Quod enim Dominus Petro dixerat: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*: hoc de Apoſtolica Petri Sede, id eſt,de Romana Eccleſia dictum eſſe, Leo affirmat, *nec aliam constructionem ſtabilem fore prædixit*. Certè nos vidimus,gloriam vt omnium aliarum Patriarchalium Sedium,ſic & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ vel prorſus extinctam, vel mirum in modum imminutam eſſe, non modò quia Imperium in Turcos tranſlatum eſt,ſed multò magis,quia Græci penè omnes(etiam Proteſtantium iudicio)ab Euangelij veritate aberrant,& tam in ſchiſmate,quàm in captiuitate agunt: cùm interim *ſtabilis ſit illa Eccleſiæ Romanæ constructio,quam Dominus in fundamento militantis Eccleſiæ poſuit*. Quod certè non ſolus Leo,ſed multi præterea Epiſcopi Romani ſæpe magna cum fide prædixerunt, vt ſuo loco videbitur, idq́ue ex rerum ipſarum euentu fidem apud nos capere debuit.

Idem Leo Epiſt. 53. *Conſenſiones Epiſcoporum, Canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes,*
329 *vnita nobiſcum veſtræ fidei pietate, in irritum mittimus,& per authoritatem B.Petri Apoſtoli, generali prorſus definitione caſſamus.*

Leo Epiſt. 57. Ad Martianum Auguſtum. *Ad veſtræ deuotionis pertinet palmam, ſi malum, quod in ſuis ducibus eſt oppreſſum,etiam in quibuſcunque reliquijs deleatur. Quod facilius Clementia veſtra arbitretur implendum, ſi per vniuerſas Eccleſias definitiones Synodi Chalcedonenſis Apoſtolicæ Sedi placuiſſe doceantur.*
330 Et pòſt: *Conſtitutionibus Synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei Catholicæ,& hæreticorum damnatio-*
331 *ne placuerunt, libens adieci ſententiam meam, quæ vt in notitiam omnium Sacerdotum, Eccleſiarumq́; perueniat,veſtra Clementia præceptio ordinare dignetur.*

Primùm hìc perpendo, quòd omnes Epiſcopi & Eccleſiæ videntur expectaſſe confirmationem Synodalium geſtorum à Sede Apoſtolica, & hac mente fuiſſe, vt niſi eam viderent eſſe factam, non putarent ſe ad Canonum ibi Decretorum obſeruationem obligari. Deinde perpendo,Imperatorem ſolitum eſſe publicare, quod Sedes Apoſtolica decreuiſſet: quod idcirco dixi, vt intelligeretur, quomodo Imperatores Catholici olim Synodos Epiſcopales indicere conſueuiſſent. Non enim ſua hoc ſolùm authoritate poterat legitimè fieri, ſed aliorum etiam, & præſertim Romani Pontificis authoritas interponebatur. Cuius conſenſu ſemel cognito, Imperatores effecerunt, vt conuocatio Synodi Oecumenicæ ad omnium notitiam perueniret.

332 Leo Epiſt. 58. Ad Pulcheriam Auguſtam. *Quod pijſsimus Imperator ad omnes Epiſcopos,qui Chalcedonēſi Synodo interfuère, voluit me ſcripta dirigere, quibus,quæ illic de fidei ſunt regula definita, firmarem, libenter impleui, ne fallax cuiuſquam ſimulatio ſententiam meam haberi vellet incertam,cùm per Conſtātinopolitanum Epiſcopum, cui lætitiam meam largiter indicaui, in omnium potuerit notitiam peruenire, quod ſcripſeram, niſi maluiſſet meum gaudium tacere,quàm repulſam ſui ambitus publicare.*

333 Leo Epiſt. 60. ad Maximum Antiochenum Epiſcopum. *Decet te hæreticis authoritate Sacerdotali reſiſtere,noſq́; ſedulus de profectu Eccleſiarum tuis relationibus, quid agatur,inſtruere.*

Theodoretus Cypri Epiſcopus ad Leonem Romæ Epiſcopum. *Inſigniter veſtram vrbem exornat fi-*
334 *des*. (Et pòſt.) *Alexandrinus Præſul* (Dioſcorus) *nos condemnauit, vt voluit. Ego autem Apoſtolicæ veſtræ*

Sedis ex-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudopropheta.*	*Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
	Idem Bonifacius.	Honorius.		

An liceat Pontifici bellum gerere?

d Lib.22.c.5. Reprehēdit Moyſen, quòd bella geſſerit, cùm eſſet Propheta, quodq; crudelia multa & mandârit, & fecerit. Nónne etiam hodie Proteſtantes reprehendūt Pontificem Romanum, quòd bellum interdū vel aduerſus externos hoſtes Chriſtianorum, vel aduerſus hæreticos Eccleſiæ inimicos, vel ipſe per ſuos miniſtros gerit, vel alijs gerenda perſuadet?

d Cap. 74. *In illis bellis Moyſes diuina ſecutus imperia, non ſæuiens, ſed obediens fuit. Bella verò licitè ſuſcipi à bonis inde conſtat, quòd Ioānes non iuſſerit milites quærētes ab eo, quid facere deberēt, abijcere arma, ſed ſuis ſtipendiis cōtētos eſſe.* Lu.3.

Cap.76. *Bella geſſerunt Patriarchæ, & Prophetæ, vt tales quoq; victorias appareret Dei voluntate præſtari. Non reſiſtendo interfecti ſunt Apoſtoli, vt potiorem eſſe docerent victoriam, pro fide veritatis occidi.*

Et c.77. Idē ipſe Chriſtus & antea dicit: *Miſi vos ſine ſacculo & pera,* & poſteà: *qui habet ſacculū, tollat ſimiliter & perā: & qui habet tunicā vēdat, & emat gladium. Ita pro temporum diuerſitate vel conſilia, vel præcepta, vel permiſſa, mutantur. Atq; obtemperantium quoque Diſcipulorum facta in Euangelio ſecuta ſunt. Nam & tunc ſine ſacculo & pera ierunt: & dixerunt ei nunc, cùm de gladio emēdo iuſſiſſet, ecce ſunt hic duo gladij: & ille reſpondit, ſufficit. Hinc & Petrus armatus inuentus eſt, cùm aurem perſecutoris abſcidit, vbi ſpontanea eius coërcetur audacia, quia non vt iuſſus fuerat ferrū tollere, ita iuſſus fuerat & ferire. latebat certè Domini voluntas, cur arma portare præcepiſſet, quibus eos vti noluiſſet.* Hæc Auguſtinus: qui certe non dubitat, portationem armorum re vera diſcipulis imperatam, licet Chriſtus eorundem vſum non perinde eis præceperit. ex quo deducitur, ius quidem gladij penes Petrum Petrique ſucceſſorem eſſe: vſum verò eiuſdem gladij tanquàm ſpiritali viro minus dignum, alijs in hoc mundo militantibus committendum eſſe.

De Virgine Maria.

e Lib.23. Virginis Mariæ origo ex tribu Iuda fuiſſe non monſtratur.

e Lib. 23. cap. 9. & 10. *Scriptura confirmatiſſimæ authoritatis & Chriſtum dicit ex ſemine Dauid, & eius matrem ſine vllius concubitu virginē Mariam. Vnde credimus, Mariam fuiſſe in cognatione Dauid, quem conſtat fuiſſe de Tribu Iuda.*

De veritate Carnis Chriſti.

f Lib.26. Chriſtus & omnes humanæ conditionis affectus, & mortem ſimulauit.

f Lib.26.ca.8. *Ergo ille mentiebatur, quando dicebat: oportet filium hominis occidi, & tertio die reſurgere? Quis tibi hoc contra Euangelium conceſſurus eſt, quòd omnes humanæ conditionis ſimulauit affectus? Dormiuit Ieſus, eſuriuit, contriſtatus, exhilaratus eſt: omnia vera ſunt, non neceſſitate conditionis (vt in aliis hominibus, qui etiam nolentes dormiunt & contriſtantur) ſed magiſterij voluntate, & diuina poteſtate.*

De AAA iij g Lib.28.

Sedis expecto ſententiam:& iuſtum veſtrum appello iudicium. Ante omnia rogo,vt ſciam à vobis, an in hac iniuſta depoſitione me oporteat acquieſcere,an non.

Leo Papa in Epiſt.61.ad Theodoretũ.*Agnoſcimus Dilectionẽ tuam tam Neſtorianæ,quàm Eutychianæ*
impietatis nobiſcum extitiſſe victricem. Adiutorium noſtrum in nomine Domini,qui nullum nos in noſtris fra-
335 *tribus detrimentum ſuſtinere permiſit, ſed quæ noſtro prius miniſterio definierat, vniuerſæ fraternitatis irretra-*
ctabili firmauit aſſenſu,vt verè à ſe prodiſſe oſtenderit,quod prius à prima omnium Sede firmatum , totius Chri-
ſtiani orbis iudicium recepiſſet,vt in hoc quoq; Capiti membra concordent. (Et pòſt.) *In hac quoque tuæ vigi-*
336 *lantiæ ſolicitudine volumus adiuuari,vt tua relatione currente,quid apud Eutychianos ac Neſtorianos, Religionis*
doctrina dominica proficias, Apoſtolicam Sedem feſtines inſtruere.

337 Leo in Epiſt.62.ad Martianum Auguſtũ . *Quicquid Pietas veſtra de hac cõſultatione cognouerit,ad meã*
338 *iubeat mox notitiam peruenire,vt in diuinis Myſteriis nulla diſſonantia culpa naſcatur.* Et in Epiſt.63.*Ad*
meam notitiam iubeat peruenire,vt Dei cultus nullo errore lædatur . Et 65. *Ad Coënſem Epiſcopum , ne quid*
poſſit de ſtatu fidei me latère.
339 Leo Epiſt.66.ad Iulianum Epiſcopum *Chriſtianiſſimus Princeps ad nos Epiſtolam dedit,interueniẽs pro*
Anatolio Epiſcopo,vt noſtri animi gratia illi præbeatur,quoniam correctionem eius promittit, & in omnibus ſe
ſatisfacturum eſſe,quæ ad fidei obſeruantiam pertinent,pollicetur. § Certè Imperator, qui pro ipſo Primate
ſuæ Regiæ vrbis apud Sedem Apoſtolicam interceſsit, nec ſemetipſum ,nec ſupra ſui regni Epiſcopos
ius habere didicerat,nec Patriarcham ſuæ Regiæ vrbis Epiſcopo Romano ſubeſſe ignorabat.

340 Leo in Epiſt.68.*Iulianum Epiſcopum in ſpeculis propter fidem illic eſſe conſtitui.*
341 Leo in Epiſt.73.ad Leonem Auguſtũ.*Cùm vniuerſalis Eccleſia per illius principalis Petræ (id eſt,Chriſti)*
ædificationẽ facta ſit Petra: & primus Apoſtolorũ Beatiſſimus Petrus voce Domini audierit , Tu es Petrus,&
ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: quis eſt niſi aut Antichriſtus, aut Diabolus,qui pulſare audeat in-
expugnabilem veritatem? Antichriſtum vocat,qui aduerſatur Eccleſiæ Romanæ.

342 Leo in Epiſt 75.*Chalcedonenſem Synodum Apoſtolicæ Sedis firmauit authoritas.*
343 Leo in Epiſt.77.ad Nicætam Aquileienſem Epiſcopum.*Dilectio tua popoſcit, vt de his à nobis authori-*
tem Apoſtolicæ Sedis acciperes,quæ magnam difficultatem dijudicationis videntur afferre.

344 Leo Epiſt.82.Anaſtaſio Epiſcopo Theſſalonicenſi.*Sicut Præceſſores mei Præceſſoribus tuis, ita ego Dile-*
ctioni tuæ,priorum ſecutus exemplum , vices mei moderaminis delegaui , vt curam , quam vniuerſis Eccleſiis
principaliter ex diuina inſtitutione debemus,imitator noſtræ manſuetudinis effectus adiuuares , & longinquis ab
Apoſtolica Sede Prouinciis præſentiam quodammodo noſtræ viſitationis impenderes. (Et pòſt.) *Cùm omnium*
345 *(Apoſtolorum) par eſſet electio,vni tamen datum eſt,vt cæteris præemineret . De qua forma,Epiſcoporum quo-*
que eſt orta diſtinctio,& magna diſpoſitione prouiſum eſt,ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingu-
346 *lis Prouinciis ſinguli,quorum inter fratres haberetur prima ſententia,& rurſus quidam in maioribus vrbibus cõ-*
ſtituti, ſolicitudinem ſuſciperent ampliorem,per quos ad vnam Petri Sedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret,
& nihil vſque a ſuo Capite diſſideret.

347 Leo in Epiſt.85. ad Epiſcopos Mauritaniæ . *Cùm de ordinationibus Sacerdotum quædam apud vos illici-*
tè vſurpata crebrior ad nos commeantium ſermo perferret : ratio pietatis exegit, vt pro ſolicitudine, quam vni-
uerſæ Eccleſiæ ex diuina inſtitutione impendimus, rerum fidem ſtuderemus agnoſcere, vicem curæ noſtræ profi-
ciſcẽtis à nobis fratri,& conſacerdoti noſtro Potentio iniungentes,qui ſecundùm ſcripta, quæ per ipſum ad vos di-
reximus, de Epiſcopis, quorum culpabilis ferebatur electio,quid veritas haberet, inquireret, nobiſq; omnia fide-
liter indicaret.

348 Et pòſt c.2. *Cauſam Lupicini Epiſcopi illic iubemus audiri,cui multum & ſæpius poſtulanti communionem*
hac ratione reddidimus,quoniam ad noſtrum iudicium prouocaſſet.
349 Et cap.3. *Donatum autem Salicinenſem ex Nouatiano cum ſua (vt comperimus)plebe conuerſum, ita Do-*
minico volumus gregi præſidere,vt libellum fidei ſuæ ad nos meminerit dirigendum.

350 Et cap.5. *De componendis atque compoſitis omnibus ad nos relatio plena mittatur,vt ea, quæ iuxta Eccleſia-*
ſticum morem iuſtè & rationabiliter fuerint definita,mea quoque ſententia roborentur.

Leo in

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Bonifacius.	Honorius.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Canone Scripturarum.

g Cùm Manichæi reijcerent Matthæi Euangelium, tamẽ li. 28 cap. 1. Fauſtus dicebat, quærendũ eſſe, quid Chriſtus ipſe de ſe, quidue Apoſtoli ſui de eodem prædicârint. Hoc ipſum clamant & nunc Proteſtantes, cùm interim non credant Eccleſiæ, quæ cuſtos eſt & interpres vnica verborum Chriſti.

De abſtinentia à certis cibis.

h Lib. 30. c. 3. & 4. *Si Quadrageſima ſine vino & carnibus non ſuperſtitiosè à vobis, ſed diuina lege quotannis omni cũ ſtudio per orbẽ terrarũ in Cõuentu Catholico ſeruatur:* videte, ne ſummæ dementiæ ſit, hoc à Paulo dictum putare, quod dæmoniorum doctrina ſit abſtinentia omnis ciborũ. Hæc Fauſtus. Porrò etiam Proteſtantes Catholicis hodie obijciunt, quòd dæmoniorũ doctrinæ conſentiunt, quia iubent populum Catholicum aliquando à certis cibis caſtigandi corporis & ſignificandi myſterij cauſa abſtinere. Itaq; idem ſpiritus in Proteſtantibus eſt, qui fuit in Manichæis.

De voto cælibatus.

i Ibidem c. 4. *Certatim ſemper ad virginitatis profeſſionem virgines incitatis*, vt penè iam maior in Eccleſijs omnibus virginum apud vos, quàm mulierũ, numeroſitas habeatur. & Paulus Iconij Theclam oppignoratam iam thalamo, in amorem perpetuæ virginitatis ſermone ſuo incendit. Quòd ſi hæc dæmoniorum doctrina non fuit, extra culpã & nos ſumus. Hæc Fauſtus. Quid quòd Proteſtantes dicũt, noſtrarum

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

g Lib. 28. ca. 4. *Iſtum librum crede eſſe Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthæus ipſe in carne vixit, non interrupta ſerie temporum, Eccleſia certa ſucceſſione ab Apoſtolicis Sedibus vſque ad præſentes Epiſcopos perduxit. Apoſtolus Paulus poſt aſcenſionem Domini de cælo vocatus, ſi nõ inueniret in carne Apoſtolos, quibus communicãdo, & cum quibus conferendo Euãgelium eiuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi omnino non crederet.* Galat. 2. § Nota, ſtudioſe Lector, quàm neceſſarium ſit, communicare cum illa Eccleſia, quæ non interrupta temporum ſerie ab Apoſtolis ad nos vſque per certas Epiſcoporum ſucceſſiones deuenit.

h Lib. 30. cap. 5. *Chriſtiani Catholici edomandi corporis cauſa propter animã ab irrationalibus motibus amplius humiliandum, non quòd illa eſſe immunda credant, non ſolùm à carnibus, verùm à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, vel ſemper, ſicut pauci, vel certis diebus atq; tẽporibus, ſicut per Quadrageſimam ferè omnes, quantò magis quiſque vel minus ſeu voluerit, ſeu potuerit. Vos ipſam creaturam negatis bonam, quòd carnes diabolus operetur fæculentiore materia mali, hoc animo ab eſcis huiuſmodi tẽperatis, quòd non ſignificatione, ſed natura mala & immũda ſint. quæ in re Creatorem ſine dubio blaſphematis, hoc eſt, quod pertinet ad doctrinam Dæmoniorum.* Hæc ille. Cùm igitur Catholici credant & doceant, naturam carnium eſſe bonam, eaq; ſæpiſsimè in cibis vtantur: illorum à carnibus abſtinẽntia ſiue per quadrageſimam, ſeu alijs diebus, non eſt dæmoniorum doctrina, vt Proteſtantes calũniantur.

i Ibidem ca. 6. *Si ad virginitatem ſic hortaremini, quemadmodũ hortatur Apoſtolica doctrina (qui dat nuptũ, bene facit: & qui nõ dat nuptum, melius facit) vt bonum eſſe nuptias diceretis, ſed meliorẽ virginitatem, ſicut facit Eccleſia, quæ verè Chriſti eſt Eccleſia: non vos Spiritus Sanctus ita prænunciaret, dicens: Prohibentes nubere. Ille enim prohibet, qui hoc malum eſſe dicit, nõ qui huic bono aliud melius anteponit.* Hæc Auguſtinus. Quemadmodum ergo Catholici non prohibent nubere, quia non docent nuptias eſſe malum, licet ad virginitatem, quæ maius bonum eſt, hortentur: ſic Proteſtantes ab Eccleſia vera & ab Apoſtolica doctrina alieni ſunt, quia docent, virgini-

351 Leo in Epiſt.86. *Epiſcopos Eccleſiarum Germaniæ & Galliæ reprehendit, quòd Chorepiſcopos deſtinarent, qui*
abſente Pontifice Altaria erigerent, Baſilicaſq́; conſecrarent.
Leo in Epiſt.87. Ad Epiſcopos per Viennenſem Prouinciam. *Prædicationis Euangelij Sacramẽtum ita*
Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in Beatiſſimo Petro, Apoſtolorum omniũ ſum-
mo, principaliter collocaret, vt ab ipſo quodam Capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe
Myſterij intelligeret eſſe Diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. (Et pòſt.)
Hanc Petræ iſtius ſacratiſſimam firmitatem, Deo (vt diximus) *ædificante, conſtructam, nimis impia vult præ-*
ſumptione violare, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere. (Et pòſt:) *Nobiſcum itaq; veſtra fraternitas re-*
352 *cognoſcat Apoſtolicam Sedem pro ſui reuerentia, à veſtræ etiam Prouinciæ Sacerdotibus innumeris relationibus*
eſſe conſultam, & pro diuerſarum (quemadmodum vetus conſuetudo poſcebat) appellatione cauſarum, aut retra-
cta, aut confirmata fuiſſe iudicia, adeò vt ſeruata vnitate Spiritus in vinculo pacis, commeantibus hinc inde lite-
ris, quod ſanctè agebatur, perpetuæ proficeret Charitati. Quam ſolicitudo noſtra, non ſua quærens, ſed quæ ſunt
Chriſti, dignitatem diuinitus datam, nec Eccleſiis, nec Eccleſiarum Sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem
ſemper inter Maiores noſtros & bene tentum, & ſalubriter conſtitutum, Hilarius Eccleſiarum ſtatum & concor-
353 *diam Sacerdotum nouis præſumptionibus turbaturus exceſſit, iterùm ſuæ vos cupiens ſubdere poteſtati, vt ſe B.*
Apoſtolo Petro non patiatur eſſe ſubiectum, ordinationes ſibi omniũ per Gallias Eccleſiarũ vendicans, & debitã
Metropolitanis Sacerdotibus in ſuum ius transferens dignitatem, ipſius quoque Beatiſſimi Petri reuerentiam
verbis arrogantibus minuendo, cui cùm præ cæteris ſoluendi & ligandi tradita ſit poteſtas, paſcendarum tamen
ouium cura ſpecialius mandata eſt. Cui quiſquis Principatum æſtimat denegandum illius quidem nullo modo po-
354 *teſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ ſuæ, ſemetipſum in inferna demergit.* (Et pòſt:
Quod Patroclo à Sede Apoſtolica temporaliter videbatur eſſe conceſſum, poſtmodum eſt meliore ſententia
ſublatum. (Et pòſt.)
355 *Nec vltrà Hilarius audeat conuentus indicere Synodales, & Sacerdotum Domini iudicio, ſe interſerendo,*
turbare, qui non tantùm nouerit, ſe ab alieno iure depulſum, ſed etiam Viennenſis Prouinciæ (quam malè vſur-
pauerat) poteſtate priuatum. (Et deniq;.) *Fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Leontium probabilem Sacerdotẽ,*
256 *hoc (vobis ſi placet) dignitate volumus decorari, vt præter eius conſenſum alterius Prouinciæ non indicaturà ve-*
ſtra Sanctitate Concilium, & à vobis omnibus, quemadmodum vetuſtas eius & probitas exigit, honoretur.
Leo in Epiſt.91. ad Turbium Aſturicenſem Epiſcopum. cap. 17. *Dedimus literas ad fratres & Coëpiſco-*
357 *pos noſtros, Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitanos, atque Gallicios, eiſq́; Concilium Synodi generalis indiximus.*
Ad tuæ Dilectionis ſolicitudinem pertinebit, vt noſtræ ordinationis authoritas ad prædictarum Prouinciarum
Epiſcopos deferatur.
358 Leo in Epiſt.92. *Fratres mei vice mea Orientali Synodo præſiderunt.*
359 Celerius, Salonius & Veranus Epiſcopi Gallorum ad Leonem Papam. *Quaſi in quadam ſpeculo Cha-*
ritatis conſtituti, Apoſtolica illa cura ac ſolicitudine, conclamatis, ne inopinantibus improuiſus hoſtis adueniat.
(Et pòſt.) *Verè conſona omnium ſententia declaratur, meritò illic Principatum Sedis Apoſtolicæ conſtitutum,*
vnde adhuc Apoſtolici Spiritus oracula referantur.

Gregorius Romanus lib.4. Epiſt.76 & 80. *Pro B. Petri Apoſtolorum Principis honore, vni pèr ſanctã Chal-*
cedonenſem Synodum Pontifici Sedis Apoſtolicæ hoc vniuerſitatis nomen oblatum eſt. id eſt, ſolus Pontifex Ro-
manus à tanta Synodo appellatus eſt vniuerſalis Pontifex. Et Lib.7 Epiſt.30. *In Sancto Chalcedonenſi Synodo*
atque pòſt à ſubſequentibus Patribus, hoc (id eſt, vniuerſalis Epiſcopi nomen) *deceſſoribus meis oblatum ve-*
ſtra Sanctitas nouit. Sed tamen nullus eorum vti hoc vnquam vocabulo voluit. Hæc ibi.

Qui diligenter legerunt Epiſtolas vel Papæ Leonis ad alios, vel aliorum ad ipſum conſcriptas: vidẽt, in illis plura etiam Primatus indicia contineri, quàm ego adhuc produxerim. Sed iſta ſanè abundè probant, & illum ea fide fuiſſe, vt crederet, *Eccleſiam Romanam Caput omnium Eccleſiarum eſſe*, & neminem in toto mundo repertum eſſe, qui vir bonus & Catholicus cùm haberetur, Leoni Papæ tanquàm Antichriſto alicui aut inimico Euangelij ſeſe oppoſuerit. Quò enim ſæpius ad omne genus hominum, ad omnium Prouinciarum tàm Orientis, quàm Occidentis Epiſcopos, ad Imperatores Auguſtos, ad Synodũ etiam vniuerſalem ſcripſit, ac Primatum ſuum ſemper profeſſus eſt, ac præ ſe tulit: eò maior & occaſio alijs offerebatur, & neceſsitas quibuſdam imponebatur, vt eius doctrinæ contradicerent, niſi omnes Catholici verè credidiſſent, Romanum Epiſcopum & D. Petri verum atque vnicum in ſummo Epiſcopatus gradu ſucceſſorem, & totius Eccleſiæ omniumq; membrorum eius *Caput ac Primatem* eſſe: adeo vt Conciliorum etiam Oecumenicorum definitiones vltra id, quod ipſe Legatis ſuis præſtituerat, interpoſitas, *Apoſtolica authoritate* irritas reddiderit.

Si ergo

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Theodoſius Iunior an. 27.
	44. Cœleſtinus	
423	Priſci filius, Rom. ſedit an. 8. m. 10. d. 17.	Valentinianus tertius, an. 30
	Tertia Oecumenica Synodus Epheſi, cōtra Neſtorium celebrata.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

rum Virginum profeſsionem eſſe gradum quendam prohibendi nuptias.

De Feſtis diebus.

k Lib.32.c.3. Chriſtiani Paſcha & Pentecoſten aſſumunt, ſed agnū non mactāt, nec azimos edunt per ſeptem dies.

De Apoſtolatu.

l Felix dicebat, Apoſtolū Chriſti eſſe Manichæū, eundemque Spiritū ſanctum eſſe. Victus tamen ab Auguſtino, anathematizauit Manichæū, & omnes blaſphemias eius.

De Animarū differentia.

m Animas hominum & pecorum dicebant eſſe ſimiles.

De Ieiunijs.

n Die Dominica ieiunabant. quod & quoſdam noſtri tēporis Hæreticos facere, compertū eſt.

99. De Pelagianis & Cœleſtianis.

De peccato Originali.

a Pelagius patria Brito, profeſſione Monachus, habebat diſcipulum nomine Cœleſtium, qui vtrique docuerunt, peccatū ex primo homine in alios non propagatione, ſed imitatione trāſiſſe. Auguſt. de pec. mer. lib. 1. c. 9.

b Negabant paruulos ſecundū Adam carnaliter natos, contagiū mortis antiquæ prima natiuitate contrahere.

De Baptiſmo paruulorum.

c. Etiamſi nō baptizarētur paruuli, promittebat eis vitā beatā, ſed extra Dei regnū, & tamē baptizandos dicebant non in originalis, ſed in propriorū peccatorū remiſsionem, aut regni etiam Dei, non æternæ vitæ cauſa. Dicunt etiam Proteſtantes, quòd par-

Doctores Catholici.

ginitatem nuptijs meliorē non eſſe, cùm Auguſtinus dicat, Apoſtolum & veram Chriſti Eccleſiam aliter docere.

k C.11. & 12. *Inſultat, quòd Paſcha vt Iudæi nō celebramus, cùm ouē magis nos habeamus in re præſentis Euāgelij, eiuſq; occiſionē cùm quotidie, tùm maximè anniuerſario ſolēnitate factam cōmemoremus. Vt quæ inſigniter excellētia certis diebus facta ſunt, eorū neceſſariā ſalubremq; memoriam feſtiuitas concelebrata cuſtodiat.*

l Augu. in lib. de Actis cū Felice Manichæo. *Manichæū inter Apoſtolos nō legimus. Spiritus autē Sāctus, quē venturū promiſit Dominus, Ioā. 16. in Apoſtolos venit, Act. 2. anteq; Manichæus natus eſſet.*

m Aug. in li. de fide cont. Manich. ca. 73. *Quomodo Chriſtus tā multas animas necādas dæmonibus in porcis tradidit, cùm tales animas dicatis eſſe pecorū, quales ſunt hoīm?* Et c. 44. *Anima irrationalis peccare non poteſt, quia nec præcepto rationis poteſt accipere. Rationalis autē, quia poteſt rectè factorum rationabilia præcepta percipere, & rectè factis ad æternam beatitudinem peruenire, ſi hoc peccando noluerit, iuſtè ad inferiora damnatur.*

n Amb. ep. 83. *Manichæos ob Dominicæ diei ieiunio iure dānamus. In Reſurrectionē Chriſti non credit, ſi Legē qs ieiunij die Reſurrectionis indicat.*

a Auguſt. de peccat. merit. & remiſsione, lib. 1. c. 11. Apoſt. ait Rom. 5. *Regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen etiā in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudine præuaricationis Adam, id eſt, qui nondū ſua propria voluntate, ſicut ille, peccauerunt, ſed ab illo peccatum originale traxerunt.*

b Ibid. c. 16. *Prædicat Apoſtolus Rom. 5. iudiciū ex vno delicto in cōdemnationem. Itaq; paruuli ſimul peccato, & morti primi hoīs obnoxij noſcūtur in carne.* (Et pòſt c. 18) *Si nulla originalis peccati ægritudine ſauciati ſunt, quomodo ad percipiēdū ſacramētū ſalutis æternæ ſuorū currētium pio timore portātur?*

c Concil. Mileuitanum c. 2. *Placuit, vt quicunq; paruulos recentes ab vteris matrū baptizandos negat, aut dicit in remiſsionem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, vnde fit conſequens, vt in eis forma Baptiſmatis non verè, ſed falsè intelligatur, Anathema ſit.* Aug. de verb. Apoſt. Ser. 14. *Dicimus, paruulos aliter ſalutē & vitam æternā non habituros, niſi baptizētur in Chriſto.* Et in Epiſt. 28. *Ab Eccleſia ſū baptizandis par-*

BBB uulis

Si ergo vlla fuit illis diebus in orbe terrarum Eccleſia Chriſti: vel cum Leone iſto communicauit, vel ei reſtitit. Nunquàm verò legimus, vllum fidelium cœtum vel minimum Leoni reſtitiſſe, atque eum vocaſſe Antichriſtum. excipio infideles Nouatianos, Manichæos, Donatiſtas, Pelagianos, Neſtorianos, Eutychianos, & alia eiuſmodi monſtra. Cum illo autem cõmunicârunt omnes Patriarchæ, Primates, Epiſcopi & populi fideles per vniuerſum mundum.

Iam verò ſi quis dicat, latuiſſe quendam cœtum fidelium in illo ſeculo, qui & ab hæreſibus fuerint immunes, & tamen Primatum Romani Epiſcopi non agnouerint: is partim in eo deſipit, quòd id ſuſpicetur fuiſſe, de quo certam ſcientiam ex hiſtoria Eccleſiaſtica non habet, partim manifeſtè ex eo conuincitur, quòd putet illam potuiſſe veram Dei Eccleſiam fuiſſe, cuius Paſtores ſeſe pro veritate Euangelij contra Epiſcopum Romanum (tam blaſphemè, vt iſti volunt, à fide aberrantem) palam aperteque non oppoſuerint. Chriſtus enim promiſit, *ſe omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi cum illa eſſe, qui docerent & baptizarent omnes gentes. Matth. 28.* Nunquàm ergo potuerunt deeſſe veri & boni Paſtores in Eccleſia, quæ regitur à Chriſto. Qui autem vidit lupum venientem, & fugit, non eſt Paſtor bonus, ſed mercenarius cui non eſt cura de ouibus. Si autem vllus Paſtor bonus in tali cœtu, qualem ſub Leone Papa in mundo latuiſſe Proteſtantes ſomniant, exaltaſſet velut tuba vocem ſuam, in ſummis excelſiſque verticibus ſupra viam in medijs ſemitis ſtans clamaſſet, iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus locutus eſſet, prædicaſſet ſuper tecta, inſtitiſſet opportunè, importunè, & tanquàm lux in candelabro poſita lucem omnibus, qui in domo Dei erant, præbuiſſet: vs *tanquàm ciuitas in monte conſtituta, non potuiſſet abſcondi.* Vtrum ita non atteſtantur Prophetæ, Euangeliſtæ, Apoſtoli? Tum autem ex iſta prædicatione contraria, diſſenſiones inter populos Chriſtianos ortæ fuiſſent, alijs hoc, alijs illud credentibus: inde Epiſcoporum factiones, factionumque duces mox apparuiſſent: Imperatorum aut gratia, aut ſimulatio in hanc illamue partem prodita fuiſſet: Concilia conueniſſent: anathemata huic illiue parti fuiſſent indicta: denique pars altera victa, & finibus Eccleſiæ abdicata fuiſſet in æternum. Nunc autem cùm nihil horum extiterit, imò cùm Hilarius quidam D. Petri Primatum verbis arrogantibus minuendo, nihil aliud obtinuerit, quàm vt in reprehenſionem omnium bonorũ caderet, nec aut temeraria verba ſua defendiſſe, aut vir bonus habitus eſſe, aut vllam Eccleſiam ipſi conſentientem habuiſſe legatur, nec vllos ſuæ opinionis aut Anteceſſores demonſtrârit, aut Succeſſores reliquerit: ex altera verò parte D. Leonis Primatus omnium Prouinciarum relationibus, Epiſcoporum literis & appellationibus, atq; etiam maximæ Synodi manifeſtiſsima confeſsione eluxerit, adeò vt eadem Synodus pro abſurdiſsimo habuerit, quòd Patriarcha Dioſcorus contra ipſum Papam, *cui vineæ cuſtodia à Domino commiſſa erat, & qui alius Epiſcopus velut caput membris præerat, excõmunicationem ferre auſus eſſet:* neceſſe eſt vt ea ſola Chriſti Eccleſia fuerit, quæ illis diebus cum B. Leone, Primatum in omnes Eccleſias iure optimo ſibi vendicante, communicauit.

Cæterùm ne quis putet, aut ſolùm viuente Papa Leone, Eccleſiam adeò magnificè de Primatu Romano ſenſiſſe, aut Chalcedonenſem Synodum in hac vna cauſa erraſſe: operæpretium eſt audire, quid Gregorius Magnus, qui centum & quadraginta ferè annis poſt Leonis mortem vixit, de Synodo Chalcedonenſi atteſtetur, lib. 7. Epiſt. 53. *Valde* (inquit) *libenter accepi, quòd tua me Charitas de ſua dubitatione requiſiuit, an Orientales Eccleſiæ fidem atque doctrinam Sanctæ memoriæ Leonis ſequantur, ne fortaſſis earum ſenſus inter ſemetipſas, pro trium capitulorum defenſione diuiſus ſit. Vnde certam Dilectionem tuam eſſe*
360 *deſydero, quia prædictæ ſanctiſsimæ Orientales Eccleſiæ vno ſenſu, vna doctrina, fidem eiuſdem ſanctæ memoriæ Leonis tenent, ſanctamq́ Chalcedonenſem Synodum ita nobiſcum cuſtodiunt atque venerantur, vt nullus eſſe Epiſcopus reputetur, qui eiuſdem Synodi defenſor ſectatorq́ non fuerit. Hinc eſt etiam, quòd quotiens in quatuor*
4. præcipue *præcipuis Sedibus Antiſtites ordinantur, ſynodales ſibi Epiſtolas viciſsim mittant, in quibus ſe ſanctam Chalce-*
ſedes. *donenſem Synodum cum alijs generalibus Synodis cuſtodire fateantur: ſicut & nos auerſamur, atque Anathemate plectendos ducimus, qui de fide eiuſdem Synodi aliquid minuere, vel aliquid in ea addere præſumunt.*

Si tanta diligentia fides Leonis & Synodi Chalchedonenſis cuſtodita eſt: certè per aliquot ſecula vel nulla erat Eccleſia Chriſti (quòd fieri non potuit) vel ea eſt vera & ſola Chriſti Eccleſia, quæ Primatum Romani Pontificis amplectitur.

Proteſtantes igitur, qui Pontificis Romani Primatum oppugnant, vt certiſsimè habiti fuiſſent impij & blaſphemi, ſi quod nunc docent, in Synodo Chalcedonenſi enuntiaſſent: ſic hodie ab illis omnibus, qui fidem Synodi Chalcedonenſis conſeruare volunt, impij & blaſphemi neceſſariò habendi ſunt.

Qui scripsit in euangelium Matthaei apud Hieronymum.

Leo

cap. 6. Caput Regis quod est Christus, de corpore abscinditur proprio, id est iudaico populo, et datur soli puellae id est Romanae Ecclesiae. et cap. 7. Prophetia ... mulier ... pro filia quae ... Romana Ecclesia.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
423	45. S. Xyſtus Romanus ſedit an. 7. m. 11.	Theodoſ. 2 Valentinianus 3.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

paruuli abſq; Baptiſmi Sacramēto vitam æternam, & Dei regnū obtinere poſſunt. neq; mirū, cùm dicant, Sacramēta Chriſti gratiā non conferre, quia peccatum auferatur.

d Adam dicunt, etiamſi nō peccaſſet, fuiſſe corpore moriturū, neq; mortuum meritò culpæ, ſed conditione naturæ.

De Gratia Dei.

e Sine gratia Dei dicunt hominem per liberum arbitrium poſſe facere (licet non tam facilè) omnia diuina mandata, ſi velit.

De Lege & Mandato.

f Dicunt legem Dei & doctrinam ad hoc adiuuare, vt diſcam^9, quæ facere & ſperare debeamus: charitatem autem, qua piè viuitur, dari negant.

De Perfectione.

g Dicunt vitam iuſtorū in hoc ſeculo nullum omnino habere peccatum.

De meritis præuenientibus & libero arbitrio.

h Dicebant, gratiam Dei, qua liberamur ab impietate, ſecūdùm merita noſtra dari. Aug. hær. 88. Bene addidit Auguſtinus, *qua liberamur ab impietate*, quia hoc verè Pelagianum eſt, vt quis dicat, primam gratiam, ſiue illam, qua impius fit iuſtus, ſecundùm meri-

Doctores Catholici.

nulis feſtinatur, quia ſine dubio creditur aliter eos in Chriſto viuificari non poſſe. Aug. in Pſal. 73. *Sacramenta noui Teſtamenti dant ſalutem.*

d *Corpus* (inquit Apoſt. Rom. 8.) *mortuum eſt propter peccatū: nō dicit, propter fragilitatē terrenā, ſed propter peccatū.* Cōc. Mileui. can. 1. *Qui dicit Adā mortalē factū, ita vt ſiue peccaret, ſiue nō peccaret, moreretur, id eſt, de corpore, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ exiret, anathema ſit.*

e Conc. Mileuit. c. 5. *Placuit, vt quicunq; dixerit, ideo nobis gratiā iuſtificationis dari, vt quod facere iubemur per lib. arbit. facilius poſſimus implere per gratiā, tanquā etiāſi gratia non daretur, non quidē facilè, ſed tamē poſſimus etiā ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit. Dominus enim ait* Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere.* Hieron. li. 1. aduerſ. Pelagian. *Poſſibilia præcepit Deus: & ego fateor. Sed animi laſſitudo cūctas ſimul & ſemper nō poteſt habere virtutes. Dices, ſi nō poſſū, ergo peccatū nō habeo. Habes peccatū, quare nō feceris, quod alius potuit facere.* Et li. 2 *Si non quod volumus facimus, ſed quod nolum^9, operamur* (Ro. 7.) *quomodo dicis, poſſe hominē ſine peccato eſſe, ſi velit? Quod autē ſcriptū eſt: Et ſanguis Ieſu mundat nos ab omni peccato, tā in cōfeſſione Baptiſmatis, quā in clemētia pœnitudinis accipiendū eſt* (vtrūq; igitur ex æquo eſt Sacramētū) *ſed aliud eſt mundari à Deo, aliud per ſe eſſe ſine vitio.*

f *Quiſquis dicit, per gratiā* Dei *non præſtari, vt quod faciendū cognouerimus, etiā facere diligamus atq; valeam^9: anathema ſit. Sicut ſcriptū eſt Pſal. 93 Qui docet hominē ſcientiā: ita ſcriptū eſt. 1. Ioan. 4 Charitas ex* Deo *eſt.* Concil Mileuitanū. can. 4.

g Concil. Mileuit. Can. 6. *Quod ait Ioannes,* Si *dixerimus, quia peccatū nō habemus, veritas in nobis nō eſt: Quiſquis propter humilitatē ita dici putat, & non quia verè ita eſt, anathema ſit.*

h Aug. li. 3. Hypognoſticωn. *Præuenit miſericordiſſima gratia ſua* Deus *hominis ignorātis et nondū ſe quærentis voluntatē liberi arbitrij, vt eū ſe ſcire & quærere faciat.* 1. Ioā. 5. *Filius* Dei *dedit nobis ſenſū, vt cognoſcamus verū* Deū, *& ſimus in vero filio eius.* Hieron. in Procemio aduerſ. Pelagian. *Manichæorum eſt, liberum auferre arbitrium, & adiutorium Dei tollere: appetitumq; propriæ voluntatis, Dei ſemper credamus auxilio gubernari.*

Auguſtinus de gratia Chriſti contra Pelagianos, lib. 1. cap. 44. *Vbique* (inquit Ambroſius in Lucā, lib. 2. cap. 12.) *Domini virtus, ſtudijs co-*

 opera-

361 Leo in Natali Petri & Pauli, Serm. 1. *Roma per ſacram B. Petri Sedem Caput orbis effecta, latius præſidet Religione diuina, quàm dominatione terrena.*

Petrus Chryſologus in Sermone 175. *Edicto Cæſaris & Pagani, Dominus (Ieſus) obtemperaturus occurrit:*
362 *& Decreto beati Petri, Decreto Principis Chriſtiani ſeruus adhuc aliquis irreuerenter obſiſtit?* Non eſt dubium, quin hoc in loco per *Decretum B. Petri*, D. Chryſologus intelligat Eccleſiæ Romanæ Decretum, ſicut etiam per Decretum Principis Chriſtiani, Decretum Imperatoris inſinuat. Vult igitur Chryſologus, perinde obediri Eccleſiæ Romanæ in Eccleſiaſticis, quàm Imperatori Chriſtiano in ciuilibus cauſis.

363 In Concilio Romano Hilarius Papa dixit. *Nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis Decreto temerare. Acclamatum eſt ab Epiſcopis: Hilario vita. Iſta per S. Petrum, vt in perpetuum ſeruentur, optamus.*

364 Tarraconenſes Epiſcopi ad Hilarium Papam. *Ad fidem recurrimus Apoſtolico ore laudatam, inde reſponſa quærentes, vnde nihil errore, nihil præſumptione, ſed Pontificali totum deliberatione præcipitur.*

365 Simplicius Papa ad Zenonem Hiſpalenſem Epiſcopum. *Congruum duximus Vicaria Sedis noſtræ te authoritate fulciri. Cuius vigore munitus, Apoſtolicæ inſtitutionis Decreta, vel Sanctorum terminos Patrum nullo modo tranſcendi permittas.*

Dioſcoro per Synodum Chalcedonenſem ab Alexandrina Sede pulſo, grauiſsimum ſchiſma in Alexandrina Eccleſia oritur. Et ex Catholicis quidem ſederunt primùm Proterius, deinde Timotheus, Salophaciolus, ac demum Ioannes Talaia. Ex altera verò parte flabellum ſeditionis fuit Petrus Moggus Diaconus ex Dioſcori ordinatione, qui Alexandriæ latitans & Proterium occidi, & Timotheum Eccleſia pelli curauit. Et hactenus quidem Acatius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Catholicis fauebat,
366 adeo vt *Synodicam Epiſtolam Papæ Romano mitteret, petens ne adulterum & hæreticum in Epiſcopali dignitate reciperet.* Cæterùm poſtquàm vidiſſet, Ioannem Talaiam non tranſmiſiſſe ad ſe Epiſtolam Synodicam (ſiue ea rès per negligentiam, ſeu diuinitus ab illo prætermiſſa eſt, vt cor impurum Acatij reuelaretur) Acatius, odio in Ioannem ſuſcepto, curat per dolum ab Imperatore proponi Henoticon, id eſt, pacificatorium quoddam reſcriptum, quo Eccleſiæ inter ſe hactenus diſsidentes, vniri viderentur. Ex qua occaſione & cum Petro Moggo communicat, & eum (Ioanne Talaia reiecto) Epiſcopum Alexandrinæ Eccleſiæ conſtitui curat.

367 Tunc *Ioannes Talaia (communicato cum Calendione Antiocheno Patriarcho conſilio) Romanum Pontificē Simplicium appellauit*, vt Liberatus in Breuiario atteſtatur, Cap. 18. Simplicius igitur ad Acatium pro Ioāne Talaia ſcribit. Cumq; Acatius reſpondiſſet, ſe non cum Ioanne, ſed cum Petro Moggo communica-
368 re: *Simplicius Acatium reprehendit, quòd hæreticum in communionem contra Sedis Apoſtolicæ ſententiam recepiſſet.* Interim verò cùm Ioanni Talaiæ Papa Nolanam dediſſet Eccleſiam, tam Simplicius, quàm Ioannes in pace defuncti ſunt.

369 Simplicio autem in Epiſcopatu Romano ſuccedit *Felix*, qui poſtquàm intellexiſſet, Petrum Moggū palam anathematizaſſe Synodum Chalcedonenſem, itemque Acatij pœnitentiam per quinquennium fruſtrà expectaſſet: tandem, *abdicauit Acatium*. Quo defuncto, *Flauitas non conſenſit ſine Romano Epi-*
370 *ſcopo inthronizari.*

371 Euphemius etiam Flauitæ ſuccedens, *Felicis Papæ nomen, quod Acatius ex Commentarijs deleuerat, repoſuit*. Hiſtoriæ autem iſtæ referuntur à Liberato, à Cap. 14. vſque ad Cap. 19. & à Zonara, Cedreno, & Nicephoro lib. 16. In omnibus autem controuerſijs liquidò apparet, ſolam Sedem Romanam veræ fidei per omnia omnino tempora Petram fuiſſe, nec alios, quàm qui cum illa communicabant, manſiſſe Catholicos.

372 *Nicephorus lib. 16. c. 16. Felix ad Zenonem miſit, vt Acatius Romā aliquos mitteret cū Ioanne* Alexandrino Patriarcha, *in iudicio, ſi quam haberet actionem, experturus, aut cauſam dicturus.* Idem Felix Zenonē quoque de Vandalica perſecutione admonebat, velut pius pater, de ijs fidelibus, qui in Aphrica eſſent, ſolicitus.

373 Victor lib. 1. de perſecutione Vandalica. *Cùm Theodoricus Regis filius iuſſiſſet Armogaſten B. Confeſſorem capite truncari, prohibetur à Iucundo Presbytero ſuo, dicente: Si gladio peremeris, incipient eum Romani martyrem prædicare.* Vbi per Romanos intellexit, *Catholicos*. Eò enim res iam à multis ſeculis deuenit, vt quia Pontifex Romanus Catholicæ Eccleſiæ Caput eſt, idem prorſus ſit inter Chriſtianos Romanum & Catholicum dici, quod & antè ex Ambroſio & Hieronymo docui.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
440	46. Leo Romanus.	Martianus.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

merita dari, quod nemo Catholicus vnquàm ſenſit, licet Proteſtantes eiuſmodi calumniam nobis impingant.

De ſplendore veſtium.

[i] Dicebant (vt eſt apud Hieronomũ lib. 1. aduerſus Pelagianos) gloriam veſtium & ornamentorum Deo eſſe contrariam. Hoc ferè opinantur Caluiniſtæ, ac præſertim Puritani, hoc eſt, ij Caluiniſtæ, qui cæteris puriores in Anglia videri cùm velint, pro ingenti piaculo habent, vt in adminiſtratione vllius Sacramenti veſte candida miniſter Dei vtatur.

De Regno Cælorum.

[k] Item, Regnum cœlorum in veteri Teſtamento repromitti. Hieronymus ibidem.

De Iuſtitia huius vitæ.

[l] Viſus eſt Pelagius dicere, eũ qui peccauit in quibuſdam, iuſtũ eſſe deſijſſe: vt ita oſtẽderet, eos qui appellantur iuſti in Scripturis, in nullo peccaſſe Hierony. lib. 2. ibid. Proteſtantes etiam hodie neminem iuſtum, aut perfectum putant, qui vel in minimo peccat, imò nullum veniale peccatum admittunt.

De ſecuritate Iuſtitiæ.

[m] Per nimiam ſanctitatem ſecuramque iuſtitiam audacter vobis cœleſtia dona vendicatis, inquit Hieron. aduerſus Pelagian. libro 3. In qua etiam fiducia de ſua imputata iuſtitia Proteſtantes ſecuros ſe faciunt de regno cœlorum.

Exiſti-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

operatur humanis, vt nemo poßit ædificare ſine Domino; nemo cuſtodire ſine Domino, nemo quicquã incipere ſine Domino.

[i] Hieronym. lib. 1. aduerſus Pelagianos: *Quæ ſunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, ſi tunicam habuero mundiorẽ: ſi Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, & reliquus Ordo Eccleſiaſticus, in adminiſtratione Sacrificiorum candida veſte proceſſerint?*

[k] Hieronymus lib. 1. aduerſus Pelagianos. *Perſpicuum eſt, regnum cælorum primùm in Euangelio prædicari per Ioannem Baptiſtam, & Dominum Saluatorem, & Apoſtolos.* Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 19. cap. 31. *Quod non temerè dixerim, neſcio vtrum quiſquam in illis libris* (Veteris Teſtamenti) *inuenit nomen Regni cælorum, quod tam crebrò nominat Dominus. Fit quidem mentio æterni regni, beatæ vitæ, & immortalitatis. Sed hoc nomen Regnum cælorum, de nullo inde loco mihi occurrit. Hoc enim propriè pertinet ad reuelationem noui Teſtamenti.*

[l] Hierõn. lib. 2. cont. Pelag. *Nõ ex eo quòd parua quis peccauit, iuſtitiæ nomen amiſit, ſed ex eo quòd multa bona fecit, iuſtitiæ nomen poßidet.* Aug. De ſpir. & ca. 28. *Nõ impediũt à vita æterna iuſtũ, quadã peccata venialia, ſine quibus vita hæc non ducitur.* & cap. 36. *Dici poteſt quadam iuſtitia minor, huic vitæ competens, qua iuſtus ex fide viuit. Neque enim ſi eſſe nondum poteſt tanta dilectio Dei, quanta illi cognitioni plenæ perfectæq; debetur, iam culpæ deputandum eſt.*

[m] Hierony. lib. 2. ibid. Propheta Michæas ait: *Indicabo tibi, ô homo, quid Dominus quærat à te: vtiq; facere iudiciũ, & diligere miſericordiã, & ſolicitũ ambulare cũ Deo tuo, vt nunq̃* (inquit Hie.) *ſecurus ſis. Qui cautus & timidus eſt poteſt ad tẽpus vitare peccata. Qui ſecurus eſt de iuſtitia* (vt Lutherani & Calu. iubẽt quẽlibet nõ minus de æterna ſalute, quàm de ſua fide ſecurũ eſſe) *repugnat Deo, illiuſq; auxilio deſtitutus inſidijs hoſtiũ patet.* Auguſt. de corrept. & gratia c. 6. *Quis ex multitudine fideliũ, q̃ diu in hac mortalitate viuitur, in numero prædeſtinatorũ ſe eſſe præſumat, quia id occultari opus eſt in hoc loco, vbi ſic cauẽda eſt elatio, vt etiã per Satanæ angelũ, ne extolleretur, tãtus colaphizaretur Apoſtolus. Hic & Apoſtolis dicebatur: Si manſeritis in me: dicẽte illo, qui illos vtique ſciebat manſuros. Omnes etiam, qui bene currunt, timeant, dum occultum eſt, quò perueniant.*

DE

Idem Victor in li.2. Cùm Rex Vandalorum & Alanorum Hunericus Catholicos Epiſcopos prouo-
caſſet ad rationem fidei ſuæ reddendam, Eugenius Carthaginẽſis Epiſcopus reſpondit, *cauſam fidei com-
munem eſſe, & ideo ſine vniuerſitatis conſenſu non debere tractari. Se igitur ſcripturum fratribus ſuis, vt in
374 Africam veniant, & præcipuè* (inquit) *Eccleſia Romana, quæ Caput eſt omnium Eccleſiarum.*
Hinc apparet, non hoc actum eſſe in ſexta Synodo Carthaginenſi, vt in cauſis fidei Africana Eccle-
ſia non agnoſceret Eccleſiam Romanam, velut omnium Eccleſiarum Caput, ſed tantùm, vt Presbyte-
rorum & inferiorum Clericorum appellationes extra Africam facilè non admitterentur. Cùm alioqui
totius Africæ Primas de communi fratrum ſententia vltrò præ ſe ferat, *Romanam Eccleſiam Caput eſſe
omnium Eccleſiarum*. Et certè in omnibus Eccleſijs, etiam Africana comprehenditur. Africani ergo
etiam eo tempore, quo Dei gratia ſtabiliti pro fide Chriſtiana patiebantur, confeſsi ſunt, Romanam Ec-
cleſiam Eccleſiæ Africanæ Caput eſſe.
375 Gelaſius in commonitorio ad Fauſtum ſungentem legationis officio Conſtantinopoli. *Appellationes
totius Eccleſiæ ad huius Sedis examen Canones voluère deferri: ſententiáq; illius conſtituerunt non oportere diſ-
ſolui, cuius potius Decreta ſequenda mandârunt.*
Idem ad Anaſtaſium Auguſtum. *Noſti, fili clementiſſime, quòd licet præſideas humano generi dignitate re-
376 rum tamen Præſulibus diuinarum deuotus colla ſubmittis: quantò potius Sedis illius Præſuli conſenſus eſt ad-
hibendus, quem Chriſti vox prætulit vniuerſis, quem Eccleſia veneranda confeſſa ſemper eſt, & habet deuota
Primatem?* (Et pòſt.)
*Hoc eſt, quod Sedes Apoſtolica magnopere cauet, vt quia mundo radix eſt Apoſtoli glorioſa confeſſio, nulla
377 rima prauitatis, nulla prorſus contagione maculetur. Nam ſi (quod Deus auertat, quod fieri non poſſe confidimus)
tale aliquid proueniret* (nimirum vt Petri Confeſsio, hoc eſt, Sedes Apoſtolica, contagione aliqua falſæ
Doctrinæ macularetur) *vnde cuiquàm reſiſtere auderemus errori? Vel vnde correctionem errantibus po-
ſceremus?*
Gennadius Maſſilienſis Presbyter de fide ſua ſcripſit librum ad Papam Gelaſium. Sic enim moris erat, vt fa-
378 cerent, de quorum fide vel ſuſpicio leuis fuiſſet.
Gelaſius Epiſcopis per Lucaniam, Brutios & Siciliam conſtitutis. *Indignum eſt, quenquam Pontificum
379 hanc obſeruantiã refutare, quam B. Petri Sedem & ſequi videat, & docere, ſatiſq; conueniens eſt, vt totum cor-
pus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quam illic vigere conſpiciat, vbi Dominus Eccleſiæ totius po-
ſuit Principatum.*
Gelaſius ad Epiſcopos Dardaniæ. *Vniuſcuiuſque Synodi conſtitutum, quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit
380 aſſenſus, nullam exequi Sedem præ cæteris oportet, quàm primam: quæ & vnamquamq; Synodum & ſua autho-
ritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet Principatu, quẽ B. Petrus Apoſtolus Domi-
ni voce perceptum, Eccleſia nihilominus ſubſequente, & tenuit ſemper, & retinet.*
Idem in Concilio 70. Epiſcoporum, & ſanctarum Scripturarum Canonem tradidit, & ex Patrum
opuſculis, quæ rata, quæque apocrypha habenda eſſent, declarauit, & vniuerſos hæreticos, eorumq; ſcri-
pta perpetuò damnauit anathemate, ſub cuius Concilij initio ſic habetur. *Romana Eccleſia nullis Syno-
381 dicis conſtitutis, cæteris Eccleſijs prælata eſt. Sed Euangelica voce Domini Primatũ obtinuit. Matth. 16. Eſt er-
go prima Petri Apoſtoli Sedes Romana Eccleſia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiuſmodi.*
Hæc ſeptuaginta Epiſcopi in Synodo.

Quidam neſcio cuius hæreſis Anaſtaſium inſimulant, quòd cum Photino Theſſalonicenſi Diacono Acatij conſorte communicaſſet, atque Acatium ab Anteceſſoribus ſuis damnatum reuocare voluiſſet. Primùm, Acatius reuocari non poterat ab Anaſtaſio, qui ante Pontificatum eius vita defunctus fuerat, vt conſtat ex Euagrio Lib. 3. Cap. 23. Deinde Anaſtaſius Pontifex in Epiſtola, quam ſcribit ad Anaſtaſiũ Imperatorem, precatur eius Clementiam. *vt nomen Acatij, quod multis ex cauſis offendiculum Eccleſiæ cõcitauit, taceatur.* Quomodo autem putabimus, eum communicaſſe cum Acatij conſorte, qui neque Conſtantinopolitanos quidem cum nuda Acatij appellatione cõmunicare paſſus eſt. Tertiò, qui hæreſis accuſant hunc Pontificem, nullum ea de re teſtimoniũ antiquitatis proferunt. Quartò, crimen hoc, quodcunque id eſt, ſchiſmatis potius eſt, quàm hæreſeos crimen. Neq; enim Acatium ipſum, ac multò minus Photinũ Diaconũ, in hæreſim lapſum eſſe probant, etiamſi pacis cauſa non rectè cum hæreticis communicarent. Quintò, ſi vel maximè cũ hæreticis communicaſſet Anaſtaſius; tamen ab omni hæreſis crimine libera manſiſſet Romana Eccleſia, quæ in illa cauſa (quã Gratianus cõmemorat diſtinct. 19) ob id Anaſtaſij factũ ab eo diſceſsiſſe dicitur. Sextò, ſi & Romana Eccleſia potuiſſet ad punctũ aliquod tẽporis lapſa eſſe: tamẽ Deus prouidentiã ſuã ex ea re mirabilẽ erga illam Sedẽ oſtendiſſet, eò quòd Põtifex, qui fuiſſet cauſa erroris, diuino nutu ideo percuſſus eſt, ne per Petri Sedem Catholica Eccleſia in errorem aliquẽ duceretur: nemo enim id in Anaſtaſio imitatus eſſet, ob quod eum à Deo percuſſum intellexiſſet.

Poſtremò

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
440	Idem Leo.	Martianus.

DE CERTIS DVBIIS, QVÆ INTER CATHOLICOS HOC TEMPORE CIRCA

prædeſtinationem exorta ſunt, quorum pleraque, ſi quis pertinaciter defenderet, Semipelagianus habendus eſſet.

IN VRBE MASSILIENSI, ET IN RELIQVA GALLIA viri quidam Eccleſiaſtici lectis D. Auguſtini opuſculis, quæ contra Pelagianos ediderat, Pelagianos quidem pro hæreticis habuerunt: ſed nonnulla in Auguſtini dictis Patrum opinioni & Eccleſiaſtico ſenſui contraria putauerunt.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Principio Iuſtitiæ.

a Exiſtimabant (vt Hilarius in Epiſtola ſua ad Auguſtinum refert) adiuuari gratia Dei eum, qui cœpiſſet velle, non etiam donari, vt velit.

De Perſeuerantia.

b Deinde quicquid donatum ſit prædeſtinatis, id eos amittere poſſe, & retinere propria voluntate.

De numero prædeſtinatorum.

c Non eſſe definitum eligendorum reijciendorumque numerum.

De præuiſis paruulorum operibus.

d Ex paruulis tales baptizari antequàm moriātur, taleſq; mori antequàm baptizentur, quales futuros illos in annis maioribus, ſi ad actiuam ſeruarentur ætatē, diuina ſcientia præuiderit.

e Præ-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Contra hunc errorem D. Auguſtinus ſcripſit librum priorem de Prædeſtinatione Sanctorum, vbi ex Scripturis probat, *nihil nos habere, quod non accepimus.* 1. Cor. 4. *Cùm ne cogitare quidem ex nobis ipſis aliquid poſsimus, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo ſit.* 2. Cor. 3. *Miſericordiam enim conſequimur, vt fideles ſimus.* 1. Timot. 1. *Nam & fides Dei donum eſt.* Ephe. 2. *Nec ad Chriſtum aliquis venire poteſt, niſi Pater traxerit eum.* Ioan. 6.

b Contra iſtum errorem Auguſt. ſcripſit poſteriorem librū De bono perſeuerātiæ, de quo ſcriptum eſt, Philip. 1. *Vobis donatum eſt, pro Chriſto non ſolùm, vt credatis in eum, verùm etiā vt patiamini pro eo. Optimus enim finis Chriſtiani eſt, pati pro Chriſto, & qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Matth. 10. *Qui videtur ſtare, videat ne cadat. Potens eſt Deus* (non autem ipſe ſeipſum) *ſtatuere illum, dū nō permittit tētari ſupra id, quod poſſumus.* 1. Cor. 10. *Deus operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.* Philip. 2.

c Auguſtin. de corrept. & gratia, cap. 13. *Prædeſtinatorum ita certus eſt numerus, vt nec addatur eis quiſquam, nec minuatur ex eis. Potens eſt Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Matth. 3. Quaſi dicat: *Nō deerit vllo modo numerus Abrahæ promiſſus.* Et Apoc. 3. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non eſt accepturus, niſi ille perdiderit, certus eſt numerus.*

d Auguſtin. de bono perſeuerant. ca. 10. *Falſum eſt ſecūdùm ea mortuos iudicari, quæ facturi eſſent, ſi ad viuentes Euangelium perueniret.*

Saluianus Epiſcopus Maſsilienſis, de iudicio & prouidentia Dei lib. 4. *Quæ fieri non video, quaſi facta habere non poſſum. Nullus pro eo, quod non admittit, ſcelere punitur.*

e Auguſt

Poſtremò, non quid Epiſcopi faciant, ſed quid legitimè faciendum decernant, ſpectandum eſſe, Chriſtus ipſe docuit, *cùm iuberet ſuo· facere id, quod ſedentes in Moyſis Cathedra dicerent illis.* Id autem legitimè decretum intelligitur, quod ex more Maiorum de Concilij ſententia liberè decernitur. Cùm ergo nihil tale ſub Anaſtaſio Eccleſia Romana decreuerit, vtique illa & quoad factum ipſum, & quoad ius omne, ab hæreſi eſt immunis.

382 Eccleſia Orientalis ad Symmachum Epiſcopum Romanum. *Quotidiè à Sacro Doctore tuo Petro doce-*
383 *ris, oues Chriſti per totum habitabilem mundum tibi creditas paſcere.* Ennodius in libro Synodorum ſub
Symmacho habitarum, *Athanaſium Romano Antiſtiti imparem locus oſtendit.* Itemque de Pontifice
384 Romano ait: *Qui B. Petri Apoſtoli Vicarius æſtimatur.* (Et poſt:) *Sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem Sedis Romanæ factam toto orbe venerabilem, dum illi, quicquid fidelium eſt vbique, ſubmittitur, cum totius corporis Caput eſſe deſignatur.* Et paulò antè. *Cauſas Præſulis Sedis iſtius, ſuo Deus reſeruauit arbitrio.*

385 Paulus Diaconus in vita Anaſtaſij Imperatoris. *Transſamundus Vandalorum Rex clauſis Catholicorũ Eccleſiis, 220. Epiſcopos in Sardiniam exilio relegauit, quibus B. Papa Symmachus quotidiana ſubſidia miniſtrare non deſtitit.* Et hoc quidem Sedi Apoſtolicæ proprium fuiſſe, iam antè ex Euſebio docuimus. Natura quippe iubet, vt omnium Eccleſiarum Paſtor nullius gentis aut linguæ fideles à ſe putet alienos, ſed omnibus potius tanquàm pater filijs theſaurizet.

386 In Synod. 3. ſub PP. Symmacho Eulalius Syracuſanus Epiſcop. dixit. *Apoſtolica Sedis Præſul prærogatiua Petri per vniuerſum orbem Primatum obtinens ſacerdotij, Statutis Synodalibus conſueuit tribuere firmitatem.*

387 Theodorus Lector Collectaneorum lib. 2. *Imperator Anaſtaſius Macedonium Patriarcham Conſtantinopolitanum vehementer vrſit, vt Synodum Chalcedonenſem Anathemate damnaret. Ille verò ſine vniuerſali Synodo, cui magna Roma* Epiſcopus præſideret, nihil ſe facturum dixit. ∮ Illa ergo Synodus verè vniuerſalis & vnicè rata eſt, cui Romanus Epiſcopus præſidet. Græci etiam Epiſcopi teſtimonium eſt hoc.

In Synodo 4. ſub Symmacho pluſquàm 70. Epiſcopi à Rege Theodorico Romam conuocati, vt Papæ Symmachi Acta diſcuterent, Regi dixerunt, *Papam debere Synodum conuocare, quia eius Sedi primùm*
383 *Petri Principatus, deinde Conciliorum authoritas, ſingularem in Eccleſiis tradidit poteſtatem: nec facilè formã aliquam teſtari, antedictæ Sedis Antiſtitem minorum ſubiacuiſſe iudicia.* Vnde Theodoricus (tametſi hære-
389 ticus alioqui eſſet) tamen veritate ac vſu Eccleſiaſtico victus, *ipſum Papam in colligenda Synodo volũtatem ſuam ſignificaſſe, declarauit.* Cumque Epiſcopi non crederent Regis verbo, *Rex ipſius Papæ literas exhibuit.* Qua ex re conuincitur, Concilia quidẽ Generalia perſæpè ab Imperatoribus eſſe conuocata, verùm id nunquàm eſſe factum abſq; Pontificis Romani literis, quas ille prius ad Imperatores ob eam cauſam miſiſſet. Nam ſi legimus, & in Synodo Romana Silueſtrũ conuocaſſe Concilium Nicænum, & alibi Damaſum ad Theodoſium ſcripſiſſe, vt Conſtantinopolitanum primum congregaretur, itemque ſi Leonis permultæ literæ extant, quibus Martianum ad conuocandam Synodum ſæpiſſimè hortatus eſt, ſi nc Theodoricus quidem Arianus, cùm Rex Italiæ eſſet, Synodum cõtra Papam cogere auſus eſt, præterquàm ex eiuſdem Papæ authoritate per literas conſignata: quis dubitet, quin etiamſi non iam extet teſtimonium de vnius alicuius Concilij generalis conuocatione per Papam facta, per eum tamen ea cõuocatio & plerumque ab initio procurata, & ſemper ad poſtremum confirmata ſit?

390 In quinta ducentorum octodecim Patrum Synodo, ſub Papa Symmacho habita, idẽ Symmachus dixit: *Sedes Apoſtolica (cui, licet indigni, præſumus) ſolida Petri confeſſione ſtabilita eſt.*

Paulus Diaconus in vita Anaſtaſij. *Dum Anaſtaſius in hæreſi, qua delapſus fuerat, perſeueraret, duáſque in Chriſto naturas, Deitatis videlicet, & humanitatis, Eutychen hæreſiarcham ſequens, denegaret: Hormiſda Papa, qui Symmacho ſucceſſerat, direxit Enodium Ticinenſem Epiſcopum, aliòſque cum eo Conſtantinopolim Legatos, cum Catholica fides inſcripto, quatenus Anaſtaſium ad Eccleſiæ reduceret gremium. Is Legatos naui fragi-*
391 *li impoſuit, mandatq́, ne vſpiam per totam Græciam ad aliquam ciuitatem accederent. Quam eius impiam temeritatem Diuina continuò vltio ſubſecuta eſt. Nam cùm iam ſeptimum & vigeſimum Imperij annum ageret, ictu fulminis interijt.* Hinc, puto, errorem illum cœpiſſe originem, quo putatum eſt, Anaſtaſium Pontificem Romanum nutu Diuino percuſſum eſſe. Quod enim Anaſtaſio Imperatori accidebat, Anaſtaſio Pontifici per errorem facillimè aſcribi potuit.

Ioannes

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	46.	
440	S. Leo Magnus ſedit an. 20. m. 1. d. 13.	Martian° an. 7.
	Quarta Synodus Oecumenica ſub Leone Chalcedoni celebrata eſt, cõtra Eutychianos.	
		Leo I Imperator an. 16

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Prædeſtinationis doctrina.

e Prædicatione prædeſtinationis audientibus plus deſperationis, quàm exhortationis afferri.

An omnibus afferatur gratia?

f Arbitrabatur, velle Deũ omnes homines ſaluos fieri, vt nullus habeatur exceptus, ſed propitiationem, quæ eſt in Sacramẽto ſanguinis Chriſti, vniuerſis hominibus ſine exceptione eſſe propoſitam.

g Prædictarum opinionum aſſertores, licet manifeſtè errauerint, tamen hæretici iure habendi non ſunt, quia ſic à S. Auguſtino diſſenſerunt, vt & ad ipſius dicta, quæ antè ſcripſiſſet, & ad alios Catholicos Patres, & ad Sedem Apoſtolicam prouocarent. Vnde nec in eis pertinacia fuit, nec vllum nomen apud antiquos hæreſum cenſores acceperunt.

100. De Neſtorianis.

An Maria Deum pepererit.

a Neſtorius ſententiam Anaſtaſij Presbyteri (qua dixerat, Mariam à nemine Deiparam vocari debere) pertinaciter defendens, nouam hæreſim condidit. Socrat. lib. 7. cap. 32. Theodoret. hæret. fab. lib. 4. ca. penultimo.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

e Auguſt. de bono perſeuerant. cap. 17. *Hoc eſt dicere, tunc de ſua ſalute hominẽ deſperare, quando ſpem ſuam non in ſeipſo, ſed in Deo didicerit ponere*, cùm Ieremias clamet ca. 17. *Maledictus, qui ſpem ponit in homine.*

f Cœleſtinus Papa in Epiſt. ad Epiſcopos Galliæ, cùm & Auguſtinum eximiè laudaſſet, ca. 2. & *gratia Dei præuenientem continuamq́; neceſſitatem expoſuiſſet*, cap. 5. 6. & 9. tandem ita cõcludit: *Profundiores verò, difficilioreſq́; partes incurrentium quæſtionũ, quas latius pertractârunt, qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus cõtemnere, ita non neceſſe habemus aſtruere. Quis ad confitendam gratiã Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credimus, quicquid ſecundùm prædictas regulas Apoſtolicæ Sedis nos ſcripta docuerunt.*

g Cœleſtinus ibidẽ cap. 3. *Nonnulli, qui Catholico nomine gloriantur, cum Pelagium atq; Cœleſtiũ anathematizare non dubitent, ea tantũmodo ſequi & probare profitentur, quæ ſacratiſſima B. Apoſtoli Petri Sedes contra inimicos gratiæ Dei per miniſterium Præſulum ſuorum ſanxit & docuit.*

Auguſtinus de prædeſtin. Sanctorum cap. 1. *Peruenerunt iſti fratres noſtri, vt credant cum Eccleſia Chriſti, peccato primi hominis obnoxium naſci genus humanum, nec ab iſto malo, niſi per iuſtitiã ſecundi hominis aliquem liberari. Peruenerunt etiã, vt præueniri voluntates hominũ Dei gratia fateantur: atq; vt ad nullum opus bonum vel incipiendũ, vel perficiendum ſibi quẽquàm ſufficere poſſe, conſentiant. Retenta ergo iſta, in quæ peruenerunt, plurimum eos à Pelagianorum errore diſcernunt. Proinde ſi in eis ambulent, & orent eum, qui dat intellectum, ſi quid de prædeſtinatione aliter ſapiunt, ipſe illis quoque reuelabit.*

a Socrates lib. 7. ca. 32. *Anaſtaſij verba* (quibus Mariã negauit vocandã eſſe Deiparã) *omnium animos tã Clericorũ, q̃ Laicorũ magnopere conturbârũt. Nã iam olim didicerant, Chriſtũ verè Deũ eſſe, & nequaquàm propter incarnationis myſterium, tanquàm ſolum hominem à Diuinitate ſeparatum.* Hæc Socrates. Quæ verba produxi, non ob Socratis, verùm ob populi Conſtantinopolitani, atque adeo Cleri totius Catholicam fidem ac teſtimonium.

Ioannes Maxentius in reſponſione ad Epiſtolam, quæ falsò ab hæreticis dicebatur Hormiſdæ Papæ. An non eſt Catholicum, Chriſtum filium Dei viui vnum cõfiteri ex indiuidua Trinitate? Pro hac enim ſola ſententia *Scytharum Monachos conſtat ad Romanum fuiſſe profectos Epiſcopum*. Nam & ipſi hæretici ad hoc vbique hanc ipſam, cui reſpondimus, Epiſtolam proferunt, quatenus & ſæpedictis Monachis inuidiam concitent, *& omnes quaſi ex auctoritate Romani Epiſcopi prohibeantur, Chriſtum Filium Dei vnum confiteri ex Trinitate. Abſit, vt ex qualibet parte Catholicæ profeſſioni Romanus Epiſcopus contradicat.*

Ex Libro Pontificali in vita Hormiſdæ. Poſtquàm Anaſtaſius Imperator Eutychianus fulmine per-
cuſſus interijt, *Iuſtinus Orthodoxus Imperium ſumpſit, & direxit authoritatem ſuam ad Hormiſdam Papã Se-*
392 *dis Apoſtolicæ, per Gratum Illuſtrem nomine, petens à Sede Apoſtolica, vt redintegraretur pax Eccleſiarum.*
Acacius enim Conſtantinopolis Epiſcopus, ſe ac ſuos ab Eccleſia Romana diuiſerat. Cumque Hor-
miſda *miſiſſet Legatos ex omni parte, fide, & textu libelli pœnitentiæ munitos*, Monachorum Orthodoxorũ
& Illuſtrium virorum (in quibus Iuſtinus Imperator, & Vitalianus Conſul) ſimul occurrerunt, & illos
393 cum gloria ſuſceperunt. Iuſtinus verò Imperator ad Hormiſdam Papam reſcripſit, *Epiſcopum Conſtan-
tinopolis, & Clerum cum Papa conſentire.* Sed ipſius Cõſtantinopolitani Epiſcopi verba referamus. *Certus*
(inquit Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus ad Papam Hormiſdam) *ſcito, quòd omnes à te repudia-*
394 *tos hæreticos renuo. Et ego pacem diligens, ſanctiſſimas Dei Eccleſias, id eſt, Superioris veſtræ, & nouellæ iſtius
Romæ, vnam eſſe accipio: illam Sedem Apoſtoli Petri, & iſtius Auguſtæ Ciuitatis, vnam eſſe definio.* (Et pòſt.)
Non poteſt prætermitti ſententia Domini, dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiã meam.
395 *Hæc, quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede Apoſtolica inuiolabilis ſemper Catholica cuſtodi-
tur Religio. Quapropter ſequentes in omnibus Sedem Apoſtolicam, prædicamus omnia, quæ ab ipſa decreta ſunt,*
396 *& propterea ſpero, in vna communicatione vobiſcum, quam Apoſtolica Sedes prædicat, me futurum, in qua eſt
integra deuotio Chriſtianæ Religionis, & perfecta ſoliditas.*

Hormiſda Pontifex in Epiſt. ad Ioannem Epiſcopum Melicitanæ Eccleſiæ, vt refert, Conſtantino-
397 politanam Eccleſiam ad communionem ſuam rediſſe: ſic adijcit, *plurimos Epiſcopos per Orientis partes ſic
feciſſe.* Tum autem in Epiſtol. ad Epiſcopos Hiſpaniæ ſcripta, libelli formam edit, ſecundùm quã in cõ-
munionem recipi Orientales clerici queant. Simulque declarat, *de Thracia, Scythia, Illyrici, vel Epiri ve-*
398 *teris partibus, itemq; de Syria multos iam eſſe ſuſceptos, gaudentes ad recta confluere, & deuia declinaſſe.*

Idem Hormiſda Saluſtio Hiſpalenſi Epiſcopo iniungit, *vt & Prouincijs longinquitate diſiunctis Ponti-
ficis Romani exhibeat perſonam, & Patrum regulis adhibeat cuſtodiam. Vices itaque noſtras* (inquit) *per Bæ-*
399 *ticam, Luſitaniamq; Prouincias (ſaluis priuilegijs, quæ Metropolytanis Epiſcopis decreuit antiquitas) præſente
tibi authoritate committimus, augentes tuam huius participatione miniſterij dignitatem, releuantes noſtras,
eiuſdem remedio, diſpenſationis excubias. Quoties vniuerſalis poſcit Religionis cauſa, ad Concilium te cuncti
fratres euocante conueniãt. Quicquid pro fide & veteribus conſtitutis formabis, totum ad ſcientiam noſtram in-
ſtructa relationis atteſtatione peruenias.*

400 Ioannes Maxentius Conſtantinopolitanus velut fidei adderet aliquid, accuſatus, Catholicam fidei
ſuæ confeſſionem apud Sedis Apoſtolicæ Legatos edidit, eo ipſo agnoſcens & communionem, & obe-
dientiam Eccleſiæ Romanæ.

Paulus Diaconus in vita Iuſtini. *Theodoricus Arianus Ioannem Papam Conſtantinopolim ad Iuſtinum
Principem Catholicum miſit, interminatus, vt niſi hæreticis* (quos Iuſtinus relegare volebat) *Eccleſias redde-
ret, vniuerſos Italiæ populos deleret. Re obtenta, cùm Ioannes Papa Rauennam ad Theodoricum veniret, in car-
cerem (vbi etiam felici morte deceſſit) coniectus eſt, quòd eum Iuſtinus Catholicæ pietatis defenſor honorificè ſu-*
401 *ſcepit.* Iuſtinus quippe Imperator (vt Pontificale Romanum habet) gaudio repletus eſt, *quia meruit tem-
poribus ſuis Vicarium B. Petri Apoſtoli videre in regno ſuo, de cuius manibus cum gloria coronatus eſt Iuſti-*
402 *nus Auguſtus.* Miraculo tribuit D. Gregorius in 3. Dialogorum, cap. 2. quòd equus, qui Ioannem Papam
portauerat, poſt *tanti Pontificis* ſeſsionem, mulierem ferre recuſauit. Quem eundem Papam in aurea
Conſtantinopolis porta cœco lumen reddidiſſe teſtatur.

403 Ioannes Papa in Epiſtola 1. reſpondet Zachariæ Archiepiſcopo, *Romana Eccleſia normam atque au-
thoritatem magnopere poſtulanti.*

404 In Tom. 2. Conciliorum, Afri Epiſcopi cum Epiſcopo Romano (qui tunc erat Bonifacius) ſeſe com-
municare, his verbis teſtati ſunt: *Non poteſt Domini ſententia prætermitti, dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc
Petram ædificabo Eccleſiam meam. Et hæc, quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede Apoſtolica
extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata Religio.* Deinde anathematizant omnes, qui contra Eccleſiam

Romanam

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
461	47. S. Hilarius Criſpini filius, Sardus, ſedit an. 6. m. 3. d. 10.	
		Leo I an. 16

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De perſona Chriſti.

b Dicebat, Chriſtũ hominẽ tãtùm in vtero Virginis de Spiritu ſancto fuiſſe conceptum: ſed poſtea Deum homini fuiſſe permixtum, nec Deũ hominẽ paſſum ſepultumq́; dicebat. Aug. hær. 89.

De Patrum ſcriptis.

c Neſtorius veterum interpretum ſcripta perdiſcere dedignatus eſt, ſeipſum omnibus antecellere exiſtimans. Socrat. lib. 7. c. 32. Nónne & hodie Proteſtãtes dedignãtur veterum Eccleſiæ Doctorum ſcripta perdiſcere? Quomodo alioqui negarent orandum pro defunctis, quod tota per orbem ſemper docuit, prædicauit & exercuit Eccleſia? quod idẽ de alijs eorũ erroribus ſentiendum eſt, in quibus à fide Catholica impudẽter diſcediũt.

De Quaternitate.

d Theodorus Mopſueſtenus dũ impiè negat, Deum (hoc eſt, Dei Filium) de Virgine natũ eſſe, nec tamen negaret, aut Filiũ Dei eſſe conſubſtantialẽ Patri, aut verum hominẽ aſſumpſiſſe ex Virgine: Quaternitatẽ pro Trinitate impiè dogmatizauit, vt & cæteri Neſtoriani, & Anaſtaſi[9] Imperator, qui poſtea eandẽ hæreſim propagaſſe traditur. Dũ enĩ vni Chriſto duæ perſonæ tribuũtur, fit Quaternitas. Hæc Tom. 2 Cõc. in Syn. 5. & apud Ioã. Maxẽtiũ in Catholicæ fidei cõfeſſione, & in Dialog. cõtra Neſtoriũ.

101. De hæreſi Prædeſtinatarum.

e Prædeſtinatorum hæreſis dicebat, nec piè viuẽtibus prodeſſe bonorũ operũ laborẽ, ſi à Deo ad mortem prædeſtinati fuerint: nec impijs obeſſe, quòd impiè viuant, ſi à Deo prædeſtinati fuerint ad vitã. Hæc hæreſis ex libris Augu. malè intellectis, initiũ ſumpſiſſe dicitur. Sigebertus in Chron. ſub an. Domini. 415.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

b Auguſt. hær. 89. *Neſtorius euacuare contendit omne noſtrũ remediũ, quo verbũ Dei ſic hominem ſuſcipere dignatũ eſt in vtero Virginis, vt vna perſona fieret Dei & hominis.* Socrates li. 7. c. 33. & Euagrius lib. 1. c. 4. teſtãtur, *Neſtorium à Cyrillo (Epiſcopi Romani locũ obtinẽte) in Cõcil. Epheſino abdicatũ Epiſcopatu, & poſtea Oaſim deportatũ eſſe.*

c Socr. lib. 7. cap. 32. *Veteres Mariam Deiparam appellare non ſunt veriti. Sanctiſſima Helena (inquit Euſeb. Pamphili) Deipara partũ eximijs monumẽtis decorauit.* Quinetiã Origenes in Epiſt. ad Ro. cauſam explicat, cur Deipara dicta ſit. Aug. cõtra Iuli. Pelag. in principio ſecũdi libri. *Oportet, vt populi Chriſtiani, eloquia Sanctorũ veſtris prophanis nouitatibus anteponant: eiſq́ potius eligãt adhærere, quàm vobis.* Et li. 1. c. 2. *Quod credũt (Oriẽtis & Occidẽtis Epiſcopi) credo, quod tenent, teneo, quod docent, doceo, quod prædicãt, prædico.* Ambroſ. lib. Epiſt. 5. de traden. Baſilicis. *Abſit vt tradam hæreditatem Patrum: hæreditatem Dionyſii, qui in exilio in cauſa fidei defunctus eſt, hæreditatem Euſtorgij Confeſſoris, hæreditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium Epiſcoporum.*

d Proclus Conſtantinopolitanus Epiſc. (Armenijs id ab eo petentibus) Theodori blaſphemias cõfutauit. *Si vnus (inquit) ex Trinitate eſt, qui crucifixus eſt (hoc enim crucifixũ eſt, quod incarnatũ eſt, quia cauſa Incarnationis eſt Crux) ſolutum eſt iurgium.* Nimirum vna eſt Chriſti perſona: & ſola Trinitas in Diuinis adoratur. *Sin alius aliquis præter Trinitatẽ* (id eſt, præter vnũ ex Trinitate crucifixus eſt) *quarto[9] eſt ſine dubio gloria Dominus & ab illa glorificatione, qua Seraphin glorificãt, exiſtit alienus. Seraphin aũt Trinitatem laudãt, & vnitatẽ cõfitentur.* Hæc etiam citãtur à Ioanne Maxentio in Catholica profeſsione.

e Proſper Aquitanicus in reſponſionibus ad Capitula Gallorũ cap. 6. *Iuſtificatus homo, id eſt, ex impio pius factus, nullo præcedente bono merito accipit donũ, quo medio acquirat et meritũ: vt quod in illo inchoatũ eſt per gratiã Chriſti, etiã per induſtriã liberi augeatur arbitrij, nũquàm remoto adiutorio Dei, ſine quo nec proficere, nec permanere in bono quiſquã poteſt. Prædeſtinationẽ Dei, ſiue ad bonũ, ſiue ad malũ in hominibus operari, vt ad vtrũq; homines quadã neceſsitas videatur impellere, ineptiſsimè dicitur, cũ in bonis voluntas ſit intelligẽda de gratia: in malis aũt voluntas intelligẽda ſine gratia.*

Romanam erigunt ceruices.

In Codice Iuſtiniani de ſumma Trinitate & fide Catholica. *Iuſtinianus Auguſtus Ioanni Archiepi-*
405 *ſcopo Romæ. Nec patimur quicquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet (quamuis manifeſtum & indu-*
bitatum ſit, quod mouetur) vt non etiam veſtræ innoteſcat Sanctitati, quæ Caput eſt omnium Sanctorum
406 *Eccleſiarnm.*

In Authenticis Collatione.2. Tit.4. *Summi Pontificatus apicem apud Romam eſſe, nemo eſt qui dubitat.*
407 Idem, Collatione 9. Tit.6. aliàs in Conſtitutione 131. *Sancimus ſecũdùm quatuor Synodorum definitiones,*
Sanctiſsimum Senioris Romæ Papam, primum eſſe omnium Sacerdotum. Tantùm igitur abeſt, vt Romanæ
408 Sedis Primatus à Phocæ Imperatoris tempore incœperit, vt Iuſtinianus, qui Phocam diu anteceſsit, in
Primatu Romanæ Cathedræ ſanciendo, fateatur, ſe *quatuor Primorum Synodorum definitiones ſequi.*

409 Liberatus in Breuiario cap.20. Ad Ioannem miſsi ſunt ab Imperatore Iuſtiniano Hypatius Epheſiorum Epiſcopus, & Demetrius à Philippis, *conſulere Sedem Apoſtolicam contra legatos Acumicorum* negantes B. Mariam verè & propriè Dei Genitricem, & vnum de Trinitate incarnatum & carne paſſum. Sed *Papa Ioannes nobis ibi poſitis hoc confitendum Epiſtola ſua firmauit, & Imperatori direxit.* Nunquid Theologos Græcia hoc tempore non habuit, vt ad Romam de tali re mitteretur? An potius inde petitum eſt reſponſum, vbi ſubeſſe in doctrina fidei falſitas non poteſt? Quod vtique verius eſt.

410 Procopius Lib. 1. de Bello Gothorum. *Ex Byzantio ad Romanum Antiſtitem Legati venerunt, Chriſtianorum altercationis ſedandæ cauſa,* (Et pôſt.) *Chriſtianæ fidei diſciplinam ſi alij vnquam, Romani præcipuè ſunt venerati.*

Exemplar precum Eulalij Carthaginenſis Epiſcopi ad Bonifacium Papam extat in Tom.2. Conciliorum. De qua etiam re Bonifacius mentionem facit in Epiſtola ſua ad Alexandrinum Patriarcham. Ait
igitur Carthaginenſis Epiſcopus: *In Sede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata Religio. De*
411 *qua ſpe & fide minimè ſeparari cupientes, & Patrum ſequentes Conſtituta anathematizamus omnes, qui contra ſanctam Romanam & Apoſtolicam Eccleſiam ſuperbiendo ſuas erigunt ceruices: ſequentes in omnibus Apoſtolicam Sedem, & prædicantes eius omnia conſtituta, & per omnia ſpero, vt in vna communione vobiſcum, quam Sedes Apoſtolica prædicat, eſſe merear, in qua eſt integra & vera Chriſtianæ Religionis & perfecta ſoliditas.*

Ex lib Pontificali. Iuſtinianus Auguſtus videns, Agapetum viciſſe Anthimum Patriarcham, *humilia-*
412 *uit ſe Sedi Apoſtolicæ, & adorauit Agapetum Papam. Anthimum verò expulit in exilium.*

Aimoinus (aliâs Annonius) de geſtis Francorum lib.2. cap. 16. *Agapetus Romanæ Sedis Pontifex Iuſti-*
413 *nianum in Eutychis ſectam delapſum ad veram reduxit fidem, & Anthimum Patriarcham Conſtantinopolitanum damnauit.*

Gregorius lib. 3. Dialogorum cap.3. *Dum Agapetus S. Romanæ Eccleſiæ Pontifex ad Iuſtinianum Prin-*
414 *cipem proficiſceretur, in Græciarum partibus propinqui cuiuſdam muti & claudi obtulerunt eum Agapeto curandum, dicentes ſe in virtute Dei ex authoritate Petri fixam illius ſpem habere. Protinus venerandus vir orationi incubuit, & Miſſarum ſolennia exorſus, Sacrificium in conſpectu Dei Omnipotentis immolauit. Quo peracto, ab Altari exiens, claudi manum tenuit, atque aſſiſtente & aſpiciente populo, eum mox à terra in proprijs greſsibus erexit. Cumque ei Dominicum corpus in os mitteret, illa diu muta ad loquendum lingua ſoluta eſt. Mirati omnes, flere præ gaudio cœperunt, eorumque mentes illicò metus & reuerentia inuaſit, cùm videlicet cernerent, quid Agapetus facere in virtute Domini ex adiutorio Petri potuiſſet.* Non puto aut vulgo ignotam olim, aut omnino vanam fuiſſe Romani Pontificis Petrique Succeſſoris authoritatem, quæ cùm vulgi fide, tùm editione miraculorum conteſtata eſt.

415 Liberatus cap.21. *Petentibus Principibus, vt Agapetus Authin um* (qui abhorrebat à Synodo Chalcedonenſi) *in communionem ſuſciperet: recuſauit, niſi ſe libello probaret Orthodoxum, & Cathedræ ſuæ* (id eſt, Romanæ) *reconciliaretur. Anthimus igitur pallio Imperatoribus reddito, diſceſsit, & Papa ex Imperatoris conſenſu Menam ſua manu conſecrauit Antiſtitem.* Si iam olim certiſsima perſuaſio non tenuiſſet omnium Chriſtianorum animos, illum manere Epiſcopum iure non poſſe, qui non communicaret cũ Romano Pontifice: nunquàm Imperatores tam potentes, ad vnius Epiſcopi vocem, Anthimum in exilium egiſſent, pro quo tanta iterum certamina cum Romano Pontifice poſtea ſubiuerunt.

416 In Epiſtola Orientalium ad Agapetum. *Chriſtus Sedem Apoſtolorum vobis, Pater beatiſsime, commiſit, & firmauit ſuper firmam petram pedes veſtros.* Reperitur hæc Epiſtola in Actione prima quintæ Synodi Conſtantinopolitanæ.

417 Synodus Conſtantinopolitana ſecunda, Actione 4. in ſententia, quam tulit contra Anthimum. *Anthimus deceptibilibus rationibus vſus, promiſit ſe omnia facere, quæcunque Summus Pontifex magnæ Sedis Apoſtolicæ decerneret, & ad ſanctiſsimos Patriarchas ſcripſit, ſe ſequi per omnia Sedem Apoſtolicam.*

Tanta

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	48.	Zeno, an 17 Pacificator id eſt, tepidus in fide.
467	S. Simplicius Caſtini filius Tiburtinus, ſedit an. 15. m. 6. d. 23.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

102. De Eutychianis.

An duæ naturæ in Chriſto?

[a] Eutyches Cōſtantinopolitanæ Eccleſiæ Presbyter & Monachus dicebat, ante inhumanationē Chriſti, duas naturas eſſe, Diuinitatis & humanitatis: poſt humanitatem verò, vnā naturam factā. Flauianus Archiepiſcopus Conſtantin. in Epiſtola ad Leonem Papam.

De carne Chriſti.

[b] Dicebat corp' Domini, quod ex Maria factum eſt, nō eſſe noſtræ ſubſtantiæ, neque humanæ conſperſionis, ſed humanū quidem illud vocat, non tamen nobis conſubſtantiale, neq; Genetrici eius ſecundùm carnē. Flauianus ibidem.

De Chriſti Diuinitate.

[c] Dicebat, verbum immutabiliter conuerſum per virginē ſolum traieciſſe, crucisq; appenſam vnigeniti diuinitatem, & eam ſepulchro mandatam reſurrexiſſe. Theodoretus hæret. fab. lib. 4. cap. vltimo.

De Concilÿs.

[d] Geſta Epheſi cōfecta pro nihilo habuit. Flauianus ibidem.

Contra

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

[a] Leo in Epiſt. 10. ad Flauianū. *Tam impiè duarum naturarum ante incarnationē vnigenitus Dei filius fuiſſe dicitur, quàm nefariè, poſtquàm verbum caro factum eſt, natura in eo ſingularis aſſeritur.*

Theodoretus in Dialogo. 2. *Poſt conceptionē fuit fœtus in vtero, & natus eſt infans, circumciſus, & auctus ætate, quorum nihil conuenit Diuinitati, vt nec eſurire, ſitire, ambulare, dormire. Non ergo poſt vnionem humanitas ſuam naturam amiſit.*

[b] Leo ibidem c. 2. *Superare non poſſemus peccati & mortis auctorem, niſi naturam noſtram ille ſuſciperet, & ſuam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere.* Et c. 4. *Qui verus eſt Deus, idem verus eſt homo. Agit enim vtraque forma cum alterius communione, quod proprium eſt: verbo ſcilicet operante, quod verbi eſt, & carne exequente quod carnis eſt.* Et c. 5. *Propter hanc vnitatem perſonæ in vtraque natura intelligendam, & filius hominis legitur deſcendiſſe de cœlo, cùm filius Dei carnem de ea Virgine, de qua natus eſt, aſſumpſerit.*

Euagrius li. 2. c. 4. *Synodus Chalcedonenſis approbat ſanctiſsimi antiquæ Romæ Archiepiſcopi Leonis Epiſtolam ad Flauianum Archiepiſcopum de tollendo inſano Eutychis errore ſcriptam, vtpote eximÿ Petri confeſſioni conſentientem, & velut columnam quandam, quæ veram doctrinam contra male de fide ſentientes roboret.*

[c] Theodoretus in dialogo 3. *Si cognouiſſent (inquit Apoſtolus) Dominum gloriæ, non crucifixiſſent. Quia verò diuinam naturā ignorauerunt, humanam crucifixerunt. Ita ligno carnem eſſe affixā conuenit dicere, Diuinam naturam ab ea inſeparabilem confiteri & in Cruce, & in ſepulchro.*

Vigilius Tridentinus li. 4. contra Eutychē. *Quia verbum, id eſt, vita mori nō poteſt, Chriſtus autem mortuus eſt: nihil aliud reſtat, niſi vt carnis habuerit naturam, quæ mori poteſt.*

[d] Proſper Aquitanicus paulò ante finem libri contra Collatorem. *Venerabilis memoriæ Pontifex Cœleſtinus, cui ad Catholicæ Eccleſiæ præſidium multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt, & Prædeceſſorum ſuorum ſtatuta, & decreta Synodalia inuiolabiliter ſeruanda cenſebat: vt quod ſemel meruerat abſcindi, nequaquam admitteret retractari.*

Tanta ergo fuit Sedis Apoſtolicæ authoritas apud ipſos Patriarchas, vt hæretici ad eius nomẽ confuge-
re neceſſe habuerint, quò ſeipſos ad tempus aliquod à ſuſpicione hæreſeos tuerentur. *At magno Deo (in-*
418 quit Synodus) *non permittente talia vſq; in finem procedere, miſſus eſt huic Regiæ vrbi Agapetus Papa, qui ſta-*
tim ipſum de Sede ſibi non conueniente depulit data venia his, qui talis rei participes aut communicatores ſunt.
419 *Nos igitur* (inquit Synodus) *ſequentes ea, quæ à beatiſſimo Papa bene examinata ſunt, conſtituimus omnino ip-*
ſum tanquam membrum inutile.

420 Mennas Patriarcha in ſententia contra Seuerum, Petrum & Zoaram in Synodo 5. Act.1. *Contempſe-*
runt quidem Eccleſiam Romanam ſucceſſorem Apoſtolorum, quæ ſententiam contra ipſos protulit.

421 Petrus Hieroſolymorum Epiſcopus in ſententia ſua contra Anthimum, quintæ Synodi Act.4. *De-*
poſitionis ſententia in Anthimum venit, principata quidem ab Agapeto antiquæ Romæ Pontifice. (Et poſt.)
Conſententiatini ſumus his, quæ bene formata ſunt ab ipſo Agapeto.

Aimoinus de Geſtis Francorum lib.2. cap.17. *Auguſta petenti à Sylnerio, vt reuocaret Anthimũ in Se-*
dem Conſtantinopolitanam, Syluerius reſcripſit: Auguſta Domina, rem hanc nunquam faciam, vt reuocem ho-
minem in damnata perfidia permanentem. Auguſta igitur Belliſario præcipit, vt Syluerium in exilium agat.

422 Liberatus in Breuiario cap.22. *Cùm Syluerius Papa ob veræ fidei conſtantiam à Iuſtiniano cogeretur apud*
Patara in Lycia exulare, venerabilis Epiſcopus Pataræ venit ad Imperatorem, & iudicium Dei conteſtatus eſt de
tanta Sedis Epiſcopi expulſione, multos eſſe dicens in hoc mundo Reges, & non eſſe vnum, ſicut ille Papa eſt ſu-
per Eccleſiam mundi totius, à ſua Sede expulſus. Quem audiens Imperator, reuocari Romam Syluerium iuſsit.
Quale hoc eſt Græci Epiſcopi, atque adeo Aſiatici teſtimonium, quo inter vnius Paſtoris Primatum ſu-
per Eccleſiam mundi totius, & multorum Regum in eodem mundo gubernacula, perſpicuè diſtinxit.

Amator Epiſcopus ad Syluerium Papam: *Audiuimus, vos à Sede S. Petri iniuſte pulſum. Quid putas de*
423 *nobis fieri, Pater ſumme, cùm de ſummo Paſtore, & Vicario S. Petri talia fiunt?*

424 Iuſtinianus in Conſtitutione. 131. *Sancimus, vt Archiepiſcopus Iuſtinianæ primæ patriæ noſtræ in Prouin-*
ciis ipſi ſubiectis locum teneat Apoſtolicæ Sedis Romanæ ſecundum ea, quæ Sanctus papa Vigilius conſtituit.

Vigilius Belliſarij, aut potius Theodoræ Auguſtæ factione ad hoc ordinatus Epiſcopus, vt Anthimũ
reſtitueret, Synodumque Chalcedonenſem abdicaret: iam in Petri Cathedra conſtitutus, turpem ſpon-
ſionem implere noluit. Cùm enim Theodora Auguſta iuberet eum venire, & reuocare Anthimum in
priſtini gradus honorem (authore Aimoino de geſtis Franc. lib. 2. cap. 32.) *reſcripſit: abſit hoc à me, Do-*
mina Auguſta. Prius locutus ſum male & inſipienter, nunc autem nullo modo tibi conſentio, vt reuocem ho-
minem hæreticum & anathematizatum. Vnde Conſtantinopolim adductus, in faciem cæſus, ab Altari
auulſus, fune in collum iniecto, per vrbem circumducitur, ac pane & aqua in ergaſtulo nutritur.

Vigilium verò, propterea quòd Anthimum in Sedem Conſtantinopolitanam reſtituere nollet, in exi-
lium eſſe miſſum, præter Aimoinum, Pontificale Romanum atteſtatur. Itemque Paulus Diaconus in
vita Iuſtiniani, Marianus Scotus & Platina in vita Vigilij, Blondus Decadis. 1. lib. 6. Petrus De Nata-
libus lib.6. de vitis Sanctorum. cap. 12. Martinus Polonus in ſupputationibus temporum. Sabellicus En-
neadis 8. lib. 4. Quod ipſum ex Nicephoro colligi poteſt lib.17. cap. 26. Imò Gregorius Magnus, qui
vnà cum Vigilio Romæ vixit, & poſtea in eadem D. Petri Sede præfuit, de Vigilio ſic ſcribit, lib. 2. in-
425 dict. 10. Epiſtol. 36. *Recordandæ memoriæ Vigilius Papa in vrbe Regia conſtitutus, contra Theodoram tũc Au-*
guſtam & Acephalos, damnationis promulgauit ſententiam. Vnde conſtat, minus rectè ſenſiſſe illos, qui (de-
prauato Liberati Diaconi Breuiario nitentes) Vigiliũ dicunt in Anthimi reſtitutionem conſenſiſſe. Nec
enim cõdemnaſſet Vigilius Theodoram Auguſtam & Acephalos Eutychianiſtas, ſi Anthimum (& ipſum
Eutychianum) reſtituiſſet. Aut quomodo Anthimum reſtituit, qui Patronam & præcipuam fautricem
Anthimi Theodoram condemnauit?

Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus in Epiſt. ad Vigilium Papam, quæ habetur in fine 1. Col-
426 lationis 5. Synodi. 2. Tom. Cõcil. *Scientes quantorum bonorum cauſa eſt pax Dei, ideo feſtinantes vnitatem cõ-*
ſeruare, ad Apoſtolicã Sedem V. Beatitudinis manifeſtum facimus, quòd ſeruamus fidem à Chriſto Apoſtolis tra-
ditam, & à S. Patribus maximè in S. 4. Synodis explanatam. Suſcipimus & Epiſtolas Præſulum Romanæ Sedis
Apoſtolicæ. Et ideo petimus præſidente nobis veſtra Beatitudine, de tribus Capitulis quæri & conferri.

427 Vigilius Papa reſpondit Eutychio, ibid. *Annuimus, vt de tribus Capitulis, facto regulari conuentu me-*
diis ſacroſanctis Euangeliis collatio habeatur, & finis detur placitus Deo. Papa igitur aſſenſit, vt Synodus quin-
ta celebretur, licet ipſe noluerit intereſſe collationi, eò quod pauci Occidentis Epiſcopi adeſſent. Ade-
rat verò ex Africa *Primaſius Bizacenæ Prouinciæ Epiſcopus* (vt in Collat. 2. quintæ Synodi legitur) à quo
vbi poſtulatũ eſt, vt Cõcilio intereſſet, ille dixit: *Papa non præſente, nõ venio.* Hic eſt ille Primaſius, qui te-
428 ſtimonium Apoſtoli atteſtantis, quòd *fides Romanorum annuntiatur in vniuerſo mundo* (Rom. 1.) ad ſua vſ-
429 que tẽpora verũ fuiſſe demõſtrat, ita ſcribens in ea D. Pauli verba: *Et verè vbiq; fides clara eſt Romanorũ.*

Vigilius

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
483	46. S. Felix 2. Iunior, vocatus 3. Rom. ſedit an. 8. m. 11. d. 8.	Anaſtaſius 4. 26. Eutychian.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Contra Chalcedonenſe verò Concilium etiam contumelioſis vocibus anclarunt, vt B. Vigilius Tridentinus refert in fine lib. 4. contra Eutychen. Quis aũt ignorat, Proteſtantibus quoque in more poſitum eſſe, vt tã veterum, quàm recentium Conciliorum Decreta pro nihilo habeant?

103. De hæreſibus Priſcillianiſtarũ.

De Trinitate.

[a] Cum Sabellio, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vnam aſſerũt eſſe perſonã ſub tribus vocabulis Leo Epiſt. 91.

De Proceſſionibus ex Deo.

[b] Quaſdã virtutes ex Deo procedere commenti ſunt, quas ipſe ſua eſſentia præceſſerit, & ita cum Ario ſenſerat Patrem Filio priorem eſſe.

De Vnigenito.

[c] Vnigenitum ideo volebãt dici filiũ Dei, quòd ſolus eſſet natus ex Virgine.

De Incarnatione Chriſti.

[d] Natalem Chriſti nõ verè honorabant, ieiunantes eo, ſicut & Dominico die, idq́; quoniam cũ Marcione & Manichæo Chriſtum non putabant verum hominem.

De anima humana.

[e] Animã hominis diſſerebant eſſe Diuinæ ſubſtantiæ.

De Angelis malis.

[f] Diabolũ nunquã fuiſſe bonũ, nec eius naturã opificiũ Dei eſſe: ſed ipſum ex Chao emergentẽ, omnis mali eſſe ſubſtantiam.

De Matrimonio.

[g] Nuptias & procreationem naſcentium perhorreſcunt.

De corporibus humanis.

[h] Plaſmationẽ humanorũ, corporũ Diaboli eſſe figmentũ, & ideo ea non reſurgere.

De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Vigilius Martyr, Epiſcopus Tridẽtinus li. 5. contra Eutychen. *Nulli erit profectò ambiguum, iſtos hæreticos eſſe, qui ſancti ac venerabilis Concilij Chalcedonenſis Decreta reſpuunt, atq; contemnunt, ſanctorumq́; Patrum religioſis conſtitutionibus audaci temeritate reſiſtunt.*

[a] Leo in Epi. 91. c. 1. ad Turibium: *Alius eſt qui genuit, alius qui genitus eſt, alius de vtroq; proceſſit, quia Vnitatem in Trinitate non eadem perſona, ſed eadem implet eſſentia.* Hæc Leo. Qui autem hoc non confitetur, ei Tolẽtanum Concilium primum & Bracharenſe primum denunciat anathema, ca. 1.

[b] Leo ibidẽ. *Catholica Eccleſia deteſtatur iſtos, qui putant vnquam Deo id, quod eiuſdẽ eſt eſſentiæ defuiſſe. quem ſicut mutabilem, ita proficientem dicere, nefas eſt.*

[c] Leo ibid. c. 3. *Iſta dicenda aut Chriſtum negãt (vnà cum Samoſateno & Photino) fuiſſe, antequã naſceretur ex Maria, aut alios ex ſummo patre progenitos volunt, quorum hic appelletur vnigenitus, quia vnus ſit natus ex fœmina, cùm & de matre is natus ſit, qui erat Deus verbum, & de Patre nemo ſit genitus præter verbum.* Item c. 3. Bracarenſis Concilij.

[d] Leo ibidem c. 4. *Natalem Chriſti ſecundùm ſuſceptionem veri hominis Catholica Eccleſia veneratur, quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.*

[e] Leo c. 5. *Non intelligunt nihil ſe aliud dicere, quàm Deum eſſe mutabilẽ, & ipſum perpeti quicquid poteſt natura eius (id eſt, anima humana ſecundùm illos) inferri.* Bracar. c. 5.

[f] Leo c. 8. *Catholica fides omnium creaturarum bonam confitetur ſubſtantiam, & mali nullam eſſe naturam. Vnde & Diabolus bonus eſſet, niſi à ſummo bono, cui debuit adhærere, deſciuiſſet. Ipſum autem malum non eſt ſubſtantia, ſed pœna ſubſtantiæ.*

[g] Leo c. 7. *Coniugalem copulam deteſtantur, quia non eſt illic libertas turpitudinis, vbi & pudor matrimonij ſeruatur, & ſpes ſobolis.* Bracar. c. 11.

[h] Leo c. 8. *Hoc immundiſſimum virus de Manichea impietatis ſpecialiter fonte procedens, olim fides Catholica reprehendit atque damnauit.* Bracar. c. 13.

[i] Leo

Vigilius verò etſi ad Synodum ipſe non acceſsit, tamen (vt Euagrius ait lib.4.cap.37.) *per literas Con-
cilio conſenſit*: Et condemnauit tria capitula, id eſt, Theodorum Mopſueſtiæ Epiſcopum, libroſque eius,
Theodoriti ſcripta contra Cyrillum, & Epiſtolam Ibæ ad Marim Perſam ſcriptam. Imò *Ruſticum & Se-
baſtianum ex B. Petri authoritate* ob eaſdem hæreſes à Diaconorum honore alienos decreuit, vt habetur
in 7. Collat. 5. Synodi.

Præterea in eadem quinta Synodo etiam Origenis dogmata ſunt damnata, vnde Caſsiodorus cap.1.
430 de Diuinis Lectionibus ait: *Origenem, licet tot Patrum oppugnet auctoritas, præſenti tamen tempore & à Vi-
gilio viro beatiſsimo Papa, denuò conſtat eſſe damnatum.*

Arator Eccleſiæ Romanæ Subdiaconus, cùm Acta Apoſtolica Hexametro carmine celebraſſet,
431 opus ſuum Vigilio Pontifici Romano his verbis dedicauit: *Domino S. Beatiſsimo, Apoſtolico, & in toto or-
be, primo omnium Sacerdotum Papæ Vigilio.*

Vigilius Papa in Epiſt. ad Eucherium. *Sancta Romana Eccleſia Petri merito, Domini voce conſecrata, &
Sanctorum Patrum authoritate roborata, Primatum tenet omnium Eccleſiarum: ad quam tam ſumma Epiſcopo-
rũ negotia, & iudicia, atq; querelæ, quàm & maiores Eccleſiarum quæſtiones, quaſi ad Caput ſemper referenda
ſunt.*

Idem Vigilius Papa Theodorum Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopum, tùm quia in Eccleſia ſua non
432 reſediſſet, tùm ob alia ſcelera condemnauit his verbis, quæ habentur in Tom.2. Conciliorum. *Ex perſona
& auctoritate B. Petri Apoſtoli, cuius (licet exigui) nos locum gerimus, cum Datio Mediolanenſi* (& alijs duode-
cim Epiſcopis) *Theodorum Cæſareæ ciuitatis quondam Epiſcopum hac ſententiæ promulgatione, tam Sacerdo-
tali honore & communione Catholica, quàm vel omni officio Epiſcopali ſeu poteſtate ſpoliatum eſſe decerni-
433 mus. Teq; Mennam Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopum cum omnibus Metropolitanis & Metropolitanis
Epiſcopis ad tuam Diœceſim pertinentibus, ſed & tuos Orientales, qui exceſsibus Theodori præbuiſtis aſſenſum,
tamdiu à ſacra communione ſuſpendimus, donec vnuſquiſq; veſtrûm culpam apud nos propriam ſua ſatisfactio-
ne diluerit.* De Theodori blaſphemijs agitur apud Euagrium, lib.4.c.37. Mennam verò 4. Menſibus
à communione excluſum, & poſteà per Vigilium Papam ad communionem admiſſum eſſe, Nicepho-
rus refert lib.17.cap.26.

Gregorius lib 7. Epiſt.115. *Childebertus Francorum Rex, Catholicæ Religionis amore ſuccenſus, intra muros
Arelatenſis ciuitatis, Monaſterium virorum, vt ſcripto reperimus, pro ſua mercede conſtituens, quædam ibidem
pro habitantium ſuſtentatione conceſsit. Cuius ne voluntas vnquam duceretur in irritum, & ea, quæ pro quiete
Monachorum diſpoſita fuerant, turbarentur, quæq; contulit in iure Monaſterij, epiſtolis ſuis Apoſtolica petijt au-
434 thoritate firmari: hoc quoq; ſuæ petitioni ſubiungens, vt eidem Monaſterio tam in diſpoſitione rerum, quàm in or-
dinatione Abbatis, quædam pariter priuilegia largirentur: Sciens quippe, eam Apoſtolicæ Sedi reuerentiam à fi-
delibus exhiberi, vt quæ eius fuiſſent Decreto diſpoſita, nullius deinceps illicitæ vſurpationis moleſtia quaterẽtur.
Vnde quia effectum & regia voluntas, & res valde deſiderata poſcebat, à Vigilio Romanæ Sedis Antiſtite ad Au-
relium Arelatenſem Epiſcopum ſcripta tranſmiſſa ſunt, vbi omnia, quæ amplectenda voluntatis ſtudium depoſ-
cebat, Apoſtolicæ authoritatis libẽter annisu firmata ſunt, quia difficultatẽ pati non potuit huiuſmodi res petita.*

Metaphraſtes in vita Gregorij Agrigentini Nouembris 23. *Theodoro Epiſcopo Agrigẽti* (quod oppidũ
435 eſt in Sicilia) *vita functo, alij (vt fit) alium in Sede collocare ſtudebant. Cumq; vnuſquiſq; deſignatum à ſe autho-
ritate Pontificis firmari ratumq; fieri vellet, Romam ſic perrexerunt, rem (vt moris eſt) Pontificis maximi arbi-
trio permiſſuri. Pontifex vero ex diuina reuelatione Gregorium, qui fuerat à nullo nominatus, Agrigentinis præ-
fecit, eundemq; apud eum poſtea falſi criminis accuſatum abſoluit.* De hoc (opinor) Gregorio fit mẽtio apud
Nicephorum lib.17.cap.27. & apud Gregorium Magnum lib.2. Epiſt.12. indict.11.

Sub temporibus Agapeti, Siluerij ac Vigilij Papæ, Iuſtinianus Imperator, & eius in Imperio ſucceſſo-
rès propter vrbem à Gothis liberatam, hoc iugum impoſuerunt Romanis Pontificibus, vt eorum crea-
tio firma & ſtabilis cenſeri non deberet, donec Imperatoris conſenſus acceſsiſſet: ob quem conſenſum
obtinendum oportebat certam pecuniæ ſummam à nouo Pontifice exolui. De hoc onere impoſito Gre-
gorius Magnus in 4. Pſal. Pœnitẽtiali conqueritur. Vbi de Simonis Magi hæreſi diſputans, & Symonia-
cam prauitatem ſiue in Imperatore Mauritio, ſeu in aliquo rege accuſans: *Huius* (inquit) *erroris veſa-
nia concitauit aduerſus Eccleſiam Dei, regiam, ſi fas eſt dicere, poteſtatem. Qui turpiſsimi lucri cupiditate ille-
ctus Eccleſiam Chriſti, quam Saluator noſter voluit eſſe liberam, poteſtatis regiæ iura tranſcendens, facere cona-
436 tur ancillã, quantò melius foret ſibi, Dominã ſuã eſſe cognoſcere?* (Et pòſt.) *In tantũ autẽ ſua temeritatem extẽ-
dit veſania, vt Caput omniũ Eccleſiarũ, Romanã Eccleſiã ſibi vendicet, & in Domina gentiũ terrenæ iura pote-
ſtatis vſurpet?* Dominam Gentium Gregorius paulò antè appellauerat totam quidem Chriſti Eccleſiam.
Sed quia totius Eccleſiæ Caput Romæ in Petri Cathedra ſedet: propterea *Romanam quoque Eccleſiam
vocauit*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
492	50. S. Gelaſius Valeri Epiſcopi filius, Aphe?, ſedit an.4.m.8. d.19.	
498	51. Anaſtaſius 2. Iunior, Petri filius, Roma. ſedit an.1. m.11.d.24.	
498	52. S. Symmachus Fortunati filius, Sardus, ſed.a.15. m.7.d.28.	
514	53. S. Hormiſda Iuſti filius, Fruſinonius Campanus, ſedit an.9. m.0.d.17.	Iuſtinus 1. an.8.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De filiis promiſſionis.

i Filios promiſsionis ex mulieribus natos, ſed ex Spiritu Sancto dicunt eſſe conceptos, ne illa ſoboles, quæ de carnis ſemine naſcitur, ad Dei conditionẽ pertinere videatur. § Caluiniſtæ verò etiã filios promiſsionis eos volunt eſſe, qui naſcuntur ex baptizatis parentibus, etiamſi filij moriantur ante baptiſmum.

De animarum origine & præexiſtentia.

k Animas ob peccatum in cœleſtibus cõmiſſum ad inferiora delapſas corporibus fuiſſe incluſas, prout in aërias poteſtates vel duriores, vel mitiores incidiſsẽt: & fatalibus ſtellis tã corpora, quã animas hominum aſtringi.

De Canone Scripturarum.

l Corruptiſsimos codices ſuos pro Canonicis vindicabant.

m Dicticinij libros pro Canonicis habuerunt, quos ille poſteà correctus reuocauit. Eodem modo Sacramentarij horum tẽporum verbis Berengarij vtuntur, quæ ipſe correctus nõ ſemel reuocauit.

De ſectis Neſtorianorum & Eutychianorum.

a Eutychiani (ſub quorum etiã noĩe cõprehendẽdos puto quoſdam, qui etiam erãt Neſtoriani) in duodecim ſectas diſſecti ſunt, vt author eſt Nicephorus lib.18. c.45. Qui non eadẽ omnes ætate, verùm ex eadem malæ arboris radice orti, varijs nominibus appellati ſunt, Ægyptij, Schematici, Theodoſiani, Monophyſitæ Acephali, Trotinianiſtæ, Tritheitæ, Theopaſchitæ, Barſaniani, Chryſtolytæ, Iacobitæ, Iulianiſtæ, Seueritæ, Armenij, Apthartodocitæ, Cõtobalditæ, Angelitæ, Tetraditæ, Cononitæ, Gainitæ, Cazizarij, de quorum præcipuis

ſectis

☙ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

i Leo c.9. *Catholica fides omnem hominẽ in corporis animæq́; ſubſtantiam à Cõditore vniuerſitatiũ formari, atq; animari intra materna viſcera, confitetur, manente quidem illo peccati mortalitatiſq́; cõtagio, quod in prolẽ à primo parẽte tranſcurrit, ſed regenerationis ſacramento ſubueniente, quo per Spiritum ſanctum promiſsionis filij renaſcuntur, non in vtero carnis, ſed in virtute Baptiſmatis.* Et ca.10. *Nemo poteſt à conditione veteris hominis liberari, niſi per Sacramentum Baptiſmatis Chriſti.*

k Leo c.10. *Catholica fides conſtanter prædicat, animas priuſquàm ſuis inſpirarẽtur corporibus, non fuiſſe, nec ab vllo incorporari, niſi ab opifice Deo, qui & ipſarum eſt Creator, & corporum. Quid hîc agunt curſus ſyderum, quid figmenta fatorum? Eccleſia, quæ corpus eſt Chriſti, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quæ nihil de bonis corporalibus concupiſcit.* Idem argumentum perſequitur, c.11. 12.13.14. Et Bracarenſe Concilium cap.9.

l Leo c.15. *Sacerdotali diligentia prouidendũ eſt, vt falſati codices in nullo vſu lectionis habeantur. Apocryphæ ſcripturæ ſub nominibus Apoſtolorum habentes ſeminarium falſitatum ignibus concremandæ ſunt.*

m Leo c.16. *Inter Catholicos non cenſeatur, quiſquis vtitur Scripturis non ab Eccleſia ſolummodo Catholica, ſed etiam à ſuo authore damnatis.* Bracar. cap.7.

Deniq; Leo c.17. ait: *Habeatur inter vo* (id eſt, inter Hiſpaniarum Eccleſias) *Epiſcopale Conciliũ & ad eum locum, qui omnibus opportunus ſit, vicinarum Prouinciarum conueniant Sacerdotes, vt ſecundùm ea, quæ ad tuum conſultum reſpondimus, pleniſsimo diſquiratur examine, an ſint aliqui inter Epiſcopos, qui huius hæreſeos contagio polluantur, à communione ſine dubio ſeparandi, ſi nefandiſsimã ſectam per omnium ſenſuum prauitatis damnare noluerint.*

a Fulgentius lib.3. ad Moninium. *Sic totum cõfundunt, qui à veritate diſſentiũt. Ecce, quibus adinuentionibus fides veritas impugnatur. Sed quibuſlibet arietibus Eccleſiam Sanctam hæretici quatere nitantur, certi ſumus de Domino Deo noſtro, quoniam ciuitatem ſupra montem conſtitutam ſubuertere non valebunt. Imò ſeipſos prorſus ſubuertunt & exterminant.* Gregorius Magnus lib 7. Indict.1. Epi 3. *Magna omnipotẽtis Dei eſt gratia, quòd in ipſis, qui à S. Eccleſiæ doctrina diuiſi ſunt,*

vnitat

vocauit Dominum gentium, honorem qui toti corpori debetur, præcipuo corporis membro, nempe capiti præcipuè tribuens. In his autem verbis nihil dubito, Gregorium de illa pecunia conqueſtum eſſe, quā Imperatores Græci nuper cœperant à Pontifice Romano exigere, vt in Sede ab ipſis pacificè cōfirmaretur. Huius enim pecuniæ nō quidē coactā ex Pontificis parte ſolutionē, ſed auarā ex parte Imperatoris exactionē, Simoniæ ſpeciem habere innuit. Et hoc eſt, quod Paolus Diaconus in vita Mauritij dicit, *Pelagiū Romanæ Eccleſiæ Pontificē abſq; iuſſione Principis ordinatum eſſe, eò quòd Langobardi Romam per circuitum obſiderēt, ne poſſit quiſquàm à Roma progredi.* Ante Iuſtiniani verò tēpora nunquā fit mentio (quod aut ſciam, aut audiuerim) de confirmatione Imperatorum expectanda. Huc etiam ſpectat, quod Aimoinus lib.2. de geſtis Francorum ait c.16. *Syluerius eleuatus eſt à tyranno Theodoro, qui apud Gothos regnū arripuerat, ſine deliberatione Decreti Imperialis.* Cùm enim Gothi eſſent hoſtes Imperatorum: quos Græci oppreſſerant tributis, eos Gothi releuabant, vt Romanorum beneuolentiam ſibi conciliarent. Vnde idem Aimoinus de B. Gregorij electione ad Pontificatū agens, lib.3. cap.74. ait. *Non enim licebat tunc tēporis ad Pontificatum promoueri abſque iuſſione Principis Conſtantinopolitani.* Ecce, *ad id tēporis*, & ad *Principem Conſtantinopolitanum* hoc totum reſtringit. Non enim hoc oneris antea impoſuerant Eccleſiæ ne tyranni quidem ipſi, nedum cæteri Chriſtiani Imperatores Occidentis. Quod ideo notandum duxi, quia nonnulli cùm vident, his diebus & ſequentibus aliquot ſeculis, mentionem Imperialis aſſenſus in Pontificis Romani electione fieri, putant nullum olim Pontificem electum fuiſſe, cuius electioni Cæſares nō debocrint aſſentire. quod ſecùs ſe habet.

Concilium Aurelianenſe 4. Can.1. *Quoties aliquid de ſolennitate Paſchatis dubitatur, inquiſita vel cognita per Metropolitanos à Sede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.*

Turonica Synodus 2. Can.21. poſt Decretum Innocentij Papæ recitatum. *Quis* (inquit) *Sacerdotum contra Decreta talia, quæ à Sede Apoſtolica proceſſerunt, agere præſumat? Et quorum authorum valere poſſit prædicatio, niſi quos Sedes Apoſtolica ſemper intromiſit? Et Patres noſtri hoc ſemper cuſtodierunt, quod eorum præcepit authoritas.*

Turonica Synodus 3. Can.1. Sectas Eotychis & Neſtorij, *quas Sedes Apoſtolica ſancta condemnat, cum ſuis authoribus & ſectatoribus execramur.*

Longobardi ad Iuſtinianum (vt refert Procopius lib. 3. de bello Gothico) ſic loquuntur: *Nos cum Romanis de vera iuſtitia Diuinoq; cultu eadem ſemper & rectè ſenſimus. Gepedes verò, vt Arianæ hæreſeos ſectatores, nulla vobiſcum in re conuenient.* Ijdem ergo Romani ſunt, qui & Catholici: omnes autem hæretici, cùm de fide agitur, minimè ſunt Romani.

Gregorius lib.12. poſt Epiſt.31. *Teſtatur, Dominum Papam Ioannem comitante Illuſtrium Regum Clemētia Clotarij & Sigeberti, ſub Anathematis vinculo Priuilegia quadam Monaſterio S. Medardi in Gallia contuliſſe.* Quæ res docet, in Gallia etiam ab ipſis Regibus aothoritatem Sedis Romanæ agnitā vſque eò eſſe, vt ea firmiſsimè ſtabilita iodicarent, quæ Romani Epiſcopi ſanciuiſſent.

Pelagius in Epiſto. ad Epiſcopos in Synodum illicitè conuenientes Conſtantinopoli: *Nec vnquàm Romana Sedes, quæ inſtituente Domino, Caput eſt omnium Eccleſiarum, Priuilegijs ſuis vſquàm careat.*

Gregorius lib.3. Dialog. c.31. Richaredus ab Arianæ hæreſeos prauitate conuerſus, totam Viſigothorum gentem ad veram perduxit fidem. Sub hoc Rege Epiſcopi Hiſpaniarum ante omnia ſic decreuerunt, Toletani Concilij tertij cap.1. *Permaneāt in ſuo vigore Conciliorum omnium conſtituta, ſimul & Synodicæ Sanctorum Præſulum Romanorum Epiſtolæ.* Initium ergo inſtauratæ fidei Catholicæ in Hiſpanijs à Conciliorum ſtatutis & Synodicis Romanorum Epiſtolis petitur. Quas Epiſtolas certum eſt, & nō minus olim ab Arianis, quàm nunc à Lutheranis contemptas fuiſſe, & ſemper à Catholicis magno in pretio habitas eſſe.

Gregorius lib.4. Epiſt.36. *Ante hos annos octo Sanctæ memoriæ Deceſſoris mei Pelagij tempore, frater & Coëpiſcopus noſter in Conſtantinopolitana vrbe ex cauſa alia occaſionem quærens, Synodum fecit, in qua ſe vniuerſalem appellare conatus eſt. Quod mox idem Deceſſor meus vt agnouit, directis literis ex authoritate Sancti Petri Apoſtoli, eiuſdem Synodi acta caſſauit.* Gregorius igitur Magnus iudicauit, illam Synodū ratam non eſſe, quam Romana Sedes non approbat. Sed nunc audiamus verba illius Epiſtolæ, in qua Pelagius Præceſſor Gregorij Synodum illam Conſtantinopolitanam irritam reddidit.

Vniuerſis (inquit) *Epiſcopis illegitimè conuocatis Pelagius. Relatum eſt ad Apoſtolicam Sedem, Ioannem Cōſtantinopolitanum Epiſcopum vniuerſalem ſe ſcribere, veſq; ex hac ſua præſumptione ad Synodum conuocare generalem, cùm generalium Synodorum cōuocandi authoritas Apoſtolicæ ſedi B. Petri ſingulari Priuilegio ſit tradita, & nulla vnquàm Synodus rata legatur, quæ Apoſtolica authoritate non fuerit fulta. Quapropter, quicquid in prædicto veſtro conuenticulo (quia Synodus taliter præſumpta, eſſe non potuit) ſtatuiſtis, ex authoritate S. Petri Apoſtolorum Principis, & Domini Saluatoris voce, qua Beato Petro poteſtatem ligandi atque ſoluendi, ipſe*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ. qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
525	54. S. Ioannes Conſtantij filius, Tuſcus ſedit an. 2. m. 9. d. 16.	
526	55. S Felix 3. dictus 4. Caſtu rij fili°, Sānis ſedit an. 4. m. 2. d. 18.	
530	56. Bonifaci° Iunior Sigemultes filius, Roma. ſedit an 1. d. 2.	[illegible]H. [illegible]n° an 40
532	57. Ioannes Iunior, Mercurius, Proiecti filius, Rom. ſedit an. 2. m. 4. d. 6.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

ſectis agetur poſteà ſigillatim.

De ſecta Pacificantium ſeu tepidorum in rebus fidei.

a Zeno Imperator per edictū, quod Henoticum ſeu Pacificatorium appellauit, id egit, vt tùm Catholici de fidei veritate, tùm hæretici Eutychiani de ſua vanitate nonnihil cedentes, vnitatem quandam & pacem imaginariam amplecterentur. Nam vt vnà cum Catholicis Eutychi anathema indixit, ſic deciſionem Synodi Chalcedonenſis vnà cum hæreticis parui facere videbatur. Vnde cōſecutum eſt, vt ſinguli Eccleſiarū Præſides pro ſuo arbitratu in ea re agerent. Euagrius lib. 3. c. 14. Anaſtaſius verò Imperator imaginariam Zenonis pacem cōſectatus eſt, adeò vt Chalcedonēſe Concilium neq; palam in Eccleſijs prædicaretur, neq; reijceretur ab omnibus. Euagr. lib. 3. cap. 30.

104. De Theopaſchitis.

b Petrus Cnaphe° (id eſt fullo) Pſeudoēpiſcopus Antiochenus, præter Eutychianam hæreſim, illud nouo more in Eccleſiā introduxit, vt in Triſagio (*Sanctus Deus, ſanctus fortis, S. & immortalis*) adderetur: *Qui crucifixus eſt pro nobis.* Nicephor. lib. 15. ca. 28 Vnde hæreſis Theopaſchitarum orta eſt.

Idem Petrus, cùm Xenaiam nondum baptizatum creaſſet Epiſcopum, dicebat, conſecrationem ſufficere ei pro baptiſmo. Nicephor. lib. 16. c. 27.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

vnitas non eſt, quoniam omne regnū in ſe diuiſum nō ſtabit. Et ſancta Eccleſia ſubtilius in ſua ſemper eruditione inſtruitur, dum hæreticorum quæſtionibus impugnatur.

a Theodor. Lector, li. 2. Collectaneorū. *Cùm omnes, vt ferunt alij Patriarchæ conciliationē Zenonis approbarēt: ſolus Felix Romanus illi nō cōmunicauit.* Hæc ille. Porrò ſub noīe Felicis Epiſcopi Romani, tùm oēs Occidentis Epiſcopi, tùm alij etiā Oriētis Epiſcopi cū eo cōmunicātes cōprehendūtur. Nā Euagrius li. 3. c. 30. ait: *Nōnulli Præſides Eccleſiarū Decretis in Chalcedonenſi Cōcilio editis firmè & cōſtanter adhæſerunt, vt ne ſyllabā de rebus in illo definitis remittere, imò verò ne literæ mutationē admittere voluerint. Quinetiam ab illis, qui eiuſdē Decreta repudiabāt, magna cum animi cōfidentia refugerūt, recuſarūtq; penitus cū illis cōmunicare.* Et pòſt: *Epiſcopi Occidētis et Lybiæ cū Orientalibus reduci nō poterant.* Itēq; Nicepho. li. 16. c. 27. *Occidentales nō aliter cōmunicare cū Oriente voluerūt, quàm ſi Neſtoriū, Eutychetē, Dioſcorū, Petrū Moggū & Acatium anathemati ſubijceret.* Vnde etiā ait, Alexandriā, Ægyptū & Lybiā cœpiſſe diſsidere. § Salus igitur fidei Chriſtianæ ſemper à Romana Eccleſia potiſsimùm pependit, cui oēs ferè Occidentales Epiſcopi, & optimi etiā quiq; ex Orientalibus adhæſerunt, vti conſtat fecisſe hoc tēpore *Macedoniū Conſtantinopolis, Flauianū, & poſteà Calandionem Antiochiæ, Iulianū Boſtri, Petrū Damaſci, & Epiſcopos omnes, qui Eccleſiæ parebāt Apameæ.* Euagrius lib. 3. c. 33. Fulgētius de Myſterio Mediatoris paulò poſt principiū. *Apud Chriſtianos penè idem eſt, fidem nolle aſſerere, quod negare.*

b Felix Epiſc. Rom. in Epiſt. ad Petrum Cnapheū. *Quoniā nō ſtatuiſti credere veritati, & literis noſtris contra te ſcriptis, nunc incepi ſentētiare contra te, imò ille, qui eſt vertex omniū paſtoraliū Sediū, Apoſtolorū optimus Petrus, à cuius immaculata fide valde declinaſti. Quandoq; enim dicis, Trinitatē propter nos crucifixā, nō Chriſtū: quādoq; immortalē ſpiritū, Manichaizans: quandoq; Patrē, Filiū, et Spiritū ſanctū, Sabellianizās ſimul cōiungēs: Trinitatē negās, in qua baptizamur, & credim°, & confitemur. Tā impiū facinus fingentes, alienos putauim° ab orthodoxa fide, et à cōmunione Ducis noſtri glorioſi prædeceſſoris Petri, q Claues regni à Saluatore noſtro recepit.*

 a Theo-

105. De

Saluator dedit, quæ etiam poteſtas in ſucceſſoribus eius indubitanter tranſiuit, præcipio omnia, quæ ibi ſtatuiſtis, & vana & caſſata eſſe, ita vt deinceps nunquam appareant, nec ventilentur. (Et pôſt.)

447 *Prædeceſſores verò Ioannis, & ipſe Ioannes non ſemel, ſed ſæpiſſimè Epiſtolas atque libellos propria manu ſubſcriptos ſanctis Anteceſſoribus noſtris miſerunt, quibus coram Deo proteſtati ſunt, nihil vnquàm proteruè contra Apoſtolicam Sedem agere, nec de illius, aut aliorum priuilegijs quicquàm vſurpare. Qui hactenus in archiuo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſub ſigillis ac chirographis eorum roboratis habentur integri.* (Et pôſt.) *Nullus Patriarcharum profano* (vniuerſalis) *vocabulo vnquam vtatur, quia ſi ſummus Patriarcha vniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur.*

Perſpicuè conſtat ex huius Epiſtolæ, itemq; ex Gregorij Magni verbis in vnum collatis, eos hac mēte fuiſſe, vt neque vllum Patriarcham, nedum Epiſcopum, vellent Vniuerſalem appellari: & tamē interim crederent, Pontificem Romanum Chriſti Vicarium, totiuſque militantis Eccleſiæ Caput ac ſummum Iudicem eſſe. Itaque ineptè arguunt, qui Pontificis Romani poteſtatem ab ijs negari putant, qui negāt, aliquem appellandum eſſe vniuerſalem Patriarcham aut Epiſcopum. Quia ex eo, quod agitur conſtat, non omnem verbi ſignificationem, ſed potius illam reijci & damnari, quæ meritò in inuidiam trahi poſſet. *Vniuerſalis* enim ab vniuerſo nomen ſortitur. Vniuerſum autem tùm continet in ſe vim & poteſtatē eius, quod vnum eſt, tùm aliud quiddam præterea ſignificat. Iam, Ruffino auctore in ſymbolo ad Laurētium, *vnus vel numero dicitur, vel vniuerſitate: numero, vt vnus homo, tanquam vnus inter multos: vniuerſitate, vt vnus Sol, vel vnus Deus, tanquam vnus in vniuerſo, qui propterea* (inquit) *vnus dicitur, quòd alius non ſit.*

Quibus ita conſtitutis, qui ſe vniuerſalem Epiſcnpum aut Patriarcham nnminat, cùm non tantùm dicat, ſe vnum Epiſcopum è multis eſſe, verùm etiam aliud quidpiam, quod ad vniuerſitatem referatur, in vniuerſalis nomine præ ſe ferat: videndum eſt, quidnam aliud id eſſe queat. Ac propriiſsimè quidam non eſt aliud Epiſcopus vniuerſalis, quàm Epiſcopus vnus in vniuerſa Eccleſia. Quod ſiue intelligatur de tota Eccleſia ab initio mundi vſque ad finem, ſeu de illa tota, quæ ſimul in terris agit: *ſolus Chriſtus propriè vniuerſalis eſt Epiſcopus*, quia nullus in eodem ordine cum illo, aliquo modo eſt. Vnde Tertullianus in lib. 4. aduerſus Marcionem ita ſcribit. *Homo verò Dei e medio ſuo offerre debet orationem, & gratiarum actionem Deo apud Eccleſiam per Chriſtum Ieſum Catholicum Patris Sacerdotem.* Hoc autem eſt vniuerſalis Latinè, quod Cathnlicus Græcè Catholicus ergo Patris vel Epiſcopus, vel Sacerdos propriè ſolus Chriſtus eſt. Cæterùm ſi nomen vniuerſalis non tam accuratè vrgebitur, ſed abuſiue (vt verba ferè ſolent) accipietur: iam vniuerſalis Epiſcopus erit, non quidem qui vnus, ſed tamen qui primus Epiſcopus eſt in vniuerſo mundo. Nam quod in vnoquoque genere primum eſt, quia etiam idem ſolet vnum eſſe: fit interdum, vt vnius atque vniuerſalis nomine præcipuum illud & primum alicuius multitudinis membrū intelligatur. Itaque cùm Pacianus in Epiſt. 1. ad Sympronianum, de Catholico nomine diſputans, rationi conſentaneum eſſe oſtenderet, *vt inter diuerſas hæreſes plebs Apoſtolica certum nomen retineret, quo nomine incorrupti populi vnitas diſtingueretur: Nónne* (inquit) *appellatione propria decuit Caput principale ſignari?* Caput Principale, vniuerſalem Eccleſiam appellat, ex qua ſectæ aliæ ſub appellationibus auctorum ſuorum exierint. Caput ergo principale poteſt etiam in ſuo genere dici Catholicum, & Vniuerſale. Atque in eo ſenſu dicimus Magnum Leonem Pnntificem Romanum ab vniuerſali Synodo Chalcedonēſi appellatum eſſe *Vniuerſalem Epiſcopum*. Sicuti Gregorius Magnus teſtatur lib 4. Epiſt. 32 36. & 38. Sed cùm Epiſcopus Conſtantinopolitanus vniuerſalis nomen non ita ſibi arrogaſſet, velut qui primus in tota Eccleſia eſſet (nam vt Gregorius teſtatur lib. 7. Epiſt. 64. ſeipſum dicebat Sedi Apoſtolicæ ſubijci) quid ſupereſt, quod intelligatur dixiſſe, niſi ſe ſolum in tota Eccleſia Epiſcopum eſſe? Volebat quidē (vt puto) per eam appellationem ſeipſum, Epiſcopo Romano parem facere. Sed cùm rem ab initio non ſuccedere animaduerteret: nomine retento ad tempus à re abſtinuit. Vtcunque illud ſit, tam Pelagius, quàm Gregorius Magnus ei opponunt idipſum, quod in verbo vniuerſalis propriè intelligi poterat: videlicet, quòd tanquam vnicus Epiſcopus & Patriarcha præeſſe voluerit, in quo tamen ſenſu nec ipſe Romanus Pontifex poteſt vniuerſalis dici. Quia licet primus Epiſcopus & Patriarcha ſit, tamen ſolus Epiſcopus aut Patriarcha non eſt ſed gradus Epiſcopalis ſeu Patriarchalis illi cum omnibus Patriarchis aut Epiſcopis ex æquo eſt communis.

Porrò quòd tā Pelagius, quàm Gregorius ita verbū hoc intellexerint, apparet ex ipſorū ſcriptis. Nam Gregorius ait lib 4. Epiſt. 38. *Vt ad ſpectu fratribus Epiſcopus appetas ſolus vocari.* (Et pôſt.) *Ne ſi ſibi Pontificatus gradu gloriam ſingulariter totus arriperet, honorem omnibus fratribus denegaſſe videretur.* Ecce in Potificatus gradu gloria iſta ſingularitatis nnn eſt quærenda velut vnus omnium loco ſit Epiſcopus. & Ep 36. *Si vnus Patriarcha vniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur.*

Dicet

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
534	58. S. Agapetus Gordiani filius, ſedit an. 11. d. 29.	Iuſtinian⁹.
535	59. S. Syluerius Hormiſdę Papæ filius Campanus, ſedit an. 1. m. 10. d. 7.	
	60. Vigilius.	
537	Quinta Synodus œcumenica Conſtantinopoli celebrata eſt contra Theodoriti ſcripta in Cyrillũ Theodorum Mopſueſtiæ, & Epiſtolam Ibæ, nemque contra Origenem.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

505. De Iconomachis.

a Xenaias Perſa nõdum Baptizatus, & tamen pro Epiſcopo ſe gerens, primus vocẽ illam euomuit, Chriſti & Sanctorum imagines non eſſe venerandas. Niceph. lib. 16. cap. 27.

506. De Acephalis.

b Acephali Eutychianã hæreſim defendunt, hoc eſt, vnam in Chriſto naturã: non inde appellati, quòd capite aut certo authore ſuæ ſectæ careant (cùm Seuerus Antiochiæ Epiſcopus eorũ Dux fuerit) verùm aut quia Seuerus ipſe ἀκέφαλος eſt dictus, authore Nicephoro lib. 16. c. 27. aut quia poſt mortẽ Seueri, aut Epiſcoporum, qui ab initio illi adhæſerant, iſti hæretici non viuebant ſub aliquibus Epiſcopis, quos inſtar capitũ in Eccleſiaſticis miniſterijs haberent, quod ipſum etiã Nicephorus illis eueniſſe teſtatur li. 18. c. 45. Hoc autẽ poſteriore modo Proteſtãtes etiam Acephali ſunt, quia Epiſcopos à ſucceſſoribus Apoſtolorum ritè conſecratos non habent, qui Sacramenta Eccleſiaſtica illis miniſtrent.

507. De Chriſtolytis.

c Dicebant, Chriſti corpore & animo apud inferos relicto, eum aſcendiſſe in cœlos cum ſola Diuinitate. Damaſc. Hær. 93.

508. De Agnoitis.

d Agnoitæ (quorum Dux Themiſtius Diaconus Alexandrinus erat) dicebant, Chriſtum ignorare diem iudicij quia ſcriptum ſit: De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Theodoretus in hiſtoria Sanctorum Patrum cap. 26. *Aiunt Roma, quæ eſt longe maxima, Simeonem adeò fuiſſe omnium ore celebratum, vt in officinarũ omnibus veſtibulis & porticibus, exiguas poſuerint imagines, hinc ſibi præſidium & tutelam parantes.*

b Ioannes Maxentius contra Acephalos elegantem libellum ſcripſit. Item Hieroſolymitani, Antiocheni, & Secundæ Syriæ Clerici, in ſupplicatione ad Iuſtinum Imperatorem porrèctа, *Eutychianiſtas, & Acephalos (inquiunt) toto animo odientes, anathematizamus.* Vigilius etiam Epiſcopus Romanus Conſtantinopoli agens, *contra Acephalos damnationis promulgauit ſententiam, vt author eſt Gregorius Magnus.* lib. 2. Indict. 10. Epiſt. 36. Fulgentius in ſermone de confeſſoribus. *Apoſtolus Epiſcopos diſpenſatores eſſe oſtendens, ait: oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem.* § Qui ergo Epiſcopos non habent, qui Sacramenta Eccleſiaſtica illis diſpenſent, vera Chriſti Eccleſia eſſe non poſſunt. Contra Seuerum Leontius Byzantius ſcripſit, vt Euthymius teſtatur in 2. parte Panopliæ. Tit. 15.

c Vigilius lib. 2. contra Eutychen. *Iure dicimus, Chriſtum in ſepulchro* (per triduum) *iacuiſſe, ſed in ſola carne, Chriſtum non derelictũ in inferno, ſed in ſola anima.* Et lib. 1. *Poſt reſurrectionem ad demonſtrandam ſui corporis veritatẽ & comedit, & bibit, & contrectandum ſe Diſcipulis abtulit, dicens: Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Poſtea verò quàm cœlos aſcendit, quid facit nomen filij hominis, ſi non erat ibi natura humanitatis? Dicit enim, cùm venerit filius hominis in gloria Patris ſui. Secundùm quam filii hominis naturam iuxta Ioannis Apoſtoli verba ipſe interpellat pro peccatis noſtris: ſecundùm Deitatem enim, aduocati aut Sacerdotij officio non fungitur.*

d Eulogius Patriarcha Alexandrinus contra Agnoitas ſcripſit, librumque ſuum ad Gregorium Papam miſit, qui lib. 8. Indict. 3. Epiſt. 42. reſpondet, *ita doctrinã Eulogij per omnia Latinis Patribus concordare, vt in diuerſis linguis ſpiritus non fuerit diuerſus.* Eulogius autẽ dixerat, illud Euangelij (de die illo filius neſcit) *non ad filium, iuxta hoc quod Caput eſt, ſed iuxta corpus eius,*

Dicet aliquis, Epiſcopum Conſtantinopolitanum nihil tale cogitaſſe. Sit ita. Sed nomen, quod vſurpabat, ad eam cogitationem alios ducebat. Vnde nõ tam vſurpantis mens, quàm inuidia vocabuli meritò ſpectatur. Vniuerſalis enim cùm ab vniuerſitate dicatur: ſi quis Epiſcopus vniuerſalis dicitur in vniuerſo terrarũ orbe, is vnicus Epiſcopus, atque eodem tempore nullus alius eſſe Epiſcopus intelligitur. Qui ergo cùm ſit, & ab omnibus habeatur vnus Epiſcopus ex multis, tamen præterea nominat ſe Vniuerſalem: is non tantùm dicit, ſe vnum eſſe numero (nam hoc illi nemo vnquam negauit) verùm etiam ſe vnũ eſſe vniuerſitate. Ex quo ſequitur, eum vi ipſius verbi dicere, quòd ipſe ſit ſolus Epiſcopus. Qui ſenſus quoniam offendit pias mentes, ne vocabulum quidem ipſum permitti debet, ne hoc aliquis appetere putetur, quod eo nomine ſignificatur, quo vti non timet. Aliud enim eſt primus Apoſtolus, quod fuit Petrus, aliud vniuerſalis, quod ille nunquàm dicitur fuiſſe.

Hic verò inſignis Magdeburgenſium, an inſcitia, an impudentia, prætermitti non poteſt: qui in Centuria 5. cap. 9. pag. 868. vel ſtultè putant, vel impudenter fingunt, in tertia Synodo Carthaginenſi cautum eſſe, ne Pontifex Romanus appellaretur Vniuerſalis. Quid enim attinuit ad Africanos, hoc eſt, ad inferioris gradus Epiſcopos (hoc enim ipſi de ſe fatentur) de Pontificis Romani appellationibus ſtatuere? Res verò ſic ſe habet. Gratianus cùm in 99. Diſtinct. dixiſſet, in tertia Synodo Carthaginenſi cautum eſſe, *ne prima Sedis Epiſcopus appellaretur Summus Sacerdos, aut Princeps Sacerdotum* (quia verè nullus in Africa Epiſcopus hoc erat, ſed tantùm Epiſcopus Romanus verè fuit ſummus Sacerdos, & Princeps eorum, qui ſuo tempore in terris degebant Sacerdotum) inde voluit Gratianus ad tale nomẽ tranſire, quod nec ipſi Epiſcopo Romano verè competeret. Itaque non tertiæ Synodi, ſed Gratiani verba illa ſunt *Vniuerſalis autem nec etiam Romanus Põtifex appelletur*: adeo vt nec in Græcis exemplaribus, nec in Latinis ea verba vnquàm Synodo tertiæ attributa fuerint: ſed eius tituli tertiæ partis ad duas præcedentes, Gratiano authore continuatio quædam ſunt per modum incrementi. Quod nec Gloſſa illic ignorauit, nec Typographus: nec ego Magdeburgẽſes puto tã ſtupidos fuiſſe, vt id ignorare poſſent: verùm diabolicam in illis malitiam & video ſæpè, & nunc iure accuſo, vt alij ab illorum impoſturis ſibi caueant. Nihil quippe agunt ſyncerè aut fide bona. Vnde ſæpe nec authorum ſuorum verba proferunt, ſed rem ipſi mendaciſsimè narrant, atque inde propoſitum ſuum concludunt, id quod in hiſtoria ſextæ Carthaginenſis Synodi paſsim faciunt. Sed de Vniuerſalis appellatione hæc ſint ſatis. Plura ſi quis expetat, habet doctiſsimam Remundi Rufi ea de re diſputationem, in defenſione pro Pontifice Maximo contra Molinæum. Vbi cùm tres cauſas reddidiſſet, cur vniuerſalis Epiſcopi nomen Pelagio & Gregorio diſplicuiſſet: præclarè ex omni antiquitatis memoria repetijt, maximus quoſque Imperatores id dici recuſaſſe, quod & eſſe, & credi vellent. Quinimò & Paulum Apoſtolum, qui & haberi, & eſſe voluit omnium ſeruus, quiq; ob eandem cauſam inanes nouarum appellationum titulos nunquàm æquo animo tuliſſet: acriter tamen pugnaſſe pro Apoſtolatus ſui poteſtate, quam Dominus ei dediſſet in ædificationem, & non in deſtructionem. Quod idem Pelagium & Gregorium Pontifices tùm in recuſanda Epiſcopi vniuerſalis appellatione, tùm in propugnanda Sedis Apoſtolicæ, quam regebant, dignitate vno conſenſu feciſſe contendimus.

Gregorij Magni fides & ſententia de Romana Eccleſia Primatu.

Gregorium Magnum, licet ob declinandam ambigui vocabuli inuidiam, Vniuerſalis Epiſcopus aut Patriarcha dici noluerit, Primatum tamen ſupra omnes Epiſcopos & Chriſtianos totius militantis Eccleſiæ, tam verbo ſibi debitum agnouiſſe, quàm rebus ipſis & factis per annos tredecim exercuiſſe, nunc planum faciam.

1. Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Italiæ.

Libro Primo, Indict. 9. Epiſt. 16. Iuxta Chriſtianiſsimi & Sereniſsimi rerum Domini iuſsionem *ad B.*
448 *Petri Apoſtoli limina cum ſuis ſequacibus venire Aquileienſem Epiſcopum iubet, vt in Synodo, quod iuſtum*
eſt, indicetur.
449 Epiſt. 19. *Epiſcopus Cumanus ſolenniter electus ad nos ſacrandus occurrat.*
450. Epiſt. 22. Ioannem *Epiſcopum Rauennatem* monet, *vt grauiora quaque ad Sedem Apoſtolicam referat.*
451 Epiſt. 31. *Vnit Cumanam atque Muſitanam Eccleſias ex ſua authoritate.*
452 Lib. 2. Epiſt. 1. Indict. 11. Scholaſtico Campaniæ Iudici iniunxit, vt *peruerſitatem in Paulum Epiſcopum*
commiſſam, diſtricta emendatione corrigeret.
453 Epiſt. 15. Hortatur Neapolitanos, *vt eligant Epiſcopum, qui Romæ ordinetur.*
454 Epiſt. 20. *Vnit Eccleſiam S. Anthemij Numentano Epiſcopo.*

Epiſt. 26.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	60. Vigilius Ioannis Cõſularis viri filius Romanus. Sedit an 17. m. 6. d. 26.	
		Idem Iuſtinian⁹ regnauit an. 40
555	61. Pelagius Ioannis Vicariani filius, Roman. ſed. an 5. mẽ. 10. d. 28.	
	62. Ioãnes Catelinus Anaſtaſij illuſtris filius Romanus, ſed. an. 12. m 11. d. 19	Iuſtinus Secũdus an. 11.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

ſit: De die illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neq; Filius, niſi Pater. Marci 13. Nicephorus hunc Themiſtium Philoſophum fuiſſe putat, qui ſub Valente Imperatore floruerit. Verùm rectius ſenſiſſe credo Liberatum, qui in Breuiario ca. 19. eum aſſerit fuiſſe Diaconum Timothei Alexandrini Epiſcopi. Nam de Agnoitis ſub Valente nihil vnquàm legi.

109. De Aphthartodocitis.

a Aphthartodocitæ (ramuſculus quidam Eutychis) aſſerebãt, Chriſti corpus ab ipſa conceptione nulli obnoxium fuiſſe interneciõi, neque affectionum illarum, quæ naturaliter abſque vlla reprehenſione inſitæ ſunt, particeps fuiſſe: cuius hæreſeωs duces Iulianus Halicarnaſſeus, & Gaianus Alexandrinus fuerunt. Damaſcenus in lib. de centum hæreſibus. Eãdem verò hæreſim Iuſtinianus edicto promulgare in animo habuit. Euagrius lib. 4. cap. 38.

110. De Monophyſitis.

b Monophyſitæ Eutychianorũ portio vnam compoſitam naturam in Chriſto ſtatuũt: ex Diuinitate videlicet, atque ex humanitate.

111. De hæreſi circa reſurrectionem carnis.

c Quidam Presbyter Eccleſiæ Turonenſis in Gallia dicebat, non eſſe futuram noſtræ carnis reſurrectionẽ. Apud Gregoriũ Turonenſ. lib. 10. Num. 13. quia in Pſalmis dicitur, quòd non reſurgent impij in iudicio.

112. De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

quod nos ſumus, eſſe referendũ. Addit verò Gregorius ex Auguſtini ſenſu, *Deum aliquando loqui more humano, vt dicat ſe ſcire, quod ſcire nos facit, vel neſcire, quod nos nõ facit ſcire. Vnde* (inquit Gregorius) *ſubtilius intelligi poteſt, quòd incarnatus Vnigenitus in natura quidem humanitatis nouit diem & horam iudicij, ſed tamen hunc nõ ex natura humanitatis nouit, quia diem & horam iudicij, non niſi per Deitatis ſuæ potentiam nouit.* Et pòſt: *Quiſquis Neſtorianus non eſt, Agnoita eſſe nullotenus poteſt. Nam qui ipſam Dei ſapiẽtiam fatetur incarnatam: quo mente valet dicere, eſſe aliquid quod Dei ſapientia ignoret? Omnia per ipſum facta ſunt, et omnia dedit ei Pater in manus. Si omnia: proculdubiò etiam diẽ iudicij & horam.*

a Fulgentius in ſermone de duplici natiuitate Chriſti. *Vnigenitus Deus ſicut pro nobis dignatus eſt naſci, ſic pro nobis ſecundùm carnem dignatus eſt mori. Conceptus in vtero, factus eſt particeps mortis noſtræ.*

Anaſtaſius Antiochiæ Patriarcha per literas ſuas Iuſtiniano contradixit, oſtendens *diuinos Apoſtolos confeſſos eſſe atque adeo tradidiſſe, corpus Domini interneciοni obnoxium eſſe, & affectionũ, quæ ſunt natura in animis impreſſæ quæq; reprehenſione carent, particeps.* Euagrius lib. 4. cap. 39.

b Caſsiodorus in fine Pſal. 107. tùm ex ſua, tùm ex D. Ambroſij authoritate affirmat, eos Arianis peiores eſſe, qui diuinitatẽ Domini & carnem ſubſtantiæ vnius dicere tentauerĩt. Idem in concluſione Pſal. 138. quatuor rationibus demonſtrat, eum, qui confitetur Chriſtum eſſe perfectum Deum & perfectum hominem, id quod confeſſus eſt perimere, niſi duas perfectas naturas in Chriſto fateatur.

Gregorius Magnus lib. 10. Ep. 55. Monophyſitas (inquit) ab errore conuerſos, ab hæreticorum iniurijs arceri poſtulat.

c Gregorius Turonenſis lib. Hiſtoriarum 10. Num. 13. Reſurrectio Sacris literis prædicitur, & Apoſtolicæ traditionis authoritate firmatur. Tunc, vt in Apocalypſi eſt ſcriptum, reddet mare mortuos ſuos. Impij autem non reſurgũt vt iudicẽt, verùm vt iudicentur. Deniq; Apoſtolus ait: Omnes quidem reſurgemus. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti.

a Grego-

455 Epiſt.26.*Mediolanenſem Presbyterum à Laurentio Epiſcopo Mediolanenſi immeritò excommunicatum, officio ſuo reſtituit.*

456 Epiſt.29.& 30.*Ioannem Subdiaconum noſtrum tranſmiſimus, vt electum virum ſua imminentia ſecũdùm morem Prædeceſſorũ eius à proprijs Epiſcopis cum noſtra authoritatis aſſenſu factas Epiſcopum cõſecrari. Nam ſicut ab alijs noſtra exigimus, ita ſingulis ſua iura à nobis conceſſa ſeruamus.* Agit autem de conſecratione Mediolanenſis Epiſcopi.

457 Libro 3. Indict. 12. Epiſt. 33. ad Theodelindam Longobardorum Reginam. *Cùm integritatem noſtram ex aperta mea traditione ſeu profeſſione cognoſcitis: Dignum eſt, vt de Eccleſia B. Petri Apoſtolorũ Principis nullum vlterius ſcrupulum dubietatis habeatis, ſed in vera fide perſiſtite, & vitam veſtram in Petra Eccleſiæ, hoc eſt, in confeſſione B. Petri Apoſtolorum Principis ſolidate.* Per confeſſionem Petri, *confeſſionem & fidem Romanæ Eccleſiæ intelligit.* Nec enim Theodelinda dubitauit de fide Apoſtoli Petri, ſed tantùm an Eccleſia Romana fidem Synodi Chalcedonenſis integram conſeruaret. Fidem ergo Romanæ Eccleſiæ appellat *Petram Eccleſiæ.*

458 Lib.5. Epiſt.9. *Carinenſem Epiſcopatum Regitano vnit.*

459 Lib.6. Epiſt. 13. Fauenſis Epiſcopus petit, *vt authoritate Apoſtolica liceat ei ob redemptionem captiuorum ſacra vaſa vendere,* quod D. Gregorius conceſsit.

460 Lib.7. Indict. 2. Epiſt.10. ad Rauennæ Epiſcopum ſcribit, *vt de cauſa Maximi Salonitani Epiſcopi cognoſcat, ſi Maximus habeat tuam Fraternitatem ſuſpectam, etiam Reuerendiſsimus vir frater noſter Conſtantius Mediolanenſis Epiſcopus Rauennam veniat, & de eadem cauſa pariter diſcernite.* Ecce quàm paucis verbis declarat, ſe in tres maximos Epiſcopos authoritatem habere, dum vnius cauſam ab alijs duobus cognoſci iubet.

461 Lib. 10. Epiſt.56. Ioannes Epiſcopus Rauennæ ita ſcribit. *Recolo me in gremio Sacroſanctæ Eccleſiæ veſtræ Romanæ & nutritum, & Deo auxiliante prouectum, & quibus auſibus ego Sanctiſsimæ illi Sedi, quæ vniuerſalis Eccleſiæ iura ſua tranſmittit, præſumpſerim obuiare, propter cuius conſeruandam authoritatem, ſicut Deo manifeſtum eſt, multorum contra me inimicorum inuidiam grauiter excitaui.* (Et poſt.) *Sanctæ Rauennati Eccleſiæ, quæ peculiariter veſtra eſt, non ſolùm vetera Priuilegia conſeruetis, ſed & maiora veſtris temporibus conferatis.*

462 Lib.11. Epiſt.33. Anthemio Subdiacono Campaniæ. *Hac tibi authoritate præcipimus, vt ſi quem Epiſcoporum Campaniæ poſt hac negligentem eſſe cognoueris, ad nos eum ſine aliqua excuſatione tranſmittas: vt quàm ſit graue nolle ab his, quæ reprehenſibilia ſunt, corrigi, regulari in ſe valeant diſtrictione ſentire.*

✠ 2. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Siciliæ.*

463 Lib.1. Epiſt.1. *Petro Subdiacono Sedis noſtræ intra Prouinciam Siciliam vices noſtras, Deo auxiliante, commiſimus, ſicut Prædeceſſorum noſtrorum fuit iudicium, vni perſonæ omnia committere.*

464 Lib.2. Indict.10. Epiſt. 4. *Maximinianum Epiſcopum Syracuſanum ſuper cunctas Siciliæ Eccleſias, vices Sedis Apoſtolicæ miniſtrare decernimus, vt non ſit neceſſe pro paruulis cauſis Romam ire. Sed difficilia ſolummodò noſtrum iudicium flagitent, vt ſubleuati de minimis, in cauſis maioribus efficacius occupemur.*

465 Lib.6. Epiſt.19. *Nouit Dilectio tua, hanc olim conſuetudinem tenuiſſe, vt fratres & Coëpiſcopi noſtri ſemel in triennio Romam de Sicilia conuenirent.*

466 Lib.7. Epiſt.8 Epiſcopo Catenenſium: *Ad hoc, locorum gradus rationis ordo diſtinxit, & iudicia eſſe conſtituit, vt nec Præpoſiti in opprimendos ſe fruſtrà valeant occupare ſubiectos, nec ſubiectis iterum contra ſuos Præpoſitos effrenata ſit reſultandi licentia.*

467 Lib.7. Epiſt.62. *Lucillum de Epiſcopatus ordine deponendum pronunciat.*

468 Lib.11 Epiſt.42. ad Ioannem Epiſcop. Panormitanum. *Illud admonemus, vt Apoſtolicæ Sedis reuerentia nullius præſumptione turbetur. Tunc enim ſtatus membrorum integer manet, ſi Caput fidei nulla pulſet iniuria.* ❡ Ergo Sedem Apoſtolicam, hoc eſt, Romanam Eccleſiam vocat *Caput fidei.*

469 Lib.12. Epiſt.31. Felici Epiſcopo Siciliæ. *Exegit Dilectio tua, vt ex authoritate Sedis Apoſtolicæ tuis deberemus conſultis reſpondere. De tribus enim Apoſtolicam Sedem conſulendam Prædeceſſorum tuorum ſequens exempla, credidiſti,* & quæ ſequuntur.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
575	63. Benedictus Bonoſus, Bonifacij filius, Romanus, ſedit.an. 4. m.1.d.29.	Tiberius. an.7.
579	64. Pelagius Iunior, Vnigildi filius, Romanus, ſed. an.10.m.2. d.10.	
590	65. Gregorius magnus Gordiani Senatoris filius. Romanus.	Mauritius an.9.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

112. De Eutychio.

a Eutychius Conſtantinopolitanus Patriarcha, corpus noſtrũ in illa reſurrectionis gloria impalpabile, ventis aëreque ſubtilius eſſe futurũ ſcripſerat. Gregorius lib. 14. in Iob. cap. 29.

b Dicebat Eutychius poſt confirmata palpantiũ corda, omne illud in Domino, quod palpari potuit, in ſubtilitatem eſt aliquam redactum.

c Euticius addidit. Caro & ſanguis Regnum Dei poſsidere non poſſunt.

d Euticius ſtatim ceſsit Gregorio, quò ad veram naturam reſurrecturæ carnis: non tamẽ aſſenſit, palpabile fore reſurgentium corpus, quia diceret Apoſtolus, non corpus, quod futurum eſt, ſeminas.

e Euticium, vt ab hac diſputatione diſceſsit, ægritudo & mors protinus ſequuta eſt.

113. De Iacobitis. De baptiſmo.

a Iacobus Syrus huic ſectæ nomen dedit, quæ præter Eutychianam hæreſim, candẽti ferro characterem crucis baptizatorum frontibus inurit, quia ſcriptum eſt: Ipſe baptizabit vos aqua & igni. Bernardus Lutzenburgus.

De auriculari Confeßione.

b Dicunt, non eſſe neceſſarium confiteri Sacerdoti, ſed ſufficere ſoli Deo peccata confiteri Bucchingerus in Eccleſiaſt. Hiſtor. Nónne etiam hoc ipſum docent Proteſtantes?

114. *De*

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Gregorius Magnus in Iob. lib. 14. c. 29. *Erit corpus noſtrum ſubtile quidem per effectum ſpiritalis potentiæ, ſed palpabile per veritatem naturæ, iuxta verbum Domini: Palpate, quia carnem & oſſa me videtis habere.*

b Gregorius reſpondit. *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Si quid verò in eius corpore poſt reſurrectionem potuit immutari, poſt reſurrectionem Dominus rediyt in mortem.*

c Greg. ibid. *Caro & ſanguis iuxta culpã & corruptionẽ ſuã regnũ Dei poſſidere nõ poſſunt. Iuxta naturã verò ſuã in illa cæleſtis regni gloria caro erit, ſicut ſcriptum eſt. Iob. 19. Circundabor pelle mea.*

d Gregorius ait. *Id inſinuat Apoſtolus, granum quod ſine culmo & folys ſeminatur, cum folys & culmo naſciturum. non ergo deerit, quod erat: ſed aderit, quod non erat.*

e Greg. ibi. *Qui tamẽ dũ adhuc viueret, pellẽ manus ſuæ ante oculos aſtantiũ tenebat, dicẽs: Cõfiteor quia oẽs in hac carne reſurgemus. Tiberius verò tũc Imperator librum Euticy flammis tradi voluit.*

a Claudianus Mamercus Viennenſis Galliarũ Epiſcopus li. 1. de ſtatu animæ c. 14. Docet *ignẽ in Euãgelys allegoricè accipi pro Spiritu ſancto, veluti cùm dicitur: Ignẽ veni mittere in terrã.* Hæc ille. § Ex iſto aũt loco perſpicuè videm⁹, quàm neceſſariũ ſit, Catholicæ maiorũ traditioni fidẽ habere. Nã cùm nunc ignis, nunc aqua in Scripturis Baptiſmum nominantibus exprimatur: ſola traditio teſtatur, elementum aquæ, nõ item ignis, in vſu Baptiſmi adhibendum eſſe.

b Gregorius homil. 26. in illa Euangelij verba, quorum remiſeritis peccata. *Diſcipuli Principatũ ſuperni iudicy ſortiũtur, vt vice Dei quibuſdam peccata retineant, quibuſdã relaxent. Harũ nunc in Eccleſia Epiſcopi locũ tenent. Cauſa ergo penſanda ſunt, vt Paſtores Eccleſiæ ei pœnã debeãt amouere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit.* Idẽ lib. 1. Indict. 9. Epiſt. 24. *Talem ſe, qui præeſt, exhibeat, cui ſubiecti quiq; occulta quoque ſua prodere nõ erubeſcant.* Nicephorus Chartoph. in Epiſt. de ligandi ſoluendiq; poteſtate, ad Theodoſiũ Monachũ. *Olim oẽs oportebat ad ipſos Põtifices accedere, ſuaq; illis occulta pdere, & ſic vel recõciliationẽ, vel repudium ferre. Põtifices verò frequenti multitudinis turbulentia (vt arbitror) defatigati, id opera ad probatos monachos tranſmiſerũt.*

3. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Corſicæ.*

470 Lib. 1. Epiſt. 76. Leoni Epiſcopo in Corſica: *Paſtoralis nos cura conſtringit, Eccleſiæ Sacerdotis moderamine deſtitutæ ſollicita conſyderatione concurrere. In Eccleſia Sagonenſi Diaconos & Presbyteros tibi concedimus ordinandi licentiam.*

4. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Sardiniæ.*

471 Lib. 4. Epiſt. 33. Vnum ex Italiæ Epiſcopis miſit in Sardiniam ad conuertendos Paganos.

472 Lib. 7. Indict. 2. Epiſt. 2. Caralitanus in Sardinia Epiſcopus petijt, *perſonam à latere Gregorij deputari, cui cauſas Gregorio referendas inſinuaret.*

5. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Africæ.*

473 Lib. 1. Epiſt. 72. ad Gennad. *Ex Concilio Numidiæ, ſi qui ad Sedem Apoſtolicam venire voluerint, permittite, & contradicentibus eorum via, obuiate.*

474 Epiſt. 75. Vniuerſis Epiſcopis Numidiæ. *Per Hilarium Chartularium noſtrum petijſtis, à B memoriæ Prædeceſſore noſtro, vt omnes vobis retro temporum conſuetudines ſeruarentur, quas à B. Petri Apoſtolorum Principis ordinationum initijs, hactenus vetuſtas longa ſeruauit.*

475 Lib. 2. Indict. 10. Epiſt. 33. *Conſtantius & Muſellus Maximinianũ Eccleſiæ Pudentianæ in Africa Epiſcopum, apud Sedem Apoſtolicam accuſarunt, quòd præmio Donatiſtarum corruptus, Epiſcopum non à licentia fieri permiſit.* Vnde Gregorius Columbo Epiſcopo Numidiæ mandat, *vt adunato Epiſcoporum vniuerſali Concilio, ſi reus conuincatur, à dignitate officioq́ degradetur.*

476 Lib. 2. Indict. 11. Epiſt. 47. Columbus Numidiæ Epiſcopus *tota mente Apoſtolicæ Sedi inhæret.*

477 Epiſt. 48. Adeodatus Primas Numidiæ, ad Gregorium ita ſcripſit, *vt ſpiritu eorũ vniti fuerint.* § Idem ergo de Primatu Romanæ Eccleſiæ credidit Adeodatus, quod Gregorius: aliter enim magnopere diſſenſiſſent.

478 Lib. 7. Epiſt. 32. ad Dominicum Carthagin. Epiſcopum. *Sedem Apoſtolicam diligendo ad officij veſtri originem recurritis, ſcientes vnde in Africanis partibus ſumpſerit ordinatio ſacerdotalis exordium.*

479 Libro 10. Epiſtola 8. *Donadeus Diaconus à Victore Numidiæ Epiſcopo gradu officij ſui deiectus, querelam apud Gregorium Papam depoſuit, qui Columbo Numidiæ Epiſcopo ſic ſcribit: Vnà cum Primate Concilij vel alijs Coëpiſcopis noſtris omnia, quæ petitio eius continet, diligenti vobis examinatione quærenda ſunt: & ſi querela eius veritate fulcitur, in Epiſcopo eius Victore Canonici rigoris diſtrictio teneatur.*

480 Epiſt. 32. Cùm Paulinus Regenſis Epiſcopus in Numidia Eccleſiaſticos Ordines per Symoniacam hæreſim dare diceretur: *Papa Gregorius rem Columbo Epiſcopo Numidiæ, & Victori, qui Primatus ibi locum tenuit, examinandam commiſit.*

6. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Hiſpaniæ.*

481 Lib. 11. Epiſt. 50. Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam. *Is qui ſuperſtite Epiſcopo innocente, contra Canones in Eccleſia eius ordinari præſumpſit, ſacerdotio priuatus ab omni Eccleſiaſtico miniſterio repellatur, qui etiam in cuſtodia habeatur, vel ad nos tranſmittatur. Epiſcopi verò, qui eum ordinauerunt, ſex menſibus Dominici Corporis & Sanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monaſterio.*

482 Porrò Epiſt. 53. Idem Ioannes: Ex *deputatione* (inquit) *& iuſſione Beatiſſimi atque Apoſtolici Domini mei Gregorij, inter Epiſcopos cognitor reſedi.* (Et poſt.) *Memoratos Epiſcopos in Monaſterium recipiendos ad agendam in tempus pœnitentiam decerno.*

7. Gre-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceßionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
591	65. Idem Gregorius.	Idem Mauritius
592		
593		

☞ *Heretici & Pſeudoprophetæ.*

114. De nouis quibuſdam Origeniſtis.

[a] Georgius Presbyter & Theodorus Diaconus dixerāt, Chriſtum ad inferos deſcendentem, omnes, qui illic cōfiterentur eū Deum, ſaluaſſe atque à pœnis debitis liberaſſe. Quam hæreſim Philaſter antea prodidit, ſed ſub nullo certo authore.

1.5. De nouis Donatiſtis.

[b] Donatiſtarum in Africa his diebus ita creuit authoritas, vt de ſuis Eccleſijs eijcerent Catholicæ fidei ſacerdotes. Gregor. lib 3. indict. 12. Epiſt. 32. & in 4. Pſal. pœnitēt. Fuerūt hæretici qui dicerent, *Eccleſiam non eſſe generalem*, ſed in tēpore Donati, & ante finem ſeculi conſummandam. Proteſtantes verò in hac parte Donatiſtarum ſimiles, Eccleſiam nonnunquàm in angulis latēre, & ita de mundo viſibili perire dicunt.

116. De nouis Pelagianis.

[a] Pelagianus quiſpiam erat qui tanquàm hæreticum notauit illud dictum, *quod Adæ anima cum peccauit mortua eſt*. Gregor. lib. 5. indict. 14. Epiſt. 14.

De Sereno ſacras imagines confringente.

[b] Serenus Maſsilienſis Epiſcopus incōſyderato zelo ſuccēſus, Sanctorū imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confregit. Gregorius lib. 9. Ep. 9. Vt autē qui fuerint huius hominis mores nos non lateat, (Nam ex fructibus eorū, inquit Chriſtus, cognoſcetis eos) Gregorius ibidem affirmat, iſtum Serenū libenter malos homines in ſua

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

[a] Gregorius lib. 6. Indict. 15. Epiſt. 15. *Deſcendens ad inferos Dominus, illos ſolummodo ab inferni clauſtris eripuit, quos viuentes in carne per ſuam gratiam in fide & bona operatione ſeruauit.*

Philaſter in lib. de hæreſibus (inquit Gregorius) Prophetam dixiſſe ait: *In inferno quis confitebitur tibi? & Apoſtolum: Quotquot ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt.*

[b] Greg. in 4. Pſal. pœnitent. *Dominus in Apoſtolis promiſit, dicens: Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationē ſeculi.* (Et pòſt.) *Toto vitæ huius tempore debet fides Chriſtiana in mundo vigere.*

Iuſtus in Cantic. Canticorū. ca. 12. *Legimus in Euangelio: Si dixerint, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, nolite exire. Hic enim atque illic partes eſſe noſcuntur. Chriſtus autem in Eccleſia Catholica tāquam in meridie cubans, mundum vniuerſum ſuo fulgore perfudit, & in ſpiritu feruentibus requieſcit. Atq; ex ea charitate, quæ orbē vniuerſum irradiat, credentes in ſe populos quotidie paſcit.* § Non alia ergo eſt vera Eccleſia, quàm quæ ſic vno tempore viget, vt ſemper eodem modo viguerit, & credentes ex ea charitate paſcit, quæ orbē vniuerſum irradiat. Quæ autem Eccleſia vllo tēporis momento poſt Euangelium in multis gentibus prædicatū in angulis latuit, vera Dei Eccleſia, quæ abſcondi nunquàm poteſt, vtiq; nō fuit.

[a] Gregor. lib. 5. Indict. 14. Epiſt. 14. *Deus dixit: Qua hora comederitis, morte moriemini. Cum ergo comedit de ligno vetito Adā, quia in corpore mortuus non eſt: (nam poſt hoc filios genuit) ſi nec in anima mortuus eſt (quod dici nefas eſt) ipſe mētitus eſt, qui prædixit, hūc die, qua peccaſſet, moriturū.*

Sacris imaginibus non illa, quæ Dei propria eſt, ſed typica quædam adoratio ob res, quas ſignificant, debetur.

[b] Gregorius lib. 9. Indict. 4. Epiſt. 9. *Quia Sanctorum imagines adorari* (cultu latriæ) *vetuiſſes, omnino laudauimus.* (Et pòſt.) *Omne manufactū adorare nō licet, quoniā ſcriptū eſt: Dominū Deū tuū adorabis, et illi ſoli ſerուies.* Et poſteamonet Serenū *vt doceat plebē ſuā in adoratione ſolius Omnipotētis S. Trinitatis proſterni. Nā talē adorationē picturis incōpetenter exhiberi.* Quibus vtiq; verbis inſinuat aliud eſſe adorationis genus, quod ſacris picturis com-

7. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Hiberniæ.*

483 Lib.9.Indict. 4.Epiſtola 61. ad Quirinum Epiſcopum & cæteros Epiſcopos in Hibernia Catholicos. *Lator præſentium ad B. Petri Apoſtolorum Principis Eccleſiam veniens, Fraternitatis veſtræ ſe aſſeruit ad nos Epiſtolas accepiſſe. In quibus (ſicut ipſe ait) ſtuduiſtis inquirere, ſacerdotes ac plebes, quæ Neſtorianæ hæreſeωs errore confuſa ſunt, cum ad Matrem electorum omnium Catholicam Eccleſiam revertuntur, utrum baptizari debeant, an certè ſolius vera fidei confeſſione eiuſdem matris Eccleſiæ viſceribus adiungi?* Hibernorum igitur Eccleſiæ tanto interuallo ab orbe reliquo diuiſæ, tamen didicerant ad Romanam Sedem maiora quæque referri debuiſſe.

8. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Angliæ.*

484 Beda Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gẽtis Anglorum *lib.2. ca.1. Beatus* Papa *Gregorius cùm primum in toto orbe gereret Pontificatum, & conuerſis iamdudum ad fidem veritatis eſſet prælatus* Eccleſiis: *Anglorum gentem eatenus idolis mancipatam Chriſti fecit* Eccleſiam, *ita vt Apoſtolicum illum de eo liceat nobis proferre ſermonem: Quia etſi alijs non eſt Apoſtolus, ſed tamen nobis eſt.*

485 Lib 12 Epiſt.15. Auguſtino Epiſcopo Anglorum. *Per loca ſingula duodecim* Epiſcopos *ordines, quatenus Londinenſis* Epiſcopus *Ciuitatis honoris pallium ab hac Apoſtolica Sede percipiat:* Eboracenſis quoque Epiſcopus *12. Epiſcopos ordinet, & Metropolytani honore perfruatur. Sed tua Fraternitas omnes Britanniæ Sacerdotes habeat ſubiectos.*

9. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Galliæ.*

486 Lib. 4.Epiſt.51. 52. & 53. Ad petitionem Regis, *Virgilium Arelatenſem Epiſcopum facit ſuum Legatum in regno Childeberti Regis Galliarum iuxta antiquum morem.*

487 Lib.4.Indict.13.Epiſt.51.ſic ait: *Quia cunctis liquet, vnde in Galliarum Regionibus fides ſancta prodierit, cùm priſcam conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ Fraternitas veſtra repetiit, quid aliud quàm bona ſoboles ad ſinum matris Eccleſiæ recurrit?*

488 Epiſt.52. *Quia vnumquodque tunc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus, ad quem poſſit recurri, Præpoſitus: ideirco opportunum eſſe perſpeximus, in Eccleſiis, quæ ſub regno præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem fratri noſtro Virgilio Arelatenſis ciuitatis Epiſcopo vices noſtras tribuere: quatenus & Catholicæ fidei integritas, id eſt, Sanctarum quatuor Synodorum, Deo protegente, ſollicita deuotione ſeruetur: & ſi inter fratres Conſacerdoteſq; noſtros aliqua euenerit fortè contentio, authoritatis ſuæ*
489 *vigore, vicibus nempe Sedis Apoſtolicæ functus, diſcreta moderatione compeſcat. Cui etiam iniunximus, vt ſi quarundam cauſarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præſentia opus ſit, congregatis ſibi in numero competenti fratribus & Coëpiſcopis noſtris, ſalubriter hoc ſeruata æquitate diſcutiat, & Canonica integritate*
490 *definiat. Si quam verò contentionem, quod longè faciat diuina potentia, de fidei cauſa euenire contigerit, aut negotium emerſerit, cuius vehemens ſit fortaſſe dubietas, & pro ſui magnitudine iudicio Sedis Apoſtolicæ indigeat:*
491 *examinata diligentius veritate, relatione ſua ad noſtram ſtudeat perducere notionem, quatenus à nobis valeat congrua ſine dubio ſententia terminari.*

492 Lib.7. Indict.2. Epiſt.112. Epiſcopo Auguſtodunẽſi vſum pallij concedens: *Hoc* (inquit) *pariter perſpeximus concedendum, vt Eccleſia Ciuitatis Auguſtodunæ poſt Lugdunenſem Eccleſiam eſſe debeat, & hunc ſibi locum & ordinem ex noſtra authoritatis indulgentia vendicare.*

493 In priuilegio, quod Monaſterio S.Medardi in Gallijs conceſſit, ita ſcribit. *Hæc Sedes Romana ſpeculationem ſuam toti orbi indicit.*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
		Idem Mauritius
593	Idem Gregorius.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

in ſua ſocietate recepiſſe, adeo vt Presbyterum antea lapſum, et adhuc in ſuæ iniquitatis pollutione verſantem haberet familiarem. Tales ſunt hæreticorum noſtri temporis anteceſſores, qui nec Sanctis hominibus (qualis fuit D. Gregorius) placent, nec improbos deuitant.

117. De Simoniaca hæreſi Regiæ poteſtatis, Eccleſiam Romanam opprimentis.

ª *Simoniaca hæreſis* (inquit Gregorius in 4. Pſal. Pœnitent.) *noſtris maximè temporibus concitauit aduerſus* Eccleſiam *Dei nõ modo innumerabilẽ populi multitudinẽ, ſed etiã regiã poteſtatẽ, in tantũ vt in Romanã* Eccleſiã *terrena ius poteſtatis vſurpet.* § Puto autem, quòd contra eam hæreſim agat, qua Imperatores Græci non diu antè nouo more adducti ſunt, vt nemi-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

ris competẽter exhibeatur. Vnde etiam in li. 7. Epiſt. 5. *& crucẽ Chriſti, quæ in ſynagoga iudæorũ ponebatur, venerandã appellat, & tùm venerandã crucẽ, tũ imaginẽ Genitricis Dei, qua dignũ eſt veneratione, de eadẽ Synagoga Iudæorũ auferri iubet.* Deniq; Ionas Aurelianenſis Epiſcopus, qui abhinc annis ferè octingentis floruit, in li. 1. de cultu imaginũ, teſtatur D. Gregoriũ in li. Sacramẽtorũ ita ſcriptũ reliquiſſe: *Deus qui Vnigeniti tui Domini noſtri Ieſu Chriſti precioſo ſanguine humanũ genus redimere dignatus es, concede propitius, vt qui ad adorandũ viuificam Crucem adueniunt, à peccatorũ ſuorũ nexibus liberentur.*

Quẽadmodũ igitur adoratio, quæ ſoli Deo ſeruitur, nullo modo vllis aut imaginibus, aut creaturis deferẽda eſt: ſic alia quædã longè inferior adoratio (quã frequentius venerationẽ S. Patres appellant, licet ſacra Scriptura etiã adorationis nomẽ ſacris imaginibus, id eſt, tabernaculo fœderis attribuat, cùm ait Pſal 98. *Adorate ſcabellũ pedũ Domini*) nec imaginibus quidẽ ſacris negari debet. Poſtquã verò S. Gregorius ſanã de re propoſita doctrinã explicaſſet, ad Serenum ait: *Sãctorũ imagines fregiſſe reprehẽdimus. Dic frater, à quo factũ Sacerdote aliquãdo auditũ eſt, quod feciſti? Si non aliud, vel illud te nõ debuit reuocare, ne deſpectis aliis fratrib⁹ ſolũ te ſanctũ, et eſſe crederes ſapientẽ?* (Et pòſt:) *Si quis imagines facere voluerit, minimè prohibe.* Præterea docet, quæ ſit imaginũ vtilitas. *Nã quod legẽtib⁹ Scriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernẽtibus, quia in ipſa etiã ignorãtes vidẽt, quod ſequi debeãt, in ipſa legũt, q literas neſciunt. Vnde & præcipuè gentibus pro lectione pictura eſt.* Poſtremò hoc Sereni factũ in dãnũ Chriſtianæ plebis ceſsiſſe teſtatur, ijs verbis. *Dum in hoc animi tui incautè nimis motus exequeris, ita tuos ſcandalizaſſe filios perhiberis, vt maxima eorũ pars à tua ſe cõmunione ſuſpenderit. Quando verò ad ouile Dominicum errantes oues adducas, qui quas habes, retinere non præuales?*

ª Gregorius in 4. Pſal. Pœnitentialẽ: *Chriſtus præcepit, dicens: Gratis accepiſtis, gratis date. Noſtris verò temporibus* (Rex, ſeu Imperator) *turpiſſimi lucri cupiditate illectus, ſponſam Chriſti captiuam cupit abducere. Eccleſiam quippe, quam ſui ſanguinis pretio redemptam Saluator noſter voluit eſſe liberam, hanc iſte poteſtatis Regiæ iura tranſcendens, facere conatur ancillam.*

10. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Dalmatiæ.*

Lib.1.Epiſt.19. Monet Salonitanum Epiſcopum, vt Honoratum Archidiaconum ſuo gradui reſtituat:
494 *alioqui ſe, quod iuſtum eſt, decreturum.*
Lib.2. Indict.10. Epiſcopum Salonitanum Natalem per pallij communioniſque priuationem adigit,
495 vt reſtituat Honoratum Archidiaconum loco ſuo: ni faciat, *ſe inquiſiturum, an in Epiſcopatu ipſo perſiſtere debeat.*
Lib.2.Indict.11.Epiſt.22. Antonino Rectori patrimonij in Dalmatia: Facto in perſonam electam De-
496 creto, ad nos tranſmitte, *vt cum noſtro Decreto, ſicut priſcis fuit temporibus, ordinetur.*
Lib.4.Epi. 9. Epiſcopis per Illyricum: *Vt Ioanni, quem confirmat, velut delegato Sedis Apoſtolicæ, obediãt.*
497 Lib.5.Epiſt.26. *Debuiſtis repulſum cognoſcere, quem Sedes Apoſtolica repellebat.*
498 Lib.5.Epiſt.48. *Quos Apoſtolica Sedes in communionis ſuæ conſortium non recipit, Charitas veſtra omnino*
499 *refugiat.*

11. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Græciæ.*

500 Lib 2.Epiſt.6. *Caſſatis Ioannis Epiſcopi primæ Iuſtinianæ Decretis, ex B. Apoſtolorum Principis authoritate decreuit, cum 30. dierum ſpatio communione priuatum: & Adrianum Thebanæ ciuitatis Epiſcopum, à dicto Ioanne damnatum, in ſuum locum & ordinem reſtituit.*
Lib.2.Epi.7. *Sanctæ memoriæ Deceſſor meus Adrianum Thebanæ ciuitatis Epiſcopũ Eccleſiamq́ eius de iu-*
501 *riſdictione poteſtatis Ioannis Epiſcopi Lariſſæi exemit.* Quam exemptionem Gregorius confirmat, iubens,
502 vt ſi qua cauſa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria aduerſus Adrianum eueniat: ſi mediocris eſt, per Reſponſales ſuos in vrbe Regia cognoſcatur: ſi ardua eſt, *vt Romam ad Apoſtolicam Sedem decidenda deducatur.*
503 Lib.4.Epi.15. Ioanni Epiſcopo primæ Iuſtinianæ. *Pallium ex more tranſmiſimus, & vices vos Apoſtolicæ Sedis agere, iterata innouatione decernimus.*
504 Lib.4.Epiſt.50. ad Corinthiorum Epiſcopum. *Secundinus Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus ita damnauit Anaſtaſium Epiſcopum, vt quaſdam perſonas Epiſcopi Romani arbitrio reſeruaret.*
505 Lib.4.Epiſtol.55. Mittit pallium Epiſcopo Corinthiorum vtendum: *Sicut* (inquit) *Prædeceſſores noſtri Prædeceſſoribus veſtris conceſſerunt.*
506 Epiſtola 56. *Epiſcopos per Helladæ iubet Corinthiorum Epiſcopo parère.*
507 Lib.5.Epiſt.7. *Epiſcopis Epiri ſignificat, ſe cuncta Priuilegia Andreæ Epiſcopi confirmaſſe: Quæ Prædeceſſores* (inquit) *noſtri eius Prædeceſſoribus contulerunt.*
508 Lib.10.Epiſt. 36. Epiſcopo Scodritano: *Ioannes primæ Iuſtinianæ ciuitatis Epiſcopus ſeruat vices noſtras.* (inquit Gregorius.)

12. *Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos & Eccleſias Corcyræ.*

509 Lib.12. Epiſt. 2. *Quoniam frater noſter Nicopolitanus Metropolita ſententiam tulit, Caſſiopi Caſtrum ſub iuriſdictione Eccleſiæ tuæ, quemadmodum ſemper fuit, debere perſiſtere: formam eiuſdem ſententiæ comprobantes, Apoſtolicæ Sedis authoritate eam, fauente iuſtitia, comprobamus, confirmamus, atque per omnia robuſtam*
510 *manere decernimus.* Et in Epiſt.8. conſtat, *ſententiam Papæ effectum habuiſſe.*

13. *Im-*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Phocas. an. 8.
598	Idem Gregorius.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

neminem paterentur Eccleſiæ Romanæ Pontificatum gerere, præterquàm, ſi pro ſua confirmatione certũ tributũ Cæſari perſoluiſſet. Quod cùm in quauis Eccleſia iniuſtum fuiſſet: in Romana, quæ cæterarũ Caput eſt, nonniſi iniquiſsimũ fuiſſe exiſtimari debet. Cæterùm ſi hoc in Imperatoribus hæreticum eſt habitum· quid de Henrico Octauo Anglorum Rege ſtatuemus, qui ſummum Anglicanæ Eccleſiæ Caput ſeipſum ſcribẽs, omnium Eccleſiarum & beneficiorũ Eccleſiaſticorum primitias ſibi & ſuis vſurpauit?

118. De Armeniorum erroribus. De veritate carnis Chriſti in Euchariſtia.

Armeniorum ſecta Nicephorus meminit ſub Phoca. Lib. 18. c. 53.

[a] Armenij (duce Echanio quodã) Eutychianorũ pars, imò hæreſum omnium ſentina, dicebant, *Sacrificiũ panis carnis Chriſti* (id eſt, eius panis, qui eſt caro Chriſti) *non Chriſti, ſed Diuinitatis corpus eſſe.* Vt ait Euthym. parte 2. tit. 20. Certè nõ multum abſunt Caluiniſtæ ab hac ſentẽtia, cùm talem carnis Chriſti manducationem etiam in Sacramẽto doceant, quæ potius Diuinitati, quàm carni per ſacramentũ mãducandæ conuenit. Volũt enim, ſolo ſpiritu eam corporis manducationẽ fieri, quæ in cœna Domini non ſolùm potiſsimũ, ſed ſolũmodò ad viſibile Sacramẽtũ refertur, vtpote de cuius corporali manducatione Chriſtus dixit: *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.* Spiritalis autẽ manducatio, quæ fit in Euchariſtia, fit, dum id Spiritu participatur, quod corporaliter accipitur.

[b] Vinum

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Quantò melius foret ſibi, dominã ſuam eſſe agnoſcere, eiq́; religioſorum Principum exemplo, deuotionis obſequium exhibere? Sed contra Deum faſtuoſus, terminos, quos poſuerunt Patres noſtri, contempto diuino timore transgreditur, & cõtra Catholicam veritatem ſua furore tyrannidis efferatur. In tantum autem ſuæ temeritatem extendit veſaniæ, vt Caput omnium Eccleſiarum, Romanam Eccleſiã ſibi vendicet, & in Domina gentium terrenæ ius poteſtatis vſurpet. Quod omnino ille fieri prohibuit, qui hanc B. Petro Apoſtolo ſpecialiter commiſit, dicens: Tibi dabo Eccleſiam meam. Omnis ergo hæreticorum acies obmuteſcat, quia nullas vires habet mendacium, quod ipſius voce veritatis inuenitur deſtructum.

[a] Gregorius Magnus lib. 4. Dialog. c. 58. *Debemus quotidianas carnis Domini & ſanguinis hoſtias immolare.* (Et pòſt) *Eius quippe ibi corpus ſumitur, eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur.* Diuinitas autem, quæ omnem locũ implet, nec per vices ſumi ex ſe, nec in ora Fidelium fundi poteſt. At de Chriſti ſanguine in Euchariſtia repræſentato, id eſt, præſente & reipſa exhibito, idem Gregorius ita ſcribit Homil. 22. in Euangelia. *Sanguis Chriſti ſuper vtrũq; poſtem ponitur, quando non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur.*

[b] Con-

13. *Imperatorem Eccleſiæ Romanæ Primatum agnouiſſe.*

511 *Sicut parentes priores veſtri Principes* (inquit ad Conſtantiam Auguſtam) *S. Petri Apoſtoli gratiam quæſierunt, ita apud vos eius honor nullatenus minuatur.* (Et iterum.) *Si Epiſcoporum cauſa mihi commiſſorum apud piiſſimos Dominos aliorum patrociniis diſponuntur* (qui curauerant, vt Imperator iuberet, Maximum Epiſcopum cum honore ſuſcipi) *infælix ego in Eccleſia iſta quid facio? Vt Epiſcopi mei ad ſeculares iudices refugium habeant, peccatis meis deputo.* Suos vocat, quia ei ſuberant.

Lib. 4. Indict. 13. Epi. 34. *Salonitana ciuitatis Epiſcopus à me ac Reſponſali meo ordinatus eſt, & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus Principibus euenit.*

512 Lib. 7. Epiſt. 64. *Piiſſimus Imperator Primatem Byzancenum* (id eſt, Patriarcham Conſtantinopolitanum) *iuxta ſtatuta Canonica per nos voluit iudicari.*

513 Lib. 11. Epiſt. 43. ad Phocam Auguſtum, *Antiquam conſuetudinem fuiſſe teſtatur, vt Apoſtolicæ Sedis Diaconus in Palatio Imperatoris permaneret.*

14. *Hæreticos pertinaces Eccleſiæ Romanæ Primatum non agnouiſſe.*

514 Lib. 7. Epiſt. 53. *Peruerſi homines* (trium Capitulorum damnatores) *ſubeſſe Sedis Apoſtolicæ præceptis nolunt.* Omnibus omnino hæreticis hoc ſemper in more fuit, hodieque Proteſtantibus in more eſt, vt Sedis Apoſtolicæ præceptis ſubeſſe nolint.

15. *Reges diuerſarum Nationum & Magnates, Eccleſiæ Romanæ Primatum agnouiſſe.*

515 Lib. 3. Indict. 12. Epiſt. 41. ad Bonifacium Magnificum Africæ. *A B. Petri Eccleſia* (*cui Claues Regni cæleſtis commiſſa ſunt, & ligandi ac ſoluendi poteſtas attributa*) *veſtra anima non inueniatur diuiſa, ne ſi hic beneficium eius deſpicitur, illic vitæ aditum claudat.*

516 Lib. 5. Epiſt. 61. Gennadio Patricio Africæ: *Epiſcopum communione priuatum eſſe, valde miramur cur nobis hoc non Primatis eius Epiſtola indicauit.*

517 Lib. 7. Indict. 2. Epiſt. 3. Proconſul Dalmatiæ *petit gratiam D. Gregorii pro cauſa Maximi.*

518 Lib. 7. Epiſt. 95. Magiſtro militum in Hyſtria. *Nullum illic ab Apoſtolica ſegregatum remanere vultis Eccleſia: tantumq́ue vos B. Petri Apoſtolorum Principis amor accendit, vt ouile ipſius, cui à Domino omnes creaturæ ſunt traditæ, ſummo redintegrare cum deſiderio cupiatis.* Eccleſiam Romanam vocat ouile Petri, & omnes fideles vbique diffuſos illi traditos docet.

519 . Lib. 7. Epiſt. 97. Gallinico Exarcho Italiæ. *Petimus, vt pro bono deſiderii, quo* (Hyſtrici) *ad Apoſtolorum Principis Petram ſolidam concurrerunt, habere dignemini commendatos.* Quænam eſt Petra ſolida Apoſtolorum Principis, quò Hyſtrici concurrebant, præterquàm vnitas Eccleſiæ illius, quæ Petri Sedem Caput & fundamentum ſuum poſt Chriſtum agnoſcit?

520 Lib. 7. Epiſt. 114. *Theodericum & Theobertum Reges Francorum filios vocat, hortaturq́ue, vt Synodum congregari præcipiant, in qua præſcribit ſub anathematis obligatione; quid debeat conſtitui.*

521 Epiſt. 115. *Sciens Childebertus Francorum Rex, eam Apoſtolicæ Sedi reuerentiam à fidelibus exhiberi, vt quæ eius Decreta fuiſſent diſpoſita, nullius deinceps illicitæ vſurpationis moleſtiæ quaterentur: petiit, ea quæ diſpoſuerat de Monaſterio à ſe conſtructo, authoritate Apoſtolica firmari.*

522 Lib. 11. Epiſt. 8. Brunichildæ Reginæ Francorum: *Filii noſtri ex veſtro perhibuêre iuſſione ſibi mandatum, vt talis debeat à nobis in Gallias perſona tranſmitti, quæ facta Synodo, cuncta, quæ contra Canones perpetrantur, omnipotenti Deo auctore poſſit corrigere.*

523 Lib. 11. Epi. 10. *Si quis Regum, Sacerdotũ, Iudicum ac perſonarum ſecularium hanc Conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis honoriſq́ue ſui dignitate careat, reumq́ue ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat.*

524 Lib. 12. Epiſt. 7. Theodelindæ Reginæ Longobardorum: *Falſa ſunt omnia, quæ contra Sedem Apoſtolicam vel Catholicam Eccleſiam audierat. Abſit, nos cuiuſlibet hæretici recipere ſenſum.*

16. *Fide-*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
		Idem Phocas.
600	65. Idem Gregorius.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Vinum aqua non miſcent. Nicephorus lib. 18. cap. 53. Et hoc etiam Proteſtantes obſeruant contra omnem Eccleſiæ totius morem.

b Concil. Aurelianenſe quartum, Cap. 4. decernit, *vt nullus in oblatione ſacri Calicis, niſi quod ex fructu vineæ ſperatur, aqua mixtum offerre præſumat.*

De originali peccato & gratia Sacramentorum.

c Negantes vllum eſſe originale peccatum, etiam ab omnibus Sacramentis virtutem conferendi gratiam tollunt. Auctor eſt Guido Carmelita. Et in hoc Proteſtantes imitantur illos. Vnde tam Armenij, quàm plærique Proteſtantes putant, pueros abſque baptiſmo ſaluari poſſe.

c Gregorius in Iob. lib. 4. cap. 3. *Quem ſalutis vnda non diluit, originalis culpæ ſupplicia non amittit.*

Et lib. 12. Indict. 7. cap. 10. *In illo quippe Myſterio omnis culpa funditus extinguitur.* Et Dialog. lib. 4. cap. 58. de Sacramento Euchariſtiæ agens: *Hæc* (inquit) *ſingulariter victima ab æterno interitu animam ſaluat.* § Tam Baptiſmus igitur, quàm Euchariſtia conferunt gratiam ijs, qui dignè illa Sacramenta percipiunt. Quod idem de cæteris etiam Sacramentis credendum eſt.

An Beati Deum videant.

d Volebant beatos ante diem Iudicij Deum non videre.

d Gregorius in Iob. lib. 12. cap. 14. *Animæ ſanctæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nec vllo modo credendum eſt, quòd foris ſit aliquid quod ignorent.*

De antiquorum fidelium ſalute.

e Dicebant, omnes homines ante Paſsionem Chriſti damnatos fuiſſe.

e Gregorius in Iob. lib. 4. cap. 3. *Quod apud nos valet aqua Baptiſmatis, hoc egit apud veteres vel pro paruulis ſola fides* (parentum & aliorum fidelium) *vel pro maioribus virtus ſacrificij, vel pro his, qui ex Abrahæ ſtirpe prodierant, myſterium Circumciſionis.*

De peccatorum remiſsione per Sacerdotes.

f Dicebant quædam eſſe peccata, quæ à nullo Sacerdote remitti poſsint. Proteſtantes verò vix, ac ne vix quidem vlla omnino peccata per Sacerdotes remitti docent.

f Nicephor. Chartophylax in Epiſt. ad Theodoſium Monachum. *Ligandi ſoluendique prouinciæ Pontificibus ipſis à clementiſſimo Deo noſtro demandata eſt. Siquidem ad Petrum ait: Quæcunque ligaueris, ligata, & quæcunque ſolueris, ſoluta erunt.* (Et poſt.) *Si quis expertus Sacerdotio fungatur, quamuis & ſæpe & multùm delinquentes, quo pacto abijciet? Qui autem hinc emigrant, in quocunque fuerint peccato detenti, ne ligaueris.*

16. *Fideles populos factis ſuis demonſtraſſe, quantopere ſupra cæteras omnes Romanam Eccleſiam coluerint, velut Petri Sedem.*

525 Lib.4. Epiſt. 44. *Indignos nos præ B. Petri Apoſtoli reuerentia mens fidelium veneratur. Ex amore quippe fidelium huius Sedis Rectoribus mos vltra meritum erupit, vt cum eorum corpora humanda deferuntur, Dalmaticas pro Sanctitatis reuerentia ſibimet partiendas, populus ſcindat.*

526 Lib.7. Indict.2. Epiſt.115. *Sciebat, eam Apoſtolicæ Sedi reuerentiam à fidelibus exhiberi, vt quæ eius fuiſſent Decreto diſpoſita, nullius deinceps illicita vſurpationis moleſtia quaterentur.*

Lib.3. Dialogorũ ca.3. D.Gregorius refert, in Græciæ partibus propinquos cuiuſdam muti & claudi ab Agapeto Papa *ex authoritate Petri* poſtulaſſe, vt ſanitati redderetur. Quod & factum eſt *poſt Miſſarum ſolennia celebrata, & Sacrificium in conſpectu Dei Omnipotentis immolatum.*

17. *Patriarchas omnes Eccleſiæ Romanæ ſubiectos fuiſſe, & ipſos id confeſſos eſſe.*

527 Lib.2. Epiſt.37. Ad Natalem Epiſcopum Solanitanum ſcribens, ait: *Fraternitatem tuam etſi non vita, tamen loco tranſgrediar, contempta & Deceſſoris mei & mea ſententia, Honoratus Archidiaconus proprio gradu priuatus eſt. Quod, ſi quilibet ex quatuor Patriarchis feciſſet, ſine grauiſſimo ſcandalo tanta contumacia nullo modo tranſire potuiſſet.* § Agnouit ergo ſe maiorem quouis Patriarcha in peccatis vllius Epiſcopi authoritate ſua puniendis.

528 Eulogius Patriarcha Alexandrinus ad B.Gregoriũ ſcripſerat (vt cõſtat ex lib.6. Epiſt.37. Indict.15.) *quòd B. Petrus Apoſtolorum Princeps in Cathedra ſua* (Romæ) *nunc vſque in ſuis ſucceſſoribus ſederet.*

Lib.5. Epiſt.60. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum. *Semper ad Magiſtri ſui gremium, vnde illi prædicatio ſalutis exorta eſt, tota ſe conferre deuotione ſentimus.*

529 Lib. 7. Epiſt. 30. Eulogius Gregorium ſalutauit Vniuerſalem Papam, ſed ille nomen recuſat, dicens: *Ego non verbis quæro proſperari, ſed moribus: nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorẽ ſuum perdere cognoſco. Et quidem in Chalcedonenſi Synodo atque poſt à ſubſequentibus Patribus hoc Deceſſoribus meis oblatum veſtra Sanctitas nouit, ſed tamen nullus eorum vti hoc vnquam vocabulo voluit.* Ius ergo rei agnitum eſt in Pontifice Romano.

530 Lib.7. Epiſtol. 63. *De Conſtantinopolitana Eccleſia quod dicunt, quis eam dubitet Sedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam? Quod & Dominus piiſſimus Imperator, & frater noſter Euſebius, eiuſdem ciuitatis Epiſcopus aſſiduè profitentur.*

531 Lib.7. Epiſt.64. *In quodam crimine Byzancenus Primas fuerat accuſatus.* (Et pòſt.) *Nam quòd idem Primas ſe dicit Sedi Apoſtolicæ ſubiici: ſi qua culpa in Epiſcopis inuenitur, neſcio quis ei Epiſcopus ſubiectus non ſit. Cùm verò culpa non exigit, omnes ſecundùm rationem humilitatis æquales ſunt.*

532 Lib.11. Indict.6. Epiſt.46. Eulogium Patriarcham Alexandrinũ monet, vt ſymoniacam hæreſim funditus euellat *à ſanctiſſima Sede Alexãdrina, quæ* (inquit Gregorius) *noſtra eſt.* Nimirũ, quia Eccleſia Alexandrina per B.Marcum D. Petri Diſcipulũ, Sedis Petri, hoc eſt, Romanæ Eccleſiæ portio quædã eſt.

533 Lib.1. Indict.9. Epiſt.27. Gregorius ſignificat, *ſe vſum Pallij Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno conceſſiſſe.* Vnde conſtat, ipſos Patriarchas honorem Pallij à Romano Pontifice velut à ſuo maiore & ſuperiore ſolitos eſſe accipere.

18. *Romanam Eccleſiam ex iudicio D.Gregorij Synodis etiam præfuiſſe, eaſq; vel indicendi, vel irritas faciendi ius habuiſſe.*

534 Lib.4. Epiſt. 34. *Cuncta Acta illius Synodi* (in qua Epiſcopus Conſtantinopolitanus vniuerſalem ſe vocauerat) *Sede contradicente Apoſtolica ſoluta ſunt.*

535 Lib.2. Indict.10. Epiſt.33 Columbo Epiſcopo Numidiæ mandat, *vt vniuerſale Concilium Epiſcoporum adunet in Africa.*

536 Lib.7. Indict. 2. Epiſt. 69. *Sine Apoſtolicæ Sedis authoritate atque conſenſu, nullas, quæcunque acta* (in Synodo) *fuerint, vires habent* (Et pòſt.) *Si quis ſcripta præſentia aliqua in parte neglexerit, à B.Petri Apoſtolorum Principis pace ſe nouerit ſegregatum.*

19. Hæreti-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
602	Idem Gregorius.	Idem Phocas.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Sacrificio externo.

g Cultu Iudaico boues & agnos ſacrificant, & in Paſchate non corpus Dominicum, ſed agnum igni aſſum ſumunt.

De Crucis veneratione.

h Crucem non prius venerantur, quàm eam baptizauerint, & in eius medio vnum clauũ fixerint (quo ſignificant, vnum ex Trinitate crucifixum, id eſt, Diuinam eius naturam) & ſacrificij ſanguine ipſam inunxerint.

De Purgatorio.

i Negabant vllum eſſe Purgatorium, in quo minora fidelium delicta emendentur.

De origine peccati.

k Peccatum ſimpliciter à Dæmone eſſe aiunt, non autem omnino à libero arbitrio.

De liberorum procreatione in Paradiſo.

l Dicunt, Adamum & Euã in ſtatu innocentiæ nunquam fuiſſe carnali copula coniungendos, humana ſpecie aliter propagata.

De ſexuum reſurrectione.

m Omnes in virili nullum auté in fœmineo ſexu reſurrecturum aſſerunt. Hactenus Guido.

119. De

❧ *Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

g Iſidorus ibidem. *Sacrificium, quod à Chriſtianis Deo offertur, primùm Chriſtus inſtituit, quando commendauit Apoſtolis corpus & ſanguinem ſuum. Accepit Ieſus panem, & Calicem, & benedicens, dedit eis. Hoc ergo Sacrificium Chriſtianis celebrare præceptum eſt, relictis ac finitis Iudaicis victimis, quæ in ſeruitute veteris populi celebrari imperatæ ſunt.*

h *Gregorius Magnæ Præſul Armeniæ ante omnes iuſſit, Cruces ligneas quibuſdam in locis à ſe collocatas adorari, ad eáſque tanquam ad ſacra profugia concurri, idq́; cùm nondum eſſet Pontifex declaratus, eáſque nec ablutione, nec clauo, nec ſanguine expiaſſet.* Euthym. parte 2. tit. 20. circa medium.

i Gregorius Dialog. lib. 4. cap. 34. *De quibuſdam leuibus culpis eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt, pro eo quòd Veritas dicit: Quia ſi quis in Sanctum Spiritum blaſphemiam dixerit, neque in hoc ſeculo remittetur ei, neque in futuro. In qua ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdam in futuro poſſe laxari.* (Et pòſt.) *Hoc tamen ſciendum eſt, quia illic ſaltem de minimis nihil quiſquã purgationis obtinebit, niſi bonis hoc actibus in hac adhuc vita poſitus, vt illic obtineat, promereatur.*

k Greg. in Iob, lib. 33. c. 20. *Reprobi nequaquam patria cæleſtis præmia æterna percipiunt, quia ea nunc, dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempſerunt.*

l Greg in Iob, lib. 4. c. 28. *Si parentem primum nulla peccati putredo corrumperet, nequaquam ex ſe filios gehennæ generaret, ſed hi, qui nunc per redemptionem ſaluandi ſunt, ſoli ab illo electi naſcerentur.*

m Greg. in Iob. li. 3. c. 7. *Senſus praua voluntatis mulieribus in vitio eſt, non autem ſexus.*

FFF ij

n Gregor.

19. *Hæreticos & Schiſmaticos ad Eccleſiæ vnitatem reuertentes agnouiſſe Primatum Romanæ Eccleſiæ.*

537 Lib.7.Indict.2.Epiſt.97.quoſdam de Hyſtriæ partibus à Schiſmaticorum errore ad vnitatem Eccleſiæ reuertentes,& Romanæ Eccleſiæ militare deſiderantes, Exarcho Italiæ commendat, *pro bono deſiderij,quo ad Apoſtolorum Principis Petram ſolidam concurrerunt.*

538 Lib.10.Indict.5.Epiſt.38.ad Firminum Epiſcopum Hyſtriæ. *Credimus* (inquit)*de Dei noſtri potentia, quia S.Petrus, ad quem reuerſi eſtis,vos deſerere non debet.*

Forma abiurationis Epiſcopi Schiſmatici apud Gregorium Lib.10. Epiſt.31.

539 Li.10.Indict.5.Epiſt.31.*Ego ciuitatis illius Epiſcopus,comperta diuiſionis laqueo quo tenebar,diutina mecum cogitatione pertractans,prona & ſpontanea voluntate ad vnitatem Sedis Apoſtolicæ,Diuina gratia duce,reuerſus ſum.Et ne praua mente ſeu ſimulatè reuerſus exiſtimer,ſub mei ordinis caſu ſpondeo,& anathematis obligatione,atque promitto tibi,& per te Sancto Petro Apoſtolorũ Principi,atque eius Vicario Beatiſſimo Gregorio,vel Succeſſoribus ipſius,me nunquam quorumlibet ſuaſionibus,vel quocunque alio modo ad ſchiſma,de quo Redemptoris noſtri miſericordia liberante ereptus ſum, reuerſurum: ſed ſemper me in vnitate ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ,& communione Romani Pontificis per omnia permanſurum.Vnde iurans dico per Deum omnipotentem,& hæc ſancta quatuor Euangelia,quæ in manibus meis teneo, & ſalutem gentium atque Illuſtrium Dominorum noſtrorum Rempublicam gubernantium,me in vnitate,ſicut dixi,Eccleſiæ Catholicæ,& communione Romani Pontificis, ſemper & ſine dubio permanere. Quòd ſi,quod abſit, aliqua excuſatione vel argumento ab hac me vnitate diuiſero,periurij reatum incurrens,æternæ pœnæ obligatus inueniar, & cum authore ſchiſmatis habeam in futuro ſeculo portionem.*

20. *Zelus & feruens ſtudium D.Gregorij pro Eccleſiæ Romanæ Primatu.*

540 Lib.7.Epiſt.1.*Antè paratior ſum mori,quàm B.Petri Eccleſiam meis diebus degenerare.*

541 Gregorius in 4. Pſalm.Pœnitentialem.Symoniacus Rex *in tantum ſuæ temeritatem extendit veſaniæ, vt Caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam ſibi vendicet,& in Domina gentium terrenæ ius poteſtatis vſurpet. Quod omnino ille fieri prohibuit, qui hanc B. Petro Apoſtolo ſpecialiter commiſit,dicens: Tibi dabo Eccleſiam meam.*

Qui hæc omnia in D. Gregorio legerit,ac plura etiam eius generis,quæ in ſcriptis eius extant, animaduerterit,& tamen perfricta fronte non timet, ea, quæ apud Gregorium contra nomen vniuerſalis Epiſcopi conſcripta ſunt, ita interpretari, tanquam D. Gregorius non potuerit ferre, vt vnus aliquis Pontifex totius militantis Eccleſiæ primam Sedem & ſummum regimen teneret: is mihi videtur aut ſenſum hominis exuiſſe,aut obfirmatam Diaboli peruerſitatem induiſſe. Quid enim dici apertius potuit, quàm *Sedem Apoſtolicam Deo auctore cunctis prælatam conſtare Eccleſiis?* (Lib.2. Epiſt.30.) *Omnes Epiſcopos, ſi qua culpa in eis inuenitur,Sedi Apoſtolicæ ſubiectos eſſe?* (Lib.7. Epiſt.64.) *Cuiuſlibet ex quatuor Patriarchis tantam contra ipſum contumaciam tranſire ſine grauiſſimo ſcandalo non potuiſſe?* (Lib.2. Ep.37.) *Sedem Apoſtolicam Caput omnium Eccleſiarum eſſe?* (Lib. 11. Epiſt. 55.) *Denique Romanam Eccleſiam ob ea, quæ Chriſtus ad Petrum dixit* (Matth. 16.)*omnium Eccleſiarum eſſe Caput?* in 4. Pſalm. Pœnitentialem. Sic ergo locutus eſt D. Gregorius: quia verè credidit, Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, fidei Caput, Petram ſolidam, denique velut Petrum ipſum eſſe. Nam ſic etiam interdum locutus eſt,vt ex ijs,quæ iam diximus,abundè conſtat.

Iſidorus in Præfatione ſua in opus Conciliorum & Decretaliũ Epiſtolarum:Subiecimus(poſt Concilia diuerſa Græcorum & Latinorum)reliqua *Præſulum Romanorum Decreta vſque ad S. Gregorium,&*
542 *quaſdam ipſius Epiſtolas, in quibus pro culmine Sedis Apoſtolicæ non impar Conciliorum* (authoritati) *extat authoritas.* (Et poſt.) *Nec vllam Synodum ratam eſſe legimus, quæ non fuerit Apoſtolicæ Sedis authoritate congregata,vel fulta.*

Paulus Diaconus rerum humanarum lib.8.in Phocæ vita. *Phocas,rogante Papa Bonifacio,ſtatuit Sedẽ*
543 *Romanæ Eccleſiæ, vt Caput eſſet omnium Eccleſiarum, quia Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat.* Nimis impudenter dicunt Pſeudoeuangelici,Pontificem Romanum à Phoca primùm accepiſſe hunc honorem,vt Romana Eccleſia Caput omnium Eccleſiarum fieret:cùm ex ijs,quæ iam dixi,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	*Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
			119. De Chazinzariis.	
602	*65.* [l] S. Gregorius magnus Gordiani Senatoris filius, Romanus, Monachus, ſedit an. 13. m. 6. d. 10.		[n] Chazinzarij (& ipſi Armeniorũ pars, etiam Neſtoriani ſunt, & ſolã Crucem (non etiam alias ſacras Imagines) venerãtur. Niceph. lib. 18.	[n] Gregor. lib. 9. Indict. 4. Epiſt. 9. *In locis venerabilibus Sanctorum depingi hiſtorias, non ſine ratione, vetuſtas admiſit.*
604	*66.* Sabinianus Bleianus, Tuſcus, ſedit an. 1. m. 5. d. 24.		*De execrandis ieiuniijs.*	
		Idem Phocas.	[o] Ieiunium Artziburtzi colunt in memoriam canis à Dæmone inhabitati, quo Sergius eorum Doctor, velut Duce itineris, aut potius præcurſore, vtebatur.	[o] Iſidor. de ſummo bono, libro 2. cap. 44. *Sæpe abſtinentia ſimulatè agitur, jeiuniáque per hypocriſim exercentur, tantùmque miſeri laboris exercitium non pro Dei amore, ſed ſola humana laudis admiratione ſectantur.*
607	*67.* Bonifacius 3. Romanus ſedit. m. 8. d. 27.		*120. De*	

FFF iij   [o] Iſido-

iam dixi, manifeſtè probetur, eum honorem à Petro vſque ad hoc tempus Pontifici Romano tributum eſſe. Verùm quia Epiſcopus Conſtantinopolitanus vniuerſalem Patriarcham ſe vocabat, cùm inde videretur ſecuturum, quod nunc ſecutum eſſe vidimus, vt Eccleſia Conſtantinopolitana vel exæquaret, vel præferret ſe Romanæ Eccleſiæ: opportunè cauit Bonifacius, ne Sedi Apoſtolicæ ac Petri Cathedræ hic honor iniuſtè auferretur, ac propterea petijt, vt Imperator Conſtantinopolitanus finem huic rei per ſanctionem ſuam imponeret. Verùm aliàs declarauimus, & Optatum in lib. 2. contra Parmenianum, & Victorem in lib. 1. Vandalicæ perſecutionis, & Concilium Chalcedonenſe in Actione 3. & Epiſcopii Pataræ in Lycia (vt eſt perſcriptum in Breuiario Liberati) & Iuſtinianum Imperatorem in Codice ſuo, & Gregorium Magnum in Epiſtolis, & alios quàm plurimos nominatim appellaſſe aut Pontificem Romanum, aut Romanam Eccleſiam *omnium Eccleſiarum Caput* longè antè Phocæ tempora.

544 Concilium Bracarenſe ſecundum, Can. 22. *Placuit, vt eodem ordine Miſſa celebrentur ab omnibus, quo Præfuturus quondam huius Metropolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ab ipſa Apoſtolicæ Sedis authoritate ſuſcepit ſcriptum.* Et Can. 23. *Nullus ordinem baptizandi prætermittat, quem pro amputanda aliquorum dubietate prædictus Profuturus ſibi directum à Sede beatiſſimi Petri Apoſtoli ſuſcepit.*

545 Beda Hiſtoriæ Eccleſiaſt. Anglor. lib. 2. cap. 17. Eduino Regi Anglorum Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ſalutem. *Ea quæ à nobis pro veſtris Sacerdotibus ordinanda ſperaſtis, ſine vlla dilatione tribuimus, & duo pallia Metropolitanorum Honorio & Paulino direximus, vt dum quis eorum ad authorem ſuum fuerit accerſitus, alter in loco ipſius alterum Epiſcopum ex hac noſtra authoritate ſurroget.* Et ibidem, cap. 18. *Ne ſit neceſſe ad Romanam vſque ciuitatem pro ordinando Archiepiſcopo fatigari.*

☙ *Etiamſi Honorius in hæreſim Monothelitarum incidiſſet, non tamen propterea erraſſe in fide Eccleſiam Romanam, quæ non modò nihil tale credendum decreuit, verùm etiam hæreſim illam deteſtata ſemper eſt, & ſummis viribus perſecuta.*

Honorij Epiſtola ad Sergium Cõſtantinopolitanum Patriarcham perſcripta in ſexta Synodo Actione 12. prolata eſt, quæ declarabat, eum erraſſe in Articulo de duabus, quæ in Chriſto ſunt, voluntatibus. Quod totum etſi fateamur verum eſſe (nihil enim iã in ea cauſa definio) tamen Eccleſia Romana ex ea re non probatur hæreſim aliquam aut prædicaſſe, aut profeſſa eſſe, ac multò minus prædicandam & profitendam publico Decreto ſanxiſſe. Quemadmodum autem Simon aliter filius Ioannis erat, aliter verò cognominabatur à Chriſto Petrus, cùm illud naturæ, hoc gratiæ nomen eſſet: ſic omnino quilibet Pontifex Romanus duplicem perſonam ſuſtinet, vnam ſibi lege naturali propriam, in qua velut Simon quidam, aut alius quilibet homo errare etiam in fide poteſt, aliam à Chriſto impoſitam, in qua velut Petra, ſupra quam Eccleſia militans pro tempore ædificatur, *velut confirmator fratrum, & Paſtor agnorum atque ouium errare non poteſt, quia pro eius fide, vt ea non deficiat, Chriſtus rogauit.* Cùm enim hanc publicam perſonam non ſuæ, ſed totius militantis Eccleſiæ cauſa ſuſtineat, non magis in ea perſona errare poteſt, quàm Eccleſia ipſa, quæ *Columna eſt, & firmamentum veritatis.* Porrò hanc publicam perſonam ſuſtinet, quoties hoc ipſum ex propoſito agitur, vt Sedes Petri conuocatis Epiſcopis & fratribus, qui pro tempore adſunt, & magna conquiſitione facta (Actor. 15.) videat, deliberet ac decernat de re in controuerſiam vocata. Tunc enim liberè poterit cum Apoſtolis concludere, *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*: quia Chriſtus promiſit, *ſe fore in medio eorum, qui in nomine eius congregarentur.* Nunquam autem certius ſciri poterit, aliquos in nomine Chriſti congregari, quàm cum ab illo Paſtore, quẽ Chriſtus plus alijs amantem agnis & ouibus præfecit, Epiſcopi & Presbyteri, *quos Spiritus ſanctus regere Eccleſiam iuſſit*, conuocantur, *vt difficile & ambiguum iudicium, quod domi inter fratres componi non potuit ab ijs, qui præſunt loco quem elegit Dominus, decidatur.* Tunc enim fides conſulitur *Apoſtolica ore laudata, quam Auguſtinus prædicandam in Domino vocat, & quæ, vt Hieronymus ad Oceanum ait, mutari nõ poteſt.* Tunc aditur *Cathedra Petri, & Eccleſia principalis, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt, quæ apud eos Romanas collocatur, ad quos* (vt Cyprianus lib. 1. Epiſt. 3. ait) *perfidia non poteſt habere acceſſum.* Id ergo reſtat, vt qui Romanam Eccleſiam erraſſe vnquàm in fide affirmant, demonſtrent tale aliquod Decretum in cauſa fidei palam publiceque de fratrum conſilio à Sede Apoſtolica interpoſitum, quod hæreſim ſtatuere ac ſtabilire conatum ſit. Tale autem nihil ab Honorio factum proferri poteſt.

Accedit eòdem, quòd hic Articulus (*Chriſtus duas in ſe voluntates habet*) nondum erat in aliquo Eccleſiæ conſeſſu expreſsè definitus, quando Honorius illam Epiſtolam ſcripſit. Deinde publica Honorij Decreta & facta erant eiuſmodi, vt potius læderent Monothelitas, quàm iuuarent: quemadmodũ apud Platinam in Honorio, & apud Sabellicum Ænead. 8. lib. 9. videre licet. Egit enim Honorius apud Heraclium Imperatorem, vt Pyrrhum Patriarcham Conſtantinopolitanum Monothelitam Sede ſua de-

iectum

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	☙ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	☙ *Doctores Catholici, & Custodes murorum Eccleſiæ.*
			120. De Heicetis.	
608	68. Bonifacius 4. Valerienſis, Marſus, ſedit an. 6. m. 8. d. 12.		[a] Heicetæ cum tripudijs in fœminarum cœtu Deum à viris laudandum aſſerebant. Damaſc. 87.	[a] Iſidorus de ſummo bono, lib. 3. ca. 20. *Dei ſeruum ſine intermiſſione legere, orare, & operari oportet, ne fortè mentem otio deditam ſpiritus fornicationis ſubripiat.*
	69. Deuſdedit Romanus, ſedit an. 3. m. o. d. 21.	*Heraclius an. 29 Monothelita.*		
			121. De Gnoſimachis.	
619	70. Bonifacius 5. Neapolitanus, ſedit an. 3. m. 10.		[b] Superuacaneũ dicunt eorum laborem, qui ſcientiam in Diuinis ſcriptis exquirunt. Damaſc. hær. 88. Nónne & hoc aliquando Proteſtantes opinabantur, quando abiectis libris, cœperunt opificijs ſeſe dedere?	[b] Concil. Toletan. 4. Ca. 24. *Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas Scripturas frequenter admonet Paulus Apoſtolus, dicens ad Timotheum: Intende lectioni & exhortationi, doctrinæ quoq́; & ſemper permane in his. Sciant igitur Sacerdotes Scripturas ſanctas, & Canones meditentur, vt omne opus eorum in prædicatione diuina & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos tàm fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.* Iuſtus Epiſcopus Orgelitanus in Cantic. c. 154. *Qui verbo Dei aſſiſtunt, quotidiano profectu per nitorem iuſtitiæ in excelſiora proficiunt.* Olympiodor. in Eccleſiaſt. cap. 1. *Scientia Dei ac diuinus ſermo ſemper eſt vtilis.*
	71. Honorius Campanus, an. 12. m. 11. d. 7.			

122. De

[c] Sophron.

iectum in Africam relegaret. Poſtremò cum Honorio, dum vixit, totus orbis Chriſtianus communicauit, nec ab eius communione vllus Catholicus Epiſcopus (nedum Eccleſia vel Prouincia tota) vnquam diſceſſiſſe legitur. Itaque Epiſtola eius cùm ſecretò ſcriberetur, & non niſi eo mortuo prolata & mox ab ipſa Petri Sede in Concilio generali ſexto condemnata eſt: vt certò conſtaret, Monothelitarum hæreſim nunquàm approbatam eſſe ab Eccleſia Romana, quæ vt cæteras omnes, ita & illam hæreſim vſq; ad internecionem perſecuta eſt, vti deinceps planum fiet.

Apud Bedam Tom. 3. in vita S. Bertolfi. Cùm Procus Cleronenſis vrbis Pontifex conaretur ſibi ſubiicere monaſterium Bertolfi, Bertolfus Arioaldi Longobardorum Regis opera *Romam iter arripiens ad Honorium Papam acceſſit. Erat venerabilis Præſul Honorius, ſagax anima, vigens conſilio, doctrina clarus,*
546 *dulcedine & humilitate pollens. Et præbuit optatum munus S. Papa, priuilegia ſcilicet Apoſtolicæ Sedis, quatenus nullus Epiſcoporum in præfato Cænobio quolibet iure dominari conaretur.*

Beda in vita S. Euſtaſij Abbatis. Agreſtinus, qui quondam Theodorici Regis Notarius fuerat, religionis ſpeciem in monaſterio S. Euſtaſij præ ſe ferens, ſed reuera mentis arrogantia elatus, poſtulat vt gentium eſſe prædicator permitteretur. Qui cùm in regionem Baioariorum veniſſet, nullum fructū exercens ibi, poſt aliquantum temporis ad Aquileiam tranſit. *Aquileienſes etenim diſcordabant à communione Sedis Apoſtolicæ, de qua Dominus in Euangelio ad B. Petrum loquitur, dicens: Tu es Petrus, & ſuper hāc Petrā*
547 *ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: ob trium videlicet Capitulorum diſſenſionem, quæ præſenti operi neceſſarium non duximus inſerere. Itaque veniens Aquileiam, ſocius ſtatim ſchiſmatis effectus, Romana Sedis à communione ſeiunctus ac diuiſus eſt, totius orbis communionē, quicunque Ro-*
548 *manæ Sedi iungeretur, damnans, in ſola Aquileia Orthodoxam fidem retineri decertans.* Hinc apparet, totum orbem Chriſtianum communicaſſe cum Romana Sede, præter paucos hæreticos Eutychianiſtas.

Maximus Monachus ſui temporis facilè doctiſſimus cum Eccleſia Romana communicauit, ac tam gratus illi fuit, vt Nicolaus Papa primus in Epiſtola ad Michaelem Conſtantinopolitanum Imperatorē dicat, *Maximum propè ſolum illo tempore apud Conſtantinopolim Catholicum fuiſſe.*

Zonaras in vita Heraclij, & Cedrenus in compendio Hiſtoriarum. Heraclius Imperator Sergium Conſtantinopolitanum & Cyrum Phaſcidis Epiſcopum interrogat, vtrum Chriſtus duas voluntates &
549 operationes, an vnam ſolam haberet? Ij reſpondent, Chriſtum vnam ſolam habere. *Quorum ſententiam cum ad Ioannem Papam Romanum perſcriberent, hac ab eo improbata eſt: imò congregata Synoda, Monothelitarum hæreſim deteſtatur.* Ecce mox vt huius controuerſiæ notitia publicè ad Sedem Apoſtolicam delata eſt, Eccleſia Romana in Synodo penè ſtatim ab Honorij morte, illam hæreſim condemnat, quæ ab Honorio in priuatis fortè literis, re ad nullam Synodum relata, approbari viſa eſt, & cum Pontifice Romano Eccleſia Hieroſolymitana & Africana vniuerſa conſenſit. Nam ſi Honorius in Synodo legitima decreuiſſet, in Chriſto vnam tantùm voluntatem ineſſe: quomodo id clam eſſe potuit, vt non etiā eius rei mentio in omnibus hiſtorijs fieret, cùm nihil prorſus, quod Romæ acciderat, latère vnquàm poſſet? Adeo vt cùm Papa quiſpiam vel nomen fortè mutaſſet, vel ſpectaculo cuipiam interfuiſſet, id ab omnibus diligenter notatum ſit. Deinde quàm neceſſarium erat, vt illa etiam Synodus præſertim Romæ celebrata nominatim anathemati ſubijceretur? quod tamen factum eſſe non legimus. Præterea cùm aliquod Decretum in Synodo fieri non potuerit ſine plurium Epiſcoporum & Presbyterorum aſſenſu: ijdem Epiſcopi & Presbyteri Synodum illam Honorij velut authoritate Apoſtolica celebratam defendiſſent, atque ob id anathemati fuiſſent ſubiecti ab alijs Concilijs, vnde maximas diſſenſiones in Eccleſia ipſa Romana oriri neceſſe fuit: quorum nihil vnquàm auditum eſt, quia nihil tale euenit.

550 Ex Pontificali, in vita Theodori Papæ. Pyrrhus Patriarcha in libello Sedi Apoſtolicæ oblato, condemnauit omnia, quæ ſcripta vel acta ſunt à ſe, vel à Deceſſoribus ſuis *contra immaculatam noſtram* (id eſt, Romanam) *fidem.*

551 Beda in Chronico de ſex ætatibus, anno mundi 4593. Pyrrhus (Conſtantinopolitanus Patriarcha) ſub Theodoro Papa Romam veniens, *obtulit eidem Papæ libellum cum ſua ſubſcriptione, in quo condemna-*
552 *uit omnia, quæ à ſe, vel à Deceſſoribus ſuis acta eſſent aduerſus Catholicam fidē*, & benignè ſuſceptus eſt. Sed quia ad errorem poſtea redijt, *Papa conuocatis Sacerdotibus & Clero condemnauit eum ſub vinculo anathe-*
553 *matis.* Conſentiunt Zonaras, & Cedrenus Hiſtorici Græci.

Beda ibidem an. 4594. Paulus Patriarcha Conſtantinopolitanus & Monothelita *Catholicos cruciat,*
554 *Apocriſiarios Sanctæ Eccleſiæ Romanæ, qui ad eius correctionem miſſi fuerant*, partim carceribus, partim exilijs, partim verberibus afficiens. Sed & *Altare eorum in domo Placidiæ ſacratum in venerabili oraculo*
555 *ſubuertens diripuit, prohibens eos ibidem Miſſas celebrare: vnde & ipſe, ſicut Præceſſores illius, ab Apoſtolica Sede iuſta depoſitionis vltione damnatus eſt.*

Theodorus (vt habetur in Epiſt. Stephani, quæ extat in Synodo Martini Papæ) *ordinauit Stephanum Dorenſem,*

Polydorus Angliæ histor. lib. 4. Honorius in Britanniam misit Berinū hominē Italū ad prædicandū Christi Euāgeliū, qui Quingillum Occidentaliū rege[m] una cum populo ei subiecto ad fide Christi conuertit.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Honorius.	
	72. Seuerin⁹ Romanus an. 1. m. 2. d. 4.	Heraclius Monothelita.
639		
	73. Ioannes 4. ſedit an. 1. m. 9. d. 18.	
640		
	74. Theodorus Hieroſolymites ſedit an. 6 m. 5. d. 18.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

122. De Monothelitis.

a Monothelitarũ dux fuit Cyrus Alexandrinus Patriarcha, licet etiam Macarius Antiochiæ Epiſcopus, & Theodorus Pharanitanæ Eccleſiæ Epiſcopus eodẽ morbo prius laboraſſe putentur. Eiuſdem verò hæreſeos confirmatores fuerunt Sergius, Pyrrhus, & Paulus Conſtantinopolis Epiſcopi. Qui omnes vnam voluntatem, vnamque actionem & operationem in Chriſto ponebant. Damaſc. hær. 99. & Martinus Papa in Concil. Roman.

123. De Thnetopſychitis.

b Thnetopſychitæ hominum animos cum corporibus, iuſtar pecudum, interire. Damaſc. 90.

124. De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus in Concilio demonſtrauit, *qui vnam in duabus Chriſti naturis voluntatem, atq; actionem affirmarent, eos palàm vnam quoque naturam ſtatuere. Cui Ioannes Papa Romanus aſſenſus eſt.* Zonaras Tom. 3. in vita Heraclij.

Martinus Papa dum præſideret Concilio centum & amplius Epiſcoporum, ita locutus eſt. *Qui confirmat vnam operationem, apertiſsimè abnegat Sanctorum Patrum (Baſilij, Cyrilli, & Leonis) conſonam doctrinam. Per differentiam enim naturæ, differentia naturalium operationum introducitur. Illi verò duas naturas, operationes & voluntates, Diuinam dico & humanã, inconfuſam, & indiuiſam in vnione, in vno eodémque Sanctæ Trinitatis Dei Verbo propter nos incarnato, tradidiſſe monſtrantur.* Eãdem Monothelitarum hæreſim Synodus ſexta Conſtantinopoli celebrata damnauit.

Maximus Monachus in Epiſtola ad Nicandrũ Cypri Epiſcopum, ſicuti refert Euthymius in parte 2. Panopliæ Tit. 18. *Neque Diuinam increatámque naturam ſine eſſentia & volũtate, aut actione conſyderamus, neque naturam noſtram humanam creatamq́; ſine eſſentia & voluntate, aut actione cognoſcimus.* Hic Maximus cum Pyrrho diſputationem de hac re inijt, in qua totam quæſtionem doctiſsimè explicauit.

b Claudianus Mamercus de ſtatu animæ lib. 1. cap. 3. *Nunquid illud Apoſtolicum tibi in mentem venire non debuit? Etſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renouatur. Anima ſine corpore viuit melius: corpus ſine illa nec peius.* Iſidorus lib. 1. de ſummo bono cap. 14. *Animæ habent initium, finem verò nullum.*

Olympiodorus in Eccleſ. cap. 3. *Quòd rationalis anima ſit immortalis, brutorum verò anima corpori immoriatur, manifeſtum eſt.*

556 *Dorenſem* (Hieroſolymitanæ Diœceſeos primum Epiſcopum) *lociſeruatorem, per Apoſtolico eius ſcripta,*
quatenus ea, quæ fuiſſent Eccleſiaſtico capitula, perageret, & Canonicè (ſi nullatenus emendarentur) depone-
ret eos, qui ſub denominato (Monothelitarum) *prætextu ordinati eſſent Epiſcopi, niſi libellum pœnitentiæ offer-*
rent. Exercuit ergo Pontifex Romanus iuriſdictionem in Paleſtina & Iudæa.

Sergius Cyprienſis Epiſcopus Theodorum Pontificem Romanum vocat in Epiſtola ſua (quæ cita-
tur in Synodo Martini Papæ) *Patrem Patrum, Archiepiſcopum, & Vniuerſalem Papam.* Et addit: *Chri-*
557 *ſtus Deus noſter (ô ſacer vertex) firmamentum à Deo fixum & immobile, atque titulii formam lucidiſſimam*
fidei, veſtram Apoſtolicam Sedem conſtituit. Tu es enim (ſicut Diuinum veraciter pronunciat verbum) Pe-
trus, & ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ Columnæ confirmatæ ſunt. (Et poſt:) *Thronus noſter Archadius*
558 *veſtram Orthodoxam ſequitur doctrinam.*

Primates & Epiſcopi trium Prouinciarum Africæ, Numidiæ, Byzacij, & Mauritaniæ, Theodorũ Pa-
pam ſalutant *Patrem Patrum, & ſummum omnium Præſulum Pontificem.* Et addunt: *Magnum & inde-*
559 *ficientem, omnibus Chriſtianis fluenta redũdantem, apud Apoſtolicam Sedem conſiſtere fontem, nullus ambi-*
gere poſſit, de quo riuuli prodeunt affluenter vniuerſum largiſſimè irrigantes orbem Chriſtianorum, cui etiam in
560 *honorem beatiſſimi Petri, Patrum Decreta peculiarem omnem decreuêre venerentiam in requirendis Dei rebus,*
quæ omnino & ſolicitè debent, maximè verò iuſteq; ab ipſo Præſulum examinari vertice Apoſtolico, cuius
561 *vetuſta ſolicitudo eſt, tam mala damnare, quàm probare laudanda. Antiquis enim regulis ſancitũ eſt, vt quic-*
quid quãuis in remotis, vel in longinquo poſitis ageretur Prouincijs, non prius tractandum, vel accipiendum ſit,
562 *niſi ad notitiam almæ Sedis veſtræ fuiſſet deductum, vt huius authoritate, iuxta quæ fuiſſet pronunciatio, fir-*
maretur, indéque ſumerent cæteræ Eccleſiæ (velut de natali ſuo fonte) prædicationis exordium, & per diuerſas
totius mundi regiones puritatis incorruptæ maneant fidei Sacramenta ſalutis.

Victor Carthaginenſis Epiſcopus ad eundem Papam Theodorum ita ſcripſit: *Veſtrûm eſt, frater ſan-*
563 *ctiſſime, Canonica diſcretione ſolicitè contrarijs Catholicæ fidei obuiare. Nos enim vno vinculo charitatis vo-*
biſcum ſumus conſtricti.

564 Beda in Chronico de ſex ætatibus. *Martinus Papa congregata Romæ Synodo centum & quinque Epi-*
ſcoporum, damnauit ſub anathemate præfatos Cyrum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum hæreticos. Et poſt
hæc miſſus ab Imperatore Theodorus Hexarchus, tulit Martinum Papam de Eccleſia Conſtantiniana,
perduxitque Conſtantinopolim, qui poſthæc relegatus Cerſonam, ibidem vitam finiuit, multis in eo-
dem loco virtutum ſignis vſque hodie refulgens. Cum Beda conſentit Pontificale Romanum.

In illo Martini Concilio Abbates & Monachi propè quadraginta ex diuerſis Græcæ potiſſimùm
Eccleſiæ locis confluentes, libellum Papæ obtulerunt, vbi hæc verba habentur in Tom. 2. Conci-
liorum, pag. 776. a. *Omnium corda poſt Deum in vos pendent, Summum Eccleſiarum ſcientes vos Caput à*
565 *Chriſto Deo noſtro propoſitum.*

Maurus Rauennatis Eccleſiæ Epiſcopus appellat Martinum Papam *toto orbe Apoſtolicum & Vni-*
566 *uerſalem Pontificem,* in Epiſtola, quam ad eum Concilio præſidentem ſcripſit.

Sophronius Hieroſolymitanus Patriarcha, cùm propter incurſionem Saracenorum ipſe Romam
venire non poſſet, Stephanum Hieroſolymitanæ Diœceſis primum Epiſcopum ſic allocutus eſt:
De finibus terræ ad terminos eius ambula, donec ad Apoſtolicam Sedem, vbi Orthodoxorum dogmatum funda-
567 *menta exiſtunt, peruenias.* Imò *reuerendiſſimi Epiſcopi & Chriſtiani populi penè omnes,* de eadem ipſa re
Stephano ſupplicârunt. Stephanus igitur Dorenſis Epiſcopus Romam veniens ad Martinum Papam,
in ſupplicatione ac libello ſuo ita ſcripſit, cùm de Monothelitarum errore ageret. *Annunciemus hæc*
omnia omnium prępoſitæ, dico autem, ſummæ veſtræ, & principali (Sedi) *ad medicinale conſultum emerſi*
568 *vulneris. Quippe quoniam hoc poteſtatiuè olim & ab antiquitus facere per Apoſtolicam ſiue Canonicam con-*
ſueuit authoritatem, dum aperta lucubratione non ſolùm Claues regni Cœlorum credita ſunt ei, atque ipſe tan-
tummodo ad aperiendum eas fidelibus quidem dignè, minimè autem Euangelij gratiæ credentibus iuſtè claude-
569 *re magnus ſecundùm veritatem & Princeps Apoſtolorum meruit Petrus, ſed etiam & paſcere primus iuſſus*
eſt oues totius Catholicæ Eccleſiæ, & confirmare exagitatos conſortes ſuos & ſpirituales meruit fratres, vtpote
diſpenſatiuè ſuper omnes, ab ipſo, qui propter nos incarnatus eſt Deus, poteſtatem accipiens & Sacerdotalem
authoritatem. Quod ſciens Patriarcha Sophronius, me ad hanc Apoſtolicam, magnamq; direxit Sedem.

570 Pontificale in Eugenij vita refert, *Petrum Patriarcham Conſtantinopolitanum Synodicam direxiſſe ad*
Apoſtolicam Sedem iuxta conſuetudinem. Sed cùm operationes aut voluntates in Chriſto non declararet, ac-
cenſus populus vel Clerus proiecit eam, vt etiam nec Eugenium Papam dimitteret Miſſas celebrare, niſi promi-
571 *ſiſſet, minimè eam Synodicam aliquãdo ſuſcipere.* Hic apparet, fidem Romanam Apoſtolico ore laudatam
non ſolius Pontificis Romani propriam, ſed etiam communem illi cum Clero & populo Romano eſſe.

Beda

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem conti- nuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Theodorus.	
		Conſtātinus 3 m.4.
647	75. S. Martinus, Tudertinus, Tuſcus, ſedit an.6. m. 1. d.28.	
		Conſtātinus 3. an.28
654	76. Eugeni° Romanus, ſedit an 2. m.9. d.24.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

124. De Theocatagnoſtis.

[a] Theocatagnoſtæ in Deo & Sanctis nonnulla reprehendebant. Damaſc.92.

125. De Mahometanis.

[b] Mahomet (quem Ioanes Damaſcenus Mamedium appellat) ex Iudaica & Ariana ſuperſtitione, nouam ſectam condidit, quam Saraceni (eatenus Idololatræ) amplexi ſunt. Author eſt Ioannes Damaſcenus, hær.100.

[c] Docuit vnum eſſe Deū, qui neque genitus ſit, neque generauerit.

[d] Chriſtum eſſe verbum Dei, & Spiritum, ſed creatum & ſeruum.

[e] Chriſtum, quem à Maria ſine ſemine generatum fatetur, in Crucem à Iudæis actum eſſe negat.

[f] Mahometani Crucē abominantur, & Chriſtianos eam adorantes appellant Idololatras.

[g] Deum omnis mali authorem eſſe dixit. Cedrenus in vita Heraclij.

[h] Latrones, veneficos, alioſque vetiti facinoris conuictos, à Deo ad hoc dixit certo conſilio deſtinatos fuiſſe, vt ſic morerētur. § Quid hoc à Caluiniſtarum & Bezanorum hæreſi differat, non video.

126. De

❧ *Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

[a] Olympiodorus in Eccleſiaſten. c.2. *Operibus Dei nullus quicquàm poteſt adijcere.*

Beda in illa verba, *Dominus equum & aſcenſorem proiecit in mare, omnes* (inquit) *qui perſequūtur Sanctos, equi ſunt, & habēt aſcēſores diabolos.*

[b] *Mahometus ex mercenario Camelorum Paſtore factus locupletis mulieris eiuſdemq́ gentilis maritus, & hæres, cùm morbo comitiali laboraret, finxit ſe ad Archangeli Gabrielis cœlitus ad ſe miſſi conſpectum proſterni. Quam impoſturam Sergius monachus è Conſtantinopoli ob hæreſim Neſtorianam abdicatus vehementer adiuuit.* Zonaras & Cedrenus in vita Heraclij.

[c] Concil. Toletan 4. Can. 1. *Patrem à nullo factum, vel genitum dicimus: Filium à Patre non factum, ſed genitum: Spiritum ſanctum procedentem ex Patre & Filio.*

[d] Concil. Tolet. ibid. *Chriſtus Dei filius, & Creator omnium ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus æqualis eſt Patri ſecundùm Diuinitatem.*

[e] Concil. Toletan. 4. ibid. *Chriſtus vna perſona in vtraque natura pertulit paſſionem & mortem pro noſtra ſalute, non in virtute Diuinitatis, ſed in humanitatis infirmitate.*

[f] Et in Canone 73. ſextæ Synodi. *Cùm Crux viuifica illud ſalutare nobis oſtenderit, nos omne ſtudium adhibere oportet, vt ei, per quam ab antiquo lapſu ſaluati ſumus, eum, qui par eſt, honorem habeamus, vnde & mente, & ſermone, & ſenſu adorationem tribuimus.*

[g] Iſidorus de ſummo bono. lib. 1. cap. 11. *Deus malum nō fecit. Malum verò natura nulla eſt, quia accedendo in bonam naturam, efficit eam vitioſam.*

[h] Iſidorus de ſummo bono lib.2. c.5. *Obcæcare dicitur quoſdam Deus, non vt in eis eandem ipſe cæcitatem faciat: ſed quòd pro eorum inutilibus meritis cæcitatem eorum ab eis ipſe non auferat.* (Et c.6.) *Gemina eſt prædeſtinatio, ſiue electorū ad requiem, ſiue reproborum ad mortem: vtraque igitur diuino iudicio, vt ſemper electos ſuperna, & interiora ſequi faciat: ſemperq́ reprobos infima & exteriora deſerenda ſectari permittat.* § Etſi ergo Deus mala, quæ ab impijs fiunt, non impediat: tamen *nullo modo prædeſtinationi diuinæ imputāda ſunt,* (vt Proſper loquitur in reſponſionibus ad calumnias Gallorum cap.1.) quia *Deus nemini mandauit impiè agere.* Eccleſiaſt.15.

Beda in Hiſtor. Eccleſ. Anglorum lib.3.cap.25. Contendentibus de obſeruatione Paſchæ hinc Col-
manno cum clericis ſuis de Scotia, inde Wilfrido, & Agathone Presbyteris, illo traditionem Ioannis,
hoc autem Petri & Pauli doctrinam vrgente, tandem *Wilfridus dixit: Si tu, Colmanne, & ſocij tui, au-
dita Decreta Sedis Apoſtolicæ, imò vniuerſalis Eccleſiæ, & hæc ſacris literis confirmata ſequi contemnitis, abſq;
vlla dubietate peccatis. Etſi ſanctus erat Columba veſter, imò & noſter, & Chriſti erat, num præferri potuit bea-
tiſſimo Apoſtolorum Principi, cui Dominus ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiã meam,
& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo Claues regni Cælorum?* Hæc perorante Wilfrido,
dicit *Oſwi Rex Saxonum: An vtrique veſtrũm in hoc conſentiunt, quòd hæc principaliter Petro dicta, & ei
Claues regni cælorum ſint datæ à Domino.* Reſponderunt: *Etiam, vtrique.* At ille ita concluſit: *Et ego vo-*
572 *bis dico, quia hic eſt Oſtiarius ille, cui ego contradicere nolo, ſed in quantum noui vel valeo, huius cupio in om-
nibus obedire ſtatutis, ne fortè me adueniente ad fores regni Cælorum, non ſit qui reſeret, auerſo illo, qui Cla-
ues tenere probatur.*

573 Beda eiuſdem hiſtor.lib.3.cap.29. Oſwi quamuis educatus à Scotis, intellexerat veraciter, *quia Ro-
mana eſſet Catholica & Apoſtolica Eccleſia: vnde tam ipſe, quàm Egbertus Cantuariorum Rex Wighardũ Ro-
mam miſerunt, vt accepto gradu Archiepiſcopatus, Catholicis Anglorum Eccleſiis per omnem Britanniam or-
dinare poſſit Antiſtites.* Ad Regem verò Oſwi Vitalianus ſic reſcripſit: *Oportet veſtram Celſitudinem, vt-*
574 *pote membrum exiſtens Chriſti, in omnibus piam regulam ſequi perenniter Principis Apoſtolorum, ſiue in Paſcha
celebrando, ſiue in omnibus, quæ tradiderunt Sancti Apoſtoli Petrus & Paulus.*

575 Beda lib.4. c.1. *Vitalianus Theodorum natum ex Tharſo Ciliciæ in Britanniam miſit, adiungens ei Adria-
num Abbatem, qui attenderet, ne quid Theodorus Græcorum more contra veritatem fidei in Eccleſiam, cui
præeſſet, introduceret.* Tanto ſemper ſtudio pro fide & propaganda, & ab erroribus conſeruanda, Ro-
mani Pontifices contenderunt.

576 In Pontificali Romano. *Donni temporibus Eccleſia Rauennas, quæ ſe ab Eccleſia Romana ſegregauerat
cauſa Autocephaliæ, denuò ſe priſtinæ Sedi Apoſtolicæ ſubiugauit.*

577 Conſtantinus quartus Imperator Donnum adhortans, vt Legatos Conſtantinopolim cõcordiæ cau-
ſa mittat, eundem ſalutat *Archiepiſcopum antiquæ Romæ, & vniuerſalem Papam.* Non quòd Papa hunc
titulum (vniuerſalis) ambiret, ſed quòd qui ex Græcis Catholici eſſent, libenter eum Epiſcopo Roma-
no tribuerent, non aliud in ea re ſentientes, quàm quòd Epiſcopus Romanus vniuerſalis Eccleſiæ pri-
mus eſſet Epiſcopus & Paſtor. Ineptè igitur Magdeburgenſes notant, Pontifices Romanos hac de-
mum ætate cœpiſſe dici Vniuerſales. Nam ſi ad ipſorum voluntatem reſpicimus, ne tunc quidem ita ſe
aut vnquàm poſtea vocârunt. Sin aliorum erga illos obedientiam & charitatem ſpectamus, in ipſo
Chalcedonenſi Concilio id nomen eis oblatum eſt: vti Gregorius Magnus ſæpius atteſtatur, libro 4.
Indict. 13. Epiſt. 32. & 36. Itaque Magdeburgenſium annotationes, vt ex inuidia profectæ ſunt, ita non
niſi ex mendacijs totæ conſtant.

Beda lib.5. Hiſtor. Gentis Anglorum cap. 20. Wilfridus monaſticam vitam ſecutus, cùm animad-
uerteret, minimè perfectam eſſe virtutis viam, quæ tradebatur à Scotis, *propoſuit animo venire Romam,
& qui ad Sedem Apoſtolicam ritus Eccleſiaſtici ſiue monaſteriales ſeruarentur, videre.* Qui poſtea ordina-
tus Nordhanhũbrorum Epiſcopus, regnante Egfrido, pulſus eſt Epiſcopatu. *Romam igitur iuit, corã Apo-*
578 *ſtolico Papa cauſam dicturus. Vbi præſente Papa Agathone & pluribus Epiſcopis vniuerſorum iudicio abſq; cri-
mine accuſatus, & Epiſcopatu dignus inuentus eſt,* & dimiſſus cum hoc elogio: *Wilfridus Eboracẽſis Epiſco-*
579 *pus Apoſtolicam Sedem de ſua cauſa appellans, & abſolutus, & cum alijs Epiſcopis 125. in Synodo in iudicij Se-
de conſtitutus, pro omni Aquilonari parte, Britanniæ, & Hyberniæ Inſulis, fidem Catholicam confeſſus eſt.*
Cumque iterum à Rege Alfrido Epiſcopatu pelleretur, cauſa eius Romæ cognita, *Scriptum eſt ab Apo-*
580 *ſtolico Papa Ioanne ad Reges Edilfredum & Alfridum, vt eum in Epiſcopatum ſuum facerent recipi.*

Poſtquàm Agatho in Epiſtola ad Conſtantinum quartum Imperatorẽ, verã fidem tùm de Trinitate,
tùm de Chriſti perſona vna, & naturis ac voluntatibus duabus cõfeſſus eſſet: *Hæc* (inquit) *Apoſtolica Pe-
tri Eccleſia nunquàm à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt, cuius authoritatẽ (vtpote Apoſtolorum
omniũ Principis) ſemper omnis Catholica Chriſti Eccleſia, & vniuerſales Synodi fideliter amplectẽtes in cũctis
ſecutæ ſunt, omneſq́; venerabiles Patres Apoſtolicam eius doctrinam amplexi.* (Et pòſt.) *Hæc eſt veræ fidei re-*
581 *gula, quam & in proſperis, & in aduerſis viuaciter tenuit ac defendit hæc ſpiritalis Mater veſtri trãquilliſſimi
Imperij Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotẽtis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nũquàm
erraſſe probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit, ſed vt ab exordio fidei Chriſtianæ percepit, ab
authoribus ſuis Apoſtolorũ Chriſti Principibus, illibata fine tenus manet, ſecũdùm Saluatoris pollicitationẽ: Ego*
582 *pro te* (Petre) *rogaui, vt nõ deficiat fides tua & tu aliquãdo conuerſus confirma fratres tuos.* Prædixit Agatho
Papa, fidem Romanam vſq; ad finẽ fore illibatã. & per nongẽtos iã annos iuſtificata eſt Prophetia eius.

Iam ve-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
657	77. Vitalianus Segnin', Volſc', Latinus, ſedit an. 14. m.5.d.29.	Conſtantinus. 4. à patre in partē Imperij ſuſcipitur ſolus Imper. an. 17.
672	78. Adeodatus Romanus monachus, ſedit an. 4. m. 2. d. 15.	
676	79. Domnus Romanus, ſedit an. 2. m. 5 d. 10.	
679	80. Agatho. Siculus, ſedit an. 2 m. 6.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

126. *De Gentilium imitatoribus.*

[a] Ethnophrones fortunam, fatum, aſtrologiam, auſpicia, & veneficia probabant, dieſq; obſeruabant & annos. Damaſc. 94.

127. *De Parermeneutis.*

[b] Parermeneutæ diuina ſcripta arbitratu ſuo interpretabantur. Dam. 97. Hoc etiam Proteſtantes paſsim faciunt, nulla veterum Eccleſiæ Doctorum habita ratione.

128. *De Lampetianis.*

[c] Lampetiani liberum vitæ inſtitutum etiam Monachis, tam in veſtitu, quàm in alijs rebus permittunt. Dam. 98. Huc Eraſmus reſpexit in D. Hieronymi vita, & quotquot ex Proteſtantibus vota monaſtica nihili faciunt.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

[a] Olympiodorus in Eccleſ. cap. 2. *Qui ſtudent circa ea, quæ vana ſunt, & ſeſe voluptatibus tradunt, excuſare non poſſunt carentis ratione fortunæ motum, neque fati neceſsitatem. Humanæ ſiquidem actiones proficiſcuntur ab electione.*

[b] Iſidorus de ſummo bono lib. 1. cap. 19. *Via, per quam fit hæreſis, eſt obſcuritas Diuinarum Scripturarum, in qua caligantes hæretici aliud, quàm ſe res habeat, intelligunt.* § Cùm verò Proteſtantes nihil niſi diuinas ſcripturas, vnde illarum obſcuritas tollatur, admittant, illas verò non ex ſanctorum Patrum ſententia, ſed ex ſuo libito interpretentur: neceſſe eſt, eos in ſummo gradu hæreticos euadere.

[c] Concil. Aurelian. 1. Can. 21. *Monachi Abbatibus omni obediētia & deuotione ſubiaceant.*

S. Dorotheus in ſermone 1. de obedientia: *Nihil adeo homines iuuat, quàm vt proprias amputent & abrumpant voluntates.* Et pòſt: *Dicebat Ioannes Abbas: Quicunque ſe Patrum obedientiæ totum dediderit, talem animi tranquillitatem ſentiet, vt nullam ſibi videatur ſuſtinere tribulationem. Atque ita dum vult propriam explere voluntatem, inuenietur illam ſemper expleuiſſe, quia quicquid euenit, proprium arbitratur ac ſuum.* Et in Sermone 5. Ij, *quibus nulla eſt gubernatio, decidunt tanquam folia.*

Iam verò Epiſcopi Occidentales centum viginti quinque in Epiſtola, quæ in ſextæ Synodi Actione
quarta proximè ſequitur, ita ſcribunt: *Lumen Catholicæ atque Apoſtolicæ fidei per beatos Petrum & Pau-*
583 *lum Apoſtolorum Principes, eorumq́; Diſcipulos & Apoſtolicos ſucceſſores, gradatim vſque ad noſtram paruita-*
tem, Dei opitulatione ſeruatum eſt, nullis hæretici erroris tetra caligine tenebratum, nec falſitatis nebulis confæ-
datum, nec intermixtis hæreticis prauitatibus velut caliginoſis nebulis perumbratum, immune atque ſyncerum,
& ſuis radijs perluſtratum, piiſſimis conatibus conſeruare cupit veſtrum à Deo coronatum faſtigium. In hoc enim
tam Apoſtolicæ Sedis, quàm noſtri exigui famulatus Prædeceſſores vſque hactenus non ſine periculis deſudâ-
runt, nunc decretali cõmonitione cum Apoſtolicis Pontificibus conſulentes, nunc Synodali definitione, quæ veri-
tatis regula continebat, omnibus innoteſcentes, & terminos, quos tranſgredi nefas eſt, vſque ad animæ ipſius ex-
itum cõſtanter defendentes. § Præterquàm quòd his omnibus Epiſcopis de re alioqui nobis ignota cre-
dendum eſſet, etiam res ipſa docuit, hoc verum eſſe, quod dicunt, ſicuti & decurſus ætatum ſingularũ,
584 & teſtimoniorum, quæ appoſuimus, concordia declarat. Denique ijdem centum viginti quinque Patres
in eadem Epiſtola dicunt. *Veram & Apoſtolicã confeſſionem nunc vſq; nobiſcum S. Romana ſeruat Eccleſia.*
585 Beda de ſex ætatibus mũdi. Finito huius Synodi cõflictu, *Georgius Patriarcha Cõſtantinopolitanus* (qui
fuerat Monothelita) *correctus eſt, tãtaq; gratia Legatas Catholicæ pacis comitata eſt, vt Ioãnes Portuẽſis Epiſco-*
pus, qui erat vnus ex ipſis, Dominica octauarũ Paſcha Miſſas publicè in Eccleſia Sãcta Sophia corã Principe &
Patriarcha Latinè celebraret. § Patriarcha igitur Cõſtãtin. iudicatus eſt & correctus à R. Eccleſiæ legatis.
586 Zonaras in vita Conſtantini Pogonati. Conſtantinus Concilium Conſtantinopoli indicit, *cuius fuère*
principes Agathonis Papæ Romani Legati, Georgius Conſtantinopolitanus, & Theophanes Antiochenus.
Neque Alexandria, neque Hieroſolyma Patriarcham habebant, à Saracenis occupata.
587 In Actione. 18. Sextæ Synodi Generalis. *Antiqua Roma & Apoſtolica ſummitatis Pontificalis Antiſtes*
pro ſe literarum paginam, eoſq; qui eius perſonam deſcriberent, Sacerdotes cõſtituit. (Et pòſt.) *Summus nobiſcũ*
588 *concertabat Apoſtolorum Princeps: illius enim imitatorem, & Sedis ſucceſſorem habuimus fautorem, & diuini*
ſacramenti myſterium illuſtrantem per literas. Confeſſionem tibi à Deo inſcriptam illa Romana antiqua ciuitas
obtulit, & dogmatum diem à veſpertinis partibus extulit. Charta & atramentum videbatur, & per Agathonẽ
589 *Petrus loquebatur.* (Et iterum) In literis *Conſtantini ad Synodum Apoſtolicæ Sedis antiquæ Romæ. Tanquàm*
ipſius Diuini Petri vocem Agathonis relationem ſupermirati ſumus.
Cùm autem Agatho mortuus fuiſſet, priuſquàm Legati ipſius à Synodo reuerſi eſſent, Leo Papa ſe-
cundus Agathoni ſuccedẽs, literas Imperatoris & geſta Synodi accepit, eaque cõfirmauit ijs verbis, quæ
extant in Actione. 18. ſextæ Synodi: *Quia Sancta vniuerſalis & magna ſexta Synodus definitionem rectæ*
fidei (vt dictum eſt) pleniſſimè prædicauit, quam & Apoſtolica Sedes beati Petri Apoſtoli (cuius, licet impares,
miniſteria fungimur) veneranter ſuſcipit, idcirca & nos, & per noſtrum officium hæc veneranda Sedes Apoſto-
590 *lica concorditer ac vnanimiter his, quæ definita ſunt ab ea, conſentit, & beati Petri authoritate confirmat, ſicut*
ſupra ſolidatam Petram, qui Chriſtus eſt, ab ipſo Domino adeptus firmitatem.
Rodericus rerum Hiſpanicarum lib. 3. cap. 13. *Benedictus Papa Romanus Iuliani Primatis librũ de tribus*
ſubſtantijs reprobandum indixerat, ob id quòd voluntas genuit voluntatem. Sed cùm S. Iulianus Apologeti-
591 cum feciſſet, *Roma dignè & piè ſuſcipiens, cunctis legendum indixit*. Eſt igitur Sedis Apoſtolicæ vel au-
thoritatem libris Catholicis tribuere, vel ijs, quæ ſecus conſcripta ſunt, fidem abrogare.
Paulus Diaconus de geſtis Langobardorum lib. 6 cap. 4. *Cedoaldus Rex Anglorum Saxonum* (rectius
dixiſſet, Rex Britonum, vt eſt apud Galfridum li. 9. de geſtis Britonum) *ad Chriſtum conuerſus Romam*
properauit, vbi à Papa Sergio baptizatus ad cœlum tranſijt, hoc Epitaphio tumulo inſcripto.

592 Culmen, opes, ſobolem, pollentia regna, triumphos
Armipotens Cedoal liquit amore Dei:
Vt *Petrum, Sedemq́; Petri Rex cerneret hoſpes,*
Cuius fonte ſacras ſumeret albus aquas.

593 Beda hiſtor. Eccleſ. Anglorum lib. 5. cap. 12. *Pipinus, fauente omnium conſenſu, virum venerabilẽ Wil-*
brordum Romam miſit, cuius adhuc Pontificatum Sergius habebat, poſtulãs vt eidem Freſonum genti Archie-
piſcopus ordinaretur. Quod ita, vt petierat, impletũ eſt, anno ab incarnatione Domini ſexcẽteſimo nona-
geſimo ſexto. Ordinatus eſt autẽ in Eccleſia Sanctæ Martyris Cæciliæ, die Natalis eius, impoſito ſibi à
Papa memorato nomine Clemẽtis, ac mox remiſſus ad Sedẽ Epiſcopatus ſui, id eſt, poſt dies quatuor-
decim, ex quo in vrbem venerat. Donauit autem ei Pipinus locũ Cathedræ Epiſcopalis in Caſtello ſuo
illuſtri, quod antiquo gentium illarum vocabulo Wiltaburg, id eſt, oppidum Wiltorum, lingua autem
Gallica Traiectum vocatur: in quo ædificata Eccleſia Reuerendiſſimus Pontifex longè lateque ver-
bum fidei prædicans, multoſque ab errore reuocans, plures per illas regiones Eccleſias & Monaſteria
nonnulla conſtruxit. § Deus ergo fidem ſuam per Papæ miniſterium propagauit.

Paulus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
679	80. Idē Agatho ſedit ann. 2. men. 6.	
682	81. Sanctus Leo iunior, Siculus, ſe. m. 10. dies 29.	
684	82. Benedict⁹ 2. Roman. ſedit m 10. d. 27.	Iuſtinian⁹ 2. an. 10.
685	83. Ioannes Antiochenus, ſedit an. 1. d. 9.	Leontius Imperium inuadit an 3. quo expulſo. Liberi⁹ 3. eligitur, regnat m. 7. Sed paulo poſt Iuſtinian⁹ Imperio reſtituitur. reg an. 6.
686	84. Conō, Thrax ſed. m. 11.	
687	85. Sergius Tiberij filius, Antiochen⁹, Syrus, ſedit an. 13. m. 8. d. 23.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

b Naturalibus perturbationibus obſiſti non poſtulabant. Ibidem. Hinc Lutherus didicit illud ſuum, quod pudet dicere. Sed omnia volebat ſuos ſequi, ad quæ naturales perturbationes commouiſſent eos.

129. De

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

b S.Dorotheus ibidem. *Sancti omnes poſt ſacroſanctum Baptiſmum non modò paſſionum aſſultus & impetus reſecarunt, ſed ipſas etiam paſſiones atq; animi affectus radicitus auellere conati ſunt: quales fuiſſe credimus Antonium, Pachonium & reliquos Deiferos Patres.*

Iſidorus de ſummo bono lib.2.cap. 9. *Multi poſt conuerſionem etiam nolentes motum libidinis ſuſtinent, ut ſemper habeant pro excutienda inertia hoſtem cui reſiſtant. quod ad probationem, non ad damnationem tolerant, dummodo non conſentiant.*

Cæſa-

594 Paulus Diacon. lib.8. in vita Iuſtiniani 2. *Aquileia ob imperitiã fidei quintũ vniuerſale Conciliũ ſuſcipere
diffidit, donec ſalutaribus B. Papæ Sergij monitis inſtructa & ipſa huic cũ cæteris Chriſti Eccleſiis annuere cõſen-
ſit.* § Vnitas igitur Catholicæ fidei non parum adiumenti ſemper accepit per vnius primi Paſtoris operã.
Beda in natali Benedicti Abbatis inter ſermones hyemales de Sanctis. *Beatus Benedictus cùm eſſet
nobilis natu, ad beatorum Apoſtolorum limina peregrinaturus aduolauit, vt quia rudis adhuc in gente Anglorũ
595 fides & Eccleſiarum inſtitutio florebat, ibi potius perfectam viuendi formam ſumeret, vbi per ſummos Chriſti
Apoſtolos totius Eccleſiæ Caput eminet eximium.* Romæ igitur eminet *totius Eccleſiæ caput*, idque *eximium.*
Paulus Diaconus de geſtis Langobardorum lib.6.cap.10. *Aribertus Rex Langobardorum donationem
patrimonij Alpium Cottiarum, quæ quondam pertinuerunt ad Apoſtolicam Sedem, ſed à Langobardis multo tẽ-
596 pore fuerant ablata, reſtituit, & hanc donationem aureis exaratam literis Romam miſit. Tunc quoque venit Be-
nedictus Archiepiſcopus Mediolanenſis Romam, & cauſam egit pro Eccleſia Ticinenſi, ſed victus eſt eò quòd
à priſcis temporibus Ticinenſes Epiſcopi à Romana fuerant Eccleſia conſecrati.* A priſcis igitur temporibus
597 tanta fuit Eccleſiæ Romanæ authoritas, vt cuiuſcunque Archiepiſcopi aut etiam Epiſcopi conſecra-
tionem ſibi reſeruare poſſet.
Iuſtinianus ſecundus in Imperium reſtitutus (vt Beda narrat de ſex ætatibus an.m.4665.) *Conſtanti-
598 num Papam ad ſe venire iubens, honorificè ſuſcepit, ac remiſit, ita vt eum die Dominica Miſſas ſibi facere iubẽs,
communionem de eius manu acceperit: quem proſtratus in terra pro ſuis peccatis intercedere rogans, cuncta Ec-
cleſiæ priuilegia renouauit.* Quod etiam à Paulo Diacono traditur lib.8. in vita Iuſtiniani ſecundi.
Cùm Philippicus & contra ſextam Synodum ſe armaret (quemadmodum teſtatur Zonaras in vita
599 eius) & picturam iuberet auferri, in qua ſex vniuerſalium Synodorum geſta continebantur, etiam *lite-
ras praui dogmatis* (vt narrat Paulus Diaconus lib.8. in vita Philippici) *Conſtantino Papæ direxit, quas ille cũ
Apoſtolicæ Sedis Cõcilio reſpuit:* tũc (vt tã Diaconus, quàm Beda an.m.4667. teſtãtur) *ſtatuit populus Roma-
nus, ne hæretici Imperatoris nomen, aut chartas, aut figuram ſolidi ſuſciperent. Vnde nec eius effigies in Eccleſiã
introducta eſt, nec nomen ad Miſſarum ſolennia prolatum.* § Hîc non Pontificis tantùm, ſed & populi Ro-
mani fidem ab Apoſtolo non immeritò laudatam admirari licet. Præterea hæreticus Imperator ob hæ-
reſim ſuam non parua imperij parte ab ijs, qui prius ei ſubditi erant, multatur.
600 Paulus Diaconus lib.8. in vita Anaſtaſij 2. *Anaſtaſius literas Conſtantino Papæ Romam per Scolaſticũ Pa-
tritium & Hexarchum Italiæ direxit, quibus ſe fautorẽ Catholicæ fidei, & Sanctæ ſextæ Synodi prædicatorẽ eſſe
declarauit.* § Fidem enim ſuam potiſsimùm primo Paſtori debuit probare, tùm vt ſe membrum Eccleſiæ
Catholicæ oſtenderet, tùm vt à primæ Sedis cõmunione vnà cum Anteceſſore ſuo non excluderetur.
601 Beda in Martyrologio Idibus Februarij. *Gregorius in Germania per Bonifacium Epiſcopum verbum ſa-
lutis prædicauit.* Papa igitur dilatat fidem & Eccleſiam Chriſti, quod certè Antichriſtus non faceret.
In Pontificali Romano in vita Gregorij 2. Tom.3. Concil. Paulus Diaconus in vita Leonis lib.8. Leo
602 Imperator Sanctorum Imagines incendens, Romano Pontifici, vt ſimilia faceret, mandauit. Sed *Ponti-
fex hoc facere contempſit. Vnde & Rauennæ & Venetiarum exercitus Imperatoris iuſsioni reſtiterunt, ac nouum
Imperatorem elegiſſent, niſi Pontifex eos prohibuiſſet.*
Cedrenus in compendio hiſtoriarum. Romæ Gregorius Apoſtolicus vir, & Petri Coriphæi σύνθρονος
603 (ſeu conſeſſor, hoc eſt, qui in eadem Sede ſuccedit, in qua Petrus primùm ſedit) *à Leone Iconomacho ob
eius impietatẽ defecit, & pacto cum Frãcis icto, tributa Leoni denegauit. Anaſtaſium* (qui depoſito Germano
ſanctiſsimo Patriarcha ſpiritu Prophetiæ prædito, per Imperatorẽ in Epiſcopatũ Conſtantinopolitanũ
intruſus eſt) *ac ſocios anathemate ferijt*, Imperaoremq; multis epiſtolis manifeſtò redarguit. Leo *cùm cõtra
Papã emiſiſſet claſſem, ea perijt in Adriatica mari.* Iratus ergo, patrimonia tẽplorum D. Petri & Pauli (quæ
pecunia cùm eſſet talentorũ triũ & ſemis, Romã antiquitus deferebatur) in ærariũ publicũ inferri iuſsit.
Polidorus Vergilius. libro 4. Angl. hiſtor. *Inas Occidentalium Anglorum Rex, regnum ſuum Romano
604 Pontifici vectigale fecit, ſingulis argenteis nummis, quos Petri denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis. Fe-
cit idem Merciorum Rex.*
Theodorus Cœnobij Studienſis Conſtantinopoli Antiſtes, in Dogmatica de adoratione Sanctis ima-
ginibus exhibenda. *Intelligo aſſeruari Romæ Claues Petri, Apoſtolici Senatus Principis, honoris gratia, etiamſi
Claues nullas ſenſibiles dederit Dominus Petro:* ſed ore tenus, in hoc, vt penes illum eſſet poteſtas ligandi
atque ſoluendi. Eas autem argento confectas palam adorandas proponunt. Sanè *tanta eſt eorum fides, vt
605 & illic infracta videatur eſſe Petra fidei, nimirum iuxta verbum Domini fundata.* § Græcus homo, & regiæ
vrbis Antiſtes, ipſa Græcarum opinionum multiplici varietate, & turpitudine adactus eſt, vt apud Ro-
manam Eccleſiam fateretur eſſe *Petram fidei, & illam infractam, idq; iuxta verbum Domini.*
Bonifacius, qui Martyr poſtea in Friſia eſt factus, in Epiſt. ad Põtificẽ Zachariã petijt, *vt authorita-
606 te Sedis Apoſtolicæ tres Epiſcopatus in Germania conſtituerentur*, Herbipolẽſis, Bãbergenſis, & Erpfordiẽſis.

Cedrenus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idē Sergius.	
701	86. Ioannes 6. Grẹcus, ſedit an. 3. m. 2. d. 14.	
705	87. Ioannes. 7. Platonis fili⁹ Græcus, ſedit an. 2. m. 7. d. 17.	
	88. Syſinius, Ioānis filius, Syrus, ſedit dies 20.	*Philippicus hæreticus* Monothelita *an. 1. m. 6.*
707	89. Conſtātinos Ioannis filius, Syrus, ſedit. an 8. m. 1 d. 20.	*Anaſtaſ. 2 an. 3.* *Theodoſius 1. an. 1*
716	90. Gregorius 2. Romanus, ſedit. an. 14. m. 10. d. 22.	
731	91. Gregorius 3. Syrus, ſedit an. 10. m. 8. d 24.	Leo 3. Iconomach⁹ *an. 24*
	92. Zacharias. Græcus, ſed. an. 10. m. 3. d. 15.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

129. De Agonychitis.

a Agonychitæ quoties orant, genu flectere prouoluique nolunt, ſed ſemper ſtantes precantur. Damaſcen. hær. 91.

130. De Iconomachis.

a Licet tam Iulianus Apoſtata imaginem Chriſti iam olim deponi curauerit, quàm Philippicus Imperator imaginem ſex ſynodorum geſta continentem ante hæc tempora depoſuerit: tamen & ille Chriſtum, & hic Synodum ſextam pōtius odio proſequutus eſt, quàm imaginū ipſarum rationem & naturam. Xenaias verò etſi docuit Sāctorum imagines non eſſe venerandas: tamen illa eius hæreſis non eſt illo ſeculo pertinaciter defenſa, nec etiam latè propagata. Primus igitur, qui & Sanctorum imagines venerandas negauit, & authoritatem ſuam ad eaſdem palàm deponendas atque igni mandandas interpoſuit, erat Leo Imperator, qui ex ea re *Iconomachus* eſt cognominatus, velut imaginum ſanctarum oppugnator. Paulus Diaconus, & Zonaras in vita eiuſdem Leonis.

b Icono-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

a Cæſarius Arelatēſis Epiſcopus in Hom. 30. *Diacono clamante, Flectemus genua, Christianis erectus ſtare nec licet, nec expedit. Ipſe Dominus procidens in terram, orauit: & non ſe poſternit multus peccatis obnoxius?* (Et pōſt). *Quoties Diaconus clamauerit, vt vos ad benedictionem inclinare debeatis, & corpora & capita fideliter inclinetis, quia benedictio nobis licet per hominem, non tamen ab homine datur.*

a Leo ad imagines Sanctorum oppugnandas addictus eſt à duobus Hebræis, qui regnum ei prædixerant ſub eo pacto, vt id nactus, Chriſti & Sanctorum (quos iſti Iudæi oderant) imagines demoliturum ſe iuraret. id quod fecit. Authores ſunt Zonaras & Cedrenus in vita eiuſdem Leonis. Mox autem huic Leonis hæreſi oppoſuerunt ſe primùm *Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus*, quem ob eam rem Leo deiecit Epiſcopatu: deinde *OEcumenicus magiſter cœnoby Conſtantinopolitani, cum 12. ſocijs*, quos ob eam rem crudeliter combuſsit. Tum autem *Ioannes Damaſcenus*, qui eo tempore tres libros Apologeticos contra Sanctarum imaginum criminarores doctiſsimè conſcripſit: Denique *Gregorius Secundus Pontifex Romanus* tam Imperatorem, quàm eos, qui illi adhærerent, *ſynadico anathemate obſtrinxit, ac tributo Romæ & Italiæ prohibuit: miſſa etiam Decretali Epiſtola monuit, non eſſe Imperatoris de fide ſtatuere, aut vetera Eccleſiæ Decreta immutare.* Authores ſunt Zonaras & Cedrenus in vita iuſdem Leonis. Tandem verò in ſecunda Synodo Nicæna omnibus Iconomachis anathema indictum eſt ijs verbis, actione. *Qui ſentētias Scripturæ de Idolis torquent in venerandas imagines, aut clamant Christianos imagines vt Deos adorare, aut venerandas imagines non complectuntur, anathema.*

HHH b Epi-

Cedrenus in Compend.hiſtor.in vita Leonis Iſauri. *Memoriæ proditum eſt, Regem Franciæ, conſuetudi-*
607 *ne ſic obtinente, regnum per ſtirpem à Maioribus ſuis ad ſe delatum gerere, nulli alij negotio intentum, quàm*
brutæ voracitati atque poculis. Præfectum aulæ Regis, rerumq́; gentis eius omnium curam gerere. Hinc per-
ſpicere licet, quàm iuſtè regnũ ab hac ſtirpe ablatũ ſit poſtea per populũ Franciæ & Sedẽ Apoſtolicam.

Paulus Diaconus de geſtis Langobardorum lib. 6.c.5. *Apud Gallias Francorum Regibus à ſolita forti-*
tudine & ſcientia degenerantibus, ij qui Maiores domus regalis eſſe videbantur, adminiſtrare Regis potentiam,
& quicquid Regibus mos eſt, agere cœperunt: quippe cùm cœlitus eſſet diſpoſitum, ad horum progeniem Fran-
corum transferri regnum. Hinc ſecutum eſt, quod Ado Viennenſis Archiepiſcopus in Chronicis refert.
608 *Pipino enim per Bruchardum Herbipolenſem Epiſcopum ad Sedem Apoſtolicam referente, Zacharias Papa re-*
ſpondit, Regem potius illũ debere vocari, qui Remp. regeret. Vnde Rhegino in Chronicis addit, *iuſſiſſe Papã,*
vt per authoritatem Apoſtolicam Pipinus Rex crearetur. Tantæ ergo authoritatis Apoſtolica ſedes olim
habita eſt, vt mutatio regnorum, quæ illius iudicio interpoſito fiebat, non ſeditioſè, verùm legitimè fieri
crederetur. Nam omnes Catholici ſemper habebant Pontificem Romanum pro Chriſti Vicario, per
quem res in tota Republica Chriſtiana grauiſsimæ ſemper decidendæ eſſent. Mentiuntur verò, qui hãc
mutationem ex mera Pontificis libidine factam dicunt. Nam is nihil aliud quàm interrogatis Franco-
rum id, quod rectæ rationi conueniebat, reſpondit, authoritatemque rei dedit. Res verò ab ipſis Fran-
cis inchoata eſt, & perfecta.

Paulus Diaconus de geſtis Langobardorum lib.6.c.13. *Venerabili viro Petronati, ſacerdotum præcipuum*
609 *& Deo dilectus Pontifex Zacharias regulam, quam B. Pater Benedictus ſuis manibus conſcripſit, paterna pie-*
tate conceſſit.

Ambroſius Anſbertus in Epiſtol. præfixa Commentarijs ſuis in Apocalipſim, quam Papæ Stephano
610 dedicat: *Sanctorum* (inquit) *Eccleſia corpus Redemptoris ſui eſt, cuius tu quoque Pontificalis ordinis Prima-*
tum ſortitus es. Et in fine addit: *Temporibus Pauli Pontificis Romani, & Deſiderij Regis Langobardorum hoc*
opus compleui.

Cedrenus in Compendio hiſtor.in vita Irenes & Conſtantini. Taraſius, qui prius à ſecretis fuerat,
611 Patriarcha Conſtantinopolis electus, *miſsis Romam de Concilio literis, & fidei ſuæ confeſſione, ab Adriano*
Papa eſt approbatus. Hic Taraſius (vt eſt in Actione 2. Synodi Nicenæ 2. poſt lectionẽ Epiſtolæ Adriani
Pontificis Romani, quam is de ſacrarum Imaginum veneratione ſcripſerat, ita in Synodo reſpondit:
612 *Paulus Apoſtolus ſtudium ſinceræ fidei Romanorum erga verum Deum noſtrum exoſculatus, ſic inquit: Fides*
veſtra prædicatur in vniuerſo orbe. Hoc teſtimonium & nos inſequi par eſt, temerariumque repugnare arbitra-
mur. Quamobrem Adrianus veteris Romæ Primas, & teſtatorum Principum ſucceſſor, clarè & verè mihi
ſcripſiſſe videtur.

De Synodo, quæ Septima falsò dicebatur.

Cùm autem ante Synodum hanc, quæ à Conſtantino & Irene Auguſtis ſub Adriano Pontifice pro
ſacrarum Imaginũ veneratione indicta, verè ſeptima eſt, Conſtantinus Copronymus falſam Synodum
in Conſtantinopoli contra ſacras Imagines congregaſſet, quam hæretici volebant ſeptimam haberi: ne-
ceſſarium fuit, vt cùm vtrobique & Imperator conuocaſſet Synodum, & permulti Epiſcopi affuiſſent,
ratio aliqua redderetur, ob quam hæc Synodus illi deberet præferri. Plures igitur huius rei rationes in
Actione ſexta his verbis redduntur. *Qui in Synodo* (priore ſub Copronymo) *congregati fuêre (vt cum*
Propheta loquar) inter ſanctum & prophanum non diſtinxerunt, inter purum & impurum diſcrimen non ſtatu-
erunt. Imaginem enim Domini Dei noſtri cum Imagine ſimul Satanæ, idolum appellârunt. Quomodo autem
magna & vniuerſalis, in quam neque omnes conſenſerunt, & reliquarum Eccleſiarum Præfecti non admiſe-
runt, ſed anathemate eam deuouerunt? Non habuit cooperatorium, vt hæc, quæ nunc celebratur, Romanum Pa-
pam, neque illius Sacerdotes, neque per Vicarios, neque per Prouinciales literas, quemadmodum fieri in Synodis
613 *debet. Quinetiam neque concordantes ſibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrum, inquam, Antiochenum, &*
vrbis Sanctæ ſummos Pontifices, neque cum illis etiam Myſtas & Sacerdotes. Et pòſt *Neque in omnem terram*
Apoſtolicè egreſſus eſt ſonus eorum, aut in fines orbis terrarum verba eorum, quemadmodum ſex priores San-
ctæ vniuerſales Synodi. Septima autem quomodo erit, vtpote quæ non concordet cum ſex prioribus Sanctis &
vniuerſalibus Synodis? Omne enim ſeptimum ordinatum, in eadem numeratione, quæ res, quæ præceſſerunt, re-
bus præcedentibus conſentaneum eſſe debet. Quandoquidẽ id, quod nihil cum antè numeratis participat, ſimul
connumerari nequit. Quatuor igitur grauiſsimæ rationes proferuntur, ob quas Synodus ſeptima ſecũda
priorem vinceret. Prima ex rebus ipſis: quoniam prior illa Synodus idolum Iouis, & Imaginem Ieſu
Chriſti eodem loco habuit. Secũda, quoniam illi Synodo Romani Epiſcopi authoritas non aderat, quæ
omnibus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	93. Idem Zacharias.	
752	94. Stephanus. 2 Romanus, ſedit dies 4.	Conſtātinus Co. pronymus ann. 34. m. 2. d. 26 cum Leone 4. filio an. 5.
	95. Stephanus. 3. Romanus, ſedit an. 5. dies 29.	
757	96. Paulus Romanus, ſedit an. 10. m. 1.	
768	97. Stephanus 4 Siculus, Monachus, ſedit an. 3. m. 5. dies 27.	

✠ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

b Iconomachi ſacrarum imaginum contemplationem cupientes obſcurare, aliam ſcilicet imaginem introduxerunt, *Euchariſtiam appellantes veram imaginem naturalis carnis Domini.* Qua in re tā vafrè locuti ſunt, vt quanquā non negarint veritatem Dominicæ carnis in Euchariſtia: tamē aures Catholicorum Patrum offenderint, vt conſtat ex verbis Epiphanij in Concilio Nicæno ſecundo.

c Iconomachi Catholicos imitari cupientes, Synodum Conſtātinopoli ſub Copronymo cōgregârunt, quæ ſeptima falsò eſt nominata, in qua Pſeudoſynodo inuocationem Sanctorum ſecundùm antiquam Eccleſiæ fidem, ſemel confeſsi ſunt ijs verbis, quæ habentur in Actione 6. ſecundæ Synodi Niceuæ. Tom. 6. definitione. 17. *Si quis non confitetur* Sanctos venerādos eſſe coram Deo, & anima & corpore, & horum interceſsiones non petierit, vtpotè qui libertatē apud Deum habeant, pro mundo ſecundùm Eccleſiaſticam traditionem, interuenire, Anathema. De quibus tamen verbis pœnitentiam poſtea egiſſe dicuntur, eaque deleſſe ex libris ſuis. Talis eſt hæreticorum inconſtantia.

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

b Epiphanius Actione 6. Concilij Nicæni ſecundi pauló antè finem tertij Tomi. *Nemo vnquàm Sanctorum Apoſtolorum, qui tuba ſunt Spiritus ſancti, aut glorioſorum Patrum noſtrorum, incruentum noſtrum Sacrificium in memoriam Paſsionis Chriſti Domini Dei noſtri, & totius ſuæ diſpenſationis factum, imaginem corporis illius dixerit.* (Et pòſt.) *Chriſtus dixit: Accipite, edite, hoc eſt corpus meum: non autem dixit, ſumite, edite imaginem corporis mei.* (Et pòſt.) *Legas quauſque voles: nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apoſtolos, neq. Patres, incruentum illud ſacrificiū, quod à Sacerdote offertur, imaginem dixiſſe, verùm ipſum corpus, & ipſum ſanguinem.*

c Epiphanius in ſecundi Nicæni Concilij Actione 6. Tom. 1. cùm ageret de Synodo illa, quæ falsò dicebatur fuiſſe ſeptima, quam Iconomachi congregauerant in vrbe Cōſtantinopolitana: *Execrabilis* (inquit) *eſt, & prophana, & adulterina. Non enim habuit cooperatorem, vt quæ nunc celebratur, Romanum Papam, neque illius ſacerdotes, neque per vicarios, neque per prouinciales literas, quemadmodū fieri in Synodis debet. Quinetiam neque concordantes ſibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinū, inquam, Antiochenum, & vrbis ſanctæ ſummos Pontifices, neque cum illis etiā Myſtas & Sacerdotes.* (Et pòſt.) *Septima quomodo erit, quæ non concordes cum ſex prioribus ſanctis & vniuerſalibus Synodis?* Et iterum Tom. 6. in reſponſione ad definitionē decimamſeptimā. *Poſt hanc illorū editionem, & interceſsionum Deo acceptabilium conſuetudinem, reſecerunt, expungentes eam ex hoc illorum ſcripta. Atque hoc omnes nouère. Hunc namq. morem habent hæretici, quoties vno verbo pietatem contempſerint, & à veritatis via aberrauerint, in multos & varios errores labi. Vniformis enim res veritas, mendacium autem in varia diſtrahitur.* Et iterum ad finem ſextæ Action. *Cum timore Dei omnia agamus, poſtulantes interceſsiones Deiparæ & ſemper Virginis Dominæ noſtræ Mariæ: item Sanctarum Angelorum, omniúmque Sanctarum, ſalutantes & venerandas illarum Reliquias, vt nos ſanctitudinis eorum fiamus participes.*

omnibus Synodis adeſſe debet. Tertia, quòd neque aliorum Patriarcharum & Sacerdotum vnanimis conſenſus interuenit. Quarta, quòd prior illa Synodus in vniuerſa Eccleſia non eſt recepta, vti ſex Oecumenicæ Synodi fuerant. Tota enim Occidẽtalis Eccleſia nũquàm deturbauit, ſed moderatè ſemper venerata eſt ſacras Imagines, vt impudẽtia eorum meritò appareat, rebuſq; ipſis refellatur, qui volunt, ſeptimam Synodum, quæ ſub Conſtantino & Irene congregata eſt, Francofurti ab Epiſcopis Occidentalibus, cùm etiã *Romanæ Eccleſiæ Legati Theophylactus & Stephanus Epiſcopi non modò intereſſent, verùm etiam præeſſent*, reiectam eſſe. Oſtendant igitur ſacras Imagines in Germania, in Gallia, & Italia eo tempore deiectas. Sed id nunquã facient. Quod ergo de reiecta ſeptima Synodo in Platina, in Chronicis Adonis, & Rheginonis, ac ſimilibus dicitur, de illa Synodo intelligitur, quæ ſub Copronymo cõgregata eſt, *& falsò dicebatur ſeptima Synodus*. Ac ſanè mihi vidẽtur carere communi ſenſu, qui aliter opinantur. Nam ſi nulla de hac re literarum monumenta extarent, tamen res ipſæ conſulendæ eſſent ab ijs, qui mendacijs ſupra modum non delectarentur. Res autem clamat, Imagines ſacras in tota Occidẽtali Eccleſia propugnatas, & non deiectas eſſe, vti antè ex Paulo Diacono docuimus. Nam & Imperiũ ex ea occaſione potiſsimùm ex Oriente in Occidentem eſt tranſlatum. Ex eadem inſania laborant, qui putant, Carolum Magnum aut edidiſſe, aut edendum curaſſe librum aliquem contra ſacrarum Imaginum venerationem, cùm res ipſa declaret, eum quadriennio poſt illius libri, quem in Synodo editum, & à Carolo approbatum fingunt, cõſcriptionem, à Romano Pontifice Imperatorem ſalutatum & inauguratum eſſe: quod beneficium Romanus Pontifex nunquam ſponte obtuliſſet illi viro quem ſciuiſſet, eam Synodum ſeptimam, cui Romana Eccleſia auctoritatem dediſſet, oppugnaſſe. Hæc hæreticorum mendacia non tantùm hiſtorijs & monumentis antiquorum, ſed etiam ipſis rebus & factis manifeſtiſsimis confutantur. De quibus omnibus & D. Alanus Copus in Dialogis doctiſsimè, & nos pro mediocritate noſtra diſputauimus in libris, quos inſcripſimus: *De Typica Sacrarum Imaginum adoratione.*

614 Poſt Synodum Francofordiæ Carolus ad Elipandum ſic ſcribit: *Nec veſtra me paucitatis in conſenſione huius nouæ aſſertionis ſocium admitto: ſed Apoſtolicæ Sedi, & antiquis ab initio naſcentis Eccleſiæ, & Catholicis traditionibus tota mentis intentione, tota cordis alacritate coniungo.*

615 Ex Concilio Caroli Imperatoris apud Gratianũ Diſtinct. 19. *In memoriam Beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam Eccleſiam & Apoſtolicam Sedem: vt quæ nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, Eccleſiaſticæ eſſe debeat magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas: Et licet vix ferendum ab illa ſancta Sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.*

Opus quod in Caroli Magni nomine cõtra Synodum in partibus Græciæ habitam à neſcio quo ſub
616 ficto Eli Phili titulo editum eſt, Primatũ Eccleſiæ Romanæ his verbis cõmendat, lib. 1. c. 6. *Sicut cæteris*
Diſcipulis Apoſtoli, & Apoſtolis omnibus Petrus eminet: ita nimirum cæteris Sedibus, Apoſtolica, & Apoſto-
licis, Romana eminere dinoſcitur. Hæc enim nullis Synodicis conſtitutis, cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed ipſius
Domini auctoritate Primatum tenet, dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.
617 (Et poſt.) *A cuius* (ſcilicet, Romanæ Eccleſiæ) *ſancta & veneranda communione multis recedentibus, no-*
ſtra tamen partis (id eſt, Galliarum) *nunquam receſsit Eccleſia.* (Et iterum.) *Nõ ſolùm omnium Galliarũ Pro-*
618 *uinciæ, & Germania, ſiue Italia, ſed etiam Saxones, & quædam Aquilonaris plagæ gentes, Deo annuente, ad B.*
fidei rudimenta conuerſæ, B. Petri Sedem in omnibus ſequi curant.

619 Albertus Crantzius in Metropoli ſua lib. 1. c. 7. Extat Priuilegium Caroli Regis, quod Bremenſi Eccleſiæ contulit in hæc verba: *Summi Pontificis & vniuerſalis Papæ Hadriani præcepto, necnon & Moguntinenſis Epiſcopi Lullonis, omniumq́; qui affuère, Pontificum conſilio, eandem Bremenſem Eccleſiam, cum omnibus ſuis appendiciis, Willehado probabilis vitæ coram Deo & Sanctis eius commiſimus.*

620 Paulinus Aquileienſis Epiſcopus aduerſus Felicem Vrgelitanum. *Eliphandum & Felicẽ à gremio S. Eccleſiæ cenſeo alienos, reſeruato per omnia iuris priuilegio ſummi Pontificis, & Patris noſtri Adriani primæ Sedis beatiſsimi Papæ.*

Cùm Carolus Magnus adſtante populo & Clero in Baſilica Petri, Epiſcoporum, qui ex tota Italia
& Francia conuenerant, ſententias de vita & moribus Leonis Papæ rogaſſet, *ab omnibus vna voce re-*
621 *ſponſum eſt, Sedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum Caput à nemine (Laico præſertim) iudicari debere.* Pla-
tina in vita Leonis tertij, conſentiente Paulo Aemilio lib. 3. de rebus geſtis Francorum, in hæc verba:
Cogniturus de Leone venerat Rex. Cùm verò ad rogandas ſententias deſcendit, tunc Epiſcopi magis Sacroſan-
622 *ctæ poteſtatis, quàm regiæ Maieſtatis memores, conſentiẽti ore reclamanère, ſummũ optimumq́; Regẽ eſſe Caro-*
lum: ſed cuinam tandem de Pontifice Maximo iudicium facere, fas eſſe? Susciperet Leo in gremium cauſam
ſuam: quiq́; in cæteros Clauium ius haberet, de ſe quoq; ipſe incorruptè iudicaret, ſolo numine vel teſte conſcien-
tiæ, vel vindice. Ita Leo (haud ægrè ferente Franco, demptum ſibi graue onus de Pontifice Maximo iudicandi)
ſuggeſtum conſcendit, crimenq́; iureiurando diluit.

Albinus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
772	98. Hadrianus, Romanus, ſedit an. 23. m. 10. d. 17.	Conſtantin' 6. cũ matre Irene. an. 10
		Irene ſola an. 4.
		Trãſfertur Imperiũ ad Francos.
	Synodus ſeptima Conſtantinopoli contra Iconomachos celebratur Epiſcoporum 330.	Lat. Carol' Magnus an. 14
		Græ. Nicephor' an. 8. m. 6.
796		Græ. Stauratius an. 3.
	99. Leo 3. Romanus, ſedit an. 20. m. 5. d. 18.	Græ. Michael 2 an. 2.
		Græ. Leo 5. an. 7. m. 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

131. De Felice & Eliphando.

c Felix Vrgelitanus, & Eliphandus Toletanus, Epiſcopi, dicebant Chriſtum ſecundùm humanam ipſius naturam eſſe adoptiuum, & non proprium DEI Filium. Itaque neceſſe eſt, vt iſti fuerint Neſtoriani, duaſque vnius filij Dei perſonas conſtituerint, vnã ſecũdùm Diuinitatem, & alteram ſecundùm humanitatem. Ionas Aurelian. de cultu Imaginum.

132. De Paulicianis.

a Pauliciani à Ducibus Paulo & Ioanne appellati, præter Manichæorum & Valẽtinianorum hæreſes, dicebant Baptiſmum eſſe hæc verba: *Ego ſum aqua viua,* & corpus & ſanguinem Domini eſſe illa verba, *Accipite, & comedite, & bibite.* Euthym. parte 2. tit. 21. Elementum igitur ſeu materiam iſti ſuſtulerunt à Sacramentis, totamq́ue rem ad nudam prædicationem redegerunt, in quo non longè ab illorum opinione abſunt Caluiniſtæ.

b Signum Crucis non adorant. Euthym. ibidem. Nec Proteſtantes hoc faciunt.

a Sacer-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Paulinus Aquileienſis Epiſcopus in lib. aduerſus Felicem Vrgelitanum, *Paulus ait: Miſit Deus Filium ſuum natum ex muliere: Et iterum: proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Proprius igitur filius factus eſt ex muliere, non adoptiuus.*

Adrianus Papa in Epiſt. ad Epiſcopos Galliciæ, de errore Elipandi Toletani Epiſcopi. *Chriſtus diſtinctè dixit: Aſcendo ad Patrem meum (per naturam) & veſtrum, per gratiã adoptionis. Hinc Paulus dixit: proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Scimus, quia non eſt traditus ſecundùm Diuinitatẽ, ſed ſecundùm id quod homo verus erat. Illum nimirum, qui traditus eſt, id eſt, hominẽ, ipſum Apoſtolus proprium Dei Filium proteſtatur.*

Ado Vien. in Chron. *Felix ad præſentiã Adriani Pontificis Rom. deductus, hæreſim verbis ſolummodo abdicauit.*

a Paſchaſius in li. de corpore & ſanguine Domini. *Sacramentũ eſt, quicquid in aliqua celebratione diuina nobis quaſi pignus ſalutis traditur, cùm res geſta viſibilis longè aliud inuiſibile intus operatur, quod ſanctè accipiendum ſit. Vnde & Sacramenta dicuntur, aut à ſecreto, eò quòd in re viſibili Diuinitas intus aliquid vltrà ſecretius efficit per ſpeciem corporalem: aut à conſecratione ſanctificationis, quia Spiritus Sanctus manens in corpore Chriſti, latenter hæc omnia Sacramentorum myſtica, ſub tegumento viſibilium pro ſalute fideliũ operatur.* § Ab eo igitur quod fit, quodq́ue per Dei verbum conſecratur, ac non ſolùm à nudis verbis ratio Sacramentorum petenda eſt. Vnde Paſchaſius ibidem ſubiungit. *Corpus Domini & ſanguis, ob hoc Sacramenta vocantur, quia ſub earum ſpecie viſibili, quæ videntur, ſecretius virtute diuina caro conſecratur, vt hoc ſint interius in veritate, quod exterius creduntur virtute fidei.*

b Ioannes Damaſc. de Orthodoxa fide lib. 4. ca. 17. *Imaginem transfixionis Chriſti videntes, in Saluatoris Paſſionis memoriam redimus, & procidentes adoramus, non materiam, ſed imagine repræſentatum.* (Et pòſt.) *Eſt autem hæc traditio nõ ſcripta, perinde ac adorationis ad Orientem: adorare ſcilicet Crucem.*

 c Alcui-

623 Albinus (aliâs Alcuinus) Caroli Magni Præceptor in lib. de Diuinis officijs. *Religionis cultum ſic Dominus instituit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum Summo principaliter collocaret, atque ob ipſo quaſi quodam capite dona ſua vellet in corpus omne manare. Vnde conſtat, ab vniuerſi orbis communione ſeparatos eſſe, ſicut docet B. Pelagius, qui qualibet diſſenſione inter ſacra Myſteria Apoſtolici Pontificis memoriam ſecundùm conſuetudinem non frequentant.*

Romani Pontificis authoritate, Imperium Occidentis conſtitutum eſſe.

Ado in Chronicis. *Leo Pontifex capiti Caroli coronam impoſuit, ſicq́; ob vniuerſo Romanorum populo acclamatum eſt: Carolo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria.*

624 Eginhartus in vita Caroli Magni. *Carolus Imperatoris Auguſti nomen primò tantum auerſatus eſt, vt affirmaret, ſe eo die, quõuis præcipua ſolennitas eſſet, Eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi Pontificis conſiliũ præſcire potuiſſet.* A conſilio igitur Pontificis propè ſolius tranſlatio hæc Imperij profecta eſt, quod poſtea Deus tam illuſtre, ac magnificum reddidit.

Zonaras in vita Irenes & Cõſtantini. *Adriano Papa ſuffectus Leo vir reuerẽdus & honorabilis, qui penè excæcatus à populo, cùm ſe ad Carolũ Francorũ Regẽ cõtuliſſet, ab illo Sedi Romanæ reſtitutus; inimicos ſuos vltus eſt: ab eoq́; tempore Romæ prorſus Franci potiti ſunt. Carolo à Leone coronato, & Romanorũ Imperatore appellato.*

625 Innocentius tertius in reſcripto, cuius fragmentũ extat in Decretalibus, ſub Titulo de electione & electi poteſtate. *Apoſtolica Sedes Romanũ Imperiũ in perſona magnifici Caroli à Græcis trãſtulit in Germanos.*

626 Albertus Crantzius in Metropoli ſua, lib. 1. cap. 14. *Pontifex Leo (qui ius ac fas eſſe videbatur de Imperatore creando) volente populo, peregit ſacrum miniſterium in Caroli Magni coronatione.* (Et pòſt.) *Olim Imperatores non paſſi viuere Pontifices, ad ſupplicia deuocabãt.: & Græculi, poſtquàm apud eos, extincto ſtirpe Cõſtãtini, & deinde Magni Theodoſij, nõ habuêre Romanũ Pontificẽ, niſi quẽ ipſi confirmaſſent: mutata ſunt rerũ vices, vt non habeatur Imperator, niſi quem Romanus Pontifex confirmârit, & conſecrârit. Domini eſt terra & plenitudo, ipſe transfert regna & Imperia, digniſſimeq́; ad ſuum in terris Vicariũ hoc ſacrũ miniſteriũ delegauit.*

627 Laonicus Chalcondylas rerum Turcicarum lib. 1. *Romani, & ipſorum Pontifex Maximus, cùm longo tempore concertaſſent cum Græcis in Chriſtianæ Religionis quibuſdam Articulis, tandem à Græcis defecerunt, Romanum Cæſarem nunc è Gallis, nunc è Germanis eligentes.*

628 Blondus Decadis 2. lib. 1. *Leo Pontifex Patriarchæ Gradenſi pallium de corpore B. Petri ſumptum miſit per manus Euſtachij Primicerij S. Sedis Apoſtolicæ.*

Ado in Chronicis. *In Nicephori locum Michaël gener eius Imperator creatur. Cuius legati Aquiſgrani ad Imperatorem Carolum miſſi, laudes more ſuo dixerunt, Imperatorem & Baſileum illum appellantes. Et pacis libello ab Imperatore accepto, & denuò à Leone Papa Romæ, reuerſi ſunt.* Ecce, Græci quoque pacis libellũ
629 à Papa Leone accipientes, Occidentale Imperium renouari potiſsimùm Pontificis Romani opera fatẽtur, nec id tam ægrè ferunt, quàm illi ipſi Germani, ad quos hoc Imperiũ eſt tranſlatũ. Germanos hîc dico, non germanè legitimis Patribus in fide legitima ſuccedentes, ſed ſpurios & adulterinos, qui relicta prius fide Catholica, mox indignantur, quòd Papa Græcos etiam hæreſi deditos aliqua Imperij parte multaſſet. Qui legerit Centur. 8. cap. 10. in vita Leonis Papæ, videbit Magdeburgenſes attribuere Imperij tranſlationem, vel præcipuis operibus Antichriſti. Ex quo efficitur, vt omnes, qui tã in Gallijs, quàm in Germania ex illo die imperârunt, per iſtos hiſtoricos Antichriſti clientes & alumni haberi debeant. Næ iſtæ hiſturiæ, aut potius fabulæ impiæ, dignæ ſunt, quæ in Imperio ſolùm & excudantur, & approbentur, quia tam auguſti Imperij origines ad Antichriſtum referunt. Miror, ſi hæc Imperatoribus placere poſſunt. Si non placẽt, miror quòd earum rerũ auctores in Imperio ſolo viuunt, atq; adeo regnãt.

630 Methodius (qui poſtea fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus) *ob crimina Nicephoro Patriarchæ intentata* (vtique vt illum purgaret) *Romam miſſus eſt.* Cedrenus in vita Michaelis & Theodoræ rem narrat, quamuis ea prius, id eſt, hoc tempore facta ſit.

631 Ionas Aurelianenſis de cultu Imaginum lib. 1. *Iuſſu Caroli Magni in vnum coacti milites Chriſti, adhibita etiam S. Romanæ Eccleſiæ authoritate, Felicem damnauerunt.*

632 Ioannes Turpinus Rhemẽſis Archiepiſcopus de vita Caroli Magni c. 19. *Iure Romæ Sedes Apoſtolica Prima præponitur, quã eã prĩceps Apoſtolorũ Petrus prædicatione ſua, & proprio ſanguine & ſepultura dedicauit.*

Blondus Decadis 2. lib. 2. *Ludouicus mitiſſimi Imperator ingenij ſemper multum fidei Apoſtolicæ detulit,*
633 *adeò vt quatuor Romani Pontifices (quos illius Imperij tempora habuerunt) adiumento nunquam caruerint, quo in Romanorum perſecutionibus, ſæpenumero indiguerunt.*

634 Marianus Scotus Anno Chriſti, 817. *Stephanus Papa obuiante Ludouico Imperatore, in campo magno Remenſium, ſequenti die Dominico, coram omni populo, ante Miſſam, vnxit eum in Imperatorem.*

Hildi-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Leo.	
816	100. Stephanus 5. dictus 4. Romanus, ſedit m.6.d.21.	Lat. Ludouicus Pius an.15.
		Græ. Michael Balbus an.9.
817	101. Paſchalis Romanus Monachus, ſed. an.7.m.1.d.17.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

c Sacerdotes Eccleſiæ non recipiunt. Euthymius ibidem. Nec Proteſtantes eoſdem recipiunt.

133. De Bertramo.

d Sub nomine Bertrami, Liber quidam de Euchariſtia extat, qui hoc ferè ſeculo dicitur eſſe ſcriptus, in quo is author conatur oſtendere, Euchariſtiam nihil eſſe aliud, quàm panis & vini ſubſtantiam, quæ figuram & ſimilitudinem corporis & ſanguinis Chriſti gerat. De qua doctrian, deque libro Bertrami eam confirmante, quia nihil vſpiam illa ætate legitur: nonnulli ſuſpicantur, totam rem ab alijs Berengarij ſtudioſis confictam, & ſub nomine Bertrami falsò editam.

134. De Claudij Taurinenſis hæreſibus.

a Claudius Taurinēſis Epiſcopus, Fœlicis Neſtoriani diſcipulus peſtiferum dogma (vt ait Ionas Aurelianēſis) in commiſſam ſibi plebem transfudit, idque libello in defenſionem ſui dogmatis conſcripto confirmauit.

b Picturas rerum ſacrarum, & Cruces materiales euertit, nec vllo genere aut modo adorationis dignas iudicauit.

c Aduer-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

c Alcuinus Caroli Magni præceptor, in lib. de Diuinis officijs, ſub titulo De Eccleſiaſtico ordine, cùm enumeraſſet veteris Leuitici ſacerdotij gradus & officia, tandem ait: *Hæc de octo gradibus diximus, qui Veteris legis tempore obſeruantiſſimè cuſtodiebantur, quod in Nouo Teſtamento ſuſcepit Eccleſia tantò melius, quantò & verius, quia illis omnia in figura contingebant.* Et in titulo ſequente, cùm ab Oſtiario incipiēs, omnes Ordines enumeraſſet, deniq; Sacerdotē definit *eum, qui Sacrificium offert Deo.*

d Ioannes Damaſcenus de orthodoxa fide lib.4.ca.14. *Panis hic, & hoc vinum, non eſt figura corporis & ſanguinis Chriſti (abſit enim hoc) ſed eſt ipſum corpus Domini deificatum, ipſo Domino dicēte: Hoc eſt meū (nō figura corporis, ſed) ipſum corpus: non figura ſanguinis, ſed ipſe ſanguis.* (Et paulò antè) *Non quòd ipſum corpus aſſumptū ex cælo deſcenderit, ſed quòd ipſe panis & vinū transmutatur in corpus & ſanguinem Dei.*

• Paſchaſius de corpore & ſanguine Domini: *Omnia, quæcunq; voluit Dominus, fecit in cælo & in terra. Et quia voluit, licet figura panis & vini hic ſit, omnino nihil aliud quàm caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt. Vnde ipſa Veritas ad Diſcipulos: Hæc, inquit, caro mea eſt pro mundi vita. Et vt mirabilius loquar, non alia planè, quàm quæ nata eſt de Maria, & paſſa in cruce, & reſurrexit de ſepulchro.*

a Ionas Aurelian. in Præfat. ad Carolum Regē: *Theodemirus Abbas Claudiū à ſuperſtitioſa doctrina auertere volebat. Idemq́ indicauit Claudio* (vt conſtat ex ijs, quæ à Iona Aurelianenſi dicūtur in li.3.) *quòd Paſchalis Pontifex Romanus Claudio indignatus eſſet.* Præterea libellus Claudij à Ludouico Pio ſuiq; palatij ſapientiſsimis viris examinatus iuſto iudicio repudiatus eſt, ac Ionæ Aurelianenſi Epiſcopo negotium datum, vt Claudij hæreſes confutaret.

b Ionas in lib.1. de cultu Imaginum. *Sancta Eccleſia conſueuit vti picturis rerum ſanctarum & Crucibus ob honorem & recordationem redemptionis ſuæ.* (Et pòſt.) *Quòd ob recordationem ſalutiferæ Paſsionis Dominicæ annuatim in ſanctiſsimo die Paraſceues ſecundùm traditionem Eccleſiaſticam Crucē Chriſti adorat, id eſt, ſupplicādo ſalutat.*

c Ionas

635 Hildiwinus in Areopagiticis. Extant apud nos Epiſtolæ Innocentij, & poſt eum Gelaſij, necnon &
moderníus B. Papæ Gregorij, aliorumque Pontificum ad Epiſcopos vrbium Galliarum, & Antiſtitum
noſtrorum ad ipſos, *de more Romano in cunctis Eccleſiaſticæ authoritatis munijs imitando.*
636 Saxo Grammaticus lib. 9. Haraldus Daniæ Regno occupato, *Sanctiſsimi tenoris ſpecimen à Romanis
ritibus mutuatus, incondita patriæ Chriſtianiſmi ſacra primus intulit, qui tamen poſteà Chriſtianæ Religionis
deſertor euaſit.*
637 Gratianus diſtinct. 63. *Ego Ludouicus Imperator concedo (tibi B. Petro Principi Apoſtolorum, Vicario tuo
D. Paſchali Summo Pontifici, & Succeſſoribus eius in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus veſtris vſq; nūc in ve-
ſtra poteſtate & ditione tenuiſtis) Romanam ciuitatem cum Ducatu ſuo, ſeu cūctis ciuitatibus, oppidis, caſtellis,
& villis in Tuſciæ partibus. Et quem Romani ad Pontificatus ordinē elegerint, ſine contradictione conſecretur,
& cùm conſecratus fuerit, Legati ad nos vel Succeſſores noſtros dirigantur, qui inter nos & illū pacē conſocient.*
Ionas Aurelianenſis de cultu Imaginum lib. 3. *Quid enim ſi, vt ſuprà dictum eſt, Claues regni Cœlorum
quaſi eminentiſſimo Sanctæ Eccleſiæ membro intelligo traditas, B. videlicet Petro, vt per illum ad cæteros hæc
dignitas tranſeat? Num idcirco mens mea ab eius amore tepeſcet, quem pluris videam à Domino honorari? Po-
tior namq; in eius deuotione amoris concaleſcit ignis, qui adeò inter reliquos conſtituitur inſignis, vt quod om-
nium eſt commune, ipſe quodammodo accepiſſe videatur ſingularis.* Hæc de Primatu Petri: cuius ſucceſſo-
res Romanos Pontifices idem Ionas agnoſcens, in eodem libro appellat Gregorium Magnum *Romanæ
Sedis gloriā poſt B. Petrum.* Præterea cùm Paſchalis Papa indignaretur Claudio Taurinenſi ob peruer-
ſa eius dogmata, Claudius verò diceret, Paſchalem iam corruiſſe præſente vita, Ionas reſpondet: *Impro-
bitatem hominū ex eo ſibi ſcelerum promittere impunitatem, ſi eos cōtingat euadere iudicij humani ſeueritatē.*
Quibus verbis ſignificat, Paſchalem Pontificem Romanum voluiſſe iudiciū aliquod ſeuerius in Clau-
dium Taurinenſem Epiſcopum exercere. Poſtea verò cùm de interpretatione Apoſtolici (quod nomē
Papæ attributum eſt) ageretur, & Claudius ineptè diceret, Apoſtolicum dici velut Apoſtoli cuſtodē:
638 *Imò* (inquit Ionas) *is dicitur Apoſtolicus, qui tanquam Vicarius ſub Apoſtolo ſubſtituitur:* & mox ad Claudiū
orationem cōuertens: *Cauere* (inquit Ionas) *te decuerat, ne incaute eum* (id eſt, Paſchalem Papam) *repre-
henſione tua læderes, quem tibi prælatum noſſes, iuxta conſilium Sapiētis: Fili, ne contemnas patris tui ſenectam.
Audi denique* (ſubiungit Ionas) *quid B. Gregorius de incautis reprehenſoribus dicat: Is, qui ſub manu Paſto-
ris eſt, ligari timeat vel iniuſtè, ne Paſtoris ſui iudicium temerè reprehēdat.* Hactenus Ionas. Ex cuius ora-
tione animaduertere licet, eum habuiſſe Pontificem Romanum pro Vicario & Succeſſore D. Petri, at-
que etiam pro Iudice & Paſtore Claudij Taurinenſis Epiſcopi.
639 Ado in Chronicis circa an. Domini 850. *Lotharius filium ſuum Ludouicum, quem in Italia Regem fece-
rat, vt Imperatoris nomen ſortiretur, per Drogonem patruum Romam miſit, cui Sergius iam tùm Pōtifex coro-
nam impoſuit, acclamante vniuerſo populo, Imperator & Auguſtus eſt ſalutatus.* Hinc animaduertimus,
aliud eſſe Regem, & aliud Imperatorem fieri. Illud à voluntate Patris, hoc à coronatione Summi Pon-
tificis & acclamatione populi pendebat.
640 Aimoinus lib. 4. de geſtis Franc. cap. 112. *Legati Michaëlis Imperatoris Cōſtantinopolitani, inter cætera ad
Legationem ſuam pertinentia, quædam de Imaginum veneratione protulerunt, propter quæ ſe Romam ire, atque
Apoſtolicæ Sedis Præſulem* (qui tunc erat Eugenius 2.) *conſulere debere dixerunt.* Græci igitur nec adhuc
quidem in cauſis fidei ceſsârunt conſulere Eccleſiam Romanam.
Paulus AEmilius de geſtis Francorum lib. 3. *Lugduni Concilium Epiſcoporum, quos Ludouici Imperato-
ris filij* (iam in patrem arma ſumentes) *contraxerant, habitum, Imperiumq; Patri abrogatum. Quod Decretum
641 mox à Gregorio Pontifice Maximo reſciſſum eſt, & audacia Archiepiſcopi Lugdunēſis multata. Ex Sede enim
deiectus eſt.* Idem verò Gregorius 4. (vt eſt apud Aimoinum, lib. 5. cap. 14) Patri filios reconciliaturus
aduenerat, ſed re non impetrata, diſceſsit. Et in eodem lib. cap. 16. Gregorij lætitiam de reſtitutione
Ludouici Pij commemorat.

De Ioanne fœmina.

Poſt Leonem 4. collocatur à quibuſdam Ioannes fœmina, velut Papa. Quod ita ſi eueniſſet, quia non iuris, ſed facti error eſſet, qui etiam in prudentiſsimos cadere poteſt: nihil præiudicij ea res Sedi Apoſtolicæ afferret, ſed omnia perinde habenda eſſent, ac ſi toto illo biennio Sedes vacaſſet. Verùm hanc fabulam in annotationibus ſuis ad Platinæ hiſtoriam in vitam Ioannis 8. egregiè confutauit Onuphrius Panuinius, antiquitatum omnis generis diligentiſsimus perſcrutator. Aſcribam in huius rei teſtimonium verba Anaſtaſij Bibliothecarij, qui non modò eodem tempore Romæ vixit, verùm etiā plurium Pontificum electionibus interfuit, eorumq; vitas diligētiſsimè perſcripſit. Is ergo ait: *Sanctiſsimus Leo Papa 4. obdormiuit in Domino XVI. Cal. Auguſti, ſepultus ad S. Petrum, & ceſſauit Epiſcopatus dies 15.*

Quo

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem. Paſchalis.	Græ. Michael. Balbus an. 9.
824	102. Eugenius 2. Iunior, Romanus, ſedit an. 3. m. 6. d. 24.	
827	103. Valentinus Romanus, ſedit m. 1. d. 10.	
		Græ. Theophilus an 13.
828	104. Gregorius 4 Romanus, ſedit an. 16.	
844	105. Sergius 2. Iunior Romanus, ſed an. 3 m. 2. d. 3.	Lat. Lotharius 1. an. 15.
847	106. Leo 4. Romanus, ſedit an 8. m. 3. d 6.	Græ. Michael & Theodora mater an 12.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

c Aduerſus Reliquias & Sepulchra Sanctorum quædam nefanda dogmatizauit.

d Omnes S. Eccleſiæ cultores Galliam & Germaniam incolentes Idololatriæ abominatione irretitos dixit.

e Verba Dei, quibus ſimilitudo omnium, quæ in cœlo & in terra ſunt, fieri prohibetur, (Exo. 20.) ita interpretatus eſt, quaſi non liceat Imagines Sanctorum in Eccleſijs ob recordationem depingere.

f Peregrinationes fidelium præcipuè ad Limina Apoſtolorum Petri & Pauli velut minus vtiles cauillabatur.

g Claudius Taurinenſis (vt Ionas Aurelianenſis refert in præfatione librorum ſuorum de cultu Imaginum) ſe Arij ſectatorem monſtrauit. In vita quidem docendo & prædicando: in morte quoque in nephandis codicibus ſuis eundem errorem à ſe ſcriptum relinquendo.

h Inuocationem Apoſtolorum eo argumento labefactare conatus eſt, velut poſtquàm obierint, iudiciaria poteſtate non fungantur, quia in eorum locum alij Epiſcopi ſuccedunt.

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

c Ionas ibidem. *Non ſunt contemnendæ Sanctorum Reliquiæ, quorum mors ſpecioſa* (eſt) *in cõſpectu Domini: eorumq́; Sepulchra, vt à Sanctis Patribus traditum eſt, honoranda.*

d Ionas ibidem. *Qui ſanæ fidei ſynceriſſimis cultoribus abominationum nomina non metuit adſcribere: author ſchiſmatum, ac ſuperſtitionum iudicandus eſt.*

e Ionas ibidem. *Sanæ fidei cõgruentiſſimum eſt, nullam prorſus ſimilitudinem omnium, quæ in cælo, vel quæ in terra, vel quæ ſubter terram ſunt, faciendam, cui cultus aut adoratio, quæ ſoli Deo debetur, quodammodo exhibeatur. Sed aliâs quæro abs te, cur, præcipiente Domino, Moſes duos Cherubim aureos, & cætera, quæ in Exodo leguntur, in Tabernaculo Domini fecerit, & Salomon in domo Domini ſimilitudines boum & Leonum expreſſerit?* (Et poſt.) *Alius eſt cultus, quo non niſi Diuina potentia famulandum eſt: Alius eſt, qui non ſolum rationabilibus, verùm etiam irrationabilibus creaturis iuxta modum proprium impenditur.*

f Idem Ionas lib. 3. de cultu Imaginum. *Licet Deus vbique præſens ſit, tamen non in quocunque loco, ſed in monte, quo ſibi placuit, filium (Abrahæ) offerri præcepit. Et trium dierũ ſpacio ad eundem locum Abraam ire voluit. Gen. 22. Moſes item præcepit, victimas non in quouis loco, ſed in eo, quem Dominus elegiſſet, offerri. Si locus retinens Archã inſenſibili ligno compactam tanta frequentia populi meruit honorari: cuius putãdus eſt ille religionis, qui complectitur corpus Apoſtoli tanquam cæleſtis theſauri Archam?*

g Ionas in Præfat. *Secta Arij olim à Patribus damnata, quæ ab eodem Claudio dicitur reſuſcitata, neceſſe eſt, vt diligentiſſimo ſcrutamine cum reſuſcitatore ſuo ab Eccleſiaſticis viris rurſus ſanctarum Scripturarum telis feriatur, ne ſimplicium mentibus in proceſſu temporis virus mortiferum propinet.*

h Ionas lib. 3. *Sapientium virorum in S. Eccleſiæ gremio conſiſtentium eſt, pro abſolutione animæ ſuæ B. Petrum, cæteroſq́; Sanctos nõ quaſi Deum, ſed quaſi familiares exorare. Nec credendum eſt, Apoſtolos amittere iura iudiciaria, cum hominem exuentes, ad vitam tranſeunt potiorem.*

De Schiſ- *III* *Non*

Quo mortuo, mox omnis Clerus Romanæ Sedis, vniuerſi Proceres, cunctuſq́; populus, ac Senatus cõgregati ſunt,
Domini clementiam exorantes, vt beatificum illis in omnibus demonſtrare dignaretur Paſtorem, qui Apoſtola-
tus culmen regere valuiſſet tranquillè. Qui diuinitus, æthereoq́; lumine inflammati, vno conſenſu, vno conomi-
642 *ne Benedictum pro tantis, quibus pollebat, ſacris operibus, Pontificem promulgauerunt erigere. Miro verò vni-*
uerſa & alacri ſtudio plebs & populi cœtus ad Calliſti titulum properantes, eum cum Hymnis & Canticis ſpiri-
tualibus ad Patriarchium Lateranenſe perduxerunt, & vt moris eſt, in Pontificali Solio collocârunt. § Poſt
Leonem igitur non Ioannes fœmina, ſed Benedictus ſtatim ſucceſsit.

Otgarius Archiepiſcopus Moguntinenſis (vt teſtatur Ioannes Trithemius in Hirſaugienſis Monaſterij
643 Chronicis) *donationem comitis Erlafridi* (qui primus illud erexit) *vice Apoſtolici domini Gregorij Papæ 4.*
& piiſsimi Imperatoris Ludouici primi, banno perpetuæ ſtabilitatis communiuit.

Idem *Gregorius 4.* (eodem Trithemio ibidem non ita multò pòſt atteſtante) *cùm audiſſet, S. Fridericũ*
644 *Traiectenſem Epiſcopum iuſſu Iuditha interfectum (eò quòd dixerat ad Imperatorem: Nõ licet tibi Iudith ſan-*
guine proximam pro vxore habere) Ludouicum Imperatorem pro agenda pœnitentia in Monaſterium poſuit.

645 In vita S. Remberti (quæ extat 1. Tom. Sanctorũ) ſcriptũ eſt, Anſcharij primi Hamburgẽſis Archie-
piſcopi miniſteriũ Sedis Apoſtolicæ approbatione & priuilegijs ſub Ludouico Pio communitũ fuiſſe.

646 In Synodo apud Medardum habita. *Ego Hincmarus Metropolis Eccleſiæ Remorũ Epiſcopus eligo mihi*
Indices (hunc & illum) *ſalua reuerentia Apoſtolicæ Sedis, cui in omnibus cauſis debet reuerentia exhiberi.*
(Et pòſt.) *Idem Hincmarus in cõſpectu Principis & Synodi porrexit epiſtolam totius Galliæ Epiſcoporum ma-*
nibus ſubſcriptam, ad Apoſtolicam Sedem pro confirmatione ipſius ordinationis, quoniam Sedes Apoſtolica per
647 *Sergium Papam ſæpe dictum Ebbonem damnauit Epiſcopum, adeo vt inter laicos communionem tantùm ha-*
bere mereretur. Oſtendit etiam diploma, venerandi Principis manibus inſignitum, & ſigillo ſubterſignatum ex
approbatione ſuæ ordinationis, ad eandem ſanctam & Apoſtolicam, omnium ſcilicet Eccleſiarum Matrẽ, Ro-
manam Eccleſiam.

648 *Edelphus* Rex *Anglorum* (vt eſt apud Polydorum Vergilium Anglic. hiſtor. lib. 5.) *Romam voti cauſa*
petiuit. Vbi à Leone 4. Pontifice benignè acceptus, fecit Romano Pontifici eam quoque inſulæ partem, quam
Egbertus Pater ad regnum adiunxerat, vectigalem.

649 Rhegino Chron. lib. 2. anno Domi. 842. *Romana vrbs ab omni Sancta Eccleſia propter præſentiam Apo-*
ſtolorum Petri & Pauli ſpeciali quodam veneratur Priuilegio.

Lotharium Regem ob adulterium à Papa iuſtè excommunicatum, itémque Colonienſem
& Treuerenſem Archiepiſcopos iuſtè depoſitos fuiſſe.

Rhegino an. Dom. 864. Lotharius Rex (Ludouici Imperatoris frater) propter Waldradam concu-
binam ſuam odio habens legitimam vxorem Thietbergam, cum Guntherio Colonienſi Epiſcopo, ac
pereum cum alijs agit, vt Epiſcopali authoritate liceret ei vxorem repudiare: *ac eiuſmodi ſententiam ab*
Epiſcopis in Concilio Remenſi pronunciari curat. Qui etiam anno proximo nouam vxorem accipi permit-
tunt. § Hîc manifeſtè apparuit, quàm neceſſarium ſit, non modò, vt vnus Summus Pontifex Eccleſiæ
toti præſit, verùm etiam vt is à Spiritu ſancto ita gubernetur, vt Eccleſiam in re quapiã grauiſsima er-
rare non permittat. Alioqui partim vi & tyrannide, partim opibus & blanditijs Principum iuſtitia pe-
nitus extingueretur. Quid enim aliud iam præter Summi Pontificis authoritatem reſtabat? Epiſcopi
& Germaniæ, & Galliarum in publica Synodo vel ſeducti ſunt, vel ſeduxerũt alios. Legati à Sede Apo-
ſtolica miſsi, accepta pecunia, rem infectam reliquerunt. Rex abdicata per iniuriam coniuge, ſecũdam,
quod fœdius erat, ex Epiſcoporum auctoritate ducturus erat. Quod ergo ſolum & ad fidei præſidium,
& ad honeſtatis tutelam ſupererat, *Nicolaus Papa Archiepiſcopos Colonienſem & Treuerenſem Romam*
650 *vocat, ac opem Imperatoris fruſtra implorantes omni Eccleſiaſtica dignitate priuat. Lothario, ni pellice abdicata*
vxorem reuocet, anathema denunciat. Vnde (inquit Rhegino) vellet nollet, Thietbergam Reginam in ma-
trimonium recepit. Cætera apud ipſum auctorem videri poſſunt, in qua tam inſigni cauſa Rhegino ſic
651 meritò ſcribit. *Stultitiæ quidem elogio denotandi* (ſunt) *qui illam Petri Sedem aliquo prauo dogmate fallere*
poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi vnquàm falli potuit.

652 Sigebertus. Guntharius, & Thergaudus Archiepiſcopi Romæ à Papa Nicolao *pro adulterio Lotharij*
Regis examinati, cùm & ſuis ſynodalibus geſtis, quæ præferebant, & ſuorum ore etiam conuicti fuiſſent,
Epiſcopatu & ſacris gradibus exordinati, anathematizati ſunt, eiſq́; tamen Laicalis communio conceſſa eſt.

Ioan. Trithemius in Hirſaugienſis Monaſterij Chronicis. *Anno Dom. 856. Lotharius Rex frater Lu-*
douici Imperatoris duxit in vxorem Thietbergam filiã Patrui ſui Caroli Calui poſtea Imperatoris. Sed nõ mul-
tò pòſt repudiauit eam, & ſuperduxit Waldradem Concubinam ſuam priſtinam, ſororem Guntheri Archiepi-

ſcopi

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	*Hæretici & Pſeudopropheta.*	*Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
	Idem Leo.			
855	107. Benedictus 3 Romanus, ſedit an. 2. m. 8 d. 16.			
		Lot. Ludouic' 2. an. 11.		
858	108. Nicolaus Magnus Romanus, ſed. an. 9 m. 6. d. 20.			
		Græ. Michael ſolus an. 13		

De Schiſmate Græcorum : ſeu, ob quas cauſas Græci ab Eccleſia Romana defecerunt.

Defectionis Græcorum ab Eccleſia Romana plùres cauſæ extiterunt. Ac prima quidem cauſa huius mali erat leuitas Græcorum, ac totius Orientis vel in excogitandis, vel in defendendis aut hæreſum, aut ſchiſmatum cauſis. Qua de re Hieronymus in Epiſtola ad Damaſum conqueritur.

Secunda cauſa fuit Conſtantinopolitani Præſulis inuidia & ambitio, qui nec Romanum Epiſcopum ſuperiorem libenter agnouit, nec à ſuperbo vniuerſalis Epiſcopi titulo, vt abſtineret, adduci potuit. Cuius etiam rei Gregorius Magnus locupletiſſimus teſtis eſt. lib. 4. Indict. 13. Epiſtola 32. & libro 7. Indict. 1. Epiſtol. 30.

Non Romanos à Græca, verùm Græcos à Romana Eccleſia defeciſſe.

Cùm duo, qui diu ſimul in eadem Repub. & ſocietate vixerunt, inter ſe poſtea diſsident, ſiquidem pares & æquales omnino erant, non magis hic ab illo, quàm ille ab hoc diſceſsiſſe videri poteſt. Verùm non ea erat Græcorum & Latinorum cauſa. Ita enim vixerunt in vna domo Dei, vt quanquàm fides ab Oriente in Occidentem allata primùm eſſet: tamen ob D. Petri Cathedram in Occidente ex voluntate Dei conſtitutam, Occidentalis & Romana Eccleſia omnium fidelium conſenſu, primas tenere agnoſceretur. Quod tam perſpicuè relucet, tùm ex iis, quæ ſub Pio, Victore, Cornelio, Stephano, Dionyſio, & aliis Pontificibus Romanis geſta commemorauimus, tùm præcipuè ex Concilio primo Conſtantinopolitano, vt nullus pateat contradicendi locus. Cùm enim Epiſcopus Conſtantinopolitanus non dubitaret, (Eccleſiis Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, præteritis) ſibi priores partes arrogare, eò quòd Regiæ vrbis, ac nouæ Romæ Cathedram teneret: tamen neque parem ſe Romano Epiſcopo vel ipſe facere, vel Imperator & Synodus eum conſtituere auſi eſt. Itaque Decretum (quod tamen Romana Eccleſia tunc non approbauit) ita ſcriptum eſt. c. 3. *Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat priores honoris partes poſt Romanum Epiſcopum, eò quòd ſit ipſa noua Roma.*

ſcopi Colonienſis: ex qua coniunctione multa mala non ſolùm illi, ſed etiam omni regno eius ſuborta ſunt. (Et pòſt.) *Sanctus Papa Nicolaus primus Lotharium Regem fratrem Imperatoris propter Thietbergam Reginam iniuſte repulſam, vnà cum pellice Waldrada excommunicat ad inſtantiā fratrum Reginæ, qui cauſam ad Apoſtolici audientiam detulerunt. Ob eandem cauſam Guntherus Colonienſis, & Thiedgaudus Treuerenſis Archiepiſcopi ab eodem Papa depoſiti vſq; ad laicalem ſtatum, dignam iniquitatis ſuæ mercedem acceperunt: quippe qui falſis criminibus arte confictis Reginam innocentem damnare præſumpſerunt.* § Tot huius rei teſtes eo conſilio produxi, vt omnes viderent, quàm maledicè Magdeburgenſes Nicolaum primum accuſent, velut hanc Regis Lotharij & Archiepiſcoporum cauſam iniuſtè decidiſſet.

653 Rhegino anno Dom. 868. *Directi ſunt à Sede Apoſtolica in Bulgarū gentē* (quæ iam cœperat ad Religionem Chriſtianā tranſire) Sacerdotes ac viri religioſi, qui incultā barbariē ſacris dogmatibus excolerēt.

Walafridus Strabo de rebus Eccleſ. cap. 22. *Romanorum morem ideo in ſacris rebus tam multæ gentes*
654 *imitantur, quia & tanti magiſterij ex apice Apoſtolico primordijs clarent, & nulla per orbem Eccleſia, æquè vt Romana, ab omni fæce hæreſeon cunctis retro temporibus pura permanſit.*

Zonaras in vita Michaëlis, qui fuit filius Theophili & Theodoræ. *Papæ Romani Legati contra Icono-*
655 *machos miſſi Conſtantinopoli aderant*, & S. Ignatio ab exilio reducto, dignitatem (aliter quàm ipſis mandatum erat) abrogant.

Gloſſa ordinaria, quæ Strabi Fulgenſis Monachi fuiſſe creditur, in 2. Paralip. ca. 17. *Spiritualis iudicat*
656 *omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Et hoc Papæ conuenit in vniuerſali Eccleſia: Archiepiſcopus autem in ſuis Prouincijs, & Epiſcopus in Diœceſibus ſuis.*

Nicolaus primus in Epiſtola ad omnes veræ Religionis miniſtros. Poſtquàm Ignatius ab Eccleſia Conſtantinopolitana, cui iure præſidebat, tyrannicè proiectus, & Photius ex militia ſeculari eidē Eccleſiæ præfectus eſt, ex eaque re ſcandalum & ſchiſma Conſtantinopoli ortum erat: *Imperator Michaël*
657 *(qui & ipſe Bardæ Patritij verſutijs ſuaſus, Photij parti fauebat) ad Apoſtolatum noſtrum Legatis cum epiſtolis deſtinatis, accuſationes quaſdam aduerſum Ignatium deferentibus, petijt, vt à Sede Apoſtolica miſſos daremus, qui ſcandala illa ſedarent.* (Et pòſt.) *Legatus Imperialis nomine Leo, à ſecretis, duo volumina obtulit, quarum vnum depoſitionis Ignatij geſta continebat, alterum de ſanctis habebat Imaginibus acta. Detulit præterea idem Leo Imperiales literas, vt in depoſitionem Ignatij, & confirmationem Photij ſubſcriberemus. Quod coram tota Eccleſia nos facturos non eſſe, profeſſi ſumus.* Quis hic non videt, Græcos vſque in hoc tempus agnouiſſe Primatum Romanæ Eccleſiæ, vtpote ſine cuius approbatione id, quod egiſſent, conſiſtere non poſſet?

Nicolaus Papa (quem Ado in Chron. virum Religione præcipuum vocat) in Epiſt. ad Michaëlem
658 Imperatorem. *Priuilegia Eccleſiæ Romanæ Chriſti ore in B. Petro firmata, perpetua ſunt, Diuinitus radicata atque plantata ſunt: impingi poſſunt, transferri non poſſunt: trahi poſſunt, euelli non poſſunt. Quæ ante Imperiū veſtrum fuerunt, & permanent (Deo gratias) hactenus illibata, manebuntq́ poſt vos, & quouſq; Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt immutilata.* Hæc ille. Ego autem nō ſolùm in illis verbis authoritatem viri, ſed etiam conſtantiam fidei & propheticum gratiæ donum admiror. Ante annos ſeptingentos hoc ſcripſit Nicolaus Papa, nec verbum eius aut per tot ſecula irritum fuit, vt vir prudens rerum effectus cum oratione Pontificis conferens, meritò putare debeat, Spiritum ſanctum in eo locutum eſſe, idq́ue ſi non ob aliud, certè quia fuit Pontifex Sedis illius.

Rhegino. *Poſt B. Gregorium vſq; in præſens nullus Præſul in Romana vrbe Nicolao videtur æquiparādus.*

Otto Friſingenſis lib. 6. cap. 3. appellat eundem Nicolaū *Religioſum, ac Dei zelo plenum Sacerdotem.*

659 Lotharius Rex (vt eſt apud Rheginonem an. D. 863.) ſcribit ad Papam Hadrianum. 2. *Quia Deus omnipotens Princeps Paſtorum in illa ſancta Sede veſtri Pontificatus apicem ſublimauit, veſtrum multipliciter deſyderauimus conſpectum. Ad hæc ſupradictus Papa reſcripſit, Sedem ſancti Petri ſemper paratam eſſe, dignam ſatisfactionem ſuſcipere, nec quod Diuinæ humanaq́; leges iuſtè decernunt, vnquàm repudiaſſe. Itaque ſi immu-*
660 *nem ab obiectis ſe ſciret, cum omni fiducia Sedem Apoſtolicam oporteret adire, vt expeditam benedictionem perciperet: ſi culpam autem recognoſceret, nihilominus abſque haſitatione venire* feſtinaret, condigna pœnitentiæ rmeedia ſuſcepturus.

Hincmarus Remorum Epiſcopus ad Hadrianum ſecūdum ſcribens, vocat eū, *Patrem Patrum, primariæ Sedis Apoſtolicæ & vniuerſalis Eccleſiæ Papam. Et quantum* (inquit) *ſciui & potui, ſemper Apoſtolicæ Se-*
661 *dis priuilegium extuli.* (Et iterum.) *Hanc meæ ſuggeſtionis humillimam ſubiectionem ea benignitate ſuſcipite, qua primus Apoſtolorum non ſolùm minoris ſui Apoſtoli redargutionem pro ſimulatione ſuſcepit, verùm & minorum ſuorum quæſtionem cur ad præputiatos intrauerit, lenire curauit.*

Rodericus rerum Hiſpan. lib. 5. cap. 16. & 17. *Cùm Rex Aldefonſus duos Presbyteros ad Ioannem Papam deſtinaſſet, is reſcripſit in hæc verba. In cura totius Chriſtianitatis B. Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſores,*

Eccleſiam

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*		
Anni Domini.	**Pontifices Romani.**	**Imperato. Rom.**
	Idem Nicolaus.	
867	109. Hadrianus. 2 ſed. an 4. m. 11. d. 12.	*Græ. Baſilius. an. 17*
	Concilium 8. Generale Conſtantinopoli celebra-	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Sciſmate Græcorum.

Tertia demum cauſa erat, Imperatorum Orientalium hæreſibus addictorum tyrannis & ſuperbia. Cùm enim ipſi Imperatores non modò hæreſum propugnatores (vt Conſtantio, Valenti, Iuſtinæ, Valentiniano, Anaſtaſio, & Heraclio contigerat) verùm etiam Hæreſiarchæ facti eſſent (vt Leo Iconomachus, & Copronymus) iam quis dubitat, eos vllo modo laturos amplius fuiſſe, vt Pontifici Romano ſubeſſent, qui eorum hæreſim approbaturus nunquàm eſſet?

De Schiſ-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Cùm igitur omnis defectio, quæ inter inæquales contingit, ab inferiore ſuum priorem deſerente committatur: omnino dicendum eſt, non Romanos à Græcis, verùm Græcos à Romanis defeciſſe. Nam vt Core, Dathan, & Abyron ab Aaron defecerunt, & non Aaron ab illis: ſic etiam Græci ab Eccleſia Romana, cui primas olim nec ipſi negabant, defeciſſe conuincuntur.

Claues ſalutares (inquit Optatus lib. 2. contra Parmenianum) *contra portas inferorum accepiſſe legimus Petrum, Principem ſcilicet noſtrum.* (Et paulò antè.) *Vt iam ſchiſmaticus eſſet, qui contra ſingularem (Petri) Cathedram alteram collocaret.* Itemque Hieronymus in Epiſtola ad Damaſum, quæ eſt numero 58. *In tres partes ſciſſa Eccleſia ad ſe rapere me feſtinat. Ego interim clamito: Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt.* Quid potuit dici aptius? In omni ergo ſchiſmate Eccleſiaſtico adhærendum eſt Petri Cathedræ, vt ne fias Schiſmaticus.

Puto tibi (inquit Auguſtinus contra Iulianum lib. 1.) *eam partem orbis ſufficere debere, in qua primum Apoſtolorum ſuorum voluit Dominus glorioſo Martyrio coronare. Cui Eccleſiæ præſidere tunc B. Innocentium dixit.*

Si ergo & cum Græcis, & cum Romanis in doctrina fidei ſentimus, bene eſt. Sin autem illi non conſentiant inter ſe: ſola Occidentalis & Romana Eccleſia debet ſufficere nobis, Auguſtini iudicio. Hoc autem de ſola Orientali Eccleſia tot antiqui Patres perinde conſtanter ſcripſiſſe non facilè monſtrabuntur.

662 *Eccleſiam Onetenſem veſtro conſenſu & aſſidua petitione, Metropolitanam conſtituimus, cui omnes vos ſub-*
663 *ditos eſſe mandamus*. Et cap.18. *Rex cum Epiſcopis & Magnatibus authoritate D. Papæ Onetum ad celebrandum Concilium conuenerunt.*

Cedrenus in vita Baſilij. *Res Eccleſiaſticas correxit, Pontificatu exturbans (authoritate ad hoc congregati Concilij) Photium, qui in eum ſe ingeſſerat, reſtituitq́; Ignatium.* Hoc autem Concilium octauum Generale ex trecentis & ſeptuaginta Epiſcopis conſtans, Can.21. (cuius Canonis initium habetur apud Gra-
664 tianum diſtinct. 22.) *decreuit honorandos Patriarchas, præcipuè Sanctiſſimū Papam Seniorū Romæ. Nec oportere ſententiam dicere etiam in Synodo vniuerſali contra ſummos Seniores Romæ Pontifices.* Præterea in eiuſdem Synodi Actis Baſilius Imperator legitur dixiſſe: *Neque enim vt ſacratiſſimus Patriarcha ad proprium*
665 *regrederetur thronū, Imperij mei opus vel excogitatio facta eſt: ſed multum antè Sanctiſſimus & Beatiſſimus Papa Nicolaus, quæ circa illum erāt certiſſimè diſcens, Synodicè decreuit, reddi ei ius proprij thronij, & anathema cum tota ſancta Romanorum Eccleſia pronunciauit contra reſiſtentes huiuſmodi Decreto atque ſententiæ.*
666 *Hoc autem nos olim ſcientes, & pauentes iudicium anathematis promulgari, obſecundare Synodico iudicio Romanæ Eccleſiæ neceſſarium duximus. Et huius rei gratia reddidimus ei proprium thronum.* Ob hāc Synodum Aimoinus teſtatur (lib.5.c.28.) Donatum Hoſpienſem, & Stephanum Nepeſinum Epiſcopos, & Martinum Diaconum S. R. E. ad Baſilium Imperatorem miſſos eſſe, cum quibus perrexerit Anaſtaſius Bibliothecarius Romanæ Sedis, Græcæ & Latinæ linguæ peritus.

667 Rhegino an. D.872. *Ioannes Papa Imperatorem à iuramento, quo ſe ob mortis periculum euadendum Adalgyſo tyranno obligauerat, authoritate Dei & Sancti Petri abſoluit.*

668 Ado in Chronic. circiter an. D.877. *Ioannes Papa in Gallias venit, & apud ciuitatem Trecas habuit Synodum Epiſcoporū*, vbi diploma illi (vt eſt apud Aimoinum lib.5.c.37.) in hæc verba porrectū eſt. *Domine ſanctiſſime, ac Reuerendiſſime Pater Patrum, Ioannes Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ (ſanctæ videlicet Ro-*
669 *manæ primæ Sedis) Papa, nos filij, famuli, ac Diſcipuli veſtræ authoritatis Galliarū & Belgicarū Epiſcopi, his quæ ſuper vulnera dolorū veſtrorum maligni homines, ac miniſtri diaboli addentes in ſanctam matrem noſtram, ac magiſtram omnium Eccleſiarum commiſerunt, compatimur, & dolori veſtro conſentes condolemus: atque iudicium veſtræ authoritatis (quod priuilegio B. Petri & Sedis Apoſtolicæ, in eos & complices eorum iuxta ſacros Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos, ac ſecundum eiuſdem S. Romanæ Sedis Pontificum prædeceſſorum veſtrorum Decreta protuliſtis) voto, voce, & vnanimitate noſtra. atque authoritate ſancti Spiritus (cuius gratia in Epiſcopali ordine ſumus conſecrati) gladio Spiritus ſancti, quod eſt Verbum Dei,*
670 *eas interimētes perſequimur: ſcilicet, quos ſicut prædiximus, excōmunicaſtis, excōmmunicatos tenemus, & quos regulariter ſatisfacientes veſtra authoritas & Apoſtolica Sedes receperit, recipiemus.* Hæc Epiſcopi Galliarū.

671 Adrianus tertius ad Senatum & populum Romanum tulit, *ne in creādo Pontifice Romano Imperatoris authoritas expectaretur*, vti Platina in vita eius atteſtatur. Neque hoc ita eſt accipiendum, velut creatio Pontificis Romani, ſemper antea per Imperatorem confirmari debuerit: ſed eam poteſtatē Græci tantùm Imperatores à Iuſtiniani demùm ſæculo ſibi ſumpſerunt, poſtquàm à Romani Pontificis potentia timere ſibi cœperant. Intererat quippe ipſorum, vt tantæ ciuitatis tantum Pontificem ſaltem in ciuilibus cauſis non haberent ſibi aduerſarium. Nam in Eccleſiaſticis cauſis quicunque Imperatores ſemper experti ſunt eam Sedis Apoſtolicæ reprehenſionem, quæ Chriſti Vicarium decebat. Nunc igitur creatio Pontificis ad eam libertatem reuertitur, qua ante Iuſtinianum Romani vtebantur: & Eccleſia Romana ab illa ſeruitute eruitur, quam Gregorius Magnus (vt à me antea notatum eſt) in 4. Pſalmum Pœnitentialem, *Dominæ Gentium* iniquè impoſitam fuiſſe, conqueritur.

Rhegino an. Dom. 895. Synodus apud Triburias 26. Epiſcoporum celebrata eſt. Tomo autem 3. Con-
672 ciliorum in Triburienſis Synodi Epiſtola prælocutiua (vt vocāt) legimus, *Decreta Apoſtolicorum Romanæ Sedis eadem in loco haberi, quo habita ſunt Niceni Concilij ſtatuta.*

673 Rhegino an. Dom. 896. *Arnulfus à Formoſo Apoſtolicæ Sedis Præſule ante confeſſionem S. Petri coronatus, Imperator creatus eſt.* Et an. Dom. 898. Ludouicus, fugato Berengario, Romæ à Summo Pontifice coronatus Imperator appellatur.

De geſtis Formoſi Papæ.

674 Luithprandus Ticinenſis, rerum per Europam geſtarū lib.1.c.8. *Formoſus Papa religioſiſſimus à Romanis vehementer affligebatur, cuius & hortatu Rex Arnulphus Romam aduenerat, in cuius ingreſſu, vlciſcēdo Papæ iniuriam, multos Romanorum Principes decollari præcepit.* Paulò autem pòſt appellat Romanū Pon-
675 tificem *Apoſtolorum Vicarium*, eiuſq́; Sedem vocat *Romanam vniuerſalem Sedem.* Idem lib.3.c.13. fatetur
676 *Petrū Rauennatis Sedis Archipræſulem, debitæ ſubiectionis officio Ioannē quendā ſuæ miniſtrū Eccleſiæ, Romā*
677 *ſæpius Domino Papæ direxiſſe: eūdemq́; Ioannē (Petro defuncto) Rauēnatis Eccleſiæ Epiſc. Romæ ordinatū eſſe.*

Formoſus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anno Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
872	Idem Hadrianus.	*Lot. Carolus 2. Caluus. an. 6.*
	110. Ioannes 8. Romanus, ſedit ann. 10. d. 2.	*Lot. Carolus 3. Craſſus an. 12*
		Græ. Leo. 6 an. 18.
882	111. Martinus, Tuſcus, ſedit an. 1. m. 1.	*Lot. Arnulphus an. 12*
884	112. Hadrianus 3. Romanus, ſedit an. 1. m. 3 di. 19.	*Lot. Ludouicus 3. an. 6 aliàs 10. transfertur Imperium ad Longobardos apud Italos.*
885	113. Stephanus dictus v. Romanus, ſedit an. 6. d. 9.	
891	Formoſus, Portuenſis, ſed an. 4. m. 6. d. 15.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Schiſmate Græcorum.

Tunc demum acceſsit quarta, & ea fortè omnium grauiſsima huius defectionis cauſa, videlicet, quòd Pontifex Romanus Græcorum Imperatores ob hæreſim vrbis Romæ Imperio, ac magna parte Italiæ priuaſſet. Vnde poſt ſextam Synodum magis indies ac magis ceſſarunt Orientales Apoſtolicam Sedem conſulere. A 6. Synodo (inquit Nicolaus magnus & primus in Epiſt. ad Michaëlem Cõſtantinop. Imperatorē) *Imperatores aut hæretici, aut (licet perpauci) Catholici fuerunt. Et hæretici quidem, ſi mittere ad nos dedignati ſunt, non eſt mirum. Nouerunt enim, per gratiam Dei nos nunquam penitus ſibi ſociaturos. Catholici verò noſtrum præſidium quæſierunt, ſicut Synodus ſub Conſtantino & Irene facta indicat.*

De Schiſ-

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Deinde etiamſi Græci & Latini omnino inter ſe pares extitiſſent, tamen in eo ſuperiores erãt Latini, quòd non omnes Græci aut ſimul, aut vnquàm ab eis defecerunt. Etenim Patriarchæ Alexãdrinus, Antiochenus & Hieroſolymitanus etiam illo tempore cum Eccleſia Romana communicârunt, quo Epiſcopi Conſtantinopolitani ab ea ſeſe diuiſerant, id quod tùm aliunde (vt in ijs, quæ in hoc libro ſcripſimus, apparet) tùm ex eo inſigniter elucet, quod Antiochenus Epiſcopus (vt conſtat ex ijs, quæ ſub Leone Papa nono, in 3. Tom. Conciliorum extant) fidem ſuam vnà cum literis ſynodalibus ad Leonem nonum tranſmiſit eo tempore, quo Michael Conſtantinopolitanus & Acridanus Bulgarorum Epiſcopus vel maximis contumelijs Eccleſiam Romanam affecerunt. Nec verò vnquam ſimul omnes Græci ab Eccleſia Romana defecerunt. Præterea quoties vel ſponte ſua, vel ab Imperatoribus coacti, Conſtantinopolitani & reliqui Græcorum Epiſcopi ad Romanam Eccleſiam ſe contulerunt, tùm priuatim, tùm publicè in Lateranenſi, Lugdunenſi, & Florẽtina Synodo? Illud etiam ſingulari animaduerſione obſeruandum puto, quod cùm Græci octo Synodos Oecumenicas intra quadringentos annos (à Nicæna initio facto) in Oriente celebratas viderint (quamdiu videlicet cum Eccleſia Romana conſenſerunt) tamen nec vnam, quæ vel nomen Synodi falsò habeat, per hos annos ſeptingentos ibi celebrare potuerunt, poſtquàm à Latina Eccleſia ſeparati ſunt.

Accedit

Formoſus à Ioanne 8. degradatus, cùm iuraſſet, ſe Romam non rediturum, atque etiam promiſiſſet, ſe perpetuò manſurum in ſtatu laici: poſtea Romam rediens, & pēr Martinum Papam (vt Sigebertus ait an. Dom. 900.) *à periurio abſolutus, factus eſt Pontifex*. Hinc nonnulli falsò dicebant, Formoſum non potuiſſe quenquàm ordinare. Vndè Stephanus Septimus ordinatos à Formoſo (vt ait Sigebertus anno Dom. 903.) *per vim exordinat*, cùm alij *ſaniore iudicio prediti reclamarent, qualiſcunque fuerit Formoſus, tamen propter ſacerdotalis officij dignitatem & fidem eorum, qui ordinati fuerant, conſecrationes eius ratas eſſe*
678 *debere*. Itaque Theodorus Papa violentum illud Stephani Decretum irritum faciens, reconciliauit ordinatos à Formoſo. Ioannes etiam nonus (teſte Sigeberto an. Dom. 903.) *In Synodo Epiſcoporum 74. præſentibus Francorum Archiepiſcopis, & Rege, apud Rauennam Formoſi ordinationes confirmauit.* § Hoc igitur notatu dignum eſt, illam non fuiſſe legitimam Synodum, quæ à Stephano cõtra Formoſi ordinationes habita eſt: verùm ea demùm cenſeri legitima Concilia, in quibus Epiſcoporum ſententiæ non per vim extorquentur (vt à Stephano factum erat) ſed liberè & more Maiorum dicuntur. Pontifex verò, qui vel minas, vel blanditias in decernendo adhibet, non tam decernit in legitimo fratrum cõuentu quid iuſtum ſit, quàm præiudicatæ opinioni ſuæ quoquomodo ſatisfacit. Nec vnquàm vllus Pontifex Romanus ita in facto publico errauit (facti enim erat, & non iuris, vt aliquid Synodo reclamante velut Synodicum decerneretur) quin mox alij Pontifices Romani ſe velut muros oppoſuerint pro fidei veritate & domo Domini.

Quòd Eccleſia Romana omni tentationum genere probata, in omnibus victoriam conſecuta eſt.

Sedes Romana vix vnquàm hactenus à Tyrannorũ perſecutionibus libera fuit. Primis enim trecentis annis à Principibus Babylonis, hoc eſt, ab Imperatoribus Romanis, adhuc infidelibus, perſecutionẽ paſſa eſt vſque ad Conſtantinum Magnum. Deinde à Conſtantio, Iuliano, & Iuſtina: pòſt autem, tam à Theodorico & alijs Italiæ Regibus, quàm à Conſtantinopolitanis Imperatoribus. Interim etiam non ceſſauit hæreticorum contra eandem Eccleſiam furor & rabies. Nec enim vllus fuit hæreticus à Simone Mago vſque ad hunc diem, qui non & ab hac Sede tandem excommunicaretur, & hanc Sedem ob eandem cauſam (quod in ſe erat) oppugnaret. Verùm illa omnium grauiſsima perſecutio extitit, qua Sedes Petri iam pacem foris ſortita, in ſeipſam arma conuertit, quod hoc potiſsimùm ſeculo eueniſſe conſtat. Hæreſes enim propè omnes iam erant extinctæ, primùm luce ipſa Catholicæ fidei, deinde potẽtia Principum Chriſtianorũ, poſtremò vindictæ Diuinæ ſeueritate, quæ Manichæorũ, Marcionitarum, Sabellianorũ, Arianorũ, Monothelitarum, Iconomachorum, & aliarum hæreſum reliquias cõuerterat in Mahometi ſectam, quæ totam fidem in Chriſtum Dei Filium abnegauit. Ac nimirum hæreſum, vt vltimus finis, ita & grauiſsima pœna eſt Apoſtaſia illa, quæ totam ſimul fidem abdicat. Porrò Imperatores Conſtantinopolitani (tranſlato iam in Occidentem Italiæ Imperio) nõ ferè ampliùs Pontifici Romano infeſti erant. Itaq; vt D. Bernardus egregiè alicubi ſcripſit, in pace Eccleſiæ, amaritudo eius amariſsima. Tunc enim Pontifices Romani, hinc quidam eorum ambitione & gloria terrena elati, inde alij zelo iuſtitiæ commoti, alij alios ita oppugnant, vt planè videas, nullum genus tentationis omiſſum eſſe, quod in illam Sedem non irruerit. Nec enim alioqui Diuinæ promiſsiones tam admirabiliter in oculis omnium completæ fuiſſent, quibus dixit: *Portas inferi aduerſus Petram à ſe conſtitutam non præualituras.* Nam ſiue per inferorum portas intelligamus tyrannidem Principum huius ſeculi, ſeu hæreſes & ſchiſmata, ſeu peccata & improbos mores, niſi ab omnibus his rebus oppugnata fuiſſet Petri Sedes, cùm tamen à nulla earum penitùs expugnari potuerit: Diuinæ promiſsionis non tam clarum & illuſtre teſtimonium ea in re extitiſſet, quàm nunc extat. Nunc autem poſt tot Imperatorum perſecutiones, poſt tot ſchiſmata domeſtica, in quibus pro gloria Romanæ Cathedræ inter ipſos Pontificẽs dimicatum eſt, poſt tot externas hæreſes, à quibus & minis, & blanditijs ea Sedes tentata eſt: tamen Cathedra & Succeſsio Petri non modò aliqua eſt, verùm etiam ſtat, floret, atque adeò regnat, cùm interim Alexãdrini, Antiocheni, Hieroſolymitani, atque etiã Conſtantinopolitani Patriarchæ (quos tamẽ ijdem Imperatores, qui Romanã Cathedram oppugnârunt, ſummis viribus euehere conati ſunt) vel prorſus nihil ſint, vel certè ita iaceant, vt in miſerrima captiuitate degant. Vnde iſte honor Cathedræ Romanæ? Nunquid ex meritis Pontificum? Non puto. Illi enim licet per octingentos ferè annos quàm optimi ſanè fuerint, tamen & hoc ipſo tempore, & ſæpe deinceps tã male meriti ſunt, vt ſi ad opera hominum reſpiceretur, illa Eccleſia in æternũ obſcuranda fuiſſe videri poſſet. Vix enim vllum peccatum (præter hæreſim) cogitari poteſt, quo illa Sedes non ſit maculata. Porrò cur in hæreſim aliquam non impegerit, nihil prorſus præter Diuinam bonitatem afferri poteſt. Cùm enim hæreſis, quæ cum cæcitate cordis coniuncta eſt, nũquàm ſit primum alicuius hominis peccatum, ſed pœna potius

na potius

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
895	115. Bonifaci⁹ 6. d.15.	Lat. Berēgari⁹ 1. an. 4.
896	116. Stephanus 7. dictus 6. Romanus, ſedit an.1.m.2. d.19.	apud Germanos
897	117. Romanus, Tuſcus, ſedit m.4.d.23.	Conradus 1. an. 7.
897	118. Theodorus 2. Romanus, ſedit d.20.	
897	119. Ioannes 9. Tiburtinus Monach⁹, ſedit an.1.d.15	
898	120. Benedict. 4. Roman. ſed. an 3.m.6. d.15.	Berēgar. 2 an. 4.
902	121. Leo 5. Forēſis, Ardeatinus, ſed.m.1. d.10.	Græ. Alexāder Conſtātin⁹ & Romanus Lacapen⁹ an. 39.
902	122. Chriſtoforus Roma. ſedit m.7.	
903	123. Sergi⁹ 3. Romanus, ſedit an.7 m 3. d 16.	
910	124. Anaſtaſius 3 Romanus, ſedit an. 2. m 1.d 22.	Apud Germanos Hērīcus 1. an.18.
912	125. Lando, Sabinus, ſedit m. 6 d. 22.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Schiſmate Græcorum.

Cùm igitur hæc ita ſe haberent, nec tamen ignorarēt Græci, Romanum Pontificem omni maiorum ſuorum memoria Eccleſiæ totius gubernatorem, & Paſtorum omnium principem habitū fuiſſe, nec deficere penitus à Romana Eccleſia (ſi tamen vnquàm penitus defecerunt) ſed nec ſatis conſtanter ab illius obedientia ſe maiore ex parte ſubducere poterant, præterquàm ſi aut verè oſtenderent, aut etiāſi falsò, tamen ſeriò ſibi perſuaderent, Romanam Eccleſiam in fide atque in Catholica doctrina errare. Cuiuſmodi autē illæ res fuerunt, quas vel tanquàm abſurdas, vel tanquàm impias Romanæ Eccleſiæ obiecerint, mox videbimus, ſi prius oſtenderim, quantis iniurijs eam affecerint, cùm ne adhuc quidem aliquid hæreticum ei poſsint opponere.

Iniuriæ

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Accedit eôdem, quòd per manifeſtā Dei vindictam ſubijciuntur iam Turcis & Mahometanis: adeo vt fidem propè vniuerſam perdiderint, & Apôſtatæ penè omnes facti ſint. Taménne tot argumentis, tot rerū̆ ſucceſsibus victi, audebunt ſeſe cùm Romana Eccleſia conferre? Aut nónne etiam indignius eſt, quòd Proteſtātes, qui fatētur, Græcos in cauſa de proceſsione Spiritus Sancti palàm erraſſe, quique eos diuino iudicio tam ſeuerè afflictos vident, tamē eoſdem & ſemper opponunt Romanæ Eccleſiæ, & interdum anteponunt? Græcos verò ab Eccleſia Latina velut non rectè ad Euangelij veritatem ambulantes, iam olim notatos eſſe, Beda teſtatur in Eccleſiaſtica hiſtoria gentis Anglorū lib. 4.cap.1. *Cùm enim Vitalianus Papa Theodorum in Tharſo Ciliciæ natū in Angliam miſiſſet, Adrianum adiunxit, qui attenderet, nequid Theodorus Græcorum more contra veritatem fidei in Eccleſiam, cui præeſſet, introduceret.* Hæc Beda. Porrò Græci magis magiſque in ſuis erroribus progreſsi, tandem à D. Bernardo notati ſunt in lib.3.de conſyderatione ad Eugenium his verbis: *Ego addo & de pertinacia Græcorum, qui nobiſcum* (id eſt, Chriſtianis) *ſunt, & non ſunt iūcti fide, pace diuiſi, quāquam & in fide ipſa claudicauerint à rectis ſemitis.* Denique S. Antoninus Archiepiſcopus Florentiæ in hiſtoriarum parte.3. Tit.22.c.13. §.1.2.& ſequentib. declarat & docet, principales Eccleſias Orientis, & præcipuè Conſtantinopolitanam, duodecim vicibus ſeipſas ab Eccleſiæ Romanæ obedientia ſubtraxiſſe.

na potius grauiſsimorum,quæ præceſſerunt,ſcelerum: non puto grauiora ſcelera facilè præceſsiſſe,aut
in Alexandrina,aut in Antiochena,aut in Conſtantinopolitana Sede,quàm in Romana. Ac ſanè vt ad
ſuperbiam & ambitionem accedamus (ex quibus hæreſis proximè oritur) nulla vnquàm Eccleſia tan-
tam ſuperbiendi materiam & occaſionem habuit,quantam Romana,quæ vt omniū prima meritò ſem-
per eſt habita,ſic ea ipſa dignitas in multorum Pontificum oculis nō tam boni operis,quàm fallacis ho-
noris cauſa videtur interdum fuiſſe.Cùm ergo in ſingulis aliorum Patriarcharum ſedibus non hæreti-
tici modò permulti, verùm etiam Archihæretici aliquot ſederint (Paulus Samoſatenus in Antioche-
na , Ioannes Origeniſta in Hieroſolymitana, Dioſcorus & Petrus Mongus in Alexandrina, Neſtorius
& Macedonius in Conſtantinopolitana) quî factum eſt, vt Sedes omnium prima, quæ maximè impu-
nè aberrare potuit,nullā omnino hæreſim,aut excogitauerit,aut defenderit: niſi quia Chriſtus hoc ho-
noris viſibili Eccleſiæ ſuæ delatū eſſe voluit , vt ſaltem prima Sedes in ipſa fide Chriſtiana (quæ fun-
damentum & ſubſtantia eſt omnium aliorum)non erraret?ne ſi Petra ipſa defeciſſet,reliqua exædifica-
tio tota corrueret. Omnis igitur homo(etiam Pontifex Romanus)vt mendax per naturā eſt,ita(quoad
propriam perſonam ipſius)mendax per me habeatur. Sed tamen Deus interim vſque eò verax creda-
tur,vt fateamur eum,quod res ipſa clamat,Petri Sedem & ſucceſsionem velut Petram ſolidiſsimā con-
ſtituiſſe, in quam falſa vel fidei, vel morum doctrina cōſtanter cadere nūquàm potuerit,quia Chriſtus
ipſe dixit Petro: *Ego rogaui pro te,vt non deficiat fides tua , & tu aliquando conuerſus , confirma fratres tuos.*
Sciant igitur hæretici , quòd quò plura & grauiora Pontificum Romanorum peccata enumerant , eò
fortius ſtabilitur fides noſtra. Nam prorſus fieri non poſſet,vt poſt tot ſcelera Pontificum,tamen Pon-
tificalis authoritas per annos mille quingentos eādem perpetuò doctrinam retineret, eandemq; totius
militantis Eccleſiæ communionem in ſeipſa colligeret atque adunaret: niſi hoc immenſum beneficiū
à Chriſto effectum fuiſſet,qui eſt æternum totius Eccleſiæ ſuæ Caput, quique per miniſterium Pōtifi-
cis,Eccleſiæ ſuæ corpus in vnitate fidei ac doctrinæ conſeruat & confirmat. Illud etiam omni ani-
maduerſione dignum eſt,quòd nulla vnquàm Pontificum Romanorum ſcelera efficere potuerunt,quo
minus tota Catholica Eccleſia cum Petri Sede per omnes ætates communicaret , nec vnquàm Ca-
tholica Eccleſia eum , quem conſtabat Pontificem iure eſſe, aut excommunicauit, aut ſpreuit , ſed ad
eius cognitionem grauiſsima quæque negotia ſemper detulit.

679 Polydorus Angl. hiſtor. lib. 6. Cùm Edouardus bello nimis intentus nouos Epiſcopos præfici non
curaret,Ioannes 10.Pontifex Romanus per literas Regi minatus eſt , *ſe illum vna cum populo Religionis*
hoſtem denunciaturum,niſi negligentiam reſarciret. Rege igitur hortante, Pleimundus Cātuarienſis Archiepi-
ſcopus primùm creat plures Epiſcopos,deinde purgandi ſui cauſa Romam profectus,Pontificem placauit.

Aeneas Syluius cap.13.hiſtoriæ Bohemicæ. *Cyrillus Morauorum Apoſtolus,Baptizato Suatocopio Re-*
ge, Morauis Chriſtiana ſacra crediderat,multaſq; alias Sclauorum gentes ad fidem Chriſti conuerterat. Refe-
680 *runt Cyrillum,cùm Romæ ageret,Romano Pontifici ſupplicaſſe,vt Sclauorum lingua,eius gentis hominibus,quā*
baptizauerat,rem Diuinam faciens vti poſſet . De qua re dum in ſacro Senatu diſceptaretur, eſſentq; non pauci
contradictores ,auditam vocem tanquàm de cœlo in hæc verba miſſam :Omnis ſpiritus laudet Dominum, & om-
nis lingua confiteatur ei.Indéque datum Cyrillo indultum. Nec quenquàm hæc res moueat,velut diuinitus
iam reuelatum ſit,ſacra officia in vulgari lingua celebrari poſſe. Nam vt hoc vltrò fateamur,ita ne hîc
quidem dicitur,aut ſacra Officia tantùm in vulgari,aut melius in vulgari, quàm in ſacra lingua peragi.
Adeò vt quacunque in lingua Cyrilli ætate, vel in Morauia,vel etiam Bohemia ſacrum ab ipſo factum
ſit,certiſsimò conſtet, poſtea Latinam linguam in iiſdem locis generaliter ad ſacros vſus accommoda-
tam eſſe . Neque verò eadem ratione agitur cum Neophytis, & cum iis, qui plenè ſunt edocti fidem
Chriſti . Quod verò ad noſtrum propoſitum attinet,hinc perſpicitur , *Apoſtolicam Sedem* pro Matre
& Capite reliquarum Eccleſiarum tā à Cyrillo , quàm ab ipſa gente Morauorum & Bohemorum agni-
tam fuiſſe . Nam in Romanæ Eccleſiæ ſancta communione Vinceſlaus Rex Bohemorum & ſanctè vi-
xit,& Martyr ad poſtremum effectus eſt. Imò etiam Angelica vox illa,quæ de cœlo ſonuit, ſatis mani-
feſtè ſignificauit , nec ſacra in Eccleſia Occidentali abſque venia Pontificis Romani aliter quàm in Sa-
cra lingua ritè atque ordine celebrari poſſe , & penes Pontificem Romanum eſſe , vt is pro temporis &
loci opportunitate in ea re diſpenſet, ac ius ex bono & æquo dicat.

681 Aeneas hiſtoriæ Bohemicæ cap.16. *Boleſlai Bohemorum Regis ſoror Milada cùm Romam orationis cau-*
ſa petiuiſſet,à Ioanne Pontifice maxima excepta,ipſius authoritate Monaſterium S.Georgij in arce Pragenſi cō-
ſtruxit,ibiq; ſacerdos (id eſt, Monialis) *conſecrata eſt. Eadem quoque S.Viti ædem à Venceſlao fundatam in*
Pontificalem leuari obtinuit.

682 Schafnaburgenſis anno D. 948. Synodus Ingelheim congregata eſt, *cui Marinus legatus Apoſtoli-*
cus præſedit.

Sigebertus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
913	126. Ioannes 10. Romanus, ſedit an. 15. m. 2. d. 15.	Lat. Hugo. an. 10
928	127. Leo 6. Romanus, ſedit m. 6. d. 15.	
928	128. Stephanus 8. dictus 7. Romanus, ſedit an. 2. m. 1. d. 15.	Berēgarius 3. an. 11.
930	129. Ioannes. 11. Romanus, ſedit an 4. m 10. d. 15.	
935	130. Leo ſeptimus Romanus. ſedit an. 3. m. 6. d. 10.	
939	131. Stephanus 9. dictus 8. Romanus, ſedit an. 3. m. 4. d. 15.	Lotharius 2. an. 2.

☞ *Hæretici & Pſeudopropheta.*

Iniuria Græcorum & Contumelia in Eccleſiam Romanã.

Latina lingua reprehenſa.

a Michael Theophili & Theodoræ filius Conſtantinopolis Imperator cum Ignatium Patriarcham iniuſtè deponendum curaſſet, ob eamque rem à Pontifice Romano iuſtè reprehenſus eſſet, eo inſaniæ prorupit, vt *linguæ Latinæ iniuriam irrogans*, in Epiſtola ſua eam appellaret Barbaram & Scythicam.

Eccleſia Latinorum clauſa.

b Sub Conſtantino Monomacho Græci Conſtantinopolitani omnes Latinorum Eccleſias, quæ penes ipſos erant, clauſerunt, & Monachis Monaſteria abſtulerunt, niſi Græcorum viuerent inſtitutis.

Sacri-

✠ *Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

a Nicolaus primus in Epiſt. ad Michaëlem Conſtantinop. Imperatorem. *O furorem, qui nec linguæ nouit parcere, quam Deus fecit! Et quæ inter cæteras, in nomine Domini, hortante Apoſtolo, confitetur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris: & quæ cum Hebræa atq; Græca, in titulo Domini à reliquis diſcreta, inſignem principatum tenens omnibus notionibus prædicat Ieſum Nazarenum Regem Iudæorum.* (Et pòſt.) *In principio Epiſtolæ veſtræ, Imperatorem vos nũcupâſtis Romanorum, & tamen Romanam linguam Barbaram appellare non veremini. Ecce quotidie, imò verò in præcipuis Feſtiuitatibus, inter Græcam linguã veluti quiddam pretioſum, hanc, quam Barbaram & Scythicam linguam appellatis, miſcetis.* (Et pòſt.) *Iſtius enim dictione linguæ Conſtantinopolitana Eccleſia lectionem Apoſtolicam & Euangelicam in ſtationibus fertur primitus recitare, ſicq; demum Græco ſermone, propter Græcos vtique, ipſas lectiones pronunciare.*

b Leo nonus Pontifex Romanus in Ep. ad Epiſcopum Conſtantinopol. Michaëlem & Achridanum Bulgarorum Epiſcopum c. 29. *Ecce in hac parte Romana Eccleſia quantò diſcretior, moderatior & clementior vobis eſt? Siquidem cùm intra & extra R. mam plurima Græcorum reperiantur monaſteria ſiue Eccleſiæ, nullus eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur à paterna traditione ſiue ſua conſuetudine: quin potius ſuadetur & admonetur eam obſeruare.* Scit namque, quia nil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines, quando vna fides per dilectionem operans bona, quæ poteſt, vni Deo commendat omnes.

Sigebertus an. Dom. 942. *Ad Marinum Papam Waldricus Romam veniens, ab eo cognouit, ſe futurum Epiſcopum Auguſtæ Vindelicorum, quod poſt annos quindecim factum eſt.*

Saxo Grammaticus hiſtor. Danicæ lib. 9. *Frotho apud Angliam ſolennibus aquis humectatus, priuatam ſa-*
683 *lutem ſuam in publicam exuberare cupiens, ab Agapeto, qui tunc ciuitatis Romanæ ſacris præerat, Daniam diuinitus erudiri petiuit. Sed fatis ſuis Romanæ Legationis præcucurrit aduentum.*

Abbas Vrſpergenſis in Chron. *Otto à Ioanne Papa literis ſuppliciter exoratus, quatenus pro amore Dei ſanctorumq; Apoſtolorum Petri & Pauli Romanam Eccleſiam ex faucibus Berengarij liberaret, collectis copijs in*
684 *Italiam veniens, ab eodem Apoſtolico Ioanne Imperiali vnctione, & benedictione ſublimatus, Imperator & Auguſtus eſt appellatus.*

685 Luithprandus Ticinenſis lib. 6. rerum per Europam geſtarum cap. 6. *Otto à ſummo Pontifice & vniuerſali Papa Ioanne vnctionem ſuſcepit Imperij.*

686 Blondus Decadis 2. lib. 3. *Ioannes Pontifex Capuanam Eccleſiam ob Pandulfi Principis merito Metropolitanam fore conſtituit.*

Otto Friſingenſis lib. 6. cap. 22. Otto Rex à Summo Pontifice Ioanne ac toto populo ſuſceptus, applaudentibus cunctis, Imperatoris & Auguſti nomen ſortitur. Et cap. 23. Idem Otto audiens, eundem Ioannem Papam in partes Alberti & Berengarij inclinaſſe, cùm prius abſentem vocaſſet, *collecta Synodo*
687 *Epiſcoporum, Leonem ei in Pontificatu ſubſtituit.* Quod factum Otto Friſingenſis modeſtè notans, *quæ omnia* (inquit) *vtrùm licitè, an ſecus facta ſint, dicere, præſentis nō eſt operis.* Et cap. 24. Cùm Otto diſceſsiſſet, Romani pulſo Leone, Ioannem reſtituunt, eidemq; poſtea mortuo, Benedictum ſubſtituūt. Verùm Otto armis eos coëgit, vt Leonem, quem ipſi antè (vt Rhegino teſtatur) elegerant, Pontificem agnoſcerēt.

§ Inter cætera, quæ Deus miris modis in Beati Petri Vicarij ſui Cathedra ſtabilienda operatus eſt, nec illud prætermittendum videtur, quòd cùm *Papa iſte Ioannes* multò nequiſsimus eſſet (vt tam ex Luithprandi Ticinenſis, quàm Platinæ verbis conſtat) ob eamq; cauſam à ſubditis, vt ſe corrigeret, admoneri quidem ſeriò deberet, deponi tamen ab officio non poſſet (quia nemo ſummam Sedem, excepta hæreſis cauſa, rectè iudicat) cumque nihilominus prudens & pius Imperator Otto Dei zelo motus, ſed Eccleſiaſticarum legum non ſatis peritus, in Synodo Romana Ioannem à Sede ſua remouere, aliumq; ſubſtituere conaretur, quæ res maximi ſchiſmatis occaſio futura erat, alijs legitimum, licet improbum Pontificem ritè creatum agnoſcentibus, alijs verò eundem ob immania crimina velut ritè depoſitum nihili æſtimantibus: cùm hæc, inquam, ita ſe haberent, Deus, qui ſolus ſummi Iudicis Iudex eſt, Papam Ioannem ſubitò in medijs ferè turbis ex hac vita ſuſtulit, vacuumq; eius locum nouo Pontifici reliquit. Nec iſta ſolùm ratione conſuluit Eccleſiæ ſuæ, ſed prætere cùm *Benedictus* in locum Ioannis à Romanis ſurrogatus eſſet, Leone Octauo iam prius ad eam dignitatem, dum viueret adhuc Ioannes, minus legitimè aſſumpto, cumq; & Imperator, & Synodus Leoni, populus autem Romanus Benedicto ſtuderet: Deus etiam huic morbo duplicem medicinam fecit, vnam ex perſona ſumptam, quòd *Benedictus*, qui antè conſenſerat in Leonem, eo ipſo electioni ſuæ præiudicaſſe videbatur: alteram ex ipſa rei natura petitam, quòd idem Benedictus (authore Luithprando, qui tunc vixit, in fine lib. 6. cap. 11.) *ſponte ceſſit iure ſuo, ad Domini Leonis Papæ, ipſiuſq; Imperatoris pedes ſe abijciens, & pallium ſibi auferens, idq; cū Pontificali ferula, quam manu geſtabat, Domino Leoni Papæ in præſentia Synodi reddens.* Ita & pium Imperatoris totiuſq; Synodi ſtudium Deus à ſchiſmatis horrendo ſcelere cohibuit, & duos Pontifices, qui nullius hominis authoritate iuſtè remoueri poterant, ſua poteſtate remouit, alterum ex hoc mundo euocans, alteri humilitatis donum, vt officio ſuo cederet, infundens. Nec mihi opponat quiſquàm, hinc ſaltem probari, quòd Synodus Epiſcoporum errare poſsit. Nec enim legitima Synodus fuit, quæ celebrata eſt contra voluntatem eius Pontificis, à quo præcipuè tùm omnes Synodi confirmantur, tùm illæ potiſsimùm, quæ vel de cauſa fidei, vel de Epiſcoporum depoſitione tractant. Quibus ita conſtitutis, hoc eſt, & Ioanne iam mortuo, & Benedicto cedente: meritò Luithprandus de Papa Leone ita ſcripſit in vita Othonis primi, quæ iam habetur in fine lib. 6. rerum per Europam geſtarum: *Leo* (inquit) *vene-*
688 *rabilis in Sede B. Petri Apoſtolorum nunc Vicarius.*

Staniſlaus Orichouius Roxolanus in Chimæra. *Admonitu piorū virorū quorūdam, Mieſcone Monarcha, cùm audiuiſſemus, eſſe ciuitatem quandā Dei, cuius Antiſtes eſſet Romanus Petrus, penes quem authoritas eſſet ſumma, ex ſeruitute Diaboli in libertatem Chriſti homines vindicandi: ab hoc ipſo iſtius ciuitatis Antiſtite, Mieſcone Monarcha, opem aduerſus Diaboli vim implorauimus. Itaque Ioannes 13. Vicarius Ieſu Chriſti, Simonis autem Petri Succeſſor, exoratus à Monarcha, Senatu ac populo, doctiſsimos viros Italos, videlicet*
689 *Villibaldum, Procherium, Iordanum, Gaufridum, Lucidum, Angelotum, Octauianū, Iulinum ad nos Vandalos ac Lechitas doctùm miſit, qui & Mieſconem Monarcham, & genus noſtrum illi ſubiectum Sacri Baptiſmatis vndis ab originali culpa abluerent, & ex ciuitate Diaboli ablutos ac mūdatos, in ciuitatem Dei transferrēt,*

in Chriſtiq;

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
942	132 Marinus 2. Romanus, ſedit an.3.m.6 d.14.	
946	133. Agapetus 2. Iunior Romanus ſedit an.9.m.7. d.10.	*Berẽgarius 4. cũ Alberto filio an. 11.*
956	134. Ioannes 12. Romanus, ſedit an.8.m.4 d.6.	*Trãſfertur Imperiũ ad Germanos.*
963	135. Benedictus 5. Romanus, ſedit 1 m.6.	*Græ. Romanus, an.15.*
964	136. Leo 8. Romanus, ſed. an.1.m.3. d.12.	*Lat. Ottho. 2. an.12.*
	137. Ioannes. 13.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Sacrificium & Baptiſmus Latinorum pro immundo habitus.

e Si quando Sacerdotes Latini ſuper eorum celebraſſent Altaria, non prius ipſi ſacrificare volebant in illis, quàm ea, tanquàm per hoc inquinata, lauiſſent. Baptizatos etiam à Latinis rebaptizare præſumebant. In Concil. Lateran. cap. 4.

Tranſitus Latinis in Terram ſanctam inhibitus.

d Alexius primus Imperator Conſtantinopolis, fœdere cum Turcis icto, & Nicæa Solimanni filijs reddita, cuſtodias ad prohibendum tranſitum peregrinis (ex Occidente venientibus) terra, mariq́ue conſtituit: Babylonicum Regem contra Latinos (in Terra Sancta bellum Domini gerentes) frequentibus nuncijs animauit. Vrſpergenſ. in Chron. an. Do. 1106. Nicetas etiam Choniates in libro 1. rerum à Manuele Conneno geſtarum fatetur, eum Latinos in Syriam euntes ferro, fraude, veneno perſecutum eſſe, calce in farinam iniecta.

De Græcorum erroribus.

e In fermentato pane conſecrantes, appellarũt Latinos Azimitas, & eos anathematizauerũt, eò quòd de pane Azimo Chriſti corpus conficerent. Addebant etiam

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

c Concilium Lateranenſe ſub Innocentio tertio (cui præter Patriarchas Conſtantinopolitanum & Hieroſolymitanum, interfuerant Prælati mille ducenti & amplius) c. 4. *Licet Graecos in diebus noſtris ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ reuertentes, fouere & honorare velimus, mores ac ritus eorum, in quantum cum Domino poſsimus, ſuſtinendo: in his tamen illis deferre nec volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Eccleſiaſticæ derogent honeſtati.* (Et pòſt.) *Volentes ergo tantum ab Eccleſia Dei ſcandalum amouere, ſacro ſuadente Concilio, diſtrictè præcipimus, vt Altaria (in quibus Latini celebrârunt, lauare, & baptizatos ab illis, rebaptizare) de cætero non præſumant, conformantes ſe tanquàm obedientiæ filij Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matri ſuæ: vt ſit vnum ouile, & vnus Paſtor. Si quis autem quid tale præſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus, ab omni officio & beneficio Eccleſiaſtico deponatur.*

d Gulielmus Nubrigenſis rerum Anglicarum lib. 4. c. 13. Græci cùm ſint Chriſtiani, non ſecus, imò plerumque etiam ferocius, quàm Saracenos, abominari Latinus noſcuntur. Cumq́; Imperator Latinus (Fredericus) à Græco, Chriſtianus ſcilicet à Chriſtiano, per nuncios peteret, (quod olim Iſraël ſub Moyſe petierat ab Edõ Amorræo) obſecro te, inquiens, vt tranſire mihi liceat per terram tuam: Græcus ille impio regi ſimillimus, & Saladino, quàm Chriſto fidelior, concedere noluit, vt Chriſtianus exercitus ſimpliciter tranſiret per fines ſuos.

e Leo nonus in Epi. poſteriore ad Michaëlem Cõſtantinop. Epiſcopũ. *Chriſtus, qui nõ venerat ſoluere Legẽ, ſed adimplere, iuxta ipſius Legis præceptũ, ex azymis et vino vetus Paſcha adimplens, & protinus ex azymis & vino nouum (ſicut apertè Lucas narrat) Diſcipulis tradidit. Neque enim totis octo diebus illis fermẽ-*

in Chriſtiq́ Eccleſiam dicarent. quod etiam eſt factum. *Nam illi viri ſanctiſſimi Vandaliam,ſiue tu malis Polonicam dic,ingreſſi, prædicabant nobis Chriſtum,& gratiam eius,qua nos in communionem ſuorum Deus conuocauerat,celebrabãt:homines turmatim ad flumina confluentes baptizabant,Idola ex Vandalia exterminabant.*

Rhegino an. Dom. 967. Otto Imperator apud Rauennam Paſcha celebrans cum Domino Ioanne Papa, plurimos ibi ex Italia & Romania Epiſcopos coadunauit,& habita Synodo, multa ad vtilitatem Sanctæ Eccleſiæ adinuenit, & *Apoſtolico Ioanni vrbem & terram Rauennatium, aliáque complura multis*
690 *retro temporibus Romanis Pontificibus ablata, reddidit.*

Polydorus Angl. Hiſtor. lib. 6. Edgarus Rex rogatu Dunſtani, Etheluoldi & Oſualdi (qui erant
691 ſanctiſsimi Epiſcopi) *à Ioanne 13. Romano Pontifice obtinuit, vt ſecularibus Presbyteris eiectis, liceret Monachos in eorum loco ſtabilire.*

Martinus Cromerus de rebus Polonorum lib.3. ſub Mieciſlao primo Polonorum Chriſtiano Principe, *ad Diœceſes Epiſcopis, & Prouincias Archiepiſcopis diſtribuendas, & Baſilicas dedicandas, Ægidius Car-*
692 *dinalis Epiſcopus Tuſculanus Ioannis decimitertij Pontificis Maximi Legatus præfuit: qui primos Archiepiſcopos & Epiſcopos Italici, nonnullos etiam Gallici, & Germanici generis fecit.* § Putârim hæc ſerius aliquâtò ſub Ioanne 16. aut etiam 17. contigiſſe. Verùm & nomina horum Pontificum,& tempora vſqueadeo ſunt confuſa & perturbata (vt Blondo etiam atteſtante Decadis 2. lib.3.) vix ſcias, quam rationem inire oporteat. Nam quem Platina Ioannem decimumoctauum numerat, eundem ipſe fatetur, nullo in loco numerandum fuiſſe, quia tempore Gregorij quinti per factionem Pontificatum occupauit. Quod idem de multis alijs Pontificibus cenſeri poteſt, vt non multùm referat, de ordine ac numero eorum; qui eiuſdem nominis fuerunt, contendere, modò conſtet de reipſa. Conſtat verò ex Cromeri, Bonfinij,& Platinæ teſtimonijs, Vngaros à Romano Pontifice tùm Regiæ coronæ ius, tùm Sedis Metropolitanæ honorem petijſſe, atque impetraſſe.

693 Creſcentius Numentanus (vt eſt apud Blondum Decad.2.lib.3.) qui ſe Cõſulem Romanum fecerat, *Ioannem decimumquintum (qui Othonem 3. ad opem Sedi Apoſtolicæ ferendam inuocauerat) debita veneratione proſecutus eſt, in faciémque cernuus pedes oſculatus.*

AEmilius de geſtis Francorum li.3. *Cùm Arnulfus Rhemorum Archiepiſcopus in Synodo Epiſcoporum, re-*
694 *clamante vno Seuino Senonum Archiepiſcopo, Sede ſua eiectus eſſet: Ioannes Pontifex Maximus Leonem in Franciam Legatum miſit, qui cognita cauſa, Concilij acta reſcidit.* Idem traditur apud Aimoinũ lib.5. ca.45.

Cromerus lib.3. de rebus Polonorum. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus, cùm apud ſuos admonitioni-
695 bus nihil proficeret: *Romam primùm, ac deinde impetrato à Pontifice Maximo commeatu, in Vngariam profectus eſt.* Vbi Stephanum Regis filium vel baptizauit, vt volunt quidam, vel baptizatum antè cõfirmauit. Inde Poloniam venit, vbi Gneſnenſis Archiepiſcopatus ei defertur. Denique (vt etiam Otto Friſingenſis lib.6. cap.26. ait) in diebus Ottonis tertij B. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus prædicans Prutenis, martyrio coronatur anno Dom. 997.

A Gregorio quinto ex Ottonis Imperatoris aſſenſu, ſeptem ex Germaniæ Principibus conſtitutos eſſe, qui Imperatorem eligerent, recentiores Hiſtorici paſsim tradunt, Blondus Decad. 2. lib.3. Platina in vita Gregorij quinti, Aeneas Syluius in Epitome Blondi, Cromerus de rebus Polonorum,& alij alibi. Verùm id valdè admiratur Onuphrius, quî factum ſit, vt inter tot Hiſtoricos, qui eo ferè tempore in Germania floruerunt, de tanta re prorſus nulla fiat mentio. Silet hac in parte Sigebertus, Otto Friſingenſis, Schafnaburgẽſis, Vitichindus, Luithprandus,& Aimoini appendix. Sabellicus dubitat de re tota Aeneadis 9. li.2. Auentinus etiam aliter ſentire videtur. Onuphrius ergo negat, vllum tale Decretum Gregorij quinti ætate factum eſſe, in libro *de Imperatorijs Comitijs.* In omnibus autem controuerſiis longè quidem probabilior eſt ſententia communis: præſertim cùm Onuphrij opinio veterum Hiſtoricorum obſcuro potius ſilentio, quàm expreſſa authoritate nitatur.

In electione autem Philippi Regis, & Ottonis quinti, quæ longè poſt Gregorium quintum facta eſt, Ioan. Tritemius ita teſtatur, plures quàm ſeptem Principes ius ſuffragiorum conſecutos eſſe: vt tamen tam Andernaci, vbi Philippus, quàm Erfordiæ, vbi Otto electus eſt, primæ fuerint penes Archiepiſcopos & Ducem Saxoniæ. Apparet, Epiſcopos, Comites, & alios nobiles in curiam Generalem (ſic enim vocat) conueniſſe. Ex altera verò parte Henricus Oſtienſis Cardinalis, qui floruit circa annum Domini 1240. dum epiſtolam Decretalem Innocentij tertij explicat (quæ extat ſub tit. de electione c. Venerabilem) ſeptem Principum meminit, qui ius eligendi Cæſarem ante ipſius ætatem habuerint. Recentior quidem eſt Aluarus (ſed & ipſe abhinc annis ducẽtis & quadraginta vixit) qui de planctu Eccleſiæ lib.1. c.41. dicit, eam electionis formam, quæ tam ſua, quàm noſtra ætate in vſu eſt, inſtitutam eſſe à Gregorio quinto. *Iſta* (inquit) *electio incepit anno Domini 1030. & perſeuerabit, quantum Eccleſia Romana permiſerit, cuius eſt regna transferre, & Principes de ſua Sede deponere.* § Vtcunque ſit, cùm ex omnium Authorum

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*		
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
965	Idem Ioannes 13. Romanus, ſedit an. 6. m. 11. d. 5.	
		Lat. Ortho. 3. an. 17.
972	138. Benedictꝰ 6. Rom. ſedit an. 1. m. 6.	Græ. Nicephorus Phocas an. 10.
	139. Donus 2. Roman.	
974	140. Bonifacius 7 Romano. ſed. an. 1. m. 1. d. 12.	
975	141. Benedictꝰ 7. Rom. ſedit an. 9. m. 1. d. 11.	
984	142. Ioannes. 14. Papienſis, ſedit m. 8.	Græ. Iohannes Zimiſces. an. 6.
985	143. Ioannes. 15. Romanus, ſedit an. 9. m. d. 10.	
995	144. Ioannes 16. Romanus, ſedit m. 4.	Græ. Baſiliꝰ & Conſtantinus 8. an. 53.
	145. Gregorius 5. Saxo, an. 2. m. 1.	Lat. Otho 4. an. 18.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

etiam Græci, fermentatũ panem fuiſſe, quo Dominus Apoſtolis ſuis Corporis ſui myſterium in cœna commendauit.

f Damaſcenus de fide lib. 1. c. 11. Ex Filio Spiritum Sanctum non dicimus, ſed ſpiritum Filij nominamus. Theophilactus in cap. 3. Ioannis. Latini male exponẽtes, quid ſit, Deum mittere Spiritum Filij ſui, vel etiã nos habere ſpiritum Chriſti, dicunt quòd ſpiritus etiã ex Filio procedat. Cæterùm eſſe ex Filio Spiritũ nulla Scriptura teſtatur, vt ne duo principia Spiritus introducamus Patrem & Filium.

g Latini (vt ibidem Theophilactus adijcit) dicunt Chriſtũ inſpiraſſe Diſcipulis, & dixiſſe: Accipite Spiritum ſanctum. At hæc quidem ridicula. manifeſtũ enim, quòd tunc illis Spiritũ ſanctum non dederit, ſed donum vnum Spiritus ſancti, remiſſionem ſcilicet peccati.

h Purgatorium ignem reiecerunt, cõtendentes, illa verba Pauli (ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem) de igne quidem, qui poſt mortem ſecuturus eſſet, verùm de perpetuo igne inferni, ac non de temporali & purgatorio quopiam igne intelligi poſſe.

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

tatum apparebat in omnibus finibus Iſraël. Anſelmus in lib. de fermentato & azimo. *Certum eſt, quia Chriſtus azimum benedixit, & melius ſacrificatur de azimo.*

f Vt antiquos Eccleſiæ Doctores prætermittã (Baſiliũ in fine lib. 2. cõtra Eunomiũ, & Epiphaniũ in Ancorato) Beda de elementis Philoſophiæ li. 1. *Spiritus ſanctus* (inquit) *à Patre & Filio procedit.* Leo nonus in Epi. ad Petrũ Antiochenũ Epiſcopũ, fidem, quã ad Sedem Apoſtolicã miſerat, approbãs, ſuamq; ſimul explicans, ita profitetur, *Spiritum Sanctũ à Patre & Filio procedere, vt Antiochenus Epiſcopus idipſum antè confeſſus videatur.* Deniq; Anſelmus doctiſsimum libellum de proceſſione Spiritus ſancti aduerſus hunc Græcorum errorem conſcripſit.

g Rupertus in Ioannem ca. 20. *Sicut non ſolùm à Patre, ſed etiam à Filio Spiritus ſanctus procedit: ſic non ſemel, ſed bis pro diuerſis effectibus dari illum oportuit. A Filio namq; in remiſſionem peccatorũ procedit, ſicut Euangeliſta manifeſtè hoc verbo expreſſit dicendo: Inſufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritũ ſanctum: Nam inſufflauit. i. de ſeipſo procedentem dedit.*

h Vt omittam Latinos Doctores, Ambroſium qui in 1. Cor. ca. 3. eius meminit, qui per ignem in die Domini fit ſaluus: & Auguſtinũ, qui in Pſal. 37. meminit ignis emendatorij, qui grauior, quàm quicquid poteſt homo pati in hac vita, & Gregoriũ Magnũ, qui maniſeſtiſsimè probat, lib. 4. Dialogorum c. 37. & 25. vtq; ad Græcos, de quibus iã agitur, accedam: apertè Ioannes Damaſc. in oratione de dormientibus ait: *Apoſtolos edixiſſe memoriã eorum, qui fideliter obdormierunt, in tremendis & vitalibus Sacramentis habendam.* Atq; idipſum docuiſſe Dionyſiũ Areopagitam, Athanaſiũ, Gregoriũ Nazianzenum in Oratione funebri ad Cæſarium, Chryſoſtomũ in Cõmentarijs Epiſtolarum ad Philipp. & Galat. ac deniq; Gregorium Niſſenũ, qui certè in oratione de dormiẽtibus, ignis Purgatorij ſæpius meminit. ¶ Ac ſanè quorum oblationes pro mortuis ab Apoſtolis inſtitutæ ſunt, niſi quia nonnulli poſt mortem in eo loco ſint, vbi orationes & Sacrificia viuentium prodeſſe illis queant?

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
998	146. Siluester 2. Aquitanus, ſedit an. 4. m. 6. d. 12.	Lat. Hēric⁹ 2. (authore Vrſpergenſi in Chronicis) an. D 1001 regnare cœpit, & regnauit an. 23. m. 5.
1001	147. Ioannes 17. Roman. ſed. m. 4. d. 23.	
1003	148. Ioannes 18. Rom. ſedit an. 5. m. 7. d. 29.	
1009	149. Sergius 4. Rom. ſedit an. 2. m. 9. d. 12.	Lat. Henricus 2. an. 14 ſecundū alios undecim Imperauit.
1012	150. Benedict⁹ 7. dictus 8. Romanus, ſedit an. 11. m. 8. d. 21.	
1024	151. Ioannes 19. Romanus, ſedit an. 9. m. 9. d. 9.	Græ. Conſtantinus ſolus an. 3. et Roman. Argiropolus an. 5.
1032	152. Benedict⁹ 8. dictus 9. Roman. ſedit an. 12 m. 4. d. 20.	Lat. Conrad⁹ 2 an. 15.
1045	153. Gregorius 6. Rauénas, ſedit an. 2. m. 7. d. 20.	Græ. Conſtantinus 9. an. 12
1047	154. Clemens 2. Saxo Germ. ſed. m. 9. d. 15.	Henric⁹ 3. an. 17

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

i Ex altera verò parte, qui id m ex Græcis putabant, etiam ignorationem ipſius fidei, per cognitionem in alio ſeculo reuelatam, in nõnullis purgari poſſe. id quod Damaſcen. in Oratione de dormientibus videtur opinari.

k Tandem verò negabant Primatum Romanæ Eccleſiæ, & Conſtantinopolitanam ei prætulerunt. Sigebertus anno Domini 1054.

l Sanctorum animas non putabant in cœlum, atque ad aſpectũ Dei ante reſurrectionem admittendas, licet beatè eos agere, & pro nobis orare, noſtraſque preces exaudire fatebantur: quanquàm ipſa opinio nec propria Græcorum fuit, nec ab illis pertinaciter defenſa eſt in Concilio Florentino.

m Græci multa alia & in Latinis deteſtabantur (vt connubia corũ, vbi cognati cognatis copulabantur, de qua re meminit Anſelmus in lib.

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

i Beda in Pſal. 37. *Domine purgatum me hic redde, vt non corripias me tunc (id eſt, poſt hanc vitam) in ira tua. Corripiuntur in ira Dei, qui ſuper Chriſtum ædificãtes, intermiſcent ligna, fœnũ, ſtipulas, id eſt, committũt quadam venialia peccata, grauiora & leuiora: & ideo neceſſe eſt, vt hi tales in ira corripiantur, id eſt, in purgatorio igne nunc interim ante diem iudicij ponantur, vt quæ in eis immunda ſunt, per illum exurantur, & ſic tandẽ idonei eſſe cum his, qui in dextra coronãdi ſunt, inueniãtur.* (Et pòſt) *Sunt* (inquit) *quidã ex Sãctis, quorũ leuia peccata igne tribulationũ, quẽ patiuntur, vel pœna mortis penitus exurit. tales ſtatim tranſeũt ad vitam æternam, ſicut è contrà quidã malorum ſtatim æternas pœnas incurrunt.*

k Leo Papa nonus in Epiſt. ad Michaelẽ Epiſcopum Conſtantinopol. & Acridanum. *Poſtquam enumeraſſes quindecim, aut eò amplius Cõſtantinopolitanos Epiſcopos, quorũ aliqui fuerunt Ariani, alij Macedoniani, Neſtoriani, Eutychiani, Monothelitæ, tandẽ oſtendis oẽs, qui Ioannẽ quẽdam ſecuti ſunt, tunc per quadringentos annos & amplius, nomẽ vniuerſalis Epiſcopi ſibi ſumpſiſſe, nec oblatũ à quoquã, nec conceſſum, imò ſub Anathematis interpoſitiõe ab Apoſtolica & prima Sede, & à ſanctis, & Orthodoxis Patribus interdictũ.* De Romana verò Eccleſia in Epiſt. ad Petrum Antiochenũ Epiſc. ſic ait: *Venerabilis & efficax Chriſti oratio* (qua rogauit, vt fides Petri non deficeret) *obtinuit, quòd fides Petri hactenus non defecit, nec defectura creditur in throno illius vſque in ſeculum ſeculi: ſed confirmabit corda fratrum varijs concutienda fidei periclitationibus, ſicut vſque nunc cõfirmare non ceſſauit.*

l In Synodo Francofordiæ ad Mænũ habita Epiſcopi Germaniæ, Galliæ, & Aquitaniæ, præſidentibus eidem Romanæ Eccleſiæ Legatis, ad Epiſcopos Hiſpaniarũ ſcripſerunt in hæc verba. *Sufficit vobis Sanctorũ Patrũ veſtigia ſequi, & illorũ dicta firma tenere fide, quorũ anima apud Deũ Dei Filiũ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ pro magno pietatis labore regnant in cœlis. Hos ergo ſequimini, vt horum doctrinis inconcuſſæ veritati inhærentes, conſortium æternæ beatitudinis, donante Chriſto, cum illis habere mereamini in cœlis.*

m Rupertus Tuitiẽſis De diuinis officijs, li. 2, c. 22. *Romana Eccleſia per Apoſtolicã fides Petrã*

Ex Ottone Friſingenſi lib.6.cap.32. Cùm tres ſimul inuaſiſſent Eccleſiæ Romanæ Pontificatũ,reli-
707 gioſus quidem Presbyter Gratianus,zelo pietatis *matri ſuæ compatiẽdo*,illis pecunia perſuaſit, *vt à Sede*
ſancta cederẽt,redditibus Angliæ relictis Benedicto,qui maioris videbatur eſſe authoritatis. Vnde ciues
Romani Gratianum velut Eccleſiæ liberatorem in ſummum Pontificem eligentes,Gregorium voca-
uerunt. Cui pòſtea velut de Simonia notato cùm Henricus Imperator Põtificatu cedere perſuaſiſſet,
Clemens in eius locum ſuffectus eſt. At Hildebrandus hominem admiratus, trans Alpes vſque ob amo-
rem inſecutus eſt.

Blondus Decad.2.lib.3. *Damaſo mortuo,Romani ab Henrico Imperatore Pontificẽ de mela conſuetudine*
petunt. Datur Bruno, qui ab Ildebrando admonitus,Papalia depoſuit ornamenta,vt Apoſtaſiæ periculũ euitaret.

Otto Friſingenſis lib.6.cap.33.Bruno,qui & Leo,authoritate Regalis excellentiæ ad Sedem B.Petri
deſtinatus fuit. Cumq; aſſumpta purpura Pontificali,per Gallias iter ageret,contigit eum Cluniacum
708 venire,vbi fortè tunc Hildebrandus Prioratus,vt dicitur,obedientiam adminiſtrabat. *Is Leonem adiẽs,*
æmulatione Dei plenus,constanter eum de incepto redarguit,illicitum eſſe, inquiens, per manum Laicam Sum-
mum Pontificem ad gubernationem totius Eccleſiæ violenter introire. Verùm ſi ſuis ſe credere velit conſilijs,
vtrumque,& quòd Maieſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, quodq́; libertas Eccleſiæ in electione Canonica
renouetur,ſe pollicetur effecturum. Inclinatus ille ad monitum eius,purpuram deponit,peregrinique ha-
bitum aſſumens, ducens ſecum Hildebrandum, iter carpit. Igitur ad Vrbem vſque venientes,*conſilio*
709 *Hildebrandi à Clero & populo Bruno in Summum Pontificem eligitur.* (Et iterum.) *Poſthac Synodus Mo-*
guntiæ celebratur in præſentia Summi Pontificis Leonis, & Imperatoris. § Hic eſt ille Pontifex, qui horta-
tu Hildebrãdi ad ſummam Præfecturã aſſumptus,Chriſtum hoſpitio ſuſcepit.Sic enim tradit Sigeber-
tus an.Dom.1048.*Bruno,qui & Leo,cùm ad capeſcendam Sedem Apoſtolicam Romam tenderet,audiuit vo-*
ces Angelorum canentium: Dicit Dominus,ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Hic de multis San-
ctis Cantus compoſuit,& multa fecit & ſcripſit Eccleſiæ vtilia. Hic cùm in Papatu pauperem leproſum ante fo-
res offendiſſet, eum ſatum diligenter in lecto ſuo collocauit,quem cùm reſerato hoſtio non inueniſſet, in paupere
*ſe Chriſtum ſuſcepiſſe obſtupuit.*Et an.Dom.1049.*Leo Papa in Gallias veniens,Gadefridum Imperatori recon-*
710 *ciliauit,& in Germania & Gallia Synodis habitis, ſtatum Eccleſiæ meliorauit.*

Vrſpergenſis in Chron.an.Dom.1053.Cùm Papa Hunibertum Epiſcopi Wormatienſis Diaconum
ob inobedientiam ſub ipſo Miſſæ tempore degradaſſet,Epiſcopus conteſtabatur,nec ſe,nec aliũ quem-
piam,completurum illud officium,niſi reciperet miniſtrum ſuum. *Quod vbi Apoſtolicus intellexit, rein-*
dutum miniſtrum continuò remiſit. Qua in re & Pontificis (Wormatienſis) authoritas,& Apoſtolici conſyde-
randa eſt humilitas,dum & ille officij ſui dignitatem defendere contendebat,& iſte licèt maioris dignitatis, Me-
711 *tropolitano tandem in ſua Diœceſi cedendum perpendebat.*

Sigebertus an.D.1501.Francia turbatur per Berengarium Turonenſem, qui aſſerebat,Euchariſtiam,
quam ſumimus in Altari,non eſſe reuera corpus & ſanguinem Chriſti. Inter cæteros autem Lanfran-
cus Archiepiſcopus Cantuarienſis contra errorem illius per Dialogum diſputauit. Itaque(teſte Guil-
712 lelmo Malmesberienſi lib. 3. de geſtis Anglorum)*ſoliditati Catholicæ timens ſanctiſſimæ memoriæ Leo Pa-*
pa,Vercellis contra Berengarium inſtituto Concilio, tenebras nebuloſi erroris Euangelicorum teſtimoniorum
fulgore depulit.

Lanfrancus in lib.de Sacramento Altaris.*Humbertus cùm eſſet vir religioſus,fide Chriſtiana & Sanctiſ-*
713 *ſimis operibus perſeuerantiſſimè decoratus,ſcientia Diuinarum & ſecularium literarum apprimè eruditus,eum*
de Lotharingia Sanctus Leo Romã traduxit,& ad prædicandum Siculis verbum Dei Archiepiſcopũ ordinauit.

714 S. Eduardus Rex Anglorum à Leone Papa (vt in vitã eius narrat Alredus) voti, quo Romam ire
promiſerat,redemptionem Apoſtolica authoritate obtinuit.

Leo Papa nonus in Epiſt.aduerſus præſumptiones Michaëlis Conſtantinop.Patriarchæ,& Acridani
715 Bulgarorum Epiſcopi cap.32. *Romana Eccleſiæ fides per Petrum ſuper Petram ædificata,nec hactenus defe-*
cit,nec deficiet in ſecula,Chriſto eius Domino rogante pro ea,ceu teſtatur ab ipſa Paſſione ſua: Ego rogaui pro te,
Petre,vt non deficiat fides tua:& tu aliquando conuerſus,confirma fratres tuos. Quo dicto demonſtrauit,fidem
fratrum vario defectu periclitandam, ſed inconcuſſa & indeficiente fide Petri,velut firma ancora ſubſidio figen-
dam,& in fundamento vniuerſalis Eccleſiæ confirmandam. § Ecce quanta cum fidei conſtantia prædicit,
Romanam fidem aliquando in poſterum non defecturam : & iam quingenti & eò amplius anni ſunt,in
quibus rerum euentus huic prædictioni teſtimonium dicit.

716 Idem Papa Leo in Epiſt.ad duos Epiſcopos Africæ. *Solus Carthaginenſis Epiſcopus pallium ab Apo-*
ſtolica Sede habere ſolet.

Idem Papa Leo in Epiſt.ad Petrum Patriarcham Antiochenũm.*Promotionem tuam ad Epiſcopale fa-*
717 *ſtigium,electione Cleri & populi,ſicut aſſeris,factam, atque fidem tuã ſecundùm antiquæ cõſuetudinis religioſum*
& valde

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	153. Gregori⁹ 6.	
	154. Clemens 2.	
1048	155. Damaſus 2. Bauarus, Germanus, ſedit d. 23.	Lat. Idem Henric⁹ 3.
		Græ. Theodora ſola an. 2.
1049	156. Leo 9. Alſata, Francus, ſedit an. 5. d. 8.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

in lib. de azymo) & multa in ſuis Eccleſijs male adminiſtrabāt, dū vel rebaptizabant à Latinis baptizatos, vel Neophytos, vel Eunuchos ad Sacerdotiū promouebāt, vel paruulos ante diē octauū morientes, & mulieres adultas in partu periclitantes nō baptizabant, quarū rerū author eſt Sigebertus in Chro. Verùm quia nec omnes Græci hæc paſsim faciebant, nec pertinaciter ea propugnabant, in hæreſibus numerāda nō vidētur.

136. De Ioanne Scoto.

a Libellū quendā impiū de Euchariſtia ſcripſit Ioannes Scotus, à quo Berengarius hauſiſſe videtur doctrinam ſuam, nō ſuper tecta, inſtar Apoſtolicæ doctrinæ in multis gētibus per teſtes multos prædicatam, ſed in penetralibus & deſerto à paucis homuncionibus, ſicuti Chriſtus de Pſeudoprophetis prædixerat, (Matt. 24.) obſcurè ab initio traditam & diſſeminatam.

137. De Berengariana, ſeu Sacramentaria hæreſi.

b Berengarius Archidiaconus Andegauenſis ad B. Lanfrancum literas quaſdā ſcripſit, in quibus Ioannē Scotū extollebat, Paſchaſium dānabat, & cōmuni de Euchariſtia fidei aduerſa ſentiebat. Per hanc occaſionem prodita eſt Berengarij hæreſis, quæ dicebat, *ſupereſſe in Altari poſt conſecrationē ſubſtantiam panis & vini*. Hæc enim ſunt ipſius Berengarij verba, quæ apud Lanfrancū ſub perſona eius extant. Quo errore ſemel poſito, quod neceſſariò ſequi videbatur, adiunxit, *non eſſe in Altari veram Corporis & Sanguinis Domini ſubſtantiam poſt conſecrationem.*

b Roma-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

altius fundata firmiter ſtetit, et tam Græciæ, quàm totius orbis hæreticos ſemper confutauit, & de excelſo fidei tribunali data ſententia iudicauit.

a Liber Ioannis Scoti de Euchariſtia in Synodo Vercellenſi palàm lectus eſt, & omnium ſententia damnatus, vt Lanfrancus teſtatur in libro de veritate Corporis & Sanguinis Domini in Euchariſtia.

Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis in Epiſt. ad Adeodatum. *Chriſtus non inanis Myſterij Symbolū, ſed verum Corpus ſuū nobis reliquit, quod quotidianæ veneratione ſub viſibili creaturæ forma, inuiſibiliter virtute ſecreta in ſacris ſalēnibus operatur. Vndè in nobis manet, non ſolùm per concordiam voluntatis, ſed etiam per naturæ vnitæ veritatem.* (Pauloque pòſt.) *Et quæ ſubſtantia panis & vini apparebat exterius, iam Corpus Chriſti & Sanguis fit interiùs.*

b Lanfrancus in lib. aduerſus Berengarium. *Cùm Clerici quidam literas Berengarij legiſſent, contra vſitatiſsimam Eccleſiæ fidem ſcriptas animaduerterunt. Eccleſia enim Chriſti panē in carnem, vinum credit conuerti in ſanguinem.* (Et pòſt.) *Confitetur Eccleſia tota terrarum orbe diffuſa, panem & vinum ad ſacrandum proponi in Altari, ſed inter ſacrandum incomprehenſibiliter & ineffabiliter in ſubſtantiam carnis & ſanguinis commutari.* Hæc Lanfrancus.

Hoc igitur cùm cæteris hæreticis cōmune habet Berengarius, quòd fidem Eccleſiæ cōmunem & vſitatiſsimam oppugnauit, vt nemo excuſari poſſet, qui poſtea profanas vocū nouitates contra conſilium Apoſtoli amplectens, doctrinis varijs & peregrinis abduceretur. Deinde illa fides Eccleſiæ vſitatiſsima nō modò Zuinglij (vt vulgo putatur) ſed etiā Lutheri hæreſim deſtruit. Hæreſis enim Berengarij non ea ſolùm habita eſt, quæ veritatē carnis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ negauit, ſed ea etiam, quæ panis & vini materiam poſt conſecrationem ſupereſſe aſſeruit.

& valde neceſſarium ſtudium, Apoſtolicæ & primæ Sedi, cui Deo authore quamuis indigni præſidemus, enunciare
718 ciare & exponere curaſti.(Et pòſt.) Cunctis in toto orbe terrarum Eccleſiis ſancta Romana & Apoſtolica Se-
des Caput præponitur, ad quam maiores & difficiliores cauſæ omnium Eccleſiarum definiendo referuntur.

Thomas Carthaginenſis Epiſcopus ad Leonem Papam ſcribens, declarauit, quinque vix Epiſcopos
719 tunc ſuperfuiſſe in tota Africa, ac S. Romanæ Eccleſiæ matris ſuæ ſententiam requiſiuit ſuper quæſtionibus ſuis.

Schafnaburgenſis, anno D.1054. Victori eius nominis ſecundo Subdiaconus toxicũ in Calicem miſit, quem
cùm ipſe poſt conſecrationẽ leuare vellet, nec poſſet, à Domino cauſam facti inquiſiturus, cum populo ad orationem
proſternitur, ſtatimq; toxicator à Dæmone arripitur. Ita igitur cauſa manifeſtata, Dominus Papa Calicem cum
720 ſanguine Dominico cuidam altari iuſsit includi, & pro reliquijs in perpetuum conſeruari. Deinde iterum cum po-
pulo tam diu ad orationem proſternitur, quouſque Subdiaconus à Dæmonio liberaretur. Certè Papa, quem
Deus orantem exaudit, Antichriſtus non eſt.

721 Schafnaburgenſis anno D.1057. Principes & plebs Romana Fridericum Monaſterio extractum ſuper can-
delabrũ extulerũt Sedis Apoſtolicæ, qui Stephanus Papa dictus eſt. Et an.D.1058. Eius iam mortui ſepulchrum,
ſignis & prodigijs vſque hodie Diuinitus illuſtratur.

722 Alredus in vita S. Eduardi Regis. Summæ vniuerſalis Eccleſiæ Patri Nicolao, Eduardus gratia Dei An-
glorum Rex, debitam & ſubiectionem, & obedientiam. Glorificamus Deum, quia curam habet ſuæ electæ Eccle-
ſiæ, quoniam in loco boni prædeceſſoris vos optimum ſucceſſorem conſtituit. Quapropter iuſtum iudicamus, apud
723 vos velut ad ſolidam Petram acuere & probare omnes bonas actiones noſtras, & veſtram notitiam atque ſo-
cietatẽ in bono habere: quatenus eas donationes & priuilegia, quæ obtinuimus apud prædeceſſorem veſtrũ, reno-
uetis & augeatis nobis: videlicet, vt quod ille iniunxerat nobis ſub nomine obediẽtiæ & pœnitẽtiæ propter votũ,
quod voueram ire Romam, & in remiſsionem omnium peccatorum meorũ, conſtruere Cœnobium Monachorũ in
724 honore Apoſtoli Petri, ratum faciatis, Priuilegia poſſeſsionum & dignitatum eiuſdem loci confirmetis, renouetis
& decernatis. Ego quoque pro modulo meo augeo, & confirmo donationes & conſuetudines pecuniarum, quas
habet S. Petrus in Anglia: & ipſas pecunias collectas cũ regalibus donis mitto vobis, vt oretis pro me, & pro pa-
ce regni mei, & continuã ac ſolennem memoriam inſtituatis totius gentis Angliæ coram corporibus Sanctorum
Apoſtolorum. Reſcripſit autem ei Papa, & omnia, quæ Rex poſtulauit, Dei, Apoſtolorum, & Romanæ Sedis au-
thoritate conceſsit ac confirmauit.

725 Lanfrancus in lib. aduerſus Berengariũ de cõdemnatione Berẽgarij agens: Et cætera (inquit) à Nicolao
totius Chriſtiani nominis ſummo Pontifice, & à centum tredecim Epiſcopis Romæ examinata atque damnata
726 ſunt. (Et pòſt.) Beati Doctores ſi non eiſdem verbis, eiſdem tamen ſententijs multis in locis concorditer aſtruxe-
runt, hæreticum eſſe omnem hominem, qui à Romana & vniuerſali Eccleſia in fidei doctrina diſcordat.

727 Guitmundus de Sacramento Altaris. Berengarius defunctum S. Leonem Papam maledicis verbis
& ſcriptis laceſſebat, Sanctiſsimum illud ac Reuerendiſsimum Eccleſiæ Dei ſpeculum ſummum, non Pontifi-
cem, ſed pompificem atque pulpificem vocans, eumq; infatuatione Lanfranci infatuatum, Concilium vanitatis
adunaſſe blaſphemans: Turonis item generali aggregato Concilio, præſentis venerabilis Gregorio Romano tunc Ar-
728 chidiacono, panem & vinum in Sacrificio Domini non vmbratilè, ſed verè Chriſti carnem & ſanguinem fieri,
data propria manus Sacramento, confirmauit. Inde poſtmodum deſipiſcens, itidem Romæ in generali Cõcilio con-
flictu rationis reuictus, libellos ſuos propria manu ſub præſentia felicis memoriæ Papæ Nicolai, coram omni Sy-
nodo cremauit, errorem anathematizauit, confeſsionemq; bonam, quam Turonis fecerat, præſtito itidem propria
729 manus Sacramento, renouauit his verbis: Ego Berengarius anathematizo omnem hæreſim, conſentio autẽ San-
ctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedi, & ore & corde profiteor, de Sacramentis Dominicæ menſæ eam fidem
me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus authoritate Euangelica &
Apoſtolica tenendam tradidit, mihiq; firmauit. ſcilicet panem & vinum, quæ in Altari ponũtur, poſt conſecra-
tionem non ſolùm Sacramentum, ſed etiam verum Corpus & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe.
(Et pòſt.) Eos, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos
eſſe pronuncio.

Æneas Syluius in Epitome 2. Decad. Blondi. lib. 3. Otho Colonienſis Archiepiſcopus Alexandrum
increpauit, qui Pontificatum Romanum iniuſſu Cæſaris præter conſuetudinem accepiſſet. Reſpondit
Hildebrandus Archidiaconus, cõſuetudinem illam malã eſſe, & iuſtè reuocatã. Quo audito, Otho ſibi ſatiſfactum
duxit: petijt tamen, vt pro pace populorum Concilium Mantuæ fieret. Annuit Pontifex, & cum Cardinalibus eò
730 ſe tranſtulit: vbi omnes eum venerati ſunt, & Apoſtolicam Sedem magiſtram recognouère.

Marianus Scotus Chron. lib. 3. Viri Catholici multa nefanda & inaudita Regis Henrici flagitia videntes,
731 directis Romã nũcijs ad Alexandrũ Apoſtolicæ Sedis Antiſtitẽ, hæc ei tã literis, quàm viua voce cõqueſti ſunt.

Otto Friſingenſis lib. 6. cap 34. Alexander in Summum Pontificem promatus, Eccleſiam in priſtinam
reduxit libertatem. (Et pòſt.) Multa inhoneſta de Principe (Henrico quarto) ad aures ſummi Põtificis refe-
runtur.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Leo.	
1055	157. Victor 2. Sueuus, Germanus, ſedit an. 2. m. 5. d. 16.	*Græ. Michael Stratioticus an. 4.*
1057	158. Stephanus. 10. dictus. 9. Lotharingus Gallus, ſedit m. 7. d. 28.	
1059	159. Nicolaus 2. Allobrox, ſedit an. 2. m. 5. d. 25.	*Lat.* Henricus 4. *an. 48 perſecutor* Eccleſiæ Romanæ
		Græ. Conſtantinus 10. an. 7.
		Græ. Eudoxa *m.* 7.
1081	160. Alexāder 2. Mediolanēſis, ſed an. 11. m. 6. d. 22.	Romanus Diogenes *an. 3.*
		Michael 7. *an.* 6.

✠ *Hæretici & Pſeudopropheta.*

b Romanam Eccleſiam, cùm adhuc Palinodiam non cecinisſet, vocauit Eccleſiam malignantium.

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Magdeburgenſes igitur licet id non animaduerterint, ſeipſos inſigniter condemnatos cōfeſsi ſunt, cùm ita ſcripſerunt in Centur. vndecima, cap. 10. Pag. 527. *Leo nonus in ea meretur laudem non exiguam præ multis ſuis anteceſſoribus, quòd ſub initium ſtatim Berengarianæ hæreſeos, in Synodo* Romana eam cum authore damnauit. *b* Berengarianæ verò hæreſeos pars illa fuit, quæ panis & vini ſubſtanſtantiam poſt cōſecrationem in Altari ſupereſſe docuit. Ergo Magdeburgenſium iudicijs, Leo meretur non exiguam laudem, quòd ipſorum Lutheranorum atque adeo Magdeburgenſium hæreſim, ſtatim ſub initium eius in Synodo condemnauit. Berengarius verò primùm à Leone Papa nono Romæ excōmunicatus eſt: deinde in Synodo Vercellenſi, ad quam Berengarius vocatus non venit, fides Eccleſiæ ſub Papa Victore concordi omnium aſſenſu confirmata eſt. Tum autem in Concilio Turonenſi Berēgarius, data poteſtate partem ſuam defendendi, cùm eam non auderet ſuſcipere, *confeſſus eſt coram omnibus communē Eccleſiæ fidem, & eam ſe ab illa hora ſeruaturum iuratò* promiſit. Denique palinodiam ſuam in Concilio Romano ſub Nicolao ſecundo repetijt. Aduerſus Berengarium ſcripſit Adelmannus Epiſcopus Brixienſis, Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus, Algerus primùm Canonicus Leodienſis, deinde Monachus Benedictinus, Iuo Carnotenſis Epiſcopus, & ante omnes Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus.

b Lanfrancus de Sacramento Euchariſtiæ aduerſus Berengarium. *Traditus in reprobum ſenſum Eccleſiam Romanam vocas Eccleſiā malignantium, Concilium vanitatis, Sedē Sathanæ. Et hoc impio ore garriſti, quod garriſſe nemo legitur, non hæreticus, non Schiſmaticus, nō falſus aliquis Chriſtianus. Quotquot enim à primordio Chriſtianæ Eccleſiæ, Chriſtiani nominis dignitate gloriati ſunt, etſi aliqui, relicto veritatis tramite, per deuia erroris incedere maluerunt: Sedem tamē S. Petri Apoſtoli magnificè honorauerunt, nullamq́; aduerſus eam huiuſmodi blaſphemiam vel dicere, vel ſcribere præſumpſerunt.*

runtur. Deinde miſſis à Rege, Annone Colonienſi, Hermanno Bobenbergenſi, pro inſtituto regni Romam Epiſco-
732 *pis, peracta legatione reuertentes, literas ſummi Pontificis reportant, Regem ad ſatisfactionem pro Simonia, ali-*
iſq; multis, quæ ei obiecta fuerant, inuitantes.

Petrus Damianus Oſtienſis Epiſcopus in vita Sancti Barbatiani. *Roma abſque dubio Caput eſt & prin-*
cipalis Sedes totius Sanctæ Eccleſiæ. Et in vita S. Vitalis Martyris: *Roma per duos ſummos Apoſtolos Petrum*
& Paulum totius orbis ſibi vendicat Principatum. Et in vita S. Odilonis Abbatis: *Romanorum Pontifex om-*
nium Chriſtianorum Caput eſt.

Saxo Grãmaticus hiſtoriæ Danicæ li. 12. Fortè *Homburgẽſis Antiſtes ob inanes & falſas ſuſpiciones Eri-*
cum execratione mulctandum cenſuerat. Quod veritus Rex, appellatione ſententiam præcucurrit, Romámq; è
733 *veſtigio petiuit: vbi cauſa ſua examine diligentius habito, Pontificis accuſationem potenter repulit, cunctiſq; de-*
fenſionis partibus actore ſuperior rediit. Nec contentus efficaciſſimum cauſæ dictionis ſuæ propugnatorem egiſſe
aduerſariæ partis odio, penetralium ſacrorum decus externo ſacerdotio ſubiectum habere paſſus non eſt. Quamob-
rem Romam regreſſus, tùm ſe, tùm etiam patriam, ac domeſtica ſacra Saxonica prælatione liberari petiuit: ne
734 *religionis ratione, exteris admodum obſequi cogeretur: aut eius diſciplinam ab alienigenis petere neceſſe haberet.*
Nec difficilem Curia cõſenſum habuit. Quæ ne clariſſimum virum repulſa afficeret, tùm dignitatis, tùm etiam
fatigationis eius intuitu mota, petitioni annuit, ſeq; regnum ipſius ſummi Sacerdotij inſignibus adornaturam ſpo-
põdit. (Et pòſt.) *Nec eum Romanæ promiſſionis fides fefellit. Profectus enim à Curia Legatus, qui ſacri inſignis*
prærogatiua noſtræ gentis ſacerdotium adornaret: cùm celeberrimas Danorum vrbibus inſpectis, cũcta curioſiſ-
ſimè colluſtrando, non minorum perſonarum, quàm ciuitatum reſpectum egiſſet, Lundiæ ob egregios Aſceri mo-
res, tùm quòd ad eam è finitimis regionibus terra mariq; trãſitus abundè pateat, hunc potiſſimum honorem de-
ferendum exiſtimauit, nec ſolùm eam Saxonico ditione eruit, ſed etiam Suetiæ, Noruegiaq; Religionis titulo ma-
giſtram effecit. Nec parum Dania Romanæ benignitati debet: quo non ſolùm libertatis ius, ſed etiam exterarum
rerum dominium aſſecuta eſt.

735 Schafnaburgenſis an. D. 1069. *Rex Henricus Epiſcopum Moguntinum, alióſque Regni Principes rogat, vt*
patiantur ſe ſuam vxorem repudiare. Cunctis ergo, licet ægrè, id fieri decernentibus, Synodum conficiendo nego-
tio indixit Moguntiæ. Ibi Petrus Domianus vir ætate & innocentia vitæ reuerendus, Legatus Sedis Apoſtolicæ
occurrens, mandata expoſuit Romani Pontificis, qui & diſcidium fieri prohibebat, & Epiſcopo Moguntino Apo-
736 *ſtolicæ animaduerſionis ſententiam minitabatur, quòd tam nefariæ ſeparationis ſe authorem promiſerit. Adhæc,*
ſuis manibus nunquàm Imperatorem conſecrandum fore, qui tam peſtilenti exemplo, quantum in ſe eſſet, fi-
dem Chriſti perdidiſſet. Principes aiebant, æquo cenſere Romanum Pontificem. Ita fractus magis, quàm infle-
xus Rex, ab incepto abſtinuit.

737 Idem Schafnaburgenſis pòſt. an. D. 1071. *Carolus, cui Rex Henricus Conſtantienſem Epiſcopatum dede-*
rat, ob eodem arcetur ob crimen Simoniæ & furti, in quod incidiſſe conuictus eſt, Epiſcopo Moguntino ex dele-
gatione Sedis Apoſtolicæ ſententiam in eum ferente, cùm etiam Rex in iudicio aſſideret, cauſámque Caroli,
quoad poſſet, tueretur.

Hildebrandum, qui Gregorius ſeptimus vocatus eſt, & ſanctiſſimum virum fuiſſe, & ſanctiſ-
ſima Decreta edidiſſe contra Presbyteros concubinarios, & Simoniacos, quorum
Anteſignanus Henricus quartus, & Communione, & Regno
iniuſtiſſimè priuatus eſt.

De Gregorij ſanctiſsima & integerrima vita ij teſtes erunt locupletiſsimi, quos illa ætate vixiſſe, & Gregorij mores probè cognitos & perſpectos habuiſſe, conſtat. Illi autem ſunt inprimis Clerici ac ciues vrbis Romæ: qua in vrbe Gregorius annis viginti & amplius, antequàm Pontifex crearetur, ſumma cum laude, imò inſigni eum admiratione vixit. Nam ſub *Leone Papa nono (quem ex omnium hiſtoricorum conſenſu Romam conſtat adeptus eſt)* itémque *ſub Victore ſecundo, Stephano decimo, Nicolao ſecundo, & Alexãdro ſecundo* ita Romæ egit: vt maximæ res tam domi, quàm foris ipſius auſpicijs fauſtè fœliciterque gererentur. Itaque & in Germaniam Pontificis nomine profectus eſt, & in Gallijs Turonenſi Concilio interfuit, & in Clericorum improbos mores ſumma cum authoritate & fructu ſæpius inquiſiuit. Porrò cùm in Cathedra Petri collocaretur, ita & Epiſcopis, & Clericis, & ciuibus vniuerſis integritas eius probata eſt, vt inſigni cum elogio, ſuæ electionis verba memoriæ poſterorum apud Platinam & Sabellicum commendata extent, quæ nos etiam ſuo loco proferemus. Iam verò dum rexit Eccleſiam, optimis quibuſque viris maiorem in modum placuit, vt *Guilielmo Abbati & Monachis Hirſaugienſibus*, vt *Hugoni Abbati Cluniacenſi*, vt *Anſelmis duobus, Cantarienſi & Lucenſi Epiſcopis*, vt *Mariano Scoto*, & *Lamberto Schafnaburgenſi* grauiſsimis omnino Hiſtoricis: quod idem conſtat

etiam de

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Alexander.	
1073	161. Gregorius 7.	Henric[9] 4 perſecutor Eccleſiæ Romanæ.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Crimina Gregorio intentata.

[a] Apud Brixiam Noricam certi Epiſcopi, mandato Regis Hẽrici quarti conuenientes, accuſabant Gregorium ſeptimum, primò velut Simoniacum. Marianus Scotus in Chron.

[b] Item

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Gregorij conteſtata integritas & innocentia.

[a] Ioannes Trithem. in Chron. *In Synodo apud Brixiam Noricorum habita, S. Pontificem inauditis criminibus falsò accuſarunt.* Et alibi de illiuſmodi Synodo agens: *Ad hoc* (inquit) Concilium *malignantium Wilhelmus Abbas Hirſangienſis vocatus, ire contempſit: quippe qui Vicarium Chriſti ſanctum & innocentem nouerat.*
Itemque Lambertus Schafnaburgenſis in hiſtoria rerum Germanicarum ait: *Hildebrandi conſtãtia & inuictus aduerſus auaritiam animus, omnia excludebat argumenta humanæ fallaciæ.*
Martinus Polonus in Chron. *Gregorius Septimus propter laudabilem vitam eſt in Papam electus.*
Denique Platina & Sabellicus commemorant electionis verba in hanc formam: *Nos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Presbyteri, præſentibus Epiſcopis, Abbatibus, multiſq́; tùm Eccleſiaſticis, tùm laicis ordinis, Eligimus hodie decimo Calendas Maij in Baſilica S. Petri ad Vincula, anno ſalutis 1072. in verum Chriſti Vicarium Ildebrandum Archidiaconum virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iuſtitiæ, conſtantiæ, religionis, modeſtum, ſobrium, continentem, domum ſuam gubernantem, pauperibus hoſpitalem, in gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ liberè à teneris annis vſque ad hanc ætatem educatum, doctum. Quem quidem cum ea poteſtate præeſſe volumus Eccleſiæ Dei, qua Petrus Dei mandata quondam præfuit.*

[b] Fides

etiam de *Bernardo Corbienſi* Monacho, deque *Paulo Benriedenſi, & Gerocho Richerſpergenſi Antiſtite* quorum libros Apologeticos pro Gregorio ſeptimo ſcriptos, *Auentinus (Annalium Boiorum lib. 5.)* ſe legiſſe confitetur, vbi adiungit, eoſdem Antiſtites ob ſtudium, quo erga Gregorium afficiebantur (Boiarij cum eſſent) Sedibus pulſos, & in exilium actos fuiſſe, idemque Giſelberto & Diemoni ſanctiſsimis Archimandritis eueniſſe, Trithemius narrat. Quid de Anglia, Italia, Polonia, Hiſpania, Gallia, Græcia, Dania, Saxonia, cæteriſque orbis Chriſtiani regionibus, dicam: quas Gregorio ſemper paruiſſe, & grauiſsimæ hiſtoriæ conteſtantur, & nos ex ipſius rebus geſtis paulò poſtea declarabimus. Porrò cùm idem Gregorius ſeptimus vita exceſsiſſet, non ſolùm omnes Romani Pontifices, *Victor, Vrbanus, Paſchalis*, Eugenius, Innocentius, Alexander, cæterique cauſam eius tutati ſunt, ſed etiã omnes alij præſtantes Theologi & hominem laudârunt, & Decreta eius magnopere ſuſpexerunt. Fidem verbis meis faciunt Gratiani Decreta (15. q. 6. cap. *Nos Sanctorum.*) & Diui Thomæ Aquinatis doctiſsima ſcripta, (2. 2. q. 12. Art. 2.) qui ambo illud ipſum Gregorij ſeptimi Decretum, quo Henrici quarti ſubditos à iuramenti religione abſoluit, velut æquiſsimum commemorãt. Horum verò authoritatem cæteri ferè omnes Theologi ſequuntur. Quid quòd miraculis etiam claruit Gregorius, vt ſigillatim hoc in loco docemus, vbi eum & Catholicum, & optimum virum fuiſſe contra paucorum, qui Henrico adulabantur, calumnias, dedita opera defendimus.

Nam quòd Sigebertus in Chronicis ſuis Gregorium notat, velut negaſſet, Presbyterum concubinarium, ſi fortè Sacrum faceret, corpus Chriſti conficere: nihil eiuſmodi aut dixit vnquam Gregorius, aut ſenſit. *Hildebrandus Papa* (inquit Schafnaburgenſis in Chronicis) *cum Epiſcopis Italiæ conueniens, iam frequentibus Synodis decreuerat, vt ſecundùm inſtituta antiquorum Canonum, Presbyteri vxores non habeant: habentes aut dimittãt, aut deponantur.* Sed *cùm plures Clerici* (vt ait Marianus Scotus an. Domini 1075.) *ſub ſententia interdicti Apoſtolici libentius eſſe mallent, quàm fœminis & vxoribus carere: vt ſaltem per alios caſtigarentur, decreuit Papa etiam Synodica legatione, vt nullus Chriſtianus audiret Miſſam coniugati Presbyteri.* Cuius Decreti ſententiam Trithemius his verbis in Chronicis refert. *Laicis interdixit, ne Miſſas Sacerdotum concubinas habentium, audire præſumerent.* Non vtique negat Grægorius, Presbyterum, qui concubinam habet, ſi temerè ad Altare Dei accedat, verè Corpus Domini conficere: ſed tantùm vetat, ne vel is id facere præſumat, vel alij eius oblationi adſint: vt nimirum qui ſententiam excommunicationis non timebant, ſaltem populi fidelis abalienationem & odium pertimeſcerent. Sed ne hoc ſine graui teſtimonio aſſeruiſſe videar, Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi verba proferã ex Epiſtola, quam ad Wilhelmũ Abbatem Hirſaugienſem (authore Trithemio in Chron.) exarauit. *Anſelmus* (inquit Tri-
738 themius) *dum pro defenſione iurium Eccleſiæ ſuæ ad Sedem Apoſtolicam perrexiſſet, Wilhelmũ Abbatẽ Hirſaugienſem (quem pro cõfirmatione inſtituta libertatis* Romam *ſub Gregorio* Papa *ſeptimo iuiſſe iam diximus) repetit*, ad quem poſtea ſcribens, deque illa ipſa Henrici quarti excommunicatione agens, quam nunc iuſtè factam defendimus: *Comes* (inquit) *veſter, qui excommunicatus vobis diuina celebrantibus ſe immiſcet, mihi videtur humiliter admonendus, ne contemnendo ſententiam eorum, à quibus, & in quibus Deus ſe con-*
739 *firmat audiri, cùm audiuntur, & ſperni, cùm ſpernuntur, ſeque ligare, cùm ligant, & ſoluere cùm ſoluunt, aggrauet ſuper ſe Dei iudicium, à quo fugere nuſquàm homo poteſt. Quare illi melius eſſet, vt per ſalubrem humilitatem abſtineat ab his, à quibus eum ſententia Apoſtolica ſegregat, quàm per præſumptionis contemptum ſe ingerat in illa, quæ nuſquam niſi per humilitatem quæſita proſunt, at ſemper inordinatè præſumpta obſunt: nec deberet cum nullo ſuo commodo, & grauiſsimo veſtro malo cogere vos, vt cùm eum offende-*
740 *re nolitis, Deum & Apoſtolici authoritatem grauiter irritetis, ad quos pacandos illum adiutorem habere non poſsitis: faciliùs quoque ac benignius Apoſtolicum eius rationes ſuſcepturum, ſi ſuam illam ſententiam cognouerit reueritum. Quòd ſi Comes idem hanc admonitionem reſpuerit, ſcitis quia Deus plus timendus eſt, quàm*
741 *homo. Quapropter aut ſecundùm iam prolatam Apoſtolicam ſententiam erga illum agendum, aut ipſum Apoſtolicum, ſeu aliquem vices eius gerentem, de hoc ipſo conſulendum æſtimo. De Presbyteris verò, qui ſe apertè reprobos libidinis commercio Deo execrabiles exhibent, omnino tenendum eſt, quod Apoſtolica prouidentia Ec-*
742 *cleſiaſtico inſtaq. rigore conſtituit. Nempe nullatenus conuenit, vt ibi reuerenter aſtetur, vbi pertinaciter aperta & impudenti libidine fœtentes, Dei & Sanctarum prohibitionem contemnendo, ſacris Altaribus deſeruiunt: imò non deſeruiunt, ſed quantum ad ipſos pertinet, turpiter commaculant: non quò quis ea, quæ tractant, contemnenda, ſed ipſos potius tractantes execrandos exiſtimet, vt qui Dei & Angelorum præſentiam non reuereantur, vel hominum deteſtatione repulſi, Sacra contaminare deſiſtant.* § Habemus in ijs Anſelmi verbis & ſententiam eius de iuſtè lata in Regem Henricum excommunicatione, cui omnes parêre optat, & interpretationem legis, quam Gregorius conſtituerat, de non audiendo Presbyteri coniugati Sacro. *Non* (inquit) *ea, quæ tractant, contemnenda, ſed ipſi potius, qui tractant, execrandi ſunt.* Et perſona igitur Gregorij ſeptimi, & Decreta magnam merentur laudem, ſed nullam planè vituperationem.

At Henri-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1073	161. Gregorius 7. Saonẽſis, Bonicij filius, Monachus, & Prior Cluniacenſis.	Græ. Nicephorus 3. Lat. idem Henricus 4.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

b Item accuſabant eundem velut hæreticum, qui Catholicam & Apoſtolicam fidem dè Corpore & Sanguine Domini in quæſtionem poſuerit, hæretici Berengarij antiquus diſcipulus. Hæc illi, vt teſtatur Vrſpergenſis in Chron.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

b Fides Gregorij ſeptimi de Corporis & ſanguinis Domini veritate in Euchariſtia, multis modis toti Eccleſiæ probata fuit. Primùm, quia communicauit cum Leone Papa nono, dum ad vrbem Romam eum deduceret, vt ex Sigeberto iam antè docuimus. Leo autem is erat, qui primus hæreſim Berengarij condemnauit. Deinde Guitmundus author eſt (cuius etiam verba paulò antè in medium protulimus) mortuo iam Papa Leone, Hildebrandum Eccleſiæ Romanæ tunc Archidiaconum, in Turonenſi Concilio affuiſſe, vbi Berengarius iterũ damnatus eſt. Præterea Schaſnaburgenſis teſtatur, eundem Gregorium *& miſſas celebraſſe, & ſacra confeciſſe, & Corpus Dominicum manu præferentem* tùm velut Iudicem ſuum agnouiſſe, tùm aduerſario ſuo Imperatori Henrico eam conditionem detuliſſe, vt non alio iudice, quàm Dominici Corporis. ſumptione purgari eum exoptaret. Denique Aeneas Syluius in Epitome Blondi, 2. Decadis lib. 3. ſic habet. *Romæ à Gregorio Synodus tenta eſt, in qua error Berengarij de Sacramènto damnatus eſt.* Potuítne hæc res conteſtatior fieri? Quòd ſi Epiſcopos illos in hæreſi Berengariana Gregorio imponenda impudenter mentitos fuiſſe conſtat: (vt certè iam conſtat) idem omnino de reliquis etiam criminibus in eum confictis iudicandum eſt. Sin poſſet fieri, vt Gregorius ſeptimus cum Berengario ſenſiſſet: ſaltem id efficeretur, vt omnia hæc crimina in eum caderent, qui non Catholicæ fidei vir, ſed ex Proteſtantium huius temporis anteceſſoribus extitiſſet. Verùm hoc adeo falſum eſt, vt Victor, Vrbanus & Paſchalis ſecundus (quos certum eſt inſignes & Catholicos Præſules fuiſſe) honorauerint memoriam Gregorij ſeptimi, eiuſque ſententiam in Henricum latam confirmarint.

Sigebertus an. Dom. 942. *Ad Marinum Papam Waldricus Romam veniens, ab eo cognouit, ſe futurum Epiſcopum Auguſtæ Vindelicorum, quod poſt annos quindecim factum eſt.*

Saxo Grammaticus hiſtor. Danicæ lib. 9. *Frotho apud Angliam ſolennibus aquis humectatus, priuatam ſa-*
683 *lutem ſuam in publicam exuberare cupiens, ab Agapeto, qui tunc ciuitatis Romanæ ſacris præerat, Daniam di-*
uinitus erudiri petiuit. Sed ſatu ſuis Romana Legationis præcucurrit aduentum.

Abbas Vrſpergenſis in Chron. *Otto à Ioanne Papa literis ſuppliciter exoratus, quatenus pro amore Dei ſan-*
ctorumq́; Apoſtolorum Petri & Pauli Romanam Eccleſiam ex faucibus Berengarij liberaret, collectis copijs in
684 *Italiam veniens, ab eodem Apoſtolico Ioanne Imperiali vnctione, & benedictione ſublimatus, Imperator &*
Auguſtus eſt appellatus.

685 Luithprandus Ticinenſis lib. 6. rerum per Europam geſtarum cap. 6. *Otto à ſummo Pontifice & vni-*
uerſali Papa Ioanne vnctionem ſuſcepit Imperij.

686 Blondus Decadis 2. lib. 3. *Ioannes Pontifex Capuanam Eccleſiam ob Pandulfi Principis merita Metro-*
politanam fore conſtituit.

Otto Friſingenſis lib. 6. cap. 22. Otto Rex à Summo Pontifice Ioanne ac toto populo ſuſceptus, ap-
plaudentibus cunctis, Imperatoris & Auguſti nomen ſortitur. Et cap. 23. Idem Otto audiens, eundem
Ioannem Papam in partes Alberti & Berengarij inclinaſſe, cùm prius abſentem vocaſſet, *collecta Synodo*
687 *Epiſcoporum, Leonem ei in Pontificatu ſubſtituit.* Quod factum Otto Friſingenſis modeſtè notans, *quæ om-*
nia (inquit) *vtrùm licitè, an ſecus facta ſint, dicere, præſentis nõ eſt operis.* Et cap. 24. Cùm Otto diſceſsiſſet,
Romani pulſo Leone, Ioannem reſtituunt, eidemq́; poſtea mortuo, Benedictum ſubſtituũt. Verùm Ot-
to armis eos coëgit, vt Leonem, quem ipſi antè (vt Rhegino teſtatur) elegerant, Pontificem agnoſcerẽt.

§ Inter cætera, quæ Deus miris modis in Beati Petri Vicarij ſui Cathedra ſtabilienda operatus eſt, nec illud prætermittendum videtur, quòd cùm *Papa iſte Ioannes* multò nequiſsimus eſſet (vt tam ex Luithprandi Ticinenſis, quàm Platinæ verbis conſtat) ob eamq́; cauſam à ſubditis, vt ſe corrigeret, admoneri quidem ſeriò deberet, deponi tamen ab officio non poſſet (quia nemo ſummam Sedem, excepta hæreſis cauſa, rectè iudicat) cumque nihilominus prudens & pius Imperator Otto Dei zelo motus, ſed Eccleſiaſticarum legum non ſatis peritus, in Synodo Romana Ioannem à Sede ſua remouere, aliumq́; ſubſtituere conaretur, quæ res maximi ſchiſmatis occaſio futura erat, alijs legitimum, licet improbum Pontificem ritè creatum agnoſcentibus, alijs verò eundem ob immania crimina velut ritè depoſitum nihili æſtimantibus: cùm hæc, inquam, ita ſe haberent, Deus, qui ſolus ſummi Iudicis Iudex eſt, Papam Ioannem ſubitò in medijs ferè turbis ex hac vita ſuſtulit, vacuumq́; eius locum nouo Pontifici reliquit. Nec iſta ſolùm ratione conſuluit Eccleſiæ ſuæ, ſed prætereà cùm *Benedictus* in locum Ioannis à Romanis ſurrogatus eſſet, Leone Octauo iam prius ad eam dignitatem, dum viueret adhuc Ioannes, minus legitimè aſſumpto, cumq́; & Imperator, & Synodus Leoni, populus autem Romanus Benedicto ſtuderet: Deus etiam huic morbo duplicem medicinam fecit, vnam ex perſona ſumptam, quòd *Benedictus*, qui antè conſenſerat in Leonem, eo ipſo electioni ſuæ præiudicaſſe videbatur: alteram ex ipſa rei natura petitam, quòd idem Benedictus (authore Luithprando, qui tunc vixit, in fine lib. 6. cap. 11.) *ſponte ceſſit iure ſuo, ad Domini Leonis Papæ, ipſiuſq́; Imperatoris pedes ſe abijciens, & pallium ſibi auferens, idq́; cũ Pontificali ferula, quam manu geſtabat, Domino Leoni Papæ in præſentia Synodi reddens.* Ita & pium Imperatoris totiuſq́; Synodi ſtudium Deus à ſchiſmatis horrendo ſcelere cohibuit, & duos Pontifices, qui nullius hominis authoritate iuſtè remoueri poterant, ſua poteſtate remouit, alterum ex hoc mundo euocans, alteri humilitatis donum, vt officio ſuo cederet, infundens. Nec mihi opponat quiſquàm, hinc ſaltem probari, quòd Synodus Epiſcoporum errare poſsit. Nec enim legitima Synodus fuit, quæ celebrata eſt contra voluntatem eius Pontificis, à quo præcipuè tùm omnes Synodi confirmantur, tùm illæ potiſsimùm, quæ vel de cauſa fidei, vel de Epiſcoporum depoſitione tractant. Quibus ita conſtitutis, hoc eſt, & Ioanne iam mortuo, & Benedicto cedente: meritò Luithprandus de Papa Leone ita ſcripſit
in vita Othonis primi, quæ iam habetur in fine lib. 6. rerum per Europam geſtarum: *Leo* (inquit) *vene-*
688 *rabilis in Sede B. Petri Apoſtolorum nunc Vicarius.*

Staniſlaus Orichouius Roxolanus in Chimæra. *Admonitu piorũ virorũ quorũdam, Mieſcone Monarcha,*
cùm audiuiſſemus, eſſe ciuitatem quandã Dei, cuius Antiſtes eſſet Romanus Petrus, penes quem authoritas eſſet
ſumma, ex ſeruitute Diaboli in libertatem Chriſti homines vindicandi: ab hoc ipſo illius ciuitatis Antiſtite,
Mieſcone Monarcha, opem aduerſus Diaboli vim implorauimus. Itaque Ioannes 13. Vicarius Ieſu Chri-
ſti, Simonis autem Petri Succeſſor, exoratus à Monarcha, Senatu ac populo, doctiſsimos viros Italos, videlicet
689 *Villibaldum, Prochorium, Iordanum, Gotfridum, Lucidum, Angelotum, Octauianũ, Iulinum ad nos Vandalos*
ac Lechitas doctùm miſit, qui & Mieſconem Monarcham, & genus noſtrum illi ſubiectum Sacri Baptiſmatis
tis vndis ab originali culpa abluerent, & ex ciuitate Diaboli ablutos ac mũdatos, in ciuitatem Dei transferrẽt,

in Chriſtiq́;

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*	

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
942	132. Marinus 2. Romanus, ſedit an.3.m.6 d.14.	
946	133. Agapetus 2. Iunior Romanus ſedit an.9.m.7. d.10.	Berēgarius 4. cũ Alberto filio an.11.
956	134. Ioannes 12. Romanus, ſedit an.8.m.4 d.6.	Trāſfertur Imperiũ ad Germanos.
963	135. Benedictus 5. Romanus, ſedit m.6.	Græ. Romanus, an.15.
964	136. Leo 8. Romanus, ſed. an.1.m.3. d.12.	Lat. Ottho. 2. an.12.
	137. Ioannes. 13.	

✠ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Sacrificium & Baptiſmus Latinorum pro immundo habitus.

e Si quando Sacerdotes Latini ſuper eorum celebraſſent Altaria, non prius ipſi ſacrificare volebant in illis, quàm ea, tanquàm per hoc inquinata, lauiſſent. Baptizatos etiam à Latinis rebaptizare præſumebant. In Concil. Lateran. cap. 4.

Tranſitus Latinis in Terram ſanctam inhibitus.

d Alexius primus Imperator Conſtantinopolis, fœdere cum Turcis icto, & Nicæa Solimanni filijs reddita, cuſtodias ad prohibendum tranſitum peregrinis (ex Occidente venientibus) terra, marique conſtituit: Babylonicum Regem contra Latinos (in Terra Sancta bellum Domini gerentes) frequentibus nuncijs animauit. Vrſpergenſ. in Chron. an. Do. 1106. Nicetas etiam Choniates in libro 1. rerum à Manuele Conneno geſtarum fatetur, eum Latinos in Syriam euntes ferro, fraude, veneno perſecutum eſſe, calce in farinam iniecta.

De Græcorum erroribus.

e In fermentato pane conſecrantes, appellarũt Latinos Azimitas, & eos anathematizauerũt, eò quòd de pane Azimo Chriſti corpus conficerent. Addebant etiam

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

c Concilium Lateranenſe ſub Innocentio tertio (cui præter Patriarchas Conſtantinopolitanum & Hieroſolymitanum, interfuerant Prælati mille ducenti & amplius) c. 4. *Licet Græcos in diebus noſtris ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ reuertentes, fouere & honorare velimus, mores ac ritus eorum, in quantum cum Domino poſſimus, ſuſtinendo: in his tamen illis deferre nec volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Eccleſiaſticæ derogent honeſtati.* (Et pòſt.) *Volentes ergo tantum ab Eccleſia Dei ſcandalum amouere, ſacro ſuadente Concilio, diſtrictè præcipimus, vt Altaria (in quibus Latini celebrârunt, lauare, & baptizatos ab illis, rebaptizare) de cætero non præſumant, conformantes ſe tanquàm obedientiæ filij Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matri ſuæ: vt ſit vnum ouile, & vnus Paſtor. Si quis autem quid tale præſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus, ab omni officio & beneficio Eccleſiaſtico deponatur.*

d Gulielmus Nubrigenſis rerum Anglicarum lib. 4. c. 13. Græci cùm ſint Chriſtiani, non ſecus, imò plerumque etiam ferocius, quàm Saracenos, abominari Latinos noſcuntur. Cumq́; Imperator Latinus (Fredericus) à Græco, Chriſtianus ſcilicet à Chriſtiano, per nuncios peteret, (quod olim Iſraël ſub Moyſe petierat ab Edõ Amorræo) obſecro te, inquiens, vt tranſire mihi liceat per terram tuam: Græcus ille impio regi ſimillimus, & Saladino, quàm Chriſto fidelior, concedere noluit, vt Chriſtianus exercitus ſimpliciter tranſiret per fines ſu[illegible]s.

e Leo nonus in Epi. poſteriore ad Michaelem Cõſtantinop. Epiſcopũ. *Chriſtus, qui nõ venerat ſoluere Legẽ, ſed adimplere, iuxta ipſius Legis præceptũ, ex azymis et vino veteris Paſchã adimpleuit, & protinus ex azymis & vino nouum (ſicut apertè Lucas narrat) Diſcipulis tradidit. Neque enim totis octo diebus illis fermẽ-*

*in Chriſtiq́; Eccleſiam ducerent. quod etiam eſt factum. Nam illi viri ſanctiſsimi Vandaliam, ſiue vt malis Po-
loniam dici, ingreſsi, prædicabant nobis Chriſtum, & gratiam eius, qua nos in communionem ſuorum Deus con-
uocauerat, celebrabãt: homines turmatim ad flumina confluentes baptizabant, Idola ex Vandalia exterminabant.*

Rhegino an. Dom. 967. Otto Imperator apud Rauennam Paſcha celebrans cum Domino Ioanne
Papa, plurimos ibi ex Italia & Romania Epiſcopos coadunauit, & habita Synodo, multa ad vtilitatem
690 Sanctæ Eccleſiæ adinuenit, & *Apoſtolico Ioanni vrbem & terram Rauennatium, aliáque complura multis
retro temporibus Romanis Pontificibus ablata, reddidit.*

Polydorus Angl. Hiſtor. lib. 6. Edgarus Rex rogatu Dunſtani, Etheluoldi & Oſnaldi (qui erant
691 ſanctiſsimi Epiſcopi) *à Ioanne 13. Romano Pontifice obtinuit, vt ſecularibus Presbyteris eiectis, liceret Mona-
chos in eorum loco ſtabilire.*

Martinus Cromerus de rebus Polonorum lib. 3. ſub Mieciſlao primo Polonorum Chriſtiano Prin-
cipe, *ad Diœceſes Epiſcopis, & Prouincias Archiepiſcopis diſtribuendas, & Baſilicas dedicandas, Ægidius Car-
692 dinalis Epiſcopus Tuſculanus Ioannis decimitertij Pontificis Maximi Legatus præfuit: qui primos Archie-
piſcopos & Epiſcopos Italici, nonnullas etiam Gallici, & Germanici generis fecit.* § Putârim hæc ſerius aliquã-
tò ſub Ioanne 16. aut etiam 17. contigiſſe. Verùm & nomina horum Pontificum, & tempora vſqueadeo
ſunt confuſa & perturbata (vt Blondo etiam atteſtante Decadis 2. lib. 3.) vix ſcias, quam rationem inire
oporteat. Nam quem Platina Ioannem decimumoctauum numerat, eundem ipſe fatetur, nullo in loco
numerandum fuiſſe, quia tempore Gregorij quinti per factionem Pontificatum occupauit. Quod idem
de multis alijs Pontificibus cenſeri poteſt, vt non multùm referat, de ordine ac numero eorum; qui
eiuſdem nominis fuerunt, contendere, modò conſtet de reipſa. Conſtat verò ex Cromeri, Bonfinij, &
Platinæ teſtimonijs, Vngaros à Romano Pontifice tùm Regiæ coronæ ius, tùm Sedis Metropolitanæ
honorem petijſſe, atque impetraſſe.

693 Creſcentius Numentanus (vt eſt apud Blondum Decad. 2. lib. 3.) qui ſe Cõſulem Romanum fecerat,
*Ioannem decimumquintum (qui Othonem 3. ad opem Sedi Apoſtolicæ ferendam inuocauerat) debita venera-
tione proſecutus eſt, in faciémque cernuus pedes oſculatus.*

694 Æmilius de geſtis Francorum li. 3. *Cùm Arnulfus Rhemorum Archiepiſcopus in Synodo Epiſcoporum, re-
clamante vno Seuino Senonum Archiepiſcopo, Sede ſua eiectus eſſet: Ioannes Pontifex Maximus Leonem in
Franciam Legatum miſit, qui cognita cauſa, Concilij acta reſcidit.* Idem traditur apud Aimoinũ lib. 5. ca. 45.

Cromerus lib. 3. de rebus Polonorum. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus, cùm apud ſuos admonitioni-
695 bus nihil proficeret: *Romam primùm, ac deinde impetrato à Pontifice Maximo commeatu, in Vngariam pro-
fectus eſt.* Vbi Stephanum Regis filium vel baptizauit, vt volunt quidam, vel baptizatum antè cõfirma-
uit. Inde Poloniam venit, vbi Gneſnenſis Archiepiſcopatus ei defertur. Denique (vt etiam Otto Fri-
ſingenſis lib. 6. cap. 26. ait) in diebus Ottonis tertij B. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus prædicans Pru-
tenis, martyrio coronatur anno Dom. 997.

A Gregorio quinto ex Ottonis Imperatoris aſſenſu, ſeptem ex Germaniæ Principibus conſtitutos
eſſe, qui Imperatorem eligerent, recentiores Hiſtorici paſsim tradunt, Blondus Decad. 2. lib. 3. Platina
in vita Gregorij quinti, Aeneas Syluius in Epitome Blondi, Cromerus de rebus Polonorum, & alij ali-
bi. Verùm id valdè admiratur Onuphrius, quî factum ſit, vt inter tot Hiſtoricos, qui eo ferè tempore
in Germania floruerunt, de tanta re prorſus nulla fiat mentio. Silet hac in parte Sigebertus, Otto Fri-
ſingenſis, Schafnaburgẽſis, Vitichindus, Luithprandus, & Aimoini appendix. Sabellicus dubitat de re
tota Aeneadis 9. li. 2. Auentinus etiam aliter ſentire videtur. Onuphrius ergo negat, vllum tale Decre-
tum Gregorij quinti ætate factum eſſe, in libro *de Imperatorijs Comitijs*. In omnibus autem controuerſiis
longè quidem probabilior eſt ſententia communis: præſertim cùm Onuphrij opinio veterum Hiſtorico-
rum obſcuro potius ſilentio, quàm expreſſa authoritate nitatur.

In electione autem Philippi Regis, & Ottonis quinti, quæ longè poſt Gregorium quintum facta eſt,
Ioan. Tritemius ita [illegible]tatur, plures quàm ſeptem Principes ius ſuffragiorum conſecutos eſſe: vt tamen
tam Andernaci, vbi Philippus, quàm Erfordiæ, vbi Otto electus eſt, primæ fuerint penes Archiepiſco-
pos & Ducem Saxoniæ. Apparet, Epiſcopos, Comites, & alios nobiles in curiam Generalem (ſic enim
vocat) conueniſſe. Ex altera verò parte Henricus Oſtienſis Cardinalis, qui floruit circa annum Domi-
ni 1240. dum epiſtolam Decretalem Innocentij tertij explicat (quæ extat ſub tit. de electione c. Vene-
rabilem) ſeptem Principum meminit, qui ius eligendi Cæſarem ante ipſius ætatem habuerint. Recen-
tior quidem eſt Aluarus (ſed & ipſe abhinc annis ducẽtis & quadraginta vixit) qui de planctu Eccleſiæ
lib. 1. c. 41. dicit, eam electionis formam, quæ tam ſua, quàm noſtra ætate in vſu eſt, inſtitutam eſſe à Gre-
gorio quinto. *Iſta* (inquit) *electio incepit anno Domini 1030. & perſeuerabit, quantum Eccleſia Romana per-
miſerit, cuius eſt regna transferre, & Principes de ſua Sede deponere.* § Vtcunque ſit, cùm ex omnium Au-

thorum

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
965	Idem Ioannes 13. Romanus, ſedit an.6.m.11. d.5.	Lat. Otho.1. an.17.
972	138. Benedictꝰ 6. Rom. ſedit an.1.m.6.	Græ. Nicephorus Phocas an.10.
	139. Donus 2. Roman.	
974	140. Bonifacius 7 Roman. ſed. an.1.m.1. d.12.	
975	141. Benedictꝰ 7. Rom. ſedit an.9,m.1, d.10.	
984	142. Ioannes. 14. Papienſis, ſedit m.8.	Græ. Iohannes Zimiſces, an.6.
985	143. Ioannes. 15. Romanus, ſedit an.9. m. d.10.	Græ. Baſilius & Conſtantinus 8. an.31.
995	144. Ioannes 16. Romanus, ſedit m.4.	
	145. Gregorius 5. Saxo, an.2. m.1.	Lat. Otho 4. an.18.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

etiam Græci, fermentatũ panem fuiſſe, quo Dominus Apoſtolis ſuis Corporis ſui myſterium in cœna commendauit.

f Damaſcenus de fide lib.1.c.11. Ex Filio Spiritum Sanctum non dicimus, ſed ſpiritum Filij nominamus. Theophilactus in cap.3. Ioannis. Latini male exponẽtes, quid ſit, Deum mittere Spiritum Filij ſui, vel etiã nos habere ſpiritum Chriſti, dicunt quòd ſpiritus etiã ex Filio procedat. Cæterùm eſſe ex Filio Spiritũ nulla Scriptura teſtatur, vt ne duo principia Spiritus introducamus Patrem & Filium.

g Latini (vt ibidem Theophilactus adijcit) dicunt Chriſtũ inſpiraſſe Diſcipulis, & dixiſſe: Accipite Spiritum ſanctum. At hæc quidem ridicula. manifeſtũ enim, quòd tunc illis Spiritũ ſanctum non dederit, ſed donum vnum Spiritus ſancti, remiſsionem ſcilicet peccati.

h Purgatorium ignem reiecerunt, cõtendentes, illa verba Pauli (ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem) de igne quidem, qui poſt mortem ſecuturus eſſet, verùm de perpetuo igne inferni, ac non de temporali & purgatorio quopiam igne intelligi poſſe.

i Ex

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

tatum apparebat in omnibus finibus Iſraël. Anſelmus in lib. de fermentato & azimo. *Certum eſt, quia Chriſtus azimum benedixit, & melius ſacrificatur de azimo.*

f Vt antiquos Eccleſiæ Doctores prætermittã (Baſiliũ in fine lib.2. cõtra Eunomiũ, & Epiphaniũ in Ancorato) Beda de elementis Philoſophiæ li.1. *Spiritus ſanctus* (inquit) *à Patre & Filio procedit.* Leo nonus in Epi. ad Petrũ Antiochenũ Epiſcopũ, fidem, quã ad Sedem Apoſtolicã miſerat, approbãs, ſuamq; ſimul explicans, ita profitetur, *Spiritum Sanctũ à Patre & Filio procedere, vt Antiochenus Epiſcopus idipſum antè confeſſus videatur.* Deniq; Anſelmus doctiſsimum libellum de proceſſionę Spiritus ſancti aduerſus hunc Græcorum errorem conſcripſit.

g Rupertus in Ioannem ca.20. *Sicut non ſolùm à Patre, ſed etiam à Filio Spiritus ſanctus procedit: ſic non ſemel, ſed bis pro diuerſis effectibus dari illum oportuit. A Filio namq; in remiſsionem peccatorũ procedit, ſicut Euangeliſta manifeſtè hoc verbo expreſsit dicendo: Inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritũ ſanctum: Nam inſufflauit. i. de ſeipſo procedentem dedit.*

h Vt omittam Latinos Doctores, Ambroſium qui in 1.Cor.ca.3. eius meminit, qui per ignem in die Domini fit ſaluus: & Auguſtinũ, qui in Pſal.37. meminit ignis emendatorij, qui grauior, quàm quicquid poteſt homo pati in hac vita, & Gregoriũ Magnũ, qui manifeſtiſsimè probat, lib.4. Dialogorum c. 37. & 25. vtq; ad Græcos, de quibus iã agitur, accedam: apertè Ioannes Damaſc. in oratione de dormientibus ait: *Apoſtolos edixiſſe memoriã eorum, qui fideliter obdormierunt, in tremendis & vitalibus Sacramentis habendam.* Atq; idipſum docuiſſe Dionyſiũ Areopagitam, Athanaſiũ, Gregoriũ Nazianzenum in Oratione funebri ad Cæſarium, Chryſoſtomũ in Cõmentarijs Epiſtolarum ad Philipp. & Galat. ac deniq; Gregorium Niſſenũ, qui certè in oratione de dormiẽtibus, ignis Purgatorij ſæpius meminit. Ac ſanè quorum oblationes pro mortuis ab Apoſtolis inſtitutæ ſunt, niſi quia nonnulli poſt mortem in eo loco ſint, vbi orationes & Sacrificia viuentium prodeſſe illis queant?

i Beda

Ciuitas Dei, ſeu Continuata Eccleſia ſucceſſio.

Ciuitas Diaboli, ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Lat.
998	146. Siluester 2. Aquitanus, ſedit an. 4. m. 6, d. 12.	Hēricᵘˢ 2. (*authore Vrſpergenſi in Chronicis*) *an. D 1001 regnare cœpit, & regnauit an 23. m. 5.*
1003	147. Ioannes 17. Roman. ſed. m. 4. d. 23.	
1003	148. Ioannes 18. Rom. ſedit an. 5. m. 7. d. 29.	
1009	149. Sergius 4. Rom. ſedit an. 2. m. 9. d. 12.	Lat. *Henricus 2. an. 14 ſecundū alios vndecim imperauit.*
1012	150. Benedictᵘˢ 7. dictus 8. Romanus, ſedit an. 11. m. 8. d. 21.	
1024	151. Ioannes 19. Romanus, ſedit an. 9. m. 9. d. 9.	*Græ. Conſtantinus ſolus an. 3. et Roman. Argiropolus an. 5.*
1032	152. Benedictᵘˢ 8. dictus 9. Roman. ſedit an 12. m 4. d. 20.	Lat. *Conradᵘˢ 2. an. 15.*
1045	153. Gregorius 6. Rauēnas, ſedit an. 1. m. 7. d. 20.	*Græ. Conſtantinus 9. an. 12*
1047	154. Clemens 2. Saxo Germ. ſed. m. 9. d. 13.	*Henricᵘˢ 3. an. 17*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

i. Ex altera verò parte, quidam ex Græcis putabant, etiam ignorationem ipſius fidei, per cognitionem in alio ſeculo reuelatam, in nõnullis purgari poſſe. id quod Damaſcen. in Oratione de dormientibus videtur opinari.

k Tandem verò negabant Primatum Romanæ Eccleſiæ, & Conſtantinopolitanam ei prætulerunt. Sigebertus anno Domini 1054.

l Sanctorum animas non putabant in cœlum, atque ad aſpectũ Dei ante reſurrectionem admittendas, licet beatè eos agere, & pro nobis orare, noſtraſque preces exaudire fatebantur: quanquàm ipſa opinio nec propria Græcorum fuit, nec ab illis pertinaciter defenſa eſt in Concilio Florentino.

m Græci multa alia & in Latinis deteſtabantur (vt connubia eorũ, vbi cognati cognatis copulabantur, de qua re meminit Anſelmus in lib.

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

i Beda in Pſal. 37. *Domine purgatum me hic redde, vt non corripias me tunc (id eſt, poſt hanc vitam) in ira tua. Corripiuntur in ira Dei, qui ſuper Chriſtum ædificãtes, intermiſcent ligna, fœnũ, ſtipulas, id eſt, committũt quædam venialia peccata, grauiora & leuiora: & ideo neceſſe eſt, vt hi tales in ira corripiantur, id eſt, in purgatorio igne nunc interim ante diem iudicij ponantur, vt quæ in eis immunda ſunt, per illum exurantur, & ſic tandẽ idonei eſſe cum his, qui in dextra coronãdi ſunt, inueniãtur.* (Et pòſt) *Sunt* (inquit) *quidã ex Sãctis, quorũ leuia peccata igne tribulationis, quẽ patiuntur, vel pœna mortis penitus exurit. tales ſtatim tranſeũt ad vitam æternam, ſicut è contrà quidã malorum ſtatim æternas pœnas incurrunt.*

k Leo Papa nonus in Epiſt. ad Michaelẽ Epiſcopum Conſtantinopol. & Acridanum. *Poſtquàm enumeraſſet quindecim, aut eò amplius Cõſtantinopolitanos Epiſcopos, quorũ aliqui fuerunt Ariani, alij Macedoniani, Neſtoriani, Eutychiani, Monothelitæ, tandẽ oſtendit oẽs, qui Ioannẽ quẽdam ſecuti ſunt, tunc per quadringentos annos & amplius, nomẽ vniuerſalis Epiſcopi ſibi ſumpſiſſe, nec oblatũ à quoquã, nec conceſſum, imò ſub Anathematis interpoſitiõe ab Apoſtolica & prima Sede, & à ſanctis, & Orthodoxis Patribus interdictũ.* De Romana verò Eccleſia in Epiſt. ad Petrum Antiochenũ Epiſc. ſic ait: *Venerabilis & efficax Chriſti oratio* (qua rogauit, vt fides Petri non deficeret) *obtinuit, quòd fides Petri hactenus non defecit, nec defectura creditur in throno illius vſque in ſeculum ſeculi: ſed confirmabit corda fratrum varijs concutienda fidei periclitationibus, ſicut vſque nunc cõfirmare non ceſſauit.*

l In Synodo Francofordiæ ad Mœnũ habita Epiſcopi Germaniæ, Galliæ, & Aquitaniæ, præſidentibus eidem Romanæ Eccleſiæ Legatis, ad Epiſcopos Hiſpaniarũ ſcripſerunt in hæc verba. *Sufficit vobis Sanctorũ Patrũ veſtigia ſequi, & illorũ dicta firma tenere fide, quorũ animæ apud Deũ Dei Filiũ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ pro magno pietatis labore regnant in cœlis. Hos ergo ſequimini, vt horum doctrinis inconcuſſa veritate inhærentes, conſortium æternæ beatitudinis, donante Chriſto, cum illis habere mereamini in cœlis.*

m Rupertus Tuitiẽſis De diuinis officijs, li. 2. c. 22. *Romana Eccleſia per Apoſtolicæ fidei Petrã*

Ex Ottone Friſingenſi lib.6.cap.32. Cùm tres ſimul inuaſiſſent Eccleſiæ Romanæ Pontificatũ,reli-
707 gioſus quidem Presbyter Gratianus,zelo pietatis *matri ſuæ compatiẽde*,illis pecunia perſuaſit, *vt à Sede*
ſancta cederẽt,redditibus Angliæ relictis Benedicto,qui maioris videbatur eſſe authoritatis. Vnde ciues
Romani Gratianum velut Eccleſiæ liberatorem in ſummum Pontificem eligentes,Gregorium voca-
uerunt. Cui pòſtea velut de Simonia notato cùm Henricus Imperator Põtificatu cedere perſuaſiſſet,
Clemens in eius locum ſuffectus eſt. At Hildebrandus hominem admiratus,trans Alpes vſque ob amo-
rem inſecutus eſt.

Blondus Decad.2.lib.3. *Damaſo mortuo,Romani ab Henrico Imperatore Pontificẽ de more conſuetudine*
petunt. Datur Bruno,qui ob Ildebrando admonitus,Papalia depoſuit ornamenta,vt Apoſtaſiæ periculũ euitaret.

Otto Friſingenſis lib.6.cap.33.Bruno,qui & Leo,authoritate Regalis excellentiæ ad Sedem B.Petri
deſtinatus fuit. Cumq; aſſumpta purpura Pontificali,per Gallias iter ageret,contigit eum Cluniacum
708 venire,vbi fortè tunc Hildebrandus Prioratus,vt dicitur,obedientiam adminiſtrabat. *Is Leonem adiẽs,*
æmulatione Dei plenus,conſtanter eum de incepto redarguit,illicitum eſſe, inquiens, per manum Laicam Sum-
mum Pontificem ad gubernationem totius Eccleſiæ violenter introire. Verùm ſi ſuis ſe credere velit conſilijs,
vtrumque,& quòd Maieſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, quodq́ libertas Eccleſiæ in electione Canonica
renouetur,ſe pollicetur effecturum. Inclinatus ille ad monitum eius,purpuram deponit,peregrinique ha-
bitum aſſumens, ducens ſecum Hildebrandum, iter carpit. Igitur ad Vrbem vſque venientes,*conſilio*
709 *Hildebrandi à Clero & populo Bruno in Summum Pontificem eligitur.* (Et iterum.) *Paſthac Synodus Mo-*
guntiæ celebratur in præſentia Summi Pontificis Leonis, & Imperatoris. § Hic eſt ille Pontifex, qui horta-
tu Hildebrãdi ad ſummam Præfecturã aſſumptus,Chriſtum hoſpitio ſuſcepit.Sic enim tradit Sigeber-
tus an.Dom.1048.*Bruno,qui & Leo,cùm ad capeſcendam Sedem Apoſtolicam Romam tenderet,audiuit vo-*
ces Angelorum canentium: Dicit Dominus,ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Hic de multis San-
ctis Cantus compoſuit,& multa fecit & ſcripſit Eccleſiæ vtilia. Hic cùm in Papatu pauperem leproſum ante fo-
res offendiſſet, eum ſotum diligenter in lecto ſuo collocauit,quem cùm reſerato hoſtia non inueniſſet, in paupere
ſe Chriſtum ſuſcepiſſe obſtinouit. Et an.Dom.1049. *Leo Papa in Gallias veniens,Gadefridum Imperatori recon-*
710 *ciliauit,& in Germania & Gallia Synodis habitis, ſtatum Eccleſiæ meliorauit.*

Vrſpergenſis in Chron.an.Dom.1053.Cùm Papa Hunibertum Epiſcopi Wormatienſis Diaconum
ob inobedientiam ſub ipſo Miſſæ tempore degradaſſet,Epiſcopus conteſtabatur,nec ſe,nec aliũ quem-
piam,completurum illud officium,niſi reciperet miniſtrum ſuum. *Quod vbi Apoſtolicus intellexit, rein-*
dutum miniſtrum continuò remiſit. Qua in re & Pontificis (Wormatienſis) authoritas,& Apoſtolici conſyde-
randa eſt humilitas,dum & ille officij ſui dignitatem defendere contendebat,& iſte licèt maioris dignitatis, Me-
711 *tropolitano tandem in ſuo Diœceſi cedendum perpendebat.*

Sigebertus an.D.1501.Francia turbatur per Berengarium Turonenſem, qui aſſerebat,Euchariſtiam,
quam ſumimus in Altari,non eſſe reuera corpus & ſanguinem Chriſti. Inter cæteros autem Lanfran-
cus Archiepiſcopus Cantuarienſis contra errorem illius per Dialogum diſputauit. Itaque(teſte Guil-
712 lelmo Malmesbrienſi lib. 3. de geſtis Anglorum) *ſoliditati Catholicæ timens ſanctiſſimæ memoriæ Leo Pa-*
pa,Vercellis contra Berengarium inſtituto Concilio, tenebras nebuloſi erroris Euangelicorum teſtimoniorum
fulgore depulit.

Lanfrancus in lib.de Sacramento Altaris.*Humbertus cùm eſſet vir religioſus,fide Chriſtiana & Sanctiſ-*
713 *ſimis operibus perſeuerantiſſime decoratus,ſcientia Diuinarum & ſecularium literarum apprime eruditus,eum*
de Lotharingia Sanctus Leo Romã traduxit,& ad prædicandum Siculis verbum Dei Archiepiſcopũ ordinauit.

714 S. Eduardus Rex Anglorum à Leone Papa (vt in vitâ eius narrat Alredus) voti, quo Romam ire
promiſerat,redemptionem Apoſtolica authoritate obtinuit.

Leo Papa nonus in Epiſt.aduerſus præſumptiones Michaëlis Conſtantinop.Patriarchæ,& Acridani
715 Bulgarorum Epiſcopi cap.32. *Romana Eccleſiæ fides per Petrum ſuper Petram ædificata,nec hactenus defe-*
cit,nec deficiet in ſecula,Chriſto eius Domino rogante pro ea,cum teſtatur ob ipſo Paſſione ſuo: Ego rogaui pro te,
Petre,vt non deficiat fides tua:& tu aliquando conuerſus,confirma fratres tuos. Quo dicto demonſtrauit,fidem
fratrum vario defectu periclitandam, ſed inconcuſſa & indeficiente fide Petri,velut firma ancora ſubſidio figen-
dam,& in fundamento vniuerſalis Eccleſiæ confirmandam. § Ecce quanta cum fidei conſtantia prædicit,
Romanam fidem aliquando in poſterum non defecturam: & iam quingenti & eò amplius anni ſunt,in
quibus rerum euentus huic prædictioni teſtimonium dicit.

716 Idem Papa Leo in Epiſt.ad duos Epiſcopos Africæ. *Solus Carthaginenſis Epiſcopus pallium ab Apo-*
ſtolica Sede habere ſolet.

Idem Papa Leo in Epiſt.ad Petrum Patriarcham Antiochenũm.*Promotionem tuam ad Epiſcopale fa-*
717 *ſtigium,electione Cleri & populi,ſicut aſſeris,factam,atque fidem tuã ſecundùm antiqua cõſuetudinis religioſum*
& valde

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
	153. Gregori⁹ 6.	
	154. Clemens 2.	
1048	155. Damaſus 2. Bauarus, Germanus, ſedit d. 23.	Lat. Idem Henric⁹ 3.
		Græ. Theodora ſola an. 2.
1049	156. Leo 9. Alſata, Francus, ſedit an. 5. d. 8.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

in lib. de azymo) & multa in ſuis Eccleſijs male adminiſtrabãt, dũ vel rebaptizabant à Latinis baptizatos, vel Neophytos, vel Eunuchos ad Sacerdotiũ promouebãt, vel paruulos ante diẽ octauũ morientes, & mulieres adultas in partu periclitantes nõ baptizabant, quarũ rerũ author eſt Sigebertus in Chro. Verùm quia nec omnes Græci hæc paſsim faciebant, nec pertinaciter ea propugnabant, in hæreſibus numerãda nõ vidẽtur.

136. De Ioanne Scoto.

a Libellũ quendã impiũ de Euchariſtia ſcripſit Ioannes Scotus, à quo Berengarius hauſiſſe videtur doctrinam ſuam, nõ ſuper tecta, inſtar Apoſtolicæ doctrinæ in multis gẽtibus per teſtes multos prædicatam, ſed in penetralibus & deſerto à paucis homuncionibus, ſicuti Chriſtus de Pſeudoprophetis prædixerat, (Matt. 24.) obſcurè ab initio traditam & diſſeminatam.

137. De Berengariana, ſeu Sacramentaria hæreſi.

b Berengarius Archidiaconus Andegauenſis ad B. Lanfrancum literas quaſdã ſcripſit, in quibus Ioannẽ Scotũ extollebat, Paſchaſium dãnabat, & cõmuni de Euchariſtia fidei aduerſa ſentiebat. Per hanc occaſionem prodita eſt Berengarij hæreſis, quæ dicebat, *ſupereſſe in Altari poſt conſecrationẽ ſubſtantiam panis & vini.* Hæc enim ſunt ipſius Berengarij verba, quæ apud Lanfrancũ ſub perſona eius extant. Quo errore ſemel poſito, quod neceſſariò ſequi videbatur, adiunxit, *non eſſe in Altari veram Corporis & Sanguinis Domini ſubſtantiam poſt conſecrationem.*

b Roma-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

altius fundata firmiter ſtetit, et tam Græciæ, quàm totius orbis hæreticos ſemper confutauit, & de excelſo fidei tribunali data ſententia iudicauit.

a Liber Ioannis Scoti de Euchariſtia in Synodo Vercellenſi palàm lectus eſt, & omnium ſententia damnatus, vt Lanfrancus teſtatur in libro de veritate Corporis & Sanguinis Domini in Euchariſtia.

Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis in Epiſt. ad Adeodatum. *Chriſtus non inanis Myſterij Symbolum, ſed verum Corpus ſuũ nobis reliquit, quod quotidiana veneratione ſub viſibili creaturæ forma, inuiſibiliter virtus ſecreta in ſacris ſolẽnibus operatur. Vndè in nobis manet, non ſolùm per concordiam voluntatis, ſed etiam per naturæ vnitæ veritatem.* (Pauloque pòſt.) *Et quæ ſubſtantia panis & vini apparebat exterius, iam Corpus Chriſti & Sanguis fit interius.*

b Lanfrancus in lib. aduerſus Berengarium. *Cùm Clerici quidam literas Berengarij legiſſent, contra vſitatiſſimam Eccleſiæ fidem ſcriptas animaduerterunt. Eccleſia enim Chriſti panẽ in carnem, vinum credit conuerti in ſanguinem.* (Et pòſt.) *Confitetur Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa, panem & vinum ad ſacrandum proponi in Altari, ſed inter ſacrandum incomprehenſibiliter & ineffabiliter in ſubſtantiam carnis & ſanguinis commutari.* Hæc Lanfrancus.

Hoc igitur cùm cæteris hæreticis cõmune habet Berengarius, quòd fidem Eccleſiæ cõmunem & vſitatiſsimam oppugnauit, vt nemo excuſari poſſet, qui poſtea profanas vocũ nouitates contra conſilium Apoſtoli amplectens, doctrinis varijs & peregrinis abduceretur. Deinde illa fides Eccleſiæ vſitatiſsima nõ modò Zuinglij (vt vulgo putatur) ſed etiã Lutheri hæreſim deſtruit. Hæreſis enim Berengarij non ea ſolùm habita eſt, quæ veritatẽ carnis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ negauit, ſed ea etiam, quæ panis & vini materiam poſt conſecrationem ſupereſſe aſſeruit.

& valde neceſſarium ſtudium, Apoſtolicæ & primæ Sedi, cui Deo authore quamuis indigni præſidemus, annu n-
718 ciare & exponere curaſti. (Et pòſt.) Cunctis in toto orbe terrarum Eccleſiis ſancta Romana & Apoſtolica Se-
des Caput præponitur, ad quam maiores & difficiliores cauſæ omnium Eccleſiarum definiendæ referantur.

Thomas Carthaginenſis Epiſcopus ad Leonem Papam ſcribens, declarauit, quinque vix Epiſcopos
719 tunc ſupereſſe in toto Africa, ac S. Romanæ Eccleſiæ matris ſuæ ſententiam requiſiuit ſuper quæſtionibus ſuis.

Schafnaburgenſis, anno D.1054. Victori eius nominis ſecundo Subdiaconus toxicū in Calicem miſit, quem
cùm ipſe poſt conſecrationē leuare vellet, nec poſſet, à Domino cauſam facti inquiſiturus, cum populo ad orationem
proſternitur, ſtatimq; toxicator à Dæmone corripitur. Ita igitur cauſa manifeſtata, Dominus Papa Calicem cum
720 ſanguine Dominico cuidam altari iuſſit includi, & pro reliquijs in perpetuum conſeruari. Deinde iterum cum po-
pulo tam diu ad orationem proſternitur, quouſque Subdiaconus à Dæmonio liberaretur. Certè Papa, quem
Deus orantem exaudit, Antichriſtus non eſt.

721 Schafnaburgenſis anno D.1057. Principes & plebs Romana Fridericum Monaſterio extractum ſuper can-
delabrū extulerūt Sedis Apoſtolicæ, qui Stephanus Papa dictus eſt. Et an. D.1058. Eius iam mortui ſepulchrum,
ſignis & prodigijs vſque hodie Diuinitus illuſtratur.

722 Alredus in vita S. Eduardi Regis. Summo vniuerſalis Eccleſiæ Patri Nicolao, Eduardus gratia Dei An-
glorum Rex, debitam & ſubiectionem, & obedientiam. Glorificamus Deum, quia curam habet ſuæ electæ Eccle-
ſiæ, quoniam in loco boni prædeceſſoris vos optimum ſucceſſorem conſtituit. Quopropter iuſtum iudicamus, apud
723 vos velut ad ſolidam Petram acuere & probare omnes bonas actiones noſtras, & veſtram notitiam atque ſo-
cietatē in bono habere: quatenus eas donationes & priuilegia, quæ obtinuimus apud prædeceſſorem veſtrū, reno-
uetis & augeatis nobis: videlicet, vt quod ille iniunxerat nobis ſub nomine obediētiæ & pœnitētiæ propter votū,
quod voueram ire Romam, & in remiſſionem omnium peccatorum meorū, conſtruere Cœnobium Monachorū in
724 honore Apoſtoli Petri, ratum faciatis, Priuilegia poſſeſſionum & dignitatum eiuſdem loci confirmetis, renouetis
& decernatis. Ego quoque pro modulo meo augeo, & confirmo donationes & conſuetudines pecuniarum, quas
habet S. Petrus in Anglia: & ipſas pecunias collectas cū regalibus donis mitto vobis, vt oretis pro me, & pro pa-
ce regni mei, & continuā ac ſolennem memoriam inſtituatis totius gentis Angliæ coram corporibus Sanctorum
Apoſtolorum. Reſcripſit autem ei Papa, & omnia, quæ Rex poſtulauit, Dei, Apoſtolorum, & Romanæ Sedis au-
thoritate conceſſit ac confirmauit.

725 Lanfrancus in lib. aduerſus Berengariū de cōdemnatione Berēgarij agens: Et cætera (inquit) à Nicolao
totius Chriſtiani nominis ſummo Pontifice, & à centum tredecim Epiſcopis Romæ examinata atque damnata
726 ſunt. (Et pòſt.) Beati Doctores ſi non eiſdem verbis, eiſdem tamen ſententijs multis in locis concorditer aſtruxe-
runt, hæreticum eſſe omnem hominem, qui à Romana & vniuerſali Eccleſia in fidei doctrina diſcordat.

727 Guitmundus de Sacramento Altaris. Berengarius defunctum S. Leonem Papam maledicis verbis
& ſcriptis laceſſebat, Sanctiſſimum illud ac Reuerendiſſimum Eccleſiæ Dei ſpeculum ſummum, non Pontifi-
cem, ſed pompificem atque pulpificem vocans, eumq; infatuatione Lanfranci infatuatum, Concilium vanitatis
aduna ſſe blaſphemans: Turonis item generali aggregato Concilio, præſente venerabili Gregorio Romano tunc Ar-
chidiacono, panem & vinum in Sacrificio Domini non vmbratiè, ſed verè Chriſti carnem & ſanguinem fieri,
728 dato propria manu Sacramento, confirmauit. Inde poſtmodum deſipiſcens, itidem Romæ in generali Cōcilio con-
flictu rationis deuictus, libellos ſuos propria manu ſub præſentia felicis memoriæ Papæ Nicolai, coram omni Sy-
nodo cremauit, errorem anathematizauit, confeſſionemq; bonam, quam Turonis fecerat, præſtito itidem propria
729 manu Sacramento, renouauit his verbis: Ego Berengarius anathematizo omnem hæreſim, conſentio autē San-
ctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedi, & ore & corde profiteor, de Sacramentis Dominicæ menſæ eam fidem
me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus authoritate Euangelica &
Apoſtolica tenendam tradidit, mihiq; firmauit. ſcilicet panem & vinum, quæ in Altari ponūtur. poſt conſecra-
tionem non ſolùm Sacramentum, ſed etiam verum Corpus & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe.
(Et pòſt.) Eos, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos
eſſe pronuncio.

AEneas Syluius in Epitome 2. Decad. Blondi. lib. 3. Otho Colonienſis Archiepiſcopus Alexandrum
increpauit, qui Pontificatum Romanum iniuſſu Cæſaris præter conſuetudinem accepiſſet. Reſpondit
Hildebrandus Archidiaconus, cōſuetudinem illam malā eſſe, & iuſte reuocatā. Quo audito, Otho ſibi ſatisfactum
duxit: petijt tamen, vt pro pace populorum Concilium Mantuæ fieret. Annuit Pontifex, & cum Cardinalibus eò
730 ſe tranſtulit: vbi omnes eum venerati ſunt, & Apoſtolicam Sedem magiſtram recognouēre.

Marianus Scotus Chron. lib. 3. Viri Catholici multa nefanda & inaudita Regis Henrici flagitia videntes,
731 directis Romā nūcijs ad Alexandrū Apoſtolicæ Sedis Antiſtitē, hæc ei tā literis, quàm viua voce cōqueſti ſunt.

Otto Friſingenſis lib. 6. cap 34. Alexander in Summum Pontificem promotus, Eccleſiam in priſtinam
reduxit libertatem. (Et pòſt.) Multa inhoneſta de Principe (Henrico quarto) ad aures ſummi Pōtificis refe-
runtur.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	☙ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	☙ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
	Idem Leo.			
1055	157. Victor 2. Sueuus, Germanus, ſedit an.2.m.3. d.16.	*Græ. Michael Stratioticus an.4.*		
1057	158. Stephanus. 10. dictus. 9. Lotharingus Gallus, ſedit m.7.d.28.			
1059	159. Nicolaus 2. Allobrox, ſedit an.2.m.3 d.25.	*Lat. Hēricus 4. an.48 perſecutor Eccleſiæ Romanæ*		
		Græ. Conſtātinus 10. an.7.		
		Græ. Eudoxa m.7.		
1061	160. Alexāder 2. Mediolanēſis, ſed an.11. m.6.d.22.	*Romanus Diogenes an.3. Michael 7. an.6.*		

Magdeburgenſes igitur licet id non animaduerterint, ſeipſos inſigniter condemnatos cōfeſsi ſunt, cùm ita ſcripſerunt in Centur. vndecima, cap.10. Pag. 527. *Leo nonus in eo meretur laudem non exiguam præ multis ſuis anteceſſoribus, quòd ſub initium ſtatim Berengarianæ hæreſeos, in Synodo* Romana eam cum anthore damnauit. ⸿ Berengarianæ verò hæreſeos pars illa fuit, quæ panis & vini ſubſtanſtantiam poſt cōſecrationem in Altari ſupereſſe docuit. Ergo Magdeburgenſium iudicijs, Leo meretur non exiguam laudem, quòd ipſorum Lutheranorum atque adeo Magdeburgenſium hæreſim, ſtatim ſub initium eius in Synodo condemnauit. Berengarius verò primùm à Leone Papa nono Romæ excōmunicatus eſt: deinde in Synodo Vercellenſi, ad quam Berengarius vocatus non venit, fides Eccleſiæ ſub Papa Victore concordi omnium aſſenſu confirmata eſt. Tum autem in Concilio Turonenſi Berēgarius, data poteſtate partem ſuam defendendi, cùm eam non auderet ſuſcipere, *confeſſus eſt coram omnibus communē Eccleſiæ fidem, & eam ſe ab illa hora ſeruaturum iurato* promiſit. Denique palinodiam ſuam in Concilio Romano ſub Nicolao ſecundo repetijt. Aduerſus Berengarium ſcripſit Adelmannus Epiſcopus Brixienſis, Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus, Algerus primùm Canonicus Leodienſis, deinde Monachus Benedictinus, Iuo Carnotenſis Epiſcopus, & ante omnes Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus.

[b] Romanam Eccleſiam, cùm adhuc Palinodiam non cecinisſet, vocauit Eccleſiam malignantium.

[b] Lanfrancus de Sacramento Euchariſtiæ aduerſus Berengarium. *Traditus in reprobum ſenſum Eccleſiam Romanam vocas Eccleſiā malignantium, Concilium vanitatis, Sedē Sathanæ. Et hoc impio ore garriſti, quod garriſſe nemo legitur, non hæreticus, non Schiſmaticus, nō falſus aliquis Chriſtianus. Quotquot enim à primordio Chriſtianæ Eccleſiæ, Chriſtiani nominis dignitate gloriati ſunt, etſi aliqui, relictâ veritatis tramite, per deuia erroris incedere maluerunt: Sedem tamē S. Petri Apoſtoli magnificè honorauerunt, nullamq́; aduerſus eam huiuſmodi blaſphemiam vel dicere, vel ſcribere præſumpſerunt.*

runtur. Deinde miſſi à Rege, Annone Colonienſi, Hermanno Babenbergenſi, pro iuſtitia regni Romam Epiſco-
732 *pis, peracta legatione reuertentes, literas ſummi Pontificis reportant, Regem ad ſatisfactionem pro Simonia, aliiſq; multis, quæ ei obiecta fuerant, inuitantes.*

Petrus Damianus Oſtienſis Epiſcopus in vita Sancti Barbatiani. *Roma abſque dubio Caput eſt & principalis Sedes totius Sanctæ Eccleſiæ.* Et in vita S. Vitalis Martyris: *Roma per duos ſummos Apoſtolos Petrum & Paulum totius orbis ſibi vendicat Principatum.* Et in vita S. Odilonis Abbatis: *Romanorum Pontifex omnium Chriſtianorum Caput eſt.*

Saxo Grãmaticus hiſtoriæ Danicæ li. 12. Fortè *Hamburgẽſis Antiſtes ob inanes & falſas ſuſpiciones Ericum execratione mulctandum cenſuerat. Quod veritus Rex, appellatione ſententiam præcucurrit, Romámq; è*
733 *veſtigio petiuit: vbi cauſa ſua examine diligentius habito, Pontificis accuſationem potenter repulit, cunctiſq; defenſionis partibus actore ſuperior rediit. Nec contentus efficaciſſimum cauſæ dictionis ſuæ propugnatorem egiſſe aduerſariæ partis odia, penetralium ſacrorum decus externo ſacerdotio ſubiectum habere paſſus non eſt. Quamobrem Romam regreſſus, tùm ſe, tùm etiam patriam, ac domeſtica ſacra Saxonica prælatione liberari petiuit: ne*
734 *religionis ratione, exteris admodum obſequi cogeretur: ſed eius diſciplinam ab alienigenis petere neceſſe haberet. Nec difficilem Curiæ cõſenſum habuit. Quæ ne clariſſimum virum repulſa afficeret, tùm dignitatis, tùm etiam fatigationis eius intuitu mota, petitioni annuit, ſeq; regnum ipſius ſummi Sacerdotij inſignibus adornaturam ſpopõdit.* (Et pòſt.) *Nec cum Romana promiſſionis fides fefellit. Profectus enim à Curia Legatus, qui ſacri inſignis prærogatiua noſtræ gentis ſacerdotium adornaret: cùm celeberrimas Danorum vrbibus inſpectis, cũcta curioſiſſime colluſtrando, non minorum perſonarum, quàm ciuitatum reſpectum egiſſet, Lundia ob egregios Aſceri mores, tùm quòd ad eam è finitimis regionibus terra mariq; trãſitus abundè pateat, hunc potiſſimum honorem deferendum exiſtimauit, nec ſolùm eam Saxonica ditione eruit, ſed etiam Suetiæ, Noruegiæq; Religionis titulo magiſtram effecit. Nec parum Dania Romanæ benignitati debet: quo non ſolùm libertatis iura, ſed etiam exterarum rerum dominium aſſecuta eſt.*

735 Schafnaburgenſis an. D. 1069. *Rex Henricus Epiſcopum Moguntinum, alióſque Regni Principes rogat, vt patiantur ſuam vxorem repudiare. Cunctis ergo, licet ægrè, id fieri decernentibus, Synodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ. Ibi Petrus Damianus vir ætate & innocentia vitæ reuerendus, Legatus Sedis Apoſtolicæ occurrens, mandata expoſuit Romani Pontificis, qui & diſcidium fieri prohibebat, & Epiſcopo Moguntino Apo-*
736 *ſtolicæ animaduerſionis ſententiam minitabatur, quòd tam nefariæ ſeparationis ſe authorem promiſerit. Adhæc, ſuis manibus nunquàm Imperatorem conſecrandum fore, qui tam peſtienti exemplo, quantum in ſe eſſet, fidem Chriſti perdidiſſet. Principes aiebant, æquã cenſere Romanum Pontificem. Ita fractus magis, quàm inflexus Rex, ab incepto abſtinuit.*
737 Idem Schafnaburgenſis pòſt. an. D. 1071. *Carolus, cui Rex Henricus Conſtantienſem Epiſcopatum dederat, ab eodem arcetur ob crimen Simoniæ & furti, in quod incidiſſe conuictus eſt, Epiſcopo Moguntino ex delegatione Sedis Apoſtolicæ ſententiam in eum ferente, cùm etiam Rex in iudicio aſſideret, cauſámque Caroli, quoad poſſet, tueretur.*

Hildebrandum, qui Gregorius ſeptimus vocatus eſt, & ſanctiſſimum virum fuiſſe, & ſanctiſſima Decreta edidiſſe contra Presbyteros concubinarios, & Simoniacos, quorum Anteſignanus Henricus quartus, & Communione, & Regno iniuſtiſſimè priuatus eſt.

De Gregorij ſanctiſsima & integerrima vita ij teſtes erunt locupletiſsimi, quos illa ætate vixiſſe, & Gregorij mores probè cognitos & perſpectos habuiſſe, conſtat. Illi autem ſunt inprimis Clerici ac ciues vrbis Romæ: qua in vrbe Gregorius annis viginti & amplius, antequàm Pontifex crearetur, ſumma cum laude, imò inſigni cum admiratione vixit. Nam ſub *Leone Papa nono (quem ex omnium hiſtoricorum conſenſu Romam comitatus eſt)* itémque ſub *Victore ſecundo, Stephano decimo, Nicolao ſecundo, & Alexãdro ſecundo* ita Romæ egit: vt maximæ res tam domi, quàm foris ipſius auſpicijs fauſtè fœliciterque gererentur. Itaque & in Germaniam Pontificis nomine profectus eſt, & in Gallijs Turonenſi Concilio interfuit, & in Clericorum improbos mores ſumma cum authoritate & fructu ſæpius inquiſiuit. Porrò cùm in Cathedra Petri collocaretur, ita & Epiſcopis, & Clericis, & ciuibus vniuerſis integritas eius probata eſt, vt inſigni cum elogio, ſuæ electionis verba memoriæ poſterorum apud Platinam & Sabellicum commendata extent, quæ nos etiam ſuo loco proferemus. Iam verò dum rexit Eccleſiam, optimis quibuſque viris maiorem in modum placuit, vt *Guilielmo Abbati & Monachis Hirſangienſibus*, vt *Hugoni Abbati Cluniacenſi*, vt *Anſelmis duobus, Cantuarienſi & Lucenſi Epiſcopis*, vt *Mariano Scoto*, & *Lamberto Schafnaburgenſi* grauiſsimis omnino Hiſtoricis: quod idem conſtat etiam de

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Romani.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	*Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
	Idem Alexander.			
			Crimina Gregorio intentata.	*Gregorij conteſtata integritas & innocentia.*
1073	161. Gregorius 7.	Henric' 4 perſecutor Eccleſiæ Romanæ.	a Apud Brixiam Noricam certi Epiſcopi, mandato Regis Hẽriciquarti conuenientes, accuſabant Gregorium ſeptimum, primò velut Simoniacum. Marianus Scotus in Chron.	a Ioannes Trithem. in Chron. *In Synodo apud Brixiam Noricorum habita, S. Pontificem inauditis criminibus falsò accuſârunt.* Et alibi de illiuſmodi Synodo agens: *Ad hoc* (inquit) Concilium *malignantium Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis vocatus, ire contempſit: quippe qui Vicarium Christi ſanctum & innocentem nouerat.* Itemque Lambertus Schafnaburgenſis in hiſtoria rerum Germanicarum ait: *Hildebrandi conſtãtia & inuictus aduerſus auaritiam animus, omnia excludebat argumenta humanæ fallaciæ.* Martinus Polonus in Chron. *Gregorius Septimus propter laudabilem vitam eſt in Papam electus.* Denique Platina & Sabellicus commemorant electionis verba in hanc formam: *Nos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Presbyteri, præſentibus Epiſcopis, Abbatibus, multiſq́; tùm Eccleſiaſtici, tùm laici ordinis, Eligimus hodie decimo Calendas Maij in Baſilica S. Petri ad Vincula, anno ſalutis 1072. in verum Christi Vicarium Ildebrandum Archidiaconum virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iuſtitiæ, constantiæ, religionis, modeſtum, ſobrium, continentem, domum ſuam gubernantem, pauperibus hoſpitalem, in gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ liberè à teneris annis vſque ad hanc ætatem educatum, doctum. Quem quidem cum ea poteſtate præeſſe volumus Eccleſiæ Dei, qua Petrus Dei mandato quondam præfuit.*

b Item

b Fides

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1073	161. Gregorius 7. Saonẽſis, Bonicij filius, Monachus, & Prior Cluniacenſis.	Græ. Nicephor⁹ an. 3. Lat. idem Henricus 4.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

b Item accuſabant eundem velut hæreticum, qui Catholicam & Apoſtolicam fidem de Corpore & Sanguine Domini in quæſtionem poſuerit, hæretici Berengarij antiquus diſcipulus. Hæc illi, vt teſtatur Vrſpergenſis in Chron.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

b Fides Gregorij ſeptimi de Corporis & ſanguinis Domini veritate in Euchariſtia, multis modis toti Eccleſiæ probata fuit. Primùm, quia communicauit cum Leone Papa nono, dum ad vrbem Romam eum deduceret, vt ex Sigeberto iam antè docuimus. Leo autem is erat, qui primus hæreſim Berengarij condemnauit. Deinde Guitmundus author eſt (cuius etiam verba paulò antè in medium protulimus) mortuo iam Papa Leone, Hildebrandum Eccleſiæ Romanæ tunc Archidiaconum, in Turonenſi Concilio affuiſſe, vbi Berengarius iterũ damnatus eſt. Præterea Schafnaburgenſis teſtatur, eundem Gregorium *& miſſas celebraſſe, & ſacra confeciſſe, & Corpus Dominicum manu præferentem* tùm velut Iudicem ſuum agnouiſſe, tùm aduerſario ſuo Imperatori Henrico eam conditionem detuliſſe, vt non alio iudice, quàm Dominici Corporis ſumptione purgari eum exoptaret. Denique Aeneas Syluius in Epitome Blondi, 2. Decadis lib. 3. ſic habet. *Romæ à Gregorio Synodus tenta eſt, in qua error Berengarij de Sacramento damnatus eſt.* Potuitne hæc res conteſtatior fieri? Quòd ſi Epiſcopos illos in hæreſi Berengariana Gregorio imponenda impudenter mentitos fuiſſe conſtat: (vt certè iam conſtat) idem omnino de reliquis etiam criminibus in eum confictis iudicandum eſt. Sin poſſet fieri, vt Gregorius ſeptimus cum Berengario ſenſiſſet: ſaltem id efficeretur, vt omnia hæc crimina in eum caderent, qui non Catholicæ fidei vir, ſed ex Proteſtantium huius temporis anteceſſoribus extitiſſet. Verùm hoc adeo falſum eſt, vt Victor, Vrbanus & Paſchalis ſecundus (quos certum eſt inſignes & Catholicos Præſules fuiſſe) honorauerint memoriam Gregorij ſeptimi, eiuſque ſententiam in Henricum latam confirmarint.

At Henricus interim,quem Gregorius excommunicauit,qualis tandem extitit?Certè is,qui matrem Agnetem ex ſuo regno aufugere compulit,qui Praxedem vxorem acerrimè perſecutus eſt,in quem filius arma ſumpſit,quemque Principes Germaniæ tam Clerici,quàm laici,iuſto iudicio deſerendum iudicârunt. Sed de iis poſtea. Nunc ea primùm attingamus,quæ ad hanc orationis partem ſpectant. Abbas Vrſpergenſis, cuius teſtimonio nec Aduerſarij quidem recuſare poſſunt, propterea quòd eum omnibus eorum temporum Hiſtoricis longè anteponunt, tamen is de Henrico Imperatore ita ſcribit, Anno Dom. 1068. *Henricus Rex adoleſcentiæ vſus libertate, Saxoniam ſolam ex omni Romano Imperio cœpit incolere, Principes deſpicere, nobiles opprimere, inferiores ſuſtollere, venatui, luſibus, cæteriſq́ huiuſmodi exercitijs, plus quàm iuſtitijs faciendis (vt incuſatus eſt) operam dare, filias Illuſtrium quibuſlibet obſcurè natis coniugare, priuata præſidio (nimirum potentibus regni non ſatis fidens) inſtituere. His diſcordiæ ſeminarijs contigit Regi quàm plurimos inſidiatores tam vitæ, quàm regni ſui creſcere.* Talia igitur initia ipſius erant, qui tot Pontifices Romanos perſecutus poſtea eſt.

Adiungamus Abbati Vrſpergenſi Auentinum, qui & ipſe plurimum arridet Proteſtãtibus, quorum partes fouet. Is aũt in lib. 5. Annalium Boiorũ hæc habet verba. *Henricũ ſtupris, amoribus, impudicitia & adulterij flagraſſe infamia, nec amici quidem negant.* Ore igitur ac voce duorum teſtium,quos ipſi Proteſtantes omni exceptione maiores eſſe concedunt,noſtra oratio nititur ac confidit. Cùm autem peccata æquè ac virtutes velut funibus & vinculis quibuſdam inter ſe connectantur: cuius cor adulterij ac ſtupri plenum eſſe non negas, difficile eſt, vt illum immunem à cæteris criminibus eſſe perſuadeas. Quanquàm enim neceſſe non ſit,qui vnius grauis peccati reus eſt, eum ſtatim omnibus ſceleribus eſſe obnoxium: illud tamen certiſsimum eſt,eum,qui ob vnum crimen,quod æterna morte puniatur,charitatis expers fuerit, nullius veræ virtutis compotem eſſe. Nam eum, qui charitatem non habeat, nihil eſſe Apoſtolus docet. Multum igitur intereſt inter Henricũ quartũ, quem nec amici quidẽ ab immani ſcelere excuſant,& Gregorium ſeptimum,quem permulti ſanctiſsimi viri teſtantur omni virtutum genere abundaſſe, turpitudinis autem nullius reum fuiſſe. His ita poſitis,accedamus ad alia grauiora peccata, ob quæ Henricus excommunicatus fuit. Marianus igitur Scotus, qui ſub Henrico quarto in Germania vixit,ac propterea rei veritatem optimè ſcire potuit, qui etiam ſcribendis Annalibus operã
dedit,is,inquam,Marianus in Chron. ſuis (anno Dom. 1075.) hũc in modum ſcribit. *Gregorius querimo-*
nijs & clamoribus Catholicorum iuſtis aduerſus Henricum & ſcelerum eius immanitatem auditis, Zelo Dei
743 *accenſus, iam dictum Regem excommunicatum pronunciauit, maximè propter Simoniam. Quod factum Ca-*
tholicis quidem viris bene placuit: Simoniacis verò ac fautoribus Regis nimium diſplicuit. Hæc Marianus.
Fuit ergo in Henrico ſcelerum immanitas: In Gregorio autem zelus Dei. Huius acta Catholicis pla-
cuerunt: Illius fautores appellantur Simoniaci. Ac ne fruſtrà hoc infame Simoniaci nomen Hen-
rico impoſitum quiſquàm putet,audi quid Ioannes Trithemius in Chron. ſuis referat. *Stephanus* (inquit)
Halberſtatenſis Epiſcopus vir doctus & ſanctus, ſemper Henrici quarti ſcelera deteſtatus, cum Romana Eccle-
744 *ſia optimè ſenſit. Scripſit ex perſona Ludouici fidelis Eccleſiæ Romanæ, ad Walramum Epiſcopum Naumburgẽ-*
ſem, qui partes Henrici Imperatoris 4. contra obedientiam ſummi Pontificis pertinaciter defendebat, epiſtolam
non minus elegantem, quàm prolixam: in qua cunctos errores, crimina, & ſcelera ipſius Henrici Regis tã apertè
deſcribit, vt nulla deinceps potuerint excuſatione negari. Inter cætera verò eiuſdem Epiſtolæ ſic dicit ad Walra-
mum defenſorem Regis ſchiſmatici & excommunicati. Audi igitur vera, non fucata: audi fortia, non faceta.
Omnis qui dignitates ſpirituales diuendit, hæreticus eſt: Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Epiſco-
patus & Abbatias vendit. Etenim Conſtantienſem, Bambergenſem, Moguntinenſem, & plures alias pecunia:
Ratiſponenſem, Auguſtenſem, & Strosburgenſem, pro gladio, Abbatiam Fuldenſem pro adulterio, Monaſteriẽ-
ſem verò Epiſcopatum, quod dicere & audire nefas eſt, pro Sodomitico immunditio vendidit. Quo ſi impudẽ-
ter negare volueris, teſte cœlo, teſte terra, omnes etiam à furno redeuntes ſcioli, concludent hoc: Dominus Hen-
745 *ricus hæreticus eſt. Pro quibus nefandis malis ob Apoſtolica Sede excommunicatus, nec Regnum, nec poteſtatem*
aliquam ſuper nos, quia Catholici ſumus, poterit exercere. Hæc viri conſtantiſſimi ſcripta, & authorem ſuum in
Dei ſundatum timore confirmant, & quanta fuerit in Romanam Eccleſiam temeritas manifeſtãt, qui perſeque-
batur vſque ad mortem omnes, qui Chriſti Vicario obedientiam exhibebant. Hæc Stephanus. Vt autem alia
eius generis omittam quæ non ſolùm de reliquo comitatu Regis, verùm etiam de Ruperto & Hildol-
pho,quos Rex creauerat Epiſcopos,Schafnaburgenſis perſcribit: illud vnum de Wilhelmo Traiectenſi
Epiſcopo quàm inſigne eſt? *Qui repentè grauiſſima ægritudine correptus, miſerabili eiulatu coram omnibus*
vociferabatur, iuſto Dei iudicio ſe & præſentem vitam amiſiſſe, & æternam, quòd Regi ad omnia, quæ perpe-
746 *ram intendiſſet, operam ſuam ſummo annisu præbuiſſet, atque in ſpem gratiæ eius, Romano Pontifici ſanctiſſi-*
mo, & Apoſtolicarum virtutum viro graues contumelias ſciens & prudens innocenti irrogaſſet. In hanc vocem,
vt aſſerunt, ſine communione, ſine vlla ſatisfactione expirauit. Hæc ille. Iam verò cùm Henricus Rex à

Pontifice

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem	
1073	Gregorius 7.	
		Lat. Idem Henricus 4.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

c Obijciebant illi præterea ijdē Epiſcopi, quòd eſſet diuinationum & ſomniorum cultor, & Necromanticus. Quod vtique non aliunde factum eſt, quàm quòd gratiam Dei, qua Gregorius miracula operabatur, Diabolo (vt qnondam Iudæi fecerant) in Spiritum ſanctum peccantes, aſcribebant.

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

c Lambertus Schafnaburgenſis ibidem. *Signa & prodigia, quæ per orationes Gregorij Papæ frequentius fiebant, & zelus eius feruentiſſimus pro Deo & Eccleſiaſticis legibus ſatis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant.*

Vincentius Gallus in ſpeculi hiſtor. lib. 25. c. 44. Ex Gulielmi Hiſtorici verbis refert, *Hildebrandum dono* Prophetiæ *præditum fuiſſe, tùm quia intimas Hugonis Cluniacenſis Abbatis cogitationes vidit, tùm quia peſtem prædixit, tùm quia reuelatum ei eſt, quòd Simoniacus quidam Epiſcopus ad hunc verſum* (Gloria Patri & Filio) *non poſſet voce tenus adijcere hæc verba* (& ſpiritui Sancto) *quod etiam rei exitus comprobauit.* Martinus Polonus etiam fatetur, eum miraculis coruſcare.

d Poſtre-

MMM ij

d Otto

Pontifice Romano ob Simoniam, & alia eiuſmodi ſcelera excommunicatus, conuentum Principum
Wormatiæ indixiſſet: *commodè* (inquit Schafnaburgenſis) *interuenit Hugo quidam, quem ante paucos dies
propter ineptiam eius & mores inconditos Papa de Cardinaliũ ordine amouerat. Huius authoritatem cæteri ſe-
cuti, ſententiam promulgârunt, quòd Gregorius Papa eſſe non poſſit, nec vllam iuxta Priuilegium Romanæ Se-
dis ligandi aut abſoluendi poteſtatem habuerit.* Hîc obiter illud animaduerto, neminem iſtorũ Sedis Apo-
ſtolicæ Primatum, ſed tantùm Hildebrandi perſonam oppugnaſſe. Imò in illo ipſo conuentu Epiſcopi
aliquot dixerunt, *contra Canonum ſtatuta eſſe, vt Epiſcopus aliquis (nedum Romanus) abſens, necdum proba-
tis criminibus condemnaretur. Vbi autem Papa intellexit, in ſuam damnationem ſubſcriptum eſſe, in Synodo
frequente Regem cum tribus Epiſcopis nominatim excommunicat. Interim Teutonici Principes Henrici flagi-
tijs commoti, Papam inuitant, vt Auguſtam veniat ad diſcutiendam Regis cauſam. Eodem etiam tempore*
747 *Vtonis Epiſcopi Treuerenſis authoritate adducti, optimi quique ſeſe à Palatio ſubtrahunt. Præterea Altmannus
Pataulenſis Epiſcopus magnarum in Chriſto virtutum, & Patriarcha Aquileienſis à Pontifice miſſi ſunt, vt om-
nibus per Gallias conteſtarentur, iuſtis de cauſis excommunicatum eſſe Henricum, & ad eligendum alium Re-*
748 *gem Apoſtolica authoritate ſuffragium pollicerentur. His anguſtijs Rex concluſus, Romano Pontifici apud Ca-
nuſium occurrit. Et quoniam pœnitentia eius vera eſſe non credebatur, ægrè poſt tridui expectationem his con-
ditionibus abſolutus eſt, vt certo die & loco ad Generale Concilium præſto eſſet, accuſationibus, quæ à Teutonicis
Principibus intenderẽtur, reſponſurus. Rex promiſit, & alij aliquot Principes ſub iureiurando confirmârũt, hoc eũ
facturum.* Papa verò vbi *Miſſarum ſolennia celebraſſet, præferens manu Corpus Dominicum, ad Regem palàm
ait: Ego iam pridem à te tuiſq; fautoribus inſimulor, Sedem Apoſtolicam per Simoniacam hæreſim occupaſſe, &
alijs criminibus vitam maculaſſe. Quo igitur ſatisfactionis compendio, omnem omnibus ſcandali ſcrupulum auſe-
ram, Deum precor, vt ſuo me hodie iudicio vel abſoluat ſubiecti criminis ſuſpicione, ſi innocens, vel ſubitanea*
749 *morte interimat, ſi reus. Et mox partem Dominici Corporis accepit, & comedit. Qua liberrimè abſumpto, cùm
populus innocentiæ Pontificis congratulatus, in laudes Dei aliquandiu acclamaſſet, ad Regem conuerſus: fac (in-
quit) fili, ſi placet, quod me facere vidiſti. Rex poſt dilationem impetratam, recuſauit eo modo ſe purgare. Nec
iniuriâ: vbi enim ad ſuos redierat, ſtatim etiam ad ingenium rediit, nec prius quieuit, quàm & B. Gregorium
vrbe expuliſſet, & Gibertum Rauennatenſem Epiſcopum eius loco ſuppoſuiſſet. Gregorius verò* (vt author eſt
Otto Friſingenſis lib.6.c.36.) *Salerni manens, appropinquante vocationis ſuæ tempore, dixiſſe fertur: Dilexi iu-
ſtitiam, & odi iniquitatem, propterea morior in exilio.*

Guilielmus verò Tyrius Metropolita, rem iſto modo exponit belli ſacri lib.1.c.13. *Henricus Teutoni-
cus Rex, & idem Romanorum Imperator, à D. Gregorio Papa ſeptimo paſſus fuerat quæſtionem & controuerſiã
non modicam, ſuper annulo Epiſcoporum defunctorũ, & baculo. Inoleuerat enim conſuetudo (præſertim in Im-
perio) quòd defungentibus Eccleſiarum Prælatis, annulus & virga Paſtoralis ad Dominum Imperatorem diri-
gebatur. Vnde poſtmodum vnumquemlibet de familiaribus & Capellanis ſuis inueſtiens, ad Eccleſiã vacantem
dirigebat, vt ibi Paſtoris fungeretur officio, non expectata Cleri electione. Quod Dominus Papa contra omnẽ fieri
honeſtatem conſyderans, & iura in eo facto conculcari Eccleſiaſtica perpendens, ſemel, ſecundò, ac tertiò eun-*
750 *dem Imperatorem commouit, vt à tam deteſtabili deſiſteret præſumptione. Quem præceptis ſalutaribus commo-
nitum, cùm reuocare non poſſet, vinculo anathematis innodauit. Quod factum nimis indignè ferens Imperator,*
751 *cœpit Eccleſiam Romanam perſequi, & Domino Papæ Guibertum Rauennatem Archiepiſcopum, virum litera-
tum & locupletem nimis, ſuſcitauit aduerſarium. Qui de viribus Imperatoris præſumens, & de multitudine
diuitiarum confiſus, excluſa violenter prædicto venerabili viro, Sedem inuaſit Apoſtolicam: ita delirus, & ab
intellectus ſynceritate deficiens, vt id ſe eſſe crederet, quod falsò dicebatur.* § Ecce tam illuſtres hiſtorici,
tamq; affines illorum temporum, vno conſenſu & factum Gregorij ſeptimi laudant, & Imperatorem
eiuſque Imaginarium Pontificem reprehendunt. Sed pergamus etiã ad alios, huiuſſe rei teſtes idoneos.

Vrſpergenſis in Chron. Poſtquàm oſtendiſſet, quid 19. Epiſcopi ab Henrico Imperatore contra Pa-
pam Gregorium in vnum conuocati factitaſſent, itemq; quòd Antipapam Gisbertum (aliàs Wigber-
tum) conſtituiſſent, adiungit hæc verba. *Scripſit poſt hæc Anſelmus, Lucenſis Epiſcopus, Epiſtolam ad eundem
Wigbertũ, in qua illũ præuaricatorem ac ſuperbũ cognominat, inter alia ſubinferens: Vt ergo de B. Gregorio Patre*
752 *noſtro dicam, quod de Cornelio ſcripſit Beatus Cyprianus: factus eſt Epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, de
Clericorum penè omnium, & vt verius dicam, omnino omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc aderat, ſuffragio,
de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cùm nemo ante ſe factus eſſet, cùm Alexandri locus, id*
753 *eſt, cùm locus Petri, & gradus Sacerdotalis Cathedra vacaret. Quo occupato, & de Dei voluntate, atque omniũ
noſtrûm conſenſu ordinato, quiſquis iam Epiſcopus voluerit fieri, foras fiat neceſſe eſt, nec habet Eccleſiaſticam
ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, licet multum de ſe iactans, ſibi plurimùm
vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cùm poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum,
qui ſolus debet eſſe, factus eſt, iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt. Hac priori (Epiſcoporum) ſententia valdè*

contraria

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
		Græ. Alexius an.33. Occultus Eccleſiæ perſecutor qui cō iunxit ſe cū Turcis, ob inuidiā in Latinos Principes, tunc in Paleſtina bellū Domini gerētes.
1073	Idem Gregorius, ſedit an.12.m.1.d.3.	Lat. idem Henricus 4.

✠ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

d Poſtremò vocârunt eum homicidam, & Sacrilegum.

138. De

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

d Otto Friſingenſis Hiſtor.lib.6.c.32.ſic habet. *Hildebrandus ſemper in Eccleſiaſtico rigore conſtantiſſimus fuit.* Et in eodē li. c.36. *Eccleſia tanto Paſtore, qui inter omnes Sacerdotes & Romanos Pōtifices præcipui zeli ac authoritatis fuit, orbata, dolorem non modicum habuit.*

Gotfridus Viterbienſis in Chronicor. part.17. Gregorius ſeptimus ſeipſum athletam Dei, pro domo Domini murum conſtituit.

Trithemius in Chron. Hildebrandus cultor & defenſor iuſtitiæ, & libertatis Eccleſiaſticæ omnium acerrimus. (Et pòſt.) Vir multæ doctrinæ, magnæque pietatis, prudentiæ, iuſtitiæ, conſtantiæ.

Nauclerus, qui & ipſe Germanus fuit, de eo ſic ſcribit in generatione 37. *Vir fuit Gregorius religioſus, timens Deū, iuſtitiæ, & æquitatis amator, in aduerſis conſtans, qui propter Deum in his, quæ ad iuſtitiā pertinebāt, nil timuiſſet perficere.* Crantzius in Metrop. li.5. c.20. *Henricus quartus Eccleſiarū iura inuaſit, Epiſcopos pro ſuo arbitrio inſtituens deſtituenſq;. Summū Pontificē Gregorium Septimum virum ſanctum inſectatus eſt.* Platina in vita Grego. ſeptimi. *Salerni ſanctè & piè moritur. Vir certè Deo gratus, prudens, iuſtus, clemens, pauperū, pupillorū, viduarum Patronus.* Conſentit Sabellicus Ennead.9. lib.3. Viderint Proteſtantes, vtrum authores ſatis graues habeant, quos Anſelmo Cantuarienſi, Bernardo Corbienſi, Mariano Scoto, Lamberto Schafnaburgenſi, Guilielmo Tyrio, Ottoni Friſingenſi, Gotfrido Viterbienſi, Vincentio Gallo, Martino Polono, Trithemio, Platinæ, Crantzio, Nauclero, Blondo, Sabellico opponant. Abbatem Vrſpergenſem illi quidem laudant: ſed eum etiam à nobis ſtare ipſius verba, ſæpius à me citata, ſatis perſpicuè demonſtrant. Cùm igitur hi omnes cauſam Romani Pontificis æquiorem iudicarint, admiror Auentinum non animaduertiſſe, quòd ab hiſtoriæ veritate permultum aberrauit, dum in Gregorium Septimum maledicè inuectus, Henricum quartum immeritò laudat.

 Alexius

contraria ſcripſit Anſelmus Epiſcopus, vir literis apprimè eruditus, ingenio acutiſſimus, facundia præcipuus : & quod omnibus maius eſt, in Dei timore & ſancta conuerſatione nominatiſſimus, adeo vt tam in vita, quàm poſt mortem referatur miraculis clarus. § Porrò (quoniam facta eſt mentio iſtorum nouemdecim Epiſcoporum, qui ſententiam depoſitionis in Sedis Apoſtolicæ Pontificem protulerunt) vt ſciatur, quid illis eorumque ſimilibus poſtea euenerit, ſciendum eſt, eos qui pœnitentiam de ea re egerunt, reconciliatos Eccleſiæ fuiſſe. Qui autem impœnitentes mortui ſunt, de ijs Abbas Vrſpergenſis in Chron. (an.D.1106.) ita ſcribit. *Fœtet & reſpuitur, condemnatur & anathematizatur hæreſis Wigbertina, vel Henri-*
754 *ciana. Abdicatis ſiue fugatis hæreſibus, Catholici Cathedris Pontificalibus deſtinantur, è quibus etiam aliqui inter ipſa Feſta conſecrantur. Deniqne in tantum Diuinæ legis ſubitò zelus efferbuit, vt etiam ipſa cadauera Pſeudoèpiſcoporum ab Eccleſiis eliminarentur. Quotquot autem ab ipſis erant ordinati, vſque ad generalem au-*
755 *dientiam ab officijs ſuſpenderentur. Iam enim exaltatus ſibi diuinitus Eccleſia Romana cornibus, ad incutiẽdum timorem cunctis vſquequaque Schiſmatum membris, etiam capitis ipſius oſſa, Wigberti ſcilicet dicti Papæ, de ſepulchro ſuo, quod per quinque iam annos in Eccleſia Rauennenſi poſſederat, proijci fecerat, vniuerſaq; eius inſtituta, vt verè non Apoſtolici ſacerdotis, ſed Apoſtatici inuaſoris annullari decreuerat.*

Inter hos omnes tumultus, qui ſub Henrico Quarto acciderunt, id magnopere animaduertendum eſt, quòd nec ipſe Henricus (nedum alius quiſquàm) Romanæ Eccleſiæ Primatum vlla ex parte impugnauit. Imò idem *Henricus & apud Gregorium Papam interceſſit, vt Rudolphum Regem excommunicaret, & de Paſchali Papa ad Principes Germaniæ dixit: Domino Papæ in præſentia Legati ſui & veſtra obedire pa-*
756 *rati ſumus: & nunc parati ſumus ei omnem debitam reuerentiam & obedientiam ſincero corde & deuotione præſentialiter exhibere.* (Et pòſt.) *Appellamus* (inquit) *Romanum Pontificem, & Sanctam vniuerſalem Ro-*
757 *manam Sedem & Eccleſiam.* Hæc Henricus apud Vrſpergenſem in Chron. Si ergo vlla fides in Henrico fuit, ea Primatum Romani Pontificis agnouit perinde ac debuit. Cætera quæ ad tempora Henrici pertinent, ſub Vrbani & Paſchalis ætate explicabuntur.
758 Blondus Decade 2. lib. 2. *Michaël per Nicephorum ab Imperio Conſtantinopolitano deiectus, ad Gregorium confugit, qui Nicephorum excommunicauit.* § Græcorum igitur Imperator agnouit Gregorij Septimi Primatum.

Cromerus de rebus Polonorum lib. 4. *vbi Romæ nunciatum eſt, Boleſlaum Poloniæ Regem eius nominis*
759 *ſecundum apud ipſum Altare S. Staniſlaum (qui mortuum etiam ſuſcitauerat) nefariè occidiſſe: Gregorius Septimus toti Poloniæ ſacris interdixit, Boleſlaum diris deuouit, regnumq; ipſi ſolenni ritu abdicauit. In poſterum*
760 *quoque ne quem Epiſcopi Regem ſine ſuo iuſſu inungerent, & coronarent, edixit. Quod Edictum adeo ſeuerè obſeruatum eſt, vt à Rege Boleſlao ſecundo vſque ad Premiſlium, hoc eſt, per ducentos & eò amplius annos nemo Principum Bohemiæ auderet Regium nomen ſibi ſumere. Boleſlaus verò, etſi anno ferè vno poſt Papæ ſententiam in regno permanere videbatur, (quod tempus ei Deus ad pœnitentiam conceſſit) tamen poſt annum expletum primi omnium imperium eius detrectârunt nuper ſubacti Ruſſorum Principes. Deinde in eum conſpirârũt Nobiles ac Proceres nonnulli. Tum autem in Vngariam fugit. Demum amentia corripitur, atque ad poſtremum ſibi ipſi necem conſciuit.* § Tam ſeuerè Deus Pontificis Romani ſententiam in Regem latam curauit exequendam: vt omnes ſciant, Reges Chriſtianos in cauſis fidei & morum, Pontificibus Romanis ſubeſſe.
761 Ioan. Trithem. in Chron. *Rupertus Abbas Augienſis per Papam Gregorium 7. depoſitus, quia Romam, vt ſe de obiectis criminibus purgaret, ire contempſit, Monaſteriũ in Gegenbach à Rege Henrico ſuſcepit, vbi dum pro conſuetudine ſua lucris temporalibus immoderatius intenderet, ac progreſſus ipſe ad vim arcendam ius ſuum defenderet, vnà cum alio Monacho adoleſcente occiſus eſt.* § Tales ſanè Monachi ſolent eſſe, qui malunt Cæſari, quàm Petro adhærere.
762 Rodericus rerum Hiſpanicarum lib. 6. c. 25. & 26. *Gregorius Septimus miſit Ricardum Abbatem, vt Eccleſias Hiſpaniæ Eccleſiaſtico moderamine ordinaret.*

Ioannes Trithemius in Chron. *Præfuit eo tempore Sacroſanctæ Romanæ & vniuerſali Eccleſiæ reueren-*
763 *diſſimus Papa Gregorius ſeptimus, qui precibus Adalberti de Calna Sedi Apoſtolicæ humiliter directis acquieſcens, Apoſtolicæ authoritatis priuilegio muniuit liberalitatis ipſius inſtitutionem in Hirſaugienſi Monaſterio reparando.*
764 Idem Trithemius ibidem. *Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis, qui Gregorium ſeptimum Vicarium Chriſti Sanctum & innocentem nouerat, cum Sancta Romana Eccleſia optimè ſentiebat.*

Victor Pontifex creatus (inquit Platina in vita ipſius) *ſtatim Gregorij partes ſuſcepit. Hanc ob rem crediderim, eum Henricum Regem hoſtem habuiſſe, cuius fraude* (vt Martinus ſcribit) *veneno in Calicem iniecto, dum ſacrificat, necatur:* licet Vincentius diſſenteria perijſſe hominem dicat.
765 Iuo Epiſcopus Carnotenſis Primatum Pontificis Romani plurimis authoritatibus ac teſtimonijs probat in quinta parte eius libri, qui *Decretum Iuonis* inſcribitur.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1086	162. Victor 3 Beneuentanus, ſedit an. 1. m. 3. d. 24.	Lat. Idem Henricus 4.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

138. De Bogomilis.

a Primarius Doctor Bogomilorum (authore Zonara in vita Imperatoris Alexij) Baſilius quidam fuit.

b Trinitatē negauit, vt eſt apud Euthymium Panop. Par. 2. Tit. 23.

c Septem Scripturæ libros duntaxat ſuſcipiebant, reijcientes Moyſen.

d Deum humana forma præditum putabant.

e Angelos vel potius Dæmones creaſſe mundum.

f Michaëlem Archangelum fuiſſe incarnatum.

g Baſilium Magnum, Nazianzenum, Chryſoſtomum, ac Patres omnes, qui ſacras Imagines venerati ſunt, fuiſſe reprobos, & idololatras.

h Crucem deſpiciunt, quòd in ea Seruator occiſus fuerit.

i Aiunt, Dæmones fictè Crucem fugere, vt homines eam velut Dæmonum expultricem magis honorent.

k Baptiſmum noſtrum (quia per aquam fit) Ioannis baptiſmum eſſe: ſuum verò eſſe Chriſti, quia fit per Spiritum. Caluiniſtæ dicunt, & eum baptiſmum, qui miniſtratur in Eccleſia, eſſe eundem cum Ioannis Baptiſmo.

l Myſticum venerandum Sacrificium contemnunt, vt hodie Lutherani & Caluiniſtæ.

m Panem

✤ *Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

a *Alexius Imperator communi ſuffragio Baſilium impoſtorem in equeſtri theatro comburi iuſſit.* Zonaras in vita Alexij.

b Theophilactus in Matth. c. 28. *Chriſtus præcepit baptizare in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, non in nominibus, ſed in nomine. Vnus igitur Deus, tres.*

c Paſchalis Papa in Lateranenſi Concilio (vt Vrſpergenſis teſtatur, an. D 1112.) *Amplector* (inquit) *omnem diuinam Scripturam veteris & noui Teſtamenti, Legem à Moyſe ſcriptam & Sanctis Prophetis.*

d Theophylactus in Ioan. cap 4. *Deus ſpiritus eſt, hoc eſt, incorporeus.*

e Anſelmus in Proſologio. c. 5. *Deus ſolus exiſtens per ſeipſum, omnia alia fecit de nihilo.*

f Anſelmus in lib. Cur Deus homo. c. 5. *Redemptio hominis non potuit fieri per aliam, quàm per Dei perſonam*, ne homo, qui Redemptoris ſui ſeruus neceſſariò eſſe debebat, ſi alterius quàm Dei ſeruus fieret, nō in eā dignitatē inſtauraretur, quā habiturus erat, ſi nō peccaſſet.

g Euthymius Panopliæ par 2. Tit. 23. c. 11. *Venerandas Imagines idola gentium appellant, ignorantes falſa eſſe idolorum exemplaria, cùm Deos appellent, qui dæmones, aut ſcelerati homines ſunt. At Imaginum apud nos exemplaria verè id referunt, quod appellantur.*

h Euthym. *Crucem potius debebant honorare tanquàm diaboli perditricem.*

i Euthym. cap. 15. ibidem. *Gemitus & corporis vexatio eorum, qui opprimuntur à dæmonibus, tormenta & cruciatus dæmonum indicant.*

k Euthym. c. 16. *Si noſter Baptiſmus aqua ſolùm perageretur, Ioannis eſſet. Nunc autem aqua peragitur & Spiritu. Ioan. 3.*

Theophylactus in Luc. ca. 3. *Baptiſma Ioannis præparabat homines, vt acciperent Chriſti Baptiſmū, quod ſolùm habebat remiſſionem peccatorū.*

l Iuo Carnotenſis Epiſcopus in Ep. ad Haimericū Abbatem. *Cùm Chriſtus ſemel in diſtinctione membrorum ſuorum, in manifeſtatione corporis ſui, ſe obtulerit hoſtiam viuentem, paſſibilem & mortalem: quotidie tamen ſub velamento panis & vini, à Sancta Eccleſia immolatur, & non in parte ſciſſum, neque cruentum corpus eius fidelium ore percipitur.*

m Adelman-

Ex Ottone Friſingenſi lib.6.cap.32. Cùm tres ſimul inuaſiſſeut Eccleſiæ Romanæ Pontificatū,reli-
707 gioſus quidem Presbyter Gratianus,zelo pietatis *matri ſuæ compatiēdo*,illis pecunia perſuaſit, *vt à Sede
ſanćta cederēt*,redditibus Angliæ relictis Benedicto,qui maioris videbatur eſſe authoritatis. Vnde ciues
Romani Gratianum velut Eccleſiæ liberatorem iu ſummum Pontificem eligentes,Gregorium voca-
uerunt. Cui pòſtea velut de Simonia notato cùm Henricus Imperator Pōtificatu cedere perſuaſiſſet,
Clemens in eius locum ſuffectus eſt. At Hildebrandus hominem admiratus,trans Alpes vſque ob amo-
rem inſecutus eſt.

Blondus Decad.2.lib.3. *Damaſo mortuo,Romani ab Henrico Imperatore Pontificē de more conſuetudine
petunt. Datur Bruno, qui ab Ildebrando admonitus,Papalia depoſuit ornamenta,vt Apoſtaſiæ periculū euitaret.*

Otto Friſingenſis lib.6.cap.33.Bruno,qui & Leo,authoritate Regalis excellentiæ ad Sedem B.Petri
deſtinatus fuit. Cumq; aſſumpta purpura Pontificali,per Gallias iter ageret,coutigit eum Cluniacum
708 venire,vbi fortè tunc Hildebrandus Prioratus,vt dicitur,obedieutiam adminiſtrabat. *Is Leonem adiēs,
æmulatione Dei plenus,conſtanter eum de incepto redarguit,illicitum eſſe, inquiens,per manum Laicam Sum-
mum Pontificem ad gubernationem totius Eccleſiæ violenter introire. Verùm ſi ſuis ſe credere velit conſiliis,
vtrumque,& quòd Maieſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, quodq́; libertas Eccleſiæ in electione Canonica
renouetur,ſe pollicetur effecturum*. Inclinatus ille ad monitum eius,purpuram deponit,peregrinique ha-
bitum aſſumens, ducens ſecum Hildebrandum, iter carpit. Igitur ad Vrbem vſque venientes,*conſilio
709 Hildebrandi à Clero & populo Bruno in Summum Pontificem eligitur.* (Et iterum.) *Poſthac Synodus Ma-
guntiæ celebratur in præſentia Summi Pontificis Leonis, & Imperatoris.* § Hic eſt ille Pontifex, qui horta-
tu Hildebrādi ad ſummam Præfecturā aſſumptus,Chriſtum hoſpitio ſuſcepit.Sic enim tradit Sigeber-
tus an.Dom.1048.*Bruno,qui & Leo,cùm ad capeſcendam Sedem Apoſtolicam Romam tenderet,audiuit vo-
ces Angelorum canentium: Dicit Dominus,ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Hic de multis San-
ctis Cantus compoſuit,& multa fecit & ſcripſit Eccleſiæ vtilia. Hic cùm in Papatu pauperem leproſum ante fo-
res offendiſſet, eum fotum diligenter in lecto ſuo collocauit,quem cùm reſerato hoſtio non inueniſſet, in paupere
ſe Chriſtum ſuſcepiſſe obſtupuit.*Et an.Dom.1049.*Leo Papa in Gallias veniens,Godefridum Imperatori recon-
710 ciliauit,& in Germania & Gallia Synodis habitis, ſtatum Eccleſiæ meliorauit.*

Vrſpergenſis in Chron.an.Dom.1053.Cùm Papa Hunibertum Epiſcopi Wormatienſis Diaconum
ob inobedientiam ſub ipſo Miſſæ tempore degradaſſet,Epiſcopus conteſtabatur,nec ſe,nec aliū quem-
piam,completurum illud officium,niſi reciperet miniſtrum ſuum. *Quod vbi Apoſtolicus intellexit, rein-
dutum miniſtrum continuò remiſit. Quo in re & Pontificis (Wormatienſis) authoritas,& Apoſtolici conſyde-
randa eſt humilitas,dum & ille officij ſui dignitatem defendere contendebat,& iſte licèt maioris dignitatis, Me-
711 tropolitano tandem in ſua Diœceſi cedendum perpendebat.*

Sigebertus an.D.1501.Francia turbatur per Berengarium Turonenſem, qui aſſerebat,Euchariſtiam,
quam ſumimus in Altari,non eſſe reuera corpus & ſanguinem Chriſti. Inter cæteros autem Lanfran-
cus Archiepiſcopus Cantuarienſis contra errorem illius per Dialogum diſputauit. Itaque(teſte Guil-
712 lelmo Malmesberienſi lib. 3. de geſtis Anglorum)*ſoliditatis Catholicæ timens ſanctiſſimæ memoriæ Leo Pa-
pa,Vercellis contra Berengarium inſtituto Concilio, tenebras nebuloſi erroris Euangelicorum teſtimoniorum
fulgore depulit.*

Lanfrancus in lib.de Sacramento Altaris.*Humbertus cùm eſſet vir religioſus,fide Chriſtiana & Sanctiſ-
713 ſimis operibus perſeuerantiſſime decoratus,ſcientia Diuinarum & ſecularium literarum apprimè eruditus,eum
de Lotharingia Sanctus Leo Romā traduxit,& ad prædicandum Siculis verbum Dei Archiepiſcopū ordinauit.*

714 S. Eduardus Rex Anglorum à Leone Papa (vt in vitâ eius narrat Alredus) voti, quo Romam ire
promiſerat,redemptionem Apoſtolica authoritate obtinuit.

715 Leo Papa nonus in Epiſt.aduerſus præſumptiones Michaëlis Conſtantinop.Patriarchæ,& Acridani
Bulgarorum Epiſcopi cap.32. *Romana Eccleſiæ fides per Petrum ſuper Petram ædificata,nec hactenus defe-
cit,nec deficiet in ſecula,Chriſto eius Domino rogante pro ea,ceu teſtatur ab ipſa Paſſione ſua: Ego rogaui pro te,
Petre,vt non deficiat fides tua:& tu aliquando conuerſus,confirma fratres tuos. Quo dicto demonſtrauit,fidem
fratrum vario defectu periclitandam, ſed inconcuſſa & indeficiente fide Petri,velut firma ancora ſubſidio figen-
dam,& in fundamenta vniuerſalis Eccleſiæ confirmandam.* § Ecce quanta cum fidei conſtantia prædicit,
Romanam fidem aliquando in poſterum non defecturam: & iam quingenti & eò amplius annî ſunt,in
quibus rerum euentus huic prædictioni teſtimonium dicit.

716 Idem Papa Leo in Epiſt.ad duos Epiſcopos Africæ. *Solus Carthaginenſis Epiſcopus pallium ab Apo-
ſtolica Sede habere ſolet.*

Idem Papa Leo in Epiſt.ad Petrum Patriarcham Antiochenum.*Promotionem tuam ad Epiſcopale fa-
717 ſtigium,electione Cleri & populi,ſicut aſſeris,factam,atque fidem tuā ſecundùm antiqua cōſuetudinis religioſum
& valde*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	153. Gregori⁹ 6.	
	154. Clemens 2.	
1048	155. Damaſus 2. Bauarus, Germanus, ſedit d. 23.	Lat. Idem Henric⁹ 1.
		Græ. Theodora ſola an. 2.
1049	156. Leo 9. Alſata, Francus, ſedit an. 5. d. 8.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

in lib. de azymo) & multa in ſuis Eccleſijs male adminiſtrabãt, dũ vel rebaptizabant à Latinis baptizatos, vel Neophytos, vel Eunuchos ad Sacerdotiũ promouebãt, vel paruulos ante diẽ octauũ morientes, & mulieres adultas in partu periclitantes nõ baptizabant, quarũ rerũ author eſt Sigebertus in Chro. Verùm quia nec omnes Græci hæc paſsim faciebant, nec pertinaciter ea propugnabant, in hæreſibus numerãda nõ videtur.

136. De Ioanne Scoto.

a Libellũ quendã impiũ de Euchariſtia ſcripſit Ioannes Scotus, à quo Berengarius hauſiſſe videtur doctrinam ſuam, nõ ſuper tecta, inſtar Apoſtolicæ doctrinæ in multis gẽtibus per teſtes multos prædicatam, ſed in penetralibus & deſerto à paucis homuncionibus, ſicuti Chriſtus de Pſeudoprophetis prædixerat, (Matt. 24.) obſcurè ab initio traditam & diſſeminatam.

137. De Berengariana, ſeu Sacramentaria hæreſi.

b Berengarius Archidiaconus Andegauenſis ad B. Lanfrancum literas quaſdã ſcripſit, in quibus Ioannẽ Scotũ extollebat, Paſchaſium dãnabat, & cõmuni de Euchariſtia fidei aduerſa ſentiebat. Per hanc occaſionem prodita eſt Berengarij hæreſis, quæ dicebat, *ſupereſſe in Altari poſt conſecrationẽ ſubſtantiam panis & vini*. Hæc enim ſunt ipſius Berengarij verba, quæ apud Lanfrancũ ſub perſona eius extant. Quo errore ſemel poſito, quod neceſſariò ſequi videbatur, adiunxit, *non eſſe in Altari veram Corporis & Sanguinis Domini ſubſtantiam poſt conſecrationem.*

b Roma-

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

altius fundata firmiter ſtetit, et tam Græciæ, quàm totius orbis hæreticos ſemper confutauit, & de excelſo fidei tribunali data ſententia iudicauit.

a Liber Ioannis Scoti de Euchariſtia in Synodo Vercellenſi palàm lectus eſt, & omnium ſententia damnatus, vt Lanfrancus teſtatur in libro de veritate Corporis & Sanguinis Domini in Euchariſtia.

Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis in Epiſt. ad Adeodatum. *Chriſtus non inanus Myſterij Symbolum, ſed verum Corpus ſuũ nobis reliquit, quod quotidiana veneratione ſub viſibili creaturæ forma, inuiſibiliter virtu⸗ſecreta in ſacris ſolẽnibus operatur. Vndè in nobis manet, non ſolùm per concordiam voluntatis, ſed etiam per naturæ vnitæ veritatem.* (Pauloquè pòſt.) *Et quæ ſubſtantia panis & vini apparebat exterius, iam Corpus Chriſti & Sanguis fit interius.*

b Lanfrancus in lib. aduerſus Berengarium. *Cùm Clerici quidam literas Berengarij legiſſent, contra vſitatiſsimam Eccleſiæ fidem ſcriptas animaduerterunt. Eccleſia enim Chriſti panẽ in carnem, vinum credit conuerti in ſanguinem.* (Et pòſt.) *Confitetur Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa, panem & vinum ad ſacrandum proponi in Altari, ſed inter ſacrandum incomprehenſibiliter & ineffabiliter in ſubſtantiam carnis & ſanguinis commutari.* Hæc Lanfrancus.

Hoc igitur cùm cæteris hæreticis cõmune habet Berengarius, quòd fidem Eccleſiæ cõmunem & vſitatiſsimam oppugnauit, vt nemo excuſari poſſet, qui poſtea profanas vocũ nouitates contra conſilium Apoſtoli amplectens, doctrinis varijs & peregrinis abduceretur. Deinde illa fides Eccleſiæ vſitatiſsima nõ modò Zuinglij (vt vulgo putatur) ſed etiã Lutheri hæreſim deſtruit. Hæreſis enim Berengarij non ea ſolùm habita eſt, quæ veritatẽ carnis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ negauit, ſed ea etiam, quæ panis & vini materiam poſt conſecrationem ſupereſſe aſſeruit.

& valde neceſſarium ſtudium, Apoſtolicæ & primæ Sedi, cui Deo authore quamuis indigni præſidemus, annun-
718 *ciare & exponere curaſti.* (Et poſt.) *Cunctis in toto orbe terrarum Eccleſiis ſancta Romana & Apoſtolica Se-*
des Caput præponitur, ad quam maiores & difficiliores cauſæ omnium Eccleſiarum definiendæ referantur.

Thomas Carthaginenſis Epiſcopus ad Leonem Papam ſcribens, declarauit, *quinque vix Epiſcopos*
719 *tunc ſuperfuiſſe in tota Africa, ac S. Romanæ Eccleſiæ matris ſuæ ſententiam requiſiuit ſuper quæſtionibus ſuis.*

Schafnaburgenſis, anno D. 1054. *Victori eius nominis ſecundo Subdiaconus toxicū in Calicem miſit, quem*
cùm ipſe poſt conſecrationē leuare vellet, nec poſſet, à Domino cauſam facti inquiſiturus, cum populo ad orationem
proſternitur, ſtatimq́; toxicator à Dæmone arripitur. Ita igitur cauſa manifeſtata, Dominus Papa Calicem cum
720 *ſanguine Dominico cuidam altari iuſſit includi, & pro reliquijs in perpetuum conſeruari. Deinde iterum cum po-*
pulo tam diu ad orationem proſternitur, quouſque Subdiaconus à Dæmonio liberaretur. Certè Papa, quem
Deus orantem exaudit, Antichriſtus non eſt.

721 Schafnaburgenſis anno D. 1057. *Principes & plebs Romana Fridericum Monaſterio extractum ſuper can-*
delabrū extulerūt Sedis Apoſtolicæ, qui Stephanus Papa dictus eſt. Et an. D. 1058. *Eius iam mortui ſepulchrum,*
ſignis & prodigijs vſque hodie Diuinitus illuſtratur.

722 Alredus in vita S. Eduardi Regis. *Summo vniuerſalis Eccleſiæ Patri Nicolao, Eduardus gratia Dei An-*
glorum Rex, debitam & ſubiectionem, & obedientiam. Glorificamus Deum, quia curam habet ſuæ electæ Eccle-
ſiæ, quoniam in loca bonorum prædeceſſorū vos optimum ſucceſſorem conſtituit. Quapropter iuſtum iudicamus, apud
723 *vos velut ad ſolidam Petram acuere & probare omnes bonas actiones noſtras, & veſtram notitiam atque ſo-*
cietatē in bono habere: quatenus eas donationes & priuilegia, quæ obtinuimus apud prædeceſſorem veſtrū, reno-
uetis & augeatis nobis: videlicet, vt quod ille iniunxerat nobis ſub nomine obediētiæ & pœnitētiæ propter votū,
quod voueram ire Romam, & in remiſſionem omnium peccatorum meorū, conſtruere Cœnobium Monachorū in
724 *honore Apoſtoli Petri, ratum faciatis, Priuilegio poſſeſſionum & dignitatum eiuſdem loci confirmetis, renouetis*
& decernatis. Ego quoque pro modulo meo augeo, & confirmo donationes & conſuetudines pecuniarum, quas
habet S. Petrus in Anglia: & ipſas pecunias collectas cū regalibus donis mitto vobis, vt oretis pro me, & pro pa-
ce regni mei, & continuā ac ſolennem memoriam inſtituatis totius gentis Angliæ coram corporibus Sanctorum
Apoſtolorum. Reſcripſit autem ei Papa, & omnia, quæ Rex poſtulauit, Dei, Apoſtolorum, & Romanæ Sedis au-
thoritate conceſſit ac confirmauit.

725 Lanfrancus in lib. aduerſus Berengariū de cōdemnatione Berēgarij agens: *Et cætera* (inquit) *à Nicolao*
totius Chriſtiani nominis ſummo Pontifice, & à centum tredecim Epiſcopis Romæ examinata atque damnata
726 *ſunt.* (Et poſt.) *Beati Doctores ſi non eiſdem verbis, eiſdem tamen ſententijs multis in locis concorditer aſtruxe-*
runt, hæreticum eſſe omnem hominem, qui à Romana & vniuerſali Eccleſia in fidei doctrina diſcordat.

727 Guitmundus de Sacramento Altaris. Berengarius defunctum S. Leonem Papam maledicis verbis
& ſcriptis laceſſebat, *Sanctiſſimum illud ac Reuerendiſſimum Eccleſiæ Dei ſpeculum ſummum, non Pontifi-*
cem, ſed pompificem atque pulpificem vocans, eumq́; infatuatione Lanfranci infatuatum, Concilium vanitatis
adunaſſe blaſphemans: Turonis item generali aggregata Concilio, præſentis venerabili Gregorio Romano tunc Ar-
728 *chidiacono, panem & vinum in Sacrificio Domini non vmbraticè, ſed verè Chriſti carnem & ſanguinem fieri,*
dato propria manu Sacramento, confirmauit. Inde poſtmodum deſipiſcens, itidem Romæ in generali Cōcilio con-
flictu rationis deuictus, libellos ſuos propria manu ſub præſentia felicis memoriæ Papæ Nicolai, coram omni Sy-
nodo cremauit, errorem anathematizauit, confeſſionemq́; bonam, quam Turonis fecerat, præſtito itidem propria
729 *manu Sacramento, renouauit his verbis: Ego Berengarius anathematizo omnem hæreſim, conſentio autē San-*
ctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedi, & ore & corde profiteor, de Sacramentis Dominicæ menſæ eam fidem
me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus authoritate Euangelica &
Apoſtolica tenendam tradidit, mihiq́; firmauit. ſcilicet panem & vinum, quæ in Altari ponūtur, poſt conſecra-
tionem non ſolùm Sacramentum, ſed etiam verum Corpus & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe.
(Et poſt.) *Eos, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos*
eſſe pronuncio.

ÆEneas Syluius in Epitome 2. Decad. Blondi. lib. 3. Otho Colonienſis Archiepiſcopus Alexandrum
increpauit, qui Pontificatum Romanum iniuſſu Cæſaris præter conſuetudinem accepiſſet. *Reſpondit*
Hildebrandus Archidiaconus, cōſuetudinem illam malā eſſe, & iuſte reuocatā. Quo audito, Otho ſibi ſatiſfactum
duxit: petijt tamen, vt pro pace populorum Concilium Mantuæ fieret. Annuit Pontifex, & cum Cardinalibus eò
730 *ſe tranſtulit: vbi omnes eum venerati ſunt, & Apoſtolicam Sedem magiſtram recognouère.*

Marianus Scotus Chron. lib. 3. *Viri Catholici multa nefanda & inaudita Regis Henrici flagitia videntes,*
731 *directis Romā nūcijs ad Alexandrū Apoſtolicæ Sedis Antiſtitē, hæc ei tā literis, quàm viua voce cōqueſti ſunt.*

Otto Friſingenſis lib. 6. cap 34. *Alexander in Summum Pontificem promotus, Eccleſiam in priſtinam*
reduxit libertatem. (Et poſt.) *Multa inhoneſta de Principe* (Henrico quarto) *ad aures ſummi Pōtificis refe-*
runtur.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Leo.	
1055	157. Victor 2. Sueuus, Germanus, ſedit an. 2. m. 3. d. 16.	Græ. Michael Stratioticus an. 4.
1057	158. Stephanus. 10. dictus. 9. Lotharingus Gallus, ſedit m. 7. d. 28.	
1059	159. Nicolaus 2. Allobrox, ſedit an. 2. m. 5 d. 25.	Lat. Henricus 4. an. 48 perſecutor Eccleſiæ Romanæ
		Græ. Conſtantinus 10. an. 7.
		Græ. Eudoxa m. 7.
1061	160. Alexãder 2. Mediolanẽſis, ſed an. 11. m. 6. d. 22.	Romanus Diogenes an. 3.
		Michael 7. an. 6.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

b Romanam Eccleſiam, cùm adhuc Palinodiam non cecinisſet, vocauit Eccleſiam malignantium.

Doctores Catholici, & Cuſtodes muterum Eccleſiæ.

Magdeburgenſes igitur licet id non animaduerterint, ſeipſos inſigniter condemnatos cõfeſsi ſunt, cùm ita ſcripſerunt in Centur. vndecima, cap. 10. Pag. 527. *Leo nonus in eo meretur laudem non exiguam præ multis ſuis anteceſſoribus, quòd ſub initium ſtatim Berengarianæ hæreſeos, in Synodo* Romana eam cum authore damnauit. b Berengarianæ verò hæreſeos pars illa fuit, quæ panis & vini ſubſtanſtantiam poſt cõſecrationem in Altari ſupereſſe docuit. Ergo Magdeburgenſium iudicijs, Leo meretur non exiguam laudem, quòd ipſorum Lutheranorum atque adeo Magdeburgenſium hæreſim, ſtatim ſub initium eius in Synodo condemnauit. Berengarius verò primùm à Leone Papa nono Romæ excõmunicatus eſt: deinde in Synodo Vercellenſi, ad quam Berengarius vocatus non venit, fides Eccleſiæ ſub Papa Victore concordi omnium aſſenſu confirmata eſt. Tum autem in Concilio Turonenſi Berẽgarius, data poteſtate partem ſuam defendendi, cùm eam non auderet ſuſcipere, *confeſſus eſt coram omnibus communẽ Eccleſiæ fidem, & eam ſe ab illa hora ſeruaturum iurato* promiſit. Denique palinodiam ſuam in Concilio Romano ſub Nicolao ſecundo repetijt. Aduerſus Berengarium ſcripſit Adelmannus Epiſcopus Brixienſis, Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus, Algerus primùm Canonicus Leodienſis, deinde Monachus Benedictinus, Iuo Carnotenſis Epiſcopus, & ante omnes Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus.

b Lanfrancus de Sacramento Euchariſtiæ aduerſus Berengarium. *Traditus in reprobum ſenſum Eccleſiam Romanam vocas Eccleſiã malignantium, Concilium vanitatis, Sedẽ Sathanæ. Et hoc impio ore garriſti, quod garriſſe nemo legitur, non hæreticus, non Schiſmaticus, nõ falſus aliquis Chriſtianus. Quotquot enim à primordio Chriſtianæ Eccleſiæ, Chriſtiani nominis dignitate gloriati ſunt, etſi aliqui, relictâ veritatis tramite, per deuia erroris incedere maluerunt: Sedem tamẽ S. Petri Apoſtoli magnificè honorauerunt, nullamq́ aduerſus eam huiuſmodi blaſphemiam vel dicere, vel ſcribere præſumpſerunt.*

Cri- LLL iij Gre-

runtur. Deinde miſsis à Rege, Annone Colonienſi, Hermanno Babenbergenſi, pro inſtituto regni Romam Epiſco-
732 *pis, peracta legatione reuertentes, literas ſummi Pontificis reportant, Regem ad ſatisfactionem pro Simonia, aliiſq; multis, quæ ei obiecta fuerant, inuitantes.*

Petrus Damianus Oſtienſis Epiſcopus in vita Sancti Barbatiani. *Roma abſque dubio Caput eſt & principalis Sedes totius Sanctæ Eccleſiæ.* Et in vita S. Vitalis Martyris: *Roma per duos ſummos Apoſtolos Petrum & Paulum totius orbis ſibi vendicat Principatum.* Et in vita S. Odilonis Abbatis: *Romanorum Pontifex omnium Chriſtianorum Caput eſt.*

Saxo Grãmaticus hiſtoriæ Danicæ li. 12. Fortè *Hamburgẽſis Antiſtes ob inanes & falſas ſuſpiciones Ericum execratione mulctandum cenſuerat. Quod veritus Rex, appellatione ſententiam praeuenerit, Romámq; è*
733 *veſtigio pètiuit: vbi cauſa ſua examine diligentius habito, Pontificis accuſationem potenter repulit, cunctiſq; defenſionis partibus victore ſuperior rediit. Nec contentus efficaciſſimum cauſæ dictionis ſuæ propugnatorem egiſſe aduerſariæ partis odio, penetralium ſacrorum decus externo ſacerdotio ſubiectum habere paſſus non eſt. Quamobrem Romam regreſſus, tùm ſe, tùm etiam patriam, ac domeſtica ſacra Saxonica prælatione liberari petiuit: ne*
734 *religionis ratione, exteris admodum obſequi cogeretur: ſed eius diſciplinam ab alienigenis petere neceſſe haberet. Nec difficilem Curiæ cõſenſum habuit. Quæ ne clariſsimum virum repulſa afficeret, tùm dignitatis, tùm etiam fatigationis eius intuitu mota, petitioni annuit, ſeq; regnum ipſius ſummi Sacerdotij inſignibus adornaturam ſpõpodit.* (Et pòſt.) *Nec eum Romana promiſsionis fides feſellit. Profectus enim à Curia Legatus, qui ſacri inſignis prærogatiua noſtræ gentis ſacerdotium adornaret: cùm celeberrimis Danorum vrbibus inſpectis, cũcta curioſiſſime colluſtrando, non minorum perſonarum, quàm ciuitatum reſpectum egiſſet, Lundiæ ob egregios Aſceri mores, tùm quòd ad eam è finitimis regionibus terra mariq; trãſitus abundè pateat, hunc potiſſimum honorem deferendum exiſtimauit, nec ſolùm eam Saxonica ditione eruit, ſed etiam Sueciæ, Noruegiæq; Religionis titulo magiſtram effecit. Nec parum Dania Romanæ benignitati debet: quæ non ſolùm libertatis ius, ſed etiam exterorum rerum dominium aſſecuta eſt.*

735 Schafnaburgenſis an. D. 1069. *Rex Henricus Epiſcopum Moguntinum, aliòſque Regni Principes rogat, vt patiantur ſe ſuam vxorem repudiare. Cunctis ergo, licet ægrè, id fieri decernentibus, Synodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ. Ibi Petrus Damianus vir ætate & innocentia vitæ reuerendus, Legatus Sedis Apoſtolicæ occurrens, mandata expoſuit Romani Pontificis, qui & diſcidium fieri prohibebat, & Epiſcopo Moguntino Apo-*
736 *ſtolicæ animaduerſionis ſententiam minitabatur, quòd tam nefariæ ſeparationis ſe authorem promiſerit. Adhæc, ſuis manibus nunquàm Imperatorem conſecrandum fore, qui tam peſtilenti exemplo, quantum in ſe eſſet, fidem Chriſti perdidiſſet. Principes aiebant, æquo cenſere Romanum Pontificem. Ita fractus magis, quàm inflexus Rex, ab incepto abſtinuit.*
737 Idem Schafnaburgenſis pòſt. an. D. 1071. *Carolus, cui Rex Henricus Conſtantienſem Epiſcopatum dederat, ob eodem arcetur ob crimen Simoniæ & furti, in quod incidiſſe conuictus eſt, Epiſcopo Moguntino ex delegatione Sedis Apoſtolicæ ſententiam in eum ferente, cùm etiam Rex in iudicio aſſideret, cauſámque Caroli, quoad poſſet, tueretur.*

Hildebrandum, qui Gregorius ſeptimus vocatus eſt, & ſanctiſsimum virum fuiſſe, & ſanctiſſima Decreta edidiſſe contra Presbyteros concubinarios, & Simoniacos, quorum Anteſignanus Henricus quartus, & Communione, & Regno iuſtiſſimè priuatus eſt.

De Gregorij ſanctiſsima & integerrima vita ij teſtes erunt locupletiſsimi, quos illa ætate vixiſſe, & Gregorij mores probè cognitos & perſpectos habuiſſe, conſtat. Illi autem ſunt inprimis Clerici ac ciues vrbis Romæ: qua in vrbe Gregorius annis viginti & amplius, antequàm Pontifex crearetur, ſumma cum laude, imò inſigni cum admiratione vixit. Nam ſub *Leone Papa nono (quem ex omnium hiſtoricorum conſenſu Romam comitatus eſt) itémque ſub Victore ſecundo, Stephano decimo, Nicolao ſecundo, & Alexãdro ſecundo* ita Romæ egit: vt maximæ res tam domi, quàm foris ipſius auſpicijs fauſtè fœliciterque gererentur. Itaque & in Germaniam Pontificis nomine profectus eſt, & in Gallijs Turonenſi Concilio interfuit, & in Clericorum improbos mores ſumma cum authoritate & fructu ſæpius inquiſiuit. Porrò cùm in Cathedra Petri collocaretur, ita & Epiſcopis, & Clericis, & ciuibus vniuerſis integritas eius probata eſt, vt inſigni cum elogio, ſuæ electionis verba memoriæ poſterorum apud Platinam & Sabellicum commendata extent, quæ nos etiam ſuo loco proferemus. Iam verò dum rexit Eccleſiam, optimis quibuſque viris maiorem in modum placuit, vt *Guilielmo Abbati & Monachis Hirſaugienſibus*, vt *Hugoni Abbati Cluniacenſi*, vt *Anſelmis duobus, Cantuarienſi & Lucenſi Epiſcopis*, vt *Mariano Scoto*, & *Lamberto Schafnaburgenſi* grauiſsimis omnino Hiſtoricis: quod idem conſtat

etiam de

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Alexander.	
1073	161. Gregorius.7.	Henric⁹ 4 perſecutor Eccleſiæ Romanæ.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Crimina Gregorio intentata.

[a] Apud Brixiam Noricam certi Epiſcopi, mandato Regis Hẽrici quarti conuenientes, accuſabant Gregorium ſeptimum, primò velut Simoniacum. Marianus Scotus in Chron.

[b] Item

✠ *Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

Gregorij conteſtata integritas & innocentia.

[a] Ioannes Trithem. in Chron. *In Synodo apud Brixiam Noricorum habita, S. Pontificem inauditis criminibus falsò accuſârunt.* Et alibi de illiuſmodi Synodo agens: *Ad hoc* (inquit) Concilium *malignantium Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis vocatus, ire contempſit: quippe qui Vicarium Chriſti ſanctum & innocentem nouerat.*

Itemque Lambertus Schafnaburgenſis in hiſtoria rerum Germanicarum ait: *Hildebrandi conſtãtia & inuictus aduerſus auaritiam animus, omnia excludebat argumenta humanæ fallaciæ.*

Martinus Polonus in Chron. *Gregorius Septimus propter laudabilem vitam eſt in Papam electus.*

Denique Platina & Sabellicus commemorant electionis verba in hanc formam: *Nos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Presbyteri, præſentibus Epiſcopis, Abbatibus, multiſq; tum Eccleſiaſticis, tum laici ordinis, Eligimus hodie decimo Calendas Maij in Baſilica S. Petri ad Vincula, anno ſalutis 1072. in verum Chriſti Vicarium Ildebrandum Archidiaconum virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iuſtitiæ, conſtantiæ, religionis, modeſtum, ſobrium, continentem, domum ſuam gubernantem, pauperibus hoſpitalem, in gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ liberè à teneris annis vſque ad hanc ætatem educatum, doctum. Quem quidem cum ea poteſtate præeſſe volumus Eccleſiæ Dei, qua Petrus Dei mandato quondam præfuit.*

[b] Fides

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	✠ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
1073	161. Gregorius 7. Saonẽſis, Bonicrj filius, Monachus, & Prior Cluniacenſis.	Græ. Nicephorus 3. Lat. idem Henricus 4.	b Item accuſabant eundem velut hæreticum, qui Catholicam & Apoſtolicam fidem dẽ Corpore & Sanguine Domini in quæſtionem poſuerit, hæretici Berengarij antiquus diſcipulus. Hæc illi, vt teſtatur Vrſpergenſis in Chron.	b Fides Gregorij ſeptimi de Corporis & ſanguinis Domini veritate in Euchariſtia, multis modis toti Eccleſiæ probata fuit. Primùm, quia communicauit cum Leone Papa nono, dum ad vrbem Romam eum deduceret, vt ex Sigeberto iam antè docuimus. Leo autem is erat, qui primus hæreſim Berengarij condemnauit. Deinde Guitmundus author eſt (cuius etiam verba paulò antè in medium protulimus) mortuo iam Papa Leone, Hildebrandum Eccleſiæ Romanæ tunc Archidiaconum, in Turonenſi Concilio affuiſſe, vbi Berengarius iterũ damnatus eſt. Præterea Schafnaburgenſis teſtatur, eundem Gregorium *& miſſas celebraſſe, & ſacra confeciſſe, & Corpus Dominicum manu præferentem* tùm velut Iudicem ſuum agnouiſſe, tùm aduerſario ſuo Imperatori Henrico eam conditionem detuliſſe, vt non alio iudice, quàm Dominici Corporis ſumptione purgari eum exoptaret. Denique Aeneas Syluius in Epitome Blondi, 2. Decadis lib. 3. ſic habet. *Romæ à Gregorio Synodus tenta eſt, in qua error Berengarij de Sacramento damnatus eſt.* Potuitne hæc res conteſtatior fieri? Quòd ſi Epiſcopos illos in hæreſi Berengariana Gregorio imponenda impudenter mentitos fuiſſe conſtat: (vt certè iam conſtat) idem omnino de reliquis etiam criminibus in eum confictis iudicandum eſt. Sin poſſet fieri, vt Gregorius ſeptimus cum Berengario ſenſiſſet: ſaltem id efficeretur, vt omnia hæc crimina in eum caderent, qui non Catholicæ fidei vir, ſed ex Proteſtantium huius temporis anteceſſoribus extitiſſet. Verùm hoc adeo falſum eſt, vt Victor, Vrbanus & Paſchalis ſecundus (quos certum eſt inſignes & Catholicos Præſules fuiſſe) honorauerint memoriam Gregorij ſeptimi, eiuſque ſententiam in Henricum latam confirmarint.

c Objicie- MMM c Lam-

At Henricus interim, quem Gregorius excommunicauit, qualis tandem extitit? Certè is, qui matrem
Agnetem ex ſuo regno aufugere compulit, qui Praxedem vxorem acerrimè perſecutus eſt, in quem fi-
lius arma ſumpſit, quemque Principes Germaniæ tam Clerici, quàm laici, iuſto iudicio deſerendum iu-
dicârunt. Sed de iis poſtea. Nunc ea primùm attingamus, quæ ad hanc orationis partem ſpectant.
Abbas Vrſpergenſis, cuius teſtimonio nec Aduerſarij quidem recuſare poſſunt, propterea quòd eum
omnibus eorum temporum Hiſtoricis longè anteponunt, tamen is de Henrico Imperatore ita ſcribit,
Anno Dom. 1068. *Henricus Rex adoleſcentia vſus libertate, Saxoniam ſolam ex omni Romano Imperio cœ-
pit incolere, Principes deſpicere, nobiles opprimere, inferiores ſuſtollere, venatui, luſibus, cæteriſq́ue huiuſmodi ex-
ercitijs, plus quàm iuſtitijs faciendis (vt incuſatus eſt) operam dare, filias illuſtrium quibuſlibet obſcurè natis
coniugare, priuata præſidia (nimirum potentibus regni non ſatis fidens) inſtituere. His diſcordiæ ſeminarijs
contigit Regi quàm plurimos inſidiatores tam vitæ, quàm regni ſui creſcere.* Talia igitur initia ipſius erant,
qui tot Pontifices Romanos perſecutus poſtea eſt.

Adiungamus Abbati Vrſpergenſi Auentinum, qui & ipſe plurimum arridet Proteſtãtibus, quorum
partes fouet. Is aũt in lib. 5. Annalium Boiorũ hæc habet verba. *Henricũ ſtupris, amoribus, impudicitia &
adulterij flagraſſe infamia, nec amici quidem negant.* Ore igitur ac voce duorum teſtium, quos ipſi Prote-
ſtantes omni exceptione maiores eſſe concedunt, noſtra oratio nititur ac confidit. Cùm autem pecca-
ta æquè ac virtutes velut funibus & vinculis quibuſdam inter ſe connectantur: cuius cor adulterij ac
ſtupri plenum eſſe non negas, difficile eſt, vt illum immunem à cæteris criminibus eſſe perſuadeas.
Quanquàm enim neceſſe non ſit, qui vnius grauis peccati reus eſt, eum ſtatim omnibus ſceleribus eſſe
obnoxium: illud tamen certiſsimum eſt, eum, qui ob vnum crimen, quod æterna morte puniatur, chari-
tatis expers fuerit, nullius veræ virtutis compotem eſſe. Nam eum, qui charitatem non habeat, nihil
eſſe Apoſtolus docet. Multum igitur intereſt inter Henricũ quartũ, quem nec amici quidẽ ab immani
ſcelere excuſant, & Gregorium ſeptimum, quem permulti ſanctiſsimi viri teſtantur omni virtutum ge-
nere abundaſſe, turpitudinis autem nullius reum fuiſſe. His ita poſitis, accedamus ad alia grauiora
peccata, ob quæ Henricus excommunicatus fuit. Marianus igitur Scotus, qui ſub Henrico quarto in
Germania vixit, ac propterea rei veritatem optimè ſcire potuit, qui etiam ſcribendis Annalibus operã
dedit, is, inquam, Marianus in Chron. ſuis (anno Dom. 1075.) hũc in modum ſcribit. *Gregorius querimo-
nijs & clamoribus Catholicorum iuſtis aduerſus Henricum & ſcelerum eius immanitatem auditis, Zelo Dei
743 accenſus, iam dictum Regem excommunicatum pronunciauit, maximè propter Simoniam. Quod factum Ca-
tholicis quidem viris bene placuit: Simoniacis verò ac fautoribus Regis nimium diſplicuit.* Hæc Marianus.
Fuit ergo in Henrico ſcelerum immanitas: In Gregorio autem zelus Dei. Huius acta Catholicis pla-
cuerunt: Illius fautores appellantur Simoniaci. Ac ne fruſtrà hoc infame Simoniaci nomen Hen-
rico impoſitum quiſquàm putet, audi quid Ioannes Trithemius in Chron. ſuis referat. *Stephanus* (inquit)
*Halberſtatenſis Epiſcopus vir doctus & ſanctus, ſemper Henrici quarti ſcelera deteſtatus, cum Romana Eccle-
744 ſia optimè ſenſit. Scripſit ex perſona Ludouici fidelis Eccleſiæ Romanæ, ad Walramum Epiſcopum Naumburgẽ-
ſem, qui partes Henrici Imperatoris 4. contra obedientiam ſummi Pontificis pertinaciter defendebat, epiſtolam
non minus elegantem, quàm prolixam: in qua cunctos errores, crimina, & ſcelera ipſius Henrici Regis tã apertè
deſcribit, vt nulla deinceps potuerint excuſatione negari. Inter cætera verò eiuſdem Epiſtola ſic dicit ad Walra-
mum defenſorem Regis ſchiſmatici & excommunicati. Audi igitur vera, non fucata: audi fortia, non faceta.
Omnis qui dignitates ſpirituales diuendit, hæreticus eſt: Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Epiſco-
patus & Abbatias vendit. Etenim Conſtantienſem, Bambergenſem, Moguntinenſem, & plures alias pecunia:
Ratiſponenſem, Auguſtenſem, & Straſburgenſem, pro gladio, Abbatiam Fuldenſem pro adulterio, Monaſteriẽ-
ſem verò Epiſcopatum, quod dicere & audire nefas eſt, pro Sodomitica immunditia vendidit. Quæ ſi impudẽ-
ter negare volueris, teſte cœlo, teſte terra, omnes etiam à furno redeuntes ſcioli, concludent hoc: Dominus Hen-
745 ricus hæreticus eſt. Pro quibus nefandis malis ab Apoſtolica Sede excommunicatus, nec Regnum, nec poteſtatem
aliquam ſuper nos, quia Catholici ſumus, poteris exercere. Hæc viri conſtantiſsimi ſcripta, & authorem ſuum in
Dei fundatum timore confirmant, & quanta fuerit in Romanam Eccleſiam temeritas manifeſtãt, qui perſeque-
batur vſque ad mortem omnes, qui Chriſti Vicario obedientiam exhibebant.* Hæc Stephanus. Vt autem alia
eius generis omittam quæ non ſolùm de reliquò comitatu Regis, verùmetiam de Ruperto & Hildol-
pho, quos Rex creauerat Epiſcopos, Schafnaburgenſis perſcribit: illud vnum de Wilhelmo Traiectenſi
Epiſcopo quàm inſigne eſt? *Qui repentè grauiſsima ægritudine correptus, miſerabili eiulatu coram omnibus
vociferabatur, iuſto Dei iudicio ſe & præſentem vitam amiſiſſe, & æternam, quòd Regi ad omnia, quæ perpe-
746 ram intendiſſet, operam ſuam ſummo anniſu præbuiſſet, atque in ſpem gratiæ eius, Romano Pontifici ſanctiſsi-
mo, & Apoſtolicarum virtutum viro graues contumelias ſciens & prudens innocenti irrogaſſet. In hanc vocem,
vt aſſerunt, ſine communione, ſine vlla ſatisfactione expirauit.* Hæc ille. Iam verò cùm Henricus Rex à
Pontifice

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem	
1073	Gregorius 7.	Lat. Idem Henricus 4.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

c Obijciebant illi præterea ijdẽ Epiſcopi, quòd eſſet diuinationum & ſomniorum cultor, & Necromanticus. Quod vtique non aliunde factum eſt, quàm quòd gratiam Dei, qua Gregorius miracula operabatur, Diabolo (vt quondam Iudæi fecerant) in Spiritum ſanctum peccantes, aſcribebant.

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

c Lambertus Schafnaburgenſis ibidem. *Signa & prodigia, quæ per orationes Gregorij Papæ frequentius fiebant, & zelus eius feruentiſſimus pro Deo & Eccleſiaſticis legibus ſatis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant.*

Vincentius Gallus in ſpeculi hiſtor. lib. 25. c. 44. Ex Gulielmi Hiſtorici verbis refert, *Hildebrandum dono Prophetiæ præditum fuiſſe, tùm quia intimas Hugonis Cluniacenſis Abbatis cogitationes vidit, tùm quia peſtem prædixit, tùm quia reuelatum ei eſt, quòd Simoniacus quidam Epiſcopus ad hunc verſum* (Gloria Patri & Filio) *non poſſet voce tenus adijcere hæc verba* (& ſpiritui Sancto) *quod etiam rei exitus comprobauit.* Martinus Polonus etiam fatetur, eum miraculis coruſcare.

d Poſtre-

d Otto

Pontifice Romano ob Simoniam, & alia eiuſmodi ſcelera excommunicatus, conuentum Principum
Wormatiæ indixiſſet: commodè (inquit Schafnaburgenſis) interuenit Huga quidam, quem ante paucos dies
propter ineptiam eius & mores inconditos Papa de Cardinaliũ ordine amouerat. Huius authoritatem cæteri ſe-
cuti, ſententiam promulgãtunt, quòd Gregorius Papa eſſe non poſſit, nec vllam iuxta Priuilegium Romanæ Se-
dis ligandi aut abſoluendi poteſtatem habuerit. Hic obiter illud animaduerto, neminem iſtorũ Sedis Apo-
ſtolicæ Primatum, ſed tantùm Hildebrandi perſonam oppugnaſſe. Imò in illo ipſo conuentu Epiſcopi
aliquot dixerunt, contra Canonum ſtatuta eſſe, vt Epiſcopus aliquis (nedum Romanus) abſens, necdum proba-
tis criminibus condemnaretur. Vbi autem Papa intellexit, in ſuam damnationem ſubſcriptum eſſe, in Synodo
frequente Regem cum tribus Epiſcopis nominatim excommunicat. Interim Teutonici Principes Henrici flagi-
tijs commoti, Papam inſtant, vt Auguſtam veniat ad diſcutiendam Regis cauſam. Eodem etiam tempore
747 Vtonis Epiſcopi Treuerenſis authoritate adducti, optimi quique ſeſe à Palatio ſubtrahunt. Præterea Altmannus
Pataujenſis Epiſcopus magnarum in Chriſto virtutum, & Patriarcha Aquileienſis à Pontifice miſsi ſunt, vt om-
nibus per Gallias conteſtarentur, iuſtis de cauſis excommunicatum eſſe Henricum, & ad eligendum alium Re-
748 gem Apoſtolica authoritatis ſuffragium pollicerentur. His anguſtijs Rex concluſus, Romano Pontifici apud Ca-
nuſium occurrit. Et quoniam pœnitentia eius vera eſſe non credebatur, ægre poſt tridui expectationem his con-
ditionibus abſolutus eſt, vt certo die & loco ad Generale Concilium præſto eſſet, accuſationibus, quæ à Teutonicis
Principibus intenderẽtur, reſponſurus. Rex promiſit, & alij aliquot Principes ſub iureiurando confirmârũt, hoc eſſe
facturum. Papa verò vbi Miſſarum ſolennia celebraſſet, præferens manu Corpus Dominicum, ad Regem palàm
ait: Ego iam pridem à te tuiſq; fautoribus inſimulor, Sedem Apoſtolicam per Simoniacam hæreſim occupaſſe, &
alijs criminibus vitam maculaſſe. Quo igitur ſatiſfactionis compendio, omnem omnibus ſcandali ſcrupulum auſe-
ram, Deum precor, vt ſuo me hodie iudicio vel abſoluat ſubiecti criminis ſuſpicione, ſi innocens, vel ſubitanea
749 morte interimat, ſi reus. Et mox partem Dominici Corporis accepit, & comedit. Qua liberrimè abſumpta, cùm
populus innocentia Pontificis congratulatus, in laudes Dei aliquandiu acclamaſſet, ad Regem conuerſus: fac (in-
quit) fili, ſi placet, quod me facere vidiſti. Rex poſt dilationem impetratam, recuſauit eo modo ſe purgare. Nec
iniuriâ: vbi enim ad ſuos redierat, ſtatim etiam ad ingenium redijt, nec prius quieuit, quàm & B. Gregorium
vrbe expuliſſet, & Gibertum Rauennatenſem Epiſcopum eius loco ſuppoſuiſſet. Gregorius verò (vt author eſt
Otto Friſingenſis lib. 6. c. 36.) Salerni manens, appropinquante vocationis ſuæ tempore, dixiſſe fertur: Dilexi iu-
ſtitiam, & odi iniquitatem, propterea morior in exilio.

Guilielmus verò Tyrius Metropolita, rem iſto modo exponit belli ſacri lib. 1. c. 13. Henricus Teutoni-
cus Rex, & idem Romanorum Imperator, à D. Gregorio Papa ſeptimo paſſus fuerat quæſtionem & controuerſiã
non modicam, ſuper annulo Epiſcoporum defunctorũ, & baculo. Inoleuerat enim conſuetudo (præſertim in Im-
perio) quòd deſungentibus Eccleſiarum Prælatis, annulus & virga Paſtoralis ad Dominum Imperatorem diri-
gebatur. Vnde poſtmodum vnumquemlibet de familiaribus & Capellanis ſuis inueſtiens, ad Eccleſiã vacantem
dirigebat, vt ibi Paſtoris fungeretur officio, non expectata Cleri electione. Quod Dominus Papa contra omnẽ fieri
honeſtatem conſyderans, & iura in eo facto conculcari Eccleſiaſtica perpendens, ſemel, ſecundò, ac tertiò eun-
750 dem Imperatorem commonuit, vt à tam deteſtabili deſiſteret præſumptione. Quem præceptis ſalutaribus commo-
nitum, cùm reuocare non poſſet, vinculo anathematis innodauit. Quod factum nimis indignè ferens Imperator,
751 cœpit Eccleſiam Romanam perſequi, & Domino Papæ Guibertum Rauennatem Archiepiſcopum, virum litera-
tum & locupletem nimis, ſuſcitauit aduerſarium. Qui de viribus Imperatoris præſumens, & de multitudine
diuitiarum confiſus, excluſo violenter prædicto venerabili viro, Sedem inuaſit Apoſtolicam: ita delirus, & ab
intellectus ſynceritate deficiens, vt id ſe eſſe crederet, quod falsò dicebatur. § Ecce tam illuſtres hiſtorici,
tamq; affines illorum temporum, vno conſenſu & factum Gregorij ſeptimi laudant, & Imperatorem
eiuſque Imaginarium Pontificem reprehendunt. Sed pergamus etiã ad alios, huiuſce rei teſtes idoneos.

Vrſpergenſis in Chron. Poſtquàm oſtendiſſet, quid 19. Epiſcopi ab Henrico Imperatore contra Pa-
pam Gregorium in vnum conuocati factitaſſent, itemq; quòd Antipapam Gisbertum (aliàs Wigber-
tum) conſtituiſſent, adiungit hæc verba. Scripſit poſt hæc Anſelmus, Lucenſis Epiſcopus, Epiſtolam ad eundem
Wigbertũ, in qua illũ præuaricatorem ac ſuperbũ cognominat, inter alia ſubinferens: Vt ergo de B. Gregorio Patre
752 noſtro dicam, quod de Caruelio ſcripſit Beatus Cyprianus: factus eſt Epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, de
Clericorum penè omnium, & vt verius dicam, omnino omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc aderat, ſuffragio,
de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cùm nemo ante ſe factus eſſet, cùm Alexandri locus, id
753 eſt, cùm locus Petri, & gradus Sacerdotalis Cathedræ vacaret. Quo occupato, & de Dei voluntate, atque omniũ
noſtrùm conſenſu ordinato, quiſquis iam Epiſcopus voluerit fieri, foras fiat neceſſe eſt, nec habet Eccleſiaſticam
ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, licet multum de ſe iactans, ſibi plurimùm
vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cùm poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum,
qui ſolus debet eſſe, factus eſt, iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt. Hæc priori (Epiſcoporum) ſententiæ valde
contraria

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Gre. Alexius an. 33. Occultus Eccleſiæ perſecutor qui cõiunxit ſe cũ Turcis, ob inuidiã in Latinos Principes, tunc in Paleſtina bellũ Domini gerẽtes.
1073	Idem Gregorius, ſedit an. 12. m. 1. d. 3.	*Lat. idem Henricus 4.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

[d] Poſtremò vocârunt eum homicidam, & Sacrilegum.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

[d] Otto Friſingenſis Hiſtor. lib. 6. c. 32. ſic habet. *Hildebrandus ſemper in Eccleſiaſtico rigore conſtantiſsimus fuit.* Et in eodẽ li. c. 36. *Eccleſia tanto Paſtore, qui inter omnes Sacerdotes & Romanos Põtifices præcipui zeli ac authoritatis fuit, orbata, dolorem non modicum habuit.*

Gotfridus Viterbienſis in Chronicor. part. 17. Gregorius ſeptimus ſeipſum athletam Dei, pro domo Domini murum conſtituit.

Trithemius in Chron. Hildebrandus cultor & defenſor iuſtitiæ, & libertatis Eccleſiaſticæ omnium acerrimus. (Et pòſt.) Vir multæ doctrinæ, magnæque pietatis, prudentiæ, iuſtitiæ, conſtantiæ.

Nauclerus, qui & ipſe Germanus fuit, de eo ſic ſcribit in generatione 37. *Vir fuit Gregorius religioſus, timens Deũ, iuſtitiæ, & æquitatis amator, in aduerſis conſtans, qui propter Deum in his, quæ ad iuſtitiã pertinebãt, nil timuiſſet perficere.* Crantzius in Metrop. li. 5. c. 20. *Henricus quartus Eccleſiarũ iura inuaſit, Epiſcopos pro ſuo arbitrio inſtituens deſtituenſq́; Summũ Pontificẽ Gregorium Septimum virum ſanctum inſectatus eſt.* Platina in vita Grego. ſeptimi. *Salerni ſanctè & piè moritur. Vir certè Deo gratus, prudens, iuſtus, clemens, pauperũ, pupillorũ, viduarum Patronus.* Conſentit Sabellicus Ennead. 9. lib. 3. Viderint Proteſtantes, vtrum authores ſatis graues habeant, quos Anſelmo Cantuarienſi, Bernardo Corbienſi, Mariano Scoto, Lamberto Schafnaburgenſi, Guilielmo Tyrio, Ottoni Friſingenſi, Gotfrido Viterbienſi, Vincentio Gallo, Martino Polono, Trithemio, Platinæ, Crantzio, Nauclero, Blondo, Sabellico opponant. Abbatem Vrſpergenſem illi quidem laudant: ſed eum etiam à nobis ſtare ipſius verba, ſæpius à me citata, ſatis perſpicuè demonſtrant. Cùm igitur hi omnes cauſam Romani Pontificis æquiorem iudicarint, admiror Auentinum non animaduertiſſe, quòd ab hiſtoriæ veritate permultum aberrauit, dum in Gregorium Septimum maledicè inuectus, Henricum quartum immeritò laudat.

138. De

a *Alexius*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1086	162. Victor 3 Beneuentanus, ſedit an. 1. m. 3. d. 24.	Lat. Idem Henricus 4.

Hæretici & Pſeudopropheta.

138. De Bogomilis.

a Primarius Doctor Bogomilorum (authore Zonara in vita Imperatoris Alexij) Baſilius quidam fuit.

b Trinitatẽ negauit, vt eſt apud Euthymium Panop. Par. 2. Tit. 23.

c Septem Scripturæ libros duntaxat ſuſcipiebant, reijcientes Moyſen.

d Deum humana forma præditum putabant.

e Angelos vel potius Dæmones creaſſe mundum.

f Michaëlem Archangelum fuiſſe incarnatum.

g Baſilium Magnum, Nazianzenum, Chryſoſtomum, ac Patres omnes, qui ſacras Imagines venerati ſunt, fuiſſe reprobos, & idololatras.

h Crucem deſpiciunt, quòd in ea Seruator occiſus fuerit.

i Aiunt, Dæmones fictè Crucem fugere, vt homines eam velut Dæmonum expultricem magis honorent.

k Baptiſmum noſtrum (quia per aquam fit) Ioannis baptiſmum eſſe: ſuum verò eſſe Chriſti, quia fit per Spiritum. Caluiniſtæ dicunt, & eum baptiſmum, qui miniſtratur in Eccleſia, eſſe eundem cum Ioannis Baptiſmo.

l Myſticum venerandum Sacrificium contemnunt, vt hodie Lutherani & Caluiniſtæ.

m Panem

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a *Alexius Imperator communi ſuffragio Baſilium impoſtorem in equeſtri theatro comburi iuſſit.* Zonaras in vita Alexij.

b Theophilactus in Matth. c. 28. *Chriſtus præcepit baptizare in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, non in nominibus, ſed in nomine. Vnus igitur Deus, tres.*

c Paſchalis Papa in Lateranenſi Concilio (vt Vrſpergenſis teſtatur, an. D. 1112.) *Amplector (inquit) omnem diuinam Scripturam veteris & noui Teſtamenti, Legem à Moyſe ſcriptam & Sanctis Prophetis.*

d Theophylactus in Ioan. cap. 4. *Deus ſpiritus eſt, hoc eſt, incorporeus.*

e Anſelmus in Proſologio. c. 5. *Deus ſolus exiſtens per ſeipſum, omnia alia fecit de nihilo.*

f Anſelmus in lib. Cur Deus homo. c. 5. *Redemptio hominis non potuit fieri per aliam, quàm per Dei perſonam*, ne homo, qui Redemptoris ſui ſeruus neceſſariò eſſe debebat, ſi alterius quàm Dei ſeruus fieret, nõ in eã dignitatẽ inſtauraretur, quã habiturus erat, ſi nõ peccaſſet.

g Euthymius Panopliæ par 2. Tit. 23. c. 11. *Venerandas Imagines idola gentium appellant, ignorantes falſo eſſe idolorum exemplaria, cùm Deos appellent, qui dæmones, aut ſcelerati homines ſunt. At Imaginum apud nos exemplaria verè id referunt, quod appellantur.*

h Euthym. *Crucem potius debebant honorare tanquàm diaboli perditricem.*

i Euthym. cap. 15. ibidem. *Gemitus & corporis vexatio eorum, qui opprimuntur à dæmonibus, tormenta & cruciatus dæmonum indicant.*

k Euthym. c. 16. *Si noſter Baptiſmus aqua ſolùm perageretur, Ioannis eſſet. Nunc autem aqua peragitur & Spiritu. Ioan. 3.*

Theophylactus in Luc. ca. 3. *Baptiſma Ioannis præparabat homines, vt acciperent Chriſti Baptiſmũ, quod ſolùm habebat remiſſionem peccatorũ.*

l Iuo Carnotenſis Epiſcopus in Ep. ad Haimericũ Abbatem. *Cùm Chriſtus ſemel in diſtinctione membrorum ſuorum, in manifeſtatione corporis ſui, ſe obtulerit hoſtiam viuentem, paſſibilem & mortalem: quotidie tamen ſub velamento panis & vini, à Sancta Eccleſia immolatur, & non in parte ſciſſum, neque cruentum corpus eius fidelium ore percipitur.*

m Adelman-

Crantzius in Metropoli ſua lib.5.cap.21. *Henricus quartus cùm iam alteram ſibi iunxiſſet vxorem, filium*
ſuum Conradum ad vxoris fertur inuitaſſe complexum. Cumq́; horreret infandum crimen bonus iuuenis, Hen-
ricus dixiſſe fertur, ſe patrem illius nõ eſſe, & ideo thorum ſuum non eſſe illi tantopere refugiendum. Hinc iuue-
nis in Italiam concedens, ductu Mathildis ad Vrbanum Pontificem venit, qui deteſtatus ſcelera Regis, renoua-
766 *uit excommunicationem in ipſum.* Eõdem mihi videtur Abbas Vrſpergenſis reſpexiſſe in Chron. cũ lau-
data Conradi caſtitate, ait illum reueritũ eſſe illud legale præceptum, *Turpitudinẽ patris tui nõ reuelabis.*
Aimoinus lib.5.c.48. Anno D. 1095. *Fœlicis memoriæ Papa Vrbanus, vir deuotus Deo, vita & moribus*
767 *egregius, ad partes Gallicanas deſcendit, & in Aruernis apud Clarummõtem Concilium coadunari fecit: in quo,*
aſſiſtentibus trecentis decem tam Epiſcopis, quàm Abbatibus, ipſe ſicut erat vir magnæ eloquentiæ, quomodo ſe
deberent habere, & ſubditos regere, eos plenè inſtruens, & de pace per Prouincias eorum reformanda & tenen-
da admonens, deſolationem terræ Dei, Orientalis ſcilicet plagæ, in qua Saluator noſter natus eſt & paſſus, ſicut
à multis vera relatione cognouerat, lachrymabiliter manifeſtauit: & vt Chriſtianitati, quam Turci, gens ſci-
licet Perſica, diu vaſtabant, ſuccurreretur, ſuſpirando prædicauit. Quod verbum audientium cordibus diuinitus
intimatum plurimum inualuit.
768 Rodericus rerum Hiſpan. lib.6.c.26. *Bernardus ab Vrbano ſecundo benignè acceptus, conſecrationem, pal-*
lium & priuilegium obtinuit, & Primas inſtitutus eſt Hiſpaniarum, Apoſtolicæ Sedis benedictione ſuſcepta. Et
769 c.27. *Sed cùm Toletanus Primas Hieroſolymam iturus Crucis inſigne accepiſſet, prohibuit eum D. Papa Vrbanus,*
ne per abſentiam Paſtoris nouella plantatio periculo ſubiaceret, eumq́; à voti & Crucis propoſito abſoluit.
Otto Friſingenſis lib.7.c.2. *Vrbanus Papa verbo ſanctæ prædicationis circiter centum millia hominum ex*
diuerſis nationibus in militiam Chriſti coadunauit, præfectis ſibi ducibus Gotfrido Lotharingienſi, Roberto Flan-
drenſi, Regimundo Comite de Sancto Ægidio, Hugone fratre Philippi Regis Galliæ, aliiſq́; Nobilibus & viris bel-
770 *latoribus, quorum omnium curam venerabili Podienſi Epiſcopo commiſit.*
Sigebertus an. D.1095. *Vrbanus per Burgundiã & Franciã habitis Concilijs, Hildebrãdi Decreta renouat*
771 *& cõfirmat. Philippũ Regẽ Francorũ, qui viuente vxore ſua ſuperduxerat alterius viuentis vxorẽ, excommunicat.*
idq́; fecit (inquit Aimoinus lib.5.c.49.) *Regis ſaluti prouidens, & timens, ne animã eiuſdẽ Saluator exigeret.*
Anſelmus Cantuarienſis Epiſcopus ca.1. de Incarnatione verbi. *Domino & Patri vniuerſæ Eccleſiæ in*
772 *terra peregrinantis, ſummo Pontifici Vrbano. Diuina prouidentia veſtram elegit Sanctitatem, cui vitam & fi-*
dem Chriſtianam cuſtodiendam, & Eccleſiam ſuam regendam committeret. Ad nullum alium rectius refertur,
ſi quid contra Catholicam fidem oritur in Eccleſia, vt eius authoritate corrigatur, nec vlli alij tutius, ſi quid con-
tra errorem reſpondetur, oſtenditur, vt eius prudentia examinetur.
Vrſpergenſis in Chron *Vrbanus Papa ſuper Eccleſiarũ hactenus heu manente cõmotione, Concilia multa cõ-*
gregauit: inter quæ, etiam conuocatis ad Placentiam circiter 200. ferè Patribus, Henricum Imperatorẽ tam
773 *à ſe, quàm à prædeceſſoribus ſuis communione priuatum declarauit: maximè Regina Agnete* (neſcio an re-
ctius legeretur Praxede) *ipſius Imperatoris vxore aſtante, multáque nefanda in illum ad aures totius Synodi*
teſtificante. § Qualem hũc Imperatorem fuiſſe putabimus, quem Principes Germaniæ, & optimi quique
Epiſcopi apud Sedem Apoſtolicam conſtantiſsimè accusârunt? Quem omnes hiſtorici reprehendunt?
A quo vniuerſi Saxones defecerũt? Quẽ nõ ſolus Gregorius ſeptimus, verùm plures Romani Põtifices,
tùm anteceſſores, tùm ſucceſſores Gregorij, etiã in Synodis Epiſcoporũ, toties, tãto cum vitæ periculo
excommunicârunt? Quem mater ipſius Agnes Romam confugiens, deſeruit? In quẽ vxor palàm in Sy-
nodo teſtificata eſt? A quo filius Conradus, & is bonus ac modeſtus adoleſcens, vehemẽter abhorruit?
In quem poſtremò alter filius Henricus, vt poſtea conſtabit, arma ſumpſit, & quem vniuerſi Principes
filio Imperium cedere coëgerunt? Et tamen hic eſt ille Henricus, quem Proteſtantes maximi faciunt,
& cuius calumnias in Papam Gregorium intentatas pro Euangelio habent.
Vrſpergenſis in Chron. *Antequàm Vrbanus Papa ex hac vita migraret, ſpiritu inſtructus Diuino, Regi-*
nerum Cardinalem de S. Clemente, ſanctæ conuerſationis & boni teſtimonij Abbatem, nobilem *Romanũ, de-*
774 *ſignauit in regimen Apoſtolicum eligendum, quem etiam reuelationibus alijs inſuper denotatum, vniuerſa Ro-*
mana Eccleſia Paſtorem ſibi conſecrat, licet inuitum, Paſchalem appellans eum.
Anſelmus Cantuarienſis Epiſcopus in libro de fermẽtato & azymo ad Waltrannum Naumburgen-
ſem Epiſcopum, de quo dubitabat, ne Imperatori contra Pontificem Romanum faueret. *Si certus eſſem,*
775 *prudentiam veſtram non fauere ſucceſſori Iulij Cæſaris, & Neronis, & Iuliani Apoſtatæ contra ſucceſſorem &*
Vicarium Petri Apoſtoli, libentiſsimè vos, & amiciſſimum & reuerendum Epiſcopum ſalutarem. Et pòſt in lib.
de diuerſitate Sacramentorum ad eundem Waltrannum iam, relicta parte Cæſaris, Pontifici Romano
adhærentem: *Gaudeo, & gratias ago Deo, quia ſicut ſcribitis, glorificat eum in vobis Catholica Eccleſia: quo-*
776 *niam in veſtra mutatione diuinæ voluntatis apparet gratia, & Domini Papæ Paſchalis amicitiam habetis & fa-*
miliaritatem, vt iam mihi liceat veſtram amicabiliter ſalutare Sanctitatem.

Vrſpergen-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	163.	
1088	Vrbanus 2. Gallus D. Oddo ex oppido Caſtilionis Diœceſis Remēſis, ſedit an. 11. m. 4. d. 18.	Idem Henricus 4.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

m Panem Communionis interpretantur eſſe orationem Dominicam, *Pater noſter.*

n Reliquas orationes, præter Dominicam, multiloquia vocant, eaque ſola vtuntur.

o Aiunt ſuos omnes concipere verbum Dei, geſtare in vtero, & parere, non ſecus, quàm Dei Genitricem.

p Dicebant, nõn aliam eſſe reſurrectionem, præter pœnitentiam & vitam Euangelicam.

q Aiunt, licere fidem ſimulare, vt ſe à morte liberent.

139. De errore quorundam circa inueſtituras Eccleſiaſticas.

a Erant qui dicerent, inueſtituras Eccleſiæ à laicis per virgam & annulum accipiendas eſſe, quoniam illi prædia & alia bona temporalia Eccleſijs donaſſent: adeo vt nollent, electũ Canonicè conſecrari, *niſi prius à Rege inueſtiretur.* Quem errorē Hēricus Quartus & Quintus propugnarunt.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

m Adelmannus Epiſcopus Brixienſis in Ep. ad Berēgarium. *Qui dixit in principio, fiat lux, & facta eſt lux de nihilo. nõ potuit dicēdo de pane, Hoc eſt corpus meum, ita fieri efficere? Et qui tacita virtute aquam vertit in vinum: non efficatius poterat (ſi quid tamen de Deo efficacius dici debet) ſanante vocaliter eadem virtute, vinum ipſum in ſanguinem ſuum transferre?* (Et pòſt.) *Chriſtus per manum & os ſacerdotis, corpus & ſanguinem ſuum creat.*

n Euthym. cap. 19. *Non animaduertunt in eo Euãgelij loco (vbi de multiloquio in precibus vitando agitur) non tam verborum multitudinem, quàm rerum non conuenientium petitionem, reprehēdi. Porrò Dominus noſter precationē illam, Pater noſter, nobis tradidit tanquàm obſecrandi formulam, & exemplum ac radicem, non vt illis verbis precandi rationem concluderet, ſed vt inde aliarum precationum argumenta, propagata iam fide, ſumeremus.*

o Euthym c. 22. *Tantum mentis non habent, vt intelligere valeant, quid interſit inter verbum in ſua ſubſiſtens perſona, & verbum, quod ore pronuntiatur, vt omittamus res venerandas, & admirabiles, quæ in Dei Genitrice propria ſunt.*

p Theophylactus in 1. Cor. ca. 15. *Eam ob cauſam reſurrexit Chriſtus, vt vniuerſalem reſurrectionem faceret.* (Et pòſt.) *Vbinam iuſtitia eſt, ſi corpus, quod animam in laboribus adiuuit, nullo bono perfruatur?*

q Theophyl. in c 10. ad Romanos. *In confeſſione oris eſt perfecta ſalus: tunc enim effulget fides, adeoq́; plures adiuuantur.* Et in 1. Timoth. 6. *Non ſolùm confeſſione eſt opus, verùm etiam patiētia.*

a Paſchalis Papa 2. in Epiſtola ad Anſelmum Cantuarienſem Epiſcopum, quæ inter Anſelmi Epiſtolas duodecima eſt. *Si virgam paſtoralitatis ſignum, ſi annulum ſignaculum fidei tradit laica manus: quid in Eccleſia Pontifices agunt? Eccleſiæ honor atteritur, ſoluitur diſciplinæ vigor, & omnis Religio Chriſtiana conculcatur, ſi (quod nouimus Sacerdotibus ſolis deberi, laicam patiamur temeritate præſumi. Non eſt laicorum, Eccleſiam tradere, nec filiorũ, matrē adulterio maculare. Iure ergo priuandus eſt patrimonio, qui matrē polluit adulterio. Nec meretur Eccleſiaſtica benedictionis cõſortiũ, qui eã impia infeſtatione inſequitur.*

Vrſpergenſis in Chro.an.D.1102. *Conſtat, quòd Imperator Henricus alterum Papam ipſi Domino Paſchali*
ſuperponere, ſi fieri poſſet, conatus ſit, nec profecerit. Tranſacta poſt hæc media Quadrageſima, cõuenientibus vni-
uerſis Apuliæ, Companiæ, Siciliæ, Tuſcaniæ, totiuſq́; ſimul Italiæ Præſulibus, Vltromontanorum quàm plurimo-
rum Patrum Legatis, Synodus magna Romæ eſt habita, vbi præter antiqua Patrum conſtituta more ſolito reue-
777 *renter confirmata, etiam ſæpe dictum noſtri temporis Schiſma inter præcipuas hæreſes computatur, atque perpe-*
tuo cum ſuis authoribus atque ſequacibus anathemate huiuſmodi ſubſcripta profeſſione condemnatur. Anathe-
matizo omnem hæreſim, & præcipuè eam, quæ ſtatum præſentis Eccleſiæ perturbat, quæ docet & aſtruit, Anathe-
ma contemnendum, & Eccleſiæ ligamenta ſpernenda eſſe. Promitto autem obedientiam Apoſtolicæ Sedis Põ-
778 *tifici Domino Paſchali, eiuſq́; ſucceſſoribus, ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ, affirmans, quod affirmat, & dam-*
nans, quod damnat vniuerſalis Eccleſia.

Idem Vrſpergenſis an.D.1105. *Henricus Quintus rebellationem aduerſus Patrem in Baioaria parans pri-*
779 *mò hæreſim præſcriptam anathematizans, Apoſtolicæ Sedis Pontifici debitam profitetur obedientiam. Conſilio*
tamen atque miniſterio Ruathardi Moguntini, atque Gebehardi Conſtantienſis Epiſcopi, Reſponſalium ſcilicet
780 *Domini Paſchalis Papæ, totam Saxoniam Romanæ Eccleſiæ communioni reconciliauit.* (Et pòſt.) *Vidimus (in*
Synodo) quod ſilentio præterire non paſſumus, Regem Henricum non modicam bonæ indolis ſpem magna ſimul
humilitate & authoritate prætendentem. Inter hæc obortis lachrymis ipſum Regem cœli, cunctamq́; cœli militiã
teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate paternum ſibi regimen vſurpare: neque Dominum & patrem ſuum à
Romano deponi Imperio exoptare, imò debitam pertinaciæ & inobediẽtiæ eius ſemper compaſſionem exhibere:
781 *ſiq́; Sancto Petro ſuiſq́; ſucceſſoribus lege Chriſtiana ſubijci velit, ſiue regno cedere, ſiue ſeruiliter ipſi ſe ſubeſſe*
promiſit. Quod audiens omnis multitudo collaudãs, lachrymas ſimul & preces, tam pro Patris conuerſione, quàm
pro filij proſperitate fundere cœpit, voce magna Kyrieeleiſon declamans. Eadem hora Vto Hildinisheimenſis, &
Henricus Paderbrunenſis, ac Fredericus Halberſtatenſis, Præſules, Veſtigijs Metropolitani proſtrati, ipſius atq́;
782 *Regis ſtantis, totiuſq́; præſentis Eccleſiæ teſtimonio, Apoſtolicæ ſe dederunt obediẽtiæ. Quorum etiam commiſſa*
Apoſtolico nihilominus iudicio reſeruantur, ſub officij ſui tantùm ſuſpenſione. (Et pòſt.) *Henricus Quintus Pa-*
trem ſuum Bingæ reperiens, ore ad os de Anathematis vinculo, cæterorumq́; in Rempublicam inſolenter com-
miſſorum, ordine quidem præpoſtero, ſed neceſſariè commutato, filius patrem cõmonuit, obedientiã debitam, ſi
reſipiſcere duntaxat dignetur, repromiſit. Senior has & quàm plures huiuſmodi ſententias ad audientiam Op-
timatum & Senatum, Conſulum inſtantis Curiæ diſtulit, ſicq́; comitatus vterq́; pacificus ad inuicem, pariter con-
tra ſæpe dictam ſe Metropolim conuertit. Inter hæc, aliqua, quæ huic pacto paciq́; non conuenirent, dum per oc-
cultos nuncios conari patrẽ, filio fideles denotarent, viſum eſt eiſdẽ, vt pater ſeparatim cũ ſuis in caſtello quodã
tutiſſimo Principum conuentum expectaret, præſertim cùm Præſules Moguntinus atque Spirenſis, cæteriq́; qui
aderant, inter nuper reconciliatos ſuos, Eccleſiæ communicationem illi præſtare ſe non poſſe, publicè reclamarent.
His itaque diſpoſitis, cuſtodibus quoque ne noui quicquàm ab ipſo, vel ad ipſum procederet, adhibitis: Rex Mo-
guntiam publico conuentu Principum occurrit, ſed vulgaris inde ſtultitia patrem à filio dolo captum, & cuſtodiæ
mancipatum, circumquaque diffamauit. (Et pòſt.) Anno D.1106. *Tantus apud Moguntiam, mediante Henrico*
783 *Iuniore, factus eſt conuentus, vt ibi adeſſent 52. & amplius Optimates. Ibi cùm Legati Sedis Apoſtolicæ confir-*
maſſent ſententiam excommunicationis in Henricum latam, Principes illum generali circumuenientes Conſilio,
vſque ad reatus confeſſionem, ſatisfactioniſq́; profeſſionem perduxerunt.

De nouo tumultu per Henricum Quintum excitato, eodemq́; ob Romani
Pontificis captiuitatem ſacris interdicto, quæ etiam
in re victoria penes Papam fuit.

Vix iam quietis aliqua ſpes per Henrici Quarti vel pœnitentiam, vel debilitatem oborta erat, cùm ecce noua turbatio interponitur per Henricum Quintũ. Is enim cum exercitu maximo in Italiã tranſiens, atque ad vrbem accedens, dum à Paſchali Papa & Clero, populoque Romano magna ſolennitate ſuſcipitur, *præfatum Pontificem* (Ottonis Friſingenſis hæc verba ſunt lib.Chron.7.c.14.) *conſilio quorũ-*
dam ſceleratorum cum magna tamen reuerentia captiuauit, ac Vlricho Aquileienſium Patriarchæ cuſtodien-
dum commiſit: ſicq́; tumultu orto, ac omnibus pretioſis rebus ad decorem & regale faſtigium expoſitis, immani-
ter diſtractis, in luctum verſum eſt gaudium. Occaſio ſceleris hæc fuit, quòd Rege Romam tendente, inter ipſum
& Papam conuentio facta, ac obſidibus firmata narratur, vt ſcilicet Rex inueſtituras Epiſcoporum remitteret,
& Papa ipſis regalia eorum reſignaret. Itaque dum Romam veniſſet, ac à Pontifice promiſſa ſibi perſolui exegiſ-
ſet, Papa eò quòd reclamantibus Epiſcopis, ea quæ petebantur, adimplere non poſſet, tanquàm nocens, cùm per
omnia eſſet innocens, cuſtodiæ mancipatur. Videns hoc venerabilis Iuuanienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Conra-
784 *dus, qui cum Rege venerat, zelo æquitatis vicem Dei dolens, factum hoc improbauit. Cui dum quidam ex mi-*
niſtris Regis

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	*Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*
1099	Idem Paſchalis.	Lot. Idem Hēricus 5.	De inueſtitura Epiſcoporum per Imperatores faciēda extat Walthrami Epiſcopi Naumburgenſis libellus, quem ab eo reuocatum eſſe cōſtat, quia Anſelmus in lib. de diuerſitate Sacramentorum teſtatur, eundem Walthramum ſententiam mutaſſe, & in amicitiam Paſchalis Papæ receptū eſſe. Ac aliud ſanè eſt, poſſe tales inueſtituras de licentia Pontificum quandoque fieri: longeque aliud, inuitò Pontifice Summo ius faciendi eas ſibi vendicare.	*Laicorum enim eſt, Eccleſiam tueri, non tradere. Ozyas quidem cùm illicitum ſibi Sacerdotium vendicaret, lepra percuſſus eſt. Filij quoq; Aaron quia ignem alienum impoſuerunt, igne diuino cōſumpti ſunt. Alienum enim eſt ab Eccleſia, & à ſacris Canonibus eſt inhibitum, ne Principes & ſeculares viri inueſtituras, non ſolùm non dare, ſed nec Electiani Epiſcoporum audeant ſe violenter inſerere.* Otto Friſingenſis lib. Chron. 7.c.16. *Imperator* (Henricus 5.) *deficere à ſe regnum videns, inueſtituras Epiſcoporum legata Apoſtolicæ Sedis Lāperta reſignauit, per eumq; anathematis vinculo abſolutus eſt.* Henricus Archidiaconus Huntingtoniæ ſcribit, Regem Angliæ Henricum Primum anno D.1107. *ſtatuiſſe, vt nunquam per donationē baculi paſtoralis vel annuli, quiſquam de Epiſcopatu vel Abbatia per Regem vel quamlibet laicam manum in Anglia inueſtiretur.* Idem teſtatur Edmerus lib.2. de vita Anſelmi. Bernardus Bonæuallis Abbas in vita S. Bernardi lib.2.c.1. Cùm Innocentius Papa ſecundus Leodij Lothario Romanorum Regi occurriſſet, *Lotharius Rex importunè inſtitit, vt Epiſcoporum inueſtitura ſibi reſtituerentur, quas ab eius prædeceſſore Imperatore Hērico per maximos labores & multa pericula, Romana Eccleſia vēdicârat. Tunc Bernardus Abbas Clarauallis audacter reſiſtens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit, mira authoritate compeſcuit.* Deniq; Martinus Polonus an.D.1110. ait, *Teutonicorum & Hungariæ Reges renuntiauiſſe inueſtituris Epiſcoporum & aliorum Prælatorum.* § Non humana hæc vis, ſed planè diuina virtus fuit, quæ tot regibus per vniuerſum orbē Chriſtianum diffuſis perſuaſit, vt priuilegio Maioribus ipſorum conceſſo ac diu retento ſpontè renuntiarent, quod vtique niſi in Chriſti gratiam, & ob Vicarij eius monita non feciſſent. Tam firma fuit omnium de Romanæ Eccleſiæ Primatu fides & indubitata perſuaſio.

niſtris Regis (Henricus cognomento caput) euaginato gladio mortem interminaretur, tāquàm pro iuſtitia mo-
ri optans, iugulum præbuit, malens, ſi minas ad effectum perducere ille voluiſſet, temporalem vitam finire, quàm
tanti piaculi ſcelus diſſimulare. Populus etiam Romanus Regem inuadit. (Et pòſt.) *Igitur per aliquod temporis,*
ſacrilega auſu, tento ſummo Pontifice, ac extorto ab eo per vim de inueſtitura Epiſcoporum priuilegio, Rex in
vrbem ingreditur, & coronatur. Hoc priuilegium poſtmodum Synodo congregata, Epiſcoporum authoritas tan-
quàm prauilegium reprobauit. Sed de hac re mox plura.

Vrſpergenſis in Chron. an. D. 1106. *Cùm Paſchalis Papa Iuuanenſibus Cōradum, Tridentinis Gebehardum*
Præſules conſecraſſet, enarrare longum eſt, quàm indefeſſè prudens & fidelis ille ſummi Patrisfamiliâs diſpen-
785 *ſator conſeruos ſuos verbi Dei tritico lautiſſimè quotidie reficeret, pſeudoëpiſcopos deponeret, Catholicos conſti-*
tueret, Archiepiſcopis pallia, Monaſterijs priuilegia conceſſerit, præſentes ouium Chriſti Paſtores mellifluis
alloquijs, abſentes paternis commonitoriarum literis inſtruxerit, quædam olim abſciſa membra Eccleſiæ iterum
incorporauerit, quædam etiam, quæ inſanabilia videbantur, anathematis abſciſione truncauerit.

786 Idem an. D. 1107. *Paſchalis Papa, vt fidelis diſpenſator & prudens, quotidianam ſollicitudinem omnium Ec-*
cleſiarum gerens, in Concilio, quod apud Trecas non modicum habuit de libera Paſtorum electione, & de coër-
cenda Laicorum in Eccleſiaſticas dignitates præſumptione, iuxta prædeceſſorum ſuorum Decreta ſententiā pro-
mulgauit. Et an. *D. 1111. Cùm Henricus Quintus Vrbi Romæ appropinquaret, Legati renunciârunt, promptum*
eſſe Papam ad Regis conſecrationem, ſi tamen laica inueſtitura ab Eccleſiis prohiberetur. Aſſenſit Rex, modò
cæteri Principes conſentirent. At vbi ventum eſt ad vrbem, Rex Dominum Apoſtolicum tenuit, & ſecum (ve-
lut captiuum) duxit, donec is inueſtitura Eccleſiaſtica priuilegium Regi confirmaſſet. An. D. 1112. *Romana Ec-*
cleſia Domino Apoſtalico obiecit, quòd contra inſtituta totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ, Regem Henricum Tyran-
nicum Eccleſiarum deſtructorem priuilegio ſacrilego cōdonaſſet. Hæc Vrſpergēſis. Atq; (vt id hoc in loco ad-
iungam) Anſelmus Cātuarienſis Epiſcopus ad eundē Papam Paſchalem ſcripſit, *reprehendens eum, quòd*
inueſtituras Eccleſiarum laicis indulſiſſet. Paſchalis igitur ab Eccleſia Romana & cæteris per orbem Ca-
tholicis Patribus ob illam extortam conceſsionem ita reprehenſus, in Concilio Lateranenſi fidē ſuam
787 confitebatur, Decreta predeceſſorum ſuorum, ac nominatim *Gregorij Septimi, & Vrbani Secundi* collau-
dans. Deinde Patres cum vniuerſo Concilio reuocârunt, & anathema dixerunt illi priuilegio, quod per
Henricum Quintum à Domino Papa extortum erat. Iterum quoque anno. D. 1116. refert Vrſpergen-
ſis, aliud celebre Concilium Romæ habitum eſſe de hoc negotio, vbi Papa ſeipſum damnauit & excu-
ſauit, in hæc verba: *Poſtquàm Dominus de ſeruo ſuo fecit quod voluit, & me, populumq; Romanum tradidit in*
manus Regis, videbam quotidie paſsim fieri rapinas & incendia, cædes & adulteria. Hæc & huiuſmodi mala
cupiebam auertere ab Eccleſia & populo Dei, & quod feci, pro liberatione populi Dei feci: feci autem vt homo,
quia puluis ſum & cinis. Fateor me male egiſſe, ſed rogo vos omnes orate pro me ad Deum, vt indulgeat mihi.
Illud autem malum ſcriptum, quod in tentorijs factum eſt, quod pro prauitate ſui prauilegium dicitur, condemno
ſub perpetuo anathemate, vt nullius vnquàm ſit bonæ memoriæ, & rogo vos omnes, vt hoc idem faciatis. Tunc
ab vniuerſis conclamatum eſt: Fiat, fiat. (Et pòſt.) *Dominus Papa ſilentium indicens: Fratres* (inquit) *& Do-*
mini mei, audite. Eccleſia iſta nunquàm habuit hæreſim, imò hic omnes hæreſes conquaſſatæ ſunt. Pro hac Eccle-
788 *ſia filius Dei in Paſſione ſua orauit, cum dixit: Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua.* Hactenus Vr-
ſpergenſis. Quæ in eum finem aliquantò plenius citaui, vt ſcirent, qui hæc eſſent lecturi, quid interſit
inter facta hominum, & Decreta Pontificum. Fecit malum Marcellinus thurificans Idolis: fecit malum
Liberius, ſi in condemnationem Athanaſij ſubſcripſit: fecit malum Honorius, quando literas de vna
Chriſti voluntate ad Conſtantinopolitanum Epiſcopum dedit: fecit malum Paſchalis, quando vt ſe re-
dimeret, iniquo Regi Eccleſiaſticam inueſturam conceſsit: nemo tamen horum omnium *per nomen*
authoritatemq; Eccleſiæ Romanæ ſuum factum aut potuit vnquàm ſtabilire, aut etiam conatus id eſſe le-
gitur. Nemo ad ſucceſſores eam mentem potuit tranſmittere, vt hoc idem illi ratum haberent, quod
vnus aliquis iniquè patraſſet. Imò plerique iſtorum omnium, ac certè omnes (præterquàm quod de Ho-
norio id minus conſtat) dum adhuc viuerent, & pœnitentiam de ſuo errore egerunt, & contrariæ ſen-
tentiæ authores alijs extiterunt. Hæc illa eſt inſignis Prærogatiua, quam Romanæ Eccleſiæ vendica-
mus, vt illa nihil publico Decreto ſanxerit, quod à vera & Catholica fide alienum eſſet.

Rodericus rerum Hiſpan. lib. 6. c. 28. Burdinus (aliâs Mauritius) *Archiepiſcopus Bracharenſis, Paſchali*
Papæ magnum pōdus pecuniæ promiſit, vt fieret Pontifex Toletanus. Qui nequitiam eius in eo quod deliquerat
volens punire, accepta pecunia, eum petitione fruſtrauit. Cumq; eo tempore Eccleſia perſecutione grauiſsima læ-
deretur, eò quod Imperator Otto Papam cum Cardinalibus carceri mancipaſſet: Burdinus ob pecuniæ dolorem
Imperatoris famulatui ſe deſpondens, Antipapa factus, & à Paſchali excommunicatus eſt. Paſchalis verò carce-
rem euadens, exul Gaietæ moritur, perſecutionem conſtantiſsimè tolerans.

Gulielmus Tyrienſis Archiepiſcopus belli ſacri lib. 11. c. 28. *Balduinus Rex Hyeroſolymorum ſecundus*
miſſus nun-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1107	Idem Paſchalis, ſedit. an. 18. m. 5. d. 9.	Idem Henric⁹ 5. an. 29

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

140. De Clancularijs Berengarij diſcipulis.

a Poſtquàm Berengarius venenum illud ſuum contra Euchariſtiam ſemel effuderat, orti ſunt, nõ velut à Chriſto, qui lux mundi eſt, ciuitas quædam in monte cõſtituta, quæ abſcondi non poteſt, ſed velut ex ſpiritibus caliginoſum hunc aërem inhabitantibus, neſcio qui obſcuri homunciones hinc inde velut aſpides ex antris ſuis prorepentes. Itaque *Clericus quidam probabilis vitæ in Leſmor* (oppido Hyberniæ) *præſumpſit dicere, non eſſe in Euchariſtia corporis Chriſti veritatem*: eamq́ue opinionem vſque ad anathematis denũtiationem pertinaciter defendit. Sed poſtea conuerſus eſt ab errore, non ſine miraculo. Verùm Pantaleon in Chronologia ſua huius Clerici turpiſsimum errorem cũ laude ipſius cõmemorat: admirabilem verò conuerſionem ad Dei laudem Malachiæ miniſterio factam, ne ſignificat quidem vllo verbulo.

a Bernardus in vita S. Malachiæ. *Ad iſtum Clericum prius publicè conuictum Malachias Epiſcopus dixit: Dominus fateri te veritatem faciat, vel ex neceſſitate. Is igitur Clericus, infirmitate graui non multò pòſt correptus, errorem abijcit, veritatem agnoſcit, confeſſus reatum, abſoluitur: petit viaticum, datur reconciliatio.* § Cæterùm ſi manſiſſet pertinax: quæ comparatio futura fuiſſet inter viros Dei celeberrimos Bernardum & Malachiam, qui communicantes cum Eccleſia Romana hunc Clericum in fide erraſſe iudicabant, & illum vſque adeo obſcurum homuncionem, vt neque nomen eius memoriæ mandatum ſit, neque ſcire vnquàm poſſimus, vbi ea Eccleſia fuerit, cum qua communicauerit. Nam Berengarius neque à maioribus eam opinionem accepit, neque reliquit poſt ſe vllam ſuæ opinionis (quam reuocauit) Eccleſiam.

Hugo Lingonenſis Epiſcopus in Epiſtola ad Berengarium. *Sicut non capis, quomodo verbum caro factum eſt: ſic nec potes iterum capere, quomodo panis iſte mutetur in Carnem, & vinum in Sanguinem transformetur, niſi te docuerit omnipotentiæ fides.*

789 *miſſis nuntijs ad Romanam Eccleſiam, petijt vt quaſcunque Prouincias ſua ſolicitudine de poteſtate hoſtiũ eri-*
peret, omnes regimini Hieroſolymitanæ Eccleſiæ ſubiacêrent. D. Paſchalis Papa id conceſſit, de illis nomina-
tim Eccleſijs, *quorum terminos diutina infidelium poſſeſſio confudiſſet.* Alioqui verò Patriarchæ Antioche-
ni Prælationem integram conſeruari voluit.

Leodienſes ſcripſerunt Epiſtolam aduerſus Paſchalem Papam circa annum D. 1107. acerbioréillam
790 quidem, quàm par erat: in qua tamen ſæpiſsimè agnoſcunt Romanæ Eccleſiæ Primatum. *Romanus* (in-
791 quiunt) *Præſul Pater omnium Eccleſiarum.* Et iterum. *Non infirmamus aut reprehendimus verbum Epiſco-*
792 *porum Epiſcopi.* (Et pòſt.) *Non inuehimur in Chriſtum Domini, ad quem pertinet ſolicitudo omniũ Eccleſiarũ.*
793 Rodericus rerum Hiſpan. lib. 6. c. 28. Gelaſius Paſchali ſuccedẽs, Bernardo Toletano ſcribit, *vt ad ele-*
ctionem noui Archiepiſcopi Bracharenſis operam ſuam præbeat. Gelaſio Calixtus ſecundus ſuccedens, *Bur-*
dinum iam ab Imperatore abiectum Sutrij concluſit, & captum truſit in Monaſterium.

794 Vaſeus Chron. Hiſpan. Tom. 1. ca. 21. *Calixtus ſecundus Compoſtellanam Eccleſiam (quod & antea Vr-*
banus ſecundus facere cœperat) Metropolitana dignitate ſublimauit, & in eam omnia Emeritenſis Eccleſiæ
iura tranſtulit.

795 Gulielmus Nubrigenſis rerũm Anglicarum lib. 1. cap. 10. *Concilium Lundonijs ab Henrico Wintonienſi*
Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato, pro quiete & Prærogatiua Ordinis Clericalis celebratum eſt.

Vrſpergenſis in Chron. an. D. 1122. *Cùm Rex Henricus Quintus adoleſcentem nomine Gebehardum nulla*
Eccleſiaſtica promotione mancipatũ in Wirciburgenſis Epiſcopi locum, ſaniore Cleri & populi parte id ipſum cõ-
ſtanter renuente, Pontificali inueſtitura ſublimaret, ex eaq́ue Principibus viris & Epiſcopis inter ſe diſſentiẽ-
tibus ingens ſchiſma exorſurum videretur, benignus & amator hominum Ieſus per ſeruorum ſuorum Sedis Apo-
796 *ſtolicæ Legatorum, qui tunc Maguntiæ morabantur, induſtriam, imò per habitantem in eis ſpiritum ſuum, chari-*
tatem in cordibus Principum diffundere cœpit. Facto igitur vniuerſali conuentu apud vrbem Wangionum, quæ
nunc Wormatia dicitur, ſicut longum, ita & incredibile memoratu eſt, quàm prudenti, quàm inſtanti, quámque
per omnia ſollicito cunctarum Procerum conſilio, pro pace & concordia, per vnam vel amplius hebdommadam,
797 *certatum ſit, donec ipſe, in cuius manu cor Regis eſt, omnem animoſitatem Auguſti ſub Apoſtolica reuerentia*
obedientiam cauſa matris Eccleſiæ, etiã vltra ſpem plurimorũ inflexit. Mox tamẽ ab Apoſtolicæ Sedis Apocri-
ſiarijs in cõmunionem receptus tam Imperator, quàm vniuerſus ſibi ſubiectus exercitus, imò generali abſolutio-
ne cunctis hoc ſchiſmate pollutis per authoritatem Apoſtolicam facta, qualiter Eccleſiaſticas inueſtituras, cæte-
raq́, ſpiritalia negotia, quæ tanto tempore Reges Teutonici adminiſtrauerant, quaq́, ipſe, ne regni diminueretur
honor, nunquàm vita comite ſe dimiſſurum propoſuerat, humiliatus pro Christo coram multitudine maxima ab-
negauerit, & in manus Domini Epiſcopi Oſtienſis, ac per ipſum Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſuaq́, in perpetuum
ius Eccleſiæ dimiſerit, rurſumq́, qualia ſibi ob honorem regni obſeruandum authoritas Apoſtolica conceſſerit,
798 *vtriuſque partis melius edocebunt ſubter annotata ſcripta. Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Au-*
guſtus, pro amore Dei & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Caliſti, & pro remedio animæ meæ, dimitto
Deo & Sanctis eius Apoſtolis Petro & Paulo, Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ omnem inueſtituram per annulum &
baculum, & concedo in omnibus Eccleſiis fieri electionem, & liberam conſecrationem. Poſſeſſiones & regalia
B. Petri, quæ à principio huius diſcordiæ vſque ad hodiernam diem, ſiue tempore patris mei, ſiue etiam meo ab-
lata ſunt, quæ habeo, eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo: quæ autem non habeo, vt reſtituantur fideliter
iuuabo. § Viciſsim verò Papa Caliſtus 2. cõceſsit Henrico Regi electiones Epiſcoporum & Abbatum
regni ſui, atque vt electus regalia per ſceptrum ab eo reciperet. Ita pax facta eſt. Deo victoriam Sedi
Apoſtolicæ vltra omnem humanam fidem conferente, vt iuſtificetur in verbo quo dixit: *Inferorum por-*
tas, hoc eſt, quamcunque mundi potentiam *aduerſus Petram à ſe ſtabilitam non præualituras.* Denique
Vrſpergenſis de Rege Henrico tale iudicium fecit. *Henricus Quintus primo ſub ſpecie Religionis patrem*
excommunicatum Imperio priuauit: confirmatus in honoribus mores mutauit: ſed poſt iniurias Apoſtolicæ Sedi
799 *illatas, ſemper ſeipſo inferior fuit: iuſtitijs regnis non multum inuigilauit.*

Vrſpergenſis in Chron. an. D. 1124. *Otto Bobenbergenſis Epiſcopus Diuino admonitus inſtinctu, Caliſti ſe-*
cundi Apoſtolici authoritate & aſſenſu roboratus, partes Pomeranorum Paganorum, cum quibuſdam ciuitati-
800 *bus terræ Lubeciæ aggreſſus eſt, vt eos ab errore ſuo reuocaret, & ad viam veritatis, & ad agnitionem filij Dei*
perduceret. Quibus baptizatis & conuerſis, Eccleſias conſtruxit & conſecrauit.

Bernardus in vita S. Malachiæ. *Gillebertum aiunt primum functum legatione Apoſtolicæ Sedis per vniuer-*
801 *ſam Hyberniam.*

Martinus Polonus an. D. 1136. *Honorius Papa deſcendit in Aquileiam, vt eam, quia iuris eſt B. Petri, tue-*
802 *retur à Comite Ragerto Siculo.*

Apud Bernardum Epiſt. 49. Summo Pontifici Honorio Stephanus Ciſtercienſis, Hugo Pontiniacẽ-
803 ſis, Bernardus de Claraualle. *Non ceſſamus orare pro vobis, & pro commiſſa vobis Eccleſia Dei, congaudentes*
& ſponſæ

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Paſchalis.	Idem Hēricus. 5.
1118	165. Gelaſius 2. Caietan' D. Ioann. Creſcentij filius, ſed. an. 1. d. 5.	Græ. Ioannes Cōmenus an. 16.
1119	166. Caliſtus 2. Burgundus, Guido, Gulielmi Burgūdiæ Comitis filius, ſedit an. 5. m. 10. d. 13.	Lat. Lotharius 2. alias 3. an. 11

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

141. De Tandemo.

Tandemus hæreticus circa Antuerpiam agens, ſacri ordinis miniſtros, & Epiſcopalem ac ſacerdotalem gradum nihil eſſe dicebat. In Supplemento ad Chronica Sigeberti.

b Corporis & ſanguinis Chriſti perceptionem ſumentibus ad ſalutem prodeſſe negabat.

c Filias in matrum præſentia, & ſpōſas maritis intuētibus, corrūpere, id quod tribus ferè millibus armatorum ſtipatus factitabat) ſpiritualeopus eſſe aſſerebat.

Doctores Catholici & Cuſtodes muirorum Eccleſiæ.

a Pater Nobertus (qui poſt ſumpta myſteria in oculos cœcæ mulieris inſufflando viſum ei reſtituerat) Antuerpienſem Eccleſiam regēs, per ſalutarem ſuam doctrinam ſuſtulit hæreſim Tandemi, adeo vt viri ac mulieres corpus Domini, quod per decem annos & amplius in ciſtis & foraminibus repoſuerant, afferrent & ad ſanctam fidem reſipiſcerent.
Petrus Lombardus Pariſiēſis Epiſcopus lib. 4. Sēten. Diſtinct. 24. ait, *Chriſtum ſeptem Ordines ſacros Eccleſiæ obſeruandos reliquiſſe, quorum ſeptimus (qui eſt Presbyterorum) Sacramētum corporis & ſanguinis Domini in altari Dei conficiat, in quorum ordinum collatione res ſacra* (inquit) *id eſt, gratia confertur, quam figurant ea, quæ ibi geruntur: Epiſcopus verò dignitatis ſimul & officij nomen eſt.* Hæc ille.

b Idem Petrus Lombardus lib. 4. diſtinct. 12. H. *Inſtitutum eſt hoc Sacramentum in augmentum Charitatis & medicinam quotidianæ infirmitatis.* (Et pòſt.) *Myſterium fidei dicitur, quia credere debes, quòd ibi ſalus noſtra conſiſtit.*

c Rupertus Tuitienſis Abbas in Matth. c. 5. docet ex verbis Chriſti, vel *ſolam voluntatem adulterij damnandam, etiam nō ſequente effectu.* Quantò autem magis hoc impium Tandemi facinus condemnaret?

142. De

a Bernar-

& ſponſæ Domini ſuper tã fido cuſtode, & Spõſi amico ſuper labore tã fructuoſo. Et Epiſt.50.ad Papã Honoriũ,
804 *Vt tenendũm irrefragabiliter, quicquid præcipitis: ſic ſperandum indubitanter bonũ de omni re, quam decreuistis.*
Trithemius in Chron.an D.1120. *Præmonſtratenſis Ordo cœpit, quem Calixtus Papa confirmauit.*
805 Rupertus Abbas Tuitienſis lib.2.de Diuinis Officijs cap.22. *Tantis hæreſibus fermentata eſt Græcia, vt*
806 *mirum videri non debeat hoc, quòd de fermento immolat. Tanta econtrà ſinceritatis ſemper fuit Sãcta Romana*
Eccleſia, vt cui deeſt Scripturarum notitia, vel argumentandi facultas, ſola illi de azimo contra Græcos ſufficere
debeat eius authoritas. Nam Conſtantinopolitana non ſolùm hæreticos, ſed & Hæreſiarchas protulit multos. Romana
verò Eccleſia, ſuper Apoſtolicæ fidei Petram altius fundata, firmiter ſtetit, & tam Græciæ, quàm totius
807 *orbis hæreticos ſemper confutauit, & de excelſo fidei tribunali data ſententia iudicauit.* (Et pòſt.) *Beata Roma-*
808 *na Eccleſia, quòd in fundamento ſuo Petram illam excepit, quam in ſuo Veritas ore laudauit, & beatificauit, talis*
ſtructura ſuper illam ædificata eſt, vt contra omnes hæreſes perſtaret murus inexpugnabilis. Et quæcunque mun-
di ex parte periclitata fides ad illam confugit, mille clipeos ex ea, omnemq́; armaturam fortium, qua ſe defende-
ret, pendentem & præparatam inuenit.
809 Idem Rupertus in Ionã Prophetam lib.2. *Roma, eò quòd B. Principis Apoſtolorum Petri Sedes facta ſit,*
(eiuſdem, & conſortis eius Pauli ſicut prædicatione illuſtrata, ita & Martyrio coronata) cunctis Eccleſiis caput
810 *altius extulit, latiusq́; dominatur per omnes gentes ſacra Pontificum eius lingua, quàm dominata fuerit Cæſarum*
ſiue Auguſtorum purpura.
Rupertus lib.11.in c.20.Apocalypſis, vbi ſcriptum eſt: *Et vidi Sedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium*
datum eſt illis. Iſtæ (inquit) *Sedes Eccleſiaſticæ ſunt dignitates, quibus datum eſt iudicium ligandi & ſoluendi.*
Summum iudicij huius tribunal in Eccleſia paratum eſt Romana, vbi Sedes Apoſtolica B. Petri & nomine,
811 *& corpore fundata eſt, cui ſpecialiter dictum eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam,*
& tibi dabo Claues regni Cælorum.
812 Idem Rupertus de Officijs Diuinis lib.3.c. 10. *Petro primo poſt Christum Eccleſiæ ſummum collatum eſt*
Pontificium, qui que primus & Princeps ſacras in Eccleſia celebrauit ordinationes, cuius vice maximè fungitur
Romanus Pontifex.

De Schiſmate Petri Leonis, & vero Innocentij Secundi Primatu in Eccleſia Romana, S. Bernardi & aliorum Patrum fides.

Innocentius Papa ſecundus (vt conſtat ex Ottone Friſingenſi lib.7.c.18.) competitorem habuit Pe-
trum quẽdam Leonis, qui electus à paucioribus, cum armata manu Eccleſiam S. Petri adijt, ſacra Tem-
pla ſpoliauit, & Innocentium ab vrbe diſcedere coëgit. Cùm igitur plurimi ab Innocentio, pauci verò
contra eum ſtarent, *D. Bernardus* ad Hildebertum Turonenſem Archiepiſcopum, qui nondum recepe-
rat Papam Innocentium, ita ſcripſit. *Ecce Christus Domini iſte Innocentius poſitus eſt in ruinam & in re-*
ſurrectionem multorum. Nam qui Dei ſunt, libenter iunguntur ei: qui autem ex aduerſo ſtat, aut Antichriſti
813 *eſt, aut Antichriſtus. Cernitur abominatio* (id eſt, Petrus Antipapa) *ſtare in loco ſancto, quem vt obtineret, in-*
cendit igni Sanctuarium Dei Inſignis planè eſt Proteſtantium quorundam impoſtura, qui dum ignaris
perſuadere conantur, Pontificem Romanum eſſe Antichriſtum, in eam rem impudentiſsimè produ-
cũt hæc D. Bernardi verba. Bernardus (inquiũt) clamat: *Cernitur abbominatio ſtare in loco ſancto.* Quibus
verbis eam ſententiam aſcribunt, velut S. Bernardus dicere voluerit, Pontificem Romanum etiam ritè
electum, eſſe abhominationem illam, quæ ſtat in loco ſancto, id eſt, in Sede Petri, atque in Eccleſia Dei:
cùm abſque omni controuerſia Bernardus non niſi de Petro Leonis loquatur, qui non ritè electus, ve-
rùm ſeſe ingerens atque obtrudens, vi, non iure obtinebat locum ſanctum, id eſt, Cathedram Eccleſiæ
Romanæ, in qua primus omnium D. Petrus Apoſtolorum Princeps ex Dei voluntate ſederat: & quæ
nunc Innocentio ſecundo, quem maior pars Cardinalium elegerat, debebatur. Vnde idem Bernardus
in eadem ad Epiſcopum Turonenſem Epiſtola ſubinfert: *Pulſus vrbe Innocentius* (per factionem Petri
814 Leonis) *ab orbe ſuſcipitur.* Et Epiſt.125. *Nec infructuosè Alemaniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hiſpaniarum &*
Hieroſolymorum Reges cum vniuerſo Clero & populis fauent & adhærent Domino Innocentio tanquam filij
patri, tanquam capiti membra, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Et Epiſt.126. de eadem agens
815 Innocentij electione, *Dei eſſe iudicium* (inquit) *ſenſerunt, & conſenſerunt vniuerſæ Orientales Eccleſiæ*
tam Archiepiſcoporum, quàm Epiſcoporum, quorum nomina ſunt in libro vitæ. His ex verbis diligenter ani-
816 maduerto, vſque in hæc tempora *Catholicos Orientalis Eccleſiæ Epiſcopos communicaſſe cum Sede Romana.*
Nec refert vtrum hoc ad ſolos Græcos, an ad Latinos etiã, qui iam in Syria Cathedras Epiſcopales ac-
ceperant, pertineat. quia vel hoc ipſum Dei opus erat, vt quàm diu Eccleſia Chriſti in Oriente quoquo
modo florebat, in eadem ſemper eſſent Catholici Epiſcopi, qui vnitatem & prærogatiuam primæ Sedis
agnoſce-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Caliſtus. 2.	
1124	167. Honorius 2. Bononiẽſis, D. Lambertus de Fagnano, ſed an. 5. m. 2. d. 3.	
1130	168. Innocentius 2. Romanus ſedit an. 13. m 7.	*Idem Lotharius*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

142. De Petrobuſianis & Henricianis.

a Petrus de Bruis de Eccleſia, quam tenebat, eiectus, & Henricus quidam ex monacho Apoſtata factus (vt refert Abbas Cluniacenſis in opere, quod cõtra iſtos conſcripſit) dicebãt, paruulis vſu rationis carentibus, eò quòd fidẽ non habebant, Baptiſmum non eſſe conferendum.

b Ijdem cruces & crucifixos (id eſt, imagines Chriſti crucifixi) exurebant. Cluniacenſis, ibidem.

c Templa deſtruebant, nouaſq; Baſilicarum ædificationes ridebãt. In vita D. Bernardi li. 2. ca. 5.

De poteſtate conficiendi Corpus Chriſti.

d Negabant, presbyteros & Epiſcopos in Altaris officio Corpus Chriſti conficere, & alijs ad ſalutem animarũ tradere. Corpus enim Chriſti ſemel tantùm (inquiunt) ab ipſo Chriſto in cœna ante paſsionem factum eſt, & ſemel (hoc eſt, tunc tantùm) Diſcipulis datum eſt. Exinde neq; cõfectum ab aliquo, neq; alicui datum eſt. Hæc eorum verba extant apud Cluniacenſem.

De

Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

a Bernardus in Epiſt. 77. *Infantes quando baptizantur, non omnino fide carent, ſine qua impoſſibile eſt, vel ipſos placere Deo: ſed ſaluantur & ipſi per fidem, non tamen ſuam* (quia nec propriã habent culpam, ſcilicet actualem) *ſed alienam, quia ſine ſorde non naſcuntur aliena.*

b Rupertus Abbas Tuitienſis, cùm in lib. 6. de Diuinis officijs cap. 9. illud Sedulij carmen citaſſet, *Néue quis ignoret, ſpeciem Crucis eſſe colendam:* poſtea ca. 21. *Adoramus* (inquit) *in Cruce Chriſti ſalutem acquiſitam, adoramus Crucem fidei præſidium, pacis vexillum, &* multa plura ibi in laudem Crucis adiunguntur.

c Petrus Cluniacenſis in lib. contra Henricianos. *Habetis, ſi aduertitis, antiquorum ſacrificia tantum Deo placuiſſe, vt non ſolùm ipſa, ſed & loca, in quibus fiebant, conſtrueret, benediceret, conſecraret, fumo, nebula, igne, alijſque indicijs glorificaret.*

d Petrus Cluniacenſis ibidẽ. *Poſtquàm Chriſtus dixit: Accipite, & comedite, hoc eſt Corpus meum,* (& quæ ſequuntur) *ſtatim adiunxit: Hoc facite in meam commemorationem. Hoc planè, nõ aliud, hoc idem quod accipitis ad comedendum, quod ſumitis ad bibendum, Corpus ſcilicet meum & Sanguinem, hoc, inquam, facite in meam commemorationem. Paulus cœnæ illi non interfuit, & tamen dixit: Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio Sanguinis Chriſti eſt? Imò de vniuerſis hominibus ait: Quicunq; manducauerit panem, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. & de omni tempore ait: Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Obmuteſcat ergo hæreſis, quæ dicit, datum hoc eſſe tantùm in Cœna Domini.*

agnoſcerent. Cùm autem Innocentius Roma fugatus, Piſam inhabitaret, Bernardus ad Piſanos ſcri-
817 bens Epiſt.130. ciuitatem ſic alloquitur. *Honora tuum & vniuerſitatis Patrem: honora mundi Principes, qui*
in te ſunt, & Iudices terræ.

Idem ad Mediolanenſes ait in Epiſt.131. *Plenitudo poteſtatis ſuper vniuerſas orbis Eccleſias, ſingulari præ-*
rogatiua Apoſtolicæ Sedi donata eſt: qui igitur huic poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Poteſt, ſi vtile iu-
818 *dicauerit, nouos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenus non fuerunt. Poteſt eos, qui ſunt, alias deprimere, alias ſub-*
limare, prout ratio ſibi dictauerit, ita vt de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat: & è conuerſo, ſi neceſſe vi-
ſum fuerit. Ideo autem iſta ſcripſit D.Bernardus hoc tempore ad Mediolanenſes, quia Innocentius (vt
eſt apud Martinum) *Genuenſem Epiſcopum, qui ſub Mediolanenſi fuerat, fecit Archiepiſcopum, itémque*
Piſanum Epiſcopum fecit Primatem totius Sardiniæ.

819 Idem Bernardus in Epiſt 174. *Romanæ Eccleſiæ authoritati atque examini totum hoc (de conceptione Vir-*
ginis) ſicut & cætera, quæ huiuſmodi ſunt, vniuerſa reſeruo: ipſius (ſi quid aliter ſapio) paratus iudicia emendare.

820 Idem Epiſt.183. ad Conradum Regem Romanorum. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita*
ſit. Quam ſententiam maneo vos cuſtodire in exhibenda reuerentia ſummæ & Apoſtolicæ Sedi, & B.Petri Vi-
cario, ſicut ipſam vobis vultis ab vniuerſo ſeruari Imperio.

821 Idem in Epiſt.190. ad Papam Innocentium. *Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque &*
ſcandala emergentia in regno Dei, ea præſertim, quæ de fide contingunt. Dignũ namque arbitror, ibi potiſſimùm
reſarciri damna fidei, vbi non poſſit fides ſentire defectum. Hæc quippe huius Prærogatiua Sedis. Cui enim alte-
822 *ri aliquando dictum eſt: Ego pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua? Ergo quod ſequitur, à Petri ſucceſſore*
exigitur: Et tu aliquãdo conuerſus, confirma fratres tuos. Id quidẽ modò neceſſariũ. Tẽpus eſt, vt veſtrũ agnoſca-
tis, Pater amãtiſſime, Principatũ, probetis zelũ, miniſteriũ honoretis. In eo planè Petri impletis vicẽ, cuius tene-
tis & ſedẽ, ſi veſtra admonitiõe corda in fide fluctuãtia cõfirmatis, ſi veſtra authoritate cõteritis fidei corruptores.

Beatus Malachias, quem S. Bernardus tam inſignibus miraculis reſplenduiſſe non incerto ſermone
audiuit, ſed viſu, conſuetudine, & certiſsima experientia didicit, adeo præclara iudicia de Romanæ
Eccleſiæ Primatu fecit, vt tùm *in cunctis Eccleſiis ſuis cõſuetudines S. Romanæ Eccleſiæ* (authore Bernardo
in vita ipſius) *ſtatueret: tùm Romam contenderet, vt Sedi Metropolicæ, quam de nouo conſtituerat Celſus, Pal-*
823 *lium impetraret, quo Prærogatiua eius, Apoſtolicæ Sedis authoritate confirmaretur. Erat tunc temporis in Se-*
de Apoſtolica fœlicis memoriæ Innocentius ſecundus Papa, qui eum benignè ſuſcepit, & paranti iam repatriare,
824 *commiſit vices ſuas, per vniuerſam Hyberniam Legatum illum conſtituens.*

Guilielmus Tyrienſis Archiepiſcopus belli ſacri lib.15. cap. 15. *Legatus Eccleſiæ Romanæ Petrus no-*
mine, natione Burgundia, Lugdunenſis Archiepiſcopus, miſſus à Domino Innocentio Papa, venit in Syriã, vt
825 *Patriarchæ Antiocheni cauſæ debitum finem imponeret. Qui Dominum Patriarchã, & vniuerſas Regni Pon-*
tifices apud Antiochiam pridie Calend. Decemb. ad Synodum conuocans, illuc cum omni celeritate contendit.
Et cap 16. *Die ſecunda Serlo Apamienſis Archiepiſcopus, ab omni officio ſacerdotali & Pontificali depoſitus*
eſt. Et c.17. *Die tertia datur in Patriarcham Antiochenum depoſitionis ſententia.* Et c.18. *Legatus Hieroſoly-*
826 *mam reuerſus cùm Domini templum dedicaſſet, conuocatis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Præ-*
latis, vnà cum Domino Patriarcha Hieroſolymitano, Concilium celebrauit. Cui Synodo interfuit Maximus Ar-
meniorum Pontifex, imò Epiſcoporum Cappadociæ, Mediæ & Perſidis, & vtriuſque Armeniæ Princeps, &
827 *Doctor eximius, qui Catholicus dicitur. Cum hoc etiam de fidei Articulis (in quibus à nobis diſſentire videtur po-*
pulus eius) habitus eſt tractatus, & ex parte eius promiſſa eſt in multis correctio.

Theobaldus Cantuarienſis Antiſtes, *vir multò præſtantiſſimus* (authore Polydoro Hiſtor. lib.13.) *cùm*
828 *accepto de more pallio Legatus ab Innocentio ſecundo Romano Pontifice factus eſſet, manauit id munus poſtea*
ad omnes Cantuarienſes Archiepiſcopos, qui Legati nati dicti ſunt.

Gulielmus Tyrenſ. belli ſacri lib.15. c.16. D.*Fulcherus Tyrenſis Archiepiſcopus S. Romanæ Eccleſiæ mul-*
829 *tum deuotus & fidelis erat, vir magnanimus & diſcretus plurimum.*

Bernardus in Epiſt.234. ad D.Papam Celeſtinum. *Wilhelmus in Sedem Eboracenſem bis eſt intruſus:*
830 *primò per Regem, deinde per Legatum: quippe qui illum contra mandatum Summi Pontificis, in iniuriam Sũ-*
mæ Sedis, & totius Romanæ Curiæ, impudenter intruſit. Oportet vos ſecundùm iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſuſ-
citare ſemen fratris veſtri defuncti. Quod dignè implebitur, ſi Papæ Innocentij, cui in hæreditate Domini ſuc-
ceſſiſtis, & defenditis bene geſta, & minus adimpleta perficitis. Præ manibus eſt, in quo id liceat experiri. Cau-
ſam Eboracenſis Eccleſiæ per eum fuiſſe deciſam, quis neſciat? At quomodo executioni mandatum ſit, quod
egreſſum eſt de labijs tanti viri, vtinam neſciretur.

Et in Epiſt. 235. ad totam Curiam Romanam. *Licet omnium minimus, tamen Romanæ Curiæ iniuriam*
831 *à me non iudico alienam.* (Et pòſt.) *Ecce audierũt filij incircumciſorũ, ſubſannant Romanã Curiam.* § Notãdũ
meritò duxerim, quòd pro incircũciſis eos D.Bernardus habet, qui Eccleſiæ Romanæ verenda irridẽt.

Lucius

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1130	Idem Innocẽtius 2.	Idem Lotharius.
1141	169. Cœleſtinus 2. Tifernas, Tuſcus, ſedit m. 5. d. 13.	Gra. Emanuel an 39

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De Tranſubſtantiatione.

e Ex præcedente hæreſi neceſſariò ſequitur, vt Tranſubſtantiationem negarint, quod etiam illis imputat Cluniacenſis.

De Sacrificio Miſſæ.

f Ex illa etiam priore opinione iterum efficitur, vt Euchariſtia ne Sacramentũ quidem ſit mortis Chriſti, hoc eſt, vt nulla ſit ſolennis & publica cõmemoratio mortis Chriſti inter Chriſtianos: ſed vt Eccleſia ſit abſque proprio ſui ſtatus & noui Teſtamenti ſacrificio. id quod illis etiam Cluniacenſis imputat. ¶ Illud verò eſt inſigniter animaduertendum, quòd iſtorum hæreſis à Zuinglianorum & Caluiniſtarum differt, quia Petrobuſiani concedebant, Chriſtum ſaltem in Cœna illa prima ſuum corpus confeciſſe: at iſti nec illud quidem concedunt. Ita in Eccleſia malignantium, quod alijs eſt Euangelium, alijs eſt hæreſis.

De Sacrificio pro fidelibus defunctis.

g Ridebant orationes, oblationeſque pro mortuis, vt poſt D. Bernardum Clareuallis Abbatẽ, alius Bernardus Bonæuallis Abbas in vita B. Bernardi teſtatur.

De Sanctorum inuocatione.

h Ridebant inuocationes Sanctorum.

De Ex-

❧ *Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

e Cluniacenſis ibidem. *Quiſquis in ſacramento Eccleſiæ panẽ in Chriſti carnẽ, vinum in eius mutari Sanguinẽ, aut non credis, aut dubitas: vel de volũtate Chriſti, vel de potentia, vel de vtroq; diffidis. Quòd voluerit, ſi Euãgelia credis, dubitare non potes. Nam in ſui memoriã hoc fieri non præciperet, ſi hoc fieri noluiſſet. Si verò omnia, quæcunq; voluit, fecit: vtique & voluit, & potuit, vt panis in carnem ſuam, & vinum conuertatur in ſanguinẽ ſuum: idcirco & fecit.* (Et pòſt.) *Manet tamen tecta veritas carnis & ſanguinis, honeſta panis & vini ſpecie, vt & vſus humano condeſcendatur, & fides exerceatur, & meritum augeatur. Inde eſt, quòd Sacramẽtum, Myſterium, ſpecies & figura vocatur: quia intra hoc, quod exterior forma nunciat, virtus diuina verum corpus & ſanguinem Redemptoris occultat.*

f Idem Cluniacenſis. *Reſpondet vobis, ô hoſtes Dei, Eccleſia Dei, ſe neq; abſque Sacrificio eſſe, nec illo ſuo Sacrificio aliquid aliud, quàm corpus & ſanguinem ſui Redemptoris offerre. Cur Sacrificia Chriſtiana vobis Chriſtianis (ſi tamen hoc eſtis) nõ placẽt: cùm ſigno Sacrificiorũ ſemper ſuos Deus ab alienis diſcreuerit? In omni loco (Malachiæ 1.) offertur nomini meo oblatio mũda, quia magnum nomẽ meũ in gẽtibus, dicit Dominus. Nónne videtis, ſicut Legẽ, ſic ſacra, ſic Sacrificia, ſic cultum omnẽ Diuinũ à Iudæis ablatũ, & ad Gẽtes tranſlatũ? Etſi nõ eodẽ ritu celebrẽtur apud nos ſacra, ſi nõ eodẽ ordine cõſtẽt ſacerdotia: ſunt tamẽ ſacerdotia. Si nõ de eiſdẽ rebus fiunt ſacrificia: ſunt tamẽ ſacrificia, quia alio quidẽ modo ſed non alij Deo ſacra celebrantur, ſacerdotia ordinantur, ſacrificia exhibentur. Ceſſit pluralitas Iudaicarũ victimarũ vnitati victimæ Chriſtianæ. Solus Agnus, qui tollit peccata mundi, Altari ſuperponitur Chriſtianorum. Quod ſemel Chriſtus obtulit, hoc ſemper Eccleſiæ ſuæ offerendum reliquit.*

g Bernardus in Cãtica. ſermone. 66. *Mortui, qui opus habebunt, & digni erunt, viuentiũ preces & hoſtias mediantibus percipient Angelis.*

h Bernardus in Cantic. Serm. 66. *Eorum qui iam peruenerunt* (ad cœlum) *viuentibus adhuc, nequaquã ſolatia deerũt, per Deũ, qui vbique eſt, & in Deo nuſquàm affectu Charitatis abſentium.*

OOO ij

i Petrus

Lucius Papa (inquit Platina in vita Lucii) *nihil prætermittebat, quod ad Hieroſolymitanam expeditionē*
832 *pertineret. Eius præterea conſenſu in Gallia Synodus Epiſcoporum facta eſt contra Ealiardum philoſophum Pe-*
ripateticum, non bene in quibuſdam cum fide noſtra ſentientem: qui victus, monaſticam vitam induit.
833 Bernardus ad D.Papam Eugenium in Epiſt.237. *Locus, in quo ſtas, terra ſancta eſt, locus Petri eſt, locus*
Principis Apoſtolorum, locus illius eſt, quem conſtituit Dominus dominum domus ſuæ, & Principem omnis
834 *poſſeſſionis eius. Conſtitutus es ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, & ædifices & plantes.*
Idem Bernardus in Epiſtol.236. *Ridiculum, an miraculum? Pannoſum homuncionem* (Eugenium) *aſſu-*
835 *mi ad præſidendum Principibus, ad imperandum Epiſcopis, ad regna & imperia diſponenda.*
In Epiſt.238. *Peremptoriam dare ſententiam ad depoſitionem Epiſcoporum, ſolius Romani Pontificis noſci-*
836 *tur eſſe: pro eo nimirum, quòd etſi alij multi vocati ſunt in partem ſolicitudinis, ſolus ipſe plenitudinem habet po-*
teſtatis.
In Epiſt.243. *Conradum Regem Romanorum appellat aduocatum Eccleſiæ.* In Epiſt.314. *teſtatur, Eſki-*
837 *lum per Daciam & Sueciam, itemq́;* (in Epiſt 315.) *Malachiam per Hiberniam Sedis Apoſtolicæ Legatum*
fuiſſe.
838 Item de conſideratione ad Eugenium lib.2. *Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem*
& alij cœli ianitores, & gregum Paſtores: ſed tu tantò glorioſius, quantò & differentius vtrumq́; præ cæteris no-
men hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti, vni vnus. Nec modò ouiū
839 *ſed & Paſtorum tu vnus omnium Paſtor.* Et lib.3. *Orbe exeundum ei, qui fortè volet explorare, quæ non ad tuā*
pertinent curam. (Et pòſt) *Appellatur de toto mundo ad te, id quidem in teſtimonium ſingularis Primatus*
tui. Et in lib.4. *Quid tu uſurpare gladium tentes, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Quem tamen qui*
tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic: Conuerte gladium tuum in vaginā.
840 *Tuus ergo & ipſe, tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus. Alioquin ſi nullo modo ad te pertineret &*
is, dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic: non reſpondiſſet Dominus: Satis eſt, ſed nimis eſt. Vterque ergo Ec-
cleſiæ, & ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis: ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ab Eccleſia exerendus
eſt. Ille Sacerdotis, is militis manu: ſed ſanè ad nutum Sacerdotis, & iuſſum Imperatoris.
841 *Hildegardis* in Epiſt.ad Eugenium Apoſtolicum. *Tu, qui es in vice Chriſti ſedens in cura Eccleſiaſticæ*
842 *Cathedræ, meliorem partem tibi elige.* (Et pòſt.) *De ſummo Iudice dirigitur ad te, vt graues & impios Ty-*
rannos eradices.
Ioannes Magnus de vitis Pontificum Vpſalentium, lib.2. *Eugenius tertius Nicolaum Anglicum Car-*
843 *dinalem Albanenſem ad Noruegiam miſit, vt pallium Archiepiſcopale Ioanni Archiepiſcopo Nidioſenſi daret,*
nouem Suffraganeis ei ſubiectis.
Petrus Comeſtor in Hiſtoria Euangelica cap.90. cùm tractaret ea verba Matth.20. *Qui voluerit pri-*
mus eſſe inter vos, erit veſter ſeruus: hinc tractum eſſe ait, quòd primus omnium in Eccleſia ſeruum ſeruorum
844 *Dei ſe fatetur.* Vtique nec dubitans, quin aliquis in Eccleſia ſit omnium primus, nec ignorans, Pontifi-
cem Romanum eſſe, qui hoc genere tituli vtatur.
Otto Friſingenſis lib.7.cap.32. *Legati Armeniorum Epiſcoporum, & eorum Metropolitani (quem quòd*
amplius mille Epiſcopos ſub ſe habet, Catholicon vocant) ab vltimo penè Oriente ſummum Pontificem Eugeniū
Viterbij, poſt iter vnius anni & ſex menſium adeunt, eiq́; ex parte illius Eccleſiæ ſubiectionem omnimodam
845 *(nobis cum alijs multis præſentibus) obtulerunt. Cùm enim inter eos & Græcos de ritu ſacrificij diſceptaretur,*
Romanam Eccleſiam iudicem eligentes, formam ſacrificij iuxta conſuetudinem eius ſibi tradi depoſcunt.
Et cap.33. *Vidimus etiam ibi tunc de Syria Gabulenſem Epiſcopum, cuius præcipuè opera ad plenum Antiochia*
846 *Romanæ Sedi ſubeſſe cœpit.*
Gulielmus Tyrenſis belli ſacri lib.16.c.17. *Cùm Tyrenſis vacaret Eccleſia, pars Epiſcoporum dari ſibi depo-*
ſcebat Dominum Radulphum Regis Cancellarium, Anglicum natione: pars altera, interpoſita appellationis voce,
modis omnibus prohibebat. Factum eſt autem, quòd per violentiam obtinens prædictus Cancellarius, Eccleſiam
& eius bona inuaſit, poſſeditq́; per biennium, quouſq; per Romanum Pontificem, præſentibus partibus lis decisa,
dictante Romana Domino Eugenio, factum prædicti Cancellarij in irritum eſt deductum (Et cap.18.) *D. Eu-*
847 *genius Papa tertius, vir Deo plenus, paternā gerens pro filiorū Orientaliū afflictione ſolicitudinē, & eo affectu*
plenitate cōpatiens, viros religioſos, & exhortatorij ſermonis habētes gratiā, potētes in opere & ſermone, ad diuer-
848 *ſas Occidentis partes dirigit. Qui Principibus, populis, & Tribubus, & linguis, Oriētalium fratrum denuntient*
preſſuras intolerabiles, & ad tantas vltionem irr fratrum ſanguinis iniurias, eas debeant animare. Inter quos vir
immortalis memoriæ & honeſtæ conuerſationis, Dominus Bernhardus Clareuallenſis Abbas, pia in Domino, &
per omnia amplectenda recordationis, ad prædicti Dei placiti muneris executionem præcipuus eligitur: qui in-
iunctæ ſibi diſpenſationis ſedulus executor, eiuſdem operis ſecum Deo amabilis trahens comminiſtros, impiger,
indefeſſus, licet corporis eſſet inualidi, (tùm propter ieiunia penè continua, & ſubtilem nimis dietam) regna
circuit,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Lot. Conradus 3. an. 15.
1144	170. Lucius 2. Bononiẽſis, ſedit m. 11. d. 4.	
1145	171. Eugenius 3. Piſanus, ſedit an. 8. m. 4. d. 12.	

☞ *Hæretici & Pſeudopropheta.*

De excommunicatione.

i Ridebant excommunicationes Sacerdotum.

De peregrinationibus.

k Ridebant peregrinationes Fidelium.

De feſtis diebus

l Ridebant dierum ſolennium vacationes.

De Chriſmate.

m Item, Chriſmatis & olei conſecrationes.

n Denique ridebant omnes Eccleſiaſticas inſtitutiones.

De moribus iſtius Archihæretici.

o Apoſtata eſt (inquit Bernardus in Epiſtola 240.) qui relicto Religionis habitu, factus Gyrouagus, & venale diſtrahens verbum Dei, ſi quid ſupra conductum à ſimplicioribus populi, aut aliqua Matronarum elicere poterat, id ludendo aleis, aut in vſus turpiores effundebat.

Frequen-

☞ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

i Petrus Lombardus lib. 4. Diſtinc. 18. *Eſt modus ligandi & ſoluendi per excommunicationem, qua pœna qui percelluntur, gratia Dei & protectio illis amplius ſubtrahitur. Orationes quoque Eccleſiæ, & benedictionum ac meritorum ſuffragia eis nequaquàm ſuffragari putantur.*

k Bernard. in vita Malachiæ narrat, quòd is vir ſanctus *menſem integrũ fecit in vrbe Roma, loca ſancta perambulans & frequentans cauſa orationis.* Deniq; Otto Friſingenſis Chron. lib. 7. c. 31. *Nefarij auſus arguit eos, qui peregrinis, cauſa orationis Romam venientibus, vim aliquam intulerunt.*

l Gratianus de Conſecrat. Diſtin. 3. c. 1. ex Concilio Lugdunẽſi Decretum hoc profert. *Pronuntiandum eſt laicis, vt ſciant tempora feriãdi per annũ. i. omnẽ Dominicã à veſpera vſq. ad veſperã, ne à Iudaiſmo capiãtur. Feriãdi verò per annũ iſti ſunt dies: Natalis Domini, S. Stephani,* (& cætera) *& illæ Feſtiuitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus cũ populo collaudauerĩt.*

m Rupertus de Diuinis Officijs lib. 5. c. 16. *Erat olim myſtica vnctio tantùm in Regibus ac Sacerdotibus. Sed poſt Domini aduentũ, qui Chriſtus à Chriſmate nuncupatur, omnis Eccleſia vnctione Chriſmatis per impoſitionem manuum cõſecratur.* (Et pòſt) *Chriſma Spiritus Sancti ſignum eſt, cuius & virtutem continet.*

n Bernard. in Cãtica Serm. 66. *Qui Eccleſiã nõ agnoſcũt, nõ eſt mirũ, ſi Ordinibus Eccleſiæ detrahũt, ſi inſtituta nõ recipiũt, ſi Sacramẽta contẽnũt.*

o In B. Bernardi vita lib. 3. c. 5. *Bernardus ab Eccleſia Regionis Toloſana, ſæpius antè rogatus, & ab Alberico Hoſtiẽſi Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ legato deductus, prædicauit in ciuitate Toloſa, & in cæteris locis, quæ miſer ille Hæreticus frequẽtaſſet. Cæterùm etſi tũc fugit hæreticus ille, & latuit: poſtea tamẽ catenatus Epiſcopo traditus eſt. In quo itinere Sarlati poſt ſermonẽ cõpletũ panes ad benedicẽdum oblatos, eleuata manu, & ſigno Crucis edito, in Dei nomine benedicens: In hoc, inquit, ſcietis, vera eſſe, quæ à nobis: falſa, quæ ab hæreticis ſuadẽtur, ſi infirmi veſtri, guſtatis panibus iſtis, adepti fuerint ſoſpitatem. Timens autem venerabilis Epiſcopus Carnotenſiũ magnus ille Gaufridus (ſiquidẽ præſens erat & proximus viro Dei)*

 Si bona

circuit, regiones obambulat, euangelizans vbique regnum Dei: afflictionem populi, qui & in Oriente eſt, ſimul
& moleſtias, quibus inceſſanter opprimuntur, aperit diligenter.

849 Trithemius in Chron. *Dum Eugenius Papa Treueri Synodum celebraret, Henricus Archiepiſcopus Mo-*
guntinus, & B. Bernardus ipſi ſummo Pontifici retulerunt mirabilia, quæ Deus operabatur in Hildegarde Ab-
batiſſa. Papa rem diligentius inueſtigare volens, Virdunenſem Epiſcopum ad S. Hildegardem miſit, cui illa ſim-
pliciter, quæ de ſe erant, aperuit, & Legatos cum ſcriptis reuelatis ſibi diuinitus, dimiſit. Quibus coram Cardina-
libus, Archiepiſcopis, Abbatibus, & omni Clero, cum omnium ſtupore & Dei laude recognitis, Papa ad eam
ſcripſit in hæc verba: Gratiam, quæ in te eſt, per humilitatem ſerua: ita vt ea, quæ in ſpiritu proferenda ſenſeris,
prudenter proferas. At virgo Chriſti diuinitus inſpirata, ſummo Pontifici literas remiſit, in quibus eum
de arcanis quæ habebat in corde ſuo, admonuit, & diuinam circa hæc voluntatem indicauit.

Gotfridus Clareuallenſis Monachus in li.3. vitæ S. Bernardi, fidem ſuam de Romana Eccleſia confi-
tetur ijs verbis. *Petrus Abaylardus Sedem Apoſtolicam appellauit. Quando verò Petrus ille refugium inue-*
850 *niret in Sede Petri, tam longe diſſidens à fide Petri? Et ipſum ergo authorem, eâdem ſententia cum erroribus*
851 *ſuis Apoſtolicus Præſul inuoluens, ſcripta incendio, ſcriptorem ſilentio condemnauit.*

Theobaldus Epiſcopus in vita Gulielmi Eremitæ: Cùm Gulielmus Pictauienſis Comes Petri Leo-
nis partem & ſchiſma tueretur, ob eamque cauſam Epiſcopum Pictauienſem Catholicum virum è Se-
de ſua expuliſſet, D. Bernardus Comitem aggreſſus, ei dixit: *Innocentio ſubdere, & electo à Deo tanto Pon-*
852 *tifici parê, ſicut ei obedit omnis Eccleſia Sanctorum.* Gulielmus igitur paulatim ad ſe rediens, mundum re-
linquit, eremum adit, lorica ad carnem nudam induitur, cathenis ferreis ſeipſum circundat, ac de conſi-
853 lio Sancti cuiuſdam Eremitæ ad Eugenium Papam accedit, ita eum allocutus: *Tu, qui Vicarius Chriſti*
es, Patrem miſericordiarum, quem repræſentas in terris, iure imitare. Sana me medicamento pœnitentiæ, cui cõ-
854 *miſſum eſt vice Chriſti ſuper terram ſoluere & ligare. Papa verò poteſtatem ſuam in animã Comitis Patriarchæ*
Hieroſolymitano commiſit, à quo abſolutus multis poſtea miraculis tam viuens, quàm mortuus floruit.

Cùm Fridericus Imperator Guicmannum Cicenſem Epiſcopum ad Magdeburgẽſem Eccleſiam ſua
authoritate tranſtuliſſet, Eugenius (vt videre eſt apud Ottonem Friſingenſem de geſtis Friderici, lib. 2.
c. 8.) ad Epiſcopos Germaniæ ſcripſit in hæc verba. *Quoniam quicunque temporalis auræ flatibus agitẽtur,*
855 *nos in illius Petræ ſoliditate fundati, quæ in fundamento meruit Eccleſia collocari, ſicut non debemus, ita nec vo-*
lumus omni vento circumferri doctrinæ, aut à ſacrorum Canonum rectitudine impulſu aliquo deuiare: per præ-
ſentia vobis ſcripta mandamus, quatenus cauſæ iſti fauorem vlterius non præſtetis, & apud clariſſimum filium
noſtrum Fridericum, quem Deus hoc tempore pro ſeruanda libertate Eccleſiæ in eminentiam regni euexit, effi-
cere veſtris exhortationibus ſtudeatis, vt & ipſe à ſua ſuper hoc intentione deſiſtat, & contra Deum, contra ſa-
cros Canones, contra Regiæ dignitatis officium, eidem cauſæ fauorem ſuum vlterius non impendat, ſed Eccleſiæ
Magdeburgenſi, ſicut & alijs Eccleſiis regni à Deo ſibi commiſſis, liberam facultatem quem voluerit ſecundùm
Deum eligendi relinquat, & electionem ipſam poſtmodum fauore ſuo, ſicut decet Maieſtatem Regiam, proſe-
quatur. § Poſtquàm Eugenius ea libertate, quæ Chriſti Vicario conueniebat, hæc perſcripſiſſet, ex hac
vita deceſſit, *vir iuſtus* (vt Otto ibidem c. 9. ait) *& religione inſignis*. Ab Anaſtaſio autem Eugenij ſuc-
856 ceſſore Fridericus obtinuit, vt Guicmannus in Epiſcopatu Magdeburgenſi confirmaretur. Qua ex oc-
caſione (vt Otto adiũxit) *authoritas Principis in Eccleſiaſticis negotijs diſponendis plurimum creuit*. Quod
ideo prætermittere hoc loco nolui, vt prudens lector animaduerteret, quanta neceſſitas Adriano &
Alexandro, qui poſtea in Petri Cathedra ſederunt, impoſita ſit, opponendi ſe pro domo Domini ad-
uerſus profanos Friderici conatus: qui ſuæ vocationis oblitus, iam deinceps non modo Regiam, ſed
etiam Eccleſiaſticam ſibi poteſtate magna ex parte vindicauit. Verùm de his poſtea.

Sancta Hildegardis (vt auctor eſt Trithemius in Chron.) cùm ab Anaſtaſio Papa literas paterno af-
fectu plenas accepiſſet, Pontifici reſcribens, omnia quæ illi pro emendatione vitæ neceſſaria erant, etiã
occultiſſima cordis aperuit. Inter cætera verò Hildegardis vſa eſt ad eum his verbis. *Tu ſedes in prin-*
857 *cipali Cathedra Domini.*

Ioannes Sariſburienſis natione Anglus in Policratico, lib. 6. c. 24. *Memini me, cauſa viſitandi Domi-*
num Adrianum Pontificem Quartum, qui me in vlteriorem familiaritatem admiſerat profectum in Apuliam.
Cùm itaque ipſe, quid de ſe & Eccleſia Romana ſentirent homines, à me familiarius & diligentius quæreret:
ego apud eum vſus ſpiritus libertate, mala, quæ in diuerſis Prouincijs audieram, patenter expoſui. Sicut enim di-
858 *cebatur à multis Romana Eccleſia, quæ Mater omnium Eccleſiarum eſt, ſe non tam matrem exhibet alijs, quàm*
nouercam: ſedent in ea Scribæ & Phariſæi, ponentes onera importabilia in humeris hominum, quæ digito non
contingunt. (Et pôſt.) *Vnum tamen audacter, conſcientia teſte, profiteor, quia nuſquàm honeſtiores Clericos vi-*
di, quàm in Eccleſia Romana, aut qui magis auaritiam deteſtentur. Quis Bernardi Redonenſis, Sanctorũ Coſmæ
& Damiani

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Eugenius 3.	
1153	172. Anaſtaſius 4. Romanus an. 1. m. 4. d. 24.	Fridericus 1. reg. an 37. perſecutor Eccleſiæ.
1155	173. Adrianus 4. Anglus, ſed. an 4. m. 8. d. 28.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Frequenter poſt diurnum populi plauſum, nocte inſecuta cum meretricibus inuentus eſt, interdum etiam cum coniugatis. Inquire quomodo de Lauſana ciuitate, de Cenomanis, de Pictauis, de Burdegali exierit. Nec patet ei vſpiam reuerſionis aditus, vtpote qui fœda poſt ſe vbique reliquerit veſtigia. Hæc Bernardus de Henrico iſto, quem Pantaleon in Chronologia ſua hæretica doctum vocat.

143. De Gilberti Porretani errore.

a Dicebat, Deum diuinitate ſua eſſe Deum, ſed ipſam Diuinitatem non eſſe Deum. quam hæreſim ab illo reuocatā diſcipuli eius contentioſius defendebant. Bernard. in Cant. Hom. 80.

144. De Pſeudoapoſtolicorum hæreſibus.

a Hæretici quidam, qui ſe Apoſtolicos dixerunt, cōtinentiæ voto ſe inſigniētes, ruſticani homines & idiotæ, nuptias primùm omnes damnabant. Bernardus in Serm. 66. in Cantica.

b Poſtea quidam ex illis volebant, non niſi virgines licito matrimonio coniungi.

c Abſtine-

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Si bono, inquit, fide ſumpſerint, ſanabuntur. Cui Pater ſanctus de Domini virtute nil hæſitans: Nō hoc ego dixerim (ait) ſed verè, qui guſtauerint, ſanabuntur, vt proinde veros nos, & veraces Dei nuncios eſſe cognoſcant. Tam ingens multitudo languentiū, guſtato eodem pane, conualuit, vt per totam prouinciam verbū hoc diuulgaretur, & vir ſanctus per vicina loca regrediēs, ob concurſus intolerabiles declinauerit, & timuerit illò ire. Porrò hæc res per ipſius D. Bernardi Epiſtolam ad Toloſanos (quæ numero eſt 241.) cōfirmatur, cùm ait: *Mora quidem breuis apud vos, ſed non infructuoſa, veritate nimirum per nos manifeſtata, non ſolum in ſermone, ſed etiā in virtute. Propterea, dilectiſſimi, perſequimini, & comprehendite eos. & nolite deſiſtere, donec penitus depereant, & diffugiant de cunctis finibus veſtris, quia non eſt tutum dormire, vicinus ſerpentibus.*

§ Confer nunc Henricos & Petrobuſianos hæreticos cum Catholicis Bernardis & Rupertis. videbis illic inauditi erroris nouitatem turpiſſimis moribus condemnatam: hic verò antiquam veritatis traditionem miraculorum illuſtribus ſignis, & vita planè Apoſtolica relucentem, ac orbi Chriſtiano commendatam.

a Eugen. in Concil. Remenſi definiuit, *Diuinam eſſentiam eſſe Deum.* Otto Friſingenſis de geſtis Friderici lib. 1. cap. 57. Bernardus in Cant. Serm. 80. *Si Diuinitas, quâ tanta eſt, vt faciat Deum, Deus non eſt, quid eſt? Abſit, vt aſſentiat Catholica Eccleſia eſſe ſubſtantiam, vel aliquam omnino rem, quæ Deus ſit, & quæ non ſit Deus.*

a Bernardus in Cant. Serm. 66. *Hæc hæreſis eſt per immiſſionem dæmoniorū in hypocriſi prohibētium nubere. 1. Timo. 4. Fingebāt enim, ſe amore caſtitatis id dicere.* (Et paulò antè.) *Solacū vxore cauſa eſt, quæ turpitudinem excuſat in coitu.*

b Bernardus ibid. *Mulier, ſi dormierit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Cui vult, nubat. tantùm in Domino. 1. Cor. 7. Paulus concedit viduæ, vt cui vult, nubat: & tu præcipis, vt nulla præter virginem nubat, & hoc non niſi virgini.*

c Idem

*& Damiani Diaconi Cardinalis continentiam, contemptumq́ pecuniæ non miretur? Nondum natus eſt, à quo
munus acceperit. Quod tamen à communione fratrum ſynceriore iure proueniebat, interdum accipere perſuaſus
eſt. Quis non ſtupeat Epiſcopum Praneſtinum, qui ſcrupulum conſcientiæ metuens, & à participatione bonorum
communium abſtinebat? Plurium tanta modeſtia, tanta grauitas eſt, vt Fabricio non inueniantur inferiores, quæ
agnita ſalutis via modis omnibus antecedunt. Quia ergo inſtas, vrges, præcipis: cùm certum ſit, quòd Spiritui
ſancto mentiri non licet: fateor, quia quod præcipis faciendum eſt, etſi non ſitis omnibus operibus imitandi. Nam
859 qui à doctrina veſtra diſſentit: aut hæreticus, aut ſchiſmaticus eſt.* (Et lib.7.cap.21.) de hypocritis agens:
Ad Eccleſiam (inquit) *Romanam confugiunt, quæ Mater pietatis Religiani conſueuit prouidere quietem.*
(Et pòſt.) *Claues Eccleſiæ vſurpantes, aut ſurripientes Petro.* Et lib.8. cap. 17. *Eccleſia Romana, parens au-
thore Deo, & nutricula fidei & morum, non poteſt ab homine iudicari & argui, cæleſti priuilegio munita.*
860 Et cap. 23. *Quis præſumet, Summum iudicare Pontificem, cuius cauſa Dei ſolius reſeruatur examini? Vtique
861 quiſquis hoc attentauerit, laborare quidem, ſed proficere nequaquàm poteſt.* (Et iterum.) *Quid ponderoſius eſt
862 ſolicitudine omnium Eccleſiarum? Apoſtolicum priuilegium tranſit ad ſucceſſores. Et planè pars priuilegij eſt,
quod Apoſtolus ad Corinthios loquitur: Quis, inquit, infirmatur: & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, &
ego non vror? Si totum non vultis reuoluere: vel iſtud vendicet, qui de Primatu contendit: &, vt puto, citò fa-
ciet locum. Præterea, qui Romanus Pontifex eſt, eundem pro conditione Eccleſiæ, quæ nunc eſt, eſſe ſeruum
ſeruorum neceſſe eſt.*

863 Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, lib.4 Diſtinct.24. *Petri Vicarius & Succeſſor eſt Pontifex
Summus. Vnde dicitur Apoſtolicus, & Papa.* (Et pòſt.) *Ordo Epiſcoporũ quadripartitus eſt, ſcilicet in Patriar-
chis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, & Epiſcopis: Patriarcha Græcè ſummus Patrum interpretatur, quia pri-
864 mum, id eſt, Apoſtolorũ tenet locũ: vt Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, ſed omniũ ſummus eſt Romanus.*

Gratianus etſi nihil ſæpius inculcat in libro Decretorum ſuorum, quàm Primatum Romani Ponti-
865 ficis: tamen id nominatim proponit & perſequitur, cauſa 9. quæſtione 3. & in Diſtinct. 19. 20. 21 & 22 vbi
ait in ipſa præfatione: *Romana Eccleſia primum locum inter cæteras obtinet.* Ac demum in Diſtinct. 93. ait:
866 *Summa Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cuius pro actibus ſuis inimi-
cus ipſe extiterit. nec in Eccleſia eſſe poterit, qui eius Cathedram deſerit.*

*Quòd Fridericus primus, licet grauiter peccauerit, quia ſe Pontifici Romano ſæpius
iniuſtè oppoſuit, tamen Primatum Eccleſiæ Romanæ
ſemper confeſſus eſt.*

Fridericus Imperator, cùm Romæ eſſet, vidit imaginem depictam quaſi Papæ Innocentij in Ca-
thedra Pontificali ſedentis, ante quem Lotharius Imperator ſe incuruans, ab eodem Coronam Imperij
acciperet. Hinc prima Friderici contra Pontificem Romanum indignatio concepta eſt. Imaginẽ enim,
quæ hiſtoriæ conteſtandæ cauſa pingebatur, velut contumeliæ cauſa factã interpretabatur. Poſtea ve-
rò Hadrianus Papa cùm intellexiſſet, *Lundẽſem Archiepiſcopũ*, dum à Sede Apoſtolica rediret, captũ &
in vinculis detentum eſſe, ac tantum ſcelus ab Imperatore diſsimulari conſpiceret: non dubitauit pius
Pater ea de re filium Eccleſiæ Fridericum per literas ſuas admonere. Quibus in literis dixit, *Sacroſan-
ctam Romanam Eccleſiam Friderico Imperatori dignitatis, & honoris plenitudinem cõtuliſſe.* Intellexit autẽ
Pontifex de Imperiali Corona, quam capiti Friderici paulò antè impoſuerat. Et addidit in eãdem ſen-
tentiam, *gauiſuram ſe fuiſſe, etiamſi Regia excellentia de manu eius maiora beneficia ſuſcepiſſet.* Imperator
igitur ex nomine *beneficij* occaſionẽ captans, remq́; ita interpretatus, velut ſi Põtifex diceret, eũ regna-
re ſuo beneficio ac dono, Legatos Apoſtolicos ignominioſè dimiſit. Pontifex verò ad Epiſcopos Ger-
maniæ hac de re ſcribens (teſte Radeuico in 1. li. de Friderici geſtis) inter cætera ſic habet. *Si filiũ noſtrũ*
(Fridericum Imperatorem) *ad rectam ſententiã non reduxeritis, nouerit ex promiſsionis Euãgelicæ veritate,
867 quòd Sacroſancta Romana Eccleſia ſuper firmiſſimam Petram Deo collocante fundata, quantocunque ventorum
turbine quatiatur, in ſua firmitate protegente Domino, in ſæculum ſæculi permanebit.* § Si hæc verba non
868 niſi ab hominis priuata opinione proficiſcerentur, contemni fortaſsis non immeritò poſſent. Nunc au-
tem cum & promiſsionis Euangelicæ veritate nitantur, & tot ſæculorum vſu atque experientia con-
firmentur: apud prudentes viros grauiſsimi omnino ponderis ac momenti eſſe debent. Epiſcopi verò
Germaniæ ita Pontifici reſponderunt, vt ex Imperatoris mandato atque eius nomine dicerent: *Debitam
869 Patri noſtro reuerentiam libenter exhibemus: liberam Imperij noſtri Coronam diuino tantùm beneficio aſcri-
bimus.* § Agnouit ergo, Pontificem Romanũ Patrem ſuum eſſe, quem etiam (apud Radeuicũ lib.1.c.10)
870 *Caput S. Eccleſiæ vocat.* Quod cum ita ſit, certum eſt, Fridericum de Proteſtantium ſocietate non eſſe.
Alioqui

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*	☙ *Doctores Catholici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	☞ *H[...]ici & Pſeudopropheta.*	
			c Abſtinebant à lacticinijs, & ab omni quod ex coitu procreatur.	c. Idem. *Hinc quoq; hæreticos ſe probãt, nõ ſanè quia abſtinẽt, ſed quia hæreticè abſtinent. Nã & ego interdũ abſtineo. Sed abſtinẽtia mea ſatisfactio eſt pro peccatis, non ſuperſtitio pro impietate. Nũ redarguimus Paulũ, quòd caſtigat corpus ſuũ & in ſeruitutẽ redigit? 1. Cor. 9. Hæreticus autem de inſania Manichæi, quod Deus ad percipiendũ cum gratiarum actione creauit, immundum diſcernit, & tanquam à malo abſtinet.*
			d Irridebant Catholicos, quòd baptizarent Infantes.	d Idẽ. *Pro infante clamãt hæc oĩa ad Deũ: ſanguis fratris* (Chriſti) *iubẽtis paruulas venire ad ſe, fides matris* (Eccleſiæ) *deſtitutio miſeri, & miſeria deſtituti, quia in originali peccato infans cõcipitur. Mater inuoluit infanti fidẽ in Sacramẽto* (Baptiſmi) *quouſq; idoneus fiat, propria nõ tantũ ſenſu, ſed aſſenſu euolutam puram q; percipere.*
			e Irridebant, quòd oramus pro mortuis.	e Gratian. cauſa. 13. q. 2. in c. Nõ æſtimemus, & ſequent. probat per D. Auguſt. Ambr. Gregor. & alios Patres, *earũ animas, qui dũ viuerẽt cooperabantur, vt eis talia prodeſſent quatuor modis adiuuari, & à pœnis peccatorũ ſolui, oblationibus Sacerdotũ apud Altare, precibus Sanctorum, charorum eleemoſynis, & ieiunijs cognatorum.*
1155	Idem Adrianus 4.	Idem Fridericus		
			f Irridebant, quòd Sanctorum ſuffragia poſtulamus.	f Theophylact. in c. 11. Paul. ad Heb. *Sancti iã nũc arrabonẽ & pignus honoris habẽt. Vnde enĩ eis poteſtas eſſet, vt ſuccurrere queãt inuocãtibus ſe? Vnde ipſis, quòd fiduciã habent intercedendi?*
			g Non credunt ignem purgatorium reſtare poſt mortem.	g Petrus Lombard. lib. 4. Diſt. 21. *Chriſtus in Euangelio ait: Qui peccauerit in Spiritũ S. nõ remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Ex quo datur intelligi, ſicut ſancti Doctores tradunt, quòd quædã peccata in futuro dimittantur, ſi bonis actibus meruerunt in hac vita, vt dimittãtur eis. De illis etiã, qui ædificant lignũ, fænũ, ſtipulã, dicit Aug. quòd ignẽ tribulationis tranſitoriæ inueniẽt cremabilia ædificia, ita ſecũ portauerũt homines, cremãtem.* Idq; poſt ipſius corporis mortem: vt habetur apud Aug. de ciui. Dei lib. 21. c. 26.
			h Se ſolos corpus & Eccleſiam Chriſti eſſe gloriantur. Vnde etiã ſe Apoſtolicos nominabant, velut qui eſſent Succeſſores Apoſtolorum, in quos poteſtas Eccleſiæ Primitiuæ tranſlata eſſet.	h Bernard. in Cantica ſerm 66. *Nẽpe ſe iactãt eſſe Apoſtolorũ ſucceſſores, & Apoſtolicos nominãt: nullũ tamen Apoſtolatus ſui ſignũ valentes oſtendere. Quouſq; lucerna ſub modio? Vos eſtis lux mũdi, dictũ eſt Apoſtolis: & ideo Apoſtoli ſuper candelabrũ, vt toto luceant mundo. Pudeat ſucceſſores Apoſtolorũ lucẽ nõ eſſe mundi, ſed medij, mundi autẽ tenebras. Dicamus eis, vos eſtis tenebræ mundi. Se dicũt Eccleſiã, ſed contradicũt ei, qui dicit: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra mõtẽ poſita. Itáne lapidẽ de mõte abſciſſum ſine manibus,*
			i Cir-	

Alioqui Romanum Præſulem *Caput S. Eccleſia* non appellaret. Vtcunque igitur Proteſtantes cauſam
Friderici defendant, certò ſciant, ſe eum virum defendere, qui opinionem ipſorum hæreticam & im-
piam iudicârit. id quod adhuc planius fiet ex his, quæ ſubijciam. Cùm enim per mortem Anſelmi, Ra-
871 uennas Eccleſia vacaret, Imperator Guidonem Eccleſiæ Romanæ Diaconum in ea Eccleſia præficere
cupiens, ad Papam Hadrianum (Radeuico autore lib.2.c.16.) literas ſcribit in hunc modum: *Decentiſſi-
mum eſt ſanctã Romanam Eccleſiam tãquam Matrem omnium Eccleſiarum filias aggregare, & aggregatos ad
872 decorem Domus Dei, per domos & familias distribuere: quibus etiam noſtrum Imperium tanquam ab vtero &
gremio matris noſtræ progredientibus debeat, & velit congruum honorem impendere.* §. An non ſatis apertè
vocat Romanam Eccleſiam *& vterum, & gremium matris ſuæ*; atq; adeò *Matrem omnium Eccleſiarum*?
De cæteris controuerſiarum capitibus, quæ inter Pontificem & Imperatorem agitabantur, non neceſſe
habeo loqui hoc tempore. De Primatu enim tantùm ago, quem non minus agnouit Imperator Fride-
ricus, quàm Pontifex Adrianus.

Certè poſt Adriani mortem Fridericus in hominis perſona errauit, Octauianum Alexandro tertio
anteponens. Sed tamen ne ſic quidem voluit, aut nullum eſſe Pontificem primum in Eccleſia, aut in-
tra limites Italiæ iuriſdictionem eius claudi. In Epiſtola enim (quæ extat apud Radeuicum lib.2.c.56.)
Quod in Paſſione (inquit) *ſua Chriſtus duobus gladiis contentus fuit, hoc in Romana Eccleſia, & in Imperio
873 credimus mirabili prouidentia declaraſſe: cùm per hac duo rerum capita & principia totus mundus tam in di-
874 uinis, quàm in humanis ordinetur. Cumq; vnus Deus, vnus Papa, vnus Imperator ſufficiat & vna Eccleſia Dei
eſſe debeat: quod ſine dolore dicere non poſſumus, duos Apoſtolicos in Romana Eccleſia habere videmur* § Me-
ritò ſanè de hoc ſchiſmate doluit Imperator. Sed in eo peccauit, quòd iudicẽ ſe in cauſa Eccleſiaſtica
conſtituit: quòd altera parte abſente & inaudita, ſententiam tulit & promulgauit: quòd à pleniore Epi-
ſcoporum Concilio in Gallijs habito admonitus, veritati non ceſſit, ac denique quòd mortuo Octauia-
no, qui autor ſchiſmatis fuerat, *Guidonem Cremenſem* ſubſtituit, nec id tantùm, ſed ei extincto ſurroga-
uit *Ioannem Sarmienſem* furto etiam infamem, vt Platina ſcriptum reliquit in vita Alexandri tertij.

Quòd verò totus orbis Chriſtianus, præter Fridericum & eius factionem, Alexandro paruerit, tan-
quàm legitimo D. Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori: tùm ex omnium Hiſtoricorum teſtimonio,
tùm ex generali Concilio, quod idem Alexander in Baſilica Conſtantiniana conuocauit (de quo mox
plura) tùm poſtremò ex ipſius Friderici confeſſione abundè conſtat, qui poſt decem & nouem annos,
omiſſa perſecutionis ſuæ rabie, Alexandri tertij Primatum Venetijs in veſtibulo S. Marci vltrò confeſ-
875 ſus eſt, vt Platina teſtatur. Sed habemus præterea locupletiſſimum eius rei teſtem Gulielmum Tyren-
ſem Archiepiſcopum, qui vixit illis temporibus, ac rem totam optimè perſpectam habuit. Is belli ſacri
lib.18.c.26. *Tandem* (inquit) *anno decimo nono, redeunte ad vnitatem Eccleſiæ D. Friderico Romanorum Im-
876 peratore (qui parti oppoſitæ auxilium ſuggerebat & conſilium) & Domino Alexandro Papæ plena charitate re-
conciliato, reddita eſt pax Eccleſiæ.* §. O quantum intereſt inter Catholicos, & ſchiſmaticos! Catholici nõ
dubitabant, pacem eſſe redditam Eccleſiæ, quando Imperator, qui eatenus vnitatem rupiſſet, verum &
legitimum Petri ſucceſſorem agnouerat. Hæretici verò, qui ex diſcordijs & diſſenſionibus paſci ſolẽt,
tunc demùm Eccleſiam diuidi putant, cùm ex omni fidelium in terris agentium cœtu fit vnus Paſtor,
& ouile vnum. Sed quoniam in hanc litem ingreſſi ſumus, alios etiã grauiſſimos autores producamus,
Nubrigenſem Anglum, & Saxonem Grammaticum, qui & ipſi cùm ea ætate florere cœperint, teſtimo-
nium omni exceptione maius hac in cauſa dicent.

Gulielmus Nubrigenſis rerum Anglicar. lib.2.cap.9. *Adriano mortuo, pars maior ſaniórque in Alexan-
drum virum religioſum & literatum concordans, eundem ritu Canonico conſecrauit: pars verò nonnulla, & fe-
rè nulla, in Octauianum conuenit. Poterat ſanè ſciſſura illa citò reſarciri, poterat multitudini paucitas cedere atq;
vniri, niſi Fredericus Imperator veteri odio Rolandi Alexandrum non ferens, partem Octauianam tuendam
fouendamq; modis omnibus ſuſcepiſſet. Itaque Epiſcopi ditionis Imperialis Papia congregati, in gratiam Impera-
toris in Alexandrum tanquàm rebellem, ſententiam tulerunt. Imperator Anglorum etiam & Francorum Re-
ges ſollicitauit in eandem ſententiam. Sed illi, re per Legatos vtriuſque partis cognita, non cunctabantur, repu-
diata parte Octauiani, D. Alexandrum recipere, & cum regnis ſibi ſubditis ei de cætero in ijs, quæ Dei ſunt, tan-
877 quàm Patri parêre. Imperator verò ex priuata ſimultate ſemel in reprobum ſenſum datus, & vel à ratione vinci
indecorum Imperatoriæ reputans Maieſtati, multo tempore diſtulit palmam dare perſpicuæ veritati.*

Saxo

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem
1159	174. Alexander 3. Senenſis, Sedit an. 21. m. 11. d. 23.	Fridericus.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

i Circunducebant ſecum fœminas, cùm tàm viri, quàm fœminæ continentiam vouiſſent.

k Quæſiti fidem, omnia, de quibus ſuſpecti videbantur, ſuo more prorſus negabant.

l Læti ducebantur ad mortem.

m Omne iuramentũ dicebãt eſſe illicitum, vt author eſt Guido Carmelita.

145. *De Eudone.*

n Quidã Eudo Eccleſijs & Monaſterijs infeſtus, dicebat ſe eſſe eũ, qui venturus eſt iudicare ſeculum per ignem. Guliel. Nubrigenſ. rerum Angliæ. lib. 1. c. 19.

o Diſcipuli hui⁹ Eudonis (quos nominauerat Sciẽtiam, Sapientiã & Iudicium) ardere, quàm corrigi maluerunt.

146. *De Petro Abailardo, & Arnoldo Brixienſi.*

a Conſtituebant Deum patrem plenam eſſe potẽtiam tam in gerendo, quàm in diſcernendo: filiũ quandam potentiam in diſcernẽdo per ſapientiam: Spiritum ſanctũ nullã eſſe potentiã, ſed benignitatem. Bernardus in Ep. 190.

b Spiritum Sanctum minimè de patris eſſe filijue ſubſtantia.

c Fidem ſine ratione admittendam non eſſe.

d Fidẽ definiebant æſtimationẽ.

e Spiritum timoris Domini negabant fuiſſe in Domino.

f Timorem Domini caſtum in futuro ſeculo nnn futurum.

g Pnſt conſecrationem panis, & Calicis, priora accidentia, quæ

Doctores Catholici.

nibus, montẽ factũ, & implentẽ mundũ, veſtris eremitis incluſum contra? Habet, & ſemper habebit integrã Chriſtus hæreditatẽ ſuã, & poſſeſsionẽ ſuã terminos terræ. Se potius ſubtrahũt huic magnæ hæreditati, qui Chriſto illam conantur detrahere.

i Bernard. in Cãt. ſer. 66. *Cogẽdi ſunt vel abijcere fœminas, vel exire de Eccleſia. Et fœminas quidẽ cũ olius ſui & ſexus, & voti degere cogas, viros æquè cũ ſui propoſiti viris. Per hoc enim cõſultũ erit vtrorũq. voto ſimul & famæ, cùm cõtinentiæ ſuæ & teſtes habuerint & cuſtodes.*

k Bern. ibid. *Melius proculdubio gladio coërcerẽtur (illius videlicet, qui non ſine cauſa gladium portat) quàm in ſuum errorẽ multos traijcere permittantur.*

l Bern. ibid. *Nónne plus eſt, ſibimet hominẽ inijcere manus, quàm id libẽter ab alio ſuſtinere? Hoc aũt in multis potuiſſe Diabolũ, frequẽter experti ſumus, qui ſeipſos aut ſubmerſerũt, aut ſuſpenderunt. Deniq. Iudas ſuſpẽdit ſeipſum, Diabolo ſine dubio immittẽte.*

m Theophyla. in c. 6. ad Heb. *Dominus in Euangelio Amen, amen dicens, iuramentum iurat.*

n Otto Friſingẽſis de Friderici rebus lib. 1. c. 55. *Eudo pro contumaci fatuitate ſua Sigerio Abbati S. Dionyſii commiſſus, ab eoq. arctæ cuſtodiæ mancipatus, vitam in breui finiuit.*

o Bernard. in Cant. Ser. 66. *Mirabantur aliqui, q̃ læti ducerẽtur ad mortẽ: ſed qui mi⁹ aduertũt, quãta ſit poteſtas Diaboli, non modò in corpora hominum, ſed etiam in corda, quæ ſemel permiſſus poſſederit.*

a Ber. in Ep. 190. *Ille dignè diuinã æſtimat magnificentiã, qui nil in ea cogitat diſpar, vbi totũ eſt ſummũ: nil diſtãs, vbi totũ eſt vnũ. nõ quod alter ex altero, vel alter ad alterũ verociſsimè dicitur, perſonarũ deſignatio eſt, non vnitatis diuiſio.*

b B. Anſel. in Monolo. c. 74. *Pater et Filius cũ ſuo Spiritu, ſunt vna eadẽq. ſumma eſſentia, in quam ſolam omnis homo debet credere.*

c Anſel. in l. cur Deus homo, c. 2. *Rectus ordo exigit, vt profunda Chriſtianæ fidei credamus, priuſquã eo præſumamus ratione diſcutere.*

d Ber. Ep. 190. *Scio cui credidi, et certus ſum, clamat Apoſt. (2. Ti. 1.) Nõ eſt fides æſtimatio, ſed certitudo.*

e Petrus Lõbar. l. 3. Diſt. 34. *Caſtus & filialis timor fuit in Chriſto, quatenus Deũ præ oĩbus reueritus eſt.*

f Idẽ Petrus ibid. *Spiritus timoris caſti & filialis erit in futuro, ſicut & alia dona Spiritus S. Sed facies nos revereri Deũ, nõ autẽ timere, ne ſeparemur ab eo.*

g Petr. Lõb. l. 4. Diſt. 12. *Accidẽtia, quæ remanent, poti⁹ exiſtũt ſine ſubiecto, q̃ in ſubiecto. quæ remanẽt per ſe ſubſiſtẽtia ad myſterij ritũ, ad guſtus, fideiq. ſuf-*

 fragium,

Saxo Grammaticus Hiſtor. Dan. lib. 14. *De vrbis Pontificatu controuerſia inter Cardinales orta, variè Pro-
uinciarum ſuffragia ferebantur. Nam Gallia Alexandro obtentui fuit: Germania, authore Cæſare, Octauiani
partibus obſecuta eſt. Sed iuſtior religioníq; propior Gallorum ſequacitas fuit.*

Idem Saxo Grammaticus lib. 14. *Waldemarus Daniæ Rex* Eskyllo Archiepiſcopo contendenti, vt cũ
bona Regis venia ſibi liceret Epiſcopatu ſe abdicare, quoniam ſummus Pontifex eam ipſi licẽtiam fe-
878 ciſſet: *votis eius annuere ſe dixit, quòd Romanæ ſententiæ Decreto obuiam ire nequeat, penes quam publicæ Re-
ligionis norma conſiſtat.* Hæc Waldemarus Rex.

Ioannes Trithemius in Chron. an. Domini 1175.: *Magna fuit in Imperio turbatio, propter inobedientiam
879 & rebellionem Friderici primi Imperatoris contra Sedem Apoſtolicam. Rupertus Abbas & fratres Hirſaugien-
880 ſis Monaſterij apertè inprimis cum S. Romana Eccleſia ſentientes, multas à fautoribus Imperatoris iniurias ſuſ-
ceperunt.* Hæc ſint ſatis de hoc ſchiſmate.

De S. Thomâ Cantuarienſis exilio & Martyrio.

Thomas Bekettus (auctore Polydoro lib 13.) ciuis Londinenſis, patre Gilberto, matre Syra ſeu Sara-
cena, vir ſumma integritate atque prudentia, cùm cerneret, Regẽ quotidie minus idoneos eligere Epi-
ſcopos, atque omnem Sacerdotalis Ordinis dignitatem frangere: primò Regem amicè admonuit. De-
inde propalam reſiſtens, multis eum argumentis ab incepto deterrere conatus eſt. Verùm Henricus
Rex poſtquàm aliquot Epiſcopos in ſuam ſententiam traxerat, Antiſtitem nullo in honore iampridem à
881 ſe habitum in exilium egit. *Thomas ad Alexandrum tertium Pontificem Romanum, qui tunc Senone in
Galliis erat, ſe contulit, apud quem ſponte ſe Epiſcopatu abdicauit,* quòd diceret ſe aſcendiſſe in ouile Chriſti,
non per Chriſti oſtium, *velut quem* (vt ipſe tunc dicebat) *non Canonica vocauit electio, ſed terror publicæ
poteſtatis introduxit. Verùm ſi ad Regis comminationem, vt Coëpiſcopi mei* (inquit) *perſuaſere inſtantius,
renunciaſſem authoritatis Epiſcopalis mihi indulto priuilegio: Catholicæ Eccleſiæ relinqueretur pernicioſum
exemplum. Nunc igitur in manu tua, Pater, Archiepiſcopatum Cantuarienſem reſigno.* Pontifex verò eam di-
882 gnitatem vltrò ei reſtituens, poſteà etiam eius admonitu *interdixit adminiſtratione ſacrorum Rogerio* E-
boracenſi Archiepiſcopo (viro ſanè improbo) quòd ille in Cantuarienſi Prouincia ſine Cantuarienſis
permiſſu Henricum Regis filium coronaſſet. Iam penè ſex annos Thomas exularat, cùm *Ludouicus Gal-
liæ Rex, vnà cum Theobaldo Comite Bleſenſi viro integerrimo, Romanum Pontificem rogat, vt ſua autho-
883 ritate Regem cogeret ad pacem cum Thoma conciliandam.* Henricus verò cùm ſanctiſſimum Antiſtitem
in gratiam accepiſſet, de induſtria tamen cauit, *ne cogeretur inter ſacra, vti moris eſt, à primis Patris oſculum
pacis accipere.* Thomas in Angliam reuerſus, Eboracenſi Archiepiſcopo, itemque Londinenſi & Sariſ-
burienſi veniam ab eo petentibus abſolutionem non negauit *modo ſponderent, ſe ipſius iuſſa iudicio ſta-
turos.* Quod facere cum recuſaſſent, ob eamque rem vſu ſacrorum priuati remanerent, Eboracenſis ho-
mo facinoroſus, (inquit Polydorus) Thomæ nomen apud Regem defert. Tum Rex miſerum ſe excla-
mans, quòd nemo ſuorum eſſet, qui eum hac moleſtia liberaret: ea voce quatuor impios ſatellites ſuos
viſus eſt prouocare, vt ſanctiſſimum Antiſtitẽ ante venerandum Altare orantem interficerent. Quo
intellecto, *Alexander Pontifex Romanus pro ſua dignitate & pro ſceleris atrocitate quæſtionem habendam ſta-
884 tuit.* Henricus interim *Legatos Romam miſit,* partim vt purgarent facinus, partim vt veniam à Romano
885 Pontifice impetrarẽt. *Miſſi ergo à Sede Apoſtolica (vt etiam Gulielmus Nubrigenſis refert lib. 2. c. 25. & 34.)
duo Cardinales, in celebri Epiſcoporum & Nobilium conuentu ſuſceperunt purgationem Henrici Regis Anglo-
886 rum de nece B. Thomæ Cantuarienſis: vbi rex iuxta morem publicè pœnitentium, nudum ſe Eccleſiaſticæ ſub-
miſit diſciplinæ. Idemq; poſteà & ad ſepulchrum B. Thomæ fuſis vbertim lachrymis orauit, & ingreſſus Capitulũ
Monachorum, à cunctis per ordinem fratribus propria poſtulantis inſtantia virgis corporaliter caſtigatus eſt. Qua
ipſa die atque hora hoſtem eius Regem Scotorum in extremis Angliæ finibus virtus diuina proſtrauit, vt in er-
ces pij operis* (inquit Nubrigenſis) *non conſecuta ipſum apud, ſed comitata potius videretur: nulliúſq; ſuper hoc
ambigere ſineretur.* § Debuit certè Nubrigenſis ab hac generali oratione ſua Caluiniſtas excepiſſe, qui
adeò nihil iſtorum aut probant, aut ferunt, vt Regem contendant in procurando cædem tanti Marty-
ris præclarè feciſſe: in agendo autem pœnitentiam vehemẽter peccaſſe. Ex quo & ſepulchrum B. Tho-
mæ diruerunt, & nomen eius ex libris ſuis deleuerunt, & memoriæ ipſius notam proditoris inurere
non erubuerunt. Ego autem eò diutius in tota re attingẽda immoratus ſum, quò certius & plenius vi-
debam, Romani Pontificis Primatum ex hac hiſtoria confirmari. Conſtat enim ex his quæ comme-
moraui, non ſolùm *B. Thomam,* ſed tam *Ludouicum Galliæ,* quàm *Henricum Angliæ Regem,* atque etiam
illuſtrem Comitem Theobaldum, denique vniuerſos vtriuſque regni populos ne minimum quidem dubi-
taſſe,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſsionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Fridericus 1. reg. an. 37. perſecutor Eccleſiæ Romanæ.
1159	Idem. Alexander 3.	

✠ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

quæ remanent, pendêre in aëre.

h Dæmonum ſuggeſtiones in nobis contactu lapidum & herbarum fieri.

i Mundum iuxta Platonem tātò excellentius animal eſſe, quantò meliorem animam habet ſpiritum Sanctum.

k Diabolum ius in homine non habuiſſe, niſi vt carcerarium.

l Filium Dei non aſſumpſiſſe carnem, vt hominem liberaret, ſed vt inſtitueret, charitatemque ſuam oſtenderet. Quæ opinio eò tendit, velut Chriſtus iuſtitiam nō infundat, quæ nos liberet, noſtriſque cordibus inhæreat, ſed ſolùm ſit exemplaris quædā cauſa iuſtitiæ noſtræ.

m Ab omnium Sanctorum Patrum fide ac doctrina diſcedere non curabant, quod illis cum Lutheranis & Caluiniſtis omnibus commune eſt.

n De perſona Chriſti ſapiebat Neſtorium.

o Idem Abaylardus docuit etiā falſa quædam de anima Chriſti, de Chriſti deſcenſu ad inferos, de Sacramento Altaris, de poteſtate ligandi atq; ſoluēdi, de originali peccato, de cōcupiſcentia, de

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.*

fragium, quibus tegitur Chriſti corpus, habens formam & naturam ſuam.

h Petrus Lombardus lib. 2. Diſt. 7. & 8 declarat ex Auguſtino & Beda, *nec materiam rerum viſibiliū dæmonib⁹ ad nutū ſeruire, niſi quatenus Deus permittit* & illos per energiā quandā illabi animæ, & applicatione illa vnitos, malitiæ ſuæ effectum operari, quouſque Deus ſinit.

i Anſel. in li. de Imagine mūdi ca. 2. oſtēdit, mūdi creationē vel in mēte diuina cōcipi, vel in materia, & in 4. elemētis ſimul creari: vel in forma per ſex dies produci: vel poſtea vnūquodq; de ſemine ſui generis naſci: vel deniq; in cōſummatione ſeculorū innouari. Idem verò in Monolog. oſtēdit, Spiritum S. eſſe increatū, & Patri Filioq; conſubſtantialē. vt impoſsibile ſit, Spiritum S. qui & immutabilis, & increat⁹ eſt, creati mūdi aīam vel ſpiritū eſſe.

k Bernardus in Ep. 190. ſcriptū eſt Pſal 106. *Redemit nos de manu inimici.* & 2. Timoth 2. *A diabolo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Idem Ioan. 14. appellatur* Princeps huius mundi, *& Principatus eius, poteſtas tenebrarum Luc. 22.*

l Bernardus in Epiſt. 190. *Quid prodeſt, quòd nos inſtituit, ſi nō reſtituit? Si omne, quod profuit Chriſtus, in ſola fuit oſtenſione virtutum; præſtat vt dicatur, quòd Adam quoq; ex ſola peccati oſtēſione nocuerit. aut ſi Chriſtiana fides, & nō hæreſi Pelagiana acquieſcentes, generatione, nō inſtitutione in nos traductū cōfitemur Adæ peccatū, & per peccatum mortem: fateamur neceſſe eſt, & à Chriſto nobis non inſtitutione, ſed generatione reſtitutam iuſtitiam, & per iuſtitiam, vitam.*

m Bernar. ibid. *Quid ſecretius tibi reuelatū iactas, quod tot præterierit Sāctos, effugerit ſapiētes? Tu verò de tuo nobis tradis, et quod à nemine accepiſti. Qui loquitur mēdaciū, de ſuo loquitur. Io. 8*

n Anſelmus de incarnatione verbi c. 5. *Verbum caro factum aſſumpſit naturam aliam, non aliam perſonam: quoniam proprietatum collectio eadem eſt aſſumpto homini, & Verbo.*

o Innocentius Papa in Epiſto. ad Senenſem & Remenſem Archiepiſcopos, itemq; ad B. Bernardū ſcribit in hūc modum. *Nos qui in B. Petri Cathedra (cui à Domino eſt dictū: Et tu aliquādo cōuerſus cōfirma fratres tuos) licet indigni, reſidēre cōſpicimur, cōmunicato fratrū noſtrorum*

PPP iij Epiſco-

taſſe, quin Pontifex Romanus & totius Eccleſiæ Paſtor, & Regum ipſorum legitimus Iudex in ijs, quæ ad Deum pertinēt, habendus eſſet. Quin imò *ipſi homicidæ* (vt Nubrigenſis refert lib. 2. c. 25.) *conſcientia ſtimulante, ad Sedem Apoſtolicā profecti, ad agendam pœ-*
878 *nitentiam à ſumma Pontifice directi ſunt Hieroſalymam, vbi annis aliquot indictum ſatisfactionis modum non ſegniter exequentes, vitam omnes finiêre.* Et addit Nubrigenſis (qui vixit abhinc annis trecentis & amplius) hec verba. *Quàm pretioſa in conſpectu Domini mors B. Pōtificis fuerit, quantaq́; facinaris in eum commiſſi atrocitas ratione & loci, & temporis, & perſonæ, ſignorum ſequentium frequentia declarauit.* Hæc ſint dicta de B. Thoma, quem *idem Alexan-*
888 *der Papa tertius* in numerum Diuorum relatum eſſe orbi Chriſtiano denunciauit.

Platina in vita Alexandri tertij. *Cùm Emanuel Conſtantinopolitanus Imperator Græcorū*
889 *cum Eccleſia Romana vnionem promitteret, ſi pateretur Imperium diuiſum in vnum corpus redigi: Alexander iam tunc, etiamſi ab imperatore Occidentis exagitaretur, tamen reſpondit, ſe nolle in vnum coniungere, quod olim de induſtria Maiores ſui diſiunxiſſent.* § Non ergo ſuo, ſed Eccleſiæ Dei commodo vir Sanctus proſpexit.

890 Ioannes Magnus de vitis Pontif. Vpſalenſium, lib. 2. *Carolus Sueciæ Rex ab Alexandro Papa 3. impetrauit, vt Vpſalenſis Eccleſia in Metropolim erigeretur.*

Radeuicus lib. 2. appēdicis ſuæ ad Ottonis Friſingenſis hiſtoriam. cap. 11. *Otto Epiſcopus Friſingenſis, dum ſacra liquore olei, ſicut mors eſt, perunctus fuiſſet, & de pecunia ſua laudabili teſtamento ordinaſſet: inter cætera, quæ ſolicitus de ſua ſalute prouidebat, etiam hunc codicem (de geſtis Friderici) manibus ſuis afferri præcepit, eúmque literatis & religioſis viris tradidit, vt ſi quid pro ſententia magiſtri Gilberti, vt patet in prioribus, dixiſſe viſus eſt, quod quempiam poſſet offendere, ad ipſorum arbitrium corrigeretur, ſeq́; Catholicæ fidei aſſertorem, iuxta ſanctæ Roma-*
891 *næ, imò & vniuerſalis Eccleſiæ regulam, profeſſus eſt.* § Otto igitur vtcunque, dum vixit, liberius ſcripſit: in mortis articulo tamen de futura vita ſolicitus, nec fidem profiteri voluit iuxta alterius, quàm Romanæ Eccleſiæ regulam, nec aliam iudicauit Romanam Eccleſiam eſſe, quàm quæ Catholica eadem eſſet & vniuerſalis.

Anno Domini 1177. (inquit Nubrigenſis lib. 3. c 2. & 3.) *Friderici Imperatoris in venera-*
892 *bilem Pontificē Alexādrum rabies conquieuit. Vnita igitur Eccleſia, Pontifex totius Latini orbis Epiſcopos ad Concilium euocauit. Vbi decretum eſt, Papam à duabus Cardinalium partibus eli-*
893 *gendum. Quæ forma electionis in Romana Eccleſia ſpecialiter obſeruari præcipitur, quia in ea non poteſt ad ſuperiorem recurſus haberi.*

Huic

S. Menradus adhuc presbyter christū in Livo-
nia prædicans, cū et aliōs multos, et Cobbē
Livoniæ principē ad fidē convertisset, rogatu
eiusdē principis idē S. Menradus ab Alexā-
dro papa tertio designatus est Rigēsis Epi-
scopus. Crātius lib. 7. c. 13.
Idē papa ordinē Carthusianorū cōfirmavit.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
1159	Idem Alexander 3.	Lat. Fridericus I. an. 37 perſecutor Papæ ad tēpus.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

de peccato delectationis, de peccato infirmitatis, de peccato ignorantiæ, de opere peccati, de voluntate peccādi, vt S. Bernardus teſtatur in Epiſtola 188.

p Apud Gabrielem Prateolum reperi etiam alias hæreſes Abailārdo attributas: nimirum quòd Deus naturæ neceſsitate agat, nec alia poſsit facere, quàm quæ propter iuſtitiæ & ſapientiæ ſuæ ordinem faciat. Et verè hæc hæreſis Petri Lombardi ætate agitata eſt.

q Deum omnium bonorum authorem non eſſe: & aliud quiddam æternū eſſe, præter Deum.

r Deum per eſſentiam à Beatis non videri.

ſ In Deum aliquid compoſitionis ineſſe.

t Præter Creatorem & creaturas, aliud quiddam eſſe.

v Angelos aliquid creare.

147. De Catharorum, ſeu Patarenorum hæreſibus.

a Catharorū hæreſes quatuordecim, de mundo à Dæmonibus facto, de Baptiſmo paruulis negato, & vſu lacticiniorū dānato, deque omnium Sacramentorum cōtemptu, Guido enumerat. Verùm ex locis, in quibus iſti vixerunt

Doctores Catholici & Cuſtodes murorum Eccleſiæ.

Epiſcoporum & Cardinalium conſilio, deſtinato nobis à veſtra diſcretione capitulo, & vniuerſo ipſius Petri peruerſo dogmata ſanctorum Canonū authoritate cum ſuo authore damnauimus, eíque tanquàm hæretico perpetuum ſilentium impoſuimus. Vniuerſos quoque erroris ſui ſectatores et defenſores, à fidelium conſortio ſequeſtrādos, excommunicationiſq́; vinculo innodādos eſſe cenſemus.

p Petrus Lombardus li. 1. Diſt. 43. 44. & 45. *hanc hæreſim oppugnat, & rem,* de qua agitur, diſtinctè explicat, docēs: Deum & plura poſſe facere quæ non vult, & poſſe dimittere quæ facit, ſicut ſcriptum eſt, Matth. 26. *An putas quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquàm duodecim legiones Angelorū? Vbi & filius poterat rogare, quod non rogabat: & pater exhibere, quod nō exhibebat: cū tamē qui natura neceſsitate agit, aliud agere non poſsit.*

q Anſelmus in Monolog. c. 3. 4. 5. 6. & 7. elegāter probat, & *illud neceſſariò eſſe vnū, per quod ſunt omnia, & illud ſolū eſſe per ſeipſum & æternum: per ipſum autem fieri omnia, quæ facta ſunt.*

r Petrus Lombardus lib. 4. Diſt. 49. *Summo bono electi omnes perfruentur, videndo per ſpeciem, non per ſpeculum in ænigmate. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum: id eſt, vt per cognitionem habeant bonum quod tu es.*

ſ Anſelmus in Monologio cap. 16. *Omne cōpoſitum, quicquid eſt, per illa eſt, ex quibus componitur: & idcirco penitus ſummum nō eſt. Deus autem eſt id, quo nihil ſuperius eſſe queat.*

t Anſelmus de caſu Diaboli cap. 1. *Si nō eſt aliquid, niſi vnus qui fecit: & quæ facta ſunt, ab vno ſunt: clarum eſt, quia nullatenus poteſt haberi aliquid, niſi qui fecit, aut quod fecit.*

v Petrus Lombardus lib. 2. Diſtin. 1. A. *Et homo, & Angelus dicitur aliquid facere, ſed non creare. Creatoris enim nomen ſoli Deo propriè congruit, qui & de nihilo quædam, & de aliquo aliqua facit.*

a Concil. Lateranēſe ſub Alexandro 3. parte prima cap. 27. *Quia in Gaſconia, Allegeſio* (forte Albigeſio legendum eſſet) *& partibus Toloſanis, & alijs locis ita hæreticorū* (*quos alij Catharos, alij Patrinos* (*ſeu Patarenos*) *alij Publicanos, alij alijs nominibus vocant*) *inualuit dānata peruerſitas, vt iam non in occulto, ſicut aliqui, ſed ſuum errorem*

Huic Lateranenſi Concilio interfuit optimus & doctiſsimus vir Gulielmus Tyrenſis Archiepiſcopus, vt ipſe teſtatur belli ſacri lib. 20. c. 26. *Romæ celebrata eſt Synodus in Baſilica Conſtātiniana, quæ dicitur Lateranum, trecentorum Epiſcoporum* anno Pontificatus D. Alexandri 20. *Cuius ſi quis ſtatuta, & Epiſcoporum nomina, numerum, & titulos ſcire deſiderat, relegat ſcriptum, quod nos ad preces Sanctorum Patrum, qui eidem Synodo interfuerunt, confecimus diligenter: quod in archiuio Tyrenſis Eccleſiæ inſimus collocari.*

In Concilio Lateranenſi primo ſub Alexandro tertio, parte 2. c. 4. Alexander Papa reſcribit ad Vi-
894 gilenſem Epiſcopum in hanc formam: *Cùm Romana Eccleſia, cui licet immeriti præſidemus, ſit Mater Eccleſiarum omnium & Magiſtra: cogimur ex debito ſuſcepti honoris & regiminis, prout Dominus nobis de-*
895 *derit, reſpondere conſultationibus ſingulorum, vt dubiæ quæſtiones Apoſtolicæ Sedis prouidentia enodentur.*

In Supplemento Sigiberti an. D. 1182. *Ioannem Cardinalem Romanus Pontifex miſerat Conſtantinopo-*
896 *lim ad petitionem Manuel Imperatoris, qui erat vir religioſus, & volebat per prædicationem illius Cardinalis reuocare Eccleſiam Græcorum ad inſtituta & ſubiectionem Romanæ Eccleſiæ. Cùm ergo per tyrannidem & inuidiam Andronici (qui Alexium Cæſarem demerſerat in mare, & Latinorum hoſtis erat) Ioannes Cardinalis periculum imminere cerneret, ac propterea fugere moneretur: Abſit* (inquit): *Ego hic ſto pro vnitate Eccleſiæ &*
897 *præcepto Papæ Alexandri Domini mei. Tunc irruentes in eum Græci perfidi, occiderunt eum. Ad cuius ſepulchrum crebrò fiebant miracula.*

Lucius Papa 3. extra de Hæreticis in cap. Ad abolendam. *Vniuerſos, qui de Sacramento Corporis & Sanguinis D. N. Ieſu Chriſti, vel de Baptiſmate, ſeu de peccatorum Confeſsione, Matrimonio, vel reliquis Eccle-*
898 *ſiaſticis Sacramentis aliter ſentire, aut docere non metuunt, quàm Sacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat, & generaliter quoſcunque eadem Romana Eccleſia, vel ſinguli Epiſcopi per Diœceſes ſuas cum conſilio Clericorum, vel Clerici ipſi, Sede vacante, cum conſilio, ſi oportuerit, vicinorum Epiſcoporum, hæreticos iudicauerint, vinculo perpetui Anathematis innodamus.*

Gottofridus Viterbienſis vniuerſalis hiſtoriæ ſuæ libros Vrbano tertio, ſub quo floruit, dedicat in
899 hæc verba. *Sũmo et vniuerſali Papæ Vrbano tertio, Domino & Patri ſuo reuerendiſsimo. Goifridus Viterbienſis ſacerdos indignus. Dum Sacroſanctæ Matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ culmen inſpicio, & eius eminentiam*
900 *conſydero maieſtatem: illud ante omnia neceſſarium eſſe intueor, vt ſicut ipſa omnibus noſcitur præeſſe Principibus: ita omnes Reges, & Principes, & vniuerſa orbis Eccleſiæ, doctrina eius & regimine adornentur, & ab ea tanquàm à fonte iuſtitiæ, totius ſapientiæ regulis inſtruantur: quia nullum Scripturarum elogium noſcitur eſſe authenticum, niſi ab eius ſapientiæ fluminibus, ſitientibus propinetur.*

901 Clementis Papæ hortatu Chriſtiani Principes (vt Platina refert) in Saracenos ducunt: quorum de numero præcipui fuêre Fridericus Imperator, Philippus Franciæ, Richardus Angliæ Reges, & Ottho Burgundiæ Dux.

Gulielmus Nubrigenſis rerum Anglicarum lib. 4. c. 13. *Fridericus Imperator Teutonicus iter Ieroſolymitanum ingreſſus, cùm in gurgitem fluuij equo ſtimulato proſiluiſſet, in momẽto ſuffocatus interijt. O abyſſus multa iudiciorum Dei! Vir tantus, & qui diuino quodã feruore relictis delicijs opibuſq́; Imperij, mille ſe expoſuerat propter Chriſtũ periculis, tã ſubito miſeroq́; caſu abſumitur. Peccatũ tamen eius tãtum & tale elucet, quod fortè in Imperialibus non potuerit delicijs expiari, atq; ideo oportuerit, ne æternaliter plecteretur, pia diuinitatis pro-*
902 *uiſione in hac vita ſeuerius caſtigari. Siquidem nefarij ſchiſmatis ſub venerabili Papa Alexãdro principalis fautor extiterat, & pacis Eccleſiaſticæ per Imperialẽ potentiam, multo tempore perturbator. Tandem verò perſtitit dans palmam veritati, minus tamen in delitijs Palatij piaculore malum defleuerat.* § Ac illud quidem ſæpiſſimè vſuuenit, vt Reges, qui ſe Romano Pontifici oppoſuerunt, aut in ſe, aut ſaltem in poſteris ſuis manifeſtam eius contumaciæ pœnam luere coacti ſint.

Cùm Richardus Angliæ Rex ab Hieroſolymitana expeditione rediens, primùm à Duce Auſtriæ, ac deinde à Frederico Imperatore in cuſtodia teneretur: Regis Angliæ mater *ad Cæleſtinum Pontificem* (Petro Bleſenſi Archidiacono Bathonienſis Eccleſiæ dictante eam epiſtolam, quæ eſt 144.) in hæc
903 verba ſcripſit: *Gentes diuulſæ, populi lacerati, Prouinciæ deſolata, & generaliter tota Occidentalis Eccleſia confecta lamentis, in ſpiritu contrito & humiliato ſupplicant vobis, quem conſtituit Deus ſuper Gentes & Regna in omni plenitudine poteſtatis.* Afflictorũ, quæſo, clamor introeat in aures veſtras: calamitates enim noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper numerum, nec iſta diſsimulare poteſtis citra criminis & infamiæ notam,
904 *cùm ſitis Vicarius Crucifixi, ſucceſſor Petri, ſacerdos Chriſti, Chriſtus Domini, Deus etiã Pharaonis.* (Et pòſt.) Vbi eſt zelus Heliæ in Achab, zelus Ioannis in Herodem, zelus Ambroſij in Valentem? *Zelus Alexãdri*

tertij,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſſio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Alexander 3.	
	Concilium Lateranenſe ex Epiſcopis 300. ſub Alexandro 3.	
1181	175. Lucius 3. Lucenſis an. 4. m. 2. d. 28.	*Græ.* Alexius 2. an. 1. & Andronicus an. 2. & Iſaacius & Angelus an. 16
1185	176. Vrbanus 3. Mediolanēſis an. 1. m. 10 d. 25.	
1187	177. Gregorius 8. Beneuentanus m. 2. d. 27.	
1188	178. Clemens 3. Rom. an. 3. m. 2. d. 20.	
1191	179. Cœleſtinus 3. Rom. an. 6 d. 11.	*Lat.* Henricus 6. an. 10

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.* rũt, & erroribꝰ, quos docuerũt, apparet, eos non propriã hæreſim cõdidiſſe, ſed Hēricianorũ portionē fuiſſe, ac fortè eòſdem omnino cum Albigenſibus.

148. De Correriorum, ſeu Coterellorum hæreſibus.

[a] Præter aliquot Petrobuſianorũ errores, de quibus antè egimus, dicebant, B. Virginē fuiſſe angelum. Guido in Summa.

[b] Corpus Chriſti nō eſſe glorificatũ in cœlo, ſed poſt diem etiam Iudicij putridum cadauer fore.

[c] Animas Sanctorum non eſſe in gloria ante diem Iudicij.

149. Errores hæreticorum de Barulo.

[d] Dicunt, animas ante mundi conſtitutionē creatas, tunc etiã peccaſſe. Guid. in Sum. de hær.

[e] Chriſtũ aſſumpſiſſe corpus cœleſte, nō carnē de Virgine.

150. De Waldenſibus.

[a] Quoniam Proteſtantes, & præſertim Caluiniſtæ, hos hæreticos pro Maioribus ſuis agnoſcunt, admonendum cenſui Lectorem, Caluiniſtas, qui vbicunq; iam regnant, Monachos aut occidunt, aut in exiliũ mittunt, tamen colere & laudare Waldēſes, qui etiã genus quoddam Monaſticæ vitæ profeſſi ſunt. Hoc teſtatur Abbas Vrſpergenſis, Guido Carmelita, Trithemius & Paulus Aemilius, quorũ verba ſigillatim proferemus, vt omnes intelligant, in quantas anguſtias noſtrorum temporum hæretici adducantur, qui quorum vitæ ſtatũ condemnant, eorum ſectantur opiniones. De Waldenſibus maiorem in modũ gloriantur. At Waldenſes quicquid erãt, monachi

☙ *Doctores Catholici.*

errorem publicè manifeſtent, & ad ſuum conſenſum ſimplices attrahãt et infirmos: eos, & defenſores eorũ, & receptores anathemati decernimus ſubiacēre.

[a] Gotfridus Viterb. in parte Chron. *14.* de B. Virgine agēs, ita canit: *Anna fuit mater, Ioachim novo genitorem. Tempore quo placuit Domino, parit Anna puellam:* id eſt, Mariam.

[b] Gotfridus ibidem ex Prophetis & Euangelijs probat, carnem Chriſti poſt Reſurrectionē aſcēdiſſe in cœlum, nec vnquã ſenſiſſe corruptionē.

[c] Alter Gotfridus Claræuallēſis de vita S. Bernardi lib. 5. c. 2. ait: *Verè beatus à corpore mortis in terrã viuentiũ migrauit. Fœlix illi dies, quo plenus illi meridies Chriſtus illuxit. Fœlix tranſitus de fide ad notitiam, de peregrinatione ad patriam, de mundo ad Patrem.*

[d] Concil. Lateran. ſub Innocētio 3. c. 1. *Deus ſimul ab initio tēporis creaturã angelicã & mundanã condidit, ac deinde humanam ex corpore & ſpiritu conſtitutam.*

[e] Ibid. *Chriſtus ex Maria ſemper virgine cōceptus, ex anima rationali & humana carne compoſitus, viam vitæ manifeſtius demonſtrauit.*

Waldenſes genus quoddã monaſticæ vitæ profeſſos eſſe, & Sedem Apoſtolicam ab initio coluiſſe, donec hypocriſim ſuam ab ipſa nullo modo approbatũ iri viderēt.

[a] Vrſpergenſ. Abbas, cùm viueret hoc ipſo tēpore, in Chron. anno Dom. 1212. *Exortæ ſunt duæ Religiones in Eccleſia, quæ etiam à Sede Apoſtolica ſunt confirmatæ, videlicet minorum Fratrũ, & Prædicatorũ. Quæ fortè hac occaſione ſunt approbatæ, quia olim duæ ſectæ in Italia exortæ, adhuc perdurãt, quorũ alij Humiliatos, alij Pauperes de Lugduno ſe nominabant. Quos Lucius Papa quondam inter Hæreticos ſcribebat, eò quòd ſuperſtitioſa dogmata & obſeruationes in eis reperirentur. In occultis quoq; prædicationibus, quas faciebãt plerunq; in latibulis, Eccleſiæ Dei, & Sacerdotio derogabant. Vidimus tunc tēporis aliquos de numero eorũ, qui dicebantur Pauperes de Lugduno, apud Sedem Apoſtolicã cũ magiſtro ſuo quodã, vt puto Bernardo, & hi petebant, ſectam ſuã à Sede Apoſtolica confirmari, & priuilegiari. Sanè ipſi dicentes, ſe gerere vitã Apoſtolorũ, nihil volētes poſſidere, aut certũ locũ habere, circuibant per vicos & caſtella. Ait Dominus Papa quadã ſuperſtitioſa in conuerſatione ipſorũ eiſdē obiecit, videlicet quòd calceos deſuper pedem præcidebant, & quaſi nudis pedibus* (id eſt, non verè nudis, ſed ſi-

tertij, qui ſicut audiuimus & vidimus, patrem iſtius Principis Fredericum, plena auctoritate Apoſtolicæ Sedis ſolenniter & terribiliter à fidelium communione præcidit? Porrò tyrannus Apoſtolicas Claues habet ludibrio, nec niſi verba reputat Legem Dei: ſed tantò conſtantius deberetis arripere gladium Spiritus, quod eſt Verbum Dei. Scriptum eſt enim: Qui vos ſpernit, me ſpernit. Ideo ſi veſtram non vultis, aut Eccleſiæ Romanæ iniuriam perſequi, vobis tamen diſſimulare non licet Petri opprobrium & iniuriam Chriſti.

905 Eraſmus Stella in lib.2.de Boruſsiæ antiquitatibus. *Cœleſtinus Pontifex Romanus Chriſtianum Ordinis Ciſtercienſis Monachum in Epiſcopum Boruſſiæ deſignat.*

906 Cœleſtinus 3.(teſte Gulielmo de Nangiaco) *toti Franciæ Sacra interdixit, ob Gelbergam vxorem à Rege Philippo repudiatam.*

De Conſtantinopoli à Latinis expugnata, & Latinis Epiſcopis in Sedibus tam Conſtantinopolitana, quàm Hieroſolymitana & Antiochena collocatis. Vnde factum eſt, vt hæ omnes Eccleſiæ Romani Epiſcopi communionem, ſicut olim fiebat, amplecterentur.

Magna planè & admirabilis eſt Diuinæ prouidentiæ ratio in totius Eccleſiæ ſuæ ſtatu regendo atque adminiſtrando. Sed quemadmodum capitis, quàm reliqui corporis, maior ſolet eſſe auguſtiorque ſpecies, & pulchritudo: ſic Dei prouidentia erga Eccleſiam ſuam cernitur potiſsimùm, maximeq; elucet in Eccleſia Romana, quæ myſtici corporis Chriſti velut viſibile caput ac principium exiſtit. Huic Romanæ Eccleſiæ cùm cæteri hæretici omni memoria reſtiterunt, tùm nuper Græci penè omnes, auctore Conſtantinopolitano Patriarcha, vehementiſsimè aduerſari cœperunt. Cùm igitur Græci recentiores ſpõte ſua nollent Petri Cathedræ, quam ipſorum Maiores ſemper ſumma obſeruãtia coluerant, debitum honorem deferre: factum eſt diuinitus, vt ipſi ex ſuis Sedibus eiecti, viderent non modò eos Epiſcopos in ipſorum Eccleſijs conſtitutos, qui communicarent cũ Eccleſia Romana, ſed etiam viderent ipſos Latinos, quorum nomina ferre non poterant, non minus Regia, quàm Epiſcopali dignitate per vniuerſum penè Orientem reliquamq; Græciam præfulgere. Ita placuit Patri miſericordiarum, perfidam ac rebellem Conſtantinopolim leniter primùm corripere atque admonere, ſi fortè hac ratione ad officiũ, hoc eſt, ad Eccleſiæ Romanæ cõmunionem reuocari poſſent. Qua paterna caſtigatione cùm nihil redderentur meliores, Deus ſeuerius in eos animaduerſurus, pro Latinis Epiſcopis & Regibus dedit illis magiſtros duriores, nimirum Saracenos & Turcos. Ac de illis quidem poſteà. Nunc illud, quod inſtitui, perſequar.

Cùm

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*		
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1191	Idem Cœleſtin.3.	
		Lat. Idem Henricus 6.
1198	180. Innocent.3.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

nachi erant, fraterculi erant, pauperes ex voto & profeſsione erant. nec ita erant Monachi, vt quondam Lutherus, qui ex Monacho factus eſt apoſtata, & ita cùm hæreſim ſuã profiteretur, pro nõ Monacho haberi voluit: ſed Waldenſes habuerunt Monachiſmum pro doctrinæ ſuæ fundamento.

De Valdenſium hæreſibus.

Primùm non puto, AEneã Syluium in c.35. de origine Bohemorũ, tam Valdẽſium, quàm Huſsitarum hæreſes recenſere, licet magna ex parte idem ambo docuerint. Valdẽſium ergo hæreſes ex Guidone ſumemus, & ex Antonino in 4. parte Summæ, tit.11.c.7.§.2.

b Dicunt, quòd Romano Põtifici obedire non tenẽtur, imò totum Eccleſiæ Romanæ ſtatũ in capite ac membris damnãt. Guido in errore Valdenſium 1.& 11.§. Sed hoc prius non dixerunt, quàm viderent, ſuã profeſsionem à Pontifice Romano reie-

Doctores Catholici.

mulatione quadã) *ambulabãt. Præterea cùm portarẽt quaſdã cappas quaſi Religionis, capillos capitis nõ attondebant, niſi quaſi Laici. Hoc quoq; probroſum in eis videbatur, quòd viri & mulieres ſimul ambulabãt in via, & plerunq; ſimul manebãt in vna domo, vt de eis diceretur, quòd quãdoq; ſimul in lectulis accubabãt. Quæ tamẽ oĩa ipſi aſſerebãt ab Apoſtolis deſcẽdiſſe. Cæterũ Dominus Papa in loco illorũ exurgẽtes quoſdã alios, qui ſe appellabant pauperes minores, confirmauit: qui prædicta ſuperſtitioſa & probroſa reſpuebant, ac præciſe nudis pedibus tam æſtate, quàm hyeme ambulabant, & neq; pecuniã, nec quicquam aliud præter victũ accipiebant, & ſi aliquando veſtẽ neceſſariã quiſquã ipſis ſpontè conferebat.* §. Iſte Vrſpergenſis, qui de ſuo viſu teſtimoniũ dicit, quiq; Romæ fuit, cùm iſta profeſsio & petebat ſe approbari, & iuſtiſsimè repudiata fuit: nec rẽ ignorare potuit, nec erat cur falſum narraret. Hinc efficitur, vt cùm hypocritæ iſti viderẽt ſe nõ poſſe Romanã Eccleſiã fallere, omnino illam oppugnârint: ne ſi ab incœpto deſiſterent, victi eſſe viderentur. Nec ſolus Vrſpergẽſis tradit, iſtos Monachatũ profeſſos eſſe. Guido etiã Carmelita, qui vixit ante annos ducentos, in Summa de hæreſ. *Secta* (inquit) *Valdenſium incepit circa annũ Dom. 1170. Fuit Valdeſius ciuis Lugdunenſis, qui diuitias reliquit, vt pauper fieret, et Chriſtũ ſequeretur, & Euangelicã perfectionẽ ſeruaret. Sed errore praua intelligentia ſcripturarũ, ipſe & eius ſequaces ab vnitate & obedientia Eccleſiæ alienati, per ſchiſma in hæreſim ſunt prolapſi.*

Trithem. in Chron. an. D. 1160. *His temporibus pernicioſa hæreſis Valdenſium cœpit per quendam ciuem Lugdunenſem diuitem, qui relictis omnibus paupertatem euangelicam profitebatur.*

AEmilius de geſtis Francorum lib. 6. *Per idẽ tempus ordines duo abrogati: Humiliũ (ita ſe vocitabant) & pauperũ à Lugduno, qui neq; fundos ſui iuris, neq; certas ſedes habere volebant: errabãt, mulieres iaẽ profeſſas ſecũ circũducebant, nec ſecubare dicebantur. Prædicatorũ, Minorumq; ordines (conditoribus Dominico, & Franciſco) ſautores viſi: hoc remedio illi priores ſublati.* § Vt igitur nunc Franciſcanorum, ſic olim Valdenſium ſeu Pauperum de Lugduno erat quidã ordo & profeſsio. Denique Pantaleon in hæretica Chronologia ſua, an. D. 1160. *Ordo* (inquit) *Pauperũ de Lugduno incipit.*

b Gratianus in principio Diſt. 93. *Summo Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus ſuis inimicus ipſe*

 exti-

Cùm igitur ad Pontificis Vrbani ſanctam exhortationem in Synodo apud Clarum montem habitam, Chriſtiani pro terræ Sanctæ liberatione arma & Crucis inſigne ſumpſiſſent, cùm Antiochiam, Cæſaream, Tripolim, Tyrum, ipſamq; vrbem Hieroſolymitanā in poteſtatem redegiſſent, ac in præcipuis quibuſque ciuitatibus Patriarchas, Primates Epiſcopos, ſecundùm Pontificis Romani mandatum & confirmationem præfeciſſent, & alibi quidem Præſides, Hieroſolymis autem Regem collocaſſent: iam certum erat, duas ex primis Sedibus Romani Pontificis communioni redditas eſſe, Antiochenam & Hieroſolymitanam. Porrò cùm ad annos octuaginta aut amplius Syria Latinis paruiſſet, quod tēporis ſpatium ſatis amplum eſſe videbatur ad voluntatem Dei circa Primatum Eccleſiæ aperiendam: de Syria quidem aliquandiu variè dimicatum eſt, donec in poteſtatem infidelium tota demum reuerſa eſſet. Cæterùm quia ne ſic quidem euigilarunt Conſtantinopolitani Patriarchæ, & reliqui Græci, paulò propius attingi eos oportuit.

Anno igitur Domini milleſimo, ducēteſimo & ferè ſeptimo, cùm Alexius Imperatoris Conſtantinopolitani filius ad vrbem veniſſet, ac primùm Pontifici, deinde Imperatori Occidentis expoſuiſſet quantæ iniuriæ tùm ipſi, tùm patri ipſius in vincula iniquiſsimè cōiecto, à patruo ſuo illatæ fuiſſent, ac iuratus promiſiſſet, ſe curaturum, vt Eccleſia Græcorum Romanæ vniretur: data eſt opera, vt copiæ Latinorum (quæ Venetijs eo tempore conuenerant, in terram Sanctam traiecturæ) Conſtantinopolim ducerentur. Qua vrbe fœliciter expugnata, Balduinus Frandriæ Comes, Orientis Imperator, ac Thomas Maurocenus Venetus eiuſdē vrbis Patriarcha eſt creatus. Et ita (vt Blondus Decad. 2. lib. 6.
907 annotauit) *Eccleſia Græca Romanæ iterum pleniſſimè ſubiecta eſt*. Iam verò hanc rem totam
ad procurandam vnionem Græcorum & Latinorum fuiſſe ab initio deſtinatam, non modò paſsim Hiſtorici Latini, ſed etiam Græci, vellent nollent, memoriæ prodiderunt. Ait enim Laonicus Chalcondylas rerum Turcicarum lib. 1. *Ob cauſam diſsidij, quod propter Reli-*
908 *gionem inter Græcos & Romanos erat, Occidentalium plurimi, adiunctis etiam Venetis, Pontifice Maximo ſic inſtigante, decreuerunt, claſſe maximè magna proficiſci aduerſus Græcos. Appellentes igitur Byzantium, vrbem eam vi ceperunt.* Quòd autem vnio Græcorum ex ea re conſecuta fuerit, Concilium Lateranenſe (quod frequentiſsimum ſub Innocentio 3. cōuenit) atteſtatur, c. 4. *Græcos* (inquit) *in diebus noſtris ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ reuertentes,*
909 *fouere & honorare volumus, mores ac ritus eorum, in quantum cum Domino poſſumus, ſuſtinendo.*

Hoc ergo à Domino mirabili benignitate factum eſſe contendimus, vt quoniam Græci nolebant Romanam Eccleſiam velut Matrem ſuam honore & charitate debita proſequi, ſaltem Dei voluntatem eam eſſe cognoſcērent, vi ac armis ad officium coacti. *Latini autem præfuerunt in vrbe Conſtantinopolitana, ad annos ferè ſexaginta.* Et quoniam Græci ne-
910 que ſic quidem Diuinæ voluntati ceſſērunt, iam demùm in manus Turcorum venerunt. id quod neminem latēre poteſt.

Ottonem

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
1198	Idem Innocẽtius 3.		
		Lat. Idem Hẽri cus 6.	

reiectam fuiſſe, vt ex Vrſpergenſis relatione conſtat.

De Pontificum Decretis.

e Summorum Pontificũ Canones & Decreta nullius momenti eſſe.

De poteſtate iudicandi.

d Nullum omnino iudicium ſanguinis, aut cuiuſcunque corporalis ſupplicij ferũt, quia ſcriptum ſit: Nolite iudicare. § In hac etiam à Proteſtantibus diſſentiunt Valdenſes, nec ad eandem Eccleſiam vtrique pertinent.

De conſecratione Euchariſtiæ.

e Auctoritatem conficiendi corpus Chriſti dicunt datã eſſe etiam Laicis, modò iuſti ſint. Presbyteros autem, qui grauiter peccant, nec Euchariſtiam conficere, nec alios à peccatis abſoluere.

De confeſſione peccatorum homini facta.

f Poteſtatem confeſſiones audiendi & abſoluendi etiã Laicis à ſolo Deo datam eſſe. § In hoc autem ab Huſsitis & noſtrorũ temporum hæreticis differunt, quòd crimina putabant confitenda. quod hodie à Caluiniſtis non obſeruatur.

De Sacrificio Miſſæ.

g Semel tãtùm in anno, id eſt, in cœna Domini Miſſam celebrant, & illam abſq; forma verborum Chriſti (hoc eſt corpus meum) dicendo ſepties Pater noſter, & benedicendo panem & vinum.

De Indulgentiis.

h Irridet indulgẽtias per Prælatos Eccleſiæ datas. § At illas contritis & cõfeſsis virtute clauium Chriſti rectè dari, Concilium Generale ſub Innocentio 3. docuit.

De

Doctores Catholici.

extiterit, nec in Eccleſia eſſe poterit, qui eius Cathedram deſerit.

Gregorius 9. Extrà de hæreticis. *Excommunicamus & anathematizamus vniuerſos hæreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Taſſepinos, Arnaidiſtas, Speroniſtas,* & quæ ſequuntur.

c Gratianus Diſtin. 20. in principio. *In negotiis definiendis non ſolùm neceſſaria eſt ſcientia, ſed etiã poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus Petro, quodcũq; ligaueris, prius ei dedit Claues regni cœlorũ.* Et Diſt. 21. *Decretis erga Romanorũ Pontificum, & ſacris Canonibus Conciliorũ Eccleſiaſtica negotia terminantur.*

d Ioannes Sariſberienſis in Policratico lib. 4. c 2. *Princeps publicæ vtilitatis miniſter omniũ iniurias, damna & crimina æquitate media punit. Nõ enim ſine cauſa gladium portat, quo innocenter ſanguinem fundit.*

e Concil. Lateran. ſub Innocentio 3. c. 1. *Sacramentum Euchariſtiæ nemo poteſt conficere, niſi Sacerdos, qui fuerit ritè ordinatus ſecũdum Claues Eccleſiæ, quas Chriſtus conceſſit Apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus.* § Gratianus autẽ in cauſa 1. q. 1. c. Multi ſecularium, & deinceps, doctiſsimè probat, Sacerdotum immunditiam Sacramenta Chriſti non polluere.

f *In ordinatione ſacerdotum hoc obſeruat Eccleſia Catholica, vt poſt datam poteſtatem conficiendi corpus Domini & ſanguinem, per Epiſcopum detur eis poteſtatas remittendi peccata.* Notauit id Guido in quinto Valdenſium errore. Vniuerſalis igitur Eccleſiæ conſuetudo probè confutat hunc errorem.

g Gotfridus Clareuallenſis de vita S. Bernardi lib. 5. c. 1. *S. Bernardus oblationẽ hoſtiæ ſalutaris vſq; ad defectum vltimum vix aliquando intermiſit.*

Innocentius 3 de ſacro Altaris myſterio lib. 4. c. 17. *Ad prolationem verborum iſtarum (hoc eſt corpus meum) panis mutatur in corpus: & ad prolationẽ iſtorum verborum (hic eſt ſanguis meus) vinum mutatur in ſanguinem.*

h Innocentius 3. ad finem ipſum Concilij Lateran. *Nos omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorũ Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, ex illis, quam nobis* (licet indignè) *Deus ligandi, atque ſoluendi contulit poteſtatem, omnibus, qui laborem propriis perſonis ſubierint atq; expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confeſsi, veniam indulgemus.*

QQQ iij   i Otto

Ottonem quintum ab Innocentio Papa 3. iuſtè excommunicatum, & Imperio priuatum fuiſſe.

Poſt mortem Imperatoris Henriei 6. cùm Philippus Henriei frater, & Otto, per con-
911 tentionem Reges Romanorũ ab alijs atq; alijs eligerentur: *Innocentius Papa Ottoni magis ſtudẽs, eum in Imperatorẽ inunxit.* Philippus autẽ contra Ottonẽ mouens, breui extinctus eſt. Mathildis verò filia Rogerij Principis Siciliæ donauerat Eccleſiæ Romanæ Marchiã Apuliæ. Hanc donationem Otto ſine Principum Imperij conſenſu inualidam fuiſſe calumniatus, cùm nullo modo ipſam Marchiam Eccleſiæ concederet, quinimò contra iuſiurãdum, quod paulò antè ſuſceperat (vt B. Antoninus in 3. parte Chronicorum tit. 19. annotauit) Apuliam & Calabriam vi & armis ſibi ſubijciens, obedire mandatis Apoſtolicis contemneret: Papa ſententiam excõmunicationis primùm, ac poſtea depriuationis in eũ ferens, Siphrido Archiepiſcopo Mõguntino (vt eſt apud Trithemium in Chron.) *præcepit,*
912 *vt per totam Alemaniam Imperatorem excommunicatum, & ab Imperio depoſitum denunciaret.* quod & fecit. Interea eùm Otto Archiepiſcopum perſequens neque de abſolutione petenda, neque de tranſactione ineunda quicquam curaret: Papa Fridericum Imperatoris Henriei ſexti filium de conſilio Regis Franciæ, ex voluntate etiam certorum Principum Germaniæ, è Sicilia euocatum in Alemaniam miſit, *mandans Principibus Imperij, vt*
913 *ipſum in Imperatorem ſuſciperent.* Dum autem Otto cum exercitu occurrit Friderico, à ſuis derelictus, loco cedere, & in Saxoniam ſecedere compulſus eſt. *Fridericus verò ab o-*
914 *mnibus, tanquam Rex, in conuentu Principum Aquiſgrani habito, ſuſcipitur.* Poſtea Otto contra Philippum Regem Francorum (qui Friderico ſtudebat) in bellum vnà cum Rege Angliæ auunculo ſuo, cumq; Brabantiæ Duce, & Comite Flandriæ profectus, *apud Torna-*
915 *cum ſuperatur,* ac demum anno Domini 1216. ab omnibus derelictus, & præ mentis dolore infirmatus, poſt multas anguſtias moritur. Talis ferè illorum exitus eſt, qui ſe Romanæ Eccleſiæ opponunt.

Blondus etiam cùm Trithemio conſentiens, in Decad. 2. lib. 6. ait: *Otto cùm ab Innocentio coronam Imperij ſuſcepiſſet. poſteà eò quòd contra iuriſiurandi religionem multa oppida Romana Eccleſia occuparet, Regnumq; Neapolitanum legitimo heredi auferre cuperet, à Pontifice*
916 *poſt multas admonitiones excommunicatus, Imperij etiam titulo priuatur. Vnde Rex Bohemiæ, Lantgrauius Toringiæ, Dux Auſtriæ, Archiepiſcopi Moguntinus, & Treuerenſis, & ex militibus præſtantiores quiq; Otthonem deſeruerunt.* § Quòd ſi manus Dei ſententiam Pontificis Romani & in euehendo & in deturbando eodem Otthone apertè confirmauit: quis eſt qui neget, Eccleſiæ Romanæ Primatum non modò Euangeliorum authoritate, & Patrũ aſſenſione, verùm etiam rerum ipſarum & factorum euentu pulchrè ſtabilitum & conteſtãtum eſſe? Quodque nominatim de Otthone dixi, hoc idem de multis alijs Imperatoribus & Regibus intelligi debet. quos à Vicario ſuo vel erectos, vel deiectos ipſe Deus aut in regno tueri, aut abijcere dignatus eſt: durum vt ſit Proteſtantibus, contra ſtimulum calcitrare.

Vincen-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
		Lat. Otto perſecutor Papæ an. 3.
1198	150. Innocent. 3. Romanus, ſedit an. 18. m. 6. d. 9.	
		Gr. Alexius Comnenus: Alex. Angelus: Alexius Ducas: Balduinus & Henricus an. 12

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Purgatorio.

l Negant poſt hanc vitã eſſe Purgatorium.

De ordinibus Eccleſiaſticis.

k Dicunt, tãtùm tres Ordines in Eccleſia eſſe: Diaconatũ, Presbyteratum, & Epiſcopatum.

De miraculis.

l Vera miracula in Eccleſia non fieri.

De inuocatione Sanctorum.

m Sãctos in cœlo nec audire, nec attendere preces noſtras.

n Dies feſtos contemnũt, & in illis manibus operantur.

o Ieiunia Eccleſiæ contemnunt, & in illis carnes comedunt.

De illicitis commixtionibus.

p Vrente carnis libidine, dicunt omnem carnalem commixtionem eſſe licitam.

De labore manuum.

q Dicunt, quòd perfecti non debeant manibus laborare.

De

Doctores Catholici.

i Otto Friſingenſis Chron. lib. 8. c. 26. *Eſſe apud inferos locum purgatorium, in quo ſaluandi, vel tenebris tantùm afficiantur, vel expiationis igne decoquantur, quidã aſſerunt, iuxta illud Patriarchæ: Lugens deſcendam ad inferos. Et illud Apoſtoli: Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignem.*

k Gulielmus Durand. de Diuin. Offic. lib. 2. c. 1. *Sacroſancta Mater Eccleſia gradus & Ordines habet diſtinctos.* (Et pòſt.) *Communiter aſſeritur, ſeptem Ordines fore, quorum Oſtiarius eſt primus, & Sacerdos vltimus.*

l Gotfrid. Clareuallenſ. de vita S. Bernard. li. 4. c. 4. *Teſtati ſunt, qui affuêre in territorio Conſtantienſi circa vicũ Doniguet. Vna die ad impoſitionẽ manus S. Bernardi illuminatos cæcos vndecim, ſanatos etiã mancos decem, & claudos erectos decem & octo.* (Et pòſt) *In pago Senonico inter Miſſarum ſacra ſolennia, fœmina, cuius ibidem cæcitas per annos decem omnibus innotuerat, ſub manu viri Dei, omnibus admirantibus viſum recepit.*

m Gotfridus ibidem in Prologo lib. 3. *S. Bernardum alloquens: Dnẽ* (inquit) *momordit mors improbe, ſed nõ totum pariter deglutiuit: tulit aſpectum, ſed non rapuit fidem præſentis etiam nunc opitulationis.* Et lib. 5. c. 3. *Euge, Pater ſancte, iã ad theſauros ſapientiæ & ſcientiæ perueniſti, vbi oẽs iã docibiles Dei: adeſto laborãtib⁹, ſubueni periclitantibus. Dat fiduciã tua nobis ab olĩ experta, nec exinanita modò, ſed amplius cumulata benignitas.*

n Alexander 3. extrà de Ferijs in c. licet. *Tam veteris, quàm noui Teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputauit. Et tam eum, quàm alios dies Maieſtati altiſsimæ deputatos, nec non natalitia Sanctorum Martyrũm Eccleſia decreuit obſeruanda, & in his ab omni opere ſeruili ceſſandum.*

o Innocentius 3. extrà de obſeruatione ieiuniorum c. Conſilium. *Omnium Apoſtolorum Vigiliæ (præterquã Philippi, & Iacobi, & B. Ioannis Euangeliſtæ) ſunt in obſeruatione ieiunij celebrandæ.* Illos tamen, qui neceſsitate coacti carnes in Quadrageſima comedunt, non credit puniendos, nec vult, vt infirmis & debilibus propter abſtinentiam à carnibus periculũ emergat.

p Gratianus Cauſa. 32. q. 4. parte 2. *Præter coniugale debitum, nec fœcunditatem in aliqua licet alicui quærere.* Quod ipſum multis authoritatibus Sanctorũ Patrum probat, ac nominatim Ambroſij dicẽtis in li. 1. de Abraham c. 4. *Nulli ſcire licet mulierẽ, præter vxorem.* Et quæ ſequuntur.

q Idem Gratianus Diſt. 91. in principio. *Si Eccleſiæ Eccleſiaſtico ſufficere non potuerit, proprio artificio vel agricultura (exemplo Apoſtoli, qui de labore manuum viuebat) ſibi neceſſaria inueniat, ita tamen vt occaſione ſui operis Eccleſiæ vigilijs non deſit.*

r Guliel-

917 Vincentius in hiſtoriali Speculo lib.29.ca.93. *Miſſi ſunt ab Innocentio Papa, 12. Abbates*
Ciſtercienſis Ordinis cum uno Sedis Apoſtolicæ Legato, in terram Albigenſium, vt fidem Catho-
licam prædicantes, hæretico veneno pro viribus expulſarent. id quod pāpa omni obiecto in ſum-
ma humilitatē fecerunt. Petrus igitur de Caſtro nouo D. Papa Legatus à Comite Toloſano (quē
918 *propter hæreticorum defenſionem excommunicauerat) occiditur. Ideoq́; terra eius Comitis expu-*
gnanda Regi Francorum à Papa exponitur. Sed poſtea per Legatum Papæ idem Comes abſolu-
tus eſt.

Vir nobilis erat de monte Peſſulano, qui, legitima vxore excluſa, filios adulterinos ex
919 alia ſuſceptos *ob Apoſtolica Sede legitimationis titulo decorari petierat.* Ad eamq́ue rem faci-
lius perſuadendam, Regis Francorum exemplo abuſus fuerat, cū cuius filijs in ſimili cau-
ſa diſpenſatum eſſe affirmabat. Huius petitionem cùm Papa Innocentius 3. cōcedendam
non eſſe perſpiceret, tùm de exempli diſsimilitudine, tùm de Romani Pontificis authori-
tate ita planè diſſeruit in lib. Decretalium. 4. tit. 17. c. 13. *Cùm Rex ſuperiorem in temporali-*
bus minimè recognoſcat, ſine iuris alterius læſione in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubijcere potuit, in
quo videretur aliquibus, quòd per ſeipſum (nō tanquā pater cum filiis, ſed tanquā Princeps cum
920 *ſubditis) potuit diſpenſare: tu autem alius noſceris ſubiacēre.* (Et infrà.) *Rationibus igitur his in-*
ducti, Regi gratiam fecimus requiſiti, cauſam tam ex veteri, quàm ex nouo Teſtamento trahentes:
quòd non ſolùm in Eccleſiæ patrimonio (ſuper quo plenam in temporalibus gerimus poteſtatem)
921 *verùm etiam in alijs Regionibus certis cauſis inſpectis temporalem iuriſdictionem caſualiter ex-*
ercemus. Non quòd alieno iuri præiudicare velimus, ſed quia, ſicut in Deuteronomio continetur,
(Deut. 17.) *Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſan-*
guinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicium inter portas videris variari: venies ad
Sacerdotes Leuitici generis, & Iudicem, qui fuerit illo tempore: qui iudicabunt iudicij veritatem
& facies, quæcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus: ſequērisq́; eorum ſentē-
tiam: qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino
Deo tuo, decreto iudicis morietur. ... Deuteronomium Lex ſecunda interpretetur, ex vi
vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo Teſtamento debeat obſeruari: locus enim,
922 *quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur. Cùm enim Petrus vrbem fugiens exiuiſ-*
ſet, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, Domine quò va-
dis? reſpondit: venio ad Romam iterum crucifigi. Quod intelligens pro ſe dictum, ad locum ip-
ſum protinus eſt reuerſus. Sunt autē Sacerdotes Leuitici generis fratres noſtri, qui nobis iure Le-
923 *uitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Is verò ſuper eos Sacerdos ſiue Iu-*
dex exiſtit, cui Dominus inquit in Petro: Quodcūque ligaueris ſuper terrā, erit ligatum & in cæ-
lis. Eius Vicarius, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech, conſtitutus à
Deo, iudex viuorum & mortuorum. Tria quippe diſtinguit iudicia. Primum inter ſanguinem &
ſanguinem, per quod criminale intelligitur & ciuile. Vltimum inter lepram & lepram, per quod
Eccleſiaſticum & criminale notatur. Medium inter cauſam & cauſam, quod ad vtrumque re-
fertur, tam Eccleſiaſticum, quàm ciuile. In quibus cùm aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad
iudicium eſt Sedis Apoſtolicæ recurrendum. Cuius ſententiam qui ſuperbiens contempſerit ob-
924 *ſeruare, mori præcipitur, id eſt, per excommunicationis ſententiam velut mortuus à communione*
fidelium ſeparari. Paulus etiam, vt plenitudinem poteſtatis exponeret, ad Corinthios ſcribens, ait:
(1. Cor. 6.) *Neſcitis, quoniam Angelos iudicabitis? quantò magis ſecularia?*

Concilij

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1198	Idem Innocētius 3.	Idem Otto.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

De Salutatione Angelica.

[x] Contemnũt ſalutationem Angelicam.

De Symbolo.

[y] Contemnunt Symbolum Apoſtolorũ. § In hoc quoque Proteſtantes ab illis diſſentiunt.

De iureiurando.

[z] Omne iuramentũ prorſus illicitum eſſe dicunt. Quæ hæreſis apud Bernardum Lutzemburgũ propriè attribuitur Inſabbatatis, ſiue illi omnino ijdẽ ſunt cum Waldẽſibus, ſeu pars & ſecta Waldenſium. § Verùm nec in iſta hæreſi Proteſtantes noſtrorum temporum cum Waldenſibus conſentiunt.

151. De Albigenſium hæreſibus.

[a] Ponebant duo principia, malũ, & bonum, id eſt, Deum, & Diabolũ, quem credebant creaſſe corpora omnia. Bernard. Lutzemb.

[b] Corporũ reſurrectionem negant.

[c] Quicquid beneficij mortuis à viuis impẽditur, irrident.

[d] Ire ad Eccleſias, vel in eis orare, nihil dicunt prodeſſe.

[e] Baptiſmum abijciunt.

[f] Sacramentum Corporis & Sãguinis Chriſti blaſphemant.

[g] Negant nouas animas à Deo infundi, ſed animarũ tranſmigrationèm de corpore ad corpus, etiam animalium & ſerpentum, docent. Hactènus Lutzembergius. Verùm Antoninus plures etiam iſtorum erro-

Doctores Catholici.

[x] Gulielmus Durand. lib. 7. de offic. Diuin. c. 7. declarat, in Salutatione Angelica benedictiones quatuor contineri, quarum præcipua eſt illa, quæ pertinet ad annuntiationem Incarnationis Chriſti. § Quò minoris igitur hæretici faciunt hanc Salutationem, eò longius à fructu Incarnationis Chriſti abſunt.

[y] Idem lib. 4. c. 25. *Euangelio lecto, mox cantatur alta voce Symbolum, vt Eccleſia oſtendat, quòd Euãgelij verbum & prædicationem fide & corde recipit, & ore decantat. Omnis enim Chriſtianus tenetur, publicè fidem Catholicam confiteri.*

[z] Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. ſub fine Capitis tertij. *Si qui ex illis, qui de hæreſi accuſantur, iuramenti Religionem obſtinatione damnabili reſpuẽtes, iurare fortè noluerint, ex hoc ipſo tanquam hæretici reputentur.*

[a] Concilium Lateran. ſub Innocentio 3. c. 1. *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt verus Deus, Pater, & Filius & Spiritus ſanctus: vnũ vniuerſorum principium, ſpiritualium & corporalium.*

[b] Concil. Lateran. ibidem. *Omnes cum ſuis proprijs corporibus reſurgent, quæ nunc geſtant, vt recipiant ſecũdùm merita ſua, ſiue bona, ſiue mala.*

[c] Innocentius 3. de ſacro Altaris Myſterio li. 5. c. 5. *Orat pia mater Eccleſia pro defunctis, & eos ſacra oblationis interceſſione commendat, certiſſimè credens, quòd ſanguis effuſus in remiſſionem defunctorum, ad defunctorum etiam valeat abſolutionem.*

[d] Gulielmus Durand. in Rationali Diuin. offic. li. 5. c. 2. Num. 58. *Licet vbiq; ſit Deus adorandus, ſpecialiter tamen in Eccleſia.* Pſal. 5. *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.* Vnde Salomon orauit (3. Reg. 8.) *vt vir pro quacunq; tribulatione in templo Dei clamans exaudiretur.*

[e] Concil. Lateran. c. 1. *Sacramentum Baptiſmi ritè collatum, tam paruulis, quàm adultis proficit ad ſalutem.*

[f] Concil. Lateran. c. 1. *Corpus Chriſti & ſanguis in Sacramento Altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur, tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum Myſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro.*

[g] Gotfridus Viterb. 2. parte Chron. declarat, animã hominum in beſtijs nunquam reperiri. Alioqui nec irrationales forent: nunc autem nec conſilia, nec virtutes, nec aliud ad intellectum pertinens in ipſis eſt. Deinde vnumquodque animal ſecundùm ſuam ſpeciem ſimiliter eadem operatur. Omnis lepus ſimiliter timet, & omnis lupus ſimiliter inſidiatur. Sed mille ſunt ſemitæ actionum humanarũ, propter hu-

Concilij Lateranenſis, quod ſub Innocentio tertio celebratum eſt, de Primatu Romanæ Eccleſiæ ſententia.

In Baſilica Lateranẽſi (autore Martino Polono) celebratũ eſt Conciliũ Generale. Cui interfuêre (inquit Platina) Hieroſolymitanus & Conſtãtinopolitanus Patriarcha, Metropolitani 70. Epiſcopi 400. Abbates 12. Priores Conuentuũ 800. Græci & Romani Imperij Legati Regum Ieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ & Cypri Oratores. In hoc ergo tã celebri Concilio ſub Innocentio tertio c. 5. de Primatu Eccleſiæ Romanæ, ac de aliarum Eccleſiarum prærogatiuis ſecundùm antiquos Canones ita decernitur.

Antiqua Patriarchalium Sedium priuilegia renouantes, ſacro vniuerſali Synodo approbãte,
925 *ſancimus, vt poſt Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet Principatum, vtpote Mater vniuerſorum Chriſti fidelium & Magiſtra: Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant, ſeruata cuilibet propria dignitate, ita quod poſtquàm eorum Antiſtites à Romano Pontifice receperint Pallium, quod eſt plenitudinis officij Pontificalis inſigne, præſtito ſibi fide-*
926 *litatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipſi ſuis Suffraganeis Pallium largiantur, recipientes*
297 *pro ſe profeſſionem Canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab iiſdem.* § Iam primùm Conſtantinopolitana Sedes Romanæ Eccleſiæ aſſenſum publicè obtinuit, vt poſt Romanum Pontificem ſecundas obtineret. Nam Gulielmus Tyrenſis Archiepiſcopus, qui non multò anteà Lateranenſi Concilio ſub Alexandro tertio interfuerat, belli ſacri lib. 4. c. 9. dixit: *Antiochia tertium, vel potius ſecundum (nam de hoc maxima quæſtio eſt) poſt vrbem Romam dignitatis gradum ſortita eſt.* Lis igitur hæc illo tempore non fuerat definita.

928 Concilij Lateranenſis c. 2. *Abbas Ioachim ſcripta ſua Apoſtolicæ Sedis iudicio approban-*
929 *da, ſeu etiam corrigenda aſſignauit, dictans Epiſtolam, cui propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter confitetur, ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ cunctorum fidelium, diſponente Domino, Mater eſt & magiſtra.*

Eiuſdem Lateranenſis Concilij ca. 3. *Si Dominus temporalis, monitus ab Eccleſia, terram ſuam ab hæretica fœditate purgare neglexerit, per Metropolitanum, & cæteros Comprouinciales Epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere contempſerit infrà annum: ſignificetur hoc ſummo Pontifici, vt ex tunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, &*
930 *terram exponat Catholicis occupandam.*

Frideri-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1215	180. Idem Innocent.3.	
		Fridericus 2. & ipſe perſecutor Papę regn. an.33
	Lateranenſe Concilium.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

errores connumerat, niſi fortè (quod non puto) alij ſint Albigenſes, quàm Albanenſes.

h Dicunt, Chriſtum nec fuiſſe verũ Deũ, nec verũ hominem. Antoni.4.parte Summæ.tit.11.c.7.

i Quòd ante aduentum Chriſti non fuerunt aliqui boni.

k Quòd malus homo nõ poteſt eſſe Epiſcopus, vtpote cuius vitia ſubditis obſint.

l Quòd Eccleſia non poteſt aliquid poſsidere, niſi in communi.

m Quòd Eccleſia nõ poteſt facere conſtitutiones.

n Quòd Eccleſia non poteſt excommunicare, nec malos perſequi.

o Quòd peccatum originale nihil eſt.

p Quòd

Doctores Catholici.

mani arbitrij libertatem. § Ex his efficitur, vt anima hominis in nullius animalis corpus aliquando tranſmigret. Ac neq; vnius hominis anima in alterius hominis corpus ingreditur ſecundùm fidem noſtrã, cũ vnaquæq; rationem redditura ſit de ijs, quæ in corpore ſuo geſsit, ac non de ijs, quæ in pluribus geſsit corporibus.

h Concil. Lateran.c.1. *Vnigenitus Dei filius verus homo factus, in ligno Crucis paſſus & mortuus, deſcendit ad inferos in aĩa, reſurrexit in carne, aſcẽdit pariter in vtroq;.*

i Conc.Lat.c.1 *Sancta Trinitas per Moſen & Prophetas, alioſq; famulos ſuos iuxta ordinatiſsimam diſpoſitionẽ temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarem.*

k Ioannes Sariſberienſis in Policratico.lib.8.cap.19. *Caiphas licet ſacrilegus, & qui cum Iudæis conſpirauerat in necem Saluatoris, cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, vt conſtet, ipſum ab officio, prophetiæ gratiam quam demeruerat, accepiſſe.*

l Alexander 3.mandat, *vt ſi terræ, quæ arabiles ſunt, intra certam alicuius Eccleſiæ parœciam fuerint, earum decimæ aſsignentur eidem Eccleſiæ.* c. Quoniam à nobis, extrà de Decimis. § Vnuſquiſq; igitur Presbyter ſuæ parœciæ Decimas ſibi propriè, ac non alijs in communi poſsidet. Alioqui nec locare eas poſſet, quod tamen Innocentius 3. permiſit, in c. Veſtra nobis, extrà, *de locato & conducto*. Hinc etiam certæ diſtributiones & velut dimenſa ſingulis aſsignantur præbendarijs pro loci & dignitatis ratione, quam in Eccleſijs Cathedralibus obtinent. Extrà de Præbendis.

m Concil.Latera.2.c.6. *Sicut olim à S. Patribus noſcitur inſtitutũ, Metropolitani ſinguli annis cũ ſuis Suffraganeis Prouincialia Cõcilia celebrãtes, Canonicas regulas, & maximè quæ ſtatutæ ſunt in hoc generali Concilio, faciãt obſeruari, debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo.* Et in c.50. declaratur, *ſtatuta Eccleſiaſtica propter neceſsitatem, aut vtilitatem laudabiliter mutari, quoniã ipſe Deus ex his, quæ in veteri Teſtamento ſtatuerat, quædam mutauit in nouo.*

n Innocent.3. extrà de Sentent. excommunic. ca. A nobis. *Eccleſiæ legitur attributa poteſtas ligandi atq; ſoluẽdi homines ſuper terram.* Forma verò excommunicãdi, monitione præmiſſa, & præſentibus idoneis perſonis, & ob cauſam iuſtam præſcribitur in Concil. Lateran.2.c.47.& 49.

o Innocentius lib.1. de contemptu mundi, c.3. *Habet anima tres naturales potentias: rationalẽ, vt diſcernat inter bonũ & malũ: iraſcibilẽ, vt reſpuat malũ: cõcupiſcibilẽ, vt appetat bonũ. Iſtæ tres vires tribus oppoſitis vitiis originaliter corrumpuntur. Per hominem vnum peccatum in hunc mundum intrauit. Rom.5.*

p Inno-

Fridericus Imperator, licet ægrè ferret, ſe ob crimen ſuũ à Pontifice Romano deponi,
atq; ideo negaret, eum poſſe id iure facere : tamen aliàs ipſa veritate victus, de poteſtate
931 *Romani Pontificis* ita ſcribit in Epiſt.3. *Fatemur collatã in ſpiritualibus poteſtatem, vt quantũ-*
cũq; (quod abſit) ſit ille peccator, quod in terra ligauerit, ſit ligatũ in cœlis, & quod ſoluerit, ſit ſolutũ.
Innocen.3. de ſacro Altaris Myſterio. lib.1. c.8. *Omnibus Apoſtolis Christus vnũ præpoſuit,*
videlicet Petrũ: cui totius Eccleſiæ principatum commiſit, & ante Paſſionem. Math.16. & circa
932 *Paſſionem. Luc.22. & poſt Paſſionẽ. Ioan.21. Fides enim Apoſtolicæ Sedis ſuper firmam petram*
ſtabili ſoliditate fundata, nullis vnquam errorum ſordibus potuit inquinari, ſed à cæteris maculas
deterſit errorum.
Vincentius lib.29. cap 97. 98. & 99. *Franciſcus Fratrum Minorum inſtitutor, in ciuitate*
Aſſiſio negotiator, & mundi vanitatibus indecenter vſq; ad annum ætatis ferè 25. nutritus, ſed
poſteà conuerſus ad Dominum, & iis quæ poſſederat in pauperes diſtributis, alios exemplo ſuo ad
pœnitentiam agendam commouit. Cernens igitur accreſcere numerum Fratrũ, breui ſermone re-
gulam conſcripſit, interpoſitis in ea verbis ſacri Euangelij, ad cuius perfectionem, quantum potuit,
933 *anhelauit. Deſiderans autem, quæ ſcripſerat, à ſumma Pontifice confirmari, cum vndecim Fratri-*
bus Romam petrexit. Quibus Papa Innocentius de regula confirmando dans conſenſum, & de
pœnitentia prædicanda mandatum, cum gaudio illos dimiſit.
Rodericus rerum Hiſpan. lib.7. c.29. *Rex Alphonſus, & Regina Verengaria propter con-*
934 *ſanguinitatem ab Innocentio Papa tertio fuerunt ſeparati.*
Vincentius lib.30. c.65. *Cùm B. Dominicus Papam Innocentium ob ſui Ordinis confirmatio-*
nẽ adijſſet, Papa difficilem ſe non niſi nutu diuino exhibuit, vt nimirũ ex reuelatione diuina Vi-
935 *carius Ieſu Chriſti cognaſceret, quàm neceſſariũ eſſet vniuerſali Eccleſiæ, cui præſidebat, id quod*
vir Dei Dominicus petebat. Pontifex enim videns in ſomnis Lateranenſem Eccleſiã, quæ iam-
iam minabatur ruinam, B. Dominici humeris ſuſtentari, eiuſq; Ordinem Eccleſiæ profuturum: ex
936 *ea re intelligens, regulam quæ confirmaretur, ex fratrum B. Dominici conſenſu, deſcribi iubet. Ho-*
norius verò Pontifex confirmationem, quam Innocentius premiſerat, compleuit.
Hugo de S. Victore in lib.1. eruditionis Theologicæ de Sacramentis Eccleſ. c.43. *Papa*
dicitur, quia Pater Patrũ. Hic vniuerſalis dicitur, quia vniuerſæ præeſt Eccleſiæ. Hic quoq; Apo-
937 *ſtolicus vocatur, quia Principis Apoſtolorũ vice fungitur. Hic etiã ſummus Pontifex nuncupatur,*
quia Caput eſt omniũ Epiſcoporũ. Huius nomen in ordinatione mutatur, quia Petri nomẽ in præ-
latione Eccleſiæ à Chriſto mutatũ eſt. Huic etiam Claues traduntur, ſicut Petro à Domino Claues
938 *regni cœlorum traditæ ſunt, vt ſe ianitorem regni cœlorum eſſe cognoſcat.* Idem parte 3. cap.14.
Sedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur Eccleſiis.
Gulielmus Antiſiodorenſis in lib.4. Summæ ſuæ in lib.4. Sententiarum, titulo de Or-
939 dinis Sacramento. *Cùm Dominus Papa non habeat ſuperiorem vel parem, de neceſſitate inferior*
conſecrat eum.
Ioannes Angliæ Rex ob Sacerdotes ab Eccleſijs vi prohibitos aut expulſos, à Põtifice
940 Romano *excõmunicatus, nõ antè abſoluitur, quã diadema capitis ademptũ Pandulpho Sedis Apo-*
ſtolicæ Legato tradidiſſet, nunquã id aut hæredes, niſi a Pontifice Rom. accepturi. Polyd. lib.15.

De Friderici ſecundi iuſto excommunicatione, & miſero exitu.

Cùm Eccleſia Romana Fridericum ſecundũ ab ineunte ætate ſub tutela ſua (teſte An-
tonino parte Chro.3. tit.19. c.3.) in regno Apuliæ educaſſet, & Papa Honorius 3. an. Dom.
1220. in Imperatorem vnxiſſet : poſteà tamen, mortua matre Conſtantia, quæ ipſum (au-
ctore Platina) in officio continebat, immemor accepti beneficij, contra ius faſq; Pontificiã
941 ditionem vexabat. Ob quam cauſam *ab Honario excommunicatus,* Ioannis Hieroſolymi-
tani Regis interceſſione, ea lege abſolutus, & Eccleſiæ reconciliatus eſt, vt tùm res abla-
tas reſtitueret, tùm ad recuperationem terræ Sanctæ cum exercitu ſe conferret. Quas
conditiones cùm non ſeruaret, ſed ægritudine ſimulata maximam Chriſtianorum mul-
titudinem Brunduſij expectantem, ipſumq; Regem Hieroſolymitanũ, atq; adeò Chri-
ſtianos in Aſia bellantes deciperet, eaq; fraus adeò apertè deprehenderetur, vt ad nunciũ
mortis Lantgrauij Haſsiæ ſtatim ad res eius diripiendas homo valetudinarius è Sicilia
942 Brunduſium adnauigaret: *Gregorius nanus Honorij ſententiam prius in Fridericum latam, de-*
nuò repetijt, & confirmauit.

Frideri-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1216	Idem Innocētius 3.	Gre. Petr⁹ Antiſiodorenſis an. 5. & Robert⁹ an. 7. & Balduin⁹ an. 33
1217	182. Honorius 3. Rom. an. 10. m. 8.	
1222	183. Gregorius 9. Romanus an. 14. m. 5.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

p Quòd extremæ Vnctionis Sacramentum nihil eſt.

q Quòd peccatum non eſt à libero arbitrio.

r Quòd non poteſt quis pœnitere poſt peccatum.

s Quòd non eſt confitēdum.

t Quòd infernus nihil eſt.

v Purgatorium nihil eſſe.

x Quòd mundus ſemper fuit, & ſemper erit.

y Quòd matrimoniũ malum eſt.

z Quòd vſuræ non ſunt prohibitæ.

* Quòd

Doctores Catholici.

p Innocent. 3. extrà de ſacra Vnctione. *Vnctio viſibilis (de qua Iacobi 5. Vngentes eum oleo in nomine Domini) ſignum eſt inuiſibilis Vnctionis, quæ docet nos de omnibus* . 1. Ioan. 2. § Hinc & Sacramentum eſt.

q Gotfridus Viterbienſis in 1. parte Chron. *Deus nō creauit Angelos tales, quin peccare poſſent, vt aliquod initium boni vel mali ex arbitrio eorum fieret, quod à Deo remunerari debuiſſet.* Et paulò antè: *Alij Angeli, qui erant cum Lucifero, in hoc præcipuè peccauerunt, quia eì conſenſerunt, placuitq́; illis extollentia ipſius.* Et iterum: *Quia ſponte ſua malum elegerunt, iuſtè ablata eſt eis voluntas bene volendi.* § Hinc apparet primam peccati cauſam à libero Angelorum arbitrio profluxiſſe.

r Concil. Lateran. c. 1. *Si poſt ſuſceptionem Baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari.*

s Ibidem c. 21. *Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno proprio Sacerdoti.*

t Ibid. c. 1. *Reprobi cum Diabolo ſecundùm merita ſua mala, pœnam recipient perpetuam.*

v Gulielmus Durand. lib. 4. de offic. Diuin. cap. 45. in Canone Miſſæ vocantur quieſcentes in Chriſto, qui in charitate mortui ſunt habentes tamen aliqua purgabilia, eò quòd non plenè ſatisfecerint pro peccatis confeſsis: propter quod ad locum purgatorij deſcenderunt, vbi exiſtentes, ſuffragio indigent Eccleſiæ militantis.

x Gotfridus Viterb. in 1. parte Chron. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. omnia ſimul, & ſemel fecit. Diſtinxit autem per partes in ſex diebus.

Otto Friſin. li. c. 8. Terribili ignis virtute cuncta cremabuntur. Quam ſæculi per ignem exterminationem non ſolùm Prophetæ, ſed & Plato, & quidam Poëtarum, & Sibilla prædixerunt. Vnde Petrus: Adueniet (inquit) dies Domini magnus, in quo cœli magno impetu tranſibunt, id eſt, (inquit Otto ibidem c. 9.) de hoc ſtatu ad alium pulchriorem transfigurabuntur.

y Concil. Lateran. ca. 1 *Non ſolùm virgines & continentes, verùm etiam coniugati, per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.*

z Concil. Lateranen. ſub Alexandro 3. parte 1. c. 25. *Cùm vſuræ vtriuſq; Teſtamenti pagina condemnentur, conſtituimus, vt manifeſti vſurarij nec ad communionē admittantur Altaris, nec ad Eccleſiaſticam (ſi in hoc peccato deceſſerint) ſepulturam.*

* Con-

Huic Lateranenſi Concilio interfuit optimus & doctiſsimus vir Gulielmus Tyrenſis Archiepiſcopus, vt ipſe teſtatur belli ſacri lib.20.c.26. *Romæ celebrata eſt Synodus in Baſilica Conſtãtiniana, quæ dicitur Lateranum, trecentorum Epiſcoporum* anno Pontificatus D. Alexandri 20. *Cuius ſi quis ſtatuto, & Epiſcoporum nomina, numerum, & titulos ſcire deſiderat, relegat ſcriptum, quod nos ad preces Sanctorum Patrum, qui eidem Synodo interfuerunt, confecimus diligenter: quod in archiuio Tyrenſis Eccleſiæ iuſſimus collocari.*

In Concilio Lateranenſi primo ſub Alexandro tertio, parte 2.c.4. Alexander Papa reſcribit ad Vi-
894 gilenſem Epiſcopum in hanc formam: *Cùm Romana Eccleſia, cui licet immeriti præſidemus, ſit Mater Eccleſiarum omnium & Magiſtra: cogimur ex debito ſuſcepti honoris & regiminis, prout Dominus nobis de-*
895 *derit, reſpondere conſultationibus ſingularum, vt dubiæ quæſtiones Apoſtolicæ Sedis prouidentia enodentur.*

In Supplemento Sigiberti an. D.1182. *Ioannem Cardinalem Romanus Pontifex miſerat Conſtantinopo-*
896 *lim ad petitionem Manuel Imperatoris, qui erat vir religioſus, & volebat per prædicationem illius Cardinalis reuocare Eccleſiam Græcorum ad inſtituta & ſubiectionem Romanæ Eccleſiæ. Cùm ergo per tyrannidem & inuidiam Andronici (qui Alexium Cæſarem demerſerat in mare, & Latinorum hoſtis erat) Ioannes Cardinalis periculum imminere cerneret, ac propterea fugere moneretur: Abſit (inquit): Ego hîc ſto pro vnitate Eccleſiæ &*
897 *præcepto Papæ Alexandri Domini mei. Tunc irruentes in eum Græci perfidi, occiderunt eum. Ad cuius ſepulchrum crebrà fiebant miracula.*

Lucius Papa 3. extra de Hæreticis in cap. Ad abolendam. *Vniuerſos, qui de Sacramento Corporis & Sanguinis D. N. Ieſu Chriſti, vel de Baptiſmote, ſeu de peccatorum Confeſſione, Matrimonio, vel reliquis Eccle-*
898 *ſiaſticis Sacramentis aliter ſentire, aut docere non metuunt, quàm Sacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat, & generaliter quoſcunque eadem Romana Eccleſia, vel ſinguli Epiſcopi per Diœceſes ſuas cum conſilio Clericorum, vel Clerici ipſi, Sede vacante, cum conſilio, ſi oportuerit, vicinorum Epiſcoporum, hæreticos iudicauerint, vinculo perpetui Anathematis innodamus.*

Gottofridus Viterbienſis vniuerſalis hiſtoriæ ſuæ libros Vrbano tertio, ſub quo floruit, dedicat in
899 hæc verba. *Sũmo et vniuerſali Papæ Vrbano tertio, Domino & Patri ſuo reuerendiſſima Goſfridus Viterbienſis ſacerdos indignus. Dum Sacroſanctæ Matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ culmen inſpicio, & eius eminentiã*
900 *conſydero maieſtatem: illud ante omnia neceſſarium eſſe intueor, vt ſicut ipſa omnibus noſcitur præeſſe Principibus: ita omnes Reges, & Principes, & vniuerſa orbis Eccleſia, doctrina eius & regimine adornentur, & ab ea tanquàm à fonte iuſtitiæ, totius ſapientiæ regulis inſtruantur: quia nullum Scripturarum elogium noſcitur eſſe authenticum, niſi ab eius ſapientiæ fluminibus, ſitientibus propinetur.*

901 Clementis Papæ hortatu Chriſtiani Principes (vt Platina refert) in Saracenos ducunt: quorum de numero præcipui fuêre Fridericus Imperator, Philippus Franciæ, Richardus Angliæ Reges, & Ottho Burgundiæ Dux.

Gulielmus Nubrigenſis rerum Anglicarum lib. 4. c. 13. *Fridericus Imperator Teutonicus iter Ieroſolymitanum ingreſſus, cùm in gurgitem fluuij equo ſtimulato proſiliyſſet, in momẽto ſuffocatus interijt. O abyſſus multa iudiciorum Dei! Vir tantus, & qui diuino quodã feruore relictis delicijs opibuſq; Imperij, mille ſe expoſuerat propter Chriſtũ periculis, tã ſubito miſeroq; caſu abſumitur. Peccatũ tamen eius tãtum & tale elucet, quod fortè in Imperialibus non potuerit delicijs expiari, atq; ideo oportuerit, ne æternaliter plecteretur, pia diuinitatis pro-*
902 *uiſione in hac vita ſeuerius caſtigari. Siquidem nefarij ſchiſmatis ſub venerabili Papa Alexãdro principalis fautor extiterat, & pacis Eccleſiaſticæ per Imperialẽ potentiam, multo tempore perturbator. Tandem verò perſtĩcuè dans palmam veritati, minus tamen in delitijs Palatij piaculare malum defleuerat.* § Ac illud quidem ſæpiſſimè vſuuenit, vt Reges, qui ſe Romano Pontifici oppoſuerunt, aut in ſe, aut ſaltem in poſteris ſuis manifeſtam eius contumaciæ pœnam luere coacti ſint.

Cùm Richardus Angliæ Rex ab Hieroſolymitana expeditione rediens, primùm à Duce Auſtriæ, ac deinde à Frederico Imperatore in cuſtodia teneretur: Regis Angliæ mater *ad Cæleſtinum Pontificem* (Petro Bleſenſi Archidiacono Bathonienſis Eccleſiæ dictante eam epiſtolam, quæ eſt 144.) in hæc
903 verba ſcripſit: *Gentes diuulſæ, populi lacerati, Prouinciæ deſolatæ, & generaliter tota Occidentalis Eccleſia confecta lamentis, in ſpiritu contrito & humiliato ſupplicant vobis, quem conſtituit Deus ſuper Gentes & Regna in omni plenitudine poteſtatis.* Afflictorũ, quæſo, clamor introeat in aures veſtras: calamitates enim noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper numerum, nec iſta diſsimulare poteſtis citra criminis & infamiæ notam,
904 *cùm ſitis Vicarius Crucifixi, ſucceſſor Petri, ſacerdos Chriſti, Chriſtus Domini, Deus etiã Pharaonis.* (Et pòſt.) Vbi eſt zelus Heliæ in Achab, zelus Ioannis in Herodem, zelus Ambroſij in Valentem? *Zelus Alexãdri*

tertij,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici & Apoſtatæ, qui ſucceſſionem continuatam non habent.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Alexander 3.	
	Concilium Lateranenſe ex Epiſcopis 300. ſub Alexandro 3.	
1181	175. Lucius 3. Lucenſis an. 4. m. 2 d. 28.	Græ. Alexius 2. an. 3. & Andronicus an. 2. & Iſaacius & Angelus an. 16
1185	176. Vrbanus 3. Mediolanēſis an 1. m. 10 d. 25.	
1187	177. Gregorius 8. Beneuentanus m. 2. d. 27.	
1188	178. Clemens 3. Rom. an. 3. m. 2. d. 20.	
1191	179. Cœleſtinus 3. Rom. an. 6 d. 11.	Lat. Henricus 6. an. 10

Hæretici & Pſeudoprophetæ. rūt, & erroribꝰ, quos docuerūt, apparet, eos non propriā hæreſim cōdidiſſe, ſed Hēricianorū portionē fuiſſe, ac fortè eoſdem omnino cum Albigenſibus.

148. De Carreriorum, ſeu Caterellorum hæreſibus.

a Præter aliquot Petrobuſianorū errores, de quibus antè egimus, dicebant, B. Virginē fuiſſe angelum. Guido in Summa.

b Corpus Chriſti nō eſſe glorificatū in cœlo, ſed poſt diem etiam Iudicij putridum cadauer fore.

c Animas Sanctorum non eſſe in gloria ante diem Iudicij.

149. Errores hæreticorum de Barula.

d Dicunt, animas ante mundi conſtitutionē creatas, tunc etiā peccaſſe. Guid. in Sum. de hær.

e Chriſtū aſſumpſiſſe corpus cœleſte, nō carnē de Virgine.

150. De Waldenſibus.

a Quoniam Proteſtantes, & præſertim Caluiniſtæ, hos hæreticos pro Maioribus ſuis agnoſcunt, admonendum cenſui Lectorem, Caluiniſtas, qui vbicunq; iam regnant, Monachos aut occidunt, aut in exiliū mittunt, tamen colere & laudare Waldēſes, qui etiā genus quoddam Monaſticæ vitæ profeſſi ſunt. Hoc teſtatur Abbas Vrſpergenſis, Guido Carmelita, Trithemius & Paulus Aemilius, quorū verba ſigillatim proferemus, vt omnes intelligant, in quantas anguſtias noſtrorum temporum hæretici adducantur, qui quorum vitæ ſtatū condemnant, eorum ſectantur opiniones. De Waldenſibus maiorem in modū gloriantur. At Waldenſes quicquid erāt, monachi

errorem publicè manifeſtent, & ad ſuum conſenſum ſimplices attrahātes infirmos: eas, & defenſores earū, & receptores anathemati decernimus ſubiacēre.

a Gotfridus Viterb. in parte Chron. *14.* de B. Virgine agēs, ita canit: *Anna fuit mater, Ioachim narra genitorem. Tempore quo placuit Domino, parit Anna puellam:* id eſt, Mariam.

b Gotfridus ibidem ex Prophetis & Euangelijs probat, carnem Chriſti poſt Reſurrectionē aſcēdiſſe in cœlum, nec vnquā ſenſiſſe corruptionē.

c Alter Gotfridus Claræuallēſis de vita S. Bernardi lib. 5. c. 2. ait: *Verè beatus à corpore mortis in terrā viuentiū migrauit. Fœlix illi dies, qua plenus illi meridies Chriſtus illuxit. Fœlix tranſitus de fide ad notitiam, de peregrinatione ad patriam, de mundo ad Patrem.*

d Concil. Lateran. ſub Innocētio 3. c. 1. *Deus ſimul ab initio tēporis creaturā angelicā & mundanā condidit, ac deinde humanam ex corpore & ſpiritu conſtitutam.*

e Ibid. *Chriſtus ex Maria ſemper virgine cōceptus, ex anima rationali & humana carne compoſitus, viam vitæ manifeſtius demonſtrauit.*

Waldenſes genus quoddā monaſticæ vitæ profeſſos eſſe, & Sedem Apoſtolicam ab initio coluiſſe, donec hypocriſim ſuam ab ipſa nullo modo approbatū iri videret.

a Vrſpergenſ. Abbas, cùm viueret hoc ipſo tēpore, in Chron. anno Dom. 1212. *Exortæ ſunt duæ Religiones in Eccleſia, quæ etiam à Sede Apoſtolica ſunt confirmatæ, videlicet minorum Fratrū, & Prædicatorū. Quæ fortè hac occaſione ſunt approbatæ, quia olim duæ ſectæ in Italia exortæ, adhuc perdurāt, quorū alij Humiliatos, alij Pauperes de Lugduno ſe nominabant. Quos Lucius Papa quondam inter Hæreticos ſcribebat, eò quòd ſuperſtitioſa dogmata & obſeruationes in eis reperirentur. In occultis quoq; prædicationibus, quas faciebāt plerunq; in latibulis, Eccleſia Dei, & Sacerdotio derogabatur. Vidimus tunc tēporis aliquos de numero eorū, qui dicebantur Pauperes de Lugduno, apud Sedem Apoſtolicā cū magiſtro ſuo quodā, vt puta Bernardo, & hi petebant, ſectam ſuā à Sede Apoſtolica confirmari, & priuilegiari. Sanè ipſi dicentes, ſe gerere vitā Apoſtolorū, nihil volētes poſſidere, aut certū locū habere, circuibant per vicos & caſtella. Ait Dominus Papa quādā ſuperſtitioſa in conuerſatione ipſorū eis ſuē obiecit, videlicet quòd calceos deſuper pedem præcidebant, & quaſi nudis pedibus* (id eſt, non verè nudis, ſed ſi-

tertij, qui ſicut audiuimus & vidimus, patrem iſtius Principis Fredericum, plena auctoritate Apoſtolicæ Sedis ſolenniter & terribiliter à fidelium communione præcidit? Porrò tyrannus Apoſtolicas Claues habet ludibrio, nec niſi verba reputat Legem Dei: ſed tantò conſtantius deberetis arripere gladium Spiritus, quod eſt Verbum Dei. Scriptum eſt enim: Qui vos ſpernit, me ſpernit. Idea ſi veſtram non vultis, aut Eccleſiæ Romanæ iniuriam perſequi, vobis tamen diſsimulare non licet Petri opprobrium & iniuriam Chriſti.

905 Eraſmus Stella in lib. 2. de Boruſsiæ antiquitatibus. *Cæleſtinus Pontifex Romanus Chriſtianum Ordinis Ciſterciensis Monachum in Epiſcopum Boruſsiæ deſignat.*

906 Cœleſtinus 3. (teſte Gulielmo de Nangiaco) *toti Franciæ Sacra interdixit, ob Gelbergem vxorem à Rege Philippo repudiatam.*

De Conſtantinopoli à Latinis expugnata, & Latinis Epiſcopis in Sedibus tam Conſtantinopolitana, quàm Hieroſolymitana & Antiochena collocatis. Vnde factum eſt, vt hæ omnes Eccleſiæ Romani Epiſcopi communionem, ſicut olim fiebat, amplecterentur.

Magna planè & admirabilis eſt Diuinæ prouidentiæ ratio in totius Eccleſiæ ſuæ ſtatu regendo atque adminiſtrando. Sed quemadmodum capitis, quàm reliqui corporis, maior ſolet eſſe auguſtiorque ſpecies, & pulchritudo: ſic Dei prouidentia erga Eccleſiam ſuam cernitur potiſsimùm, maximeq; elucet in Eccleſia Romana, quæ myſtici corporis Chriſti velut viſibile caput ac principium exiſtit. Huic Romanæ Eccleſiæ cùm cæteri hæretici omni memoria reſtiterunt, tùm nuper Græci penè omnes, auctore Conſtantinopolitano Patriarcha, vehementiſsimè aduerſari cœperunt. Cùm igitur Græci recentiores ſpōte ſua nollent Petri Cathedræ, quam ipſorum Maiores ſemper ſumma obſeruātia coluerant, debitum honorem deferre: factum eſt diuinitus, vt ipſi ex ſuis Sedibus eiecti, viderent non modò eos Epiſcopos in ipſorum Eccleſijs conſtitutos, qui communicarent cū Eccleſia Romana, ſed etiam viderent ipſos Latinos, quorum nomina ferre non poterant, non minus Regia, quàm Epiſcopali dignitate per vniuerſum penè Orientem reliquamq; Græciam præfulgere. Ita placuit Patri miſericordiarum, perfidam ac rebellem Conſtantinopolim leniter primùm corripere atque admonere, ſi fortè hac ratione ad officiū, hoc eſt, ad Eccleſiæ Romanæ cōmunionem reuocari poſſent. Qua paterna caſtigatione cùm nihil redderentur meliores, Deus ſeuerius in eos animaduerſurus, pro Latinis Epiſcopis & Regibus dedit illis magiſtros duriores, nimirum Saracenos & Turcos. Ac de illis quidem poſteà. Nunc illud quod inſtitui, perſequar.

Cùm

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1191	Idem Cœleſtin.3.	
		Lat. Idem Hēricus 6.
1198	180. Innocent.3.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

nachi erant, fraterculi erant, pauperes ex voto & profeſsione erant. nec ita erant Monachi, vt quondam Lutherus, qui ex Monacho factus eſt apoſtata, & ita cùm hæreſim ſuã profiteretur, pro nõ Monacho haberi voluit: ſed Waldenſes habuerunt Monachiſmum pro doctrinæ ſuæ fundamento.

De Valdenſium hæreſibus.

Primùm non puto, AEneã Syluium in c.35. de origine Bohemorũ, tam Valdēſium, quàm Huſsitarum hæreſes recenſere, licet magna ex parte idem ambo docuerint. Valdēſium ergo hæreſes ex Guidone ſumemus, & ex Antonino in 4. parte Summæ, tit.11.c.7.§.2.

b Dicunt, quòd Romano Põtifici obedire non tenētur, imò totum Eccleſiæ Romanæ ſtatũ in capite ac membris damnāt. Guido in errore Valdenſium 1.& 11.§. Sed hoc prius non dixerunt, quàm viderent, ſuã profeſsionem à Pontifice Romano reie-

Doctores Catholici.

mulatione quadã) *ambulabãt. Præterea cùm portarēt quaſdã cappas quaſi Religionis, capillos capitis nõ attondebant, niſi quaſi Laici. Hoc quoq; probroſum in eis videbatur, quòd viri & mulieres ſimul ambulabãt in via, & plerunq; ſimul manebãt in vna domo, vt de eis diceretur, quòd quãdoq; ſimul in lectulis accubabãt. Quæ tamē oĩa ipſi aſſerebãt ab Apoſtolis deſcēdiſſe. Cæterũ Dominus Papa in loco illorũ exurgētes quoſdã alios, qui ſe appellabant pauperes minores, confirmauit: qui prædicta ſuperſtitioſa & probroſa reſpuebant, ac præciſe nudis pedibus tam æſtate, quàm hyeme ambulabant, & neq; pecuniã, nec quicquam aliud præter victũ accipiebant, & ſi aliquando veſtē neceſſariã quiſquã ipſis ſpontè conferebat.* §. Iſte Vrſpergenſis, qui de ſuo viſu teſtimoniũ dicit, quiq; Romæ fuit, cùm iſta profeſsio & petebat ſe approbari, & iuſtiſsimè repudiata fuit: nec rē ignorare potuit, nec erat cur falſum narraret. Hinc efficitur, vt cùm hypocritæ iſti viderēt ſe nõ poſſe Romanã Eccleſiã fallere, omnino illam oppugnârint: ne ſi ab incœpto deſiſterent, victi eſſe viderentur. Nec ſolus Vrſpergēſis tradit, iſtos Monachatũ profeſſos eſſe. Guido etiã Carmelita, qui vixit ante annos ducentos, in Summa de hæreſ. *Secta* (inquit) *Valdenſium incepit circa annũ Dom. 1170. Fuit Valdeſius ciuis Lugdunenſis, qui diuitias reliquit, vt pauper fieret, et Chriſtũ ſequeretur, & Euangelicã perfectionē ſeruaret. Sed errore praua intelligentia ſcripturarũ, ipſe & eius ſequaces ab vnitate & obedientia Eccleſiæ alienati, per ſchiſma in hæreſim ſunt prolapſi.*

Trithem. in Chron. an. D. 1160. *His temporibus pernicioſa hæreſis Valdenſium cœpit per quendam ciuem Lugdunenſem diuitem, qui relictis omnibus paupertatem euangelicam profitebatur.*

AEmilius de geſtis Francorum lib. 6. *Per idē tempus ordines duo abrogati: Humiliũ (ita ſe vocitabant) & pauperũ à Lugduno, qui neq; fundos ſui iuris, neq; certas ſedes habere volebant: errabãt, mulieres iaē profeſſas ſecũ circũducebant, nec ſecubare dicebantur. Prædicatorũ, Minorumq; ordines (conditoribus Dominico, & Franciſco) ſaniores viſi: hoc remedio illi priores ſublati.* § Vt igitur nunc Franciſcanorum, ſic olim Valdenſium ſeu Pauperum de Lugduno erat quidã ordo & profeſsio. Denique Pantaleon in hæretica Chronologia ſua, an. D. 1160. *Ordo* (inquit) *Pauperũ de Lugduno incipit.*

b Gratianus in principio Diſt. 93. *Summo Pontifici eo debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus ſuis inimicus ipſe*

QQQ ij exti-

Cùm igitur ad Pontificis Vrbani ſanctam exhortationem in Synodo apud Clarum montem habitam, Chriſtiani pro terræ Sanctæ liberatione arma & Crucis inſigne ſumpſiſſent, cùm Antiochiam, Cæſaream, Tripolim, Tyrum, ipſamq; vrbem Hieroſolymitanã in poteſtatem redegiſſent, ac in præcipuis quibuſque ciuitatibus Patriarchas, Primates Epiſcopos, ſecundùm Pontificis Romani mandatum & confirmationem præfeciſſent, & alibi quidem Præſides, Hieroſolymis autem Regem collocaſſent: iam certum erat, duas ex primis Sedibus Romani Pontificis communioni redditas eſſe, Antiochenam & Hieroſolymitanam. Porrò cùm ad annos octuaginta aut amplius Syria Latinis paruiſſet, quod tẽporis ſpatium ſatis amplum eſſe videbatur ad voluntatem Dei circa Primatum Eccleſiæ aperiendam: de Syria quidem aliquandiu variè dimicatum eſt, donec in poteſtatem infidelium tota demum reuerſa eſſet. Cæterùm quia ne ſic quidem euigilarunt Conſtantinopolitani Patriarchæ, & reliqui Græci, paulò propius attingi eos oportuit.

Anno igitur Domini milleſimo, ducẽteſimo & ferè ſeptimo, cùm Alexius Imperatoris Conſtantinopolitani filius ad vrbem veniſſet, ac primùm Pontifici, deinde Imperatori Occidentis expoſuiſſet, quantæ iniuriæ tùm ipſi, tùm patri ipſius in vincula iniquiſsimè cõiecto, à patruo ſuo illatæ fuiſſent, ac iuratus promiſiſſet, ſe curaturum, vt Eccleſia Græcorum Romanæ vniretur: data eſt opera, vt copiæ Latinorum (quæ Venetijs eo tempore conuenerant, in terram Sanctam traiecturæ) Conſtantinopolim ducerentur. Qua vrbe fœliciter expugnata, Balduinus Frandriæ Comes, Orientis Imperator, ac Thomas Maurocenus Venetus eiuſdẽ vrbis Patriarcha eſt creatus. Et ita (vt Blondus Decad. 2. lib. 6. annotauit) *Eccleſia Græca Romanæ iterum pleniſsimè ſubiecta eſt*. Iam verò hanc rem totam
907 ad procurandam vnionem Græcorum & Latinorum fuiſſe ab initio deſtinatam, non modò paſsim Hiſtorici Latini, ſed etiam Græci, vellent nollent, memoriæ prodiderunt. Ait enim Laonicus Chalcondylas rerum Turcicarum lib. 1. *Ob cauſam diſsidij, quod propter Reli-*
908 *gionem inter Græcos & Romanos erat, Occidentalium plurimi, adiunctis etiam Venetis, Pontifice Maximo ſic inſtigante, decreuerunt, claſſe maximè magna proficiſci aduerſus Græcos. Appellentes igitur Byzantium, vrbem eam vi ceperunt.* Quòd autem vnio Græcorum ex ea re conſecuta fuerit, Concilium Lateranenſe (quod frequentiſsimum ſub Innocentio 3. cõuenit) atteſtatur, c. 4. *Græcos* (inquit) *in diebus noſtris ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ reuertentes,*
909 *fouere & honorare volumus, mores ac ritus eorum, in quantum cum Domino poſſumus, ſuſtinendo.*

Hoc ergo à Domino mirabili benignitate factum eſſe contendimus, vt quoniam Græci nolebant Romanam Eccleſiam velut Matrem ſuam honore & charitate debita proſequi, ſaltem Dei voluntatem eam eſſe cognoſcerent, vi ac armis ad officium coacti. *Latini autem præfuerunt in vrbe Conſtantinopolitana, ad annos ferè ſexaginta.* Et quoniam Græci ne-
910 que ſic quidem Diuinæ voluntati ceſſerunt, iam demùm in manus Turcorum venerunt, id quod neminem latêre poteſt.

Ottonem

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1198	Idem Innocentius 3.	
		Lat. Idem Hērl cus 6.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

reiectam fuiſſe, vt ex Vrſpergenſis relatione conſtat.

De Pontificum Decretis.

e Summorum Pontificũ Canones & Decreta nullius momenti eſſe.

De poteſtate iudicandi.

d Nullum omnino iudicium ſanguinis, aut cuiuſcunque corporalis ſupplicij ferũt, quia ſcriptum ſit: Nolite iudicare. § In hac etiam à Proteſtantibus diſſentiunt Valdenſes, nec ad eandem Eccleſiam vtrique pertinent.

De conſecratione Euchariſtiæ.

e Auctoritatem conficiendi corpus Chriſti dicunt datã eſſe etiam Laicis, modò iuſti ſint. Presbyteros autem, qui grauiter peccant, nec Euchariſtiam conficere, nec alios à peccatis abſoluere.

De confeſsione peccatorum hominis facta.

f Poteſtatem confeſsiones audiendi & abſoluendi etiã Laicis à ſolo Deo datam eſſe. § In hoc autem ab Huſsitis & noſtrorũ temporum hæreticis differunt, quòd crimina putabant confitenda. quod hodie à Caluiniſtis non obſeruatur.

De Sacrificio Miſſæ.

g Semel tãtùm in anno, id eſt, in cœna Domini Miſſam celebrant, & illam abſq; forma verborum Chriſti (hoc eſt corpus meum) dicendo ſepties Pater noſter, & benedicendo panem & vinum.

De Indulgentiis.

h Irridet indulgẽtias per Prælatos Eccleſiæ datas. § At illas contritis & cõfeſsis virtute clauium Chriſti rectè dari, Concilium Generale ſub Innocentio 3. docuit.

De

Doctores Catholici.

exſiterit, nec in Eccleſia eſſe poterit, qui eius Cathedram deſerit.

Gregorius 9. Extrà de hæreticis. *Excommunicamus & anathematizamus vniuerſos hæreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Toſſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas*, & quæ ſequuntur.

c Gratianus Diſtin. 20. in principio. *In negotiis definiendis non ſolùm neceſſaria eſt ſcientia, ſed etiã poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus Petro, quodcũq; ligaueris, prius ei dedit Claues regni cœlorũ.* Et Diſt. 21. *Decretis ergo Romanorũ Pontificum, & ſacris Canonibus Conciliorũ Eccleſiaſtica negotia terminantur.*

d Ioannes Sariſberienſis in Policratico lib. 4. c. 2. *Princeps publicæ vtilitatis miniſter omniũ iniurias, damna & crimina æquitate media punit. Nõ enim ſine cauſa gladium portat, quo innocenter ſanguinem fundit.*

e Concil. Lateran. ſub Innocentio 3. c. 1. *Sacramentum Euchariſtiæ nemo poteſt conficere, niſi Sacerdos, qui fuerit ritè ordinatus ſecũdum Claues Eccleſiæ, quas Chriſtus conceſsit Apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus.* § Gratianus autẽ in cauſa 1. q. 1. c. Multi ſecularium, & deinceps, doctiſsimè probat, Sacerdotum immunditiam Sacramenta Chriſti non polluere.

f *In ordinatione ſacerdotum hoc obſeruat Eccleſia Catholica, vt poſt datam poteſtatem conficiendi corpus Domini & ſanguinem, per Epiſcopum detur eis poteſtatas remittendi peccata.* Notauit id Guido in quinto Valdenſium errore. Vniuerſalis igitur Eccleſiæ conſuetudo probè confutat hunc errorem.

g Gotfridus Clareuallenſis de vita S. Bernardi lib. 5. c. 1. *S. Bernardus oblationẽ hoſtiæ ſalutaris vſq; ad defectum vltimum vix aliquando intermiſit.*

Innocentius 3 de ſacro Altaris myſterio lib. 4. c. 17. *Ad prolationem verborum iſtorum (hoc eſt corpus meum) panis mutatur in corpus: & ad prolationẽ iſtorum verborum (hic eſt ſanguis meus) vinum mutatur in ſanguinem.*

h Innocentius 3. ad finem ipſum Concilij Lateran. *Nos omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorũ Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, ex illa, quam nobis* (licet indignè) *Deus ligandi, atque ſoluendi contulit poteſtatem, omnibus, qui laborem propriis perſonis ſubierint atq; expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confeſſi, veniam indulgemus.*

i Otto

Ottonem quintum ab Innocentio Papa 3. iuſtè excommunicatum, & Imperio priuatum fuiſſe.

Poſt mortem Imperatoris Henrici 6. cùm Philippus Henrici frater, & Otto, per con-
911 tentionem Reges Romanorũ ab alijs atq; alijs eligerentur: *Innocentius Papa Ottoni magis*
ſtudẽs, eum in Imperatorẽ inunxit. Philippus autẽ contra Ottonẽ mouens, breui extinctus
eſt. Mathildis verò filia Rogerij Principis Siciliæ donauerat Eccleſiæ Romanæ Marchiã
Apuliæ. Hanc donationem Otto ſine Principum Imperij conſenſu inualidam fuiſſe ca-
lumniatus, cùm nullo modo ipſam Marchiam Eccleſiæ concederet, quinimò contra iuſ-
iurãdum, quod paulò antè ſuſceperat (vt B. Antoninus in 3. parte Chronicorum tit. 19. an-
notauit) Apuliam & Calabriam vi & armis ſibi ſubijciens, obedire mandatis Apoſtolicis
contemneret: Papa ſententiam excõmunicationis primùm, ac poſtea depriuationis in eũ
ferens, Siphrido Archiepiſcopo Moguntino (vt eſt apud Trithemium in Chron.) *præcepit,*
912 *vt per totam Alemaniam Imperatorem excommunicatum, & ab Imperio depoſitum denuncia-*
ret. quod & fecit. Interea cùm Otto Archiepiſcopum perſequens neque de abſolutione
petenda, neque de tranſactione ineunda quicquam curaret: Papa Fridericum Imperato-
ris Henrici ſexti filium de conſilio Regis Franciæ, ex voluntate etiam certorum Princi-
pum Germaniæ, è Sicilia euocatum in Alemaniam miſit, *mandans Principibus Imperij, vt*
913 *ipſum in Imperatorem ſuſciperent.* Dum autem Otto cum exercitu occurrit Friderico, à
ſuis derelictus, loco cedere, & in Saxoniam ſecedere compulſus eſt. *Fridericus verò ab o-*
914 *mnibus, tanquam Rex, in conuentu Principum Aquiſgrani habito, ſuſcipitur.* Poſtea Otto
contra Philippum Regem Francorum (qui Friderico ſtudebat) in bellum vnà cum Rege
Angliæ auunculo ſuo, cumq; Brabantiæ Duce, & Comite Flandriæ profectus, *apud Torna-*
915 *cum ſuperatur,* ac demum anno Domini 1216. ab omnibus derelictus, & præ mentis dolore
infirmatus, poſt multas anguſtias moritur. Talis ferè illorum exitus eſt, qui ſe Romanæ
Eccleſiæ opponunt.

Blondus etiam cùm Trithemio conſentiens, in Decad. 2. lib. 6. ait: *Otto cùm ab Innocen-*
tio coronam Imperij ſuſcepiſſet, poſteà eò quòd contra iuriſiurandi religionem multa oppida Ro-
manæ Eccleſiæ occuparet, Regnumq; Neapolitanum legitimo hæredi auferre cuperet, à Pontifice
916 *poſt multas admonitiones excommunicatus, Imperij etiam titulo priuatur. Vnde Rex Bohemiæ,*
Lantgrauius Toringiæ, Dux Auſtriæ, Archiepiſcopi Moguntinus, & Treuerenſis, & ex mili-
tibus præſtantiores quiq; Otthonem deſeruerunt. § Quòd ſi manus Dei ſententiam Pontificis
Romani & in euehendo & in deturbando eodem Otthone apertè confirmauit: quis eſt
qui neget, Eccleſiæ Romanæ Primatum non modò Euangeliorum authoritate, & Patrũ
aſſenſione, verùm etiam rerum ipſarum & factorum euentu pulchrè ſtabilitum & conte-
ſtatum eſſe? Quodque nominatim de Otthone dixi, hoc idem de multis alijs Imperatori-
bus & Regibus intelligi debet, quos à Vicario ſuo vel erectos, vel deiectos ipſe Deus aut
in regno tueri, aut abijcere dignatus eſt: durum vt ſit Proteſtantibus, contra ſtimulum
calcitrare.

Vincen-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Lat. Otto perſecutor Papæ an. 3.
1198	180. Innocent. 3. Romanus, ſedit an. 18. m. 6. d. 9.	
		Gr. Alexius Comnenus: Alex. Angelus: Alexius Ducas: Balduinus & Henricus an. 12

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Purgatorio.

i Negant poſt hanc vitã eſſe Purgatorium.

De ordinibus Eccleſiaſticis.

k Dicunt, tãtùm tres Ordines in Eccleſia eſſe: Diaconatũ, Presbyteratum, & Epiſcopatum.

De miraculis.

l Vera miracula in Eccleſia non fieri.

De inuocatione Sanctorum.

m Sãctos in cœlo nec audire, nec attendere preces noſtras.

o Dies feſtos contemnũt, & in illis manibus operantur.

o Ieiunia Eccleſiæ contemnunt, & in illis carnes comedunt.

De illicitis commixtionibus.

p Vrente carnis libidine, dicunt omnem carnalem commixtionem eſſe licitam.

De labore manuum.

q Dicunt, quòd perfecti non debeant manibus laborare.

De

Doctores Catholici.

i Otto Friſingenſis Chron. lib. 8. c. 26. *Eſſe apud inferos locum purgatorium, in quo ſaluandi, vel tenebris tantùm afficiantur, vel expiationis igne decoquantur, quidã aſſerunt, iuxta illud Patriarchæ: Lugens deſcendam ad inferos. Et illud Apoſtoli: Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignem.*

k Gulielmus Durand. de Diuin. Offic. lib. 2. c. 1. *Sacroſancta Mater Eccleſia gradus & Ordines habet diſtinctos.* (Et pòſt.) *Communiter aſſeritur, ſeptem Ordines fore, quorum Oſtiarius eſt primus, & Sacerdos vltimus.*

l Gotfrid. Clareuallenſ. de vita S. Bernard. li. 4. c. 4. *Teſtati ſunt, qui affuère in territorio Conſtantienſi circa vicũ Daniguẽt. Vna die ad impoſitionẽ manus S. Bernardi illuminatos cæcos vndecim, ſanatos etiã mancos decem, & claudos erectos decem & octo.* (Et pòſt) *In pago Senonico inter Miſſarum ſacraſa[c]ennia, fœmina, cuius ibidem cæcitas per annos decem omnibus innotuerat, ſub manu viri Dei, omnibus admirantibus viſum recepit.*

m Gotfridus ibidem in Prologo lib. 3. *S. Bernardum alloquens: Durè* (inquit) *momordit mors improba, ſed nõ totum pariter deglutiuit: tulit aſpectum, ſed non rapuit fidem præſentis etiam nunc opitulationis.* Et lib. 5. c. 3. *Euge, Pater ſancte, iã ad theſauros ſapientiæ & ſcientiæ perueniſti, vbi oẽs iã docibiles Dei: adeſto laborãtib⁹, ſubueni periclitantibus. Dat fiduciã tua nobis ab olĩ experta, nec exinanita modò, ſed amplius cumulata benignitas.*

n Alexander 3. extrà de Ferijs in c. licet. *Tam veteris, quàm noui Teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputauit. Et tam eum, quàm alios dies Maieſtati altiſſimæ deputatos, nec non natalitia Sanctorum Martyrum Eccleſia decreuit obſeruandos, & in his ab omni opere ſeruili ceſſandum.*

o Innocentius 3. extrà de obſeruatione ieiuniorum c. Conſilium. *Omnium Apoſtolorum Vigiliæ (præterquã Philippi, & Iacobi, & B. Ioannis Euangeliſtæ) ſunt in obſeruatione ieiunij celebrandæ.* Illos tamen, qui neceſsitate coacti carnes in Quadrageſima comedunt, non credit puniendos, nec vult, vt infirmis & debilibus propter abſtinentiam à carnibus periculũ emergat.

p Gratianus Cauſa. 32. q. 4. parte 2. *Præter coniugale debitum, nec fœcunditatem in aliqua licet alicui quærere.* Quod ipſum multis authoritatibus Sanctorũ Patrum probat, ac nominatim Ambroſij dicẽtis in li. 1. de Abraham c. 4. *Nulli ſcire licet mulierẽ, præter vxorem.* Et quæ ſequuntur.

q Idem Gratianus Diſt. 91. in principio. *Si Eccleſia Eccleſiaſtico ſufficere non potuerit, proprio artificio vel agricultura (exemplo Apoſtoli, qui de labore manuum viuebat) ſibi neceſſaria inueniat, ita tamen vt occaſione ſui operis Eccleſiæ vigilijs non deſit.*

q Guliel-

917 Vincentius in hiſtoriali Speculo lib.29.ca.93. *Miſsi ſunt ab Innocentio Papa, 12. Abbates Ciſtercienſis Ordinis cum vno Sedis Apoſtolicæ Legato, in terram Albigenſium, vt fidem Catholicam prædicantes, hæretica venena pro viribus expulſarent. id quod pŏpa omni abiecta in ſumma humilitate fecerunt. Petrus igitur de Caſtra nauo D. Papæ Legatus à Comite Toloſano (quĕ
918 propter hæreticorum defenſionem excommunicauerat) occiditur. Ideoq́; terra eius Comitis expugnanda Regi Francorum à Papa exponitur. Sed poſtea per Legatum Papæ idem Comes abſolutus eſt.*

Vir nobilis erat de monte Peſſulano, qui, legitima vxore excluſa, filios adulterinos ex
919 alia ſuſceptos *ab Apoſtolica Sede legitimationis titulo decorari petierat*. Ad eamq́ue rem facilius perſuadendam, Regis Francorum exemplo abuſus fuerat, cũ cuius filijs in ſimili cauſa diſpenſatum eſſe affirmabat. Huius petitionem cùm Papa Innocentius 3. cŏcedendam non eſſe perſpiceret, tùm de exempli diſsimilitudine, tùm de Romani Pontificis authoritate ita planè diſſeruit in lib. Decretalium. 4. tit. 17. c. 13. *Cùm Rex ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcat, ſine iuris alterius læſione in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubijcere potuit, in quo videretur aliquibus, quòd per ſeipſum (nŏ tanquã pater cum filiis, ſed tanquã Princeps cum
920 ſubditis) potuit diſpenſare: tu autem alii naſceris ſubiacêre.* (Et infrà.) *Rationibus igitur his inducti, Regi gratiam fecimus requiſiti, cauſam tam ex veteri, quàm ex nouo Teſtamento trahentes, quòd non ſolùm in Eccleſiæ patrimonio (ſuper quo plenam in temporalibus gerimus poteſtatem)
921 verùm etiam in aliis Regionibus certis cauſis reſpectis temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus. Non quòd alieno iuri præiudicare velimus, ſed quia, ſicut in Deuteronomio continetur,* (Deut. 17.) *Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicium inter portas videris variari: venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & Iudicem, qui fuerit illo tempore: qui iudicabunt iudicij veritatem: & facies, quæcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus: ſequêrisq́; eorum ſententiam: qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, decreto iudicis morietur. Sanè cùm Deuteronomium Lex ſecunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo Teſtamento debeat obſeruari: locus enim,
922 quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur. Cùm enim Petrus vrbem fugiens exiuiſſet, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, Domine quò vadis? reſpondit: venio ad Romam iterum crucifigi. Quod intelligens pro ſe dictum, ad locum ipſum protinus eſt reuerſus. Sunt autĕ Sacerdotes Leuitici generis fratres noſtri, qui nobis iure Le-
923 uitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Is verò ſuper eos Sacerdos ſiue Iudex exiſtit, cui Dominus inquit in Petro: Quodcũque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cælis. Eius Vicarius, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech, conſtitutus à Deo, iudex viuorum & mortuorum. Tria quippe diſtinguit iudicia. Primum inter ſanguinem & ſanguinem, per quod criminale intelligitur & ciuile. Vltimum inter lepram & lepram, per quod Eccleſiaſticum & criminale notatur. Medium inter cauſam & cauſam, quod ad vtrumque refertur, tam Eccleſiaſticum, quàm ciuile. In quibus cùm aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium eſt Sedis Apoſtolicæ recurrendum. Cuius ſententiam qui ſuperbiens contempſerit ob-
924 ſeruare, mori præcipitur, id eſt, per excommunicationis ſententiam velut mortuus à communione fidelium ſeparari. Paulus etiam, vt plenitudinem poteſtatis exponeret, ad Corinthios ſcribens, ait:* (1. Cor. 6.) *Neſcitis, quoniam Angelos iudicabitis? quantò magis ſecularia?*

Concilij

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1198	Idem Innocẽtius 3.	Idem Otto.

☞ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

De Salutatione Angelica.

r Contemnũt ſalutationem Angelicam.

De Symbolo.

s Contemnunt Symbolum Apoſtolorũ. § In hoc quoque Proteſtantes ab illis diſſentiunt.

De iureiurando.

t Omne iuramentũ prorſus illicitum eſſe dicunt. Quæ hæreſis apud Bernardum Lutzemburgũ propriè attribuitur Inſabbatatis, ſiue illi omnino ijdẽ ſunt cum Waldẽſibus, ſeu pars & ſecta Waldenſium. § Verùm nec in iſta hæreſi Proteſtantes noſtrorum temporum cum Waldenſibus conſentiunt.

151. De Albigenſium hæreſibus.

a Ponebant duo principia, malũ, & bonum, id eſt, Deum, & Diabolũ, quem credebant creaſſe corpora omnia. Bernard. Lutzemb.

b Corporũ reſurrectionem negant.

c Quicquid beneficij mortuis à viuis impẽditur, irrident.

d Ire ad Eccleſias, vel in eis orare, nihil dicunt prodeſſe.

e Baptiſmum abijciunt.

f Sacramentum Corporis & Sãguinis Chriſti blaſphemant.

g Negant nouas animas à Deo infundi, ſed animarũ tranſmigrationẽm de corpore ad corpus, etiam animalium & ſerpentum, docent. Hactènus Lutzembergius. Verùm Antoninus plures etiam iſtorum erro-

Doctores Catholici.

r Gulielmus Durand. lib. 7. de offic. Diuin. c. 7. declarat, in Salutatione Angelica benedictiones quatuor contineri, quarum præcipua eſt illa, quæ pertinet ad annuntiationem Incarnationis Chriſti. § Quò minoris igitur hæretici faciunt hanc Salutationem, eò longius à fructu Incarnationis Chriſti abſunt.

s Idem lib. 4. c. 25. *Euangelio lecto, mox cantatur alta voce Symbolum, vt Eccleſia oſtendat, quòd Euãgelij verbum & prædicationem fide & corde recipit, & ore decantat. Omnis enim Chriſtianus tenetur, publicè fidem Catholicam confiteri.*

t Concilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. ſub fine Capitis tertij. *Si qui ex illis, qui de hæreſi accuſantur, iuramenti Religionem obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare fortè noluerint, ex hoc ipſo tanquam hæretici reputentur.*

a Concilium Lateran. ſub Innocentio 3. c. 1. *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt verus Deus, Pater, & Filius & Spiritus ſanctus: vnũ vniuerſorum principium, ſpiritualium & corporalium.*

b Concil. Lateran. ibidem. *Omnes cum ſuis proprijs corporibus reſurgent, quæ nunc geſtant, vt recipiant ſecũdùm merita ſua, ſiue bona ſiue mala.*

c Innocentius 3. de ſacro Altaris Myſterio li. 5. c. 5. *Orat pia mater Eccleſia pro defunctis, & eos ſacra oblationis interceſſione commendat, certiſſimè credens, quòd ſanguis effuſus in remiſſionem defunctorum, ad defunctorum etiam valeat abſolutionem.*

d Gulielmus Durand. in Rationali Diuin. offic. li. 5. c. 2. Num. 58. *Licet vbiq; ſit Deus adorandus, ſpecialiter tamen in Eccleſia.* Pſal. 5. *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.* Vnde Salomon orauit (3. Reg. 8.) *vt vir pro quacunq; tribulatione in templo Dei clamans exaudiretur.*

e Concil. Lateran. c. 1. *Sacramentum Baptiſmi ritè collatum, tam paruulis, quàm adultis proficit ad ſalutem.*

f Concil. Lateran. c. 1. *Corpus Chriſti & ſanguis in Sacramento Altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur, tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum Myſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro.*

g Gotfridus Viterb. 2. parte Chron. declarat, animã hominum in beſtijs nunquam reperiri. Alioqui nec irrationales forent: nunc autem nec conſilia, nec virtutes, nec aliud ad intellectum pertinens in ipſis eſt. Deinde vnumquodque animal ſecundùm ſuam ſpeciem ſimiliter eadem operatur. Omnis lepus ſimiliter timet, & omnis lupus ſimiliter inſidiatur. Sed mille ſunt ſemitæ actionum humanarũ, propter hu-

Concilij Lateranenſis, quod ſub Innocentio tertio celebratum eſt, de Primatu Romanæ Eccleſiæ ſententia.

In Baſilica Lateranẽſi (autore Martino Polono) celebratũ eſt Conciliũ Generale. Cui interſuêre (inquit Platina) Hieroſolymitanus & Conſtãtinopolitanus Patriarcha, Metropolitani 70. Epiſcopi 400. Abbates 12. Priores Conuentuũ 800. Græci & Romani Imperij Legati Regum Ieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ & Cypri Oratores. In hoc ergo tã celebri Concilio ſub Innocentio tertio c.5. de Primatu Eccleſiæ Romanæ, ac de aliarum Eccleſiarum prærogatiuis ſecundùm antiquos Canones ita decernitur.

Antiqua Patriarchalium Sedium priuilegia renouantes, ſacra vniuerſali Synodo approbãte,
925 *ſancimus, vt poſt Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ pote-*
ſtatis obtinet Principatum, vtpote Mater vniuerſorum Chriſti fidelium & Magiſtra: Conſtan-
tinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum
locum obtineant, ſeruata cuilibet propria dignitate, ita quod poſtquàm eorum Antiſtites à Roma-
no Pontifice receperint Pallium, quod eſt plenitudinis officij Pontificalis inſigne, præſtito ſibi fide-
926 *litatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipſi ſuis Suffraganeis Pallium largiantur, recipientes*
pro ſe profeſſionem Canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab iiſdem. § Iam
297 primùm Conſtantinopolitana Sedes Romanæ Eccleſiæ aſſenſum publicè obtinuit, vt poſt
Romanum Pontificem ſecundas obtineret. Nam Gulielmus Tyrenſis Archiepiſcopus,
qui non multò anteà Lateranenſi Concilio ſub Alexandro tertio interfuerat, belli ſacri
lib.4.c.9. dixit: *Antiochia tertium, vel potius ſecundum (nam de hoc maxima quæſtio eſt) poſt*
vrbem Romam dignitatis gradum ſortita eſt. Lis igitur hæc illo tempore non fuerat definita.

Concilij Lateranenſis c.2. *Abbas Ioachim ſcripta ſua Apoſtolicæ Sedis iudicio approban-*
928 *da, ſeu etiam corrigenda aſſignauit, dictans Epiſtolam, cui propria manu ſubſcripſit, in qua firmi-*
929 *ter confitetur, ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ cunctorum fidelium, diſ-*
ponente Domino, Mater eſt & magiſtra.

Eiuſdem Lateranenſis Concilij ca.3. *Si Dominus temporalis, monitus ab Eccleſia, terram*
ſuam ab hæretica fœditate purgare neglexerit, per Metropolitanum, & cæteros Comprouinciales
Epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere contempſerit infrà annum: ſi-
gnificetur hoc ſummo Pontifici, vt ex tunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, &
930 *terram exponat Catholicis occupandam.*

Frideri-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1215	180. Idem Innocent. 3.	
		Fridericus 2. & ipſe perſecutor Papæ regn. an. 33
	Lateranenſe Concilium.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

errores connumerat, niſi fortè (quod non puto) alij ſint Albigenſes, quàm Albanenſes.

h Dicunt, Chriſtum nec fuiſſe verũ Deũ, nec verũ hominem. Antoni. 4. parte Summæ. tit. 11. c. 7.

i Quòd ante aduentum Chriſti non fuerunt aliqui boni.

k Quòd malus homo nõ poteſt eſſe Epiſcopus, vtpote cuius vitia ſubditis obſint.

l Quòd Eccleſia non poteſt aliquid poſsidere, niſi in communi.

m Quòd Eccleſia nõ poteſt facere conſtitutiones.

n Quòd Eccleſia non poteſt excommunicare, nec malos perſequi.

o Quòd peccatum originale nihil eſt.

p Quòd

Doctores Catholici.

mani arbitrij libertatem. § Ex his efficitur, vt anima hominis in nullius animalis corpus aliquando tranſmigret. Ac neq; vnius hominis anima in alterius hominis corpus ingreditur ſecundùm fidem noſtrã, cũ vnaquæq; rationem redditura ſit de ijs, quæ in corpore ſuo geſsit, ac non de ijs, quæ in pluribus geſsit corporibus.

h Concil. Lateran. c. 1. *Vnigenitus Dei filius verus homo factus, in ligno Crucis paſſus & mortuus, deſcendit ad inferos in ãia, reſurrexit in carne, aſcẽdit pariter in vtroq;.*

i Conc. Lat. c. 1. *Sãncta Trinitas per Moſen & Prophetas, aliosq́; famulos ſuos iuxta ordinatiſsimam diſpoſitionẽ temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarem.*

k Ioannes Sarisberienſis in Policratico. lib. 8. cap. 19. *Caiphas licet ſacrilegus, & qui cum Iudæis conſpirauerat in necem Saluatoris, cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, vt conſtet, ipſum ab officio, prophetiæ gratiam quam demeruerat, accepiſſe.*

l Alexander 3. mandat, *vt ſi terræ, quæ arabiles ſunt, intra certam alicuius Eccleſiæ parœciam fuerint, earum decimæ aſsignentur eidem Eccleſiæ.* c. Quoniam à nobis, extrà de Decimis. § Vnuſquiſq; igitur Presbyter ſuæ parœciæ Decimas ſibi propriè, ac non alijs in communi poſsidet. Alioqui nec locare eas poſſet, quod tamen Innocentius 3. permiſit, in c. Veſtra nobis, extrà, *de locato & conducto*. Hinc etiam certæ diſtributiones & velut dimenſa ſingulis aſsignantur præbendarijs pro loci & dignitatis ratione, quam in Eccleſijs Cathedralibus obtinent. Extrà de Præbendis.

m Concil. Latera. 2. c. 6. *Sicut olim à S. Patribus noſcitur inſtitutũ, Metropolitani ſingulis annis cũ ſuis Suffraganeis Prouincialia Cõcilia celebrãtes, Canonicas regulas, & maximè quæ ſtatutæ ſunt in hoc generali Concilio, faciãt obſeruari, debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo.* Et in c. 50. declaratur, *ſtatuta Eccleſiaſtica propter neceſsitatem, aut vtilitatem laudabiliter mutari, quoniã ipſe Deus ex his, quæ in veteri Teſtamento ſtatuerat, quædam mutauit in nouo.*

n Innocent. 3. extrà de Sentent. excommunic. ca. A nobis. *Eccleſiæ legitur attributa poteſtas ligandi atq; ſoluẽdi homines ſuper terram.* Forma verò excommunicãdi, monitione præmiſſa, & præſentibus idoneis perſonis, & ob cauſam iuſtam præſcribitur in Concil. Lateran. 2. c. 47. & 49.

o Innocentius lib. 1. de contemptu mundi, c. 3. *Habet anima tres naturales potentias: rationalẽ, vt diſcernat inter bonũ & malũ: iraſcibilẽ, vt reſpuat malũ: cõcupiſcibilẽ, vt appetat bonũ. Iſtæ tres vires tribus oppoſitis vitiis originaliter corrumpuntur: Per hominem vnum peccatum in hunc mundum intrauit. Rom. 5.*

p Inno-

Fridericus Imperator, licet ægrè ferret, ſe ob crimen ſuũ à Pontifice Romano deponi,
atq; ideo negaret, eum poſſe id iure facere: tamen aliàs ipſa veritate victus, de poteſtate
931 *Romani Pontificis* ita ſcribit in Epiſt. 3. *Fatemur collatã in ſpiritualibus poteſtatem, vt quantũ-*
cunq; (quod abſit) ſit ille peccator, quod in terra ligauerit, ſit ligatũ in cœlis, & quod ſoluerit, ſit ſolutũ.

Innocen. 3. de ſacro Altaris Myſterio. lib. 1. c. 8. *Omnibus Apoſtolis Chriſtus vnũ præpoſuit,*
videlicet Petrũ: cui totius Eccleſiæ principatum commiſit, & ante Paſsionem. Math. 16. & circa
932 *Paſsionem. Luc. 22. & poſt Paſsionẽ. Ioan. 21. Fides enim Apoſtolicæ Sedis ſuper firmam petram*
ſtabili ſoliditate fundata, nullis vnquam errorum ſordibus potuit inquinari, ſed à cæteris maculas
deterſit errorum.

Vincentius lib. 29. cap. 97. 98. & 99. *Franciſcus Fratrum Minorum inſtitutor, in ciuitate*
Aſsiſia negotiator, & mundi vanitatibus indecenter vſq; ad annum ætatis ferè 25. nutritus, ſed
poſteà conuerſus ad Dominum, & iis quæ poſſederat in pauperes diſtributis, alios exemplo ſuo ad
pœnitentiam agendam commouit. Cernens igitur accreſcere numerum Fratrũ, breui ſermone re-
gulam conſcripſit, interpoſitis in ea verbis ſacri Euangelij, ad cuius perfectionem, quantum potuit,
933 *anhelauit. Deſiderans autem, quæ ſcripſerat, à ſumma Pontifice confirmari, cum vndecim Fratri-*
bus Romam perrexit. Quibus Papa Innocentius de regula confirmanda dans conſenſum, & de
pœnitentia prædicanda mandatum, cum gaudio illos dimiſit.

Rodericus rerum Hiſpan. lib. 7. c. 29. *Rex Alphonſus, & Regina Berengaria propter con-*
934 *ſanguinitatem ab Innocentio Papa tertio fuerunt ſeparati.*

Vincentius lib. 30. c. 65. *Cùm B. Dominicus Papam Innocentium ob ſui Ordinis confirmatio-*
nẽ adijſſet, Papa difficilem ſe non niſi nutu diuino exhibuit, vt nimirũ ex reuelatione diuina Vi-
935 *carius Ieſu Chriſti cognoſceret, quàm neceſſariũ eſſet vniuerſali Eccleſiæ, cui præſidebat, id quod*
vir Dei Dominicus petebat. Pontifex enim videns in ſomnis Lateranenſem Eccleſiã, quæ tam-
iam minabatur ruinam, B. Dominici humeris ſuſtentari, eiuſq; Ordinem Eccleſiæ profuturum: ex
936 *ea re intelligens, regulam quæ confirmaretur, ex fratrum B. Dominici conſenſu, deſcribi iubet. Ho-*
norius verò Pontifex confirmationem, quam Innocentius promiſerat, compleuit.

Hugo de S. Victore in lib. 1. eruditionis Theologicæ de Sacramentis Eccleſ. c. 43. *Papa*
dicitur, quia Pater Patrũ. Hic vniuerſalis dicitur, quia vniuerſæ præeſt Eccleſiæ. Hic quoq; Apo-
937 *ſtolicus vocatus, quia Principis Apoſtolorũ vice fungitur. Hic etiã ſummus Pontifex nuncupatur,*
quia Caput eſt omniũ Epiſcoporũ. Huius nomen in ordinatione mutatur, quia Petri nomẽ in præ-
latione Eccleſiæ à Chriſto mutatũ eſt. Huic etiam Claues traduntur, ſicut Petro à Domino Claues
938 *regni cœlorum tradita ſunt, vt ſe ianitorem regni cœlorum eſſe cognoſcat.* Idem parte 3. cap. 14.
Sedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur Eccleſiis.

Gulielmus Antiſiodorenſis in lib. 4. Summæ ſuæ in lib. 4. Sententiarum, titulo de Or-
939 dinis Sacramento. *Cùm Dominus Papa non habeat ſuperiorem vel parem, de neceſsitate inferior*
conſecrat eum.

Ioannes Angliæ Rex ob Sacerdotes ab Eccleſijs vi prohibitos aut expulſos, à Põtifice
940 Romano *excõmunicatus, nõ antè abſoluitur, quã diadema capiti ademptũ Pandulpho Sedis Apo-*
ſtolicæ Legato tradidiſſet, nunquã id aut hæredes, niſi à Pontifice Rom. accepturi. Polyd. lib. 15.

De Friderici ſecundi iuſta excommunicatione, & miſero exitu.

Cùm Eccleſia Romana Fridericum ſecundũ ab ineunte ætate ſub tutela ſua (teſte An-
tonino parte Chro. 3. tit. 19. c. 3.) in regno Apuliæ educaſſet, & Papa Honorius 3. an. Dom.
1220. in Imperatorem vnxiſſet: poſteà tamen, mortua matre Conſtantia, quæ ipſum (au-
ctore Platina) in officio continebat, immemor accepti beneficij, contra ius faſq; Pontificiã
941 ditionem vexabat. Ob quam cauſam *ab Honorio excommunicatus*, Ioannis Hieroſolymi-
tani Regis interceſsione, ea lege abſolutus, & Eccleſiæ reconciliatus eſt, vt tùm res abla-
tas reſtitueret, tùm ad recuperationem terræ Sanctæ cum exercitu ſe conferret. Quas
conditiones cùm non ſeruaret, ſed ægritudine ſimulata maximam Chriſtianorum mul-
titudinem Brundiſij expectantem, ipſumq; Regem Hieroſolymitanũ, atq; adeò Chri-
ſtianos in Aſia bellantes deciperet, eaq; fraus adeò apertè deprehenderetur, vt ad nunciũ
mortis Lantgrauij Haſsiæ ſtatim ad res eius diripiendas homo valetudinarius è Sicilia
942 Brunduſium adnauigaret: *Gregorius nonus Honorij ſententiam prius in Fridericum latam, de-*
nuò repetijt, & confirmauit.

Frideri-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	⚜ *Doctores Catholici.*
			p Quòd extremæ Vnctionis Sacramentum nihil eſt.	p Innocent.3.extrà de ſacra Vnctione. *Vnctio viſibilis (de qua Iacobi 5. Vngentes cum oleo in nomine Domini) ſignum eſt inuiſibilis Vnctionis, quæ docet nos de omnibus .*1.Ioan.2.§ Hinc & Sacramentum eſt.
1216	Idem Innocêtius 3.		q Quòd peccatum non eſt à libero arbitrio.	q Gotfridus Viterbienſis in 1.parte Chron. *Deus nõ creauit Angelos tales, quin peccare poſſent, vt aliquod meritum boni vel mali ex arbitrio eorum fieret, quod à Deo remunerari debuiſſet.* Et paulò antè: *Alij Angeli, qui erant cum Lucifero, in hoc præcipuè peccauerunt, quia ei conſenſerunt, placuitq́; illis extollentia ipſius.* Et iterum: *Quia ſponte ſua malum elegerunt, iuſtè ablata eſt eis voluntas bene volendi.* § Hinc apparet primam peccati cauſam à libero Angelorum arbitrio profluxiſſe.
		Græ. Petr⁹ Antiſiodorenſis an. 5. & Robert⁹ an.7. & Balduin⁹ an.11	r Quòd non poteſt quis pœnitere poſt peccatum.	r Concil.Lateran.c. 1. *Si poſt ſuſceptionem Baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari.*
			s Quòd non eſt confitẽdum.	s Ibidem c.21. *Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno proprio Sacerdoti.*
1217	182. Honorius 3. Rom. an. 10. m.8.		t Quòd infernus nihil eſt.	t Ibid. c. 1. *Reprobi cum Diabolo ſecundùm merita ſua mala, pœnam recipient perpetuam.*
			v Purgatorium nihil eſſe.	v Gulielmus Durand.lib.4.de offic. Diuin.cap.45. in Canone Miſſæ vocantur quieſcentes in Chriſto, qui in charitate mortui ſunt habentes tamen aliqua purgabilia, eò quòd non plenè ſatisfecerint pro peccatis confeſsis: propter quod ad locum purgatorij deſcenderunt, vbi exiſtentes, ſuffragio indigent Eccleſiæ militantis.
			x Quòd mundus ſemper fuit, & ſemper erit.	x Gotfridus Viterb.in 1.parte Chron. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. omnia ſimul, & ſemel fecit. Diſtinxit autem per partes in ſex diebus. Otto Friſin.li.8.c.8. Terribili ignis virtute cuncta cremabuntur. Quam ſæculi per ignem exterminationem non ſolùm Prophetæ, ſed & Plato, & quidam Poëtarum, & Sybilla prædixerunt. Vnde Petrus: Adueniet (inquit) dies Domini magnus, in quo cœli magno impetu tranſibunt, id eſt, (inquit Otto ibidem c.9.) de hoc ſtatu ad alium pulchriorem transfigurabuntur.
1222	183. Gregorius 9. Romanus an.14.m.5.			
			y Quòd matrimoniũ malum eſt.	y Concil.Lateran. ca.1 *Non ſolùm virgines & continentes, verùm etiam coniugati, per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.*
			z Quòd vſuræ non ſunt prohibitæ.	z Concil.Lateranen.ſub Alexandro 3. parte 1.c. 25. *Cùm vſuræ vtriuſq; Teſtamenti pagina condemnentur, conſtituimus, vt manifeſti vſurarij nec ad communionẽ admittantur Altaris, nec ad Eccleſiaſticam (ſi in hoc peccato deceſſerint) ſepulturam.*

Fridericus autem vncias auri centum & viginti millia Eccleſiæ Romanæ ob damna illata perſolués, pacẽ impetrat, ac pro Siciliæ regno verũ Eccleſiæ feudatariũ ſe cõfitetur. Sed cùm in Romanos Pontifici reſiſtentes moturum ſe pollicitus, adeò fidem non liberaret, vt in Germaniam abiens, voluerit milites ſuos in Italia relictos Romanis ciuibus in omni re obedire: nec ita multò pòſt io Italiam reuerſus tam ipſe, quàm eius nomine Ecelinus ſocias ciuitates oppugnaret, factionumq; teterrimarum, quæ iã tum Guelphi & Gibellini appellati ſunt, auctor eſſet, Saracenis & magiſtratus mandaret, & vrbem (quæ Nuceria Saracenorum dicta eſt) concederet, Eccleſias & monaſteria ſpoliaret, Siculos tyrãnide grauiſsimã opprimeret, fratrem Regis Tuniſij Baptiſmum Panormi petentem à tam ſancto propoſito verbis deterreret, vias præcluderet, ne Cõcilium, quod Gregorius Romæ indixerat, conuenire poſſet, Cardinales & alios Prælatos in vinculis teneret, Innocẽtio quarto poſt Gregorij & Cœleſtini mortem Pontifici creato inſidias strueret, eumq́ue in Franciam proficiſci cogeret, deniq; ad Concilium Lugduni congregatũ vocatus, venturum ſe promitteret, nec veniret: omnium conſenſu in eodem Lugdunenſi Concilio & Imperio, & Regnis priuatur. Vnde literis ad Principes Germaniæ ab Innocentio datis, Henricus eligitur Imperator, qui Conradum Friderici filiũ bello deuicit. Fridericus verò ipſe cùm Legatum Apoſtolicum biennio Parmæ obſediſſet, nouamq́; vrbem eò loci condere in animo haberet, cui Victoriæ nomẽ imponebatur: Legatus ſubitò erumpens, Fridericum fundit, & caſtris exuit. Sententiæ autem in Fridericum latæ forma & ratio in ſexto Decretalium libro extat ſub titulo de Sententia & re iudicata, ca. ad Apoſtolicæ: vbi poſtquàm permulta grauiſsima crimina quæ Fridericus commiſerat, cõmemorata eſſent: *No:* (inquit Innocentius Papa quartus) *ſuper præmiſsis, & quàm pluribus alijs eius nefandis*
exceſsibus, cum fratribus noſtris, & ſancto Concilio deliberatione præhabita diligenti (cùm Ieſu
943 *Chriſti vices, licet immeritò, teneamus in terris, nobisq́ in B. Petri perſona ſit dictum: Quodcunq́*
ligaueris ſuper terram, ligatum erit & in cœlis) memoratum Principem, qui ſe Imperio & regnis,
omniq́ honore & dignitate reddidit tam indignum, quiq́ propter ſuas iniquitates à Deo, ne regnet, vel imperet, eſt abiectus, ſuis ligatum peccatis, & abiectum, omniq́ honore ac dignitate priuatum à Domino oſtendimus, denunciamus, & nihilominus ſententiando priuamus, omnes qui
944 *ei iuramento fidelitatis tenentur adſtricti, à iuramento huiuſmodi perpetuò abſoluentes: authoritate Apoſtolica firmiter inhibendo, ne quiſquam de cætero ſibi, tanquàm Imperatori vel Regi, pareat & intendat. Decernendo quoſlibet, qui ei deinceps velut Imperatori vel Regi conſilium vel auxilium præſtiterint, ſeu fauorem, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacere. Illi autem, ad quos in eodem Imperio Imperatoris ſpectat electio, eligant liberè ſucceſſorem. De præfato Siciliæ Regno prouidere curabimus, cũ eorundem fratrũ noſtrorũ conſilio, ſicut viderimus expedire.*

Poſt tot ac tantas exagitationes, quibus tamen ad officium reuocari nunquam voluit, is demum Friderici exitus fuiſſe memoratur, vt ex graui morbo conualeſcens, *à Manfredo filio, quem ex nobili concubina ſuſceperat, compreſſo per vim ore ac ſpiritu, mori cogeretur.* Nec mirum eſt, ſi is, qui Eccleſiam Romanam Matrem ſuam tot modis, per tot annos, tam nefariè perſecutus eſt à filio demùm ſpurio interfectus, Diuinæ iuſtitiæ exemplum fieret, dũ talia patitur à carnali filio, qualia in patrem ſpiritualem machinatus erat. Hæc autem, quæ ſcripſimus, paſsim habentur apud Vincentium, Blondum, Antoninum, Platinam, Sabellicum, Nauclerum, Trithemium. qui omnes Friderici ſcelera non diſsimulant. Solus autem Vrſpergenſis Abbas in Friderici partes inclinat, de quo Paulus A Emilius (de geſtis Francorum. lib. 7.) tale iudicium fecit. *Abbas Vrſpergenſis* (inquit) *hiſtorias ſuas claudit laudibus Friderici, inſectationeq́ Pontificum. Fama frequentior, & ſenſus propè omnium conſpirans eum damnant. Satis conſtat (quod & Vrſpergenſis non diſsimulat) Auguſtum Frangipanes & alios Principes vrbis Romæ viros euocaſſe, & emptos ipſorum agros poſteà reddidiſſe, ſacramento fidelitatis ſeruandæ exacto, eorumq́ opera exactum vrbe Pontificem.* § Non ſolùm autem ex Hiſtoricorum iudicio, ſed præterea ex tot Pontificum Romanorum ordine ſuccedẽtium perpetuo conſenſu, ex Imperatoris Conſtantinopolitani, Regumq́; Angliæ, Franciæ, Daniæ, & Hieroſolymorum ſtudijs & ſententijs, quas pro Pontifice contra Fridericum non obſcurè præ ſe ferebant, ac deniq; ex grauiſsima Concilij Lugdunenſis auctoritate abundè conſtat, Vrſpergenſem à vero deflexiſſe, ac immeritò vel Fridericum laudaſſe, vel tot Pontifices Romanos inſectatum eſſe, quorum tamen authoritati nihil vſpiam detractum eſſe in tota Eccleſia gubernanda voluit.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1241	184. Cœleſtin. 4. Mediolanẽſis d.17.	
1243	185. Innocent. 4. Genuenſis an.11.m.5. d.14.	Conradus 4. an. 11.
	Generale Concilium Lugdunẽſe.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

* Quòd non tenetur quis reſtituere ablata.

‡. Bagnolenſes & Concordenſes Albigenſiũ portio fuerunt.

152. De errore Abbatis Ioachim.

a Ioachimus iſte, Petrum Lombardũ iniuſtè reprehendens dicebat, quòd Pater, et Filius, & Spiritus Sãctus, ſunt vna eſſentia: verùm vnitatẽ eiuſmodi non propriam & verã, ſed quaſi collectitiam, & quaſi ſimilitudinariã eſſe, vt multi fideles ſunt vna Eccleſia.

b Alios ſiue iſtius Abbatis (ſeu alterius, qui ſimiliter Ioachim dictus ſit) errores atque hæreſes Guido Carmelita commemorat, de triplici videlicet ſtatu mũdi, quorum primus, ſecundùm carnẽ ad Chriſtum vſq; durauerit: ſecũdus velut mixtus inter carnem & ſpiritum, à Chriſto vſque ad S. Benedictum: tertius ſecundùm ſpiritum tantùm, à S. Benedicto vſque ad finem mundi perſeueret.

153. De

Doctores Catholici.

* Concil. Lateran. parte 1. c.27. in fine iubet eũ, qui ob fraudem pro fide militanti factam excommunicatus eſt, non abſolui, *donec & ablata reddat, & pro illatis damnis congruè iterũ ſatisfaciat.* Deniq; in li 6 regula Iuris notiſsima eſt: *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

‡ Albigenſes, Bagnolenſes & Concordenſes in multis erroribus conueniebant, licet in paucis diſcordabant, inquit Antoninus in 4. part. Sũmæ ſuæ, tit.11. c.7.

Albigenſes verò cùm ad B. Dominici & duodecim Abbatum prædicationẽ (quos Papa Innocentius ad illos miſit) non reſipiſcerent: per Simonem Comitem à Monteforti bello eis indicto, circiter centũ millia eorum à vix decem millibus Catholicis contrita ſunt: cùm Catholici & Duces, & Milites tam cõfeſsione, quàm ſacra communione ſe prius muniuiſſent. Auctor eſt Aemilius lib hiſtor. Franc. 6.

a Concil. Lateran. ſub Innocentio 3. c.2. *Nos ſacro & vniuerſali Concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quòd vna quædam ſumma res eſt, incõprehenſibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres ſimul perſonæ, ac ſingulatim qualibet earundem. Et ideo in Deo Trinitas eſt ſolummodò, non quaternitas, quia qualibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia ſiue natura Diuina, quæ ſola eſt vniuerſorum principium, præter quod aliud inueniri non poteſt, & illa res non eſt generans, neq; genita, nec procedens, ſed eſt Pater, qui generat, Filius, qui gignitur, & Spiritus Sanctus, qui procedit, vt diſtinctiones ſint in perſonis, & vnitas in natura.*

b Bernardus in Sermone de Natiuitate Ioannis Baptiſtæ. *Ioannes tantò propinquior Deo, quantò vox verbo vicina, cui nulla voce alia media, quod foris ſonet oporteat indicari.* (Et pòſt:) *Victu & veſtitu contentum eſſe, Apoſtolica perfectio eſt: Sed Ioannes etiam hac contempſit. Venit Ioannes* (inquit Dominus) *non manducãs, nec bibens, planè nec veſtiẽs. Sicut enim locuſta non eſt cibus* (humanus) *ſic nec pilus Cameli humanum eſt indumentum. Hic ergo Ioannes, quo nullus maior in natis mulierum.* Luc.7. § Ex his videmus, non modò in eo erraſſe iſtum Ioachimum, quòd tẽpus illud ab aduẽtu Chriſti vſq; ad S. Benedictum (in quo Apoſtoli vixerunt) minus perfectum poſteriore Monachorum ſtatu putauerit: verùmetiam quòd mundi ſtatum ante Chriſtum (in quo præter cæteros Patriarchas & Prophetas Ioannes Baptiſta vixit) ſecundùm carnem fuiſſe dixerit. Ioachimi ergo partitio tota eſt friuola & carnalis, quæ nec S. Benedicto, nec vlli Sãcto Monacho vnquam probari poteſt.

a Petrus

Innocentius quartus antequàm adhuc Papa crearetur, in Epiſtolas Decretales Com-
945 mentaria ſcribens lib.3.tit.de voto,c.Quod ſuper: *De Chriſtianis* (inquit) *non eſt dubium,*
quòd eos iudicare poteſt Papa, ſi contra legem Euangelicam facerent: & quæ tùm præcedunt in
eandem ſententiam, tùm ſequuntur.

Vincentius in Speculo lib.31.c.2. *Innocentius Papa 4. fratrem Aſcelinum de Ordine Prædi-*
946 *catorum, & alios cum literis Apoſtolicis ad exercitum Tartarorum miſit, hortans eos, vt à cadi-*
bus abſtinentes, fidei veritatem reciperent.

Ibidem c.39. narratur, cum quanta gratulatione Papæ nuncij excepti ſint *apud Kiouien-*
ſes & totam Ruſciam, Poloniam & Boëmiam. Et tandem re cum Epiſcopis collata, reſponderūt
communiter, dicentes quòd Dominum Papam habere vellent in ſpecialem Dominum & in pa-
947 *trem, Sanctam quoque Romanam Eccleſiam in Dominam & Magiſtram. Super hoc etiam ad*
948 *Dominum Papam nuncios ſuos & literas tranſmiſerunt.*

Nicephorus Gregoras lib. 5. c.2. *Nicephorus Blemmydes Græcus multa è ſacra Scriptura*
teſtimonia, quæ dogma Latinorum confirmare viderentur, colligere ac conſcribere cœpit, clam il-
949 *le quidem infamiæ metu, ſed tamen ſcripſit quædam, quæ poſtea cum Beccus Carthophylax legiſſet,*
mutauit ſententiam, & in Latinorum partes iuit.

Hugo Cardinalis in Deuteronom. c.17. *Si difficile iudicium eſſe perſpexeris, aſcende ad*
950 *locum, quem elegerit Dominus. Ex hoc* (inquit) *loco inoleuit conſuetudo appellandi ad ſummum*
Pontificem.

Accurſius Gloſſator in Authentica, vt Eccleſia Rom. gaudeat 100. annorum præſcri-
951 ptione: *Vetus Roma habet primam Sedem Eccleſiarum, item originem Legum, item fontem*
Sacerdotij.

Henricus Cardinalis Oſtienſis in Summa, §. Vnde in fine Prœmij. *Sed nunquid Papa*
952 *eſt maior Imperatore? Quicquid autem dicatur, hæc veritas eſt, quòd diſtinctæ ſunt iuriſdictio-*
nes, quàmuis vna maior ſit reliqua: & quilibet ſecundùm legem ſuam iudicabit, ſed vtraque ta-
men Eccleſiaſticos Canones ſequi debet.

Idem in Summa de authoritate & vſu Pallij, §. Et quo loco. *Speciale eſt in Papa, quòd*
953 *ſemper & vbique pallio vti poteſt: item quia vniuerſa Chriſtianitas prouincia ſua intelligitur: itē*
& reſpectu ipſius vnus eſt Epiſcopatus, nedum quoad hoc, vt intelligatur ſponſus vnus Eccleſiæ
(quia hoc commune eſt ſibi & omnibus Epiſcopis) quinimò etiam quoad adminiſtrationem:
954 *item & reſpectu huius generalis adminiſtrationis poteſt dici, quòd alas habet latas & liberas, qui*
nulli ſubeſt, & vbique dominatur: ſed alij habent ipſas alligatas nexibus præceptorum.

Gulielmus Durandus Mimatenſis Epiſcopus in Rationali diuinorum Officior. lib.6.
c.53. agens de cæremonia roſæ aureæ, quæ in quarta Dominica Quadrageſimæ portatur:
955 *Huius* (inquit) *floris baiulus eſt Romanus Pontifex, Succeſſor vtique Petri, & Vicarius Ieſu*
Chriſti.

Gulielmus Pariſienſis in Tractatu de Sacramento Ordinis: *Papa eſt Succeſſor Petri,*
956 *quantum ad poteſtatem & dignitatem.*

Alexander de Ales in 3.par. Summæ q.40. membro.2. *In ordine poteſtatum ſecularium nul-*
lus eſt maior Rege vel Imperatore, quemadmodum in ordine poteſtatum ſpiritualium, nullus eſt
957 *maior Papa: tamen collatione facta poteſtatis ſpiritualis ad ſecularem, poteſtas ſpiritualis eſt ſuper*
ſecularem, ſicut ſpiritus eſt ſupra corpus. Vnde & Ierem.1. dicitur. Ecce conſtitui te ſuper gentes
& regna. Et oſtenſum eſt 2. *Paralip.26. in Ozia, quòd voluit ſibi vſurpare ſacerdotalem digni-*
tatem, & percuſſus eſt lepra. Idem parte 4. q. 83. membro. 3. *Pontifex eſt totius vniuerſalis*
Eccleſiæ ſponſus & rector.

Nicephorus Calliſtus ſententiam ſuam de Primatu Romanæ Sedis pluribus in locis
declarat. Nam in lib.4.c.38. cùm loqueretur de Victore Pontifice Romano: *Alij Epi-*
958 *ſcopi* (inquit) *acrius ſeueriuſq. cum illo, qui gloria eos anteiret, egerunt.* Victorem igitur fatetur
anteiuiſſe alios Epiſcopos, gloria. Itemque in lib.9.c.37. dicit, Deum rectè conſuluiſſe Ec-
cleſiæ rebus, cùm Felicem (qui Liberio in exilium miſſo erat ſurrogatus) è vita ſuſtuliſſet,
959 *ne primaria Apoſtolorum Sedes fœdam illam & incommodam à duobus gubernata ducibus*
contraheret notam.

Alber-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
	Idem Innocentius 4.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

153. *De Almarico.*

a Negabat, aut generationem filiorum, aut diſtinctionem ſexuũ in paradiſo futuram, niſi Adam peccaſſet. Bernardus Lutzemburgenſis.

b Non aliter eſſe corpus Chriſti in pane Altaris, quã in alio pane, & in alia qualibet re. § Hic homo videtur fuiſſe anteceſſor Brẽtij, ac nõ ſolũ Caluini.

c Turificationem, qua in Eccleſiis vtuntur, Idololatriam vocabat.

d Negabat reſurrectionẽ corporum, Paradiſum, Infernum, & idearum in mẽte diuina æternitatem.

e Dicebat, quemlibet fidelem teneri, vt credat ſe eſſe membrum Chriſti, & hoc eſſe de articulis fidei. Vincẽtius in Spec. lib. 29. c. 107. Quod ipſum Proteſtantes credunt.

154. *De Dauide Dinantio.*

f Iſte (præter hæreſes Almarici, cuius fuit Diſcipulus) dicebat, Deũ eſſe materiam primam.

155. *De Petro Ioannis Ioachimi Abbatis diſcipulo.*

a Negabat, animã rationalẽ, qua rationalis eſt, formã eſſe humani corporis. Guido in Summ. de hæreſ.

b Gratias & virtutes in Baptiſmo infundi negabat, imputatiuæ tantùm iuſtitiæ primus (vt videtur) auctor.

c Chri-

Doctores Catholici.

a Petrus Lombardus lib. 2. Sentent. Diſtin. 20. *Si nõ peccaſſent primi parentes, ſine omni macula, carnali copula in Paradiſo conueniſſent: & genitalibus vterentur membris ſine aliquo pruritu carnis.*

b Innocent. tertius de ſacro Altaris myſterio ca. 8. *Vbi panis eſt conſecratus* (non ergo antè) *ſub tota ſpecie totum corpus exiſtit.* (Et pòſt:) *Deus illam virtutẽ verbis attulit, vt ad prolationem eorum corpus Dominicum incipiat eſſe ſub ſpecie Sacramenti.* § Ecce, non niſi poſt prolationem verborum incipit ibi eſſe.

c Gulielm. Durand. Mimatenſis Epiſcopus in Rationali Diuinorum lib. 4. ca. 10. *De turibulo Moyſes ad Aaron ſpecialiter ait: Tolle turibulum, & hauſto igne de Altari, mitte incenſum deſuper.* Et in Prœmio 1. lib. Num. 6. *Licet reuerà figura, quarum hodie veritas apparuit, receſſerint: tamen adhuc multiplex latet veritas, quã non videmus, propter quod vtitur Eccleſia figuris.* Innocentius de Altaris Myſterio lib. 2. c. 16. *Per turibulum enim verbum incarnatum accipitur* .i. intelligitur, *quia per fidem Mediatoris incenſum offerimus Deo.*

d Concil Lateran. ſub Innocentio 3. c. 2. *Damnamus peruerſiſſimum dogma impij Almarici, cuius mentem ſic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica cenſenda ſit, quàm inſana.*

e Bernardus Serm. 2. de octaua Paſchæ. *Nouit Dominus qui ſunt eius, & ſolus ipſe ſcit, quos elegerit à principio. Quis verò ſcit hominum, ſi amore eſt dignus vel odio? Quòd ſi, vt certum eſt, certitudo nobis omnino negatur, nunquid non tantò delectabiliora erunt, ſi qua fortè electionis huius ſigna paſſimus inuenire? Quam enim requiem habere poteſt ſpiritus noſter, dum prædeſtinationis ſuæ nullum adhuc teſtimonium tenet?* Et poſteà hæc tria ſigna enumerat, *ſi contines à peccatis, ſi dignos agis pœnitentiæ fructus, ſi facis opera vitæ.* § Nemo autem aut ſcire poteſt, aut in hac vita credere tenetur, ſe hæc tria indubitatò conſecutum eſſe, licet id ſperare & poſſit, & debeat, niſi conſcientia reclamat.

f Concil. Lateran. ſub Innocentio 3. c. 1. *Deus ſimul ab initio temporis vtramq; de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem.* Non igitur de ſua ſubſtantia, veluti de materia, res omnes condidit. Contra hunc huius Dauidis errorem Thom. de Aquino diſputat contra Gentes lib. 1. c. 17.

a Concilium Viennenſe in Clementinis de ſumma Trinitate c. 1. *Subſtantia animæ rationalis verè ac per ſe humani corporis forma eſt. Qui contrariam doctrinam pertinaciter defendit, hæreticus eſt cenſendus.*

b Concil. Viennenſe c. 1. de ſum. Trinit. *Tam adultis, quàm paruulis in Baptiſmo informans gratia & virtutes conferuntur.*

SSS c Concil.

Albertus Magnus in illa verba Chriſti ad Petrum Math.16. *Dico autem tibi: Singulariter*(inquit Alber-
tus)*non quòd ſingulariter acceperis* (Claues) *Petrus, ſed quia in vnitate Ordinis Eccleſiæ vnus eſt, qui accipit*
in plenitudine poteſtatis, qui eſt Succeſſor Petri, & Petrus in poteſtate. Alij autem in eadem vnitate accipiunt
960 *in parte poteſtatis, eò quòd vocantur in partem ſolicitudinis.*

Idem c.22. Lucæ, in illa verba, *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: Hoc*(inquit)*argumentum efficax*
961 *eſt pro Sede Petri & ſucceſſore ipſius, quòd fides eius non finaliter deficiat.*

Nauclerus in 43. generatione. *Vrbanus inſtituit ſolennitatem de corpore Chriſti.* § Ex mirabili conſenſu,
quo Eccleſia Feſtum illud iam per annos tercentenos coluit, conſtat, & fidem realis præſentiæ corporis
Chriſti in Euchariſtia certiſsimam ſemper fuiſſe(alioqui ſaltem aliquæ Eccleſiæ reſtitiſſent Pontificis
962 Decreto) & vniuerſam Occidentis Eccleſiam Romani Pontificis Primatum agnouiſſe, vtpote eius
Decretum tanta cum alacritate ſuſcepit & obſeruauit.

Thomas de Aquino edidit opuſculum *contra Græcorum errores*, idq; Vrbano quarto dedicauit, in quo
963 probat ex authoritatibus antiquorum Patrum Orientalium, *Romanæ Eccleſiæ Pontificem habere vniuer-*
ſalis Eccleſiæ Primatum, quodq; ad eum pertineat, ea quæ fidei ſunt, determinare.

Blondus Decad.3. Inclinationis Imperij lib.7. *Vrbanus Guidonem Cardinalem componendis inter Henri-*
964 *cum Angliæ Regem & Simonem Montisfortis Comitem contentionibus Legatum miſerat. Guida autē abſens*
Pontifex creatus & Clemens dictus Carolum corono Hieruſalem & Siciliæ ornat, ſpondentem Romanæ Eccleſiæ
965 *recognitionem, & duodequinquaginta mille aureos in feudi ſubiectioniſq; penſionem.*

Thomas de Aquino in opuſculo de Symbolo Apoſtolorum ait: *Sola Eccleſia Petri* (*in cuius partē ve-*
966 *nit tota Italia, dum Diſcipuli mitterentur ad prædicandum*)*ſemper fuit firma in fide. Cumq; in alijs partibus vel*
nulla fides ſit, vel ſit commixta multis erroribus: Eccleſia tamen Petri & fide viget, & ab erroribus munda eſt,
quia Dominus dixit Petro: Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.

Idem in lib. de regimine Principum ad Regem Cypri cap. 14. *Quia finem fruitionis diuinæ non conſe-*
quitur homo per virtutem humanam, ſed virtute diuina(*iuxta illud Apoſtoli, Rom.6. Gratia Dei vita æterna*)
perducere ad illum finem, non humani erit, ſed diuini regiminis. Ad illum igitur Regem huiuſmodi regimē per-
tinet, qui non eſt ſolùm homo, ſed & Deus, ſ. ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui homines filios Dei fa-
ciens, in cæleſtem gloriam introduxit.(Et pòſtea) *Vnde omnes Chriſti fideles, in quantum ſunt membra eius,*
Reges & Sacerdotes dicuntur. Huius ergo regni miniſterium, vt à terrenis eſſent ſpiritualia diſtincta, non terre-
967 *nis Regibus, ſed Sacerdotibus eſt commiſſum, & præcipuè ſummo Sacerdoti, ſucceſſori Petri, Chriſti Vicario, Ro-*
mano Pontifici, cui omnes Reges populi Chriſtiani oportet eſſe ſubditos, ſicut ipſi Domino Ieſu Chriſto. (Et pòſt.)
Et quia in veteri lege promittebantur bona terrena, non à dæmonibus, ſed à Deo vero, religioſo populo exhibēda:
inde & in Lege veteri Sacerdotes Regibus leguntur fuiſſe ſubiecti. Sed in noua Lege eſt Sacerdotium altius, per
quod homines traducuntur ad bona cæleſtia. Vnde in Lege Chriſti Reges debent Sacerdotibus eſſe ſubiecti. Pro-
968 *pter quod mirabiliter ex diuina prouidentia factum eſt, vt in Romana vrbe, quam Deus prauiderat Chriſtiani*
populi principalem Sedem futuram, hic mos paulatim inoleſceret, vt ciuitatum Rectores Sacerdotibus ſubiacerēt.
Vide præterea, quid D. Thomas de hac re dicat, contra Gentiles, lib.4.c.76.

Bonauentura in lib.4. Sentent. Diſtinct.25. quæſt. 3. *Cùm Ordinis poteſtas principaliter ſit ordinata ad di-*
ſpenſationem Sacramentorum, & maximè illius nobiliſſimi Sacramenti, ſcilicet, Corporis Chriſti: vltra Sacer-
dotium non eſt gradus Ordinis. Sed tamen intra hunc gradum & Ordinem cōtingit eſſe diſtinctionem dignitatū
& officiorum, quæ tamen nouum gradum vel Ordinem non conſtituunt, vt Archipresbyter, Epiſcopus, Patriar-
cha, Pontifex ſummus. Et in 6. parte Breuiloquij c 12. *Quia*(inquit)*excellentia quantò magis deſcendit, tantò*
969 *magis dilatatur, & quantò magis aſcendit, tantò magis vnitur: hinc eſt, quòd plures ſunt Epiſcopi, pauciores Ar-*
chiepiſcopi, pauciſſimi Patriarchæ, & vnus Pater Patrum, qui Papa meritò appellatur, tanquam vnus primus, &
970 *ſummus Pater ſpiritualis omnium Patrum, Paſtor omnium fidelium, & Hierarcha præcipuus, Sponſus vnicus,*
Caput indiuiſum, Pontifex ſummus, Chriſti Vicarius, fons, & origo, & regula cunctorum Principatuum Eccleſia-
ſticorum, à quo tanquam à ſummo deriuatur ordinata poteſtas vſq; ad infima Eccleſiæ membra, ſecundùm quod
exigit præcellens dignitas Eccleſiæ in Eccleſiaſtica Hierarchia.

971 Blondus 2. Decad. lib.7. *Clemens 4. Vacantis Imperij curam ſuſcipiens, Carolum Siciliæ Regem, ſuū in He-*
truria Vicarium inſtituit. Cùm autem Henricus & Conradinus in Carolum mouerent, Clemens Papa ſpiritu,
vt videtur, prophetico prædixit, Conradinum ad cædem tanquam victimam deduci. quod & factum eſt.

Blondus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1254	186. Alexãder 4. Romanus Anagninus, ſed. an. 6. m. 5. d. 5.	Græ. Michael Paleologus an. 35
1261	187. Vrbanus 4. Trecenſis Gallus, ſedit an. 3. m. 1. d. 4.	a Lat. Rodulphus an. 19
1265	188. Clemens 4. Narbonen. Gallus, ſedit an. 3. m. 9. d. 23.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

c Chriſtum adhuc viuẽ-tem lancea vulneratum & quòd Euangeliſta rem ali-ter narret, perturbatè nar-ratum videri.

d Per Babylonem mere-tricem magnam in Apo-calypſi, vniuerſalem Ro-manam Eccleſiam intelli-gi.

156. De Gulielmo pau-pertatis hoſte.

a Gulielmus de Sancto Amore in libello quodam ſuo affirmabat, licitã qui-dẽ eſſe promptitudinẽ ad relinquendum omnia pro Chriſti nomine, cùm ne-ceſsitas vrgeret: ſed illici-tam eſſe illam paupertatẽ ſpontaneam, qua nondum ad id compulſus renũciat quis omnibus, quæ poſsi-det, vt liberius Chriſto inſeruiat.

b Deſiderius quidam hæ-reſiarcha Lombardus no-ſtri tẽporis (inquit F. Tho-mas de Aquino in opuſcu-lo contra impugnãtes Re-ligionem) in Tractatu, quẽ edidit contra Catholicã veritatem, inter cætera cõdemnat ſtatum eorum, qui relictis omnibus, ege-re volunt cum Chriſto, dicens nõ eſſe licitum, an-tequam neceſsitas vrgeat, ſua omnia pro Chriſto re-linquere.

c Addebat Deſiderius, non niſi talem Religionẽ intrandam, quæ poſſeſsio-nes habeat, ſaltem in com-muni.

d Poſtre-

Doctores Catholici.

c Concil. Viennenſ. ibidem. *Declaramus, Ioannem (c. 19.) rectum ſactæ rei ordinẽ tenuiſſe, in narrãdo, quòd Chriſto iam mortuo, vnus militũ lãcea latus eius aperuit.*

d Thom. Aquin. in Apocal. c. 14. Babylon eſt mul-titudo mundanorum, qui alios ad peccatum trahunt vel exemplo, vel verbo. *Eodem modo Auguſtinus, Primaſius, Beda, Haymo & alij Patres vno ſemper cõſen-ſu Babylonis figuram interpretati ſunt.*

a Thomas de Aquin. in 2. Secundæ, q. 186. articul. 3. ad 2. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, 1. Timoth 6. Iſte affectus depon-itur ab ijs, qui voluntariam paupertatem ſequuntur.* Et ad 5. *Voluntaria paupertas eſt efficax exercitium perue-niendi ad perfectã charitatẽ, & ideo multũ valet ad cæ-leſtem beatitudinem conſequendam. Math. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & veni ſequere me, & habebis theſaurum in cœlo. Diuitiæ autẽ habitæ per ſe quidem natæ ſunt perfectionem charitatis impedire. Vnde Math. 13. dicitur, quòd ſolicitudo ſeculi & fallacia diuitiarũ ſuffocant verbũ Dei. Et Math. 19. Di-ues difficile intrabit in regnum cælorum.* Deniq; ad ſe-xtum ait ex B. Gregorij ſententia: *Qui ex rebus poſ-ſeſsis ſubſidia egentibus miniſtrant, Deo ſacrificium (mi-nus dignum) offerunt. Qui verò nihil ſibi reſeruant, offe-runt holocauſtum, quod eſt maius alio ſacrificij genere.*

b Thomas de Aquin. in opuſculo contra impugnã-tes Religionem c. 6. *Perfectio Euangelica conſiſtit in imitatione Chriſti & Apoſtolorum, & aliorum Patrum. Sed Chriſtus (Luc. 9.) nõ habuit, vbi caput ſuum reclina-ret: Apoſtoli verò dicebant, ſicut res erat (Math. 19.) Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: Itemq; alij Diſcipuli & fratres in primitiua etiam Eccleſia om-nia ſua vendiderunt, & ad pedes Apoſtolorum poſuerũt, Actor 2. & 4. Deniq; multi Patres in Ægypto (& Sy-ria) poſſeſsionibus ſuis relictis paupertatem ſponte ample-xi ſunt: Omnes verò tam contra Iouinianum, quàm con-tra Vigilantium docuerunt, melius eſſe, vt nudum Chri-ſtum nudi ſequamur (quæ ſunt verba Hieronymi ad Ru-ſticum Monachum) vtq; abſoluti à ſolicitudinibus egea-mus cum Chriſto (apud Auguſtinum de Eccleſiaſt. do-gmatibus): ergo actualis & ſpontaneæ paupertatis electio & exercitatio ad perfectionem Euangelicam pertinet. Nec tantùm licita eſt, ſed etiam laudabilis.*

c D. Thom. ibidem. *Apoſtolici viri (in Actis Apo-ſtolorum c. 2. & 4.) ita vẽdiderunt propria, vt nullas poſ-ſeſsiones in communi reſeruarent ſibi. Et Auguſtin. li. 3. de Doctrin. Chriſtian. præfert perfectionem Iudæorũ Ec-cleſiæ primitiuæ ijs, qui ex Gentibus conuerſi erant, in eo quòd illi omnia ſua vendiderunt (non ſeruando in com-mune, sed) pauperibus diſtribuenda. Ergo maioris perfe-*

ctionis

972 Blondus Decad.2.lib.8.*Gregorius Pontifex Lugduni Concilium indixit.Contulit ſe ad id Conciliū Michael*
973 *Paleologus Græcorū Imperator,& Vniani Orientalis ad Occidentalē Eccleſiam conſenſit . Secutiq; illū nonnulli*
Tartari,Gentis Schyticæ Proceres, ſacro baptiſmatis charactere ſuperfuſi,Chriſtianos ſe & Catholicos fore profeſſi
ſunt.Sed & Rodulphus ab Electoribus Germanis in Romanorū Regē declaratus,eo cōditione à Gregorio Pontifice
in Concilio eſt acceptus, vt Romā pacificus ad inunctionē accipiendam ſe conferret,ac rebus Hieroſalyma, quā-
*tam poſſet,opem ferret.*In eodem Concilio(vt eſt ab Onuphrio annotatum apud Platinam in vita Grego-
rij decimi)cautum eſt,*vt Cardinales,niſi Romano Pontifice creato,è conclaui, quod decimo die poſt mortē Pon-*
tificis ingreſſi fuerant,non permittantur egredi.

Niceph.Gregoras lib.5.c.1.Michael Paleologus à Carolo Rege ſibi timens,Legatos ad Papam mittit
de ineunda veteris & nouæ Romæ Eccleſiarum concordia,modò Caroli expeditionem auerteret. Cō-
cordiæ capita fuerūt:1.*Vt in Sacrorū voluminū Hymnadijs Papa cū quatuor Patriarchis mētio fieret:2.Vt lice-*
974 *ret cuiuis,Romam veterem,qua Curia maior & perfectior eſſet,appellare:3.Vt illi Principatus in cībus deferretur.*

Ræmundus Sebundius de natura hominis,Dialo 6.c.81. *Quia aportuit Chriſtū aſcēdere in cælū,ideo per*
ſeipſum aliquos magnos cōſtituit Sacerdotes,quibus poteſtatē cōtulit alios Epiſcopos & Presbyteros ordinandi,et
975 *vnū præ cæteris loco ſui Vicariū cōſtituit,qui haberet præeminentiā longè ſupra alios, in quo tanquam in Capite*
vno omnes Chriſtiani fideliter vnirentur . Hic eſt Petrus Apoſtolus,& omnes ſummi Pontifices ſui ſequaces,
qui gerit perſonam Chriſti, qui habet vniuerſalem poteſtatem illimitatam & Sacramentum Ordinis conferendi,
& omnia peccata pœnitentium Chriſtianorum,& omnia ſcelera iudicandi,abſoluendi,& donandi.

M.Paulus Venetus lib.1.de regionibus Orientalibus cap.4.6.& 7. *Magnus Cham* (Cublai vocatus)
976 *cum regni ſui Principibus inito conſilio,rogat Latinos(ciues Venetos è clariſſima Paulino familia natos)vt nomi-*
ne ſuo ad Papam proficiſcantur,petantq; vt centum viros mittat, qui ſapientibus ſuis perſuadeant Chriſtianorum
fidem cæteris omnibus ſectis præferendam.&c. Gregorius verò Papa decimus cum literis ſuis ad Tartarorū
Principem, etiam Nicolaum & Gulielmum Tripolitanum probitate & literatura conſpicuos adiunxit. à
quibus literas Pontificis Tartarorum Imperator lætatus accepit.

Ioanes de Pariſiis in Tractatu de poteſtate Regia & Papali c.3. *Manifeſtum eſt,quòd licet populi diſtin-*
guantur per diuerſas Diœceſes & Ciuitates,in quibus præſunt Epiſcopi diuerſi in ſpiritualibus: tamen vna eſt om-
nium fidelium Eccleſia,& vnus populus Chriſtianus. Et idea ſicut in qualibet Diœceſi eſt vnus Epiſcopus,qui eſt
977 *Caput Eccleſiæ in illo loco vel populo:ita in tota Eccleſia,& in toto populo Chriſtiano,eſt vnus ſummus Epiſcopus*
Papa ſcilicet Romanus , Petri ſucceſſor: vt ſic Eccleſia militans per ſimilitudinem à triumphante deriuetur, vbi
vnus præſidet,qui præſidet toti vniuerſo.

978 Antoninus in 3.parte hiſtoriarum.tit 20.c.4. *Martinus quartus* (aliâs ſecundus)*excommunicauit Græ-*
cos,qui Eccleſiæ Romanæ non parebant.

Henricus à Gandauo in Quodlibeto 6.q 23.*In Eccleſia militāte ſub Deo Chriſtus(ſecundùm quod homo)*
979 *Caput eſt & Monarcha. Hierarcha primus poſt Chriſtū Petrus erat,cui ambas Claues tradidit,& duos gladios cō-*
miſit.Vnde Papa habet vtrumq; gladium, ſpiritualem & temporalem in auctoritate quadā prima & ſuperiore.

980 Trithemius in Chron.an.Dom.1287.*Honorius 4.Ordinem Eremitarum S. Auguſtini confirmauit.*

Frater Robertus vir ſanctus ita Deū allocutus eſt:*Ego, Domine,fidē ſanctā Catholicā,quā docet,credit &*
981 *prædicat S.Mater Eccleſia Catholica Romana,credo firmiter,confiteor ſimpliciter : pro qua ſuſtinēda paratus ſum*
ſemper cū tuo adiutorio ponere vitā,anathematizans omnē hæreſim aduerſum ſanctā Romanā Eccleſiam ſe ex-
982 *tollentē. Abnego,& reprobo omnes ſchiſmaticos,& diuiſos ab vnitate ſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ Catholicæ.*

Engelbertus Abbas Admontenſis in lib.de Ortu & fine Rom.Imperij c.18.*Appropinquāte tēpore aduē-*
tus Antichriſti,veniet diſceſſio primùm regnorū omniū ab Imperio,deinde Eccleſiarū ab obedientia Sedis Apo-
983 *ſtolicæ,& vltimò fideliū à fide.*Et c 21.*Stante adhuc Capite Eccleſiæ in ſpiritualibus,ſcilicet Apoſtolica Sede:*&
Capite in tēporalibus,ſcilicet Imperio Rom.& ſtantibus adhuc fidelibus in fide : locū & cōmoditatem
nō habebit deceptio,& Dominatio Antichriſti,capitibus prædictis & mēbris ipſorū ei reſiſtētib. Et c.22.
Cùm igitur cōſtans ſit,& indubiū,quòd non niſi ante aduentū Antichriſti futura ſit prædicta triplex diſ-
ceſsio: ſcilicet primò regnorū à Romano Imperio,per quā diſceſsionē ipſum Romanū Imperiū deficiet
& ceſſabit in totū:ſecundò *Eccleſiarū ab obedientia Sedis Apoſtolicæ*,quæ ad prædictam primam diſceſsio-
nem cauſarum ordine conſequetur, quia gladio ſecularis ſiue temporalis poteſtatis ſublato , gladius ſpi-
ritualis carebit finaliter tandem ſuo defenſore contra ſchiſmaticos & hæreticos : tertiò fidelium à fide,
quæ diſceſsio ſimiliter conſequetur ad duas primas diſceſsiones : quia *nec poteſtate ſpirituali vel ſecula-*
ri tunc valente coercēre homines ſchiſmaticos ſub Chriſtianæ fidei vnitate & obedientia , ſicut prius : ſin-
guli ſecundùm ſuas affectiones & voluntates confingent & eligent ſibi diuerſos errōres , quos teneant
& defendant,& ſecundùm quos (ſicut volunt) viuant & agant, ſecundùm Prophetiam Apoſtoli. 1. Ti-
moth. 4.

Sabellicus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	
1271	189. Gregorius 10. Placentinus, an. 4. m. 4. Concilium Lugdunenſe.		
1276	190. Innocentius 5. Burgundus m. 5. d. 2.		
1276	191. Adrianus 5. Ligur. m. 1. d. 7.		
1276	192. Ioannes 20. aliàs 21. Luſitanus, m. 8. d. 8.		
1277	193. Nicolaus 3. Roman. ſedit a. 2. m. 8. d. 29		
1281	194. Martinus 2. dictus 4. Turoncoſis, Gallus, ſedit ao. 4 m. 1. d. 7.		
1285	195. Honorius 4. Roman. ſedit an. 2. d. 1.		
1288	196. Nicolaus 4. Aſculanus, Picenus, an. 4. m. 1. d. 14.	Lat. Adolphus an. 7.	
	197. Cœleſtinus 5.		

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

d Poſtremò, volebat nullam Religionem eſſe licitã, niſi quæ de labore manuum viuere intendat.

157. De Reymundo Lullio.

a Libellum ſcripſit de inuocatione dæmonũ, Magiæ plenum.

b Oppugnauit etiam Sãctæ Trinitatis vnitam, eſſentiam, & perſonarum æqualitatem.

c Iniuriã eos facere, qui punirent hæreticos.

De Templariorum perfidia.

d Vrſpergẽſis in Chron. Poſt an. Dom. 1227. Fridericus 2. apud Acon in terra Sancta, vt aiunt, multa ſuſtinuit ex perfida proditione Templariorum.

Platina in vita Clemẽtis quinti. Reſcitum eſt, Templarios à noſtris ad Saracenos defeciſſe. Hanc ob rem eorum bona partim Rhodijs militibus, partim nouis Religionibus ſunt attributa.

Doctores Catholici.

ctionis eſt illa paupertas, quæ in commune poſſeſſiones nõ habet, quàm quæ habet: adeò vt iſta per tyrãnum omnia temporalia nobis auferentem impediri nõ poſſit, longiusq́; à ſolicitudinibus ſeculi recedat, cùm ne de communibus quidem excolendis curet.

d D. Thomas ibidem. *Nullus ad laborem manuum tenetur, quaſi ex præcepto, niſi quãdo aliàs victum licitè habere non poſſet. Et tunc quilibet homo (ac non ſoli Monachi) tenetur manibus laborare. Si ergo aliquis nec vaneat ex labore manuum ſe victurum, nec intret Religionem, quæ illum ad eiuſmodi laborem nominatim obliget, ac poſſit victum ſuum aliter quærere, ſiue id fiat prædicando, ſeu deſeruiendo Altari, ſeu mendicando, ſeu ex ſpontaneis aliorum oblationibus: non tenetur manibus laborare, præſertim cùm iſta corporalis exercitatio non ſit abſolutè neceſſaria propter ſe, & interdum ſpiritualem contemplationis finem impediat.* Hæc eſt ſumma eorum, quæ D. Thomas eo in loco doctiſsimè perſequitur.

a Thomas in 2. 2. q. 90. art. 2. *Non licet dæmones adiurare per modum deprecationis: quia is ad beneuolentiam pertinet, qua non licet ad dæmones vti.* 1. Cor. 10. *Ne ſocij dæmoniorum fiamus. Licet tamen per virtutem diuini nominis eos adiuranda eijcere, ne noceant: non autẽ, vt aliquid per eos diſcamus, aut conſequamur.*

b Idem in c. 5. 1. Epiſt. Ioannis. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum ſunt in eſſentia, quia vnus Deus.* Geneſis 23. *Abraham tres vidit, & vnum adorauit.*

c Idem 2. 2. q. 11. art. 3. *Poſt primam & ſecundam correptionem* (Tit 3.) *Eccleſia de pertinacis hæretici conuerſione deſperans, aliorum ſaluti prouidet excommunicando, & eum ſeculari iudicio relinquendo, vt per mortem exterminetur. Si enim qui adulterant pecuniã Regiam, morte plectuntur: multò magis, qui corrumpunt fidem, per quam eſt animæ vita.*

d Gulielmus Tyrius Archiepiſcopus in hiſtoria belli ſacri. Templariorum (quibus de mandato D. Honorij Papæ, & D. Stephani Hieroſolym. Patriarchæ regula & habitus aſsignabatur) profeſsio hæc fuit, vt vias & itinera maximè ad ſalutem peregrinorum cõtra latrunculorum incurſiones in terra Sancta conſeruarent: qui, quoniam iuxta Domini Templũ manſionem haberent, *Fratres militiæ Templi dicebantur.* Cùm autem Patriarchæ Hieroſolymitano, à quo prima beneficia ſuſceperant, obedientiam denegarent, & Eccleſijs Dei decimas & primitias ſubtraherent, earum indebitè turbando poſſeſsiones, facti ſunt omnibus moleſti. Hæc Tyrius.

Blondus Dec. 2. lib. 9. In Concilio Viennenſi Clemens 5. Templariorum nomen extinxit.

vir insignis doctrina et pietate

Hieronymus Surita Hispanicus regnorum qui Chronographus, lib. 5. Chronicorum ... corona Aragoniæ c. 73. ... particulatim exponit fœdissima crimina quæ per ... quidam viri ordinis Templariorum ... et c. 99. ... a concilio Viennensi ...

Sabellicus Ennead.9.lib.7.Cœleſtinorum nobilis ad poſteros Religio per idem tempus orta eſt,quam
auxit perſpecta Cœleſtini auctoris ſanctitas,& indubitata quædam circa iacentis corpus facta miracula.
Bonifacius 8 in Extrauagante,Vnam ſanctam:*Siue Græci,ſiue alij ſe dicant Petro, eiuſq; ſucceſſoribus non*
984 *eſſe commiſſos: fateantur neceſſe eſt, ſe de ouibus Chriſti non eſſe : dicente Domino in Ioanne , vnum ouile , &*
vnicum eſſe Paſtorem.
Blondus Decadis 2.lib.9.*Bonifacius Pontifex Romanus prudenti pioq; vſus conſilio,Patres imitatus veteris*
985 *Teſtamenti,annum inſtituit iubilæum*,in quo(inquit Antoninus,3.parte tit.20.c.8.) viſitātibus certas Ec-
cleſias,& pœnitentibus,ac confeſsis,plenaria indulgentia pœnæ peccatis debitæ concedebatur. Et addit
Blondus.*Magnum ea Pontificis indulgentia alicubi fructum attulit,quòd diſſidentes aliqui in pacem conciliati ſunt.* § Cùm autem conſtet,vniuerſam Eccleſiam Occidentalem hanc Romani Pontificis de anno
Iubilæi Conſtitutionē vſq; in hodiernū diē obſeruaſſe:conſtat etiā ea ex re, hanc fuiſſe vniuerſæ occidē-
talis Eccleſiæ fidem,quòd Pontifex Romanus legitimè poterat & hanc rem & alias eiuſmodi decernere.
Petrus de Palude Diſtinct.24.quæſt.6. *Poteſtas iuriſdictionis, quæ ad regendum populum tota in ſuoſante*
data fuit ſoli Petro, & in eo ſucceſſoribus eius, quando cura Eccleſiæ ſibi ſoli commiſſa fuit, dicente Domino Io-
986 *an.21.Paſce oues meas.Hoc nulli aliorum Apoſtolorum dictum fuit nec tunc,nec antè,nec pòſt : ergo talem pote-*
ſtatem plenam & perfectam habet ſolus ſucceſſor Petri,qui ob hoc Papa dicitur quaſi Pater Patrum.
987 Antoninus parte 3.tit.20.c.8.Duodecim legationes,quarum Florentini extiterant principes, vno an-
no ad Bonifacium 8. ex diuerſis mundi partibus acceſſerunt.
988 Ioannes Andreæ Gloſſator lib.6. Decretalium in c. Felicis, in fine de pœnis lib.6. *Romanus Pontifex*
eſt totius orbis Epiſcopus.

De excommunicatione Philippi Regis Franciæ,& diuina vltione ſubſecuta.

Platina in vita Bonifacij 8. Philippus Franciæ Rex Apameenſem Epiſcopum à Papa miſſum,vt Re-
gem ad expeditionem Hieroſolymitanam hortaretur , in carcerem ob minas precibus additas coniecit.
Bonifacius verò ſi non dimitteretur Legatus ſuus,Regnum Franciæ ad Eccleſiam deuolui cōtendebat.
Addit huic hiſtoriæ Antoninus in part.3.tit.20.§.20.Comes Atrebatenſis literas Papæ in ignem proie-
cit in contemptum Pontificis,propter *quod iuſto Dei iudicio malè perijt* (in bello Flandrico poſtea inter-
989 fectus.)Rex ergo vias interclufit inter Franciam & Pontificem. *Papa verò Regem excommunicauit.* Rex
conuocatis Prælatis & Nobilibus ſuis,coram Abbate Ciſtercienſi appellauit à ſententia Papæ : *Sed Ab-*
bas non acceptauit appellationem. Rex igitur conduxit Sciarram Columnenſem,qui Papam Pontificalibus
indutum inueniens,*Domino diſponente,ob dignitatem Apoſtolicæ Sedis non eſt auſus mittere manus in eum:*
990 ſed prædæ cum ſuis triduo vacans,Papam cuſtodiæ commiſit.Cumque nuncius interim ad Regem Frā-
ciæ properaret,*Epiſcopus Morianenſis vir ſanctæ conuerſationis coram multis ait : hoc nuncium dabit magnū*
991 *gaudium Regi Franciæ,ſed propter tantum exceſſum notabile indicium Dei irruet ſuper eum & progeniem eius.*
Quod totum impletum eſt non multo pòſt tempore. Nam Rex, intercurrente apro inter equi ſui cru-
992 ra,mortuus eſt. Tres autem filij eius vnus poſt alium breui ſpacio regnârunt, eorumq; omnium vxores
in adulterio deprehenſæ ſunt. Et hoc ideo ſcriptum eſt,vt hoc exemplo cæteri obſeruent illud oracu-
lum,*Nolite tangere Chriſtos meos.* Benedictus Bonifacij ſucceſſor vir ſanctæ vitæ,qui etiam miraculis di-
993 citur claruiſſe,*violatores Pontificis excommunicat*: cum Rege verò Franciæ pacem inijt.
Raynerius Piſanus in 2.parte Pantheologiæ ſub verbo,Ordinis:*Supra poteſtatem Epiſcopalem debet eſ-*
994 *ſe in Eccleſia poteſtas Papalis: primò,quia cùm regimen Eccleſiæ ſit optimum,vtpote per eum diſpoſitum,per quē*
Reges regnant:pax autem & vnitas ſit finis optimi regiminis:vnitas regentis eſt conuenientior cauſa vnitatis in
995 *Repub.quàm multitudo. Secundò,quia in triumphante Eccleſia,quæ militantis exemplar eſt,(Exod.25. Apo-*
996 *cal.21.) vnus præſidet Deus. Tertiò, quia vnus Paſtor Chriſtus principaliter ſoli Petro immediatè promiſit Cla-*
997 *ues regni cælorum. Matth. 16. Quartò , Sicut in vno ſpeciali populo vnus eſt Epiſcopus: ſic oportet vt in toto*
998 *populo Chriſtiano (qui vnam Eccleſiam facit) vnum ſit Caput,quod eſt Papa . Quintò , Sicut in corpore natu-*
rali, ſic & in myſtico membra conſeruantur per caput ſuum vnicum.

Generalis Concilij Viennenſis, quod ſub Clemente quinto celebratum eſt, de Romani Pontificis Primatu fides & ſententia.

Quanquam nihil certius exiſtat,quàm Concilium Viennenſe Primatum Eccleſiæ Romanæ agnouiſ-
ſe, id quod ſingulæ penè Conſtitutiones à Clemente quinto in eodem Concilio editæ clamant & conteſtan-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1294	Idem Cœleſtinus 5.m.5.d.7.	
	198.	
1294	Bonifacius 8. Anagninus an 8.m.9.d 18.	
		Græ. Andronicus cũ Michaele an.15.
	199.	
1303	Benedictus 9. dictus 11. Taruiſinus. m.8.d.16.	
		Lat. Albertus an.10
	200.	
1305	Clemens 5. Vaſco. an.8. m.10.d.16.	
	Generale Concilium Viennenſe.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

De Templarijs verò conqueſtus eſt Alexander 3. in Conc. Later. part.1.c.9. & potiſsimùm, quòd abutentes priuilegijs à Sede Apoſtolica conceſsis, robur Epiſcopalis authoritatis eneruarent.

158. De hæreſi Waldachiana.

a Durandus de Waldachia dicebat, matrimoniũ eſſe occultum meretriciũ. Bernard. Lutzenburg.

159. De Fratricellis & Dulciniſtis.

b Fratricelli (quorũ Dux Hermanus quidam Italus fuit) promiſcuos concubitus in locis occultis exercebant. Alij quoq; in Alpibus eandem fœditatem (Dulcino quodam Duce) exercuerunt. Lutzenbur.

c Fratricelli dicebãt, viſionem animarum ſanctarum differri vſq; ad nouiſſimum diem.

160. De Begardis.

a Dicebant, hominem in hac vita poſſe talem perfectionis gradũ acquirere, vt reddatur penit' impeccabilis, nec amplius in gratia proficere valeat. § Hæc Lutheranorũ hæreſis eſt, quatenus dicũt, nullũ peccatum fidelibus imputari. Quod ipſum eſt, impeccabilem quoad peccati pœnam fieri.

b Poſt talem perfectionẽ ieiunare non oportere hominẽ, nec orare. quia ſenſualitate ſpiritui ſubiecta poteſt corpori cõcedere, quicquid placet.

c Eos, qui ſunt in ſpiritu libertatis, non eſſe humanæ ſub-

Doctores Catholici.

Aluarus Pelagius de planctu Eccleſiæ lib.2. ca.23. paulò poſt principium capitis. *Templarij modò propter eorum flagitia ab Eccleſia reprobati ſunt.* § Cùm autem & Clemens quintus cauſam Templariorum cognouerit, eorumq; Ordinem abrogauerit, & hic Aluarus, vir certè inſigni doctrina & pietate, vixerit eo tempore, quo Templariorum nomen deletum eſt: multò ſecurius ei creditur, quàm neſcio quibus rumuſculis, qui aut ab incerto, aut certè à priuato auctore prodierunt.

a Thomas de Argentina in Sentent lib.4. Diſtinct. 26. art.1. & 2. *Matrimonium eſt verum Sacramentum, quia non ſolùm eſt ſignum gratiæ (quam in anima dignè contrahentium efficit)* quatenus ex diuina inſtitutione principaliter dependet: (Gen.2. Matth.19.) verùm etiam eſt ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ. Epheſ.5.

b Bonifacius Octauus (autore Palmerio in Chron.) hæreſim eorum, qui ſe Fratricellos dicebant, damnauit: Clemẽs verò quintus bello per Legatum ſuum illato, Dulciniſtas penè vſque ad internecionem deleuit. Ber. Lutzemburgius.

c Bonauent. in lib.4. Sentent. Diſtinct.21. quæ.2. ſ.3. *Aliqui errant, dicentes animas non eſſe glorificandas ante diem iudicij. Certum enim eſt, quòd Chriſtus expoliauit* Principatus *& Poteſtates tenebrarum, ac per hoc cõſtat, Sanctos, qui in lymbo erant, ad cœlum cum Chriſto ſublimatos, ac per hoc & omnes taitos, qui nõ habent reatum pœnæ.*

a Aluarus de planctu Eccleſiæ lib.2. c.52. *Iſte error (qui hominem in hac vita conſtituit impeccabilem) ab illo errore videtur trahere ortum, qui dicit nullum peccatum imputari ijs, qui manent in fide, 23.q.3.c. Quidam. Sed ſi ad impeccabilitatem in hac vita venire poſſemus, fruſtrà oraremus: Dimitte nobis debita noſtra, Math.6. Et* Paulus *dicit Rom.7. Video aliam legem repugnantem legi mentis meæ. Quodq; ſemper poſſimus in gratia proficere, teſtatur* Pſal.83. *Ibunt de virtute in virtutem, vſq; quò videatur Deus in Syon, id eſt, in gloria.*

b Aluarus ibid. *Quantumcunq; quiſq; in hac vita perfectus ſit, caro contra ſpiritum concupiſcit. Gal.5. Non enim, quod volo, bonum, hoc facio. Rom.7. Semper igitur neceſſarium eſt ieiunium, impetum carnis refrenans. 1.Corinth.9. Caſtigo corpus meum. 2. Corinth. 11. In ieiunijs multis, & vigiliis. Genus enim maximè ſubtilium dæmonum ieiunio & oratione expellitur, Math.17. Et Math.26. Orate ne intretis in tentationem. Et Eccleſ. 18. Non impediaris orare ſemper.*

c Aluarus ibid. *Deuteron.17. Qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur. Rom. 13. Omnis animæ*

teſtantur, tamen cùm mei propoſiti fuerit, ea, quæ in hoc genere occurrebant, Sanctorum teſtimonia
in hunc librum referre, & velut ad cumulum adiungere: ex magna copia, quam Viennenſe Concilium
ſuppeditat, illud vnicum hoc tempore delegi, quod illic de magiſtris & linguarum profeſſoribus in Aca-
demijs gratuitò præficiendis decernitur: tùm vt hæretici ex eo videant, Eccleſiam Romanam nec vllã
prætermiſiſſe occaſionem, qua fides Chriſtiana dilatari poſsit, nec vllam ſcientiam ſacram, artémue li-
beralem, ac ne linguarum quidem peritiam (vt ipſi loqui ſolent) ſubterfugere aut negligere, Barbariém-
ve cupidè ſectari & amplecti, cùm ante annos trecentos hujuſmodi conſtitutionem ediderit: *Inter ſollici-*
tudines noſtris humeris incumbentes, perpeti cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis inducere, ipſoſq; lu-
crifacere Deo (ſua nobis cooperante gratia) valeamus. Non ambigimus autem, quin ad huiuſmodi noſtrum deſi-
derium aſſequendum, diuinorum eloquiorum ſit expoſitio congrua, ipſorumq; fidelis prædicatio admodum oportu-
na. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi noſcantur inaniter, vacuaq; redire, ſi auribus linguam loquentis ignorã-
tium proferantur. Ideoq; illius, cuius vicem in terris (licet immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui iuros
999 *per vniuerſum mundum ad Euangelizandum Apoſtolos, in omni linguarum genere fore voluit eruditos, viris*
Catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus vtuntur infideles præcipuè abundare ſanctam affectamus Ec-
cleſiam, qui infideles ipſos ſciant & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, Chriſticolarumq; collegio, per doctrinam
Chriſtianæ fidei, ac ſuſceptionem ſacri Baptiſmatis aggregare. Vt igitur peritia linguarum huiuſmodi poſſit habili-
ter per inſtructionis efficaciam obtineri, hoc ſacro approbante Concilio, ſcholas in ſubſcriptarum linguarum ge-
neribus, vbicunq; Romanã Curiam reſidere cõtigerit, nec non in Pariſien. Oxonien. Bonon. & Salamãtino ſtudijs
prouidemus erigendas. Statuentes, vt in quolibet locorum ipſorum teneantur viri Catholici, ſufficientem haben-
tes Hebraicæ, Arabicæ & Chaldeæ linguarum notitiam, duo videlicet vniuſcuiuſq; linguæ periti, qui ſcholas regant
inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſolicite doceant, earumq; peri-
tiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant: vt inſtructi & edocti ſufficienter in linguis huiuſmodi fructũ ſpe-
ratum poſſint (Deo authore) producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. Porrò eadem Cõ-
ſtitutio renouata eſt in Concilio Baſilienſi, Seſs. 19.

Platina in Clementis 5. vita. *Veneti cum Carolo ſecundo contra Imperatorem Conſtantinopolitanũ fœdus in-*
euntes, eò Raſſianorum Regem perpulêre, (anno D 1307.) vt orthodoxæ fidei rationem à Romano Pontifice peteret.
1000 *Verùm cùm poſteà Veneti ac Carolus refrixiſſent, Raſſiani ipſi malo exemplo ſententiam mutant.*

AEneas Syluius in hiſtor. Bohemica c. 28. Ioannes ex Rodulphi Imperatoris filio natus, cùm Albertũ
Cæſarem ſua manu interfeciſſet, *pœnitentia ductus, Clementem quintum Pontificem maximum, qui ſibi pur-*
gationem indulgeret, apud Auinionem adijt: Pontifex *Imperatoris occiſionem ob Imperatore indicendam ait.*
§ Quod ideo in medium protuli, vt conſtaret, Pontifices Romanos non alienam ſibi arripuiſſe iuriſdi-
ctionem, ſed eam, quæ à Chriſtò ipſis credita erat, omni ſtudio conſeruaſſe. Nec enim quæ merè ſecula-
ria erant, ſibi arrogârunt.

Antoninus part. 3. tit. 21. c. 2. *Clemens quintus confirmauit Henricũ in Imperatorem, & Robertum in Siciliæ*
& Apuliæ Regem. Et ca. 3. Cùm ad pluſquam trecentos Epiſcopos Viennæ congregatos cauſa Bonifacij
1001 delata eſſet, quem Rex Franciæ volebat oſtendere hæreticum fuiſſe: *Concilium declarauit, ipſum fuiſſe Ca-*
tholicum & indubitatum Pontificem.

Ioannes Scotus ſuper Sententias Diſtin. 19. artic. 5 ſignificat, quemlibet Chriſtianum teneri obedire
1002 Papæ.

Guido Carmelita in Summa de hæreſibus, primo errore Valdenſium. *Conſtat, quòd Dominus Petrum*
1003 *(& in Petro Petri ſucceſſores) poſuit omnium fidelium Caput: cui ait Dominus Luc. 22. Rogaui pro te, vt nõ de-*
ficiat fides tua: tu autem aliquando conuerſus, confirma fratres tuos: ita quòd in directione & confirmatione fidei
Petro, & Petri ſucceſſoribus eſt ſtandum & obediendum. Sic quòd Petri fides non deficiet à Sede Apoſtolica,
1004 *nec à Romana Eccleſia Chriſti Sponſa, quæ tota pulchra eſt, & labes hæreſis, ſeu macula non eſt in ea. Item no-*
lentes obedire Romano Pontifici Paſtori ouium Chriſti, cui in Petro Dominus ait (Ioannis vltimo) Paſce oues
meas. deſinunt eſſe oues Chriſti, quia oues Chriſti vocem eius libenter in doctrina fidei audiunt, Ioannis 10. Et
Chriſtus cum Petri ſucceſſoribus adeſt, per ſuam gratiam eos dirigens, & confirmans in fide, vt eorum doctrina, &
1005 *regimine perſeueret Sedes Apoſtolica & Romana Eccleſia ſine ruga aut macula hæreticæ prauitatis.*

Ioannem

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
1305	Idem Clemens 5.	Lat. Henricus, an. 7. mē. 9.	
		Ludouicus tertius a. 33.	
		Græ. Andronicus 2. cū Ioanne Caracuxano. an. 52	

næ ſubiectos obedientiæ, nec ad præcepta Eccleſiæ obligari. ſ. Et hoc illis cū Lutheranis commune eſt.

d Hominem poſſe perfectam beatitudinem conſequi in hac vita, ſicut in futura.

e Quamlibet intellectualem creaturam in ſeipſa naturaliter beatam eſſe.

f Animam non indigere lumine gloriæ ipſam eleuante ad videndū Deum.

g Exercere ſe in actibus virtutis eſſe hominis imperfecti, & animam perfectā licenciare à ſe virtutes.

h Oſculū mulieris (cùm ad hoc non inclinet natura) eſſe mortale peccatum.

i Actum carnalem (cùm ad hoc natura inclinet) nō eſſe peccatum, maximè cum tentatur exercens.

k Imperfectionis fore, ſi ab altitudine contemplationis ad miniſterium humanitatis Chriſti & Sacramentum Euchariſtiæ attēderent:

☞ *Doctores Catholici.*

anima poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta ſit. Nullō excepit, quantūuis perfectā. Heb. 13. Obedite Præpoſitis veſtris. Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Et Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei hoīes. Ergo quilibet eſt obligatus ad Canones ſeruandos, ſicut ad præcepta Dei. 1. Pet. 2. Quaſi liberi, & nō quaſi velamen habētes malitiæ libertatē, ſed ſicut ſerui Dei. Galat. 5. Vos in libertatē vocati eſtis, fratres: tantū ne libertatē detis in occaſionē carnis.

d Aluarus ibid. Matt. 11. *Inter natos mulierū nō ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Qui aūt minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo. Et 1. Cor. 13. videmus nūc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et Philipp. 1. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

e Aluarus ibidem. *Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Iacob. 1. Omne datum optimum de ſurſum eſt. 1. Corinth. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. 2. Cor. 3. Non quòd ſufficientes ſimus ex nobis. Luc. 18. Vnus eſt bonus Deus: eſt autem creatura bona, & ex conſequenti beata ſuo modo, ſed non eſſentialiter: alioqui non poſſet ſuum illud bonum perdere & peccare.*

f Aluarus ibid. *Apocal. 21. Claritas Dei illuminat ciuitatem Dei, & lucerna eius eſt Agnus. In lumine ergo filij ambulabunt (non in eo quod à ſe habent) Sancti in patria. Pſal. 25. 35.*

g Aluarus ibid. *Matth. 4. Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. 1. Timot. 4. Exerce teipſum ad pietatē, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Phil. 3. Quicunq; perfecti ſumus. (Et pòſt.) Nō quòd iā acceperimus, aut perfecti ſimus: ſequor aūt, ſi quomō cōprehēdam.*

h Aluarus ibid. *Oſcula per pacem danda vel ratione cōſuetudinis poſſunt fieri bona intentione abſq; peccato mortali & veniali. Si autem ex libidinioſo animo fiat, mortale eſt, propter deliberatum conſenſum in actum peccati. Matth. 5. Siue autem natura inclinet, ſeu non inclinet (& tamen etiam ad oſcula inclinat) peruerſa voluntas, quæ creaturæ delectationem Creatori præponit, eſt id, quod facit peccare. Mat. 15. De corde procedūt cogitatiōes malæ. &c.*

i Aluarus ibid. *Dominus dicit: Exod. 20. Non mœchaberis. Itē Apoſtolus Gala. 5. præmiſſa fornicatione, ait: Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Tobiæ. 4. Præter vxorem tuam non patiaris crimen ſcire. 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. Licet verò non tentari ſit impoſſibile, tamen non conſentire tentationi, per Dei gratiam facile eſt. Matth. 6. Ne nos inducas in tentationem. 1. Ioā. 4. Maior eſt qui in nobis eſt, quàm qui in mūdo eſt.*

k Aluarus ibid. *Videndo corpus Chriſti, videnti per fidē Diuinitatem eius, quæ coniuncta eſt carni Chriſti, quamquàm ipſum in hoc altiſſimo Sacramento corporaliter videmus ſub illis viſibilibus ſpeciebus latentem, ſi veraciter in ipſum credimus, & propterea ipſe nobis in hoc Sa-*

Ioannem, qui vulgo dicitur 22. erraſſe quidem, ſed neque hæreticum rectè dici poſſe, & certè nihil hæreticum decreuiſſe, ac falſo ab hæreticis calumnioſéque accuſatum eſſe.

Huius Ioannis temporibus quæſitum eſt, an Sanctorum animæ iam purgatæ fruantur clara viſione Diuinæ eſſentiæ ante diem Iudicij. Ioannes quidem (vt apparet tùm ex libris Gulielmi Occami, tùm ex Sermone Gerſonis 4. Tom. in feſto Paſchali) magis putabat, Sanctos nõdum clara Deï viſione frui. Sed tam longè ab omni pertinacia aberat, vt Benedictus Papa, qui Ioanni ſucceſsit, quique ab eo in ea re diſſenſit: tamen in publica Conſtitutione ſua (quæ in lib. 3. Alfonſi de Caſtro aduerſus hæreſes ſub verbo Beatitudinis extat integra) teſtatus ſit, *Papam Ioannem multis Prælatis & Magiſtris in Theologia* 1006 *diſtrictius in Conſiſtorio mandaſſe, vt in ea quæſtione vnuſquiſque deliberatè diceret, quod ſentiret. Ad deciſionem enim concertationum huiuſmodi ſeſe parabat. Tamen morte præuentus* (inquit Benedictus Papa) *illud perficere nequiuit.*

Primùm animaduerto, quòd licet Ioannes Papa vt homo, errauerat, tamen non ita ſuo errori adhæſit, quin omnia, quæ ab altera parte dici poſſent, audire paratus eſſet. Deinde admirabilem planè Dei prouidentiam in hac re circa Sedem Apoſtolicam perſpicimus, quòd nõ eſt paſſus, Decretũ aliquod falſum in cauſa fidei à Vicario ſuo (forſitan in falſam partem nimiũ inclinante) interponi, ſed potius morte hominis honorem Sedis Apoſtolicæ ſtabiliuit. Mortuo autem Ioanne, *Benedictus Papa* (vt verbis Laziardi Cœleſtini in Epitome vniuerſalis hiſtoriæ vtar) *Decretalem edidit, determinans, quòd animæ ſanctæ nihil habentes expurgabile, ſtatim, vt decedunt, ante diem Iudicij faciem Dei vident.* Occamus verò factionum odijs (quæ tunc inter Papam & Imperatorem erant, occæcatus) nimis acriter in Ioannem ſcripſit, id quod ex ipſius Occami verbis clarè perſpicitur. Fatetur enim (in Dialogorum Tractatu primo ſecundæ partis c. 9. & 10) Papæ Ioannis verba hæc eſſe. *Licet nos, poſtquàm fuimus in iſto ſtatu, ſtuduimus ſingulariter Sanctorum originalia:* (Et pòſt) *nunquam tamen mea intentionis fuit, dicere aliquid contra fidem. Et ſi aliquid diximus, totum ex tunc reuocamus.* Hæc Ioannis verba Occam oppugnat, cùm tamen illa & honeſtiſsimam orationem contineant, & ſophiſticè vrgenda non ſint, præſertim extra iudicium, in quo demum poſt vnam & alteram admonitionem cernitur, quis hæreticus ſit, aut non ſit. Ioannes verò nunquàm ita eſt in iudicium Eccleſiaſticum vocatus ad cauſam dicendam, vt cõtumaciam ſuam in prædicta opinione prodiderit. Temerarium igitur fuit, vt homo priuatus tantum Præſulem, etiam vltrò fatentem, *ſe reuocare, quicquid contra fidem dixerat*, tamen hæreſis accuſaret. Nec alioqui modeſtè ſatis locutus eſt Occamus. vnde AEmylius de geſtis Francorum lib. 8. ait: *Occamus Theologus Papam Ioannem maledictis lacerat.*

Quid quòd hic error, qui Sanctorũ animas Dei faciem *ante diem Iudicij clarè intueri negat*, adeo communis eſt huic Pontifici cum multis veteribus & Latinis, & Græcis Patribus, vt ex Latinis Tertullianus, Lactantius, Victorinus, Ambroſius, Auguſtinus, Prudentius & Bernardus: ex Græcis verò Iuſtinus Martyr, Irenæus, Origenes, Chryſoſtomus, Theodoretus, OEcumenius, Theophylactus, Euthymius, in eundem errorem impegiſſe videantur: quorum verba licet videre in Bibliotheca Sixti Senẽſis li. 6. annotatione 345: vt iniquiſsimum ſit, in vnum Papam Ioannem conuicia ob eam rem iacere, quæ illi cum tot Sanctis communis eſt, nec aliam ob cauſam cõmunis eſt, quàm quòd is Papa in ſcriptis Patrum religioſe verſatus, credebat ſe non temerè debere à tot Doctorum ſententia diſſentire. Ac fateor quidem, non defuiſſe aut alios Patres, aut hos etiam ipſos, qui alijs in locis aliter interdum docuerint, ac verba ipſorum piè intelligi tùm poſſe, tùm debere contendo. Sed quænam impudentia eſt, ob cauſam aliquam papæ Ioanni crimen hæreſeos intentare: & ob eandem ipſam idem crimen Iuſtino, Irenæo, cæteriſq́ue Patribus non intentare? Sin illos nota ipſorum & generalis fides liberat ab omni ſuſpicione hæreſis, quia doctrinam ſuam Eccleſiæ Decretis ſemper parati erant ſubijcere: certè hoc idem Ioannes Papa de ſeipſo quoq; teſtatur, vt verba ipſius, quæ antè ex Occamo citauimus, manifeſtè docent.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1316	201. Ioannes 21 dictus 22. Caturcenſis, Gallus an. 18. m. 3. d. 28.	Idem Ludouicus.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

derent: & ideo non eſſe aſſurgendum in eleuatione corporis Chriſti.

l Bononatus, Iacobus Iuſtus, Gulielmus, Gilibertus, & Bartholomæus inter Begardos primarij quidam viri extiterunt.

161. De errore Michaelis de Ceſena & Wilhelmi Occami.

m Erât hac ætate qui dicerent, Chriſtum eiuſque Diſcipulos & veros imitatores nihil in ſpeciali aut in communi, velut ſuum, habuiſſe. Ob quam doctrinam Michael de Ceſena Fratrum Minorũ generalis miniſter, & Wilhelmus de Occam excõmunicati ſunt à Ioãne 22. Ac poteſt quidẽ fieri, quòd iſti duo nihil aliud ſenſerint, quàm Chriſtũ & Apoſtolos nihil habuiſſe proprij, ſecũdùm ſeculi huius conſuetudinem. Sed in eo peccârunt, quòd ſummi Iudicis Decreto ſuum qualemcũque ſenſum nõ ſubiecerũt.

162. De Beguinorũ hæreſib.

a Beguini dicebát, Chriſtũ & Apoſtolos nihil habuiſſe nec in proprio, nec in communi. Vnde inferebát, cõtra perfectionẽ Euãgelicã eſſe, aliquid etiã in cõmuni habere. Apud Guidonẽ Carmelitã ab errore Beguinorũ primo vſq; ad ſextum. Videtur enim Guido ſine cauſa tot Beguinorum errores facere, cùm ad paucisſima capita redigi poſsint.

b Papam non poſſe diſpẽſare in Regula S. Frãciſci, & votis, ac tranſitu Fratrũ

Doctores Catholici.

cramento ſui memoriam dereliquit, dicens Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationẽ. Non ergo deſcendunt à contemplatione perfecta, adorando carnẽ illam vnitam inſeparabiliter verbo, ſed aſcendunt. Nihil enim ſic hominem ad Deum trahit, ſicut Deum hominem contẽplari. Nam via veniẽdi ad contemplationẽ diuinitatis, eſt cõtemplatio humanitatis (Chriſti) quæ eſt facilior. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit: vtique per aſſumptam humanitatem.

l Begardorum hæreſes vnà cum authoribus & ſectatoribus eorum condemnati ſunt in Viennenſi Cõcilio, ſub Clemente Quinto.

m Ioãnes Papa 22. (in Extrauagãte. Cùm inter. c. 4. de verbor. ſignif.) de fratrum cõſilio *declarat, illam aſſertionem hæreticam, quæ pertinaciter aſſerit Chriſtũ eiuſque Apoſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua, nec in cõmuni: vtpote quæ aſſerat ſacræ ſcripturæ cõtradicit, quæ in pluriſq. locis* (Ioan. 4. & 13.) *ipſos nõnulla habuiſſe aſſerit. Iis aũt, quæ habuerũt, vtẽdi, vendendi, ſeu donãdi ius illis cõpetijt: aliaqui enim talis vſus earum rerũ iniuſtus fuiſſet.*

Aluarus Pelagius de planctu Eccleſiæ lib. 2. c. 59. diſtinguit duplex dominium: vnũ, quod ſit iuris merè humani & poſitiui, quod ſoli ſeculares habẽt, cùm interim Religioſi tale ius abdicent: aliud verò, quod ſit naturalis & diuini iuris, cui renunciare licitum non ſit. Chriſtum igitur, & Apoſtolos, atque omnes Religioſos ait habere dominium iſtud poſterius, dum ſimplicem, ſed tamen iuſtum facti vſum circa res ipſis donatas habent, abſque omni aut proprietate poſitiui iuris, aut affectione ad illam. Errare igitur illos, qui omnem habendi modum à Chriſto & Apoſtolis tùm in ſpeciali, tùm in communi excludunt.

a Guido Carmelita Epiſcopus Perpinianus in Sũma de hæreſibus in cõfutatione huius erroris Beguinorum. c. 2. *Chriſtus loculos habuit ad ſuam & ſuorum neceſsitatem. Ioan. 13* (Et pòſt.) *Conſtat, quod Eccleſia tempore Pauli reſeruabat oblata à fidelibus ad prouidendum viduis. 1. Timot. 5.* (Et iterũ pòſt.) *Paulinus Nolanus, & Hilarius Arelatenſis Epiſcopi, cùm ex amore perfectionis ſua propria reliquiſſent, facti Epiſcopi non ſolùm ſuſceperunt, ſed etiã laudabiliter Eccleſiæ facultates communes auxerunt, non ad propriũ dominatum, ſed ad diſpenſandũ miniſtris Eccleſiæ & pauperibus. Imò*, inquit, *ſicut in veteri, ſic etiam in nouo Teſtamẽto fuerunt multi Reges, & Martyres, & Confeſſores valde perfecti, cùm tamen proprium aliquid poſsiderent.*

b Guido ibidem cap. 7. *Dominus Papa* (Ioannes 22) *in hoc iuſte & ſanctè fecit, tollẽs erroneum intellectũ, quẽ iſti habebant de paupertate Chriſti & Apoſtolorũ.* Et c. 8. *Papa poteſt diſpenſare in votis, vt dicit S. Bernard. 3. ad*

Quæ cùm ita ſint, non minus ab hæreſi liber & ſolutus eſt Ioannes Papa, quàm vel Irenæus Martyr, vel Sanctus Auguſtinus, quos vtroſque cum Deo in cœlis degere, nemo dubitat. Nam quid de illa inſigni Ioannis Caluini audacia dicam, qui non dubitauit literis prodere (Inſtitut. cap. 8. num. 133.) *quòd Ioannes 22. palàm aſſeruit, animas eſſe mortales, vnáque cum corporibus interire vſque ad diem reſurrectionis:* & addit, *neminem Cardinalium huic ſe tantæ inſaniæ oppoſuiſſe.*

Hic ſunt duo egregia Caluini mendacia. Primum, Ioannes 22. nunquàm aſſeruit, animas eſſe mortales: ſed tantùm dubitauit, vtrum poſtquàm à corpore ſeparatæ atque à peccatorum reliquijs expiatæ eſſent, mox nudam Dei faciem intuerentur, an verò in loco aliquo doloris quidem vacuo, ſed non etiam ſummi gaudij pleno expectarent, donec reliqui fratres ipſorum conſummarentur. Aliud autem eſt, animam interire cum corpore, quod nemo fidelis vnquam ſenſit, & aliud ad tempus retardari à conſpectu Diuinitatis, quod permulti Patres (re nondũ per Eccleſiam definita) opinati ſunt. Deinde, erãt ex Cardinalibus, qui ſe opponerent illi qualicunque Pontificis opinioni. Etenim Benedictus Pontifex, qui proximè Ioanni 22. ſucceſsit, quique de Cardinalium numero tunc erat, quando Ioannes Papa iſtã controuerſiam propoſuit, totam rem his verbis complectitur, quæ extant apud Alfonſum de Caſtro, lib. 3. aduerſus hæreſes.

Benedictus ſeruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Benedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in
omnibus operibus ſuis, qui Sacroſanctã, Romanã, Catholicam & Apoſtolicã Eccleſiam (quam vt vineã plantauit
dextra ſua, quamq́; vt præcipuam in Eccleſiarum omnium Caput erexit, & victricem, dicente Domino ad Pe-
1007 *trum: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam) ſua miſeratione non deſerit, ſed per beatos Apoſtolos ſuos præcipuè Petrum & Paulum, ſingulares eiuſdem Eccleſiæ defenſores, pia benignitate & con-*
tinua pietate cuſtodit, quatenus eiſdem Rectoribus gubernata, in ſe ſtabilis maneat fundata ſuper firmam petrã,
omnesq́; Chriſtianæ fidei cultores illi obediant, illi pareant, illi intendant, ſub illius magiſterio degant, sub eius diſ-
1008 *ciplina & correctione conſiſtant.* (Et poſt.) *Sanè dudum tempore fœlicis recordationis Ioannis vigeſimi ſe-*
cundi prædeceſſoris noſtri, inter nonnullos etiam Theologicæ facultatis magiſtros, ſuper viſione animarum iuſto-
rum hominum poſt mortem ſuam, in quibus nihil erat purgabile, cùm de hoc ſeculo deceſſerunt, vel ſi fuerat, iam
purgatum fuerat ex toto, an diuinam eſſentiam videant ante corporum ſuorum reſumptionem ac Iudicium gene-
rale, & ſuper nonnullis alijs circa materia quæſtionis, ipſorum aliqui negatiuam, aliqui affirmatiuam, alij verò
ſecundùm ſuas imaginationes, de viſione Diuinæ eſſentiæ ab animabus huiuſmodi, diuerſo & diuerſimodè oſten-
dere nitebantur, prout ex dictis & ſcriptis eorum noſcitur apparere: ſuper reiectis ſuis verò concertationibus,
quas hic cauſa breuitatis omiſimus, quia iſto ex noſtris etiam determinationibus inter ſe decidebant: cumq́; idem
1009 *Prædeceſſor noſter, ad quem prædictarum determinatio pertinebat, ad deciſionem concertationum huiuſmodi ſe*
pararet, in ſuo Conſiſtorio publico tam fratribus ſuis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorum numero
tunc eramus, quàm Prælatis & Magiſtris in Theologia, qui multi aderant præſentes, iniungendo diſtrictius &
mandando, vt ſuper materia de viſione prædicta, quando requirerentur ab eo, deliberatè vnuſquiſq́; diceret, quod
ſentiret: tamen morte præuentus, ſicut Domino placuit, perficere nequiuit. Defuncto itaque Prædeceſſore præfato,
nos diuina dignatione ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, diligentius attendentes, quãta ex præmiſſis eo-
rum concertationibus non ſolutis, animarum imminent pericula, quanta exinde poſſunt ſcandala ſuboriri,
vt ipſorum varietas pereat, & veritatis ſoliditas innoteſcat, habito prius ſuper prædictis ſolicita examinatione,
& diligenti deliberatione cum fratribus noſtris dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de ipſorum fratrum con-
1010 *ſilio hac in perpetuum valitura conſtitutione, authoritate Apoſtolica definimus, quòd ſecundùm communem*
Dei ordinationem, animæ Sanctorum omnium, qui de hoc mundo ante Domini noſtri Ieſu Chriſti Paſsionem
deceſſerunt, nec non Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, vt aliorum Fide-
lium defunctorum, poſt Sacramentum Baptiſmi ab eis ſuſceptum, in quibus nihil purgabile fuit, quando
deceſſerunt, nec erit quando decedent etiam in futurum, vel ſi tunc erit aliquid purgabile in eiſdem,
tamen poſt mortem ſuam purgabunt, atque animæ puerorum eodem Chriſti baptiſmate renatorum, &
baptizandorum, cùm fuerint baptizati, ante vſum liberi arbitrij decedentium, mox poſt mortem ſuam,
& purgationem præfatam in illis, qui purgatione huiuſmodi indigebant, etiam ante reſumptionem
ſuorum corporum, & Iudicium generale, poſt Aſcenſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti in cœlum, fuerunt,
ſunt, & erunt in cœlo, cœlorum regno, & Paradiſo cœleſti, cum Chriſto Sanctorum Angelorum conſor-
tio aggre-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1317.	Idem Ioannes.22.	
		Idem Ludouicus.

☞ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

Minorum ad aliam Religionem: & ideo D. Papam Ioannem 22 perdidiſſe ſuã poteſtatem, quia cùm non poſſet (inquiebant) hoc facere, conceſsit Fratribus Minoribus, vt haberẽt frumentum in granarijs, & vinum in cellarijs pro communi vita.

c Dicebant, quòd ſtatus Fratrum Minorũ, eſt perfectiór ſtatu Epiſcoporũ.

d Papam non poſſe diſpenſare in voto ſimplici, etiamſi ob pacis bonum id fieret, vel ob gentis alicuius conuerſionem ad fidem.

e Quòd interrogati ab Inquiſitoribus non tenentur reſpondere, niſi tãtùm de Articulis fidei & Sacramentis.

163. De Lolhardorum hæreſibus.

a Trithemius in Chron. refert, fuiſſe in Germania quoſdã,

Doctores Catholici.

Eugenium Papam de diſpenſatione & præcepto. Et ſicut Regula & ſtatus Religionum habent vim ex authoritate ſummi Pontificis, per quem approbantur, ac confirmãtur: ſic ſubſunt eius authoritati, vt ſuos obligent, vel non, prout rectè ipſi Domino Papæ videbitur expedire. Et ſicut poterit eius authoritate ex vna religione tranſire in aliam etiam minus arctam: quia poterit eſſe cauſa tranſitus. Itẽ licet Ordo Fratrum Minorum præemineat alijs ſtatibus in voto paupertatis, non ſequitur tamen, quòd præemineat in alijs votis, quia inter vota religionis minimum eſt votum paupertatis. Vnde & Hieronymus ſuper Matth. dicit, quòd cum Dominus ait Matt. 19 Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: præmiſit, quod minus eſt, ſcilicet, cõtinere pauperem, & ſubiungit quod maius & perfectum eſt: dicens, Et veni, & ſequere me.

c Guido ibid. c. 9. *Eſt de neceſsitate ſtatus Epiſcopalis, euangelizare, 1. Timoth. 3. baptizare, cõfirmare, ligare & ſoluere: non itẽ Fratrum Minorum, niſi quantũ Sedes Apoſtolica concedit eis, ex gratia. Requiritur in Epiſcopo tanta perfectio, vt poſsit ſubditorũ ſalutẽ operari, & paratus ſit pro fratribus & ouibus animam ponere. Ioan. c. 10. In cuius rei ſignũ Dominus Petro Romanorũ Epiſcopo martyriũ fugienti, & plebem deſerenti, apparuit. Cui Petrus: Domine, quò vadis? Et Chriſtus reſpondit: venio Romam iterũ crucifigi. In quo didicit, quòd pro fide Chriſti & ſalute populi martyriũ pateretur. quod & fecit. Et quia maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, vt animam ſuã ponat pro amicis ſuis: præeminet in perfectiõe ſtatꝰ Epiſcopalis ſtatui ſimplicium Fratrũ Minorũ: qui nõ ſunt Papa, vel Epiſcopi.*

d Guido ibid c. 16. *Licet aliqui dicãt, quòd in voto ſolemni cõtinentiæ nõ poſsit ſummus Pontifex diſpenſare (cuius oppoſitum tenet Innocentius, cui credo magis) tamen de voto ſimplici omnes Catholici Doctores tenẽt, quòd Papa poteſt diſpenſare: quia, vt dicit S. Bernard. Diſpenſatio licita eſt, cum vrget neceſsitas, aut expoſtulat communis vtilitas. Vbi ergo eſt vel neceſsitas, vel cõmunis vtilitas, quia periclitatur fides, vel bonum commune, quod eſt maius, & diuinius, ac eligibilius bono priuato continẽtia (vt dicitur primo Ethicorum) laudabiliter de voto continentiæ diſpenſatur. Quamuis enim ſtatus virginitatis de ſe ſit altior & perfectior ſtatu matrimonij ſecundùm ſe: tamẽ ratione maioris boni adiuncti, propter quod diſpenſatur, præfertur tunc matrimoniũ, vt coniugiũ Abrahæ propter Chriſtum, qui ex eius ſemine erat naſciturus, in quo futura benedictio & redẽptio generis humani, præferebatur cælibatui Ioãnis, ſecundum Auguſtinũ de bono coniugali.*

e Guido ibidem c. 18. & 19 De erroribus Pſeudoapoſtolorum: *Iuramentum pro omni veritate, dum adſit iudicium, & iuſtitia, licitum eſt. Ieremia cap. 4.*

a Bonauentura in 4. Sentent. diſt. 2. c. 18. *Sacramẽta*

 ſanant

tio aggregata, ac poſt Chriſti Ieſu Paſsionem & mortem, viderunt, & vident, & videbunt Diuinam eſſentiam immediatè, ſe bene, & clarè, & apertè illis oſtendentem, quódque ſic videntes, eadem diuina eſſentia perfruuntur: nec non quòd tali viſione & fruitione eorum animæ, qui iam deceſſerunt, ſunt verè beatæ, & habent vitam æternam & requiem.

Qui perpenderit iſta Benedicti Pontificis verba, primùm animaduertet, nihil omnino à Ioanne definitum eſſe: atque ideo non fuiſſe, vbi quiſquam ſe opponeret illius opinioni. Deinde perſpiciet, aut omnes omnino, aut penè omnes Cardinales Pontifici Ioanni ſe oppoſituros fuiſſe, ſi ſemel ad rem peruentum fuiſſet. Cùm enim ſtatim poſt mortem Ioannis omnes in contrariam ſententiam ſub Benedicto iuerint, non eſt credibile, quin ab Ioanne adhuc viuente etiam diſſenſerint, præſertim cùm ipſe Benedictus teſtetur, *aliquos Theologos negatiuam, alios verò affirmatiuam partem veram oſtendere conatos eſſe*, ac Ioannem ipſum mandaſſe, *vt deliberatè vnuſquiſque diceret quod ſentiret.*

Poſtremò ſi omnes alij aſſenſum Ioanni Papæ erant præbituri, quis tamen credat, ipſum Benedictum, qui ad contrariam ſententiam definiendam auctor extitit, quique ſub Ioanne Papa erat Cardinalis, ſuum quoque iudicium fuiſſe diſsimulaturum? Quid multis? Tota res ficta eſt à Caluino, vt oſtenderet, ſe filium eius eſſe, qui ab initio mendax fuit, & in veritate non ſtetit. Quod verò ad Occamum attinet, iracundia commotus, vindictæ potius, quàm veritatis cauſa, Ioannem oppugnauit.

Guilielmus enim Occamus (vt ſcribit Trithemius an. Domini 1324.) à Ioanne Papa excommunicatus, ad Ludouicum Imperatorem confugit, à quo ſuſceptus, multa & varia ſcripſit contra Papam. (Et poſt.) Vir doctus quidem, ſed temerarius nimium. *Sunt qui dicant, eum circa finem vitæ ſuum recognouiſſe errorem, & Apoſtolicæ Sedis gratiam impetraviſſe.*

Paulus etiam Aemilius in lib. 8. de geſtis Francorum: *Occamus* (inquit) *Theologus Minor, Ioannem Pontificem non criminibus modò, ſed maledictis lacerat.*

Licet autem iſte Occamus contra Papam Ioannem ſcripſerit, tamen ſine omni controuerſia velut
contra hominem, non autem velut contra Eccleſiæ Romanæ fidem authoritatémue ſcripſit Nam alio-
qui fidem ſuam de Romana Eccleſia apertiſsimè confitetur in Prologo libelli, quem ſcripſit de Sacra-
1011 mento altaris. *De illo* (inquit) *altiſsimo Sacramento aliqua breuia conſcripturus, proteſtor, me nihil aſſerturum,*
niſi quod Romana tenet & docet Eccleſia.

De Ludouici Bauari iuſta excommunicatione, & nefario Schiſmate.

Ludouicus Imperator (inquit Trithemius in Chro. an. D. 1324.) vxorem potentis cuiuſdam viri ab-
ſtulit, quocum annis vndecim matrimonialiter vixerat, eamque Ottoni filio ſuo copulauit, vt eo pacto
Ducatum Carinthiæ & Tirolis ad mulierem iure hæreditario deuolutum obtineret. Ioannes autem
Papa commotus tanta iniquitate, cùm nec monendo, nec comminando quicquam proficeret, com-
1012 munionem Eccleſiæ Ludouico interdixit. Ludouicus autem an. D. 1327. Romam profectus, ibiq; à ſim-
plici quodam Epiſcopo, reclamante Papa, coronatus, in Concilio ſuorum Ioannem 22. temeraria præ-
ſumptione depoſuit, eundemque hæreticum & ſchiſmaticum denunciari cùm feciſſet, Petrum Corba-
rium ordinis Minorum Papam cõſtituit. Qui poſt diſceſſum Imperatoris in Germaniam, Piſis relictus,
& à Bonifacio Comite Piſano Auinionem ad Ioannem Papam adductus, errore prius recognito, in
carcere vitam cum morte permutauit.

1013 Perſiſtente autem Ludouico in contumacia ſua, ex *Clemẽtis Papæ 6. mandato*, maior Principum pars
elegit Carolum 4. qui etiam poſt Ludouici mortem, quæ breui ſubſecuta eſt, pacificè imperauit ſolus,
licet factio Ludouici primùm Edouardum Angliæ Regem, deinde Marchionem Miſnẽſem, ac deniq;
Guntherum Comitem de Swartzburg ei opponere conata eſſet. § Deus igitur effecit, vt Vicarij
ſui Pontificis Romani ſententia præualeret.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	
1318.	Idem Ioannes 22.	Idem Ludouicus.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

quoſdam hæreticos (quorum Dux fuit Lolhardus, nomine Gualtherus) qui Sacramenta Baptiſmi, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ, Matrimonij & extremæ Vnctionis, ieiunia Eccleſiæ, Feſtos dies, Eccleſiarum, Altarium & ſimilium rerũ conſecrationes, inuocationes Sanctorum, ac deniq; Romanam Eccleſiam cõtempſerint, ac irriſerint, non aliter quàm Petrobuſianos, Henricianos, Waldenſes & Albigenſes feciſſe, antea declarauimus. Nec tamen iſti Lolhardi propterea vnius eiuſdẽq; Eccleſiæ, ſeu fidei, cũ Petrobuſianis & reliquis illis erant: cùm proprias prætereа hæreſes docuerint, ob quas neceſſe fuit, eos propriam habuiſſe & ſectam, & congregationem. Proprias verò iſtorum hæreſes Ioannes Trithemius commemorat in Chron. circa annum Domini. 1315.

b Luciferum cũ dæmonibus ſuis cœlo iniuria pulſum, beatitudini cum ſuis reſtituendum eſſe.

c Michaelem & bonos Angelos omnes æternis cruciatibus deputandos.

d Mariam non manſiſſe virginem poſt partũ: alioqui (vt dicebant) non hominem, ſed Angelum peperiſſet. Hãc hæreſim Proteſtantes amplectuntur.

e Deum negabãt aut ſcire, aut punire mala, quæ ſub terris fierent, & ideo in ſubterraneis, turpitudinẽ exercebant. Vnde puella quædam,

Doctores Catholici.

ſanant infirmitates tã culpæ, q̃ pœnæ, & virtutes adiuuãt. Infirmitas culpæ primũ eſt peccatum originale, cõtra quod eſt Baptiſmus Sacramentũ fidei, deinde peccatũ actuale mortale, contra quod eſt pœnitentia, quæ datur in auxiliũ iuſtitiæ: tum autẽ peccatũ veniale, cõtra quod eſt extrema Vnctio in auxilium ſpei. Pœna aũt infirmitas eſt quadruplex. 1. pœna ignorantiæ, cõtra quã eſt Ordo, in quo poteſtas diſcernendi traditur in auxiliũ prudẽtiæ. 2. Impotẽtiæ, cõtra quam eſt Cõfirmatiò, in auxilium fortitudinis. 3. pœnæ malitiæ, cõtra quam eſt Euchariſtia, in auxilium Charitatis. 4. Pœna concupiſcentiæ, contra quam eſt Matrimonium, in auxilium temperantiæ.

D. Thomas p.3 q.65. art.3. *Inter Sacramenta potiſſimũ eſt Euchariſtia. Primùm, quia Chriſtus in eo ſubſtãtialiter continetur. Deinde, quia cætera Sacramẽta & ad Euchariſtiam ordinantur, & per illam conſummantur.*

Bonauentura in lib. 4. diſtinct. 23. de Sacramentorum formis agens: *Romana* (inquit) *Eccleſia vitat ea, quæ poſſunt eſſe occaſio deuiandi.*

b Bonauent. in Sentent. lib. 2. diſtinct 6. q. 1. a. *Lucifer eleuatus in ſuperbiam, quia altior erat, cecidit profundius, & quia dignior, ad malum ſe cõuertit inſeparabiliꝰ. Vnde ſcimus, quantũ Deus odit peccatũ, & maximè ſuperbiam, quia pro vno motu cordis, nobiliſſima creatura omniũ creaturarũ (Angelica) æternaliter ſine ſpe veniæ eſt dãnata.*

c Tho. de Aquin. p.1. q. 62. ar. 8. *Angelorũ beatitudo in hoc conſiſtit, quòd eſſentiã ipſam bonitatis vident. Vnde cùm nemo operetur, niſi attendens ad bonum, illi attendentes ad Deum, qui ſummum eſt bonum, peccare non poſſunt.* § Et ideo nec puniri poſſunt.

d Thom. p. 3. q. 28. art. 2. *Propheta non ſolùm dixit, virgo concipiet, ſed etiã & pariet filiũ. Nã licet Chriſtus, vt corpus verũ oſtẽderetur, natus eſt ex fœmina: tamẽ vt oſtẽderetur eius Deitas, miraculosè proceſſit ex virgine.* Et q. 35. Art. 6. *Nulla violentia apertionis meatuum in partu Mariæ fuit, & propter hoc nullus in illo partu fuit dolor, ſicut nec aliqua corruptio.*

e Thom p. 1. q. 14. art. 11. *Cùm Deus ſit cauſa rerum per ſuã ſcientiã, neceſſe eſt, quòd eſſentia ſua ſit principiũ ſufficiens ſciendi omnia, quæ per ipſum fiunt, non ſolùm in vniuerſali, ſed etiam in ſingulari.*

Bonauent. in Sentent. lib. 4 diſtinct. 48. c. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonũ, ſiue malum. 2. Cor. 5. Si iuſtitia Dei manifeſtatur, potiſſimũ in iudicio id fiet, quantum ad omnia merita & omnes merentes. quod vtique faciendum intelligitur vel per manifeſtam collationem meriti ad præmium, vel etiam per diſcuſſionem, vel denique per ipſam condemnationem.*

a Auguſt.

1014 Aluarus Pelagius in Prœmio lib. 1. de planctu Eccleſiæ. *Vnam, Sanctam, Catholicam Eccleſiam Ro-*
manam, Sponſam Chriſti confiteor, veneror & obſeruo, extra quam ſalus non eſt. Sponſum eius legitimum, &
Caput Dominum reuerendiſſimum, & ſanctiſſimum, Dominum Ioannem Papam 22. de Caturco (cuius Papa-
tu durante, & in annum 14. ſe Dei gratia extendente, hoc opus in ciuitate Auinionenſi, vbi tunc cum ſua
vera Curio reſidebat, incepi) ſucceſſorem almi Petri Apoſtoli, & Vicarium Domini noſtri Ieſu Chriſti, vicem non
puri hominis, ſed Dei & hominis Domini Ieſu Chriſti tenentem in terris, verè colo, profiteor & amplector. Pe-
1015 *trum de Corbario Apoſtatam Fratrum Minorum, quem Ludouicus Bauarus intruſus (qui ſe pro Imperatore*
gerit, & pro ſuis ſcelestibus à dicto Domino Ioanne vero Papa, ſchiſmaticus & hæreticus ſententialiter extitit
condemnatus) in prædicta ſancta Sede Petri intruſit, cum Dathan & Abyron ſchiſmaticis, quos viuos terra
abſorbuit, niſi pœniteat, habere cenſeo portionem.
1016 Idem cap. 6. lib. 1. *Synodus vniuerſalis in Papam (corrigibilem præſertim) iuriſdictionem non habet, nec*
in eum ſententiam depoſitionis profert, etiam in hæreſi, ſed dicit ei: Ore tuo iudica cauſam tuam, quoniam ex
1017 *te (inquit) iuſtificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis.* (Et pòſt.) *Papa enim ſuper omnia generalia Concilia*
eſt, & ab ipſo ipſa recipiũt iuriſdictionẽ, & auctoritatem, & licentiã congregandi ſe, nõ ipſe ab eis principaliter.
1018 Idem cap. 13. *Iuriſdictionem habet vniuerſalem in toto mundo Papa, nedum in ſpiritualibus, ſed tempora-*
libus: licet executionem gladij tẽporalis, & iuriſdictionis, per filium ſuum legitimum Imperatorem, quũ fuerit,
tanquàm per aduocatum & defenſorem Eccleſiæ: & per alios Reges & mundi Principes, & in patrimonio ſan-
cti Petri, & in regno Siciliæ, quod eſt regnum Eccleſiæ & patrimonium, & in alijs terris Eccleſiæ eam per ſuos
Rectores debeat exercere: quia ſicut vnus Chriſtus Sacerdos & Rex Dominus omnium: ſic vnus eius in ter-
ris & in omnibus Vicarius generalis. Ad hoc Hierem. 1. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna:
1019 *Hieremias autem Sacerdos fuit typus Papæ, vt alienum à ſuo demonſtraret ouili, qui Petrum & Succeſſores*
eius Magiſtros non cognoſceret, & Paſtores.

Idem in cap. 36. & 37. doctiſsimè probat, quantò Sacerdotium Eccleſiæ, quod in Abele cœpit, anti-
quius fuit regno temporali, quod demum poſt Diluuium incepit. Ex regibus autem, primum Regem
iuſtum & verum fuiſſe *Melchiſedech Sacerdotem Dei:* cæteros enim tyrannos potius fuiſſe. In populo
autem Dei primum inſtitutum eſſe Sacerdotium, & poſtea *per Sacerdotes Regalem poteſtatem à Deo eſſe*
ordinatam. Sacerdotes autem veteris Legis etiam materiali gladio vſos eſſe, *vt Moyſen, quando Ægyptiũ*
interfecit, & quando Leuitis mandauit interficere fratres ſuos idololatras. Exo. 32. Itemq; Phinees, Num. 25.
Samuelem, dum regem Agag in fruſta concidit, & Matathiam, dum iudicem idololatram in Altari oc-
cidit. In nouo etiam Teſtamento *Chriſtus per flagellum de funiculis eiecit ementes è templo. Petrus ampu-*
tauit Malcho auriculam, & verbo occidit Ananiam. Paulus obcæcauit Elymam Magum. Eccleſia igitur habet
gladium temporalem, licet per ſe exercitium eius nõ habeat. quod propter maiorem puritatem ordinatũ eſt, quia
Dauid ob multum ſanguinem, quem effudit, non poterat ædificare domum nominis diuino. Alioqui etiam An-
gelus iuſtè & innocenter occidit 85. millia virorum, Iſaiæ 37. Vnde Papa, qui ſingulariter animas ligat & ſoluit,
tam corporibus, quæ animabus ſubſunt, quàm temporalibus alijs, quæ ad ſuſtentationem corporis comparata
ſunt, multò magis præeſt. Papa igitur hoc modo vtramque habet poteſtatem, quod qui negaret, duo principia
1020 *cum Marcionitis poneret.* Plura eius generis videre licet apud Aluarum eo in loco.

1021 Petrus de Bella Pertica Bartoli præceptor lib. 1. de ſumma Trinitate & fide Catholica *Duo ſunt in*
terris loco Dei: Papa in ſpiritualibus, Imperator in temporalibus.

Durandus de S. Portiano in lib. 4. Sentent. diſt. 24. q. 5. *Poteſtas iuriſdictionis, quæ eſt ad regendum po-*
1022 *pulum, tota & in ſuo fonte data fuit ſoli Petro & ſucceſſoribus eius. Ioan. 21. Paſce oues meas. Super omnes igi-*
tur & ſacerdotes, & Epiſcopos, & Archiepiſcopos Papa collocatur, penes quem reſidet plenitudo & primitas hu-
ius poteſtatis. Et hoc eſt rationabile, quia optimum regimen vnius multitudinis eſt, quãdo regitur per vnum ſu-
premum, à quo deſcendit authoritas regendi in medios & vſque ad infimos, & propter hoc regnum eſt optima
politia, ſecundum Philoſ. 2. Politic. Sed regimen Eccleſiæ optimè eſt à Chriſto inſtitutum: ergo in tota Eccleſia de-
bet eſſe vnus vniuerſalis Rector, à quo deſcendat authoritas regendi in medios vſque ad Rectores infimos, &
1023 *hic eſt Papa. Et propter hoc ſtat vnitas Eccleſiæ, quòd omnia membra ſunt ſub vno Capite. Qua de cauſa illi, qui*
hanc poteſtatem negant, ſchiſmatici dicuntur, quaſi vnitatis Eccleſiæ diuiſores.

Auguſtinus de Anchona inſignem librum edidit de poteſtate Eccleſiaſtica, quem Ioanni 22. dedi-
1014 cauit, in cuius libri prœmio hunc in modum ſcribit: *Error eſt (vt puto) pertinaci mente nõ credere, Roma-*
num Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem, Petri ſucceſſorem, & Chriſti legitimum Vicarium.
1025 Idem in q. 1. declarat *poteſtatem iuriſdictionis ſpiritualium conuenire Papæ, ſecundùm immediatam inſti-*
tutionem & executionem: temporalium verò, ſecundùm inſtitutionem per Analogiam quandam, ſed non ſe-
1026 *cundùm immediatam executionem, niſi in quibuſdã caſibus.* In q. 3. probat, poteſtatem Papæ maiorẽ quauis
alia eſſe,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1320.	Idem Ioannes. 22.	
		Idem Ludouicus.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

quædam, nomine Giſla, cùm interrogaretur in ipſo tempore, quo propter hæreſim ſuam comburebatur, vtrum virgo eſſet: Super terram (inquit) virgo ſum, ſub terra minimè.

164. *De Ioanne Poliaco.*

a Ioannes de Poliaco dicebat, ſtante ſtatuto Concilij generalis, quod oẽs homines iubebat crimina ſua omnia proprio Sacerdoti confiteri, nec Papam, nec Deũ ipſum facere poſſe, vt ali⁹ præter Parochialem ſacerdotem ita poſſet quenquã abſoluere, quin is eadem peccata proprio ſacerdoti denuò cõfiteri obligaretur. Vnde inferebat, fruſtra fieri confeſsiones apud Fratres mendicantes, etiam de Papæ licentia.

165. De flagellatium ſeu hæreſibus.

b Flagellantes, cùm ſeipſos virgis conciderent, interim prædicabant, neminẽ ſaluari poſſe, niſi in ſanguine de proprio ſuo corpore per flagella excuſſo baptizaretur. Nam Baptiſmum aquæ mutatum eſſe in baptiſmum ſanguinis. § Quæ hæreſis etiãſi prius aliquantò in Italia dicatur exorta, in Vngaria & Alemania pererebuit demum circa an. Do. 1350. authore Trithemio in Chron.

c Dice-

Doctores Catholici.

a Auguſtinus Anconitanus in lib. de Eccleſiaſtica poteſtate, quæſt. 65. Art. 1. 2. & 3. in ſumma ſic docet: *Proprius ſacerdos intelligitur in iſto Decreto, quicunq; nõ eſt alienus: & ſic nomẽ proprij Paſtoris accipitur.* Ioan. 10. *Oues proprium Paſtorem ſequuntur, alienum verò fugiũt.* Quo ſenſu & Epiſcopus Diœceſeos, & Papa ſunt proprij ſacerdotes. Atque etiam alius quiuis presbyter, cui Epiſcopus vel Papa legitimam poteſtatem concedit, non ordinariã, ſed diſpenſatoriam, quæ fundatur in exemplis Apoſtolorũ. *Planũ eſt enim, quòd Apollo fuit presbyter Corinthiorũ, iuxta illud Apoſtoli. 1. Cor. 4. Ego plantaui, Apollo rigauit, & tamen Paulus in Eccleſia Corinthiorum iuriſdictionẽ exercebat, iuxta illud quod ipſe dicit 1. Cor. 3. In virga veniam ad vos, aut in charitate? & illum publicum fornicarium Sathanæ per excommunicationem tradidit, & frequenter Timotheum, & alios ad ipſorum Corinthiorum inſtructionem deſtinauit.* Eſt autem neceſſarium, religioſos & alios viros idoneos tanquam coadiutores Epiſcoporum in prædicationibus & confeſsionibus ordinare, tùm propter Parochialium presbyterorum ruditatem & ignorantiam, tùm propter multitudinem eorum, qui confitentur, ac denique quoniam nonnulli vel erubeſcunt ei Parochiano, quocum familiariter agunt, confiteri, vel monita eius negligũt, vel etiã de homine illo minus bene ſentiunt. Qui verò peccata legitimè ſemel confeſſus fuerit, is neque ab ipſo Papa cogi poteſt, vt eam confeſsionem repetat, quia Sacramentum, quod operatur ex inſtitutione diuina, effectum iam ſortitum eſt, nec quiſquã poteſt cogi ad id, quod non eſt præcepti, ſed tantùm conſilij.

b Durandus de S. Portiano lib. 4. diſtinct. 4. q. 8. *Loquẽdo propriè, ſolùm eſt vnus Baptiſmus in aqua.* Eph. 4. *Alio modo dicitur aliquid Baptiſmus ſecundùm proportionem ad effectum veri Baptiſmi: Et ſic eſt Baptiſmus flaminis, ſeu pœnitentiæ, in caſu neceſsitatis, & ſanguinis in Martyrio.* Idem lib. 4. diſtinct. 1. q. 9. declarat, legalia Sacramenta ideo ceſſaſſe, quia *nimis oneroſa erant* ijs, qui debebant ea obſeruare, Actor. 15. § Cùm igitur onus Circumciſionis in eo conſtiterit, quòd ſanguis illius fundebatur, qui ſacramentum illud percepturus erat: nunquam credendum eſt, Chriſtum ſublata Circumciſione, in qua non maximum vulnus perferebatur, ad duriſsima flagellorum verbera & ſanguinis abundantem fuſionem ex neceſsitate Sacramẽti nos fuiſſe obligaturum. Quid quòd Ioannes Gerſon Tom. 1. in Tractatu *contra ſectã ſe flagellantium*, teſtatur, quòd *Eccleſia Chriſti hãc ſectã, poſtquàm inſurgere videbatur, in diuerſis partibus mundi reprobauit, tam in Lotharingia, quàm in Alemania & Francia.*

 c Ludolphus

alia eſſe, quia ſpiritualis eſt in ſummo gradu. Spiritualis autē homo iudicat omnia, & à nemine iudicatur. Idem q.22. ait. Si Papa mandat aliquid contra ius diuinum, aut naturale, reſiſtendum ei eſt. Sed *in ijs, quæ ſunt*
1027 *iuris poſitiui, obediendum eſt ei*, ſiue aliquid præcipiat contra ipſa, ſeu ſecus, quàm ſcripta ſunt, ea interpretetur.

In q.26. art. 3. *Eſt* (inquit) *in Eccleſia duplex vnitas: vna membrorum ad caput* (id eſt, ad Chriſtum) *& alia membrorum inter ſe, ſecundùm rationem, qua alia eorū alijs magis eminent, & Capiti Chriſto propinquiora ſunt. Si ergo Tyranni primam tantùm vnitatem, quæ tota ſpiritualis eſt, per eorum tyrannicam violentiam turbent: ſatis eſt, vt pœna ſpirituali (nimirum excommunicatione) puniantur, quia non niſi ſpiritalem pacem violant. Sed ſi in tantum progreſſi fuerint malum, vt (ſuperioribus ſuis manifeſtè reſiſtendo) velint turbare vnitatem ſecundam, quæ viſibilis eſt: puniendi ſunt etiam pœna temporali, quia ordo iuſtitiæ diuinæ requirit, vt ſecundùm multiplicationem culparum, fiat multiplicatio pœnarum.* Apocal. 8. Et in reſponſione ad ſecundum argu-
1028 mentum: *Hinc fit, vt Papa (mediante poteſtate ſeculari) poſſit, & debeat in Tyrannos turbantes pacem Eccleſiæ, iuſtitiam exercere. Dicit enim Auguſtinus in Epiſtola ad Vincentium: In tali primitus ſententia eram, neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum: verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberem, quos apertos hæreticos noueram. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis tantùm, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam proponebatur mihi ciuitas mea, quæ cùm tota eſſet in partem Donati, ad vnitatem Catholicam, legum Imperialium timore, conuerſa eſt. Quam nunc videmus ita illius animoſitatis perniciem deteſtari, vt in ea nunquam fuiſſe credatur.* Et in ſequente Articulo. In eo tan-
1029 tùm caſu putat *Papam debere Cruce ſignatos contra Tyrannos deſtinare, quando graue ſcelus, quod emendare nolunt, per eos committeretur. Exemplum habetur Iud.20. vbi cùm aliqui de filijs Beniamin grande piaculum commiſiſſent, nec corrigere parati eſſent: alij filij Iſraël congregati ex præcepto Domini vindictam fecerunt in fratres ſuos, ita vt interficerent 25. millia pugnatorum.* § Multa huiuſmodi habentur in eo libro Auguſtini Anconitani, quæ hunc in locum tranſcribi non poſſunt. Hæc autem protuli, vt cùm nonnulli (qui etiā ſe Catholicos haberi volunt) in Papam commoti eſſe videantur, quòd eum videant ſpiritualem poteſtatem ſuam ad temporale dominium filiorum Eccleſiæ nonnunquàm extendere: ij ſciant, hoc eū, quoties cauſa poſtulat, neceſſariò debere facere, ne alioqui ob neglectam officij ſui rationem Dei iudicio ſit obnoxius. Cùm enim omnia, quæ filijs Eccleſiæ data ſunt, ob vtilitatem totius myſtici corporis dentur, ſecundùm illud Apoſtoli (1. Cor. 3. *Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei*): certè etiam bona temporalia, & temporales pœnæ atque vindictæ per eos, qui præſunt, ea ratione temperari debent, quæ ad ædificationem Eccleſiæ vtiliſſima cenſebitur. Sed de his aliàs.

Herueus librum ſcripſit de poteſtate Papæ, quem librum ego non vidi, ſed inter alia permulta, quæ S. Antoninus ex eo citat, hæc, quæ ſequūtur, apud eundem Antoninum habentur, part. 3. tit. 22. c. 3. § 4. Primùm, *collatio Papalis poteſtatis pertinet ad ſolum Chriſtum*, quia ligare & ſoluere in foro conſcientiæ ſuperat omnem authoritatem humanam, nec niſi ad Dominum totius Eccleſiæ talis delegatio ſpectat.
1030 Deinde, *prima collatio fuit facta determinatè & ſingulari perſona Petri, dicente ad eum Chriſto: Tibi dabo Claues regni cælorum*: Et, *Paſce oues meas*. Tertiò, *aliæ collationes Petri ſucceſſoribus factæ*, ſunt factæ à Chriſto, velut perſonis ab Eccleſia electis, hoc eſt, ab illis, qui habent vices Eccleſiæ, vt modò habent Cardinales. Et § 5. *Omnis poteſtas Eccleſiaſtica Papali ſubeſt, quoad tria: primò, quantum ad correctionem abuſuū: ſecundò, quantum ad inſtitutionem & collationem ipſius poteſtatis inferioris: tertiò, quia inferior poteſtas tenetur adiuuare Papalem, ſi aliquo modo indigeret.* Primum illud Herueus probat, quia pertinet ad eandem poteſtatem mouere aliquos ad aliquem finem, & tollere ea, quæ impediunt motionem & profectum communitatis. Hæc autem ſunt vitia & abuſiones, quæ inordinant hominem à Deo. Tota autem communitas Chriſtiana ad hoc ordinatur, vt coniungatur Deo per opera virtuoſa: & quia hoc impeditur per vi-
1031 tia & diuerſas abuſiones: pertinet *ad Papam, qui eſt primus Præſidens & principalis*, vt huiuſmodi vitia corrigat & tollat. Quantum ad ſecundum: Omnes poteſtates inferiores à Papa (vt Patriarchalis & Epiſcopalis) ſunt limitatæ, vt apparet de facto. Non autem inſtitutæ ſunt à Chriſto immediatè (vt iam, ſaltem quantum ad nomina, populum, territoria, & forum contentioſum ac pœnitentiale ſe habent) quia nihil de ea re in Euangelio nec expreſſè, nec implicitè habetur. Præterea ſi Chriſtus immediatè hæc inſtituiſſet, non poſſent ab homine immutari, quod ſecus fit de communi conſuetudine Eccleſiæ. Deinde nec iſta limitatio inſtituta eſt ab vniuerſali Eccleſia, velut dante authoritatē ipſi inſtitutioni: tùm quia Chriſtus nō legitur talē poteſtatē Eccleſiæ cōtuliſſe, tùm quia quādocūq; in aliquo Cōcilio aliqua
1032 ſtatuūtur, *tota authoritas dans vigorē Statutis, eſt in ſolo Papa.* Alij poſſunt facere ad directionē, conſulendo, & orationibus iuuare, quòd in dubijs à Domino dirigantur: ſed *ſolus Papa habet plenitudinē poteſtatis.* Ex

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1324.	Idem Ioannes 22.	Idem Ludouicus.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

c Dicebant, aquam benedictam, qua in Eccleſijs aſpergimur, nihil habere efficaciæ.

d Poſtquam adueniſſet ipſorum ſecta, Euãgelium Chriſti & Sacerdotium Eccleſiæ ceſſare.

e Sacramentum confirmationis nihili eſſe.

f Sacramentum Altaris Corpus Chriſti realiter non continere.

g Confiteri mortalia crimina Sacerdoti, inutile eſſe.

h Extremæ Vnctionis nullum eſſe Sacramentum.

i Purgatorium non eſſe, nec viuentium ſuffragia defunctis prodeſſe.

k Quendam Begardum de Erfordia fuiſſe Heliam: Enoch verò fuiſſe quẽdam Conradum Smet, qui has hæreſes primus in Turingia publicauit, quem etiam in vltimo iudicio Chriſti loco ſeſſurum dicebant.

l Om-

Doctores Catholici.

c Ludolphus de Saxonia de vita Chriſti. c.12. Dum explicat rationem purificationis B. Mariæ, dixiſſetq́ue *ingreſſuros Eccleſiam prius debere à peccatis purificari: Propter quod* (inquit) *conſuetudo eſt, quòd aqua benedicta habetur ante fores Eccleſiæ, vt ingreſſuri eius aſperſione purificentur etiam à venialibus. In cuius figura labium cum aqua erat ante oſtium Tabernaculi: & ibi Aaron & filij eius, ingreſſuri Tabernaculũ, lauabãt manus & pedes.*

d Harueus in c.7. ad Hebræos, interpretás illa verba, quæ Apoſtolus de Melchiſedech dixerat: *Manet Sacerdos in perpetuum) Sacerdotium* (inquit) *Chriſti & Eccleſiæ eſt æternum.* (Et poſt.) *Nam Melchiſedech panem & vinum obtulit Deo pro Abraham, & quotidie panẽ & vinum Deo Sacerdotes offerunt pro ſalute fidelium, atque panis ipſe & vinum fiunt Corpus & Sanguis Chriſti: ac permanent in æternum, ita vt vitã æternam dignè accipientibus conferant.* Propter *iſta rectè dicitur Melchiſedech manere Sacerdos in perpetuum, quia nullus alius ritus inſtituetur, per quem eius oblatio mutetur, & quia Chriſtum deſignat perpetualiter interpellantem pro nobis.*

e Durandus lib.4. diſt.2. q.2. *In Confirmationis Sacramento datur Spiritus ſanctus ad robur: ideo dictũ eſt Lu. 24. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.*

f Idem lib.4. diſt.10. q.1. *A principio Eccleſiæ fuit Articulus fidei ab omnibus conceſſus, quòd verum Corpus Chriſti eſſet realiter in hoc Sacramento, & non figuratiuè, nec ſicut in ſigno tantùm, nec per ſolam communicationem Idiomatum.*

g Idem lib 4. diſtin.17. q.9. *Confeſsio (habita copia Sacerdotis) de neceſsitate ſalutis eſt ijs, qui peccauerunt mortaliter. quia miniſtri quædam peccata remittere (Ioan.20.) & quædam retinere non poſſent, niſi eis innoteſcant. quod fit per vocem confitentis.*

h Idem li.4. diſt.23. q.1. *Extrema vnctio eſt Sacramẽtum, quia eſt remedium ſub rebus ſenſibilibus appoſitum, quod in ſubſidium vitæ Spiritualis ordinatur. Iacobi.5.*

i Harueus in 1.Cor. 3. *Catholici Doctoris minus recta doctrina, quam ignis in die Domini probabit, damnum patietur: ipſe autẽ ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignẽ. vt per ignẽ purgatus fiat ſaluus, & nõ ſicut perditus æterno igne in perpetuum torqueatur.* Thomas verò de Argentina li.4. diſt.45. q.1. docet, *viuos per ſuffragia ſua ijs defunctis prodeſſe, qui ſunt membra eiuſdem myſtici Corporis, quia membrorum natura eſt, ſibi mutuò ſubuenire.*

k Harueus in c.11. ad Hebræos. *Deus poſuit Enoch in alia ſecreta regione, donec circa finem ſeculi cum Elia veniat, reliquias Iſraël ad fidem conuertere.* § Non ergo adhuc aut Elias, aut Enoch venit: ac multò minus iſti nebulones talium Prophetarũ perſonas geſtârũt.

l Thom.

tu. Ex quo igitur inſtitutio poteſtatum inferiorum non eſt facta immediatè à Chriſto, nec ab vniuerſa-
1033 li Eccleſia: ſequitur, *quòd ſit facta à Papa, vt à Vicario Chriſti generali*: quod etiam patet ex hoc, quia
*frequenter Papa creat nouas Sedes, ſeu Epiſcopatus, & mutat & priuat. Et Iura dicunt expreſſè, hoc eum fa-
cere poſſe.* Quantum ad tertium: *Omnes poteſtates inferiores etiam ſæculares tenentur iuuare Papam in eo,*
1034 *quod expedit ad bonum regimen Eccleſiæ*: quia bonum Reipub. ad cuius conſeruationem omnes tenētur,
potiſsimè dependet ex poteſtate eius, cuius eſt ordinare gradus & ſtatus in tota Eccleſia. Et quantū
ad hoc, ei ſubſunt. Hæc dicta ſunt de ſententia Heruei.

1035 Platina. *Benedictus 10.* (aliâs 12.) *Cenſuras in Bauarū à Ioanne, vt in vſurpatorē Imperij factas, cōfirmauit.*

Ludolphus Saxo de vita Chriſti. in 2. parte. ca. 1. *Petrus tanquā ſenior, ac Princeps, & Caput alterū, fit os
totius Collegij, & præ omnibus, & pro omnibus reſpondit, qui omnibus praeſſe & prodeſſe debuit. Ex quo patet,*
1036 *quòd præcipuè ad Petri ſucceſſorem pertinet certificatio dubitationum de fide, & pertinentibus ad eandem.*

Ioannes Beletus de diuinis officijs. cap. 13. *Eccleſiaſticæ perſonæ, aliæ ſunt dignitatis, aliæ ordinis: Digni-*
1037 *tatis ſunt, vt Papa, Patriarcha, Cardinalis, Primas, &c.* (Et cap. 14.) *Dominus Papa, id eſt, Pater Patrum,
ſummi Pontificis, qui in Lege fuit, perſonam gerit.*

Ioannes Boccatius in ea ſiue hiſtoria, ſeu fabula, quam de Abrahamo Pariſienſi Iudæo, poſt inſpecta
Romanæ Curiæ flagitia, ad fidē Chriſti conuerſo, narrat, eleganter inſinuat, ſingulare opus Dei, & ve-
ritatis fidei Chriſtianæ certiſsimum ſignum eſſe, quòd in tāta Pontificum & Clericorū Romanæ vrbis
auaritia & luxuria, tamē eiuſdē Eccleſiæ fides & ſucceſsio firma per omnes ætates perſeuerat. vt cùm
1038 Eccleſia Romana nihil interdū aliud agere videatur, quàm vt ſeipſam perdat: ſolus Chriſtus eā ex gra-
tuita miſericordia ſua ſciatur conſeruare, ad veritatem fidei ſuæ ea potiſsimùm ratione manifeſtādam.

Bartolus in Conſtitutione extrauagante, quæ incipit: Ad reprimendum, quomodo in læſæ Maieſta-
tis crimine procedatur, verb. totius orbis. *Primò fuit imperium Babylonis, ſecundò Perſarum & Medorum,
tertiò Græcorum, quartò Romanorum: vltimò, adueniente Chriſto, iſtud Romanum Imperium cœpit eſſe Chriſti*
1039 *Imperium, & ideo apud Chriſti Vicarium eſt vterque gladius, ſcilicet ſpiritualis, & temporalis. Chriſtus enim
eſt lapis abſciſſus ſine manibus, cuius regnum non diſsipabitur: de quo prophetauit Daniel. cap. 9. Poſt Chriſtum
igitur omne Imperium eſt apud Chriſtum & eius Vicarium, & transfertur per Papam in Principem ſecularem.*

Nicolaus de Lyra. in c. 16. Matthæi. *Poteſtas Clauium data Petro, intelligitur dari alijs, licet Petro prin-
cipalius, in quantum erat aliorum Capitaneus.* Et in cap. Lucæ. 22. ſuper illa verba, (*Vt non deficiat fides tua,
& tu conuerſus confirma fratres tuos*) Ex hoc (inquit) *patet, fidem non deficere ad finem mundi, potiſsimùm in*
1040 *Eccleſia Romana, quæ à Petro poſt Chriſtum fundata eſt.*

In Reuelationibus S. Birgittæ, Deus conqueritur de Papa lib. 1. c. 41. *Conqueror ſuper te, Caput Eccleſiæ
meæ, qui ſedes in Sede mea, quā Petro & ſucceſſoribus eius tradidi ad ſedendum in ea, triplici authoritate &*
1041 *dignitate: primò, vt poteſtatem haberent ligandi animas & ſoluendi à peccato: Secundò, vt aperirent cœlum pœ-
nitentibus: Tertiò, vt clauderent cœlum maledictis & contemnentibus. &c.*

In Reuelationibus B. Birgittæ. lib. 4. c. 49. de Papa ad Deum hæc verba proferuntur. *Ecce Vicarius*
1042 *tuus, qui ſedet in ſede tua in mundo, reduxit iam Sedem ſuam in antiquum & priorem locum, vbi ſedit primus
Papa Petrus, qui fuit Princeps Apoſtolorum.*

Ibidem ex parte filij Dei ad Vrbanum quintum, dicitur c. 137. *Regulam religionis, quæ fundari & incipi
debet in loco Watzſteno, volo vt non ſolùm authoritate tua confirmetur, ſed & benedictione tua, qui Vicarius*
1043 *meus es in terris, roboretur.*

Ibidem ex parte Matris Dei ad B. Birgittam. *Audi & attende diligenter, quid ego volo dicere de duo-
bus filijs meis, quos tibi volo nominare. Primus, quem dico, eſt filius meus Ieſus Chriſtus: Secundus, quem reputo*
1044 *pro filio meo, eſt ille, qui reſidet in Papali Sede: videlicet Sede Dei in mundo.*

Deus B. Birgittæ reuelans quædam ad Regnum Cypri ſpectantia, lib. 7. c. 19. *Iſta* (inquit) *verba loquor
ego ad illos Chriſtianos Latinos, obedientiæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectos, qui mihi in Baptiſmo rectā fidem Ro-
manā Catholicam deuouerunt, & per opera mihi cōtraria, à me totaliter receſſerūt. Græci aūt, qui ſciūt, quòd oēs
Chriſtianos tenere oportet, vnā tantū fidem Chriſtianā, Catholicā, & vni tantummodo ſubeſſe Eccleſiæ, ſcilicet*
1045 *Romanæ, vnumq́; ſolū Vicarium meū generalē in mundo, videlicet Romanū ſummū Pontificē ſupra ſe ſpiritualē
habere Paſtorem: & tamen nolunt ſe eidem Eccleſiæ Romanæ, & Vicario meo ſpiritualiter ſubijcere, & hu-
militer ſubiugare, propter eorū pertinacem ſuperbiam, & propter cupiditatem, vel propter carnis petulantiam, ſi-
ue propter aliquod aliud, quod ad mundum pertinet: indigni ſunt poſt mortem veniam à me & miſericordiam
obtinere. Alij verò Græci, qui deſiderāter vellent, ſed ſcire nō poſſunt fidē Catholicā Romanā, & tamen ſi ſcirent
& poſſent, eā deuotè & libēter reciperēt, & Romanæ Eccleſiæ ſe humiliter ſubiugarēt, & nihilominus ſecundū
ipſorum conſcientias in ſtatu & fide ſua, in qua ſunt, abſtinent à peccando, & piè viuunt: iſtis talibus poſt
ipſorum mortem in ſupplicijs miſericordia mea debetur, quando ipſi ad iudicium meum vocati fuerint.*

Sciant

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1334.	202. Benedictus 10. dictus 12. Toloſanus, Gallus, ſedit an. 7. m. 4. d. 6.	
1342.	203. Clemens 6. Lemouicen. Gallus ſedit an. 10. m. 7.	Lot. Carolus 4. an. 32
1352.	204. Innocentius 6 Lemouicenſis Gallus ſedit an. 9. m. 8 d. 26.	
1362.	205. Vrbanus 5. Lemouicenſis Gallus ſed an 8. m. 2. d. 27.	Græ. Ioannes Paleologus an 31.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

l Omnium hominum animas ab initio ſimul creatas eſſe in Paradiſo.

m Ieiunia per Sacerdotes indicta non eſſe obſeruanda niſi tantùm Vigiliã Natiuitatis Domini, & Aſſumptionis B. Mariæ.

n Imagines Sãctorum, & Chriſti Crucem non eſſe adorandam.

o Licere Flagellantibus diſsimulare, & tam Sacerdotes, quàm Eccleſiaſtica Sacramenta exterius profiteri, atq; etiam peierare corã Inquiſitoribus, quoniam hæc & cætera peccata per flagellationis victimam expientur.

166. De Marſilio Patauino.

a Marſilius dicebat, nec Epiſcopum à presbytero, nec presbyterum à Papa differre in poteſtate. Bernardus Lutzenburgus.

b Chriſtum, quando cœlos aſcendit, non dimiſiſſe Vicarium, & ideo Papam non eſſe Vicariũ Chriſti.

c Papã iudicari poſſe ab Imperatore, ſicut Chriſtus

Doctores Catholici.

l Thom de Argent. lib. 2. diſtinct. 17. *Nullius corporis anima fuit producta ante corporis humani productionem. Alioqui nec opus Dei fuiſſet perfectum: & anima vel bene agens cum Angelis beatificata eſſet, vel male cum dæmonibus damnata.*

m Ioannes Belethus de officijs diuin. c. 8. q. 10. & 11. *Ab ipſo Deo, in Paradiſo ſtatim poſt ipſam hominis creationem ieiunium cœpit, cum diceba tur: De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. Quod ante Legem, à Moyſe, ſub lege, ab Elia, tempore gratiæ, à Chriſto obſeruatum eſt. Vnde & nos ex Patrum inſtitutione Quadrageſimam ieiunantes, decimas dierum Chriſto damus. Et loco Vigiliarũ, quæ fiebãt in profeſtis Sanctarũ, ieiunia ſucceſſerũt.*

n Durandus lib. 3 diſtinct. 9. q. 2. *Solus Deus adoratur adoratione latriæ per ſe: humanitas Chriſti per accidens. Crux autem & imago nunquàm propriè adoratur ea reuerentia, quæ debetur Exemplari, ſed tantùm reuerenda ſunt vt ſigna, per quæ admoniti ita rem adoramus, ac ſi præſens eſſet in ſe.*

o Durandus lib. 4. diſtinct. 7. q. 1. *Confiteri fidem tempore perſecutionis, neceſſarium eſt ad ſalutem cuilibet fideli, adeo vt Sacramentum confirmationis ad hoc inſtitutum eſſe dicat, vt baptizatus, qui tempore pacis iam habebat gratiam confitendi fidem, haberet deinceps tantam fortitudinem, vt etiã tunc confiteretur, quando mortis periculũ ex cõfeſſione immineret.* Clemens Papa 6. (vt author eſt Trithem. in Chro.) hãc ſectã è medio ſuſtulit: corrigibiles per publicã pœnitẽtiã ad viã veritatis reducendo, pertinaces iudicio ſeculari tradẽdo.

a Aluarus Pelagius de planctu Eccleſiæ lib. 1 c. 68. *Nedum Papa, ſed quilibet Epiſcopus maior eſt in iuriſdictione & adminiſtratione quolibet presbytero, vt ait Iſidorus 21. diſtinct. c. Perlectis. Summus autem Põtifex maior eſt omnibus Epiſcopis, excepta conſecratione Epiſcopali, Presbyteri tenent typum ſeptuaginta Diſcipulorum, Epiſcopi Apoſtolorum, Papa verò Chriſti.*

b Aluarus in eodem lib. c. 68. *Hæc fuiſſet Eccleſiam dimittere ſine capite, contra illud Concilij Pariſienſis dictum: Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernantur. Tales enim* ἀκεφάλους, *id eſt, ſine capite priſca conſuetudo nuncupauit.* Et c. 55. *Petrus inter Apoſtolos (Ioannis 1. Matth. 16. 17. 18. Marci 16. Lucæ. 5. 22. Ioan. 6. 13. & 21. Actor 1. 5. & 10.) & per conſequens ſucceſſor Petri inter vniuerſos Eccleſiarum Prælatos præcellit poteſtate & dignitate.* Et c. 12. notat ex Cypriano, *locum Fabiani Papæ locum eſſe Petri.* Et cap. 68 *Omnes Romani Pontifices ſucceſſores Petri ſunt.*

c Aluar. c 56. *Poteſtas ſpiritualis, quæ ſupremum finẽ hominis intẽdit (1. Cor. 2. Spiritualis à nemine iudicatur)*

 habet

Sciant etiam Græci, quòd eorum Imperium, & regna, ſiue Dominia nunquàm habunt ſecura, neque in pace
tranquilla, ſed inimicis ſuis ſemper ſubiecti erunt, à quibus ſemper ſuſtinebunt grauiſſima damna, & miſerias
1046 diuturnas, donec ipſi cum vera humilitate & charitate, Eccleſiæ, & fidei Romanæ ſe deuotè ſubiecerint, eiuſdē
Eccleſiæ ſacris conſtitutionibus & ritibus ſe totaliter conformando. Hæc ibi. Quam reuelationem verè
diuinam extitiſſe, ex eo ſcimus, quòd ita res tunc futuras prædixit, vt eas eueniſſe nunc videmus.
Nam D. Birgitta multis annis prius mortua eſt, quàm tota Græcorum Reſpublica (expugnata per Tur-
cos Conſtantinopoli) penitus deleretur. Futura verò prædici verè non poſſunt, præterquàm à Dei ſpi-
ritu, qui ſolus futura nouit, velut is, qui & auctor eſt eorum, & cui iam nunc præſentia exiſtunt. Itaque
apud Iſaiam ad idola & idolorum cultores ait: (cap. 41.) Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, &
ſciemus, quia dij eſtis vos. Romanæ igitur Eccleſiæ Primatus non modò certiſsima de cœlo reuelatione
teſtificatus, verùm etiam inſigni prædictione earum rerum, quæ tunc futuræ erant, munitus, & prædi-
ctionis manifeſto euentu ac veritate confirmatus eſt.

1047 Baldus l. f. in fine C. D. ll. nu. 4. Solus Papa poteſt deponere Imperatorem, & non ex omni cauſa, ſed ſo-
lum ex cauſa graui & notoria, ex qua turbatur vniuerſalis ſtatus Chriſtianus vel Eccleſiæ.

Idem ibidem nu. 2. Nihil eſt maius ſiue ſanctius Imperio, intellige, niſi Apoſtolatus B. Petri. Cùm enim
Apoſtolicus confirmet Principem, iſtud eſt manifeſtum ſignum ſuperioritatis, vt in Authentica de defenſore ci-
uitatis. §. Interim. Et ideo Imperator iurat Domino Papæ fidelitatem.

Idem ad ius Canonicum in Prœmio Decretalium nu. 6. Papa eſt ſeruus ſeruorum Dei, quantū ad hu-
militatem. Nam quantum ad poteſtatem, eſt Dominus Dominorum, & quæcunque poteſtas eſt ſub cælo, eſt in
ſummo Pontifice.

Iacobus Nauarchus in Epiſtola Aſiatica: Factum eſt (inquit) vt anno circiter 1308. Neſtorianus
quidam Maraus nomine Romam venerit, quem initiatum ſummus Pontifex ad ſuos remiſit. Romanum enim
1048 Pontificem Apoſtolorum Principis ſucceſſorem appellant.

Richardus de Media Villa in lib. 4. Sentent. diſt. 24. Cùm Eccleſia ſit vnum corpus Chriſti myſticum, ex
diuerſis ſtatibus & mēbris conſtitutum, ad obſeruationem huius vnitatis oportet eſſe vnū Caput, ſub quo diuerſi
ſtatus Eccleſiæ & membra diuerſa conueniant ſecundùm proportionem in vnum, vt ſic conformetur Eccleſia
1049 militans ſuo exemplari in cælo. Ille autem Epiſcopus, qui præeſt toti Eccleſiæ, eſt Epiſcopus Romanus.

In tract. Pariſijs edito contra errores Ioannis de Monteſono, qui extat in fine libri Sent. Petri Lom-
bardi: Præſentem (inquiūt) tractatum ſub Apoſtolicæ Petri Sedis, & ſedētis in ea ſummi Pontificis correctione
duximus compilandum. (Et pòſt.) Prima concluſio eſt. Ad Sanctam Sedem Apoſtolicam pertinet, authoritate
iudiciali ſuprema circa ea, quæ ſunt fidei, iudicialiter definire. Et hæc probatur, quia ad illius tanquàm ad ſupremā
1050 iudicis authoritatem pertinet, in fide iudicialiter finire, cuius fides nunquàm deficit. Sed ſancta Apoſtolica Se-
dis fides nunquàm deficit. Maior eſt nota, ſed minor probatur: quia de hac ſancta Sede in perſona Petri Apoſtoli
in ea præſidentis dictum eſt: Petre, rogaui pro te vt non deficiat fides tua.

Vnum Paſtorem primum omnino eſſe debere: Illum autem hoc tempore videri fuiſſe Vrba-
num 6. & quomodo ſe gerere aliquis debeat in ſchiſmate, quando
plures ſimul Pontifices Romani eliguntur.

Ioannes de Gerſon p. 1. de auferibilitate Papæ ab Eccleſia, Conſideratione 8. Auferibilis eſt & muta-
bilis, lege ſtante, qualibet politia ciuilis, Monarchia ſeu regalis, vt fiat Ariſtocratica: & non ſic de Eccleſia, quæ
1051 in vno Monarcha ſupremo per vniuerſum fundata eſt à Chriſto. Poſſit deduci conſideratio tam à priori, quàm à
poſteriori, deducenda variationes, quæ fuerunt in alijs politijs: quia nullam aliam politiam inſtituit Chriſtus im-
mutabiliter monarchicam, & quodammodo Regalem, niſi Eccleſiam. Et oppoſitum ſentientes de Eccleſia, quod
1052 ſcilicet ſus eſt eſſe plures Papas, aut quòd quilibet Epiſcopus eſt in ſua Diœceſi Papa, vel Paſtor ſupremus, æqualis
Papæ Romano, errant in fide, & vnitate Eccleſiæ, contra Articulum illum: Et in vnam ſanctam &c. Et ſi perti-
naces remaneant, iudicandi ſunt hæretici: ſicut Marſilius de Padua, & quidam aliorum. Conſonat ratio: quia ſi-
1053 cut ad vnam fidem, & ad eaſdem Sacramēta obligātur omnes viatores: ſic oportet, vt non eſſet ſchiſma, reductio-
nem finalem fieri ad vnum ſupremū. Secus, vbi cōmunitas regitur legibus ſolis naturalibus & traditionibus hu-
manis, quæ pro varietate temporum & locorū laudabilius & vtilius variantur, quàm vt vno tenore ligēt omnes.

Ioannes de Gerſon. in 4. parte. ſerm. de pace & vnitate Græcorum. Quamuis Principale Caput & tan-
quam eſſentiale ſit Deus, in carne humana Caput Eccleſiæ Chriſtus, voluit tamen conſtituere Caput ſecundum
1054 tanquam Vicarium, quod in his inferioribus eſſet. Et hoc caput vocamus Papam, Patrem noſtrum ſanctum, qui
eſt verus & ſolus Chriſti Ieſu Vicarius: alioquin facilè Eccleſia laberetur in diuiſionem, niſi eſſet ei Caput quod-
dam principale & ſummum, ad quod poteſt & debet fieri recurſus. (Et pòſt.) Omnes homines principes, & alij
1055 ſubiectionem habent ad Papam: inquantum eorum iuriſdictionibus temporalitate & dominio abuti vellent con-
tra legem diuinam & naturalem: & poteſt ſuperioritas illa nominari poteſtas directiua & ordinatiua, potius
quàm ciuilis vel iuridica.

Theodo-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1371.	206. Gregorius 11. Lemouicenſis, Gallus, ſed an. 7. m. 2. d. 27.	Lat. VVẽceſlaus an. 22
1378.	207. Vrbanus 6. Neapolitanus. ſ. an. 11. m. 6. d. 7.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

ſtus à Pilato aut Cæſare iudicatus eſt.

d Eccleſiam temporalia habere non poſſe.

167. De impio Bertoldo.

e Bertoldus de Rorbach Begardus dicebat, Chriſtũ in ſua paſſione ſic derelictum, vt præ dolore dubitauerit de ſalute. In Appendice Vſperg.

168. *De Turelupinis.*

a Dicebāt, de nulla re naturaliter inditá, erubeſcendum eſſe: & ideo in nuditate & pudendorum exercitio palàm viuendum eſſe. Bern. Lutzenb.

169. De Wiclefi hæreſibus.

b Quadraginta quinque Articuli, qui ex varijs Wiclefi operibus decerpti, in Concilio Conſtantiẽſi extant in Seſs. 8. neq; ſinguli ſunt pro diuerſis hæreſib. habẽdi, cùm permulti eorũ eandẽ rem ſæpius inculcent & repetant: neq; plæriq; eorũ nouam hæreſim condunt, ſed plerunq; vnã ex antè damnatis renouãt. Quas iam ſub Berengarij, Petrobuſianorum, Henricianorum, Waldenſium, Albigẽſium, Lolhardorũ, aut Marſilij Patauini impijs placitis cõfutatas eſſe, declarauimus. Itaq; hoc in loco non veteres illas cõtra Euchariſtiã, Confeſsionẽ, Excõmunicationem, Religiones Mendicantiũ, Indul-

Doctores Catholici.

habet iudicare temporalem poteſtatem, qua intendit finẽ ordinabilem ad finem ſpiritualis poteſtatis. Et c. 68. *Pilatus iudicauit Chriſtum, quaſi perſonam priuatam, & tanquam populi deceptorem, à Iudæis accuſatum. Papa verò ſuccedit Chriſto, non ſecundùm quod ille malignè accuſatus eſt, ſed in potentia.*

d Aluarus ibidem c. 68. *Chriſtus habuit loculos, Ioan. 12. & Eccleſia primitiua pecunias in communi, Actor. 4. & 5. Item ſi Sancti Martyres & Confeſſores Prælati ſciuiſſent, eſſe peccatum bona temporalia poſſidere, nũquàm donationes talium recepiſſent, & diſpenſaſſent.* Sic argumentatur Proſper. 12. q. 1. c. Expedit.

e Thomas de Argẽtina in 3. Sent. Diſtinct. 15. art. 1. *Secundùm fidem, quam tenemus, Chriſtus fuit verus cõprehenſor, & nunquã à fruitione beata deſtitit, & tamen fuit verus viator, & acerbiſſimam mortem ſuſtinuit.*

a Nicolaus de Lyra. c. 12. 1. ad Corinth. in illa Pauli verba: *Quæ putamus ignobiliora eſſe membra corporis, his honorem abundantiorẽ circundamus: Cultus* (inquit) *exterior magis adhibetur membris ignobilioribus. Nam pudenda & partes egeſtioni deſeruientes, propter aliquam fœditatem diligenter tegimus. Honeſta autem noſtra nullius egent operimenti.*

b Poſtquàm intellectum eſt, Wicleſum noui aliquid in Eccleſia moliri, mox Pontifex Romanus (cuius Epiſtola extat apud Foxum in hæreticis ipſius Commentarijs) ad Richardum Angliæ Regem ſcripſit, vt cùm Archiepiſcopus Cantuarienſis & Epiſcopus Londinenſis mandatum ab ipſo accepiſſent, Wiclefi confeſsionem ad ſe tranſmittendi, ſuam authoritatem ad eam rem, ſi opus eſſet, interponeret. Deinde ſilentium Wicleſo eſt indictum. Nec ita multò pòſt Cõcilium Prouinciale conuocatum eſt, in quo multi eius Articuli condemnabantur. Et illi in primis, qui tranſubſtãtiationem & realem corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia oppugnabant. Tum autem complures viri docti ſcripſerunt contra Wiclefi hæreſes, Ioannes Kyningam, Strodus, Richardus Lauinham, Guilielmus Bertho, Ioannes Gaſcoyn, Symon Sothray, Thomas Aſcheborn, Thomas Wynterton, Richardus Maydeſton, Gualterus Diſſæ, Robertus Humbleton, Ioannes Tyſsington, Ioannes Maronis, Ioannes Mark, Gulielmus Wodfordus. Et hi omnes Angli cùm eſſent, eadem ferè ætate cùm Wicleſo vixerunt. Demum Conſtantienſe Concilium Seſſ. 5. ſic habet: *Noſtris temporibus vetus ille & inuidus hoſtis noua certamina (vt probati tẽporis huius manifeſti fiant) ſuſcitauit, quorum Dux & Princeps extitit quondam Ioannes Wiclef, Pſeudochriſtianus,*

Theodoricus à Nien in lib. 2. de ſchiſmate cap. 2. *Cardinales in electionem Vrbani nemine diſcrepante*
concordárunt. Et cap. 15. *Carolus Imperator, & Ludouicus Hungariæ Rex ſcripſerunt ad Cardinales, qui iam*
1056 *ab Vrbano ſchiſmaticè receſſerant, ipſos rogando, vt Vrbano, quem ipſis regibus & toti Chriſtianitati generalem*
1057 *Pontificem paulò antè dederant, obedirent.* Et cap. 17. *Habuit Vrbanus ſecum quaſi totam Tuſciam, Lombar-*
diam, pro maiori parte Alemanniam, Boëmiam, Hungariam, Angliam, Poloniam, Daciam, Sueciam, Norue-
giam, Pruſſiam, Friſiam, & multas alias nationes Alemanniæ contiguas.

Platina in vita Vrbani ſexti. *Poſt menſem tertium Galli Cardinales veriti ſeueritatem Vrbani acerrimè Si-*
moniacis interminantis, Anagniam primò, deinde Fundos confugêre, vbi priorem Pontificis electionem velut
non liberam occupantes, Ioanna Regina fauente, nouum Pontificem creant Clementem ſeptimum. Hinc gra-
uiſſimum ſchiſma ortum eſt, cùm pars Chriſtianorum Principum Vrbano, pars Clementi fauerit. § Clementi
autem adhæſit Francia & Hiſpania.

Franciſcus de Zabarellis Cardinalis Florentinus, interim dum ſchiſma hoc durabat, ita ſcripſit in
Tractatu de ſchiſmate Pôtificum. *Quærimus, quibus modis prouideri poſſit, vt ſit in Eccleſia vnicus Roma-*
1058 *nus Pontifex, cui Catholici omnes pareant, & non duo, vti nunc de facto? Si contingat, eſſe contentionem in-*
ter duos de Papatu, Concilium eſt Iudex. Nam regimen vniuerſalis Eccleſiæ, vacante Papatu, conſiſtit penes
ipſam Eccleſiam vniuerſalem, quæ repræſentatur per Concilium generale, & ipſo Concilio congregato, penes
ipſius Concilij partem potiorem.

Ioannes de Gerſon de modo habendi ſe tempore ſchiſmatis. *In ſchiſmate præſenti, tam dubio, teme-*
rarium, iniurioſum, & ſcandaloſum eſt, aſſerere, omnes tenentes iſtam partem, vel alteram, vel omnes neu-
trales etiam abſolutas, eſſe vniuerſaliter extra ſtatum ſalutis, vel excõmunicatas, vel rationabiliter de ſchiſma-
te ſuſpectos. (Et pòſt.) *In præſenti ſchiſmate poteſt apud plurimos applicari rationabiliter documentum Am-*
broſij ad Auguſtinum de ieiunando vel non ieiunando Sabbato, ſecundùm diuerſitatem temporum, locorum &
perſonarum. Poteſt ſine periculo ſchiſmatis aut damnationis nunc illi, nunc iſti, modo iſtis obedire: & nunc
cum iſtis, nunc cum alijs communionem præſtare. Et hoc totum dicitur propter probabilem ignorantiam iuris,
iſtius vel illius partis. Et ſuppoſito, quòd ab initio ſchiſmatis fariè tentanda fuiſſet alia via, ad ſciendum, ſi per
excommunicationes, aut prædicationes, vel aliter, omnes ad vnam obedientiam trahi potuiſſent: attamẽ cogni-
to per experientiam, quòd talia nihil proficerent, imò nocuerunt, quòd de die in diem maior inuolutio ſequitur:
videtur faciendum, vt dictum eſt. Secundum documentum, quòd inter omnes eiuſdem obedientiæ expedit ad-
hærere ſententijs latis à ſuo Superiore credito, alioquin non eſſet vinculum charitatis. Tertium documentũ eſt,
de caſibus reſeruatis Papæ, de diſpenſationibus, & alijs in foro conſcientiæ, vel publico, poſſint homines ſecundùm
1059 *credulitatem ſuæ partis, & ſeipſas quietare pro facto tenendo, id quod earum Superior creditus fecerit. Neutra-*
les autem videntur habere ſufficientem recurſum ad Ordinarios, apud quos ſecundùm eorum opinionem, com-
muniter loquendo, eſt poteſtas deuoluta.

Antoninus part. 3. tit. 22. à cap. 2. vſq; ad 6. de hoc ſchiſmate diligenter copioſéq; agens, tandem ait:
1060 *Etſi neceſſarium ſit credere, ſicut vnam eſſe Catholicam Eccleſiam, non plures, ita & vnicum eius Paſtorẽ Vi-*
carium Chriſti (iuxta id Ioan. 10. *Fiet vnum ouile, & vnus Paſtor*)*: tamen ſi cõtingit, plures per ſchiſma crea-*
ri ſeu nominari Pontifices ſummos vno & eodem tempore: non videtur ſaluti neceſſarium, credere iſtum eſſe,
vel illum; ſed alterum eorum, qui ſcilicet fuerit Canonicè aſſumptus. Quis autem fuerit Canonicè electus, non
tenetur quis ſcire, ſicut nec ius Canonicum, ſed in hoc populi ſequi poſſunt Maiores ſuos ſeu Prælatos.

Epiſtola Ioannis Wicleſi ad Vrbanum Papam ſextum. Quódq; præcipua cauſa,
cur hæretici tantopere ſemper oppugnârunt Eccleſiam Romanam,
non ea fuit, quòd ab initio negârint, eam eſſe primam Se-
dem, aut caput omnium Eccleſiarum, ſed quòd
ſuam hæreſim ab ea condemnari,
moleſtè ferrent.

Ioannes Foxus Wicleſiſta ex parte, ſed ex toto Caluiniſta, in rerum geſtarum Commentarijs. lib. 1.
fatetur, Wicleſum ad Vrbanum Papam ſextum in hæc verba ſcripſiſſe: *Gaudeo planè detegere cuicunque*
fidem meam, & ſpecialiter Romano Pontifici, quia ſuppono, quòd ſi ſit orthodoxa, ipſe fidem meam humiliter
confirmabit, & ſi ſit erronea, emendabit. (& pòſt.) *Suppono iterum, quòd Romanus Pontifex cùm ſummus Chri-*
1061 *ſti Vicarius in terris ſit, ad illam legem Euangelij inter viantes maximè obligatur.* (Et pòſt.) *Si in iſtis erra-*
uera, volo humiliter, etiam per mortẽ, ſi oporteat, emendari. Et ſi in perſona propria ad votum poteram laborare,
vellem præſentiã Romani Põtificis humiliter viſitare. (Et iterum.) *Cùm Dominus dederit Papæ noſtro inſtin-*
ctus iuſtos Euangelicos, rogare debemus, quòd inſtinctus illi non per ſubdolũ conſilium extinguantur, nec quòd
Papa aut

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1380.	Idem Vrbanus 6.	
		Idem. VVenceſlaus.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Indulgentias, Decretales Epiſtolas, & Romanæ Eccleſiæ Primatū, iam olim damnatas hæreſes, proferam, ſed aut prorſus nouas aut eas certè, in quibus à Wiclefo Lutherani aut Caluiniſtæ diſſentiunt, vt ipſi videant, ſe nō eſſe eiuſdem fidei, & Eccleſiæ, cuius Wicleſiſtæ fuerunt.

b Prima Wicleſi hæreſis hæc fuit, nō licere Eccleſiaſticis, tēporales aliquas poſſeſsiones obtinere: adeo vt ne Decimas quidē eis deberi dixerit. Quod principium hæreſes ſuas promulgādi inſtituto eius maximè opportunum fuit. Ea enim re & apud Laicos alios, qui diuitijs Cleri iam inuidebant, & apud Principes aliquot viros tantam gratiam iniit, vt Epiſcopis non liceret, in eum aliquid grauius ſtatuere. Ad hāc verò hæreſim pertinent ſeptem Articuli. 10. 16. 18. 32. 33. 36. 39.

c Deus debet obedire diabolo. Artic. 6. Quē Articulum quacūq; occaſione Wiclefus propoſuerit, certum eſt, nihil dici potuiſſe, quod diabolo iucūdius foret: multa verò illiuſmodi adſcribit ei Thomas Walden. in principio Tomi. 2. doctr. 4. veluti, quòd Deus eſt quidlibet.

d Artic. 15. Nullus eſt Dominus ciuilis, nullus Prælatus, nullus Epiſcopus, dū eſt in mortali peccato. Eodem pertinent alij ſex articuli 4. 8. 11. 17. 26 & 30. Nam in ſexto articulo ait: Si Epiſ-

☞ *Doctores Catholici.*

ſtianus, qui dum viueret, aduerſus religionem Chriſtianam et fidem Catholicā, pertinaciter aſſeruit & dogmatizauit plures articulos. (Et pòſt.) *Aduerſus quos in Dei veritate exurgētes Magiſtri & Doctores Vniuerſitatū & ſtudiorū Oxonienſis & Pragenſis, articulos prædictos ſcholaſtice diu pòſt reprobarūt: reuerendiſsimi inſuper Patres Archiepiſcopi, Epiſcopi, pro tempore Cantuarienſis & Eboracenſis, Sedis Apoſtolicæ Legati in Anglia, & Pragenſis in Bohemiæ regno, condemnârunt. Libros etiam eiuſdem Ioannis Wiclef comburendos fore, dictus Archiepiſcopus Pragenſis, Sedis Apoſtolicæ Commiſſarius in hac parte, ſententialiter iudicauit, & eorum, qui ſupereſſent prohibuit lectionem. Rurſus his ad notitiam Sedis Apoſtolicæ & generalis Concilij deductis, Romanus Pontifex in Concilio Romano vltimò celebrato, dictos libros, Tractatus & opuſcula condemnauit, iubens illos publicè concremari.*

b Nicolaus de Lyra in Moralibus ſuper c. 18. libri Numerorum. *Per hoc, quod ſacerdotibus aſsignantur primitiæ, & Leuitis Decimæ pro ſua familiarumq́; ſuarum ſuſtentatione, oſtenditur, quod in nouo Teſtamento populus tenetur prouidere ſeruientibus Deo de victu & veſtitu, ſecundùm rationem ſtatuum & perſonarum.* Ioannes de Gerſon in 1. parte, de ſtatibus Eccleſiaſticis ſub litera K ſic ait: *Status ſummi Pontificis & alter quicunque inferior Eccleſiaſticus dotandus eſt vel fouendus pro debita & honeſta ſuſtentatione temporalium, ſine quibus in hac vita miſera, ſpiritualia diu non ſubſiſtunt.* Et in Tractatu de contractibus, parte. 1. conſideratione 20. *Licitum eſt Eccleſiaſticis, de redditibus in communi vel proprio viuere iuxta determinationē Chriſti & Apoſtoli,* (1. Cor. 9) *& obſeruationem tacitam Eccleſiæ. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Denique detrahentes Eccleſiaſticæ dotationi, propter hoc damnati ſunt, vt hæretici, nouiſsimè in Concilio Conſtantienſi. Et hæc eſt cauſa, quæ martyrem Thomam* (Cantuarienſem) *fecit.* Hæc Gerſon.

c Gerſon de paſsionibus animæ, Cōſiderat. 6. *Iuſtum Dei iudiciū dæmones excæcat, illudens eis, & peruerſiſſimos eorum conatus aduerſus electos ſuos conuertens in vſum ſuæ bonitatis.* Hoc vtique non eſt, Deum obedire diabolo, ſed illius miniſterio vti ad finem diabolo moleſtiſsimum.

d Lyranus in 23. c. Matth. *Prælatis etiam malis eſt obediendum, niſi in eis, quæ ſunt manifeſtè contra Deum. Et ſunt habendi in reuerentia, quàm diu tolerantur in ſuo officio. Quod patet per exemplum Dauid, qui venerabatur Saulem, licet ſciret, eum malum & à Deo reprobatum.* Item in Reuelation. S. Birgittæ. lib. 1. c. 47. *Etſi*

Papa aut Cardinales aliquid agere contra legẽ Domini moneãtur. Igitur rogemus Deũ noſtrũ cuiuſlibet creaturæ, quòd ſic excitet Papã noſtrũ Vrbanũ ſextũ, vt inceperat, vt imitetur cũ Clero ſuo etiã in moribus Dominũ Ieſum Chriſtũ, & rogemus ſpecialiter, Papã noſtrũ à maligno conſilio præſeruari. § Wiclefi verba planè docẽt, illũ in principio ſuæ hæreſeos à Primatu Romani Põtificis nõ abhorruiſſe, cùm Vrbanũ ſextũ & *ſuũ Papã* vocet, & *ſummũ Chriſti Vicariũ in terris* eſſe dicat, ab eoq; fidẽ ſuã vel *cõfirmari*, ſi orthodoxa eſt, vel *emẽdari*, ſi erronea eſt, ſupponat, cõtentuſq; ſit etiam per mortẽ, ſi oporteat, emendari. Deinde agnoſcit iuſtos inſtinctós Euãgelicos in Vrbano, eoſq; petit præſeruari. Quæ omnia declarãt, Wiclefum fuiſſe hoc animo, vt ſi Roman᷒ Põtifex hæreſim ipſius tolerare voluiſſet, eũ ſemper habiturus eſſet pro ſummo Chriſti Vicario in terris. Imò ſemper ita videtur habuiſſe Vrbanũ ſextũ. Nã *in Articulo nono* ſic ait: *Poſt Vr-*
1062 *banũ ſextũ nõ eſt aliquis recipiẽdus in Papã, ſed viuendũ more Græcorũ ſub proprijs legibus.* Quid verò? Qui negat aliquẽ recipiendũ in Papã *poſt Vrbanũ ſextũ*, nõnne eo ipſo fatetur, & Vrbanũ ſextũ, & Romanos Pontifices, qui *ante Vrbanum* in Petri Cathedra ſederunt, legitimos Chriſti Vicarios fuiſſe? Quòd ergo idem Wiclefus in articulo 37. dicit, *Romanam Eccleſiã eſſe Synagogam Satanæ, & Papam non eſſe immediatum Vicarium Chriſti & Apoſtolorum*: vtique illam dicit Romanã Eccleſiam, quæ poſt Vrbanũ ſextum extitit: illam vtique Romanam Eccleſiã, quæ iam cœpit dogmata Wiclefi reijcere, & velut hæretica cõdemnare. Sin autem Romana Eccleſia hæreſes Wiclefi approbaſſet, iam abſq; omni controuerſia non modò Catholica & orthodoxa, verùm etiã prima Sedes, & omnium Eccleſiarum caput, ipſius Wiclefi iudicio habita ſemper fuiſſet. Hæretici enim cogitationum & adinuentionum ſuarum idola ſic adorant, vt qui ea coluerit, ab ipſis in ſummo pretio, qui verò non coluerit, in nullo numero habeatur. Et quoniam huc vſque progreſſi ſumus, non abs re erit, pauca exempla producere, vnde appareat, Romani Pontificis Primatum non alia de re ab hæreticis, tam olim, quàm nuper oppugnatum, quàm quòd ipſorum aut hæreſes, aut impia facinora noluerit confirmare.

Tertullianus in libro aduerſus Praxeam fatetur, Montaniſtas ſuos a Romana Eccleſia *literas pacis* petijſſe, & penè impetraſſe: qui tamen cùm viderent, Romanũ Pontificem non recipere ipſorum hæreſes, iudicio ipſius ſtare, nouamq; & falſam prophetiam abijcere omnino recuſarunt. Euſebiani, qui hæreſim Arij ſectabantur, accuſarunt quidem Athanaſiũ (vt præter alios Athanaſius in Epiſtola ad Solitariã vitã agentes fatetur) apud Romanũ Pontificẽ, velut apud ſummũ in Eccleſia Iudicẽ. nec enim alioqui poterat cauſam Patriarchæ Alexãdrini cognoſcere. Sed poſtquàm intellexerũt, eũ ſtudere fidei Catholicæ, atq; ipſi Athanaſio, licet *fatebantur* (vt eſt apud Sozomenũ li. 3. c. 7.) *Eccleſiã Romanã primas apud oẽs ferre, vtpote quæ pietatis ſchola, & Apoſtolorũ Metropolis (licet authores religionis Chriſtianæ ex Oriẽte primùm eò veniſſent) iam ab initio fuiſſet: tamẽ indignati ſunt, ſe poſteriores ideo ferre, quòd magnitudine Eccleſiæ ſuperarentur, cùm pio viuẽdi ſtudio & virtute longè ſuperiores eſſent.* Ac demũ (vt cap. 10. ibid. Zozomen᷒ narrat, abdicarũt ipſum Papã, & Hoſiũ Cordubenſem, & Maximũ Treuiris Epiſcopũ. Eodẽ modo *Pelagius* operã dedit, vt ſua hæreſis Romanæ Eccleſiæ probaretur. Quod cùm nõ ſuccederet, iudicio eiuſdẽ Sedis, quò ad potuit, reſtitit. *Eutyches etiã Archihæreticus*, à Flauiano Conſtantinopolis Epiſcopo ad Põtificẽ Romanum appellauit. Sed poſtquã vidit, ſuam inſaniam Sedi Apoſtolicæ diſplicere, nec amplius ei etiã placuit Primatus Romanæ Eccleſiæ. Quid quòd paulò antè ex Abbate Vſpergẽſi oſtẽdimus, ipſos *Waldenſes* ab Eccleſia Romana petijſſe ſuæ religionis confirmationem? Qua non impetrata, mox clamant, Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum. Idem iam videmus feciſſe Wiclefum: idemq; Lutherum factitaſſe, ſuo loco demonſtrabimus. Hæc ergo eſt ſumma rei. Primatus Romani Pontificis tam illuſtris ſemper & perſpicuus fuit, vt nemo ferè Hæreticorum potuerit negare, quin penes eam fuerit, ac in æternum debeat eſſe ſummum Eccleſiæ Tribunal & iudicium: ſed cùm propter mentis ſuæ cæcitatem certiſsimò ſibi perſuadeant hæretici omnes, ſua placita eſſe verum Dei Euangelium, concludunt demum, potius optandum atque eligendum ipſis eſſe, vt ſummo Iudici Eccleſiæ recuſent parère, quàm vt mendacium, quod inſtar veritatis amplexi ſunt, quodque iamdiu palàm defendere cœperunt, cum famæ ſuæ detrimento deſerant poſtea, & condemnent. Sed iam reuertamur ad ſchiſmatis, quod ſub Vrbano exortum eſt, perſecutionem.

Cùm igitur poſt Vrbanũ ſextũ vita functũ, ei primùm Bonifacius 9. deinde Innocẽtius 7. demũ Gregorius 12. Clemẽti aũt Benedictus 13. ſucceſsiſſet: de cõcordia, ex parte Gregorij ſyncerè, ex parte aũt Benedicti ſimulatè, actũ eſt. vnde Benedicto pareri deſitũ eſt ab oĩbus, præterquã fortè à rege Aragonũ. Interim Cardinales multi vtriuſq; partis, vnioni Eccleſiæ addicti, *Tertiũ Pontificẽ Piſis creãt Alexandrũ quintũ*, quẽ volebãt ſolũ haberi pro vero Petri ſucceſſore. Quo mortuo, elegerũt in locũ eius Ioan. 22. (aliâs. 23.) Hic cùm legatos ad Imperatorẽ Sigiſmundũ miſſurus, ſtatuiſſet primùm certa loca præſcribere, in quibus ſolis Conciliũ generale indiceretur, demũ vbi legatis mãdata dedit, diuinit᷒ mutauit ſententiam, eiſq; liberam loci electionem reliquit. vnde Cõſtantiæ indictũ eſt Cõcilium, cuius etiã indictionem Gre-

nem Gre-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	
1389.	208. Bonifaci' 9. Neapolitanus, ſedit an. 14. m. 11.		
1404	209. Innocentius 7 Sulmonēſis ſed. an. 2. d. 21.	Lat. Robert' Bauarus an. 10.	
1406	210. Gregori' 12 Venet', ſed. an. 8. m. 7. d. 5.		
1409	211. Alexāder 5. Cretenſis, Græcus, ſedit m. 10. d. 8.		
1410.	212. Ioannes 22. (dictus 23.) Neapolitanus ſedit an. 5. d. 15.	Lat. Sigiſmundus an. 27	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

Si Epiſcopus, vel ſacerdos eſt in peccato mortali: nō ordinat, nō cōficit, nō cōſecrat, nō baptizat. § Illud notarim, Wiclefum nō minus Ordinis, quàm Baptiſmi aliquod ſacramentum poſuiſſe.

e Cōtra inſtitutionē Religioſæ vitæ, & cōtra eos, qui ſuſtentāt religioſos eleemoſynis ſuis, agit in articulis 11. Videlicet in 20. 21. 22. 23. 24. 25. 31. 34. 35. 44. 45. Adeo vt dicat, Auguſtinum, Benedictum, & Bernardum, & omnes religioſos eſſe damnatos, niſi eos pœnituerit.

f Artic. 7 Omnia de neceſsitate abſoluta eueniūt. § Nec hoc quidem placet Proteſtātib', ſaltē omnib'.

g Artic. 29. Vniuerſitas, Studia, Collegia, Graduationes, & Magiſteria in iiſdē, ſunt vana gentilitate introducta, & tantū proſunt Eccleſiæ, ſicut diabolus. § Scio, nec hūc articulum Proteſtantibus probari, licet aliquando Melanchthon, & alij, hoc idem ſentientes, abiecerint libros.

h Artic. 43. Iuramēta illicita ſunt, quæ fiunt ad roborandū humanos cōtractus, & cōmercia ciuilia. § Nec iſtum articulū puto Proteſtantibus placere. Cùm igitur Wiclefus diſſenſerit primùm à Lutheranis ob denegatā corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia, deinde tam à Lutheranis, quàm à Zuinglianis & Caluiniſtis ob Deū diabolo ſubiectum, ob Vniuerſi-

Doctores Catholici.

peſſimus homo fuerit ſacerdos, & dixerit verba illa: Hoc eſt corpus meum: ipſe conſecrat verum Corpus meum.

e Lyranus in Moralibus ſuper c 9. Matthæi. *Vocatio Matthæi ad Apoſtolatum ſignificat vocationem hominis ſecularis ad religionis ſtatū. Pharisæi murmurantes, ſunt homines maligni, religionis ſtatui detrahentes.* Idem in c. 33. Ezechielis. *Monachorum & Canonicorum regularium temporalia bona frequenter vſurpare nititur terrena poteſtas crudelitati coniuncta. Sed ſicut per venditionem hominis factam ius rei transfertur, ſic & magis per donationem factam monaſterijs, quia fit principaliter ipſi Deo.*

Nicolaus Woldford art. 10. contra Wiclefum. *Certum eſt, quòd Apoſtoli Monachos inſtituerint.* Actor. 2. & 4. *& Moniales.* 1. Timoth. 5.

f Gerſon de conſolatione Theologiæ lib. 1. Proſā. 4. ſ. *Neque audiendus eſt Cicero, qui vt libertatem in hominibus ſtatueret, abſtulit à Deo prouidentiam: neque alter, qui Diuinam prouidentiam ſic inſtituere voluit, vt arbitrio noſtro (proh nefas) etiam in peccatis neceſsitatem imponeret. Theologia viam mediam tradit, reuelata fide ſubnixa. Et in* Centilogio de conceptibus. p. *Concurſus Dei generalis non impedit libertatem, imò cauſat, fortificat & actuat: quamuis non neceſsitet. quia tolleret primum motum ſuum.*

g Gerſon in Oratione facta de licentiandis in Decretis. conſideratione 14. & 15. *Dominus ſicut in vno corpore naturali diuerſa membris ſingulis officio cōſtituit: ſic in corpore myſtico diuerſos voluit eſſe Doctores pro varietate doctrinarum, legum, vel iurium, vt vnuſquiſque gratiam, quam accepit, communicaret ſine inuidia, & in alterutrum adminiſtraret.* Et. 20. *Dominus voluit, vt euitetur confuſio in politico regimine, & ne inſufficiēs vel immeritus ad hoc ipſum ſe ingerat. Poſtremò honor alit artes, & omnes accedunt ad ſtudia propter gloriā.*

h Lyranus in c. 6. Deuteron. *Nolite iurare omnino, id eſt, non iuretis ex qualibet cauſa: quia hoc ad irreuerentiam nominis Dei pertinet. Sed tamen ex cauſa neceſſaria, vt ſi occurrit neceſsitas aliquid affirmandi inter homines, debet fieri per veritatem immobilem, quod fit iurando per nomen Domini.* Et in c. 6. ad Hebræos. *Homines per maiorem ſuum iurant, & omnis controuerſiæ eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum.* Vbi Lyranus ait: *Quia facta hominum ſunt fallibilia, ad confirmationem oportet recurrere ad diuinam veritatem infallibilem, quæ in iuramento vocatur in teſtem.*

Thomas Walden. Tom. 2. doctrina 6. ſcribit, *Oxonienſe ſtudium per publicum duodecim electiſſimorum virorum Decre-*

nem Gregorius 12.confirmauit, & Papatui renunciauit, vir *ſanctiſſimus* (inquit Antoninus) *& vnitatis Eccleſiaſticæ amantiſſimus, quem multi Deum timentes & periti reputabant Pontificem ſummum*. Ioannes autem coactus Papatui ceſsit, Benedictus verò dignitate priuatus eſt, ac demum *Martinus quintus*
1063 (aliâs tertius) omnium conſenſione eſt in Pontificem ſummum electus. Atq; hæc quidem Antoninus.

Fides & ſententia Concilij Conſtantienſis de Primatu Romani Pontificis, & quomodo id Concilium vel œcumenicum, vel ſecus haberi debeat.

Conſtantienſe Concilium (quod Ioannes 23. Papa, ſubſecuto poſtea Gregorij 12. conſenſu, aut ſaltem
ratihabitione, conuocauit) in Seſsione 8. condemnat vt cæteros Ioannis Wiclefi articulos, ita & iſtum,
numero 41. Nõ eſt de neceſsitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiã eſſe ſupremam inter alias Eccle-
ſias. Hæc Wiclefus. *Error eſt* (inquit Concilium) *ſi per Romanam Eccleſiã intelligat vniuerſalem Eccleſiam,*
1064 *aut Concilium generale, aut pro quanto negaret Primatum ſummi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares.*
Martinus etiam Papa huius Concilij ſtudio & opera electus (hoc idem requirẽte ſacro Concilio, vt in
Seſſ. 45. dicitur) *abſoluit dictum Concilium*, omnibus & ſingulis ad propria remeãdi licentiã impartiens.
Idemq; in approbatione damnationis errorum Ioannis Wiclefi & Ioannis Hus in Concilio Conſtant.
damnatorũ, iubet eos, qui de illis hæreſibus ſuſpecti habebantur, interrogari vt alia permulta, ſic & hoc
ipſum: *Vtrum credãt, quòd B. Petrus fuerit Vicarius Chriſti, habens poteſtatẽ ligandi & ſoluendi ſuper terram?*
Item: *Vtrũ credãt, quòd Papa canonicè electus, qui pro tẽpore fuerit (eius nomine proprio expreſſo) ſit Succeſſor*
1065 *B. Petri, habens ſupremam authoritatem in Eccleſiam Dei?* Hæc ibi. § Quòd autem Concilium hoc vide-
tur innuere, Romanam Eccleſiam non niſi *ſuper alias particulares Eccleſias Primatum obtinere.* quòdque
in Seſsione 4. aſſeruit, *ipſam Synodũ poteſtatem à Chriſto immediatè habere, cui quilibet, etiamſi Papalis dignitatis exiſtat, obedire tenetur:* hæc quidẽ ſua difficultate non carent, & ideo diligenter examinãda ſunt. Illud interim velut à tot Epiſcopis conceſſum mihi ſumo, *Romanã Eccleſiam Primatum ſupra quamlibet aliam habere*, quod tamen ipſum Lutherani & Calviniſtæ negant. Nunc ad reliqua ſe conuertat oratio.

Debemus ante omnia ob oculos ponere temporum illorum conditionem & ſtatum. Erant eo tempore tres Pontifices, quorum ſinguli ſatis magnam ſpeciem habebant, cur ſoli præeſſe debere putarentur. Vnus habebat prærogatiuam electionis ſuæ, quia Vrbano ſexto ſucceſſerat, qui ſolus aliquot menſibus in Petri Cathedra ſederat. Alter à pluribus de collegio Cardinaliũ poſtea electus, dicebat priorem electionem eſſe nullã, eò quòd facta eſſet à Cardinalibus, tali metu per Principes Romanos incuſſo, qui cadere poſſet in conſtantem virum. Tertius de quorundam Cardinalium, imò & de Concilij (vt dicebatur) cõſenſu cum magna totius Eccleſiæ expectatione electus eſt, vt priore ſchiſmate ſublato, vnicus deinceps Papa Eccleſiam gubernaret. Singuli habebant ſuas prouincias & nationes, quibus præeſſent. Quæ res cùm in hoc ſtatu eſſent, ab initio non niſi vnus ex his tribus (nimirum Ioannes 23.) Conſtantienſem Synodum indixit: idq;, vt Concilium Piſanum (cui Synodo alij duo Pontifices ferè ſemper aduerſabantur) continuaret, vt habetur in Conſtantienſi Concilio Seſſ. 1. Idem Ioannes in 2. Seſsione ſub certis legibus & modis ceſsit Papatu ſuo. Ea igitur Epiſcoporũ pars, quæ Ioanni eatenus paruerat, cùm & ipſum putaret iuſtiſsimum titulum habuiſſe, & eum videret eidem titulo in Synodi manibus renuntiaſſe, iamq; penes ſe fore crederet tam Synodale, quàm Papale ius: his tot cauſis commota, vt ſolidiore fundamento niti & confidere videretur, aſſeruit, non quamlibet Synodum (vt Aduerſarij calumniãtur) ſed illam Conſtantienſem *habere poteſtatem immediatè à Chriſto, cui quilibet, etiamſi Papalis dignitatis eſſet, (vtique propter Papæ ceſsionem, & ſchiſma inter plures Papas) obedire teneretur*, non tamen in re qualiber, nec ad quemlibet effectum, ſed (vt mox ibidem adiungitur) *in his, quæ pertinent ad fidẽ, & extirpationem dicti Schiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei in Capite, & in membris.* Hæc autem dicta ſunt in 4. Seſsione. Porrò in decimaquarta demum Seſsione Gregorius 12. (quem titulum iuſtiſsimum habuiſſe putauerim) per Carolũ Malateſtam Papatui ſuo renũciauit. Tertius autem Papa Benedictus, ne ſic quidẽ adduci potuit, vt ſpeciem illam iuris, quam ad Papatũ habebat, relinqueret, niſi quòd à ſuis deſertus eſt, & ita ſine populo & Eccleſia relict*us*. Quæ cùm ita fuiſſe ex ipſius Synodi Actis deprehẽdantur, nec verba illa, de quibus agitur, tanquã vniuerſalis Cõcilij Decretũ cenſeri debẽt, nec generalia ſunt, nec vnquam illud Concilium rectè haberi poterit œcumenicũ, quod ab vno tãtùm ex tribus Romanis Epiſcopis indicebatur, quodq; ab vnius tantùm partis Antiſtitibus celebrabatur. Aut nũquid illud erit œcumenicum Concilium, quod duabus Chriſtiani orbis partibus neglectis, vna verò parte etiam renitente & reclamante, conuocatũ eſt? Nec enim legitimè ſe ad Conciliũ vocari putabant, qui vocantis authoritatem non agnoſcebant. Aberat adhuc Gregorij conſenſus cum ſuis Epiſcopis & Prouincijs: aberat ſemper Benedicti conſenſus cum ſuis. Accedit eodem, quòd verba Synodi poſſunt non in vniuerſum, ſed pro cauſa, tempore & perſonis ita accipi, vt non alium ſtatum, quàm in quo tunc Eccleſia fuit, comprehendant. Quoties autẽ neſcitur, vtrum hic, an ille Papa legitimus ſit: verum aliquo modo eſt, Concilium Epiſcopale immediatè à Chriſto poteſtatẽ habere ad ſchiſma illud extirpandũ. Vtcũque fuerit, abſque omni controuerſia nondum erat illa Synodus vniuerſalis, quando ea verba, de quibus agitur, pronun-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1415.	Conſtātieſe Concilium ſemper quidem legitimum, ſed nō ſemper. verū in fine ſolo œcumenicū.	

☞ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

uerſitatem ſtudiorum abdicatam, ob fati reſolutam aſſertioné. ob ciuilis magiſtratus poteſtaté grauiter peccanti ſtati ſublatā, & ob iuramēti vſum in cōmercijs ciuilibus denegatum: neceſſe eſt, vt aut quælibet hæreſis liberè poſſit apud Proteſtantes doceri, aut certè Wiclefus tot hæreſes tam repugnantes Euāgelio apertè docés, de illorū Eccleſia nō fuerit. Quot enim ſunt hæreticorum ſectæ, tot etiam ſunt eorū ſynagogæ: cùm interim Catholica fides vna ſit. *Epheſ.4.*

170. *De Ioanne Hus.*

a Iohannes Hus Wiclefi diſcipulus, præter magiſtri articulos, etiā alios triginta de ſuis adiecit, eiuſdem ferè ſententiæ, niſi quòd quædam attigit, quæ in Articulis Wiclefi non exprimebantur.

b Ioannes Hus vniuerſalem Eccleſiā ex ſolis prædeſtinatis conſtare dicebat. Artic.1.3. & 6. Et iſto modo (inquit) Eccleſia eſt articulus fidei: præſcitos verò negabat eſſe partes Eccleſiæ.

c Artic. 2. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quoſdam actibus Eccleſiæ malignantium conſimiles.

d Defendit etiā vnà cum Wicleſo (teſte Syluio in Bohem. hiſtor. c. 35.) quòd qui mortalis culpæ reus ſit, is neq; ſeculari, neque Eccleſiaſtica dignitate potiatur, nec ei pareri debeat.

☙ *Doctores Catholici.*

rum Decretum damnauiſſe dogma pluſquàm ducentorum hæreſum Wicleſi.

a Concilium Conſtantienſe in Seſſ.15. declarat, Iohannem Hus eſſe verum hæreticum, ipſumq́; hæreſes dudum damnatas publicè prædicaſſe in fidei Catholicæ detrimentum.

b Ioannes de Turre Cremata in Summa de Eccleſia, lib. 1. c. 3. *Eccleſiam accipimus Catholicorum collectionem, ſiue ſint prædeſtinati, ſeu non. Qui modus acceptionis eſt cōuenientior ſacræ Scripturæ, quæ comparat Eccleſiam (Matth.3.) ſagenæ ex omni genere piſcium congreganti, quia nunc bonos malosq́; communiter continet: item agro, in quo ſimul cum bono ſemine orta ſunt Zizania: Item virginibus decem, quarum quinq; ſunt fatuæ. Matth 25. Deinde ſub hac nominis Eccleſiæ amplitudine omnes alij modi comprehenduntur, ſecundùm quos nomen Eccleſiæ particularius accipitur. Tertiò magis in gloriam Dei cedit hæc acceptio quia in multitudine populi, dignitas Regis. Prouer.14. Quàm magna domus Domini?* Baruch.3. Sic Gen.13. & 15. *Eccleſia comparatur arenæ maris, propter carnales & aridos: & ſtellis cæli, propter eos, qui virtutibus fulgent. Nec alioqui poſſet Eccleſia eſſe nota.*

c Idem li.1.c.55. *Omnes infideles & peccatores, quādiu in infidelitate & criminibus iacent, ſunt membra diaboli, qui Rex eſt ſuper omnes filias ſuperbiæ. Iob. 40. & 1. Ioan. Qui facit peccatū, ex diabolo eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli: omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo.* § Paulus verò, dum adhuc infidelis perſequebatur Eccleſiam Dei, non erat iuſtus.

d Gerſon de vita ſpirit. lect. 3. B. *Nunquid Dauid perdidit ius in regno, quia adulterij crimine pollutus eſt? Nunquid apud infideles, quoties Scriptura Reges nominat, nemo iuſtè politizat? Abſit.*

Ioannes de Turre Crem. lib.1.c.99. *Poteſtas Spiritualis in miniſtris Eccleſiæ ſicut per bonitatem vitæ non acquiritur (ſuperat enim omnem humanam facultatem, niſi*

tur, pronunciata ſunt. Nemo autem negat, Concilium, quod vniuerſale non ſit, in quacunq; re decernenda errare poſſe. Poſtquàm verò & Gregorius 12. iuri ſuo renunciauerat, & Benedictus non modò ſine ſucceſſore, ſed etiam ſine Eccleſia eſt relictus, & *omnium conſenſu Martinus* ad Petri Cathedram eſt aſſumptus: iam deinceps quicquid vel fiebat in illo Concilio, vel factum antea, per conſenſum Martini Pontificis ratum habebatur, hoc verè dixeris fuiſſe Sacroſanctum, & rectè atque ordine ab vniuerſali Concilio definitum, geſtum ſeu approbatum.

Laurentius Iuſtinianus Patriarcha Venetus in lib. de obedientia. *Redemptor noſter poſt Aſcenſionem ſuam, Principem in terra vicem ſuam gerentem voluit habere in Eccleſia, ad quem vniuerſi confluerent, vt ad Patrem apud quem totius Eccleſiæ eſſet authoritas. Huius Apoſtolicæ Sedis arcem, huiuſq; Eccleſiæ Catholicæ*
1066 *Monarchiam Petrus primus accepit, Matth. 16. Hanc poteſtatem ſortiti ſunt, quotquot poſt illum canonicè in ipſa Cathedra reſederunt qui reſpectu cæterorum Summi ſunt nominati Pontifices. Illis vtique tanquàm Chriſti*
1067 *Vicarijs totius Eccleſiæ eſt attributa facultas inſtituendi per ciuitates Epiſcopos, & per Prouincias Metropolitas ordinandi, congregandi Concilia. Cæteri Præſules tertiò deputati ſunt præeſſe in locis: illis verò vniuerſalis Eccleſiæ incumbit regimen.*

Ioannes de Przibram Bohemus, qui fuerat quandoque Wicleſiſta, iam reuocans errorem, in profeſſione fidei ſuæ ait. *Profiteor fideliter corde & ore, Quia omni voluntate & deſiderio ſum in ſpe, & eſſe cupio in re, ex integro immobiliter & inſeparabiliter membrum Sanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ, vniuerſalis, & Roma-*
1068 *næ, per totum orbem diffuſæ, in Apoſtolicis Sedibus à Beato Petro Apoſtolorum Principe fundatæ, & vſque modo continuatæ, & ſuper firmam Petram tam firmiter roboratæ, quòd portæ inferi non poſſunt aduerſus eam quomodolibet præualere.*

Petrus de Alyaco in Speculo conſyderationis in Serm. facto in Concilio generali Conſtantienſi. *Epiſcopali authoritati nimis detrahunt, qui definire præſumunt, Epiſcopos non poſſe in ſuis Diœceſibus errores in fide & moribus notoriè ſcandaloſos cum peritorum conſilio condemnare. Sicut enim hoc poteſt generali-*
1069 *ter in vniuerſali Eccleſia ſummus ille Epiſcopus, qui habere dicitur plenitudinē poteſtatis: ſic inferior Epiſcopus vocatus ab eo in partem ſolicitudinis, hoc vtique poterit particulariter in ſua Diœceſi ſeu particulari Eccleſia.*
1070 Ioannes de Nyder. Præcepto. 3. c. 9. *Papa habet iuriſdictionem in omnes, Epiſcopus in Diœceſanos, Plebanus in Parochianos ſuos. &c.*

Poſt multa prælia inter Sigiſmundum Imperatorem & Ziſcam, Orebitas, Taboritas, Orphanos, & alia eiuſmodi monſtra infœliciter commiſſa, tandem ſchiſmaticis à Mainardo Catholicorum procerum Duce victis, maioreque eorum parte vel cæſa, vel igne combuſta, reliqui (authore AEnea Syluio, in Bohemiæ Hiſtoria cap. 51. & 52.) has conditiones à Concilio Baſileenſi acceperunt, vt quæſtione illa (vtrum ex præcepto Dei neceſſariò ſub vtraque ſpecie communicandum eſſet) generali Concilio reſeruata, Bohemi de integra carnis & ſanguinis Domini ſubſtantia, ſub alterutra ſpecie pleniſsimè exhibita, rectè inſtructi, tunc demum vtriuſque ſpeciei communionem (miſſa Legatione id petentes) liberè acciperent. His ita conſtitutis, & certis alijs fœderibus cum Imperatore initis, *Rochezana* (ſchiſmaticorum eo tempore Princeps) *cum alijs quatuor Presbyteris nomine totius Cleri ſibi adhærentis, ſedente Sigiſmundo pro Tribunali in foro ciuitatis erecto, aſsiſtente Alberto genero, magnáque Procerum & Oratorum cir-*
1071 *cumſtante corona, obedientiam Romanæ Eccleſiæ ſeſe præſtare profeſſus eſt. Sequenti verò die haud diſsimili ſolennitate abſoluti ſunt ab Anathemate, cæteriſque cenſuris hæretici, & in Eccleſiam per Concilij Legatos introducti.*
1072 Nicolaus de Gorran, in enarratione ſuper c. 16. Matthæi: *Petrus & Succeſſores eius ſoli vocantur in plenitudine poteſtatis: cæteri in partem ſolicitudinis.*

Nicolaus Plonius Poſnanienſis Serm. 97. de tempore: *Quoties dubia occurrunt & perplexa circa fidem,*
1073 *ad Papam eſt recurrendum, penes quem eſt plenitudo poteſtatis.*

Thomas Walden. Anglus in Tom. 2. de Sacramentis contra Wicleſiſtas, Doctrina ſeptima. *Moneo* (inquit) *fideles, ne permittant ſe abduci varia iſta & peregrina Wicleſiſtarum doctrina, quòd non ſit attenden-*
1074 *dum monitis aut Decretis Papæ. Attendite fideles, quid lex Dicat, Deuteron. 17: Qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Quod ne dicatur intelligendum de Chriſto: textus adiūxit, qui eo tempore miniſtrat, Sacerdotem temporaneum diſtinguēs à perpetuo, qui ſemper viuit ad interpellandum pro nobis. Reſpice Petilianum Donatiſtam, contra quem Auguſtinus ſcribit (lib. de vnico Baptiſmo, c. 16.) quàm ſuperba fronte deſpexit Papam Romanum & eius Clerū, quia contra ſuam hæreſim Decreto præſcripſerant. Sic ſemper mos eſt hæreticorum, iudices errorum ſuorum inſectari. Gregorius de trium Capitulorum damnatoribus dicit: ſubeſſe Sedis Apoſtolicæ præceptis nolunt.* Deniq; idem Thomas Walden ad extremum Tomi 2. ſic Papam Martinum eius nominis quintum alloquitur: *Te in terris plaſta Vicarium Ieſu Chriſti.* Amen.

De Co-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

Doctores Catholici.

beat. § Quæ hæreſis ius omne humanum ac Diuinum confundit & tollit. Et tamen eam defendentes non videntur Lutheranis & Caluiniſtis fuiſſe hæretici, ſed boni Catholici, & Euangelici.

diuinitus conferatur) ſic per malitiam non amittitur. (Et póſt.) *Chriſtus iubet malis Prælatis obedire.* (Matth. 23.) *quod non faceret, niſi in eis etiam malis exiſtentibus poteſtas ſpiritualis maneret.*

c Recepit quatuor tantùm Sacraméta Quintum (id eſt, Pœnitentiã) ex parte oppugnauit. Alia verò duo penitus ſuſtulit. § Quo modo igitur Foxus, & cæteri Caluiniſtæ Wicleſitas & Huſsitas pro anteceſſoribus ſuis habent, cùm Caluiniſtæ ne quatuor quidé, ſed duo tantùm admittãt? Nam legitima Sacramentorum celebratio, etiã ſecundùm ipſos, vna ex illis notis eſt, per quas vera Eccleſia cognoſcitur.

c AEneas Syluius in Epiſt 130. *Bohemi & Taboritæ ex Sacramentis Eccleſiæ, Baptiſmum, Eucharistiam, Matrimonium Ordinemq́; recipiunt. De Pœnitentia parum ſentiunt, de Confirmatione & extrema Vnctione nihil.* Et Paulò ante finem. *Septem ſunt Eccleſiæ Sacraméta, etſi vos (ad Bohemos loquitur) tantùm quinq; recipitis.* Antonin. Archiep Florent. p. 3. tit. 14 c. 1. § 3. *Ad eripiendum nos ab infirmitatibus ſpiritualibus animæ, Dominus instituit medicinas ſeptem Sacramentorum.*

Lat. Sigismundus an. 27

171. *De Hieronymo Pragẽſi.*

a Permultis in rebus primùm Wiclefo aſſentiens, deinde abiurata ei⁹ hæreſi ad Catholicam fidẽ reuerſus, demũ rediit iterum ad Wiclefi errores, à quo tamen in cauſa Euchariſtiæ penitus diſſenſit, vt Concilium Conſtantienſe teſtatur, in Seſs. 21.

a Concilium Conſtantienſe in Seſſ. 21. *Hieronymus de Praga,* poſtquàm errores Wiclefi ſemel abiuraſſet, iterum ad vomitum reuerſus aſſerebat, ſe iniquè conſentiiſſe damnationi Ioannis Wiclefi & Ioannis Hus: nec ſe in libris eorum vllam hæreſim aut errorem legiſſe, licet *in ſacramento Altaris, & tranſubſtantiatione panis in corp⁹ Chriſti ſe tenere & credere profiteretur, quod tenet & credit Eccleſia, magiſq́; in eis Auguſtino & cæteris Eccleſiæ Doctoribus, quàm Ioanni Wiclefo & Ioãni Hus credere.* § Hæc mira Dei prouidẽtia eſt, vt cùm hæretici caudas cõiungant, tamen capita diuiſa habeant: vt omnes perſpicerent, non eſſe veram vnitatem fidei extra Eccleſiam Catholicam.

1417 | 211. Martinus 5. dictus 5 Romanus. an. 13 m 5 d. 10.

172. *De errore Ioannis Parui circa tyranni occiſionem.*

b Ioannes de Gerſon, in Cõmentariis ad illud præceptum Dei: *Non occides,* refert,

b Ioannes de Gerſon in præceptum illud, *Non occides. Omnes, qui gladium acceperint (propria autoritate, inquit Gloſſa) gladio peribunt.* Item, illa Ioannis Parui aſſertio

❧ *De Calumnia, quam Henricus Pontaleon & alij Proteſtantes Conſtantienſi Concilio iniquiſsimè fecerunt.*

Scribit Henricus Pantaleon in hæretica Chronologia ſua circiter annum Domini 1415. idemq́; paſſim ab hæreticis occinitur & iactatur, decretum in Conſtantienſi Concilio fuiſſe, *vt fides hæreticis non ſeruetur.* Quod Decretum extare aiunt in Conſtãtienſis Concilij Seſſ. 19 Hoc autem ibi nõ legitur, ſed Cõſtantienſis Synodus in eo loco declarat, (hæc enim ſunt Synodi verba) *Ex Saluo conductu per Imperatorem, aut alios ſeculi Principes hæreticis conceſſo, nullũ fidei Catholicæ vel iuriſdictioni Eccleſiaſticæ præiudiciũ generari poſſe, aut debere, quò minus liceat Iudici Eccleſiaſtico de huiuſmodi perſonarũ erroribus inquirere, eóſque punire, quantũ iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos errores reuocare pertinaciter recuſauerint: etiãſi de Saluo conductu cõfiſi, ad locũ venerint iudicij, aliàs non venturi Nec ſic promittentẽ, cùm fecerit, quod in ipſo eſt, ex hoc in aliquo remanſiſſe obligatũ.* Hactenus verba Concilij, quæ non modò non dicunt, fidẽ hæretico ſeruandã nõ eſſe, ab eo, qui dat illã: ſed planè ſignificant, illum, qui dat fidem, *in cauſa honeſta. facere debere, quod in ipſo eſt, vt fides illa præſtetur.* Cùm verò id fecerit, de reliquo ſecurum eſſe. Cùm igitur *non Synodus*, ſed Imperator fidem hæreticis dederit: nec Synodus illam fidem, quam non dedit, ſeruare potuit, nec ob fidem ab alio datam ſuo iuri cedere, aut renunciare tenebatur. cùm magis interſit reipub. Chriſtianæ, vt Pſeudopropheta puniatur, ne fidelium animas in grauiorem perniciẽ trahat, quàm vt Synodus in gratiam Imperatoris eundem impunè abire patiatur. Sin autem Synodus ipſa fidem hæretico dediſſet, vtique Imperatori liberum erat, extra Synodum in eundem hæreticum manus inijcere. Nam ratio ipſa dictat, *rem inter alios actam alijs præiudicium afferre non debere.* Quòd autem hæreticus tam Synodi, quàm Imperatoris fidem interponẽdam curare oblitus eſt, diuino iudicio adſcribimus, qui voluit huius mundi ſapientes in aſtutia ſua comprehendi. Aliâs verò manifeſtiſsimum eſt quatuor hæreticos Huſsitas ad Synodum Baſilienſem ſub fide publica Synodi veniſſe, ac poſt quinquaginta dierum diſputationem liberè domum dimiſſos eſſe: quod idem Tridenti quoque euenit. Non igitur docet Eccleſia, fidem hæretico ſeruandam non eſſe, verùm declarat, alium neminem cogi eam ſeruare, quàm eas perſonas, à quibus honeſtè data eſt. Non me fugit, illud quoque à multis dici, quòd Ioannes Hus, de quo tunc agebatur, conditiones quaſdam ſibi præſcriptas violauerit. Sed mihi non videbatur hoc tempore ab ipſis Cõcilij verbis ad neſcio quas præterea lites diuertendum: præſertim cùm honeſtiſsima Synodi oratio ſit, vt tùm *Imperator faceret, quod in ſe eſt* tùm Synodus non obligaretur, fidẽ ab Imperatore datam, à ſeipſa verò non datam, pro ſua parte præſtare, cùm & diſtincta ſit ſecundùm fidem noſtram vtriuſque poteſtas & iuriſdictio: & in cauſa fidei maior ſit Synodi, quàm Imperatoris authoritas. Minor verò authoritas nunquàm poteſt maiorem cohibere, quò minus iure ſuo vtatur.

❧ *Nullum Concilium, ex quantacunque Epiſcoporum multitudine conflatum, ei, quem conſtat eſſe Pontificem Romanum, præeſſe, aut iudicium legitimum in illum (extra cauſam hæreſis) exercere poſſe: ex eóq; Baſilienſe Concilium, quod Papam Eugenium deponere conatum eſt, illegitimum meritò iudicandum eſſe.*

Per occaſionem ſchiſmatis, quod inter plures Pontifices, quorum ſinguli Primatũ ſibi vendicabãt, per annos ferè quadraginta exercebatur, multæ graues controuerſiæ in Eccleſia Dei exortæ ſunt, atque illa in primis: *Vtrum Papa ſit ſupra Concilium, an verò Concilium ſupra Papam?* Principiò, nullum eſt Concilium perfectè Oecumenicum, & omni ex parte plenum, à quo D. Petri aut eius ſucceſſoris authoritas omninò abſit Nec enim perfecta illa ouium Chriſti congregatio videri poteſt, quam primus ouium Chriſti Paſtor aut non efficit, aut non approbat. Ouiũ enim eſt, *ſequi Paſtorem ſuum ad paſcua* (Ioan. 10.) & illum quidem, qui primus eſt omnium, maximè omnium ſequi. Nec in nomine Chriſti per ordinariam Eccleſiæ poteſtatẽ congregantur (Matth. 18.) qui contemnunt congregationis totius viſibilem Ducem, & *Regni cœlorum ianitorem*, Matth. 16. Petrus verò, & ſucceſſor illius Pontifex Romanus, *illa Petra eſt, ſuper cuius confeſsionem viſibilis Eccleſia ædificatur*, vt iam antea pleniſsimè probauimus. Eritne ergo illa domus firmiter ædificata, quæ præter Petram & fundamentum à Domino poſitum alibi ſe cõſtituere atq; erigere velit? Aut rectè vnquã paſcẽt Chriſti gregem, qui Paſtorẽ *plus eius amantis* (Ioan. 21.) & ideo maiore paſcendi authoritate præditum, negligunt? eoque inuito & repugnante, Concilium

Oecumeni-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.* | Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Martinus 5.	
1431.	214. Eugenius. 4. Venetus an. 15. m. 11. d. 21.	
	Concilium Baſileenſe Schiſmatis grauiſsimi occaſionem præbuit.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

refert, quendam Ioannem Paruum aſſeruiſſe, quòd honorabile, meritorium, & licitum eſt vnicuique ſubdito, abſque quocunq; præcepto vel mandato, ſecundùm leges, naturalem, moralem & diuinam, occidere, vel occidi facere quemlibet tyrannum, qui machinatur contra ſalutem naturalem ſui Regis, aut ſuperioris, non obſtante præſtito iuramento, ſeu confederatione facta cum eo.

173. *De Orebitis.*

a Orebitarum ſecta profitebatur, Catholicos Sacerdotes, ſi quos intercepiſſent, aut igne cremare, aut alio modo vel mutilare, vel occidere. AEneas Syluius de Bohem. c. 43.

174. *De Piccardo Adamito.*

b Piccardus quidam è Belgis in Bohemiam profectus, ac ſeſe Dei filium profeſſus, ſectatores iubebat nudos incedere, & promiſcuos inire concubitus. Bonfin. Dec. 3. lib. 2. § Hic videtur fuiſſe de Turelupinorum ſecta.

175. *De*

Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.

aſſertio condemnata eſt in Concilio Conſtantienſi, Seſsio. 15. ita vt eam pertinaciter defendens, declaretur eſſe hæreticus.

a Antoninus p. 3. tit. 14. c. 7. § 1. *Vos autem (inquit Iſaias c. 61.) Sacerdotes Domini vocabimini: Miniſtri Dei noſtri, Dicetur vobis. Verùm quantumcunq; ſunt mali, tamen quia miniſtri Dei ſunt, & perſonam eius repreſentant: (præcipuè in baptizando, & in abſoluendo, vbi locutio eorum eſt in perſona Dei) honorari debēt: primò, quia Scriptura vocat eos Deos, Pſal. 81. aliquando Angelos, Malach. 2. Secundò, Conſtantinus noluit Sacerdotum accuſationes audire. Tertiò, etiam Pagani ſacerdotibus Deorum ligneorum tribuebant magnum honorem. Non ergo pro vita eorum mala debent contemni, aut lædi.*

b Ioannes Gerſon de examinat. doctrinarum, conſideratione 6. *Sicut nulla eſt vehementior affectio, quàm luxurioſa libido: ſic ad errandum falſumq; docendum nulla pernicioſior. Non eſt noſtrum, fœditates horrendas detegere, conſiderantes illud Apoſtoli: Quæ in occultò fiunt ab eis, turpe eſt dicere.*

OEcumenicum conantur contra ipſum celebrare. At enim Papa (inquit Burgenſis Epiſcopus in Baſilienſi Concilio) eſt tanquam Rex in regno. Vt aũt Rex male adminiſtrans, à toto regno excluditur: ſic per generalia Concilia Romani Pontifices poſſunt deponi. Hæc ille. Ego potius dixerim, Papam eſſe velut patremfamiliâs à Chriſto in domo nõ ſua, ſed ipſius Chriſti cõſtitutum (Matt. 24.) quem tota familia nõ poſsit à principatu ſuo excludere, tùm ob familiæ naturã, quæ ſemper capiti ſuo per legem cõmunem ſubijcitur, tùm ob Chriſti honorem & maieſtatem, qui dominus Eccleſiæ cùm ſit, hunc hominem præfecit familiæ ſuæ. Quicquid ergo regnum poſsit facere in Regem à ſe conſtitutum: certè familia nõ idem poterit facere in patremfamiliâs, quem Dominus conſtituit ſupra familiam ſuã. At *Eccleſiam* (inquit alius) *qui non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Concilium verò Oecumenicum repræſentat Eccleſiam: vnde concludit, quamlibet dignitatem, etiam Papalem debere audire Conciliũ generale, tanquam ſupremum iudicem ſuum. De quibus rebus etſi iam antè nonnihil dixi: tamen quoniam de ijs verbis (*Si Eccleſiã nõ audierit*) nonnulla eſt etiam inter Catholicos cõtrouerſia: non abs re erit, veram eorum ſententiam ex Euangelij circunſtantijs iterum indagare.

Primùm apparet, per *Eccleſiæ* nomen eo in loco nec totam vniuerſalem Eccleſiam per vniuerſum orbem diffuſam, nec Synodum aliquã Epiſcoporum neceſſariò ac præcipuè intelligi. Hoc enim & infiniti laboris eſſet, ſingulos peccatores, vel ſigillatim apud ſingulos fideles, vel etiã neceſſariò apud Epiſcoporum Synodum accuſare: & tam rarò fieri poſſet, vt magna vtilitas ex ea re ſubſecutura nõ eſſet. Deinde per Eccleſiam nõ intelligitur multitudo quælibet cõfuſa & inordinata. Alioqui Chriſtus non tam exquiſitam ordinis rationem in hoc præcepti genere habuiſſet, vt primùm vellet peccatorẽ corripi ſolùm, ac deinde apud paucos teſtes. Qui ordo in primo & ſecundo correptionis gradu tã accuratè adhibendus, ſatis declarat, ne tertium quidem correptionis locũ & gradum inordinatum eſſe. Non igitur ita hunc peccatorẽ Eccleſiæ denunciabis, vt palàm publicéq; in plateis, aũt in foro, aut paſsim vbicunq; libuerit, eius peccata detegas: verùm ordine quodam & ritu iudiciario id facies. Reũ igitur hũc denunciabis Eccleſiæ, hoc eſt, multitudini fidelium ritè atq; ordine cõgregatæ. Sic aũt congregari fideles non ſolent, niſi per Iudices & Præpoſitos ſuos. Nec id ritè denunciatum Eccleſiæ intelligitur, niſi quod per eoſdem Præpoſitos cauſa cognita, ſic demum Eccleſiæ denunciatur, vt ſanè per illorum, qui præſunt, ſentẽtiam hoc totum abſolui & conſummari debeat. Vnde patet, talem Eccleſiã particularem in his Chriſti verbis intelligi, in qua ſaltem Epiſcopus, aut alius iudex Eccleſiaſticus adſit, qui iuris dicendi poteſtatem habeat. Et hic ſenſus tùm vſu ipſo aſſeritur, tùm manifeſtè cõfirmatur per illud Apoſtoli verbum, quod ad Timotheum Epiſcopum ſcripſit: (1. Tim. 5.) *Peccantes corã omnibus argue, vt & cæteri timorẽ habeant.* Et iterum: *Aduerſus Presbyterum noli accuſationẽ accipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Nam ex eo, quòd alius palàm arguitur ab Epiſcopo, alterius aũt accuſatio non niſi certo modo admittitur: manifeſtum eſt, iudiciarium quempiam ordinẽ in criminum cognitione obſeruandũ præſcribi. Atq; hoc totũ planiſsimũ etiam fit ex ipſis Euãgelij verbis. Statim enim poſt illa verba (*Dic Eccleſiæ: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi Ethnicus & Publicanus*) ſtatim, inquam, ſequitur: *Amen dico vobis, quicquid ligaueritis ſuper terrã erit ligatũ & in cœlo.* quaſi dicat: Nemo contemnat veſtrum iudicium & ſententiam in Eccleſia latam. Illa enim rata erit, non in terris modo, verùm in cœlo. Sic etiam Corinthius ille, qui patris vxore abutebatur (1. Cor. 5.) denunciatus eſt Eccleſiæ. Sed quo tandem modo? *Congregatis*, inquit, *vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini Ieſu* (Ecce legitimam Eccleſiam) *Ego* (ecce Iudicẽ) *iam iudicaui vt præſens, tradere hominem huiuſmodi Satanæ, &c.* Ecce formam ſententiæ. Niſi ergo Paulus in Eccleſia iudicans audiatur, verè tunc Eccleſia non auditur. Ex his non dubito quin cõſtet, hæc verba (*Dic Eccleſiæ*) pertinere præcipuè ac primùm ad Eccleſiam particularen, in qua Iudex ritè de crimine aliquo cognoſcat, & ita ſententiam publicè ferat. Nec etiam dubito, quin eadem verba rectè ad quamcunq; Synodum accommodari poſsint: quæ Synodus quò maior & grauior erit propter Iudices in eo congregatos, eò ſententia illius Synodi erit maioris momenti & ponderis. Sed quemadmodum in particulari quopiam foro Eccleſiaſtico, ſic etiam in maiore quapiam Synodo, ac deniq; in omniũ maxima, quæ vniuerſalis & œcumenica dici ſolet, eadem ratio ſemper teneri debet, vt nihil fiat inordinatè, ſed vltima ſententia per ſummum in ea Synodo Iudicẽ ritè atq; ordine feratur. Itaq; hæc verba Chriſti (*Dic Eccleſiæ: ſi Eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*) adeo non præferunt Eccleſiam (quæcunq; illa ſiue maior, ſeu minor ſit) Iudici ac Præpoſito in ea conſtituto, vt in ipſo *Eccleſiæ* nomine nihil priùs deſignetur & intelligatur, quàm primus Iudex, & ſummus Paſtor illius Eccleſiæ, apud quam de crimine tùm cognoſcitur, tùm ſententia dicitur. Quæ ſententia (niſi per Iudicem ſuperiorem eiuſdem ordinis velut iniuſta reuocetur & corrigatur) in cœlis quoq; rata erit: vt iam ille dicendus ſit Eccleſiam non audire, qui Iudicem in Eccleſia præſidẽtem, & in perſona Chriſti (2. Cor. 5.) quod iuſtũ & æquum eſt pronunciantem, recuſat audire: ac nõ, vt ſummus Eccleſiæ Paſtor cæteris inferioribus, ac deinde medij Paſtores vulgo infimo per hæc verba ſubiecti eſſe intelligantur. Nam ſi eorum illa eſſet

ſententia,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	
1432	Idem Eugenius quartus			

875. De Petro Dreſenſi, aliàs Tracenſi, & de quatuor Huſsitarum erroribus, quos in Baſilienſi Concilio propoſuerunt.

[a] Huſsitæ cùm data fide ad Concilium Baſilienſe acceſsiſſent, obtulerunt quatuor tantùm articulos, quibus conceſsis, promittebant vnionem cum Cõcilio, & ſubiectionem quibuſcunque legitimè præfectis. Primus autem ex iis articulis poſtulabat, vt Communio ſub vtraque ſpecie in regno Bohemiæ & Marchionatu Morauiæ liberè miniſtraretur. § Notandum autem eſt, hunc errorem non à Wiclefo, aut Iohanne Hus, verùm à *Petro Dreſenſi* excogitatum fuiſſe, vt Bonfinius rectè animaduertit, Dec. 3. lib. 3. Hæretici ergo proficiunt in peius, & apud eos Diſcipuli ſunt ſupra magiſtros ſuos, quod in ſua Eccleſia ſecus fore, Dominus prædixit. Nonnulli Iacobellum Miſnienſem huius hæreſis authorem conſtituunt.

[b] Secun-

[a] AEneas Syluius in Epiſt. 130. poſt medium. *Quæ ſunt de neceſsitate Sacramentorum, immutabilia perſeuerant: quæ circa ritum ſunt, immutare Eccleſia poteſt.* (Et poſt.) *In Eucharistia verò, ſicut ante prolatum eſt, non eſt vſus vtriuſque ſpeciei populo neceſſarius: adimi ergo altera ſpecies non ineptè potuit, quia non eſt hoc Sacramentum variare, ſed vſum.* (Et iterum.) *Nec ſubtracta vini ſpecie, ſubtrahitur Sacramentum, quia totum in altera ſumitur. Rectè igitur & ſanctiſsimè Romana Eccleſia in huius obſeruantia Sacramenti ſeſe habet.*

Gerſon in compendio Theologiæ de Sacramento Euchariſtiæ A. *Quare non datur populo ſub vtraque ſpecie? Dicitur, quod triplex eſt ratio: vna, quia non legitur, Christum corpus ſuũ ſanguini intinctum præbuiſſe. Nec eſt contrarium de Iuda, cui videtur Dominus intinctum panem porrexiſſe: quia ſecundùm Auguſtinũ, prius verum corpus dedit, & poſtea panem vſualem intinctum. Alia cauſa eſt, imminens periculum: quia ſcilicet facilius caderet gutta ſanguinis, quàm mica hostiæ: quia in hostia partes cohærent ſibi, non ſic in ſanguine. Tertia cauſa eſt præcedens ſignum, quia in Lege, qui in ſacrificijs afferebant libamina, de libamine nihil habebant afferentes, ſed ſacerdotes tantùm: licet de alijs haberent. Vt ergo congruat veritas ſigno, non datur populo Euchariſtia cum ſanguine.*

YYY ij

[b] Gerſon

ſententia, vt ſi Papa nollet Epiſcoporũ Synodo parêre, tanquã Ethnicus haberetur: profectò futurũ etiã eſſet, vt dicerent, ipſam Synodum Ethnici loco habendã, niſi & illa vocẽ totius multitudinis fidelium auditura eſſet. Nam ſi *Eccleſia* ſummum eſt tribunal, Epiſcopi verò in Synodo congregati, nõ niſi multitudinis vicem gererent: omnino ſequeretur, Epiſcopos nõ minus debere totius multitudinis infimæ vocem audire, quàm primus Paſtor ad vocẽ pluriũm aut omnium Epiſcoporum audiendã obligaretur. Neq; verò dubitari poteſt, quin *Eccleſia* nomen propriè acceptum ad totam fidelium multitudinẽ primò pertineat. Quo poſito, non erit verum, quod à Baſilienſi Concilio pro vero ponitur, *Conciliũ habere poteſtatẽ immediatè à Chriſto ſupra quemcunq; ſtatum*. Iſtiuſmodi ergo interpretationes non rectè ad verba Chriſti accõmodantur. Nunc aũt ad Eccleſiam quidem res pertinet, ſed non tanquam ab illa petatur tota iudicandi authoritas, verùm tanquàm & illa *teſtis* debeat aſsiſtere, dum res examinatur & abſoluitur. Etenim vt ab vno primo *teſte* ad duos aut tres nõ tam iudices, quàm *teſtes* trãſitur: ſic à tribus *teſtibus* peruenitur ad Eccleſiam, nõ tam velut iudicem in ſeipſa conſtitutam, quàm velut teſtem locupletiſsimam, quæ tamen iudicem à Chriſto deſignatum & conſtitutũ, in ſe comprehendit, & velut præſupponit, per quem legitimè ad audiendam ſententiam (quæ feretur de tali crimine) cõuocetur. Ita res incipitur priuatim, progreditur verò per teſtes duos aut tres: finitur aũt in pleno (vt dici ſolet) Cõſiſtorio. Quæ cùm ita ſe habeant, nõ rectè vrgentur hæc Domini verba, velut per illa Conciliũ generale cõſtituatur iudex ſummi Pontificis. Nec interim ego ſuam Concilijs authoritatem vlla in parte derogatam aut immutatam velim. Quinimò fateor, pleniſsimam eſſe Conciliorum authoritatem, ſed tunc demum, quando ipſa quoq; ſunt pleniſsima. Diximus aũt *pleniſſima* eſſe Concilia, in quibus præſidet vnus quiſpiam velut Chriſti Vicarius, qui cæteros fratres ſuos & conuocet authoritate Paſtorali, & ſecundũ Chriſti promiſsionem (Lucæ 22.) ita *confirmet*, vt illi adhærentes Petræ à Domino conſtitutæ, fiant *Columna & firmamentum veritatis*. Si verò Concilia indicantur ad deponendum Catholicũ Pontificem, qui vice Domini iubetur oues Chriſti paſcere: nunquã ego dixerim, illa vel plena, vel ſalutaria. Quantumuis enim caput laboret ac doleat, quàm diu tamen viuit ac ſpirat: quis feret, vt reliqua membra idipſum amputent ac præcidant? Caput verò Eccleſiæ (quod ad Eccleſiæ regimẽ ſatis ſit) viuit per fidem rectam, qua ſi caret, mortuum eſt. *Qui enim non credit, iam iudicatus eſt.* Itaq; ſi Pontifex aut hæreticus eſt, aut nullus omnino eſt, ac ne ſperatur quidẽ breui fore: aut propter infinitas contentiones Cardinalium incertus ac dubius eſt: facilè conceſſerim, & Concilium aliquod Epiſcopale iuuandæ Eccleſiæ cauſa coire tùm poſſe, tùm debere: & certum Epiſcopale Concilium, ſiue ſit œcumenicum, ſeu nõ, vel nulli, vel incerto Papæ anteponendum eſſe.

Ac nimirum ſi Monarchiam & à Chriſto exercitam, dũ in terris ageret, & in Eccleſia inſtitutã, cùm in cœlũ aſcenderet, manifeſtiſsimè demonſtrauimus: ſi deinde Chriſtus Optimates nõ quidẽ ſummæ rerũ præfecit, ſed in partem ſolicitudinis neceſſariò aſciſcẽdos per Apoſtolorũ res geſtas declarauit: nec primum Paſtorem certum & indubitatum, cui poteſtatis plenitudo diuinitus commiſſa eſt, minorũ ordinũ Patres per minorem illam authoritatem ſuam in iudicium vocare legitimè vnquàm poſſunt, nec interim ad alios magis, quàm ad hos ipſos ſpectat, quoties primus Paſtor aut nullus, aut omnino incertus eſt, vel vnum eligendum curare, vel verum Paſtorem patefacere, cui reliqua Eccleſia velut certiſſimo Chriſti Vicario in rebus ad Deum ſpectantibus obediat. Ita nec par, nec maior eſt Cõcilij, quàm Pontificis à Chriſto inſtituti poteſtas: nec tamen nulla, ſed poſt Pontificem proxima eſt Concilij Epiſcopalis authoritas. Quoties igitur primus Eccleſiaſtici regiminis gradus in vigore ſuo nõ exiſtit, proximum eſt, vt proximus eiuſdem regiminis gradus, quoad poteſt, Eccleſiæ ſuccurrat, in oſtẽdendo illo, quem Dominus elegit in Paſtorem primum. Atq; ea in cauſa Conciliũ non ſupra Papam, ſed ſupra nullum aut incertum Papam eſſe rectè concluſeris. Quoad nos verò, idem ferè eſt, aut nullum eſſe Papam, aut incertũ. Nã apud homines, quod prorſus neſcitur, perinde habetur, ac ſi nõ eſſet. Cùmq; Deus viſibilem Paſtorem ob nullam perinde cauſam conſtituerit, quàm vt ab ouibus cognoſcatur, & cognitus Eccleſiam in vnitate contineat: qui non poteſt cognoſci, nec eſſe quidem viſibilis Paſtor poteſt. Nec eo in ſtatu multum refert, quis Cõcilium indicat: vtrum Cardinales, an Patriarchæ, an Imperator, an Rex aliquis, an Epiſcopi ſe mutuò ad tam pium opus prouocent, an etiam quiuis laicus eos roget, vt in vnũ conueniant. Non enim authoritas conuocantis iam quæritur, cùm rei neceſsitas nullum omnino remedium negligi patiatur. Imò ſecundùm Euãgelicam parabolam, *Ille proximus eſt*, (Luc. 10) qui Eccleſiæ laboranti quocunq; modo ſuccurrit, *ſiue ſit Leuita, ſeu Samaritanus*. Quoties igitur Papa certus non ſperatur: Concilio non cuilibet, ſed tali primas detulerim, quod eo animo & propoſito cõgregetur, vt certum Papam Eccleſiæ reliquæ vel demonſtret, vel conſtituat. Tale verò Conciliũ ideo legitimum eſt, & *in Chriſti nomine congregatum*, quia nihil agit in cõtemptum Paſtoris primi, quẽ Chriſtus inſtituit, ſed potius & illius honori, & Eccleſiæ vtilitati conſulit. Sed ſi iam certus quiſpiam,

idemque

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1533	Idem Eugenius. 4.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

b Secundus, vt omnia peccata mortalia, & præſertim publica eliminarentur. § Quibus verbis intelligebant, nullum peccatum mortale, quàmlibet maioris mali euitandi cauſa, tolerari poſſe aut debere.

c Tertius, vt verbum Dei à Sacerdotibus Domini & Leuitis idoneis liberè prædicaretur.

§. Intelligebant verò, miſsionem ab Epiſcopis non eſſe neceſſariam, vt tam AEneas, quàm Bonfinius rem explicant.

d Quar-

Doctores Catholici.

b Gerſon, part. 1. in Tractatu de Concilio generali vnius obedientiæ T. *In delictis tangentibus cõmunitatem, aut homines grandis ſtatus, conſultius tolerantur errores communes, quàm vindicari ſeueros rigore quærerentur. Nunquid non tolerat Eccleſia meretrices? Nónne hæc eſt expreſſa prudentiſsimi Auguſtini ſententia in ſcriptis ſuis multis?* Et part. 2. De Regulis moralibus E. *In omni Repub. tolerari poſſunt aut debent vitia, quæ abſque deteriori periculo neque corrigi, neque extirpari valerent. Quando autem illud eſt, & quando non: difficile eſt, & penè impoſsibile generaliter definire: niſi prout circunſtantijs particularibus inſpectis, Prælati ſapientes & Superiores determinabunt. Exemplum eſt de meretricibus, & vſuris, & ſimilibus, quæ quandoque permittuntur. Et ita de concubinarijs ſacerdotibus pro loco & tempore ſtaret fortè eſſe faciendum.*

c Gerſon. p 1. in Sermone habito in Concilio Remenſi Dominica 2. poſt Paſcha. *Quomodo prædicabũt* (inquit Apoſtolus) *niſi mittantur? Confunderetur enim penitus Eccleſiaſtica Hierarchia, ſi cuilibet indifferenter authoritatiuum prædicationis officium laxaretur. Fit autem miſsio per Deum vel immediatè (quæ tamen probari debet apud recipientes per miraculum, aut prophetiam, aut aliud tale ſufficiens ſignum) vel mediante Superiorum authoritate.*

 d Gerſon

idemq; fidelis atque Catholicus Papa eſt (nec enim alioqui eſt Papa, ſed quolibet Catholico, nedũ Epiſcopali Concilio minor) iã nihil dubitarim aſſerere, illum Papam, ſit quantũlibet improbus & nequam, verius tamen repræſentare Eccleſiam totam, quæ in terris agit, quàm ipſum Concilium Epiſcopale. Nam ſi Epiſcopi ob id perſonam Eccleſiæ referunt, quia (certè non ſine Epiſcopi Romani ſocietate & communione) ſunt Capita certarum adminiſtrationum & Prouinciarum: quantò verius ille totam Eccleſiam repræſentabit, qui velut vicarium Caput, Eccleſiam totam regere, à Domino totius gregis iubetur? Si ergo *debet eſſe nobis tanquàm Ethnicus & Publicanus, qui non audierit* Epiſcopos, qui minus perfectè ob ſingulas tantùm Eccleſias, quibus præſunt, totam Eccleſiam repræſentant: multò magis is tanquàm Ethnicus & publicanus haberi debet, qui totius Eccleſiæ Paſtorem, qui totam ſimul Eccleſiam in ſeipſo perfectiſſimè exhibet, non audierit. Nullum igitur Concilium audiendum eſt, quod vero Papæ ſe opponit, niſi quòd admonere illum atque obſecrare vt patrem, iniuſtoque illius imperio reſiſtere, non tamen de ſolio deturbare licet.

At Papa (inquies) non eſt conſtitutus ſupra totam Eccleſiam ſimul collectam, ſed tantùm ſupra ſingulas particulares Eccleſias. Quaſi verò Domini grex poſſit vnquam aliter conſiderari, quàm velut collectus & congregatus. *Vos greges mei, greges paſcuæ meæ, homines eſtis, ait Dominus* apud Ezechielem c. 34. *Qui autem congregat diſperſos Iſrael* (Iſaiæ 56.) ipſe eſt, qui dicit: *Fiet vnus Paſtor, & ouile vnum, ſeu grex vnus*, eumque gregem vni Petro plus alijs amanti, alijs etiam Apoſtolis præſentibus cõmendauit, dicens: *Paſce oues meas*. Si ergo totus militans Chriſti grex in vno Chriſti ouili agit, & vni Petro commẽdatur: quis negauerit, Petrum ac Petri Succeſſorem toti ſimul gregi præeſſe? Aut quis dixerit, verius colligi gregem Chriſti, quando Epiſcopi vna quapiam in domo coëunt, quàm congregatur in orbe terrarum qualibet die atque hora, quando *filij Iuda & Iſrael* in vna fide & vna Sacramentorum communione congregati, *ponunt ſibimet Caput vnum*, quod Dominus illis præſcripſit? Aut cur *Eccleſia* ſemper creditur & vocatur *Catholica*, ſi tunc *Eccleſia*, id eſt, multitudo congregata & conuocata non eſt, quando etiam per vniuerſum orbem diffunditur? Aut cur ſemper ſimilis dicitur ædificio (1. Tim. 3.) cuius fundamentum poſt Chriſtum Petrus eſt, (Matth. 16.) ſi non cohæret, niſi quando Epiſcopi ſimul coëunt? Sin autem Eccleſia ſemper ſit *Domus Dei, columna & firmamentum veritatis*, ſemperque ſit grex Domini Petro ante alios commendatus: vtique ſemper ei toti præficitur Petrus, & certiſſimus Petri ſucceſſor Pontifex Romanus. Non igitur ſingulis tantùm Epiſcopis Papa, ſed & omnibus ſimul collectis eò magis præficitur, quò manifeſtius tunc gregis & familiæ rationem habent. Deinde ſi Papa ſingulis tantùm Epiſcopis præeſſet, pluribus autem ſimul congregatis ſubeſſet: iſta ratione ſchiſmatis occaſio per ſummũ Pontificẽ nõ tolleretur. Nam cùm nec numerus Epiſcoporum, qui coire debeant, nec modus ferendi ſuffragia, nec authoritas conuocantis eos (ſi ſemel à Petro diſceſſeris) vel in Scriptura ſacra, vel in Eccleſiaſtico vſu præſcribatur: futurum eſt, vt vna Epiſcoporum congregatio aliam impediat, imò etiam condemnet. Ita vnitatem Eccleſiæ turbaueris potius, quàm adiuueris.

Poſtremò qui tenetur *audire Eccleſiam*, tenetur audire eam illo potiſſimùm modo, per quem modũ illa potiſſimùm loquitur. Illa verò potiſſimùm loquitur in Petro, qui & ſæpe reſpondit pro fratribus ſuis (Ioan. 6. Matth. 16. 17. & 18.) & os Apoſtolorũ tùm à D. Chryſoſtomo, tùm à cæteris Patribus dicitur. Tota enim Eccleſia cùm non niſi vnum viſibile primum Caput habeat, & in ſolo primo Capite linguam ſuam principalem gerat: primum autem viſibile Caput Eccleſiæ Romanus Pontifex ſit: proculdubio nullius vox æquè audienda eſt in tota Dei Domo, ac Romani Pontificis. At ille (inquies) nocet Eccleſiæ per improbos mores ſuos. Imò (inquam) dum Chriſtus (Matth. 23.) iuſſit ſuos, non quidem facere, quæ *ſedentes in Cathedra Moyſis* facerent, ſed *facere quæ illi dicerent: de Præpoſitis malis* (vt rectè annotauit Auguſtinus in Epiſt. 166.) *plebem ſecuram fecit*. Licet ergo Papa (vt homo) poſſit Eccleſiã malo exemplo grauiter lædere: tamen id non facit, vt Papa. Et cùm puniri vt homo non poſſit, quin vt Papa etiam puniatur: in honorẽ publicæ perſonæ, quam ei Chriſtus impoſuit, priuatæ perſonæ, quam ex naturæ ſuæ conditione gerit, parcendum ei eſſe crediderim. Nec minima Dei prouidentia in ea re cernitur: partim dum oſtendit ſe tam bonum eſſe, vt gratia ipſius, qua Eccleſiam regit, neque per malum hominem in reliquum Eccleſiæ corpus diffuſa, inquinari poſſit: partim dum ſe tam iuſtum & ſeuerum eſſe declarat, vt membris militantibus (quæ maiore ex parte plerunq; mala ſunt) ſimile Caput quandoque accommodet: quia *propter peccata populi facit hominem hypocritam regnare*, Iob. 30. Præterea Dei potentia & veritas tunc maximè elucet, quando apparet, *portas inferi* neque ſub illo Põtifice, qui propter improbam vitam ipſe portio inferorum ſit, *aduerſus Eccleſiam Chriſti præualere*. Quid quòd per mali Pontificis perſecutionem (quam aduerſus Eccleſiam per improbos mores ſuos exercet) Deus interdum cõſtituit electos ad vitam æternã adducere? Quis ergo es tu, qui opus Dei reprehendis? Certè ſi vnquam verum eſt Domini verbum (vt ſemper eſt veriſſimum) quo dixit, *Zizania euellenda non eſſe, ne fortè*

triticum

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſuccèßio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1435.	Idem Eugenius quartus	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Quartus, non licere Clero tempore legis gratiæ ſuper bonis temporalibus ſeculariter dominari. § Appellant ſeculariter dominari, vt hodie Pſeudoepiſcopi Lutherani & Caluiniſtæ in Anglia dominantur. Licet enim, cùm adhuc miſerè victitarent, mirum in modum opibus, quas fideles Chriſtiani Eccleſiæ ad honorẽ Chriſti obtulerant, inuiderent: tamen poſtquàm reperti ſunt impij Principes, qui paterentur, ipſos iiſdem bonis potiri, videmus hiſce oculis, quòd Proteſtantes multò magis ſeculariter cum vxoribus etiam & liberis iam dominentur, quàm vnquàm dominati ſunt Catholici. Adeò vt Pilkentonus Caluiniſta, & Dunelmenſis in Anglia Pſeudoepiſcopus, non Epiſcopum modò, ſed & Comitem agat. Hinc apparet, quale Euangeliũ iſti prædicent, quod vtique pro ſuo arbitratu inuertunt, & conuertunt, donec totam Eccleſiam, quod in ipſis eſt, euerterint.

176. De

❧ *Doctores Catholici.*

[d] Gerſon. p.4. in Sermone de inuidia. *Eccleſiaſtici ſtatus eſt, dirigere ad bene operandum, vt veniamus ad finem principalis noſtri præmij, ſcilicet Paradiſum: & quia hoc facere non poſſes, & ſimul laborares neceſſe eſt, ciuilem & militarem ſtatum ſuſtentare eum, dando redditus, vel decimas, vel ſimiles huiuſmodi ſubuentiones.*

Ioannes de Turre Cremata, in Summa de Eccleſia. lib. 2. cap. 116. *Licet ſpiritualis & temporalis iuriſdictio ſint diſtinctæ, tamen cùm non ſint contrariæ, ſed temporalis ad ſpiritualem ordinetur: ita poſſunt in eandem perſonam cadere, vt aliqua perſona Eccleſiaſtica poßit habere temporalem aliquam iuriſdictionem, vel Caſtrum, vel Villam, vel aliquod aliud. Vnde tempore legis naturæ ſimul ambæ currebant: & omnes primogeniti Regum, Sacerdotes erant & Reges; & iuriſdictionem in temporalibus & ſpiritualibus exercebant.* (Et pòſt.) *Abrenunciatio propriarum facultatum, quò ad actum ipſum, non eſt ad perfectionem neceſſaria, ſed tantùm quoad animi præparationem. Multi enim Sancti Prælati ex deuotione fidelium habuerunt multam temporalem iuriſdictionem, quorum tamen perfectioni & bonitati nihil ex hoc derogatum eſſe creditur.*

[e] Gerſon

triticum ſimul eradicetur: hoc tunc potiſsimùm valere debet, quando agitur de tali zizanio euellendo, quod ipſam tritici radicem & occupat, & in ſe complectitur. Tunc enim non modò longè maximum, ſed etiam longè certiſsimum periculum erit, *ne triticum ſimul eradicetur.* Radix verò Eccleſiæ militantis Petri Succeſſor eſt, qui licet peſsimus in ſe fuerit, tamen in virtute Chriſti complectitur ſub ſe triticum, *quod in horreum Domini congregandum eſt*.

Præterea ſi Rex terrenus Præſidem alicubi loco ſuo conſtituat, is verò male adminiſtret Rempub. nónne ſolius Regis iudicio, quàm diu ſaltem Rex viuit & regnat, is homo ſuberit? Chriſtus autem Rex regum, qui viuit & regnat in æternum, viſibilis præſentiæ ſuæ locum per Pontificem Romanum ſuppleri voluit. Tu ergo ſi iudicas & Vicarium Chriſti, & Paſtorem tuum, nónne & Chriſto Domino, & Paſtori tuo iniuriam infers? Huic ergo Pontifici, etiamſi ob impiam vitam in zizanium degenerauerit, meritò eſt parcendum: vel quia Iudicem ſupra ſe præter Deum non habet: vel quia Deus nouit, eum quandoque ad ſe conuertendum eſſe: vel quia Deus potentiam ſuam, bonitatem, iuſtitiam, veritatem, patientiam hoc potiſsimùm pacto aperit & reuelat, ac denique certorum hominum ſalutem iſto modo operatur ac perficit. Notæ ſunt Deo cogitationes eius: nos autem decet ei relinquere ſecreta ſua. Cæterùm ne ſolus ego videar hoc ſenſiſſe, non quidem omnium Patrum (de quorum ſententijs alibi dictum eſt) ſed eorum teſtimonia hoc in loco producam, qui hac ferè ætate vixerunt. Sic enim poſtulat inſtituti mei ratio.

Henricus Boieius in Rubrica Decretalium de Conſtitution. *Cùm Papa non recipiat poteſtatem ab ho-*
mine, ſed à Deo, & eſt Succeſſor Petri, & Vicarius veri Dei: nulla regula ſeu conſtitutio Apoſtolica illum ligat,
1075 *quoniam non habet imperium par in parem. Item: Nulla Concilia ligant ipſum: ſed potius ipſe eſt ſupra ipſa.*

Ioannes de Turre Cremata, in Summa de Eccleſia, lib. 2. c. 93. *Romanus Pontifex verus & indubitatus,*
1076 *extra caſum hæreſis pro ſublimitate Principatus ſui, Iudicem non habet ſuperiorem in terra*. Quam Concluſionem probat ſex modis, quos hoc in loco tranſcribere opus non eſt, cùm ſatis ſit admonuiſſe Lectorem eius rei.

Vt autem propiùs ad id accedamus, quod noſtri inſtituti proprium eſt, idem vir lib. 2. c. 100. probat,
Concilium Baſileenſe (de quo nunc potiſsimùm agitur) licet legitimè ab initio indiceretur, tamen de-
ſijſſe legitimum eſſe multas ob cauſas. Primùm, quia eos, qui miſsi erant à Papa Eugenio 4. vt Con-
i. cilio præſiderent, noluit in authoritate ſua recipere, iuxta morem Conciliorum vniuerſalium. Deinde,
ij. quia eius Concilij Decreta ne Synodi quidē vnanimi conſenſu fuerunt cōcluſa: tùm quia multi Prælati & Doctores vtriuſque iuris eiuſmodi Decretis reſtiterunt, tùm quia in fraudem Legatorum, quos à Caſtellæ & Angliæ Regibus miſſos in itinere eſſe, ac Synodo iam appropinquare cognouerant, id definire feſtinabant, cùm dictos Legatos nolle aſſentiri ſciebant. Quod factum (inquit) eſt in Seſsione. 18. Et addit Ioannes de Turre Cremata: *Nullus ſanæ mentis vir, qui nouit, cum quanta grauitate, integritate, &*
modeſtia, fidei iudicio tractanda ſunt, iudicabit eſſe vniuerſali conſenſu totius Eccleſiæ concluſa, Spirituq́; ſancto
iij. *dictata, in quibus huiuſmodi factiones & practicæ interuenerunt.* Præterea eiuſdem Concilij Decreta negat ab Eugenio 4 approbata vnquàm eſſe, licet progreſſum Concilij aliquādo approbaſſet. In eo autem quòd Decreta nō approbauit, ait Eugenium ſapientiſsimè feciſſe, propterea quòd Decreta ipſa nūquàm examinaſſet, vtrum aliquid minus rectum, minus verum, aut minus expediens continerent. *Vnde mos*
(inquit) fuit ſummorum Pontificum, cùm confirmaturi eſſent Decreta Conciliorum vniuerſalium, quibus perſo-
1077 *naliter non interfuerant, congregare Synodum Prælatorum, qui erant ſub Patriarchatu Romano, & ibidem diligenti examinatione facta, illa confirmabant, ſicut de B. Sylueſtro legitur, cùm Decreta Concilij Niceni approbaſſet. Item, diebus poſterioribus Papa Clemens quintus ita feciſſe legitur, vt Ioannes Andreæ in principio Clementinarum ponit, de Conſtitutionibus factis in Concilio Viennenſi.*

1078 Idem lib. 3. c. 28. *Romano Pontifici cura totius Eccleſiæ commiſſa eſt, & nō alteri perſonæ aut congregationi, cùm dictum ſit ſoli B. Petro pro ſe & ſuis ſucceſſoribus: Petre, paſce oues meas*. Ioan 21.

Bernardus in Mariali p. 3. Sermonis 3. *Cùm Papa ſit Chriſti Vicarius, & gerat vicem Dei in terris, ex quo*
1079 *ſequitur, quòd habet plenitudinem poteſtatis, & illud quod facit, præſumitur facere authoritate Dei: ideo ipſo*
1080 *approbante aliquid, & nos approbare debemus. imò ipſius ſententiæ eſt magis ſtandū, quàm ſententiæ totius mūdi.*

Antonius de Roſellis in Tractatu de Concilijs, nu. 40. & pòſt. *Principale fundamentum fuit in Chriſto,*
& deinde non in Eccleſia vniuerſali (alioqui Eccleſia fuiſſet fundamentum ſui ipſius, quod eſt ridiculum) ſed
1081 *in Petro, & hodie in Papa.* Et nu. 52. ac deinceps vſq; ad nu. 72. *Cùm poteſtas Papæ non ſit à toto Concilio,*
1082 *vel à tota Eccleſia, ſed à Deo:* ex conſequenti docet, *poteſtatem eius nō ideo eſſe minorem, ſi reliquæ partes myſtici corporis ab eo diſſentiunt: quia poteſtas Papæ non dependet ab illis, ſed illorum poteſtas dependet à Papa.*
1083 *Nam & Chriſtus cùm ſit Caput Eccleſiæ, ſolo poteſtas eius maior eſt, quàm totius reliqui corporis. Et tamen fatetur, poteſtatem fuiſſe conceſſam toti Eccleſiæ, ſed ſub Petro, quodq́; Petri & Eccleſiæ poteſtas vna eſt, nō duæ.*

Et eſt in

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	*Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.*
			176. De Nicolao Galeco.	
	Idem Eugenius. 4.		e Præter Wicleſi errores, hic illum de ſuo adiecit, tempore nouæ Legis nullum in iudicio eſſe occidendum, quia nouum Teſtamentum id non dictat. Bernard. Lutzemb.	e Gerſon in compendio Theologiæ de decem Præceptis. *Perſona priuata, quæ nullam habet iuriſdictionem & authoritatem, Deus prohibet occidere. Legi autem, vel miniſtro iuſtitia præcipit occidere.* Exod. 22. *Maleficos non patieris viuere.* Dionyſius Ricelius Carthuſianus in c. 13. ad Rom. *Si male feceris, time poteſtatem. Non enim ſine cauſa gladium portat. Poteſtas ſecularis portat gladium materialem, Eccleſiaſtica ſpiritualem: vtraque verò habet iudiciariam poteſtatem, quæ per gladium deſignatur.*
			177. De	

ZZZ f Anto-

1084 Et eſt in ſolidum in Papa: in alijs pro parte, niſi quando Papa eſt hæreticus. Nam Papa ſubeſt Concilio in cau-
ſa fidei & ſchiſmatis, quia iſta ſunt de iure Diuino, cui Papa ſubeſt. Et nu. 66. Vbi agitur (inquit) cauſa fidei, &
quæritur, vtrũ aliquid ſit peccatũ, vel nõ peccatũ: credo, quòd ſit maior tũc ſentẽtia Cõcilij, quàm Papæ, vbi Papa
ſolus eſſet, vel paucas ſequaces haberet. Sed ſi Conciliũ Prouinciale Romanorũ, & Eccleſia Romana, & Sedes
1085 Apoſtolica aliquid in prædictis pro vero deliberaſſet: tunc credo, quòd eſſet maior ſententia Papæ & Eccleſiæ
1085 Romanæ, quàm alterius Concilij generalis ſententiam Sedis Apoſtolicæ non habentis, tum quia non eſt generale
Concilium, à quo diſcrepat Caput (ſicut dixi in num. 70.) tum quia rogauit Dominus, vt non deficeret fides Petri:
1087 & debet intelligi de Eccleſia ſibi ſpecialiter commiſſa, vt per ipſius Eccleſiæ indubitabile iudicium, maiores cau-
ſæ finem ſuſciperent. Hæc Roſellus multò copioſius dilatauit.

Cataldinus de Boncompagnis, de tranſlatione Concilij Baſilienſis (cui ipſe Cataldinus interfuit) ad
Ferrariam, num. 26. 27. & deinceps. Cùm in Synodo Baſilienſi tractaretur de loco, in quo Græci cum
Latinis cõuenirent, & maior pars Concilij de ciuitate Auinionẽſi concordaret, Græci verò illam ciui-
1088 tatem, velut non maritimam, recuſarent: Licuit Domino noſtro Papæ ex ea cauſa illud Concilium Baſilienſe
diſſoluere, & ad Ferrarienſem ciuitatem edicere transferendum, vt ipſe perſonaliter ſimul cum Græcis cõueni-
ret ac præſideret. Nam Papa ſimul cum Concilio deberet, & non ſolus, quæſtionem fidei terminare. Et nu. 21.
1089 Nititur ergo illa Synodus Baſilienſis, verum Vicarium Ieſu Chriſti (qui non puri hominis vicem, ſed Dei viui
gerit in terris) ſuis literarum monitorijs infeſtare. Et num. 45. & 46. Si conſtaret, Apoſtolicum nedum iſta, quæ
narrãtur in Citatario, ſed etiam homicidium commiſiſſe: quamuis peccet, tamen de hoc accuſari vel inquiri nõ
1090 poteſt, quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi à fide deuius. Nec poteſt Concilium pro quo-
cunque crimine vel delicto, niſi pro hæreſi, Papam deijcere de Papatu, quia electionem ſummorum Pontificum
1091 Dominus ſibi reſeruauit.

Petrus à Monte Venetus, in Tractatu de Concil. Generalibus c. 1. num. 4. & 6. Ad denotãdum Eccle-
1092 ſiæ vnitatem, vnus creatus eſt Paſtor, qui alijs præeſſet, & apud quem eſſet omnis poteſtatis plenitudo, quoniam
monſtruoſum eſſet, vt in vno corpore eſſent plura capita. Sicut ergo vnicus eſt Dominus cæleſtis totius mundi,
1093 ita decens fuit, vt vnum in terris relinqueret Vicarium, qui fuit Petrus, & poſt eum ſui ſucceſſores. Petrus enim,
præter dona perſonæ ipſius conceſſa, habuit quædam realia pro ſe ac ſuis Succeſſoribus, vt fuit poteſtas Clauium:
aliàs portæ inferi aduerſus Eccleſiam præualuiſſent. Petri autem Succeſſores ſunt Romani Pontifices. Et nu. 17.
1094 Verum Caput Eccleſiæ Chriſtus eſt: Papa verò eſt ipſius Vicarius & Caput miniſteriale, quod qui negat, eſt hæ-
reticus. Et c. 2. Magna cum ratione ait ad ſolum Romanum Pontificem congregationem generalium Concilio-
1095 rum pertinere, à quo robur ea ſumere poſſe dicit, etiamſi prius ab alio congregarentur. Si antẽ duo contenderent
de Papatu, Concilium (per modum declarationis) iudicare debet, tanquàm vocante Eccleſia. Nam ratione dubij
quædã permittũtur, quæ regulariter nõ permitterentur. Deinde, ſi fortè eſſet infidelitas in Papa, Conciliũ etiam
declarat, eum eo ipſo priuatum eſſe, quia deſinit eſſe Caput Eccleſiæ, ſecundùm illud (Deuteron. 17.) non pote-
1096 ris alterius Gentis Regem facere, qui non ſit de fratribus tuis. Ac tandem: Pro nullo (inquit) alio crimine
Papa, etiamſi incorrigibiliter & notoriè ſcandalizaret Eccleſiam, poteſt per Concilium quouiſmodo deponi:
quia generalia Concilia confirmantur à Papa (Lucæ. 22. Confirma fratres tuos:) poteſt tamen exemplo Pauli
(Galat. 2.) Papæ ſine cauſa turbanti Eccleſiam reſiſti (ſeruata manſuetudine humilitatis) vel orando, vel
exprobrando, vel Concilium generale contra eum (non tamen in quo deponatur) congregando, vel bra-
chium ſeculare inuocando.

10,7 Antoninus, par. 3. tit. 22. cap. 10. §. 4. Eugenius 4. Concilium Baſileæ congregatum authoritate Apoſtolica
diſſoluebat. Illi tamen obturauerunt aures ſuas, & cœperunt Eugenium citare, ſollicitati ad hoc à Duce Mediolani
ægrè eius Pontificatum ferente. Sigiſmundus verò Imperator & Veneti diſſuadebant ijs, qui Baſileæ erant con-
gregati, ne pergerent. At illi depoſito Eugenio, Ducẽ Sabaudiæ Amedeum in idolum ſibi erigentes, Fœlicẽ quin-
tum nuncupauerunt. Cui tantùm intra Territorium ſuum obeditum fuit. Is cùm Abbatem Panormitanum, &
1098 Ioannem quendam inſtituiſſet Cardinales, Ioannes morte ſubtractus eſt, Abbas verò Panormũ reuerſus, pileum
ſponte dimiſit. Denique Iulianus Cardinalis relicto Baſilienſi Conciliabulo, ad Eugenium Papam ſe contulit.
1099 § Ex eo quòd Papa, quem Synodus creauit, ab vnica tantùm Prouincia eſt receptus, apparet totam Ec-
cleſiam crediddiſſe, quòd Synodus non habuerit ius Papam Eugenium deponendi.

Panormitanus c. Significaſti, de elect. ext. Nota 7. quòd Concilia generalia non ſunt ſupra Papã. Vnde non
1100 paſſunt ſtatuenda præfigere legem Papæ: imò in omnibus ſtatutis Concilij intelligitur excepta authoritas Papæ,
& iſte eſt textus ſatis in hoc notabilis, & quotidie allegatur, præſertim vbi diſputatur de potentia Papæ & Cõcilij.
1101 (Et infra ibidem.) In his, quæ ſunt iuris poſitiui, indubitanter Papa eſt ſupra Concilium, quia ipſe eſt Caput Ec-
1102 cleſiæ. Vnde licet poteſtas fuerat data Papæ & toti Eccleſiæ: Papæ tamẽ fuit attributa, tanquàm capiti. vnde de-
bet moueri corpus ad diſpoſitionem capitis. Sed in his, quæ non dependent à plena poteſtate Papæ, non eſt ſim-
pliciter dicendum, quòd Papa ſit ſupra Concilium: ideo in concernentibus fidem, Concilium eſt ſupra Papam.

Vnde

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.*
	Idem Eugenius quartus	Lat. Albertus 2. an. 2.	***177. De Rochezana Huſsita.*** f Rochezana Huſsitarũ facilè princeps, etſi Romanæ Eccleſiæ aliquando ſe ſubiecerat, tamẽ iterum rebellis, *paruulis ac dementibus Chriſti ſanguinem præbebat.* AEneas Syluius in Bohemica hiſtoria c. 57. § Nec tantùm hac in re à Proteſtãtibus noſtrorum temporum Huſsitæ diſſentiebant, ſed præterea in multis alijs rebus. Nam Rochezana iſte, etiã poſt hæreſim ſuſceptam publicè Miſſarum ſolennibus interfuit, & ad altare accedens, inde Euchariſtiam diſpenſauit. *178. De*	f Antoninus p. 3. tit. 14. c. 12. § Perpetuò furioſis & amentibus Euchariſtia, quia nunquàm habuerũt actualem deuotionem ad Sacramentum, quæ tamen requiritur, dicente Apoſtolo, Probet ſeipſum homo. & pòſt: Impuberibus, qui carent omnino diſcretione, non eſt danda ſed ſi habent aliquam deuotionem circa annum vndecimum vel duodecimum, poteſt eis dari. Gerſon in regulis moralibus de Sacramẽto Euchariſtiæ, C. Vituperabile eſt & ſæpe criminale, vt Catholicus habẽs vſum rationis, ab Euchariſtiæ ſuſceptione totaliter abſtineat. Illi pueri ſunt idonei ſuſcipere Euchariſtiam, & ad hoc ligari videntur ſemel in anno, qui ſecundùm leges cenſentur habiles ad nubendum. Poteſt quoque deuotio ætatem præuenire, ſicut in quibuſdam ætatem ſupplet malitia.

Vnde non poteſt Papa diſponere contra diſpoſitum per Conciliū. Item dic, quòd in concernentibus vniuerſa-
lem ſtatum Eccleſiæ, non poteſt Papa diſponere contra ſtatuta Concilij, ſi ſtatuendo contrarium, decoloraretur ſta-
tus ipſius: ſecus diceremus, vbi non decoloraretur ſeu diffamaretur Eccleſia.

Idem Panorm. ibidem num. 9. Quare autem dicit Textus, quòd Archiepiſcopi ſunt membra de membris?
Solutio. Dicunt Doctores, quòd vnica eſt Eccleſia vniuerſalis (24. q. 1. c. Loquitur) cuius Caput eſt ipſe Deus, ſeu
1103. Papa loco Dei. Cæteri verò Prælati, & Eccleſiæ particulares ſunt membra huius Capitis, vel membra ex mēbris.
Nā ſicut in humano corpore à brachio procedit manus, & à manu digitus, à digito vnguis: Ita à Capite Romanæ
Eccleſiæ procedūt Sedes Patriarchales: ab iſtis, Archiepiſcopales: ab iſtis, Epiſcopales: ab eis, inferiores Prælati.

Poſtremò, Pius 2. (AEneas Syluius antea dictus) in Bulla Retractationum ſuarum ita ſcribit. In
minoribus agentes, nondum Sacris Ordinibus initiati, cùm Baſileæ inter eos verſaremur, qui ſe generale Con-
cilium facere, & vniuerſalem Eccleſiam repræſentare aiebant, Dialogorum quendam libellum ſcripſimus, (&
pòſt) in quo ignorantes (vt Paulus) perſecuti ſumus Romanam primamq́ Sedem. Vnde in Domino commo-
nemus, ne fidem vllam præſtetis prioribus illis ſcriptis, quæ ſupremam Apoſtolicæ Sedis authoritatē quouis pa-
cto eludunt. Nec cum Pōtificatu hæc nobis opinio aduenit. Sed cùm Iulianus S. Angeli, & Ioannes S. Petri, Car-
1104. dinales, quibus plurimum credebamus, ad Eugenium defeciſſent, cùm pauciſſimi in fide Baſilienſi remanſiſſent,
1105. cùm Fridericus Romanorum Rex Felici 5. in Eugenij locum ſuffecto, honorem tāquàm Pontifici Romano ex-
1106. hibere nollet, cùm in Friderici Aula agentes, Eugenium in multis falsò accuſatum inueniſſemus, cùm Iulianus
Cardinalis poſt vnionem Græcorum Ferrariæ Florentiaq́ concluſam in Vngaria legatione functus, Viennæ nobis
occurriſſet, dixiſſetq́, vnā vocē Græcorū & Latinorū hanc eſſe, ſaluari nō poſſe, qui S. Romanæ Eccleſiæ non te-
1107. neret vnitatem, cùm Ioannes Carauaialis Apoſtolici Palatij auditor, alijq́ docti viri multum nobis frequētibus
colloquijs ſuis profuiſſent, cumq́ Cæſar Baſileenſes induceret, vt Eccleſiaſticæ pacis cauſa, ſe ad nouum Cōcilium,
quod Conſtantiæ indiceretur, transferrent: illi verò id primi recuſarent, ob eamq́ rem multi doctiſſimi viri,
& opinione ſanctitatis illuſtres, ſcire ſe dicerent, Baſilienſes Spiritum ſanctum nō habere Doctorem: His omni-
bus cōſideratis, recognouimus errorē noſtrū, Baſilienſe dogma reiecimus, Eugenio Pōtifici Maximo caput ſubmi-
1108. ſimus, illud Hieronymi diximus: Cathedræ Petri communione conſocior, ſuper illam fundatam Eccleſiam ſcio.
Eramusq́ adhuc Clericali tantùm charactere inſigniti, quando ad Eugenij obedientiā rediuimus. Inter genera
gubernationum, communis Philoſophorum ſententia eſt, præſtare Monarchiam. Romani in aduerſis caſibus ad
vnum Dictatorem recurrerunt, cuius dicto non liceret aduerſari. Nec vnquam Romana res admirabilior fuit,
quàm ſub Auguſti Cæſaris Principatu: quo tempore natus mundi Saluator Monarchicū regimen cæteris præ-
tuliſſe videtur gubernationibus. Orbis maximam partem gubernant Reges, ſiue Chriſtiani, ſeu Barbari. In cæ-
leſti Aula vnus eſt omnium Rex æternus Deus, cuius vnigenitus filius Chriſtus Ieſus, ſeruili accepta forma, in
Eccleſia tanquàm Dux verus corporaliter præſedit, & cùm aſcendiſſet in cælum, Petrum indubitanter ſui gre-
gis Paſtorem reliquit, cui dixerat: Paſce oues meas, quem omni poteſtate donauit, quæ ad bene regendum oues
nēceſſaria ducitur. Alioqui ſapientia Patris Eccleſiæ ſuæ haud ſufficienter prouidiſſet. Petrus ab Antiochia
Romam veniens, ibi glorioſo Martyrio vitam finiuit, ſucceſſore Clemente ſubſtituto. Atq́ ita in hanc vſque
diem ſeruatum eſt, vt qui Romæ ſederit Antiſtes ritè inſtitutus per legitimam electionis tramitem, tanquàm
Aaron vocatus à Domino, hunc omnes Chriſtiana plebes, populi, Reges, Clerici, Epiſcopi tanquàm Ieſu Chri-
1109. ſti Vicarium & B. Petri Succeſſorem, vniuerſalis Eccleſiæ Caput, ac Rectorē, & Ducem venerati ſint. Chri-
ſtus, qui pacem in vltimo Teſtamēto reliquit, dedit & regimen pacis amicum, id eſt, Monarchicū, ſub Petro &
1110. Succeſſore illius Romano Pontifice, cui & congregare Generalia Concilia, & diſſoluere, datum eſt: qui etſi filius
eſt Eccleſiæ propter regenerationem, propter dignitatem tamen Pater habetur, & præfertur ei, vt Paſtor, gregi:
1111 princeps, populo: rector, familiæ. Hæc iam ſenes, & in Apoſtolatus apice conſtituti credimus, & profitemur.

Fridericus Imperator (vt eſt apud Albertum Crantzium in Metropoli lib. 7. cap. 5.) Regi Græcorū
Emanueli ſalutem. Sicut ille Rex regum, à quo omnis poteſtas, Romanum imperium Caput totius orbis con-
ſtituit, ita etiam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum vnicam Matrem, Dominam & Magiſtram ordi-
1112. nauit, quod vtique duorum gladiorum numero figurauit, quos etiam ſufficere perhibuit auctor fidei noſtræ. Qua-
propter tuam prudentiam commonemus, quatenus nobis & Romano Imperio honorem debitum impendas, &
ſummo Pontifici, quem nomine tenus ſanctum appellas, debitam obedientiam exhibeas, & honorem.

❧ Fides & ſententia Generalis Concilij Florentini (in quo tam Græci, quàm Latini
conſenſerunt) de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

In Tom. 3. Concil. in Actis Synodi Ferrarienſis & Florentini, ſecundùm Græcam tranſlationem.
Anno. 1438. Ioannes Paleologus Imperator, & Ioſephus Conſtantinopolitanus Patriarcha vnà cum
Græcis Epiſcopis Ferrariæ à ſummo Pōtifice Eugenio & Latinis Epiſcopis excepti ſunt, qui ſimul ad
Synodum

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	✠ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*	✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.*
	Generale Cõcilium Florentinum.			
		Fridericus 3. an. 34.		
1438	Idem Eugenius. 4.		578. *De Bohemorum ſectis & diſſenſionibus inter ſe.*	*Quòd Lutherani & Caluiniſtæ nec cum Wiclefo, nec cum Huſsitis in doctrina conſentiant.*
			ᵃ Wiclefus tranſſubſtantiationem, & realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia condemnauit. Eandem Hieronymus Pragenſis, & ipſe ex parte Wiclefiſta, iam moriẽs acerrimè defendit.	ᵃ Quoties à Lutheranis aut Caluiniſtis quærimus, quas origines Eccleſiarum ſuarum edant, quoſque anteceſſores proximè ante ſe habuerint: ad Wiclefum & Huſsitas mox confugiunt.

Petrus

ZZZ iij Porrò

Synodũ celebrandam conuenerũt. In eo Concilio definitum eſt in hanc ſententiam: *Definimus, ſanctã*
1113. *Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere Primatum, & ipſum Pontificem Romanum Succeſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſq́; Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem ac Doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmo-*
1114 *dum etiam geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur.*

Eſt verò animaduerſione dignum, quòd Græci Epiſcopi & Doctores Primatum Pontificis Romani hoc tempore agnouerunt, non vi quapiam coacti, neque numero ſuffragiorum à Latinis ſuperati, ſed ſponte ſua ipſius veritatis ponderi cedentes. Nam cùm ſoli Græci in Imperatoris Conſtantinopolitani domo, abſentibus Latinis, conueniſſent, lectis (vt in Seſsione vltima Concilij Florentini dicitur) Græcorum Doctorum de ſummi Pontificis poteſtate, ſententijs, eo modo definiêrunt, quo ſuperius declaratum eſt. Ex quo etiam conſtat, antiquos Græcorum Doctores & Patres ea ipſa iudicia de Primatu Pontificis Romani iam olim feciſſe. Ac ne hoc dicatur tantùm in Latinorum hiſtorijs aut libris conſcriptum extare, libuit aliquot etiam Græcorum teſtimonia hoc in loco aſcribere.

1115. Georgius Pachymerius Hiſtoriarum lib 5. hæc recenſet capita pacis Græcorum & Latinorum. *Prin-*
1116. *cipatus ſit Romanæ Sedis. Ad eum appellare liceat Græcis. Et memoria Romani Pontificis vnà cum Patriarchis celebretur.*

Laonicus Chalcondylas rerum Turcicarum lib. 1. *Romani, & ipſorũ Pontifex Maximus nullam prorſus omittentes occaſionem, Legatos miſerunt ad Græcos, vt conuenientes in vnum, Conciliumq́; celebrantes, concordiam, quantum ad Religionem Chriſtianam attinet, inter ſe conglutinarent. At Græci cùm plurimis annis aduerſus Romanos contentiones mouiſſent, noluerunt patrium Religionis ſuæ cultum perturbari. Tandem Ioannes Paleologus Græcorum Rex, aſſumptis Bizantij Epiſcopis & Græcorum doctis, ad colloquium venit cum Ponti-*
1117. *fice Romano Eugenio quarto. Tandem Græci pariter & Romani in Religionis negotio conſenſerunt. Sed Græci, qui domi manſerant, noluerunt ſtare ijs, quæ acta erant in Italia Synodis. Hinc perpetuò diſcordiam fuiſſe Græcos in negotio Religionis aduerſus Romanos, conſtat.*

Præterea ne Græcos ipſos non domeſtica conſcientia, ſed ſociorum cohortatione ad hanc Romanæ Eccleſiæ obedientiam tractos putaremus: perpendendum eſt, quòd Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus cùm eſſet ſolus, ac horam mortis ſuæ, quæ etiam ſubitanea erat, præſentiret, ita ſcriptum reliquit, vt habetur in Seſsione vltima Concilij Florentini. *Quoniam ad extremum vitæ meæ perueni, idcirco pro meo munere dilectis filijs benignitate Dei meã ſententiam his literis palàm facio. Nam quæ Domini*
1118. *Ieſu Chriſti Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſentiat ac celebret, omnia me quoque ſentire credereq́; profiteor, ac ipſis plurimum acquieſco. Beatiſſimum autem Patrum Patrem, ac Summum Pontificem, Romæq; veteris Papam, Domini noſtri Ieſu Chriſti Vicarium eſſe concedere, atque animarum purgatorium eſſe, nõ inficior.* Datum Florentiæ, die octaua menſis Iunij, Anno D. 1439. § Quid quòd iſta Græcorum Confeſſio non ſubitò, nec verbo tantùm nuncupata eſt? Nam hóc totum Decretum, quod antè perſcripſi, ab ipſis Græcis poſt diuturnam deliberationem & ſingulorum ſubſcriptionibus (excepto Marco Epheſino) & ſigillo Imperatoris Conſtantinopolitani confirmatum eſt? Aderant verò etiam *Vicarij trium Patriarcharum*, qui ſinguli exemplar literarum, quæ ſubſcriptæ fuerant, ad ſingulas Patriarchales Eccleſias detulerunt. Deinque Legati Patriarchæ Armeniorum ſuperuenerunt, & cum Eccleſia Catholica
1119. coniuncti ſunt, accipientes ab Eugenio Pontifice Romano, fidei regulam. Nam vt in Decreto Eugenij quarti legimus, poſtquàm & veterum Conciliorum Decreta propoſita, & ſeptem Sacramenta ritè explicata erant: *Armeniorum Oratores nomine ſuo, & ſui Patriarchæ, & omnium Armeniorum, hoc ſaluberrimum ſynodale decretum, cum omnibus ſuis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, præceptis, & ſtatutis, omnemq́; doctrinam in ipſo deſcriptam, nec non quicquid tenet & docet Sancta Sedes Apoſtolica & Romana Eccleſia, cum omni deuotione & obedientia acceptant, ſuſcipiunt, & amplectuntur. Illos quoq; Doctores, & ſanctos Patres, quos Eccleſia Romana approbat, ipſi reuerenter ſuſcipiunt: quaſcunq; verò perſonas, & quicquid ipſa Romana Eccleſia damnat, & reprobat, ipſi pro reprobatis & damnatis habent: profitentes, tanquàm veri obedientiæ filij, nomine quo ſuprà, ipſius Sedis Apoſtolicæ ordinationibus & iuſsionibus fideliter obtemperare.*

Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui in Synodo Florentina interfuerat, pro
1120 Latinis contra Græcos de capitibus quinque ſcripſit, è quibus vnum erat *de Primatu ſummi Pontificis*, quem Primatum ex Græcorum Patrum teſtimonijs confirmauit.

Matthæus quidam Hieromonachus, cùm de varijs Canonibus Græcè ſcriberet, tùm Conſtãtini Magni, tùm Iuſtiniani primi leges ac teſtimonia de Romani Pontificis Primatu dicta & conſcripta protulit, nec homo Græcus Apoſtolicæ Sedis Romanæ prærogatiuam timuit confiteri.

Iacobus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
	Idem Eugenius quartus	
1432	Generale Concilium Florentinũ.	
		Idem Fridericus 3

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Petrus Dreſenſis, ex parte Wiclefiſta, primus intulit neceſsitatẽ vtriuſque ſpeciei, quam Wiclefus nunquàm docuit.

Rochezana & ipſe Wiclefiſta, demẽtibus & paruulis Euchariſtiam miniſtranit, quod & Petrus Dreſenſis, non item Wiclefus, approbaſſe dicitur.

Orebitæ, Huſsitarum non parua factio, ſacerdotes paſsim occidendos clamabant.

Nicolaus verò Galecus, etiam Huſsita, neminem ne in iudicio quidem occidendum affirmabat.

Romanam Eccleſiam Wiclefus appellauit Synagogam Satanæ, cum ea tamen & Wiclefus communicauit, ſedente iam Vrbano ſexto, ad quem ſcripſit, eumq; Vicarium Chriſti agnouit, & quatuor Bohemorum legati totam Bohemorum factionem cõmunicaturam cum eadem Eccleſia Romana Cõcilio Baſilienſi ſpõdebat, ſi quatuor tantùm articulos illis cõcederet, ex quibus tres ad ſummum fuerãt à Wiclefo prædicati. Vnde apparet, Huſsitas nõ curaſſe reliquos Wiclefi articulos, etiãſi permulti eſſent. Ita nec ſecum Wiclefus, nec cum Huſsitis, nec Huſsitæ aut cum Wiclefo, aut cum ſeipſis potuerunt conſentire, quia omnes à vera Dei Eccleſia diſſenſerunt, extra quam nec vnitas fidei, nec ſalus animarum inuenitur.

Deni-

❧ *Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.*

Porrò etiamſi Wiclefus in Angliæ latebris Proteſtantium fidem aliquouſque diſſeminaſſet: quid tamen hoc eſſet ad multas gentes, in quibus eam ſecundùm Prophetias & Euangeliũ *omnibus diebus* manifeſtè prædicari oportuit? Nuper nati ſunt Wiclefus & Hus. Eccleſiã in toto mundn, nec vnã quidem, nedum in varijs gentibus ſimul innumerabiles habuerũt, in quibus Epiſcopi iam inde ab Apoſtolis originem ſuam ducentes, omni ætate palàm publiceque fidem ipſorum prædicarent. *Non exiuit ſonus eorum in omnem terram*, non in Aſiam, nnn in Africam, multoq; minus in AEthiopiam aut Indias nouas: imò neque in Græciam, quæ pars Europæ eſt, peruenit: nec in Hiſpanijs, aut in Italia concionem hactenus vel minimam conſecuta eſt.

Quid quòd ne Wiclefus quidem, aut Huſsitæ de Lutheranorum aut Caluiniſtarum Eccleſia fuerunt? Illi enim crediderunt, & celebrârunt ad minimum *quatuor Sacramẽta*. Hi ad plurimũ *tria*, plerumque verò non niſi *duo* recipiunt. Wiclefus & Hus *propter quodlibet mortale peccatum, quemlibet ciuilem aut Eccleſiaſticum Miniſtrum officio & magiſtratu excidere dicebant.* Hoc Lutherani & Caluiniſtæ ſeriò negant. Vtriuſq; ſpeciei neceſsitatem nec Wiclefus, nec Hus vrgebant. Iſti eam cum Bohemis vrgent. Bohemi *dementibus & paruulis* Euchariſtiã præbebant: Reprehendunt hoc Lutherani & Caluiniſtæ. *Euchariſtiam honoris cauſa per plateas ciuitatum circumtulerunt Bohemi, & nominatim Rochezana*, vt auctor eſt AEneas Syluius in hiſtor. Bohem. c. 62. Hoc ipſum vehementer damnant Lutherani & Caluiniſtæ. Illi Romanam Eccleſiam propter Primatum ipſum non accuſabant, imò apud AEneam (c. 130.) Bohemorum Paſtores & Duces ita loquũtur: *Obediremus Apoſtolicæ Maieſtati, & omni deuotione ſubiecti eſſemus, niſi legi diuinæ contraria iuberet.* Quid, quòd Rochezana, & reliqui Bohemorum Legati ſpondebant in Baſilienſi Concilio, *ſe obedituros Eccleſiæ Romanæ*, ſi tantùm quatuor articulos ipſis concederet. At Lutherani & Caluiniſtæ ipſum Primatum Eccleſiæ Romanæ *à diabolo fundatum* dicunt, etiamſi nulla in re alia Romanus Pontifex ab illis diſſentiret. Non igitur eadem eſt Wiclefi, Huſsitarum, Lutheranorum & Caluiniſtarum congregatio aut fides.

Luthe-

Iacobus Nauarchus Ondiſchotanus in Epiſtola Aſiatica: Cùm (inquit) Eugenius ad Orientis &
Æthiopum Patriarchas ſcripſiſſet, illi in ſuis Epiſtolis de Latina Eccleſia, & Pontificis authoritate honorificè, Ca-
tholicè ac disertè ſcripſerunt. Iacobita enim Ioannes (qui ſe B. Marci Sedis Alexandrinæ, & totius Ægypti, Ly-
biæ, Pentapoleos, & Occidentalis Africæ, Patriarcham nominat) Pontificem Romanum, Sacerdotij perfectionē,
& omnium Eccleſiarum Apoſtolicum Paſtorem vocat, Sacerdotum Principem, peregrinantium, qui cæteris
1121 viam ſalutis oſtendat, Ducem, & languentiū medicum. Ipſius verò Vicarius Hieroſolymitanus Andreas Abbas
Syrus, Caput & vniuerſalis Eccleſiæ Doctorem eum appellat. Latinam verò Eccleſiam retinere doctrinā, quam
ab initio Petrus & Paulus tradiderunt, quam aliæ Eccleſiæ deſerentes, & ſe (vt ait) à Romana Eccleſia matre
1122 & magiſtra omnium ſeparantes, gentibus in opprobrium & ruinam traditæ ſunt, vt euidēter (ait) in Armenis,
& Græcis, & nobis Iacobitis cernitur. Poſtremò Deum trinum & vnum confitetur, & ipſius nomen (vt habet
tranſlatio Epiſtolæ) ex immaculata matre carne ſuſcepta, mediatorem factum eſſe. Eandem ferè ſententiam
Nicodemus Abbas AEthiops & Hieroſolymis Vicarius Patriarchæ, de Sede Romana tenet. Palam eſt,
(inquit) eos, qui à Ramana Eccleſia defecêre, corruiſſe, & dum quiſque ſuam fidem veriorem prædicat (quod à
dæmone eſt) relicta Apoſtolorum ſententia, in vias ſui ſenſus abiſſe omnes: Æthiopicam tamen integram &
liberam perdurasse, quia nequaquam perfidia & voluntaria defectione, (vt aliæ Eccleſiæ) peccaſſet, ac propterea
in ſeruitutem & exterminium non incidiſſe, ſed locorum diſtantia & itinerum periculis ſeiunctam fuiſſe, nec
non Pontificum negligentia accidiſſe, vt nulla viſitationis memoria, aut literarum ratio à quingentis annis apud
eos extaret. Nihilominus Æthiopes tanta veneratione Sedem Romanam colere, vt pedes eorum oſculentur, qui
Roma veniunt in AEthiopiam, veſtiumq́; eorum partes rapere, & Reliquiarum loco ſeruare. nec mirū. Si enim
Regina Saba abijt Hieruſalem, vt audiret ſapientiam Salomonis: plus quàm Salomon (inquit) ſummus Ponti-
fex eſt. Regem item Æthiopum tantum facere Romanum nomen, & Latinorum fidem, vt nihil æquè in votis
habeat, atque vt cum Romanis iungantur AEthiopes, & ſe Pontificis ſubdat pedibus, auidiſſimeq́; amplexurum
eſſe, quæ de concordia ineunda ſtatuētur in Synodo. Pontificem autem omnium Eccleſiarum Caput fatetur, ſuoq́;
3112 ſplendore orbem illuſtrare, cui omnes Patriarchæ, Epiſcopi, Imperatores & Reges inclinantur. Nec ſe Legatos
diſputandi gratia mittere, ſed vt ſummi Pontificis ſententiam de fidei rebus ſequantur: quis enim, ait, Soli lu-
men inferat? Ingens eſt (inquit) & vetuſta Latinorum ſcientia, & orbi nota, nec oportet diſcipulum eſſe ſupra
magiſtrum. Hæc illi in ſuis literis 1441. 18. Octob. ad Eugenium miſſis. Addit his omnibus, ſe adfuturum
Pontifici, inſcijs Iacobitarum Patriarcha & Saracenis, ne vi impediatur, vel ambitione aliqua. Philetus ve-
rò Alexandriæ & Ægypti Patriarcha, Petrā fidei ſummum Pōtificem vocat, & luporum repulſorem, omnium
1124 Eccleſiarum Caput, cæterorumq́; Patriarcharum Protectorem: addit, ſe executurum Pontificis ſanctiones, ſcri-
pſiſſeq́; Ioanni Imperatori Paleologo, tanquā tyrannos exterminandos eſſe, qui ea, quæ in S. Synodo ſtatuta eſſent,
non reciperent. 1. Septemb. 1440. Hæc apud Iacobum Nauarchum.

Iſidorus Ruthenus cùm eſſet ex ijs Græcis, qui ad Concilium acceſſerant, præter honorem Cardi-
nalicium, Legatus Papæ apud Conſtantinopolim eſt factus, vbi vſque ad vrbem à Turcis captam ipſe
non captus permanſit. Beſſarion etiam, qui erat Nicenus Epiſcopus, & omnium Græcorum optimus
ac doctiſsimus, Romanæ Eccleſiæ fidem ſecutus, in Italia remanſit, & ab Eugenio 4. S.R.E. Cardinalis
poſtea eſt factus. A Nicolao autem quinto Epiſcopatu Tuſculano donatus, vt Andreas Barbatia Sicu-
lus atteſtatur in tractatu de Cardinalium præſtantia, quem Beſſarioni dedicauit.

1125 Mathias à Michow de Sarmatia lib. 2. Iſidorus Metropolitanus Kiouienſis, lingua & doctrina Græcus pe-
ritiſſimus, tempore Eugenij ad Concilium Florentinum iuit, & vnione Eccleſiæ Romanæ percepta, in Ruſsiam re-
dijt. Hunc Moſcouitæ obedientiam Romanam eis prædicantem ſpoliauerunt, & in necem extremam impule-
runt. § Non defuerūt igitur, qui pro Eccleſiæ Romanæ Primatu Martyrium etiam inter Barbaros ſub-
iuerint. Idem Mathias paulò antè in eodem libro dixerat, in Ruſsia plures ſectas eſſe: Græcorum vide-
licet, Armeniorum, & Iudæorum. Eſt etiam (inquit) religio Chriſtiana Romano Pontifici ſubiecta, & illa re-
git ac præualet, quamquam ſit exigua numero.

Platina in vita Pij 2. Fridericus 3. Æneam Syluium Romam mittit, qui Eugenio publicè diceret, ſe ac Ger-
1126 manos omnes in humanis diuiniſque ei deinceps obtemperaturos.

Paulus de Caſtro Conſilio 414. nu. 2. cum ſeq. in prima parte Conſiliorum ſuorum. Certum eſt, quòd
ſolus Papa eſt immediatus Vicarius Chriſti, & quod ipſe facit, ab ipſo Domino fieri. Ipſe enim ſolus Dominus Ro-
1127 manā fundauit Eccleſiā, cuius ipſe Papa Caput eſt c. 1. Diſtin. 22. Aliæ verò Eccleſiæ particulares fundatæ fuerūt
non immediatè à Chriſto, ſed à Petro & eius ſucceſſoribus, vt ibi dicitur: maximè in Italia, Hiſpania, Gallia &
Aphrica. Itē ibid: Romana Eccleſia Mater eſt & Magiſtra omnium aliarum Eccleſiarū, aliæ verò dicuntur filiæ.

Ioannes Hugo Seleſtadienſis in Tract. de officio 4. Prælatorum in principio. Papa eſt Caput omnium,
1128 ideóque à nemine iudicandus eſt.

Andreas Barbatia Siculus ad Beſſarionem de præſtantia Cardinalium, num. 15. Papa eſt Petri Succeſ-
1129 ſor, & Vicarius Ieſu Chriſti, non puri hominis, ſed veri Dei vices gerens in terris.

Fran-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
	Idem Eugenius quartus.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Denique Mathias Vngariæ Rex (apud Bonfinium Decad. 4. lib. 2.) *Bohemica hæreſis* (inquit) *tam multiplex eſt & diuerſa, vt contrarijs ſemper fluctuet opinionibus. Hic Adamitas cum mulieribus nudos incedentes, ſine pudore pudibunda oſtendentes cernere erat. Hic Iacobitas, hic Paulinos, hic Toboritas, hic Huſsitas, ac varias hæreticorum ſectas quiſque ſpectabit: nec abs re quidem, quãdo poſtquam ab ipſa veritate diuertitur, diuerſi vtrinq; nos errores excipiunt.*

179. De

Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.

Lutherus etiã ipſe (apud Roffenſem in Articulo 30.) ſic ait: *Non rectè faciunt; qui me Huſsitam vocant. Non enim mecum ille ſentit.* (Et pôſt.) *Ioannes Hus non repugnare videtur, quò minus ſit Monarcha Papa: hoc tantùm agit, impium Pontificem nõ eſſe membrum Eccleſiæ.* (Et iterum.) *Fortaſsis & in hoc peccauit Ioannes Hus, quòd duodecim cõſilia Euangelica fecit, cùm non ſit niſi vnicum virginitatis ſiue cælibatus. Deniq; omnia* (inquit) *Ioannis Hus, etſi ab illis probata, non admitto.* Hactenus Martinus Lutherus.

Præterea Philippus Melanchthon ad Fridericum Miconium: *Inſpexi Wiclefum: ſed deprehendi in eo multa alia errata, ex quibus iudicium de ſpiritu eius fieri poteſt. Prorſus non intellexit, nec tenuit fidei iuſtitiam. Ineptè confundit Euangelium & politica: nec videt, Euangelium nobis concedere, vt legitimis omnium Gentium politijs vtamur. Contendit, Presbyteris non licère, vt poſsideant quicquam proprium: Decimas nullas vult ſolui, niſi docentibus. Quaſi verò Euangelium vetet, vti politicis ordinationibus. De dominio Ciuili ſophiſticè & planè ſeditiosè rixatur. Ad eundem modum de Cœna Domini ſophiſticè cauillatur publicè receptam ſententiam.* Hactenus Melanchthon.

a Dionyſius

Franciſcus Philelphus in Epiſt. ad Poggium & Laurentiũ Vallã. *Quid inſanius queat excogitari, quàm*
1128 *viros doctos ac ſenes maledicendi intemperantia gloriari? Et id quidem Romana in Curia, in oculis ſummi*
ſanctiſſimique Pontificis Nicolai quinti, qui non minus mirabili virtute & ſapientia, quàm ſupremo dignitatis
præſtantia vices Chriſti in terris gerit.
1129 *Amedeus Antipapa coram Nicolao Pontifice renunciauit omni iuri, quod in Papatu viſus eſt habere. Et ita*
ſchiſma Baſileenſe ceſſauit in totum. Antoninus par. 3. tit. 22. c. 12. § Hinc manifeſtiſsimè liquet, opus Baſi-
leenſium non fuiſſe à Deo. Alioqui ſtetiſſet (Actor. 5.) nec diſſolui potuiſſet. Nunc autem, quia fuit ex
hominibus, diſſolutum eſt.

Georgius Trapezũtius in Dictum Euangelij: *Si volo eum manere*, Papam Nicolaum 5. ſic alloquitur:
Ad Sanctitatem tuam, quæ in hac perfacili quæſtione auxilio eius, cuius tu in terris Vicarius es, dictamus, me-
ritò mittenda putauimus. Id enim propoſitum ſemper erit, non dico ſcribere, aut dicere, ſed ne cogitare quidem,
1130 *quod Apoſtolica doctrina ac Eccleſia Dei, cuius tu Princeps es, repugnare videatur* (Et pòſt.) *Commendatio*
militantis Eccleſiæ Petro tunc (quando ter interrogatus eſt, an Chriſtum amaret) facta, Succeſſoribus etiam ſuis
facta cognoſcitur. Oportet enim, ſicut oues agniq; (veteres, videlicet in fide atque nouelli) ad diem vſq; aduentus
1131 *in gloria Domini per ſucceſſionem duraturi ſunt, eodẽ vtique modo illum permanere, cui cõmendatio facta eſt.*

Nicolaus de Cuſa. in Epiſt. 2. ad Bohemos de vſu communionis. *Si ſcire velis, an in Eccleſia exiſtas,*
1132 *hac veſtiges ratione: ſi Cathedræ Romani Pontificis adhæreas, quæ per continuas ſucceſſiones bonorum malo-*
rumq; in Petrum Principem continuatur. Credendum eſt, hanc Sedem ſacratiſſimam, quoad locum, etiam inex-
terminabilem. Et tamen ſi caſu Roma deficeret: ibi veritas Eccleſiæ remaneret, vbi erit Principatus & Petri
1133 *Sedes, modo prædicto. Cùm enim Epiſcopi ſuccedant Apoſtolis: primo Apoſtolo rectè primus ſuccedit Epiſcopus,*
ad quemcunque particularem locum alium à Romana vrbe fuerit Sedes contracta.

AEneas Syluius, antequàm adhuc eſſet Pontifex electus, in Epiſt. 288. *Cum neceſſe ſit, ad perfectum re-*
gimen vnum præeſſe, à quo cæteri dependeãt: minimè dubitandum eſt, quin ex ordinatione Chriſti vnus Ec-
cleſiæ præſit. Dixit enim Petro: Paſce oues meas. Nec fas eſt dicere, hanc dignitatem Petro datam ad ſucceſſo-
res eius non deriuari. Matth. 28: Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Itaque poſt Chriſtum
Petrus fuit Pontifex vnus, qui Eccleſiæ præfuit. Petro autem vita functo ſucceſſores eius vſque ad Ca-
1134 *lixtum tertium, Chriſti Vicariatum tenuère. Nam Chriſtus cùm Vicarium ſuum Petrum elegit, ei loco hanc*
dignitatem conceſſit, quem Petrus ipſe ſuo ſanguine conſecraret. Romana igitur Eccleſia, vt Sacri Canones
1135 *dicunt, Caput omnium eſt.*

Idem AEneas Syluius in Dialogo contra Bohemos. Epiſto 130. *In his, quæ ſunt fidei, nunquàm reperta*
1136 *eſt Apoſtolica Sedes erraſſe, aut adulterinis acquieuiſſe dogmatibus.* (Et pòſt.) *Hoc auſim dicere, Romanus Præ-*
1137 *ſul indubitatus nemo vnquam inuentus eſt falſæ doctrinæ publicus aſſertor.*

Calixtus Papa 3. in Epiſt. ad Fridericum Imperatorem, quæ apud AEneam Syluium eſt 371. *Nota eſt*
1138 *omnibus Apoſtolicæ Sedis authoritas, manifeſta cuique primæ Sedis dignitas, vulgata per orbem Vicarij Dei*
1139 *poteſtas, cui dictum eſt à Domino: Paſce oues meas. Nec huius, aut illius Prouinciæ, ſed vniuerſi orbis Præſula-*
1140 *tum in Apoſtolica Sedis ſpecula conſecuti ſumus.*

Platina in vita Calixti 3. *Calixtus ad Vſumcaſſanum, Perſarum & Armeniæ Principem miſit, eum in*
1141 *Turcam excitans. Ferũt Vſumcaſſanum ad Pontificem ſcripſiſſe, ſe ob eius preces victoriam ab hoſte reportaſſe.*

Angelus de Clauario in Summa Angelica: *Papa ſummus eſt inter omnes, quia ipſe ſolus habet plenitudi-*
1142 *nem poteſtatis.*

Pius Papa ſecundus, (AEneas Syluius antea dictus) *ad Ducem Burgundiæ*, Epiſt. 376. *Inualeſcente*
magno Turco fidei Chriſtianæ aduerſario, felicis recordationis Prædeceſſores noſtri Nicolaus 5. & Calixtus 3.
quiſque eorum ad Aſiam & Orientis partes miſit dilectum filium Lodouicum de Bononia, fratrem ordinis Mi-
norum de obſeruantia regulari, vt is pro ſua prudentia, rerum, locorum, hominúmque notitia, Chriſtianos Orientis,
& alios Chriſtianorum amicos excitaret, ad faciendum ſimiliter arma contra Turcum. Accedens frater Ludoui-
cus, omnia ſibi per nos commiſſa diligentiſſimè & prudentiſſimè eſt executus, qui vt optimam illorum Princi-
pum & Regum obedientiam & deuotionem, quam habent ad hanc Sedem Apoſtolicam intelligere poſſemus,
1143 *curauit ſecum aduenire dilectos filios Michaelem Imperatoris Trapeſſundorum, Nicolaum Regis Perſarum, Co-*
ſtopam Ducis Georgianæ; Mounetheem Aſſenbech Soldani Meſopotamiæ; Marothum Verbrecht in Armenia
Dominum, Oratores & nuncios, qui nobis literas attulerunt ſuorum Dominorum, exprimẽtes fauorem, ad præ-
ſumptuoſiſſimi Turci deſtructionẽ, & ſimul motiuam noſtrorum deſideriorum executionem. § Hinc abundè
liquet, ne his quidem diebus defuiſſe Chriſtianos in Aſia & reliquo Oriente, qui Sedem Apoſtolicam
& Romanam debita obſeruantia colerent, & cum ea communicarent.

Idem Pius in Epiſt 375. ad Regem Franciæ. *Dicis te obſequentiſſimum & obedientem ſanctæ Romanæ*
1144 *Sedis filium. Si filius obedientiæ es, cur Pragmaticam Sanctionem tenes, atque defendis? Eugenius te hortatus*
eſt, vt illam

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*
	216. Nicolaus 5. Lunenſis. an. 8. d. 19.	Græ. Conſtantinus Paleologus an. 9.	
1447		Lat. Idem Fridericus 3.	
1455.	216. Calixtus 3. Valentinus an. 3. m. 4.		
1458.	217. Pius 2.		

Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.

179. *De Ioanne Behaim.*

a Ioannes Behaim tympaniſta, & pecorum paſtor vitam Cleri accuſans, decimas perſoluendas vnà cum Wiclefo negans, illud habebat proprium, vt etiam telonia, vectigalia, & tributa negaret perſoluenda, aquas verò & nemora omnibus libera eſſe vellet. Hæc apud Munſterum in libro Coſmographiæ 3. de Germania.

180. De

Dionyſius Ricelius Carthuſianus, in 22. capue Matthæi: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, vtpotè cēſum, tributum, ſubiectionem: & quæ ſunt Dei, Deo, videlicet oblationes, & cætera, quæ in lege iubentur. Hæc ſubiectio Iudæorum in temporalibus ſub Romanis, non derogauit ſpirituali libertati & ſubiectioni eorum ſub Deo.* Et in cap. 13. ad Romanos: *Omnis homo exiſtens ſub alio, ſubditus ſit per obedientiam promptam ac humilem conſtitutis à Deo Principibus ſecularibus ſpiritualibusq́; Prælatis. Ideo enim & tributa præſtatis, quod eſt ſignum ſubiectionis.*

a ij a Diony-

eſt, vt illam dimitteres, quæ nõ eſt ſecundùm Deum. Idem petijt Nicolaus, idem rogauit Calixtus: tres Roma-
ni Pontifices ſancti ac venerandi Patres modò nuntijs ac Legatis, nunc literis te rogauêre, vt Pragmaticã re-
linqueres magni in Eccleſia diſſidij ac mali: tamen nunquàm audiuiſti in hac parte vocem Eccleſiæ Romanæ.
Vbi ergo tua obediẽtia? vbi Religio? Plus regni tui aliquibus Prælatis, quàm Eccleſiæ Romanæ fidei auſcultaſti.
Loquimur cum fiducia ſine felle, ſine arrogantia, amor in te noſter loqui vrget. Deus in terris per Filium ſuum
1145 *Ieſum Chriſtum crucifixum, Apoſtolicam Sedem erexit, & primum ac ſummum tribunal eſſe voluit. Nulla po-*
1146 *teſtas eſt, quæ huic æquari poſſit. Hæc de omnibus hominibus ac dignitatibus iudicat: eam ſolus iudicat Deus.*
Non eſt de grege Dominico, qui Romanum Pontificem ſuum eſſe Paſtorem negat. Audi, quid dicit Dominus:
Qui non colligit mecum, diſpergit. Certè cum Chriſto non colligit, qui cum Vicario eius non ſeminat.

Ludouicus Francorum Rex (vndecimus) *Beatiſsimo Patri noſtro Pio Papæ ſecundo obediẽtiam filialem.*
1147 *Te Vicarium Dei viuentis, ea veneratione proſequimur, vt ſacra præſertim in Eccleſiaſticis rebus tua monita,*
veluti vocem Paſtoris audire, illiſq; parêre prompta mente velimus. Te Principem totius Eccleſiæ, Antiſtitem
ſacrorum, te Dominici gregis Paſtorem profitemur, & ſcimus, teq; iubentem ſequimur, tibi & beatiſsimi Petri
1148 *Cathedræ conſentimus, & iungimur. Itaque ſicut mandaſti, Pragmaticam Sanctionẽ (tuæ Sedi infenſam, vtpotè*
quæ ſchiſmatis tempore atque per ſeditionem nata ſit) à regno noſtro, noſtroq; Viennenſi Delphinatu & omni
ditione noſtra per præſentes pellimus, deijcimus, ſtirpitusq; abrogamus. Datæ Turonis ſub magno Sigillo no-
ſtro, die 27. menſis Nouemb. Anno D. 1461. & regni noſtri primo.

Antoninus part. 3. tit. 22. c. 13. *Anno D. 1453. die 29. Maij capta eſt ciuitas Conſtantinopolitana à Turcis.*
Quàm iuſto Dei iudicio fuerint Græci illi exterminati, & ad nihilum redacti ab infidelibus, ſatis patet ex hoc,
quòd poſtquàm Conſtantinus tranſtulit Sedem Imperij ab vrbe Romana in Conſtantinopolim, 12. vicibus in di-
uerſis temporibus ſucceſsiuè receſſerunt ab obedientia Romanæ Eccleſiæ per diuerſas hæreſes & ſchiſmata, quũ
1149 *tamen ſecundùm Catholicam fidem Romana Eccleſia ſit Mater omnium Eccleſiarum & Magiſtra. Et Petro, &*
Succeſſoribus eius canonicè intrantibus in Sedem eius omnes Chriſticolæ Imperatores, Reges & alij Principes,
& Domini temporales, necnon & omnes Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Epiſcopi, ac Religioſi cuiuſ-
cunque ſtatus & conditionis exiſtant, ſint Pontifici Romano ſubiecti, vt ſucceſſori Petri, & Vicario Ieſu Chriſti,
& omnes teneantur ei obedire. Quam authoritatem & poteſtatem nõ accepit Petrus & quilibet ſucceſſor eius
ab homine, vel à Concilijs, ſed à Domino Ieſu Chriſto promittente, quũ ait: Tibi dabo Claues regni cælorũ &c.
Matth. 16. Et poſt reſurrectionem exhibente, cum dixit: Paſce oues meas. Ioan. 21. Porrò Antoninus ordine
ſingula Orientalis Eccleſiæ ſchiſmata enumerat, & latiſsimè explicat.

Ioannes Annius Viterbienſis in Apocalypſim Ioannis, c. 1. *In medio Eccleſiæ eſt poſita Sedes, Sancta*
1150 *Romana Eccleſia, Caput omnium Eccleſiarum, in qua reſidet Agnus, & eius Vicarius Pontifex Maximus.*

Nicolaus de Orbellis ſuper Sententias lib. 4. Diſtinct. 24. q. 4. *Omnium Epiſcoporum eſt aliquis in Ec-*
1151 *cleſia ſuperior, qui ſub Chriſto totius Eccleſiæ Caput eſt, ſcilicet, Epiſcopus Romanus, vt ſic conformetur Eccleſia*
militans ſuo exemplari in cælo.

Ludouicus Bologninus in additionem ad Cataldini Tractatum de poteſtate Papæ. num. 5. *Papa non*
1152 *poteſt iudicari ab Imperatore, nec à quocunque alio, cùm ipſe non habeat ſuperiorem, niſi in cauſa hæreſis.*

Ioannes de Lignano in Tractatu de cenſura Eccleſiaſt. nu. 5. *Inter miniſtros Chriſti ſolus Romanus*
Pontifex, vt vicarius Chriſti, eſt Caput: à quo ad totum corpus myſticum & ſingulos miniſtros ipſius velut à Ca-
1153 *pite defertur poteſtas omnimoda.*

Rodericus Zamorenſis de ſpeculo humanæ vitæ lib. 2. c. 1. *Si teſte Ambroſio nihil in hoc ſeculo ex-*
cellentius atque excelſius inueniri poteſt ſtatu & dignitate ſimplicium ſacerdotum & particularium Præſu-
1154 *lum, qui per diuerſa orbis loca in partem ſolicitudinis aſſumuntur: quid cogitandum eſt de Summo Pontifice,*
qui vicẽ veri Dei gerit in terris, qui ad plenitudinem ſtatus, qui ad Apoſtolicum Thronum, qui ad culmen om-
nium dignitatum aſſumitur.

Dionyſius Carthuſ. in Lucam, artic. 48. *Chriſtus orauit pro Petro, vt non deficeret fides eius, quoniam Pe-*
1155 *tro ſpecialiter fuit Eccleſia committenda. Vnde quod dicitur: Vt non deficiat fides tua: exponitur, vt non deficiat*
fides Eccleſiæ tibi committendæ, ſicq; ex verbis his ſumitur argumentum, quòd fides Romanæ Eccleſiæ, quam in
ea Petrus plantauit, ſit vſque in finem duratura.

In noui Orbis deſcriptione, ſub nauigatione Ioſephi Indi, c. 33. eorũ populorũ, qui circa inſulã Ormũ
& reliquum Orientem inhabitant, magnus quidam Antiſtes refertur eſſe, qui Catholicus appellari ſo-
let, cui aſtant Cardinales duodecim, Patriarchæ duo, Archiepiſcopi verò & Epiſcopi complures. *Tem-*
pore igitur, quo Alexander ſextus ſceptro moderabatur Eccleſiæ vniuerſalis, Ioſephus Indus patria Caranganoren-
1156 *ſis, vir Chriſtianus & verax, Romam contendit. Hunc Alexander Maximus Pontifex percontatus eſt, à quo Ca-*
tholicus præfatus facultatem antiſtandi (hoc eſt, authoritatem Epiſcopos & cæteros prædicatores in Do-
mini vineã mittendi) *habuiſſet in Oriente: huic reſpondit Ioſeph, olim D. Petrũ Apoſtolum Antiochiæ Præfectũ*
fuiſſe. Et

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1458.	Idem Pius 2. Senēſis Aeneas Syluius dict. an 5. m. 11. d. 27.	Idem Friderici 3.
1464	218. Paulus 2.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

180. *De Pontificum paupertate.*

In Poli oppido in Aequicolis poſito, hæretici erant, qui dicerent, nullum verè Chriſti Vicariũ eſſe eorum, qui poſt Petrum fuerunt, niſi qui paupertatem Chriſti imitati ſunt. Platina in Pauli 2. vita. §. Hîc Henricus Pãtaleon patefecit malam fidem ſuam. Ita enim rem narrat. *Poli* (inquit) *in Æquicolis quidam dicentes, Pontificem nullum poſt Petrum Chriſti in terris agere Vicarium, hæretici à Romana Eccleſia iudicãtur.* Hæc Pantaleon velut ex Platina refert: cùm Platina id nõ dixerit. Nam ego Platinæ verbis vſus iam ſum. Ex quo apparet, Proteſtantes per mendacia velle ſuam hæreſim propagare. Vel lẽt enim lectori perſuadere, tanquam aliqui ſemper (licet plerunque occulti) fuiſſent, qui reſtitiſſent Romanæ Sedis Primatui. Verùm is, qui dicit, *nullum eſſe Vicariũ Chriſti poſt Petrum, niſi qui paupertatem Chriſti imitatus eſt*, vtique fatetur, eum qui poſt Petrum Pontificatu functus, Chriſti ſimul paupertatẽ *imitatus eſt*, verum Chriſti Vicarium extitiſſe. Non igitur fuerunt iſti hæretici de Proteſtantium ſecta. Tam enim à legitimis maioribus iſti laborãt, vt malint videri occultis hæreticis, quàm nullis omnino ſucceſſiſſe.

Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.

Dionyſius Cartuſ. in c. 9. Lucæ. *Chriſtus habuit pecuniam, cuius cuſtodem poſuit Iudam. Nam & loculos habuit, & quæ mittebantur, portauit, & Diſcipuli introierunt ciuitatem, vt emerent cibos. Sed Chriſtus hæc ex eleemoſyna habens tulit, & habuit ea pro communi gregis ſui ac egenorum neceſſitate, non quaſi propria priuatáque bona: dans poſteris formam, quòd ob totius ſuſtentationem congregationis, hæc licitè habeantur.*

Angelus de Clauario in Summa Angelica. *Epiſcopus poteſt intendere multiplicationi temporalium ad vtilitatem Eccleſiæ, quando opportunitas adeſt, & fieri poſſet ſine damno ſpiritualium notabili: aliàs non. Et ſi neceſſitas non imminet pro pauperibus, poteſt reſeruare in futurum, vel emere poſſeſſiones, vt tempore neceſſitatis prouidere poſſit. Bona verò patrimonialia poteſt tenere ad libitum.*

fuiſſe. Et cùm S. Romana Eccleſia ſchiſmate laboraret atroci, duce Simone Mago, qui ſui nominis monumenta reliquit: S. Petrus accerſitus eſt Romam, vt Simonem confunderet, & laborantibus Chriſtianis non deeſſet. Hic itaque Petrus non prius ſoluit Antiochia conceſſurus Romam, quàm Vicarium Antiochiæ præfecerit. & is eſt, qui Orientalem plagam moderatur, & dicitur Catholicus, geritq́ Petri vices. Hunc verò Catholicū præficiunt Cardinales duodecim in Armenia, & id iactant authoritate Romani Pontificis ſe facere: quod eſſe falſum, nemo eſt qui neſciat, quandoquidem vna eſt Sponſa Chriſti, quæ vnam figurat Eccleſiam Romanam, extra
1157 *quam ſalus eſt nulla. Quæ verò dicuntur de alijs, commento ſunt omnia, & fidei nullius. Hæc dixerim, ne quis putet, à ſoliditate Petræ Chriſti eſſe recedendum. Vnus Deus igitur, vna fides, vna eſt Sancta Romana Eccleſia.* Hæc ibi. Qua in hiſtoria illud certè notandum videtur, omnibus tam Græcis, quàm Latinis, tam Orientalibus, quàm ijs, qui Occidentem inhabitant, perſuaſum ſemper fuiſſe, nullam poſt Apoſtolorum è corpore migrationem, in terris poteſtatem ſpiritalem eſſe, quæ non à D. Petri & Succeſſorum eius Pontificia & paſtorali dignitate pendêre debeat. Sed cùm ignotum ſit nobis, quænam fuerit Epiſcoporum in Oriente fides, quæ doctrina, quæ ſucceſsio, quis conſenſus: nónne prorſus inſani hominis eſſet, Occidentalium Epiſcoporum notiſsimam fidem, doctrinam, ſucceſsionem, conſenſumq́ue, & aliàs, & potiſsimùm in Concilijs generalibus interpoſitum, orbiq́ue vniuerſo conteſtatum relinquere, atq; ad fabulas Armeniorum, aut Iacobitarum ſe conuertere?

Idem iſte Alexander ſextus Pontifex Romanus, vt diſſenſionum occaſiones, quas ob nouas nauigationes nuper inchoatas videbat inter Hiſpanos & Luſitanos oriri facilè poſſe, prudenter amputaret: ſua
1158 interpoſita authoritate effecit, vt Caſtellani Occidentem verſus, Luſitani verò ad Auſtralem polum nauigarent. Qua ex re factum eſt, vt Catholica & Romana fides (à qua nonnullæ Occidentis Prouinciæ per Lutheri hæreſim defecturæ præuidebantur) diuina Chriſti prouidentia longè lateq́ue in noui orbis regionibus diffunderetur. Alexandri Pontificis hoc Decretum vidi aliquando, & legi, licet iam in promptu illud non haberem.

De Georgio Pogebracio Bohemorum Rege à Papa ob hæreſim excommunicato, & regni iure tum Decreto Pontificis, tùm Regis Vngarorum armis priuato.

1159 Antonius Bonfinius Dec. 4. lib. 1. *Paulus Pontifex verus Romanæ Eccleſiæ Paſtor, Fideliumq́; Pater, ad corrigendos hæreticos animum aduertens, Georgium Bohemiæ Regem execrabilis hæreſeos planè conuictū, pu-*
1160 *blico, grauiq́; edicto regno ac dignitate priuauerat.* An. Do. 1466. *Itaq; tam Pontifex Paulus, quàm Fridericus Imperator, Mathiam Vngariæ Regem ad bellum Georgio inferendum incitant. Acceſsit eodem authoritas Vngarici Senatus, qui peſtilentiſſimam Bohemorū hæreſim eſſe dicebat: verendumq́;, ne vt ex Bohemia prius in Morauiam, ſic breui è Morauia in Vngarorum animos illaberetur.* Tum Rex Mathias (vt apud eundem Bonfinium habetur, Dec. 4. li. 2. Quodnā (inquit) bellū glorioſius nobis proponi poſset, quàm id, in quo
1161 de animorum ſalute agitur? Vos nunc *Paſtor gentium*, Sacroſanctum Collegium, & Romanum Imperium hortatur, vt Chriſti populum ab hæreticorum contagione liberetis. *Inter Turcos & hæreticos nati ſumus, qui Turcis longè pernicioſiores in perpetuam animorum miſeriam nos aſſerere conantur.* Reputate,
1162 quid à vobis ſacroſancta mater Eccleſia, quid Sponſus eius Seruator noſter, quid *Chriſti Vicarius, quid Apoſtolicus Ordo*, quid Cæſar Auguſtus, quid res denique ipſa poſtulare videatur. Pro victoria noſtra Romæ Pontificis edicto ſupplicationes indictæ. Secundùm grauiſsimam regis orationem *parendum Pōti-*
1163 *fici*, obſequendum Cæſari, vna voce affirmârunt. Bohemicum igitur bellum An. Dom. 1468. initum eſt. Moraui Sleſitæque interdicto promulgato deterriti, Georgij partes ſectari non decernunt. A Bohe-
1164 mica fide pars magna deficiunt, *vrbes Romanæ Eccleſiæ dogma retinent*, Senatus populuſq́ue Brunenſis
1165 legatione ad Regem Mathiā miſſa, *Romanæ fidei ac dogmatis ſectatores* ſe eſſe cùm dixiſſent, mox addiderunt hæc verba: *Omnes ad vnum interire malumus, quàm ab Apoſtolica Romana Eccleſia veritate defi-*
1166 *cere*. Rex cum legato Pontificio congratulatur, quòd *à Rege Bohemico, quàm à ſummo Pontifice deficere*
1167 *maluerunt*. Olomutij etiam ciues *ſe fideles, & Romanæ Eccleſiæ ſectatores eſſe profitentur*. Mathias Rex
1168 Trebychum expugnat, arcem per deditionem capit. Georgium id recuſantem ad ſingulare certamen prouocat. Arce Olomutij vi, & Spilbergo poſt diutinam obſidionem potitur. *A Catholicis Bohemis &*
1169 *Morauis Rex Bohemiæ eligitur*. Bradiſlauia Sleſiæ caput Mathiam vltro aduocat, *eumq́; orthodoxæ fidei*
1170 *vindicem* perpetuò ſe habituros, profitentur & iurant. Id ipſum ceteræ ciuitates & oppida faciunt. Victorinum Georgij filium cum validiſsimo præſidio oppidum Vezele tenentem obſidet, & capit, vitaq;
1171 donat, cùm patris hæreſim deſerere, ac *veriſsima Romanæ Eccleſiæ dogmata ſectari* iuſsiſſet. Georgius interim pater ex morbo, quem filij capti dolor ei inflixerat, è viuis exceſsit. Mortuo Rege, Mathias
1172 per Legatos ſuos Regem ſe in Comitijs declarari petit, quoniam *regni titulum à Paulo ſummo Pontifice habuiſſet:*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.*
			181. *De Hermanno Riſſuich Apoſtata.*	
1464	Idem Paulus 2. Venetus ſed. an 6 m. 10. d. 26.		ª Hermannus Riſſuich à fide Chriſtiana penitùs defecit, eam totam velut ſtultam accuſans, & Ariſtotelis doctrinam Chriſtianæ gratiæ ac veritati præferens. Bern. Lutzen.	ª Hieronymus Sauanorola de Triumpho Crucis Chriſti lib. 3. ca. 3. 4. 5. & deinceps, doctiſsimè probat, nullam Religionem Chriſtiana perfectiorem, aut rectæ rationi magis conſentaneam eſſe poſſe. Primùm, quia beatitudinem hominis (quæ nec in hac fallaci vita, nec in creaturis deſiderio eius nunquàm ſatisfacientibus ſita eſt) in vnius perfectiſsimi Dei plena æternaque viſione ac fruitione poſitam eſſe, ſapientiſsimè tradit. Deinde, quia modum, quo ad hanc Dei fruitionem peruenitur, rationali naturæ aptiſsimum adhibendum eſſe docet, puritatem videlicet cordis, quam fieri credit per dona ſupernaturalia diuinitus infuſa, in qua re ſuperat Chriſtiana Religio doctrinam Philoſophorum omnium, qui tantùm de medijs imperfectis, vtpotè ſolùm humanis & naturalibus, & loqui, & cogitare potuerunt. Quid quòd ſola Chriſtiana Religio ſacroſanctos Prophetarum libros habeat, qui non ſolùm de Iudæis, verùm de Monarchijs Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorũ admiranda quædam aliquot mille annis prædixerunt, antequam euenirent, quæ tamen partim eueniſſe iam omnes vident, vt Imperiorum tranſlationes, Chriſti natiuitatem & mortem, Gentiumque conuerſionem ad Chriſti fidem: partim euentura eſſe non dubitant, vt mortuorum reſurrectionem, & vitam æternam. & quæ ſequuntur.

Via ac

1173 *habuiſſet: ſine enim* (inquiunt Legati) *authoritate approbationeq́, nullum Regnum, nulla poteſtas haberi poteſt.*
At cùm Bohemi Vladiſlaum Polonorum Regis filium cooptaſſent, iſque à patris exercitu adiutus Mo-
rauiam & Sleſiam à Mathia repeteret: Mathias in vtrumq; tã Poloniæ quàm Bohemiæ Regẽ arma ca-
piẽs, ad has cõditiones eos adigit (teſte Bonfin. Dec. 4. li. 3.) vt Morauia & Sleſia Mathiæ cederẽt, quòd-
ad viueret. Poſt mortẽ verò eius (ſi saltẽ ſuperſtes ei Vladiſlaus foret) ad Vladiſlaum pertinerent, qua-
dringentis millibus nummûm aureûm ſucceſſoribus Mathiæ repenſis, § Hinc videmus, Pontifi-
cis Romani ſententiam eò vſque valuiſſe, vt Georgius & vinceretur viuus, & moreretur citius, & po-
ſteritas eius regno priuaretur: tantaque pars regni Bohemiæ Regi Mathiæ cederet, quãtam in eo bel-
lo, quod pro fide geſſerat, occupaſſet.

Platina in vita Bonifacij 3. fidem ſuam de Romanæ Eccleſiæ Primatu ita exprimit. *Petrus Apoſtolo-*
1174 *rum Princeps ſucceſſoribus ſuis Pontificibus Romanis, regni cælorum Claues, poteſtatemq́; à Deo ſibi conceſſam*
reliquit, non Conſtantinopoli, ſed Romæ. Illud tantùm dico, multos Principes, maximè verò Conſtantinum com-
1175 *parandæ Synodi, ac diſſoluendæ, confutandi vel confirmandi ea, quæ in Synodis decreta erant, Romanæ Sedi tan-*
tummodò conceſſiſſe. Meritò igitur Sedes Romana cæteris anteſertur, cuius integritate, & conſtantia cunctæ
hæreſes confutatæ ſunt & exploſæ.

1176 In Summa Concil. Bartholomæi Caranzæ Archiepiſcopi Toletani. Petrus Oxonienſis palinodiam
canit Compluti in hæc verba: *Conſentio Sanctæ Matri Eccleſiæ Romanæ, & Sedi Apoſtolicæ & ore ac cor-*
de confiteor Sacramenta Eccleſiæ, & illam fidem tenere, quam Dominus Sixtus Papa modernus authoritate
Apoſtolica & Euangelica tenet.

1177 Bernardus Iuſtinianus in Oratione ad Paulum 2. *Magnum quidem eſt, Eccleſiam vnam adminiſtra-*
1178 *re: longè verò præſtantius, Metropolitanam: quid dicam autem, vniuerſas totius Orbis Eccleſias?*
1179 Gabriel Biel in Sacri Canonis expoſitione, Lect. 23. *Papa eſt Caput Eccleſiæ, ſaltem Vicarium & mini-*
ſtrale (& addit) *ſecundum tempus ſui Pontificatus, & ſtatum præſentis peregrinationis & viæ.* (Et pòſt.)
1180 *Diuina ordinatione Romana Eccleſia Primatum obtinuit.*

1181 Bernardus Iuſtinianus in Oratione quam ad Sixtum 4. nomine Venetorũ habuit. Cùm viderẽt Illu-
ſtriſsimus Princeps noſter atq; Senatus, tuæ diligentiæ *dilectiſsimã Chriſti ſponſam, totius orbis Eccleſiam*
eſſe commiſſam, miſère nos Legatos, vt tuæ B. humilem deuotumq; obedientiã ſuo nomine deferamus: *te*
primũ Paſtorem, ſummum Sacerdotem, Petri ſucceſſorẽ, Chriſti Vicariũ omni cultu venerationis proſequamur.

Pomponius Lætus in Romanæ hiſtoriæ compendio, de Gallo Cæſare agens, poſtquàm oſtenderat,
1182 Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum à Conſtantio pulſum, Romam ſe contuliſſe, ac petijſſe,
1183 *vt ab Epiſcopi Romani authoritate reſtitueretur in Sedem ſuã*, affirmat, *Epiſcopum Romanum Caput Catho-*
1184 *licæ fidei ſemper fuiſſe.* (Et pòſt.) *Romani Pontifices* (inquit) *ſemper habiti Orthodoxi & iuſtiſsimi, vt ipſi Græci*
in hiſtorijs tradiderunt. Epiſcopus igitur Romanus & diuino iuſſu, & humanæ rationis vinculo generis humani
parens & Princeps eſt. Nam illud perpetuò manſurum, quis dubitat? Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædifi-
cabo Eccleſiam meam. Quaſi dicat: Quod verbo nititur, deficere aliquando non poteſt.

Hector Fliſcus Genuenſium Reip. Orator, in oratione ſua ad Innocentiũ 8. *Chriſtus te vnum in terris*
1185 *Vicarium ſibi delegit, cui gregem ſuum committeret, & claues traderet regni cælorum.*

Ioannes Camerarius Wormatienſis Epiſcopus, in orat. ad Innocentium 8. Bauariæ Ducis nomine.
Si Maiores noſtri Romã communẽ generis humani eſſe patriam volebant, nec intelligi potuiſſe, in exilio fuiſſe eũ,
qui vndecunque veniens Romæ fuiſſet, hacq́; ratione velut ſacro quodam affectu animos omniũ vrbi terrarum
Principi obligabant: quam ergo neceſſe eſt eſſe nunc mentem, quod ſtudium cunctis erga hanc vrbem, & ſan-
1186 *ctiſsimum illius atque adeo orbis terrarum Antiſtitem & Rectorem?*
Titus Veſpaſianus Stroza in oratione ad Innocentium 8. Ferrarienſium Ducis nomine. *Te Chriſti*
1187 *vices in terris agentem & videmus, & confitemur, & colimus.*

1188 Iacobus de Valentia Epiſcopus Chriſtopolitanus in Pſal. 106. *Qui antè non audebant publicè Chriſtum*
nominare, nec Eccleſias erigere, iam exaltant Chriſtum, & Papam Vicarium eius. Nam Chriſtus in ſuo Vica-
rio Papa & cæteris Prælatis Eccleſiæ veneratur.

Nauclerus in volumine 2. generatione 21. pag. 754. *Petrus Apoſtolorum Princeps ſucceſſoribus ſuis Ro-*
manis, regni cælorum claues à Deo ſibi conceſſas reliquit. Et volum. 3 pag. 458. generatione 49. *Hæreticum*
1189 *eſſe ait, vt Eccleſia Conſtantinopolitana negetur ſub Romana eſſe.*

1190 Iacobus Spinola in Oratione ad Alexandrum Sextum Genuenſium nomine: *Tu ad tanta gloriã San-*
1191 *ctitatis admitteris, qui totius Dominici gregis Paſtor vnicus, eum ad honeſtatem, ad pacem, & ad gloriam æter-*
1192 *nam dirigas, inſtruas, & promoueas.* (Et pòſt.) *Quis tam veſanæ mentis & vecordis animi, qui te primum Sa-*
cerdotem, ac ſupremum Pontificem non agnoſcat? qui te Dominici gregis Paſtorem, totiuſq́; nauiculæ Petri gu-
bernatorem neſciat? eundemq́; Sacroſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ baſim & fundamentum, Petriq́; ſucceſſorem,
ac optimi Dei Vicarium non honoret?

Iaſon

Ciuitas Dei, ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.			Ciuitas Diaboli, ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	
	Idem Paulus 2.		
1472.	219. Xyſtus 4. Sauonenſis ſed an. 13. d. 4.	Lat. Maximilianus an. 28	
1484	220. Innocentius 8. Genuenſis ſed. an. 7. m. 10. d. 27.		
1492	221. Alexander 6. Valentinus, Hiſpanus, ſe. an. 11. d. 8.		

Viæ ac methodi, qua in hoc opere antehac vſus ſum, iam deinceps immutandæ ratio reddita.

TAmetſi hactenus illis me limitibus vltrò concluſi, vt nihil ferè in mediũ afferrem, quod ſub aliorum nominibus, atque etiam verbis non proferrem: tamen cùm iam ad eas hæreſes ventum ſit, quæ noſtris potiſſimùm temporibus extiterunt, quæq; adhuc deletæ penitus extinctæq; non ſunt: illam mihi veniam ab humaniſſimo Lectore non immeritò dari peto, vt liceat deinceps non quidem authoritate, ſed tamen libertate mea in huiuſmodi hæreſibus oppugnandis vti: nec ſemper neceſſe habeam, dum alienos libros reuoluo, temporis permultum operæq; plurimum inſumere: cùm interim fortè aliquid non inutile ſtatim occurriſſet, quod ad rem nõ ineptè accommodari poſſet. Agam igitur deinceps modò meis, modò aliorum rationibus, ſemper tamen meo more apponens eius nomen, qui eorum verborum auctor extitit. Vbi autem nullius nomen apponitur,

Nicolaum Sanderum

eius rei rationiſq; authorem eſſe Lector intelligat.

Iaſon Mainus in Oratione ad Alexandrum 6.Mediolanenſium Principis nomine.*Tu Alexāder ſexte*
1193 *Pontifex Maxime,ſuſcepiſti culmen Paſtoralis faſtigij,locum ſummi Sacerdotij,Vicariatum Chriſti.Te Chri-*
ſtus non vni tantùm Eccleſiæ,ſed vniuerſis,non in parte,ſed in plenitudine praeſſe voluit.

Gentiles Epiſcopus Aretinus in Orat.ad Alexandrum 6.Florentinorū nomine.*Locus,in quo ſanctus*
1194 *ſtas,Beatiſsime pater,terra ſancta eſt:locus Petri Principis Apoſtolorum,vbi ſteterunt pedes eius, locus illius,*
quem conſtituit Dominus Principem omnis poſſeſsionis eius. Stat inconcuſſum priuilegium tuum tibi.Tu hæres
Apoſtolorum,tu es,cui claues traditæ,cui oues creditæ ſunt.

Angelus Politianus in Orat.ad Alexandrū 6.pro Senenſiū Oratoribus.*Meritò de Petro Mater decan-*
1195 *tat Eccleſia: Tu es Paſtor omnium,Princeps Apoſtolorum: tibi tradidit Deus omnia regna mundi. Sed quan-*
do Eccleſiam ſuam Chriſtus ita inſtituit,vt non protinus euaneſceret,ſed ad conſummationem ſeculi vſq; per-
duraret: dubitandum non eſt, quin poteſtas illa tanto in ipſius quoque Petri ſucceſſorē, quoſq; è poſteritate de-
1196 *ſcenderet.Sed quis, rogo,verus Petri ſucceſſor? An alius,quàm Romanus Pontifex.*

Baptiſta Egnatius in lib.2.de Romanis Principibus. *Vnum hoc in Phoca laudes,quòd Romanum Ponti-*
1197 *ficem Principem omnium iure declarârit.*

Nicolaus Tigrinus in oratione ad Alexandrum. 6. pro Lucenſibus. *Te verum Ieſu Chriſti Vicarium*
1198 *credimus,veneramur,& colimus.*

Ioannes Franciſcus Picus Mirandula in Theoremate13. *Ad Romanam Eccleſiam Caput & magiſtram*
1199 *Eccleſiarum mentis acies dirigenda eſt, atque huic ipſi Eccleſiæ, hoc eſt, Apoſtolicæ Sedi Petri Chriſti Vicarij,*
1200 *ſanctiſsimi viri adhæſerunt ſemper, & dictis ſcriptiſq; fauerūt. Apud Areopagitam Dionyſium obſeruauimus,*
1201 *Petrum Apoſtolum,cui ſuccedunt Romani Pontifices,ſupremum Diſcipulorum fuiſſe.*

Ioannes Murmellius in fine Commētariorum ad libros Boethij de conſolatione. *In his Cōmentarijs*
1202 *& cæteris,quæ edidimus,vel Dei gratia ſumus edituri,nihil omnino approbamus, niſi quod à Romana Eccleſia*
decretum atque aſſertum fuerit.

Franciſcus Guiciardinus hiſtoriarum ſui temporis lib.11. Iulius ſecundus Papa edictum in Ludoui-
1203 cum duodecimum Galliæ Regem promulgauerat,quo eum,& quotquot illi ſtuderēt, omnibus & ſchiſ-
maticorum & hæreticorum pœnis ſubijciebat, facta cuique poteſtate fortunas, regna,reſque illorum
omnes occupandi. Cùm igitur Iohannes Albretti filius (Catharina Foiſſea in Matrimonium accepta)
per eā cauſam Regnum Nauarræ poſsideret, ac Regi Ludouico ſuppetias ferret: Ferdinandus Arago-
niæ Rex magna celeritate Regnum Nauarræ inuadens non alio magis nomine ſe illud legitimè poſsi-
dere affirmabat, quàm quod *Sacroſancta Sedis authoritate adductus, Pontificij edicti iure illud occupaſſet.*
1204 § Tanti ergo momenti eſt Pontificium edictum,vt regni iura transferat à veteribus Dominis ad no-
uos. Ac in hodiernum diem eo titulo ac nomine Regnum Nauarræ à Regibus Catholicis detinetur.

Hieronymus Sauanorola de Triumpho Crucis lib.4.c.1. probat primùm, Eccleſiam debere ab vno
1205 potiſsimùm viſibili Paſtore gubernari,quoniam id genus gubernationis & optimum eſt,& triumphan-
tis Eccleſiæ ſtatui maximè reſpondet,& tam in vetere,quàm in nouo Teſtamento inſtitutū eſt, vtpote
ſine quo neque lites de fidei cauſis decidi, nec hæreſes reprimi poſſent. Vnde Chriſtum (Matth.16.
Lucæ.22.Ioan.21.)Petro contuliſſe Primatum: illi verò ſuccedere Pontifices Romanos: ac manifeſtum
1206 eſſe,quòd *Eccleſia Romana ſit Dux & Magiſtra omnium aliarum, quódque omnes fideles Chriſtiani debent*
in vno Pontifice Romano,velut in ſuo Capite,vniri. Qui verò diſcedit ob vnitate & doctrina Eccleſiæ Roma-
næ,illum ſine dubio diſcedere à Chriſto.Cumq; omnes hæretici ab Eccleſia Romana diſcedant,neque Chriſtianos
illos eſſe,licet hoc nomine ſe falſo appellent. Deinde cùm verum vero ſemper cohæreat aptumque ſit,om-
nes autem ſectæ hæreticorū inter ſe diſſentiant,Eccleſiæ autem Romanæ doctrina in ijs,quæ pertinent
ad fidem & rectè viuendi rationem,ſummè ſecum ipſa conſentiat, idque etiamſi Doctores penè innu-
1207 merabiles in Romana Eccleſia extiterint: neceſſariò effici, vt *ſolius Eccleſiæ Romanæ, Patrumq; cum ea*
conſentientium doctrina,ſit vera,cæterorum verò falſa. Denique cùm Chriſti & militantis Eccleſiæ regnū
non tantùm vſque ad finem ſeculi, ſed poſt mundi renouationem in æternum durare debeat: illam ne-
ceſſariò eſſe veram Eccleſiam,quæ per omnia tempora durauerit. Cùm igitur,*licet hæretici omnes oppu-*
gnauerint Eccleſiam Romanam, illa tamen victrix perſtiterit, hæreticorum verò ſectæ & falſæ opiniones, ad
1208 *nihilum redactæ fuerint: certum eſſe,iſtorum congregationes non eſſe veram Dei Eccleſiam.* Hæc Hierony-
mus Sauanorola. § Nec miretur quiſquàm,ſi non tam verba ipſius,quàm verborum ſententiam deſcri-
pſi. Nec enim Hieronymum ipſum Latinè loquentem in promptu iam habebam,ſed tantùm interpre-
tationem eis Hiſpanicè conſcriptam ſequi coactus ſum.

Paulus Corteſius cùm in 4. Sententiarum libros ſcripſiſſet, eoſque Iulio Pontifici dedicaſſet, ſub
finem ait, ſe etiam ſcripturum de poteſtate Summi Pontificis. quod an fecerit,neſcio.

Petrus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
	Idem Alexãder 6.	
1503.	222. Pius 3. Senẽſis d. 26.	
		Idem Maximilianus.
1503.	223. Iulius 2. Sauonenſis an 10. d. 11.	
	Concilium Lateranenſe ſub Iulio.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Cauſæ ac ſigna hæreſum.

a In genere cauſarum exteriorum, prima hæreſum atque errorum omnium cauſa Diabolus eſt, qui Euam ſeduxit aſtutia ſua. Gen. 3. 1. Cor. 11.

b Apoſtolus 1. Timoth. 3. vetat Neophytum, hoc eſt, in fide Chriſti aut in miniſterio Eccleſiaſtico nouitium, fieri Epiſcopũ, ne per ſuperbiam elatus, incidat in iudicium diaboli,

Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.

Lutherum certiſſimè hæreticum fuiſſe, vtpote omnibus tam cauſis hæreſum, quàm ſignis in eum concurrentibus: idq; tam ex factis, quàm ex verbis ipſius perſpicuè deprehendi.

Lutherum à diabolo ſeductum fuiſſe.

a Lutherus Tom. 7. in lib. de Miſſa priuata, fol. 228. narrat, diabolum ſub mediam noctem diſputationem ſecum iniſſe, in qua diabolus cõcludebat, nec Miſſam eſſe Sacrificium, nec ſub vna ſpecie communicari debere, nec aliquid credendũ eſſe, quod ſcriptum non ſit. Denique Lutherus coram diabolo confeſſus eſt, ſe peccaſſe, eò quòd Miſſam celebraſſet.

Hîc nos dicimus, Miſſam cæteraq; omnia meritò nobis probari, vel ob hoc ipſum, quòd diabolo veritatis aduerſario nõ placẽt. Reſpondet Lutherus, diabolũ quidem eſſe mendacem, non tamẽ mentiri, quando accuſat. Illum verò accuſaſſe Lutherũ, eò quòd Miſſam legiſſet aliquãdo, & ob id peccatum voluiſſe hominem ad deſperationem redigere. Ob quam cauſam negat Lutherus, diabolum in his articulis mentitum eſſe.

Ego autem etſi non negem, Diabolum vera interdum crimina hominibus obijcere: tamen nihil dubito, quin multò etiam ſtudioſius det operam, vt veras virtutes inſtar grauiſsimorum criminum habeant. Hac enim ratione tùm intelligentiæ tenebras offundit, tùm voluntatem ad ea odio proſequenda inflectit, quæ ſummis viribus erant conſectanda.

Cùm igitur conſtet, Satanam Chriſto aduerſari, Miſſam verò & Communionem ſub vnica ſpecie nullo modo Satanæ probatam fuiſſe: vtique conſtat, Satanam bis decepiſſe Lutherum, tam in eo, vt res optimas condemnaret, quàm vt de præclariſsimis virtutibus impiam ageret pœnitentiam.

Lutherum adhuc nouitium, inſtar diaboli, principatum in noua ſua congregatione ſibi arrogaſſe.

b Lutherus pro fideli ſe nõ habuit, niſi ab illo die, quo à Romana Eccleſia deficiens, *ad cœtum piorum* (quem vocat) ſe contulit. In illo aiit cœtu prima ſtatim hora, non Cathedram modo aliquã, ſed omniũ primam cõſecutus eſt: prædicauit Euangeliũ, miſit alios ad prædicãdum, viſitauit Eccleſias, Caroloſta-

 dium

Petrus Galatinus in Opere *de arcanis Catholicæ veritatis*, lib.12. ita concludit: *Quæcunq; in hoc opere*
1209 *dixi, omnia Sedis Apoſtolicæ ac Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio corrigenda, ac determinanda relinquo,*
atque ſubijcio.

Fratris Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi ad *Iulium Secundum Pontificem Maximum.*

Maxime Quercentum Princeps, & *ſumme Sacerdos,*
1210 Qui iura & leges Diuumq;, hominumque gubernas,
Enſe potens gemino, cuius veſtigia adorant
Cæſar, & aurato veſtiti murice Reges:
Non Italæ ſolùm gentes, ſed tota per orbem
Sparſa tibi æternas grates Eccleſia ſoluit.
Nam poſtquàm *in Petri Saltum* te Roma leuauit,
In decus antiquum maieſtatemque vetuſtam
Publica res Chriſti tandem reuocata, tyrannis,
Reſpirare poteſt, & ducere gaudia, victis.

1211 Héricus 7. Angliæ Rex à Iulio 2. impetrauit, vt Catharina Ferdinãdi Regis & Elizabethæ Hiſpania-
rũ Reginæ filia, quæ prius Arthuro iam ſine liberis defuncto nupſerat, in matrimoniũ daretur fratri Ar-
thuri Henrico (qui poſtea eius nominis Octauus Rex fuit) ob pacem inter Angliæ & Hiſpaniæ regna
conſeruandam. Iulij autem reſcriptum ſic habet: *Romani Pontificis præcellens authoritas, conceſſa ſibi de-*
ſuper vtitur poteſtate, prout perſonarũ, negotiorũ & temporum qualitate penſata, in Domino conſpicit ſalubriter
expedire. & c.

De Piſano Conciliabulo, quod meritò à Iulio Papa 2. & Leone 10. per Lateranenſis Concilij authoritatem irritum, vel potius ipſo iure nullum eſt declaratum. In quo omnium penè gentium fidem, quam de Romanæ Eccleſiæ Primatu habebant, licet intueri.

Cùm Iulius Papa ſecundus iuratò promiſiſſet, ſe infra biennium ab aſſumptione ſua in Pontificatum
generale Concilium celebraturum, nec id, neceſſarijs cauſis impeditus, præſtitiſſet: Cardinales quidã
à Pontifice recedentes, Concilium generale Piſis indicere conati ſunt. Quorum audaciam vt Iulius
Papa reprimeret, cùm eorum facta ipſo iure nulla eſſe planum feciſſet, primùm, quia *ſoli Pontifices Ro-*
mani generalia Concilia indicunt, & aliter indicta rata non ſunt: Deinde, quia nec trimeſtre tempus in-
dictionis erat ſatis longum, nec ciuitas Piſana diuturnis bellis exhauſta, locus ſatis opportunus eſſet:
ipſe verum vniuerſale Concilium apud Lateranum in vrbe habendum de fratrum ſuorum Conſilio
& aſſenſu conuocauit. Quod ipſum Concilium ante Lutheri defectionem indictum, more Maio-
rum Romani Pontificis Primatum agnouit & confeſſum eſt. Ac primùm Iulius Papa in Bulla indictio-
nis eiuſdem Concilij, *Romanam Eccleſiam* vocat *Sacroſanctam, Martyrum ſanguine conſecratã, Magiſtram*
fidei, veritatis alumnam, omnium errorum expertem, vnicam & immaculatam, Diuina inſtitutione, Sancto-
1212 *rum authoritatibus, Conciliorum Canonumq; omnium teſtimonio, Primatum Eccleſiarum cũctarum tenentem.*

AEgidius Viterbienſis in Concilio Lateran. *Appello te, Iuli ſecunde, Pontifex Maxime. Summus ille*
1213 *te appellat Deus, qui ſuam te gerere in terris vicem voluit.*

Bernardus Zane Patritius Venetus, & Archiepiſcopus Spalatenſis, in oratione, qnam habuit in 1. ſeſ-
ſione Concilij Lateranenſis: *Ego*(inquit) *qui coram te, Beatiſſime ac Sacratiſſime Pontifex Maxime Iuli,*
hoc eſt, coram totius orbis Principe, & vero Chriſti Vicario, in excellentiſſimo humani generis faſtigio poſito, ſum
1214 *verba facturus, quo dicendi genere tantũ oneris ſuſtinere, ad finemq; perducere valeam, neſcio.* (Et pòſt.) *In vno*
ſpiritu omnes nos, in vnum corpus baptizati ſumus. Huius corporis & Eccleſiæ ſub Chriſti vexillo militantis
poteſtas, libera ampliſſimaq; iuriſdictio & habenæ ſunt demandatæ, non quidem per internuncios, ſiue Prophetas
ſeu Apoſtolos, vel Sanctos alios, ſed ab ipſa prima veritate Ieſu Chriſto, vero Domino & Deo noſtro, dicente
Petro, & in eo omnibus ſummis Pontificibus: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.
1215 *Et: Paſce oues meas.* (Et iterum.) *Eccleſiæ vnitatem in duobus conſiſtere ſacri Doctores affirmârunt, primò in*
membrorum Eccleſiæ, id eſt, fidelium ad inuicem connexione: Secundò in eorundem ordine ad vnum Caput,
Chriſti ſcilicet Vicarium. Inde meritò infertur, ſchiſmaticos illos appellari, qui Summo Pontifici ſubeſſe, mem-
1216 *briſque Eccleſiæ ſubiectis communicare recuſant.*

Ferdinandus Aragonum Rex mandauit Conciliario ſuo Hieronymo Vich, vt ſuo & Ioannæ Regi-
næ nomine intereſſet ſacro Lateranenſi Concilio, *ad obedientiã debitã Beatiſſimo* (inquit) *Domino noſtro*
1217 *Papæ Iulio præſtandum, atque ad recognoſcendum eundem D. Iulium Papam Secundum eſſe verum, vnicum,*
Canonicum & indubitatum Pontificem, & Dominici gregis Paſtorem.

Thomas

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	*Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*
	Idem Iulius 2.		boli, hoc eſt, in talem damnationem, in qualem diabolus (in ipſo creationis ſuæ initio, principatum ſibi arrogans) incidit. Nam vt diabolus, cùm ſe alijs Angelis prælatum conſpexit, Dei Principatu derelicto, nouam ſibi ex Apoſtatis Synagogam per ſuperbiam congregauit: hoc idem in illo timendum eſt, qui adhuc rudis & ignarus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ad præſidendum alijs cooptatur. Ex inter-

Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.

dium eo inconſulto mutantē certos ritus in Eccleſia, è miniſterio eiecit, è Cathedra docuit, libros cū ſumma poteſtate edidit, libros Iuris Pontificij comburendos decreuit, poſtremò Epiſcopum, hoc eſt, Chriſtri miniſtrum in ſummo gradu egit. Quamobrem, ſecundùm Apoſtoli prudentiſsimam regulam ſtatuendum eſt, Lutherum, qui tam ſubitò in tantum honoris gradum ſua ſolius authoritate euectus eſt, vt diaboli præſumptionē in ea re imitatum eſſe, ſic & damnationem ipſius incurriſſe.

At Ambroſius (inquies) nec adhuc quidem baptizatus in Epiſcopum electus fuit. Nihil (inquam) ſimile in Luthero. Nam præterquàm quòd Ambroſij electio per infantis vocem in populo inſonantem (Paulino teſte) miraculoſe effecta eſt: Ambroſius etiam multis antè annis nouerat eam Eccleſiam, ad cuius partem regendam adoptabatur. Audiuerat Chriſti Euangelium in ea prædicatum, dederat nomen Chriſto in eadem Eccleſia, viderat ordinem ritumque Religionis in ea obſeruatum, Sacramentorum diſpenſationem, Epiſcopalium Synodorum formam, miniſteriorum Eccleſiaſticorum varietatem, nouerat populum Catholicum ab Ariano diſtinguere, nec niſi à Catholico Epiſcopo voluit baptizari, fuerat Romæ, vbi ſororem habuit, quæ non modò fidem Catholicam, ſed præterea virginitatē profeſſa erat, matrem ſuam viderat Sacerdotis manum oſculari, quo tempore ludens & ipſe, manum ſuam ſorori offerebat, dicens ſe quoque futurum Epiſcopum. Sciebat ſe habere multos Collegas in Epiſcopatu, à quibus antiquam fidem conſuetudinemque Eccleſiæ poſſet addiſcere. Vnum etiam ex his collegis ſuis (Siricium videlicet Epiſcopum Romanum in Ep. 81.) magiſtrum & Doctorem ſuum iam grandæuus ipſe Epiſcopus appellauit.

At verò Lutherus neque fidem, quam de pœnitentia, & iuſtitia fidei primus omnium ſua ætate prædicauit alibi antè prædicatā audierat, neq; collegas ipſi æquales, nedum magiſtros & Doctores habuit, à quibus officij admoneretur, neque prius eam Synagogā, in qua Neophytus fuit, nouerat, quàm in eadē Primatum ſolus obtineret. Itaq; in præfatione primi Tomi: *Solus* (inquit) *primò erā, & quidem ad tantas res tractandas ineptiſſimus & indoctiſſimus.*

Quis iā dubitet, talē nouitiū in tali Eccleſia etiā nouitia, hoc modo ad ſummū regimen à ſeipſo vocatū, per eiuſmodi ſuperbiam in eā damnationem, quæ diabolo inflicta eſt, incidiſſe?

b iij *Lutherum*

Thomas de Vio Caietanus in oratione, quã habuit in 2. Seſs. Lateranenſis Concilij. Illius beatiſsimæ
Reipublicæ, quæ in cælis eſt, exemplo, huius quæ in terris eſt regimen conſtituit Deus, vt illud non penes omnes
1218 aut multos, ſed penes vnum Chriſti Vicarium & Dominici gregis Paſtorem conſiſtat. Nam ſicut in Hieruſalem
illa, quæ in cælis eſt, Matre noſtra vnus tantùm Dominus eſt Ieſus Chriſtus: ita in hac Hieruſalem illius filia,
quæ Chriſti ſanguine irrigata, & matris eſt illuſtrata ſplendoribus, vnus tantùm Princeps eſt, Vicarius Chriſti
1219 & Pont. Maximus, cui omnes de cælo deſcendentis Hieruſalem ciues & incolæ, non ſolum vt ſeparatim ſinguli,
ſed etiam vt ſimul vniuerſi, obedire debent: quemadmodum qui in ſuperna ſunt Hieruſalem Sancti, cùm ſingu-
latim, tùm vniuersè, diuiſimq́; ac ſimul, omnes vni omnium Creatori ſubijciunt, parent, obtemperant. At dicet
fortè quis: Cùm his temporibus duæ nobis Eccleſiæ, & duæ Synodi proponantur, vna Romana, Piſana altera,
vtrum ambæ de cælo deſcenderunt? Alteram enim earum tantummodo deſcendiſſe neceſſe eſt, ſiquidem Chri-
ſti ſponſa vna eſt. (Et pòſt.) Tantum abeſt, vt Eccleſia illa Piſana vera Dei ciuitas ſit, quantum abeſt, vt ſancta
& legitima ſit: quantũ ad errorũ ſordes accedit. Accedit aũt plus tantò, quantò magis Petrum Eccleſiæ, & Papam
Concilio, & ſua conciliabulo ſummum, verum, certumq́; Chriſti Vicarium ſubijcere conatur. Quod tamen nil
1220 aliud eſt, mea ſententia, quàm naturæ ipſius rationiſq́; ordinem peruertere, & filios patri & membra Capiti Pa-
ſtorique ipſi ſuarum greges ouium præficere.

Maximilianus Imperator conſtituit Gurcenſem Principem procuratorem ſuum ad comparen-
dum pro ipſo in Concilio Lateranenſi: Per Sanctiſsimum (inquit) in Chriſto Patrem & D. Dominum
1221 IVLIVM II. Sacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ Summum Pontificem, Dominum noſtrum ſan-
ctiſsimum, de conſenſu ſacri Reuerendiſs. Dominorum Card. Collegij indicto & denunciato, & illud approbandũ
& proſequendum, et ſi, & in quantum opus foret, illud ad alium locum ac aliud tempus transferendum, etiam ex
toto tollendum, & extinguendum, necnon reuocandum, annullandum & irritandum, & penitus delendum
omnia & ſingula ea, quæ per Eccleſiam Gallicanam in ciuitate Turonis eodem anno ſuperiori fuerunt acta, con-
cluſa & deliberata, & ſimiliter ad reuocandum omnia & ſingula mandata & procuratoria, ſi quæ à nobis ema-
nauerunt pro indictione Concilij Piſani, quod nonnulli Cardinales tunc indixerant, & idem Concilium Piſa-
num penitus tollendum & extinguendum.

Alexius Epiſcopus Melfitanus in 3. Seſs. Lateranenſis Concilij. Eccleſia per Regiones & Prouincias
conſtitutæ annis ferè ſingulis capite cum ſuis membris in locum omnibus tutum coëuntibus, quæ emẽdari opor-
tebat ad publicam honeſtatem animarumq́; ſalutem redigebãtur. De rebus verò ponderoſis & dubijs, ſummum
1222 Caput, vt communis omnium Magiſter & Doctor, conſulebatur. (Et pòſt.) Primi tres & triginta (Pontifices
Romani) à Petro Meltiadem vſque ita certarunt aduerſus Romanum Imperium, vt non modò Eccleſiam,
pro qua certabant, ſuo ſanguine ſolidauerint, dilatauerint, extulerint, ſed ita ipſos quoque hoſtes orbis domitores
1223 & armis inſuperabiles deuicerint, vt ſibi corona victoriæ, cæliq́; regno per Martyrium comparatis, illos illorumq́;
ſucceſſores Eccleſiæ iugo æternum ſubegerint. Vel quis non inueniet ſubſecutos à Sylueſtro ad ſplendidiſsimum
ſydus Gregorium Gordiani, totidem quidem numero, quamuis alio rerum curſu tenoreq́; certandi, perſecutione
Eccleſiæ per Chriſtianos Principes in fauorem protectionemq́; conuerſa, ita & præcepta ſui Principis ſeruantes,
& exempla Maiorum ſequentes, dignitati incrementoq́; religionis & Eccleſiæ conſuluiſſe, vt ipſi quoque omnes
ſicut priores, iure optimo in Diuorum numerum ſint relati. (Et iterum.) Quos ſex & ſexaginta (Pontifices)
Redemptor noſter ita partitus eſt, vt æqua portione & plus quàm miranda ratione, & primi confitendæ tuen-
dæq́; veritatis, paſcendarũmque ouium curam martyrio, & ſecundi eadem cura voluntatem martyrij termino-
rent, & alterutri ſuo numero annos eius temporales æquarent.

Laurentius Lauredanus Dux Venetiarum: Cùm Sanctiſsimus & Beatiſsimus in Chriſto Pater & Domi-
nus noſter Dominus Iulius, digna Dei prouidentia Sacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ Põtifex Maxi-
1224 mus, Diuino afflatus numine pro ſuo Paſtorali officio (vt verum decet in terris Chriſti Vicarium) & ad extin-
guendum hæreſes, tollendumq́; peſsimum exortũ ſchiſma, ac reprimendã eorum temerariam audaciã, qui diabo-
lico ſpiritu inducti, tunicam inconſutilem Domini noſtri Ieſu Chriſti diſcindere & dilacerare conantur, & de-
nique pro bono pacis omnium Chriſtianorum, celebrare decreuerit, & iam indixerit Generale & vniuerſale Cõ-
cilium in Laterano, noſq́; inter alios Chriſtianos Principes & Potẽtatus, eiuſdem ſancti operis adeſſe paterna cha-
ritate ſit hortatus: ſedulam adhibuimus operam, vt ſtatus noſtri viri Eccleſiaſtici & ſeculares, doctrina, religio-
ne & moribus præſtantes, qui rei conducere poſſent, ſeſe Romã conferrent. Et ne vlla in re à ſumma deuotione,
1225 reuerentia, cultu & obſeruantia noſtra erga Sacroſanctam Sedem Apoſtolicam, & eundem Sãctiſsimũ Dominũ
noſtrũ deeſſe videamur, demandamus nobili & dilectiſsimo Patritio Veneto Franciſco Faſcaro, Equiti, Oratori
noſtro Romæ agenti, vt Sacroſancto Concilio Lateran. noſtro nomine interſit, aſsiſtat. & quæ ſequuntur.

Chriſtophorus Marcellus in Seſ. 4. Cùm tanta Reipublicæ vnicus atque ſupremus Princeps fueris inſti-
1226 tutus, Beatiſsime Pontifex, cui ſumma data poteſtas, ac diuinum iniunctum Imperium: tuum eſt, quẽadmodum
oppreſſam armis erexiſti, amplificaſti, ita moribus deprauatam Eccleſiam reformare, corrigere, illuſtrare.

Ioannes

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
	Idem Iulius 2.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

☞ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

Ex internis hæreſum cauſis, nulla maior eſt, quàm amor ſui. Vnde Apoſtolus 2. Timoth 3. *Inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes.* In ſuî autem amore id in primis comprehenditur, vt ſui honoris aut commodi cauſa, hæreticus non curet reliquæ totius Eccclefiæ pacem, vnitatemq́ue diſſoluere. Vnde Apoſtolus, vt huic ſuipſius amori, tanquam graui morbo medicinam faciat, vbique ad *amorem fraternitatis* adhortatur, iubétque *retinere vnitatem Spiritus in vinculo pacis.*

d Hære-

✠ *Doctores Catholici, & Cuſtodes Murorum Eccleſiæ.*

Lutherum, etiamſi fateretur, ſuam doctrinam ſibiipſi ſuſpectam fuiſſe, tamen præ nimio ſui amore (id quod hæreticorum proprium eſt) maluiſſe totius Eccleſiæ vnitatem diſcerpere, quàm vt tantillum de ingenio aut honore ſuo cederet.

c Lutherus adeò ſuum honorẽ toti Eccleſiæ prætulit, vt quanuis fateretur, ſe neſcire, an verum doceret: mallet tamen vniuerſam Eccleſiam perturbare, quàm palinodiam canere. Itaq; Tom. 1. in Præfatione ad propoſitiones ſuas de viribus hominis, ita ſcribit. *Vnus eram, & per imprudentiam in iſtam cauſam lapſus, cùm non liceret referre pedem, in multis ac magnis articulis Papæ non ſolùm cedebam, ſed vltrò etiam adorabam. Ego verò tam confidens & certus non fui. Multa enim ignorabam, quæ nunc ſcio. Denique de Indulgentijs quid eſſent, prorſus nihil ſciebam. Ideo non diſputabam, vt eas tollerem, ſed cupiebã diſcere, quidnam eſſent. Statui ipſam Eccleſiam Dei audire. Mox inducitur mihi ſilentium, & allegatur Conſuetudo. Ego territus authoritate nominis Eccleſiæ, ceſſi, & Cardinali Caietano Auguſtæ obtuli ſilentiũ, humiliter petẽs, vt & clamoribus aduerſæ partis ſilentium indiceret. Ille verò non ſolùm hoc denegauit, ſed addidit: niſi reuocarẽ ſeſe damnaturum omnia quæcunq; docuiſſem. Docuerã aũt iam Catechiſmum non paruo fructu, quem damnari nõ oportere ſciebã: neq; mihi hoc ferendum eſſe, niſi vellẽ Chriſtũ abnegare. Ita ventum eſt ad hãc neceſſitatem, vt cogerer extrema tentare & expectare.* Hæc Luth.

Primùm attendat Lector, Lutherũ eſſe, qui hæc de ſeipſo narret: nec dubitet, qui omnia in ſuæ cauſæ gratiam, quoad fieri poteſt, exaggeret. Deinde animaduertat, etiamſi hæc, quæ narrat, vera eſſent, manifeſtè inde probari, quòd *ſeipſum immoderatè amarit*, vtpotè qui ſuum honorẽ totius Eccleſiæ paci prætulerit. Ac ſe quidẽ fatetur, *per imprudentiam in cauſam eſſe lapſum*, neſciſſe aũt, quid eſſet, quod de Indulgentijs docebat, diffiſum eſſe ſuæ cauſæ, *conſuetudinem Eccleſiæ* contra ſe eſſe animaduertiſſe, eo fuiſſe animo, *vt vellet Eccleſiam Romanã audire*, paratũ fuiſſe, *vt cederet*, vnumq; illud ei rei obſtitiſſe, quòd errores reuocare iubebatur. Nam ſi eos reuocaſſet, nõ erat opus, vt timeret (quod ſe dicit timuiſſe) ne dãnarentur oĩa, quæ docuerat. Nec enim fuiſſent damnata cætera, ſi errores tantùm ſuos reuocaſſet. Is igitur ſtatus cauſæ eſt: licueritne bono viro, quod ignorabat eſſe verum, imò quòd propter contrariã Eccleſiæ conſuetudinẽ, ſuſpicabatur eſſe falſum,

Ioannes Maria de Monte, Archiepiſcopus Sipontinus in Seſſ.5.Lateran. Concilij. *Nihil aliud ſacra-*
rum literarum continent monumenta, quàm vnum eſſe Deum, vnum Chriſtum, vnam Eccleſiam, vnam fidem,
1227 *vnam Cathedram ſuper firmiſſimam Petram Domini voce fundatam.*

Florentini, vt in Seſſ.6. habetur, dederunt mandata certis ſuis ad Concilium Lateran. Legatis, in qui-
bus agnoſcunt, *Iulium ſecundum fuiſſe verum, & indubitatum Chriſti Vicarium, Catholica Eccleſia Pontifi-*
1228 *cem Maximum, Petri Succeſſorem.*

Sigiſmundus Poloniæ Rex. *Poſteaquàm accepimus, Iulium ſecundum diuina prouidentia Sancta Romana*
1119 *Eccleſia, vniuerſalis Eccleſia Summum Pontificem, pro defendenda Sancta Romana Eccleſia vnitate, & ſan-*
ctiſſima contra Catholica fidei & Crucis Ieſu Chriſti hoſtes expeditione ſuſcipienda, Concilium generale in La-
1230 *terano indixiſſe, memores officij ac debiti noſtri, quo eidē Sancta Romana Eccleſia Matri noſtra ſumus adſtricti,*
pro cuius honore & tranquillo ſtatu omnes vires noſtras effundere ſemper parati ſumus, Ioannem Eccleſia Me-
tropolitana Gueſnenſis Archiepiſcopum, & Staniſlaum de Oſtrorog Equitem auratum deſignauimus, & deſigna-
mus Oratores noſtros, dantes illis poteſtatem coram Sanctitate Leonis Decimi Papa comparendi, ibidemq́ obe-
1231 *dientiam iuxta Maiorum meorum conſuetudinem praſtandi, & recognoſcendi, eundem eſſe verum, vnicum*
& indubitatum Pontificem, & Dominici gregis Paſtorem.

Simon Begnius in Seſs.6. Concilij Lateran coram Leone Papa 10. *Sicut Chriſtianus populus te ſolum,*
& verum Pontificem veneratur: ita & Chriſtiani nominis hoſtes te religioſiſſimum metuant, te potentiſſimū
contremiſcant: & iuxta Legiſlatoris noſtri potentiam, porta inferi, id eſt, inferiores mundi poteſtates, aduerſus
1232 *Romanam Eccleſiam, qua ſumma eſt, & ſuprema, non praualeant.*

Maimilianus Maria Sfortia Dux Mediolani. *Nuper certior factus ſum, D. Leonem Pontificem Maxi-*
1233 *mum in Lateran. Concilio Seſſionem ſextam celebraſſe. A Sancta noſtra Matre Eccleſia ſeparare me, ini-*
quiſſimum eſſet. & ext.

1234 Franciſcus Marchio Mantuæ. *D. Leonem indubitatum Pontificem Dominici gregis Paſtorem eſſe,*
nunquàm negabimus.

1235 Staniſlaus Dux Mazouiæ Ruſsiæque ad idem Lateranenſe Concilium per Iulium Papam inſti-
tutum legatos mittit: *Iuſſu* (inquit) *Sanctiſſimi Domini noſtri morem gerentes.*

1236 Baltazar del Rio in Seſs.7. Concilij Lateran. *Tu* (Papa Leo) *Chriſtiana Reipublica primus, & Caput es.*
Sit vna fides, vnum Baptiſmo. Vt es vnus Paſtor, ſit vnum ouile.

1137 Ioachimus Marchio Brandeburgenſis legatos mittit ad Concilium *à Iulio Secundo indictum,* & à
Leone decimo continuatum.

1238 Idem fecit Marchio Montisferrati *ad exaltationem S. Romana Eccleſia* & Concilij Lateranenſis.

Ioannes Baptiſta Gargia Senenſis in 8. Seſs. *Tibi, Leo Pontifex Maxime, Chriſtus ligandi & ſoluendi*
1239 *poteſtatem dedit. Tibi omnium Eccleſiarum Praſides, & totius orbis Chriſtiani Principes parère affectant.*

Emanuel Rex Portugalliæ & Algarbiorum, Oratores mittit *cum obedientia ad Leonem S. Romana*
1240 *vniuerſalis Eccleſia Pontificem Maximum.*

In 9. Seſſ. Prælati Gallicani, qui in Congregatione Piſana interfuerant, certiorem faciunt Papam
1241 Leonem, *ſe talem gerere voluntatem erga Sedem Apoſtolicam, vt ab illius vnitate nunquàm voluerint, nec*
in futurum velint diſcedere: nec ſchiſmaticos vnquàm fuiſſe, ſed vnam Eccleſiam Catholicam ſub vno Pon-
1242 *tifice Maximo coluiſſe, & obſeruaſſe: itemq́ expreſſe renunciare Congregationi Piſana iam diſſoluta, adharere*
autem Concilio Lateranenſi, & petere abſolutionem, quatenus opus ſit, à Sanctiſſimo D. Papa Leone.

1243 Antonius Puccius in 9. Seſſ. *vniuerſum Eccleſia corpus vni Capiti, hoc eſt, tibi (Leo Pontifex Maxime)*
ſubditum eſſe conſpicitur.

Stephanus Patracenſis Archiepiſcopus in 10. Seſſ. *Quatuor Patriarchales Eccleſia, aliaq́ innumerabiles*
propter illarum hareſes rebellionem contra obedientiam S. Sedis Romana ad manus infidelium deuenerunt. Si-
1244 *quidem in Sede Romana in ſuo Vicario Deus ſibi obedientiam incommutabilem reſeruauerat.*

Carolus Dux Sabaudiæ mittit Oratores ad Concilium Lateran. *Qui obedientiam exhibeant Leoni,*
1245 *tanquam Vicario Chriſti, & B. Petri Apoſtolorum Principis vero Succeſſori.*

Mandatum Patriarcha Maronitarum.

Gratias Deo reuerenter agimus ſub mundiſſimis pedibus Patris noſtri Sāctiſſimi Chriſti Vicarij & D. noſtri
1246 *Papa Leonis decimi, qui vices B. Petri veritatis Petra geris in terris, ſedetq́ ſuper Apoſtolicā Sedem ipſius ſan-*
ctiſſima

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
	Idem Iulius 2.		
1513.	224. Leo 10. Florentinus ſed. an. 9.		

Doctores Catholici.

falſum, tamen contra ſummum Eccleſiæ iudicem id potius pertinaciter defendere, potiuſque ſchiſma facere, & nouam Eccleſiam inſtituere, quàm vt in eo ſe erraſſe fateatur? Ibidem enim fatetur, *ſe adoraſſe Papam, & Eccleſiã Papæ pro vera Eccleſia coluiſſe.* Quæ cùm ita ſint, neceſſe eſt Lutherum ſic apud ſe ſtatuiſſe, vt etiamſi erraret, etiamſi Eccleſiã veram non audiret, tamen potius quàm reuocare aut palinodiam canere vellet, ſe errorem pro veritate amplexurum eſſe, Eccleſiamq́ue nouam, in qua errorẽ ſuum reuocare nõ cogeretur, quæſiturum. Neceſſe eſt, inquam, vt ita concluſerit apud ſe. Verbis ipſe ſuis tenetur, nec effugere poteſt. Nam quòd timet, ne Chriſtus negaretur, quem ſe in Catechiſmo docuiſſe putabat: primùm hoc non fuiſſet factum, ſi reuocaſſet ſuos errores. Deinde etiamſi nollet reuocare, idq́ue verum fuerit quod dicit: nihilominus non iubebat Caietanus, vt ipſe Lutherus omnia ſua damnaret, ſed tantùm dixit, ſe, hoc eſt, Caietanum id eſſe facturum. Quid verò ad Lutherum attinuit, ſi Caietanus etiam Catechiſmi doctrinam damnaſſet? An maluit Lutherus male ipſe facere, quàm vt Caietanus peccaret (fingamus enim, quòd peccaſſet Caietanus) permittere? Nihil ergo dicit Lutherus, quod ipſum ab immoderato ſui amore excuſet. Noluit ſua, nedũ alterius, onera portare: maluitq́ue infinitas turbas in Eccleſia ciere, quàm vt videretur id, quod ignorans docuit, reuocare. Nam quòd poſteà finxit, ipſam Euangelij veritatem ſe in omnibus ſuis opinionibus aſſecutum eſſe: non vidit miſer, ſe per iſtum nimium ſui amorem meruiſſe, vt cæcitate incredibili percuteretur, ac deinceps non niſi in tenebris ambulaſſe, quia modicũ illud lumen, quod ſemel habuit, vt ſaltem verã Eccleſiã coleret, repugnãte primùm conſcientia reprimere, ac vi adhibita reſtinguere ſummis viribus cõtendit. O qualem Magiſtrum Lutherani & Caluiniſtæ in fidei iuſtitia multiſq́ue alijs articulis ſequuntur!

Lutherum fuiſſe elatum & ſuperbum. quod ipſum hæretici animi non paruum eſt ſignum.

d Hæretici præterea (vt apud Apoſtolum videre eſt 2. Timoth. 3.) ſolent eſſe *elati & ſuperbi*, vt & glorientur de ſeipſis, iactabundi, & alios præ ſe contemnant. Superbia enim

d Quantopere, & quàm inaniter ac vanè Lutherus ſeipſum iactet, cùm infinita ſint exempla, ab illis incipiemus, quæ in eius libris extant cõtra Regẽ Angliæ. *Certus* (inquit) *ſum, dogmata mea habere me de cælo. Dogmata mea ſtabũt, &* Papa *cadet. Deus viderit vter primo feſſus defecerit,* Papa, *an Luther⁹.* (Et pòſt.) *Chriſtus mihi ſpiritum ſuppeditabat inſignẽ.* Et iterũ.

ctiſſima benedictionis ſuper nos. Amen. Cogimur in diuinas laudes erumpere, Deoq́; à quo omne bonum, gratiarum actiones indeſinenter agere, qui puriſſimæ S.V. menti illabi dignatus eſt, eamq́; per inſpirationem pulſare, vt nos per ſanctum nuncium ſuum fratrem Ioannem Franciſcũ de Potentia viſitaret. Is enim Fratre Frãciſco Reatino interprete, & viam ſalutis nobis oſtendit, & ſancta documenta reliquit; nempe quomodo ſanctum conficiatur Chriſma, ex puro videlicet oleo, & balſamo, nihilq́; præter hæc immiſcendum: quo etiam tempore aquis ſalutaribus infantes ablui debeant, & ſacro Baptiſmatis fonte renaſci: non ſitq́; quadrageſimus præſtolãdus dies, ſicuti antea erroris tenebris inuoluti præſtolari conſueuimus, ſed in octauo, vel etiam antea ſi neceſſitas
1247 *expoſtulauerit: qua verò ratione, iuxta Patrum & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ inſtituta, matrimonia contrahantur, quæ eadem impediant: ac ſacri quonam pacto conferantur Ordines: quibus etiam verbis in conſecratione Dominici Corporis ac Sanguinis vti debeamus; & quòd Spiritus Sanctus à Patre procedit & Filio, ſicuti ab vnico principio & vnica ſpiratione, & quòd Chriſtianus, qui in hac vita ſufficiẽtem de ſuis peccatis pœnitentiam non egit, ea functus ad quendam (diuina permittente iuſtitia) ducatur locum, qui Purgatorium dicitur, vt ibidem (quouſq́; dignior ſit, cælum aſcendere) maneat, & quòd ſemel ſaltem in anno noſtra proprio ſacerdoti confiteamur peccata, ſanctiſſimũq́; Euchariſtiæ Sacramentũ in Paſchate ſuſcipiamus D.N. Ieſu Chriſti, qui in Sanctorũ*
1248 *Apoſtolorũ Petri & Pauli Natali hoc conſueuerimus adimplere, & vt ſemper, & in omnibus Apoſtolicæ Sedis, ac S.V. eiuſq́; Succeſſorũ ſubmittamur mandatis, præſentibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, nec non Doctoribus noſtris, Cleri ac populi Maioribus, & claro nos docuit eloquio, & dulciter inſtruxit. Nos verò cum prælibato fratre*
1249 *Ioanne Franciſco, quoſdam ex noſtris ad S.V. deſtinamus, ea ducti opinione, vt Patrum inſtituta, ac S.R.E. dogmata addiſcant: & cùm edocti fuerint, ad nos, docturi alios poſtmodum redeant. Interea non paruo afficimur tædio, quoniam ad deoſculandum adorandumq́; Sanctiſſ. S.V. pedes accedere prohibemur, & quæ mente gerimus, fixis in terram poplitibus proprio ore exprimere ipſi nequimus. Vt autem affectui noſtro & voto vtcunque ſatisfaciamus, cum præfato S.V. nuncio fratre Ioanne Franciſco, Oratorem noſtrum Acuri Ioſeph cum Helia, ac Helia Monacho, ad S.V. deſtinandum decreuimus, vt noſtro, ac totius Cleri Maronitarumq́; populi nomine, terram fronte tangens, flexiſq́; genibus Sanctiſſ. S.V. & adoret, & deoſculetur, ac Sãctæ Apoſtolicæ Sedi,*
1250 *coram fratribus veſtris S.R.E. Cardinalibus, S.V. obedientiam præſtet, & fidelitatem iuret, & quòd veraciter S. Sedis Apoſtolicæ, & S.V. ſerui fideles ſumus, demiſſo capite firmiter proteſtetur, Amen, Amen. Quædã verò alia ſupradicto fratri noſtro Ioanni Franciſco reſeruauimus, quem, vt S.V. enarret, ſub Dei atteſtatione adſtrinximus. Eſt enim veluti noſter amabilis frater Benedicti Monaſterij S. Mariæ de Cambin in monte Libano Sancto, ac totius Cleri & Maronitarum populi, ad pedes S.V. ſolicitus procurator. Omnia quidẽ noſtra, & quomodo ſub infidelium deteſtanda ſeruitute, tanquam omni auxilio orbati, infæliciſſimam vitam ducimus, proprijs oculis ipſe conſpexit. Hæc eſt reſponſum paruitatis noſtræ Sanctiſſ. & puriſſimo Patri noſtro. Cuius ſanctas benedictiones miſericors Deus ad nos tranſmittat, Amen, Amen, Amen. Scripta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis 1515. Menſis Februarij die. 14.*

A Tergo.

1251 *Præſentabuntur cum Dei gratia in manus Sanctiſſ. D.N. Leonis, qui ſuper ſanctam Sedem Petri Apoſtoli reſidet pro parte pauperis Diſcipuli ſui Petri Patriarchæ Maronitarum ex monaſterio Camibin in monte Libano ſerui ſeruorum Dei. Quo perlecto, dicti Oratores acceſſerunt ad Sanctiſſ. D.N. & deoſculati ſunt eius beatiſſimos pedes, præſtantes eidem S. D.N. nomine, quo ſuprà, debitam obedientiam & reuerentiam. Qua præſtita, D. Marius de Peruſchis Procurator Concilij, petijt inſtrumentum, & inſtrumenta dicta obedientiæ.*

1252 Iudocus Clicthouæus Neoportuenſis in expoſitione Canonis Miſſæ. *Papa omnium Epiſcoporum, Patriarcharum, & cæterorum Eccleſiæ Patrum ſpiritualium Pater eſt ſupremus atque ſummus.* Debet autẽ ipſius Papæ nomen exprimi nominatim, vt nunc celebrantes *Leonem nominare debent, qui his temporibus Sedi*
1253 *Apoſtolicæ præſidet.*

Iacobus Wimpelingius in Præfatione ad Epitomen rerum Germanicarum, probat, Argentinam, Seletſtadium, cæteraſque Ciuitates à Rheni littore Galliam verſus ſitas tùm ob alias rationes, tùm etiam ob hanc à Germanicis laudibus non excludi, *quoniam Eccleſia Romana inter Germaniæ Metropoles Maguntinam, Treuerenſem & Agrippinam collocauit. Cumq́; ſummus Pontifex* (inquit) *Legatos à latere ad Germa-*
1254 *niam mittit, in his patria quoque noſtra ciuitatibus munus Legationis ſua illi exercent.*

Chriſto-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
			enim velut ramus quidam eſt ex immoderato ſui ipſius amore procreatus.
			c Poſt
1514.	Idem Leo.10.		

❧ *Doctores Catholici.*

Aio ego D. Martinus Lutherus, Domini noſtri Ieſu Chriſti indignus Euangeliſta, quòd hunc articulum, (ſo. a fides ſine vllis operibus iuſtificat apud Deum) ſaluū & incolumē eſſe ſinere debebit Imperator Romanorū, Imperator Turcarū, Imperator Tartarorū, Imperator Perſarū, Papa, Cardinales omnes, Epiſcopi, Sacerdotes, Monachi; Moniales, Reges, Principes, Domini, totus mundus, dæmones vniuerſi: atque inſuper ſine alicuius bona gratia ignem tartareum habebunt in capita ſua. Hic meus eſto Doctoris Lutheri à Spiritu ſancto proficiſcens inſtinctus; germanumq́; ſacroſanctum Euangelium. Et iterum. *Tāta* (inquit) *eſt dignitas mea, quod ad doctrinam & miniſterium mihi diuinitus datum attinet, & quatenus vita ac mores cum illo congruunt, vt nemo vnquàm (præcipuè verò Tyranni) nec patientiam, nec ſubmiſſionem, nec aſſentationē in me experturus ſit. Hoc pacto; velint, nolint, debent me, Deo ſic volente, pium ſanctumq́; Dei organum agnoſcere.*

Quid quòd in Ep.2. ad Leonē 10. *Carolus* (inquit) *Miltitius Beatitudinis tuæ nūcius curſans & recurſans; vix tandē etiā auxilio Friderici Electoris effecit, vt ſemel & iterū familiariter mecū loqueretur.* Qui verſati ſunt in Hiſtorijs Eccleſiaſticis, facilè vidēt, Romani Pontificis nuncium à nullo vnquàm Imperatore aut Rege tā ſuperbè contemptū fuiſſe, quàm à Luthero.

Idem Tom.1. in Præfatione ad propoſitiones ſuas de viribus hominis, nullius miraculi patrator, tamē petit, vt *ne quis exiſtimet de illo ſupra id, quod in illo videt: & eum fuiſſe hominē, & eſſe, nihil dubitet.* Timebat nequiſsimus Apoſtata, ne velut Deus haberetur. Et in præfatione ad Tractatū de excōmunicatione, ſeipſum vocat *Chriſtum. Mei* (inquit) *ſtudij erit, omnibus viribus ſudare, vt Chriſtus* (hoc eſt, Lutherus) *Chriſtum* (Ieſum) *Chriſto* (id eſt, Diſcipulis ſuis) *annunciet.* Iā verò inter Apoſtolos ſuos vnū *Zuinglium* vocat *Iudā ſuū.* Satanas enim, qui operabatur in Luthero, cupit ſe modò *Euangeliſtam*, modò *ſanctum Organū*, modò *Chriſtum* dici, ac interdum etiā *Deū videri*: ſubmittere autem ſe cuiquā, nullo modo in animū inducit. Vnde per miniſtrū ſuū Lutherū ita Regē Angliæ ad finē operis alloquitur: *Neq; ego quæro, quid Ambroſius, Auguſtinus, Concilia, & vſus ſeculorum dicunt: nec fuit opus mihi Hērico Rege Magiſtro, qui me hæc doceret, qui adeo pulchrè ea nouerā, vt etiā impugnarim.* Sed quid ago? Oīa ſcripta Lutheri pleniſsima ſunt iſtiuſmodi portentorū, quæ nihil niſi elationē, ſuperbiā, & arrogantiam ſonāt. Et certè hæc permagna eſt hæreſeos nota. Diſcipuli enim Chriſti diſcunt ab illo, quòd humilis fuit & mitis corde; qui etiam ait Matth. 5. *Beati Pauperes ſpiritu.*

Chriſtophorus Longolius in Oratione ad Lutheranos. Obſecro, viri optimi, quale vobis ſpectaculū
illud viſum eſt, cùm Martinum Lutherum in Reipublicæ Principes nominatim aperteque incurren-
1255 tem, cùm *tot ſummorum Pontificum Decreta, tot populi Chriſtiani ſcita*, furioſè & impiè comburentem in-
tueremini? Breuiter cùm illum inflammato ore, ardentibus oculis, *Pontifici Maximo ſacris interdicen-
tem* audiretis? (Et poſt.) Quis Neſtorio quodam tempore vulgo gratioſior? Quis Ario aliquando etiā
potentior? Quis Dioſcoro popularior? Cæterarum factionum Duces floruerunt quondam opibus, flo-
ruerunt artibus, viguerunt ingenio, eloquentia, induſtria. Iacuerunt tamen ad extremum omnes, obſo-
letiſque & extinctis tandem eorum partibus, recuperauit ius ſuum Reſpublica: atque ita recuperauit,
1256 vt *ſummi Pontificis & ampliſsimi Collegij Decreta*, quanquàm minimè omnium popularia, ſed ſeuera &
improbis triſtia, valerent tamen, eamque inter mortales omnes, quam etiam nunc habent, authoritatem
aſſequerentur & obtinerent.

Ioannes Lupus de libertate Eccleſiaſtica, lib. 6. *Romanam Eccleſiam Saluator ipſe fundauit, & ſupra
1256 Petram fidei mox naſcentis erexit. Et ſic Romana Eccleſia non habet maculam neque rugam, ideo dicitur Catho-
lica, & Caput aliarum Eccleſiarum.*

1256 Ioannes Randeus in Tractat. de formulis Diſpenſationum: *Papa tenet locum B. Petri, & eſt Vica-
rius Ieſu Chriſti.*

1256 Petrus Bertrandus de origine Iuriſdictionum, q. 4. *Omnis humana creatura ſubeſt Papa, & ſic pote-
ſtati ſpirituali.*

1257 Ioannes Reuclin ſiue Capnion in fine trium librorum de arte Cabaliſtica, Leonem Papam (cui
eos libros dedicauerat) ita alloquitur. *Totum hunc librum tua ſubijcio authoritati, cuius in arbitrium collata
eſt totius mundi cenſura.*

Martinus Lutherus cùm an. D. 1517. certas concluſiones de Pœnitentia & pœnarum remiſsionibus
ſeu Indulgentijs edidiſſet (ex quibus ortum eſt illud incendium, quo poſtea orbis Chriſtianus confla-
grauit) tam longè ab omni Spiritus ſancti gratia & dono aberat, vt in maximis rebus nihil conſtanter
ab initio crederet, ſed potius hæſitaret, *ſimiliſq; eſſet fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur.*
Nam ex vna parte & Primatum Pontificis Romani, velut rem certiſsimā, itemq; Purgatoriū agnouit:
& ex altera, de modo pœnitendi aut remittēdi pœnas tùm in hac vita, tùm in futura, partim dubitauit,
partim impiè ſenſit. Sequēte verò anno, qui fuit 1518. idem Lutherus edidit priorū ſuarū diſputationum
quaſdam reſolutiones, quas Leoni Decimo Pontifici Maximo dedicauit, vbi Epiſtolam ſuam ita clau-
dit. *Quare, Beatiſsime Pater, proſtratum me pedibus tuæ B. offero, cum omnibus, quæ ſum, & habeo. Viuifica, oc-
1258 cide, voca, reuoca, approba, reproba: vocem tuam, vocem Chriſti in te præſidentis & loquentis agnoſcam.*

Idem Lutherus an. D. 1519. Reſolutiones de alijs Propoſitionibus edidit, in quarum vna (quæ erat de-
cima tertia) tractat nominatim de Pontificis Romani Primatu. Et quanquàm (vt ſolus videatur ſapere)
neget, Romani Pontificis Primatum illis rationibus probari, quas alij hactenus attulerunt: tamen ipſe
ſex nouas rationes proponit, quibus idem Primatus fortiſsimè ſtabiliatur. Hæc autem eius verba ſunt.
1259 *Primum quod me mouet, Romanum Pontificem eſſe alijs omnibus (quos ſaltem nouerimus ſe Pontifices gerere)
ſuperiorem, eſt ipſa voluntas Dei, quam in ipſo facto videmus. Neque enim ſine voluntate Dei, in hanc monar-
1260 chiam vnquàm venire potuiſſet Romanus Pontifex. At voluntas Dei quaqua modo nota fuerit, cum reuerentia
ſuſcipienda eſt, ideoq; non licet temerè Romano Pontifici in ſuo Primatu reſiſtere. Hæc autem ratio tanta eſt, vt
ſi etiam nulla Scriptura, nulla alia cauſa eſſet, hæc tamen ſatis eſſet ad compeſcendam temeritatem reſiſtentium.
Et hac ſola ratione glorioſiſsimus Martyr Cyprianus per multas Epiſtolas confidentiſsimè gloriatur contra om-
nes Epiſcoporum quorumcunque aduerſarios, ſicut 3. Reg. legimus, quòd decem Tribus Iſrael diſceſſerunt à Ro-
boam filio Salomonis, & tamen quia voluntate Dei ſine authoritate factum eſt, ratum apud Deum fuit. Ideo
1261 non video, quomodo ſint excuſati à ſchiſmatis reatu, qui huic volūtati contrauenientes, ſeſe à Romani Potificis
1262 authoritate ſubtrahunt. Ecce hæc eſt vna prima mihi inſuperabilis ratio, quæ me ſubijcit Romano Pontifici, &
primatum eius cōfiteri cogit.* Hactenus Lutherus. Secūda ratio eiuſdē Lutheri eſt, quia *cedēdum potius eſt,
1263* (iuxta Chriſti præceptum in 5. c. Matthæi) *aduerſario* (id eſt, Romano Pontifici, vt ſibi cedatur, exigēti)
quàm vt vnitas, charitas, & humilitas diſſoluatur. Ideo (inquit) *non dubito, peccare eos, qui in diſſenſionem ſeſe
1264 tradūt.* Tertia Lutheri ratio eſt: *Si propter peccata noſtra nos Deus voluerit premere multis Principibus (ſicut
in Prouerbijs dicit Salomon) nunquid reſiſtendum eſt flagello Dei?* Quarta Lutheri ratio: *Apoſtolus Rom. 13.
1265 clarè aſſerit, nullam poteſtatem nec eſſe quidem poſſe, niſi à Deo. Cùm autem Romani Pontificis poteſtas iam ſit
robuſtiſsimè ſtabilita, vt videmus: certe non oportet Dei ordinationem hanc impugnare.* Quinta Lutheri ratio:
1266 *Cùm arbitremur* (inquit) *Romani Pōtificis poteſtatem humano decreto ſtatutam, & ordināte Deo ſic roboratam:
ſine crimine non eſt (iuxta verba 1. Pet. 2.) qui ſeſe ſuæ authoritate ſubduxerit.* Sexta Lutheri ratio hæc eſt:

Ad hoc,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceßio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
	Idem	
1515.	Leo.10.	

☞ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

e Poſt ſui amorem & ſuperbiam, Apoſtolus 2. Timoth. 3. blaſphemiam adiūgit: quò ſignificet, amorem illum ſui, quem hæreticus habet, adeo non eſſe diuinitus datum, vt potius erigat ſe contra Deum, & in blaſphemiam erumpat.

f Non minima etiam hæreſis cauſa eſt inuidia, ira & odiū. Qui enim his peccatis implicantur, ex his ſunt, quos Apoſtolus (2. Timoth. 3.) appellat *ſine affectione* (ſeu fœdere) *ſine pace, criminatores, incontinentes* (hoc eſt, qui nō refrænant irā) *immites, ſine benignitate, proditores, protervos, tumidos.*

☙ *Doctores Catholici.*

Lutherum ſpiritu blaſphemiæ repletum fuiſſe.

e Lutherus in Præfatione primi Tomi operū ſuorum: *Ego* (inquit) *non amabam, imò odiebam iuſtum & punientem peccatores Deum, tacitaq; ſi non blaſphemia, certè ingenti murmuratione indignabar.* (Et poſt) *Furebam ſæua & perturbata conſcientia.* & quæ ſequūtur. Si hæc non eſt blaſphemia, equidē neſcio, quid appellem blaſphemiam, aut quid eo nomine accipi debeat. *Non amabam* (inquit) *Deum.* Parum hoc ei viſum eſt. *Imò* (inquit) *odiebam* quem tandem? Deū. Quid? Creatorem tuum? At fortè putaueras, illum potuiſſe iniuſtum eſſe. *Oderam* (inquit) *iuſtum, & peccatores punientem.* Itàne? Oderas iuſtum Deū? Imprudens, opinor, id feciſti, odio quodam occulto, quod ipſe non intellexeras. *Imò* (inquit) *ſi non tacita blaſphemia* (fortè igitur, te ipſo authore, etiam *tacita blaſphemia*) *certe ingenti murmuratione indignabar, atque adeo furebā ſæuа & perturbata conſcientia.* O mōſtrum hominis, qui non didicerat illud mite verbum Heli Sacerdotis 1. Reg. 3. *Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat.* Nec refert, qua occaſione Lutherus hæc dixerit. Nulla enim poteſt ſatis iuſta cauſa interuenire, ob quam Deus, etiam vt iuſtus eſt, odio haberi, & ingens murmuratio contra illum commoueri debeat. Idem Lutherus cùm in diſputatione Lipſica (vt eſt apud Cocleum in actis Lutheri) à Conciliarijs Ducis Georgij admoneretur, vt nihil per iram, ſed omnia modeſtè ageret: *Non propter Deum* (inquit) *hæc res cœpta eſt, neq; propter Deum finietur.* Quam blaſphemiā ſe ex ore Lutheri audiſſe, Hieronymus Emſerus ſcripſit. Meritò igitur Lutherus ob hunc blaſphemiæ ſpiritum in hæreſim præceps ferri permiſſus eſt.

Lutherum inuidiæ atque odij ſtimulis agitatum non potuiſſe cernere veritatem.

f Lutherum inuidia præcipuè commotum fuiſſe, vt has turbas excitaret, illud ſatis apertè probat, quòd tunc demum conciones habuit, & propoſitiones contra Indulgentias edidit, quando Indulgentiarū prædicatio nō Auguſtinianis (quod illi expectabāt) verùm *Ioanni Tetzelio Dominicano* commiſſa eſt. Hinc etiam paſsim tot contumelias in *Thomiſtas* euomit: hinc ſæpiſsimè teſtatur, ſe *caſu non volūtate in has turbas dilapſum.* Quo caſu? Niſi quòd occaſiones captauit, quibus detraheret Ioanni Tetzelio, illiſq; Indulgentijs, quas de ſuis ac ſui Ordinis manibus eripi dolebat. Nam alioqui tùm in Ep. ad Archiep. Moguntiñ. tùm in Præfat. ad propoſit. ſuas de

1267 *Ad hoc* (inquit) *facit vnus ille conſenſus omnium fidelium, qui hodiè ſub Romano Pontifice ſunt.* (Et pòſt.) *An*
poſsibile (inquit) *eſt, Chriſtum non eſſe inter tot ac tantos Chriſtianos? Si autem Chriſtus ibi eſt, & Chriſtiani: cū*
Chriſto & Chriſtianis ſtandum eſt in quacunque re, quæ contra Dei præcepta non fuerit. Hæc, inquam, ratio ſat-
tis eſt & inſolubilis: & ex ijs poſſunt alia multa formari. Quis huc poteſt vniuerſa Scriptura duci, quæ vbique
1268 *charitatem, humilitatem, vnitatem ſpiritus, & timorem Dei commendet, non violandas eſſe pro vlla re mundi,*
ni dum pro vnius Pontificatu vel Primatu, etiamſi ſolo iure humano eſſet inſtitutus. Hæc Lutherus.

§ Nunc mihi perpendat prudens Lector, has ſex rationes à Luthero in verbo Dei fundatas eſſe. Perpendat nihilominus, eundem poſtea diſceſsiſſe ab eiuſdem Romani Pontificis, atque adeo totius Eccleſiæ vnitate atque obedientia. Si poſteriora eius facta & conſilia magis alicui probantur, is animaduertat, Lutherū non fuiſſe præditum ſpiritu Dei eo tempore, quo ſuū hoc ſchiſma incepit. Nam idem Dei ſpiritus nunquàm duas res contrarias docet. Lutherus verò poſt inchoatum Schiſma ſuum docuit iſta duo: *quòd non oportet ſe à Romani Pontificis authoritate ſubtrahere:* (nam & hæc ipſa eius verba ſunt) *& quòd omnino oportet, ſe à Romani Pontificis authoritate velut ab Antichriſto ipſa ſubtrahere.* Et hoc poſterius facto ſuo confirmauit. Ipſe enim, qui fatebatur, Romani Pontificis poteſtatem neceſſariò eſſe à Deo, tamen illam ipſam poteſtatem & contempſit, & ſcriptis ſuis oppugnauit: imò eundem primatum à diabulo fundatum eſſe dixit. Si errauit Lutherus, cùm diceret, fœdiſsimum crimen, imò ſchiſmaticum crimen eſſe, vt quis Romani Pontificis Primatui reſiſteret: idem ſciat, iam tunc eum, imò & bienio antea ſuas illas diſputationes propoſuiſſe, vnde omnis, quæ ſecuta eſt, Lutherana congregatio & ſecta originem ſuam traxit. Lutherana igitur hæreſis tūc fundata eſt, cùm ſpiritus mēdacij (vt ſaltē Pſeudoeuangelici rem accipere coguntur) regnaret in Luthero. Quis verò Prophetarum & Apoſtolorum iſto modo in initio ſuæ prædicationis hæreſim ſcripto publicè edidit, & ex verbo Dei confirmare conatus eſt? Quæcunque igitur ſit vera fides: impoſsibile eſt, doctrinam Lutheri à Spiritu Sancto inceptam ac ſtabilitam fuiſſe. Nam ſi Romanæ Eccleſiæ fides vera eſt, (vt certè eſt veriſsima) Lutherus in cauſa Indulgentiarum atque in alijs pluribus Articulis eam oppugnauit. Quòd ſi fides Eccleſiæ Romanæ (quam D. Paulus propheticè dixit *in vniuerſo mundo annunciari*, quæque authore Hieronymo *mutari non potuit*) falſa eſſe potuiſſet: tamen Lutherus eam confirmauit, quia docuit, Primatum Romani Pontificis ſecundùm Prophetarū & Apoſtolorū verba omnino agnoſcendū eſſe. Porrò niſi obedias ei doctrinæ, quā primus Paſtor Eccleſiæ prædicat, neceſſe eſt, te huic Primatui reſiſtere, atq; ita ſchiſmaticū eſſe, quod Lutherus ipſe *fœdiſsimū crimen* appellat. Qui ergo tale initiū Lutheranicæ doctrinæ perpēdit, is facilè videbit, eam in mendacio & leuitate fundatam, non potuiſſe deinceps à Spiritu Sancto exædificari & compleri. Cùm reliqua igitur ædificatio Lutheranica primo fundamento reſpondeat: neceſſariò tota leuis, inconſtans, & errorum plena eſt. Nam hoc in vniuerſum obſeruari poteſt, Prophetas Dei mox ab initio prædicationis ſuæ, maximis donis & miraculis fuiſſe alijs hominibus commendatos. Sic ignis cœleſtis holocauſtum Abelis inflāmans, Abraham ſecundùm traditionē Iudæorū per miraculū ex Vr Chaldæorū, id eſt, ex incendio eductus, Moyſes & Aaron miracula operantes in Ægypto, Chriſtus, dum Baptizaretur, è cœlo teſtimonium accipiens, Apoſtoli varijs linguis loquentes doctrinā Dei mundo probauerunt. At nunc Lutherus mendacem ſe in ipſo initio Prophetiæ ſuæ fatetur, & ideo ſe filium diaboli eſſe demonſtrat.

Iaſon de Maino Mediolanenſis Iuriſcōſultus & Orator ſummus ad L. Qui Romæ, § Seia. in Pande-
1269 ctis de verb. oblig. *Papa eſt omnium ordinarius. Item eſt Pater Patrum, & concurrit cum omni Prælato in iu-*
1270 *riſdictione. Item* ad L. Duo Iudices, ff. de re iudicata. *Papa à nullo dependet, contra quem nullus eſt ſuperior.*

Ioannes Tetzelius in ſuis poſitionibus Francofordiæ ad Oderam editis, an. Dom. 1517. *Docendi ſunt*
Chriſtiani, ex quo in Eccleſia poteſtas Papæ eſt ſuprema, & à ſolo Deo inſtituta, quòd à nullo puro homine, nec à
1271 *toto ſimul mundo poteſt reſtringi, aut ampliari, ſed iuriſdictionis authoritate ſuperior eſt tota vniuerſali Eccleſia*
1272 *& Concilia: quódq; iudiciū Papæ in his, quæ ſunt fidei, & ad humanā ſalutē neceſſaria, de cuſentēſiando errare*
nō poteſt, quodq; Claues Eccleſiæ, nō vniuerſali Eccleſiæ, quæ dicitur omniū fideliū collectio, ſed Petro & Papæ,
& in eis, omnibus eorū Succeſſoribus, & vniuerſis Prælatis futuris per deriuationem eorū in ipſos, ſunt collata.

Silueſter Prierias in Epitome reſponſionis ad Lutherum, lib. 1. *Quòd Eccleſia militans ſit Chriſti Mo-*
narchia & Hierarchia, in qua Petrus fuerit, & nunc Romanus Pontifex ſit Hierarcha primus & ſummus, &
1273 *Iudex à nemine mortalium iudicandus, quodq; vt Papa vel Caput, id eſt, ſi vtatur auxilio membrorū, & faciat*
bona fide, quod in ſe eſt, quò intelligat veritatem, de fide & moribus decernendo errare nequit, licet vt ſin-
1274 *gularis perſona poſsit male operari, & male credere. Quòd ſi in materia fidei inter Papam & Concilium eſſet*
diſsidiū, ſi quidem iam res eſſet deciſa per iudicium irrefragabile Spiritus ſancti, illi ſtandum eſſet, qui pro ſe
haberet illam deciſionem. Si verò res decidenda eſſet, ſtandum eſſet Pontifici bona fide & maturo conſilio pro-
1275 *cedenti: quia Concilium ſine Papa non habet irrefragabile iudicium.*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	Hæretici & Pſeudo-prophetæ.
1516.	Idem Leo 10.		g • Qui ſeipſum ita amat, vt nec Deo quidē parcat: eum neceſſe eſt ſuas voluptates magis amare, quàm Deum. Itaque D. Paulus 2. Timoth. 3. hæreticos ait *voluptatum amatores magis eſſe, quàm Dei.* h Chriſtus

Doctores Catholici.

viribus hominis) fatetur, *ſe non diſputaſſe, vt Indulgentias tolleret.* Inuidia igitur præbuit huic ſchiſmati occaſionem. Deinde ſubſecuta eſt ira in omnes quidem aduerſarios, maximè in eos, qui iuſtè damnabāt ipſum, & à quibus ſibi timebat, vtpote in Epiſcopos tùm alios, tùm præcipuè Romanum. Quæ ira in tantum odium tandem excreuit, vt (Tom. 7. in farragine Epiſtolarum eius) ita ab ipſo ſcriptum ſit. *M. Lutherus Eccleſiaſtes & Euangeliſta Witenbergēſis amicis & Chriſtianis Argentinæ. Hoc diffiteri non poſſum, nec volo, quòd, ſi Caroloſtadius, aut alius quiſpiam ante quinquennium mihi perſuadere potuiſſet, in Sacramento præter panem & vinum eſſe nihil, ille magno beneficio me ſibi deuinctū reddidiſſet. Grauibus enim curis anxius, in hac excutienda materia multum deſudabam, omnibus neruis extenſis, me extricare, & expedire conatus ſum, cum probè perſpiciebam, hac re Papatui cum primis me valde incommodare poſſe.* Hinc apertè liquet, Lutherum ſummis viribus ea expetiiſſe, per quæ poſſet Papatui incommodum aliquod afferre. Nónne hoc propoſitum ab odio in Papatum concepto profectum eſt? Cùm igitur verum ſit, quod ille dixerit,

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum:

quis nōn videt, inuidiam & odium Lutheri oculis mirandas tenebras offudiſſe, quò minus veritatem fidei Catholicæ perſpicere poſſet?

Lutherum fuiſſe voluptatum amatorem magis, quàm Dei: & ideo religionem, quam inuitus ſuſcepit, ſpontè deſeruit.

g Lutherus quanquam fateatur, cœlibatum eſſe conſilium Euangelicum (apud Roffenſem articulo 30.) nec poſsit negare, quin vouerit cœlibatum, quando monachum ſolenni ritu ſe profeſſus eſt: debeatq; reddi, quod Domino vouetur, Deuteronomij c. 23. ac manifeſtè in Euangelio legatur (Matth. 19.) *eſſe quoddam Eunuchorum genus, quod ſe caſtrat propter Regnum cœlorum*: nec id poſsit aliter euenire, præterquàm ſi quis per votum efficiat, vt iure ipſo tam impoſsibile ei ſit filios legitimos generare, quàm impoſsibile per naturam eſt, vt natus Eunuchus filios omnino generet: tamē contra expreſſam Euangelij ſententiam, contra votum ſuum ſolenne, & mulierem in vxoris locum accepit, eamque etiam ſolenni ritu Chriſto dedicatam, & ex ea filios generauit: vtique *voluptatum amator, magis quàm Dei,* cui promiſit, imò & vouit, ſe aliter facturum: nec præſtitit fidē, quam dedit. Et quomodo eam fidem

rectè

Lutherus cùm à Cardinali Caietano citatus Auguſtam veniſſet,atque ex mandato Papæ(vt in actis
Lutheri Coclæus ſcribit)iuſſus eſſet errores præteritos reuocare,ab eiſdem in futuro abſtinere,& pa-
cem Eccleſiæ non perturbare,paſt deliberandi tempus impetratum,altera die reuerſus,cùm adeſſent quatuor
viri ex ordine Procerum,& Conſiliariorum Cæſaris,vt omnem hæreſeos ſuſpicionem è mentibus illorum tolle-
ret,coram Legato perſonaliter proteſtationem ſuam in hæc verba ſcriptam ex ſcheda,quam in manibus tenebat
1276 egit,ac recitauit: Ego Frater Martinus Luther Auguſtinianus proteſtor,me colere ac ſequi Sanctam Roma-
nam Eccleſiam in omnibus meis dictis & factis,præſentibus,præteritis & futuris. Quòd ſi quid contrà,vel ali-
ter dictum fuit,vel fuerit,pro non dicto haberi & habere volo.

Idem Lutherus in diſputatione Lipſica cùm Eckius ei obijceret,quòd ex verbis ſuis ſuſpectus habe-
retur fautor Bohemorum: Nunquàm(inquit) mihi placuit,nec in æternum placebit,quodcunque ſchiſma ini-
que faciunt Boheimi, quòd ſe authoritate propria ſeparant à noſtra vnitate , etiamſi ius diuinum pro eis ſtaret,
cùm ſupremum ius diuinum ſit Charitas & vnitas ſpiritus.Petebat igitur ab Eckio,ne vellit impingere tantam
contumeliam,vt eum Bohemum faceret,quia ſemper ſibi inuiſi fuiſſent, ideo, quia ab vnitate diſſentiant.

1277 Ioannes Eckius tres libros de Primatu Petri & Romani Pontificis ad Leonem decimum inſcripſit.
Idem præterea in Enchiridio locorum communium poſt multas authoritates ex Scripturis ſacris de
Primatu Petri adductas,tandem ait: Nullus ſanctorum Martyrum ſubtraxit ſe ab obedientia Petri & Suc-
1278 ceſſorum eius,vbi, & quando oportebat. Fallitur(inquit) hæreticus,quòd,ſi Papa ſit ſupremus, oporteat omnes
Epiſcopos ab eo confirmari.(Et pòſt.) Suſcipimus omnes authoritatem Eccleſiæ, in Apoſtolica Sede Romana
1279 relucentem,quum eam in rebus arduis fides conſuluerit Hieronymus ex Aſia ad Damaſum , Auguſtinus ex
Aphrica ad Innocentium,& Bonifacium,ac Cyprianus ad Cornelium,Athanaſius ex Ægypto ad Marcum, &
Iulium, Ambroſius ex Italia ad Syricium.

Eraſmi ſententia de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Eraſmus Roterodamus,etſi opinione ſcientiæ,ac præcipuè linguarum in illo rudiore ſeculo inflatus
multa temerè ſcripſit, quæ Dei Eccleſiam non ædificabant, temeritatemque ſuam ipſe in reſponſione
ſua ad Albertum Pium vltrò agnoſcat,dicens, Quicquid edo,abortus verius eſt, quàm partus, ob eamque
cauſam à viris doctis & Catholicis admonitus ſeipſum corrigere, ac interpretationem verborum ſuo-
rum benigniorem efflagitare coactus ſit:tamen eò vſque non eſt progreſſus, vt Eccleſiam Catholicam,
Succeſsiones Epiſcoporum,aut Pontificis Romani communionem ſibi deſerendam vllo modo eſſe ar-
bitraretur. Ac primùm in ſcholijs ſuis ad Epiſtolam Hieronymi,quam ille ad Damaſum ſcripſit,fatetur,
Epiſcopum Romanum ex mente Hieronymi tùm D.Petri ſucceſſorem eſſe,tùm Crucifixi,hoc eſt,Chriſti
1250 vices gerere . Deinde addit: Eccleſia ædificata eſt,non ſuper Romam, vt arbitror(nam fieri poteſt , vt Roma
quoque degeneret)ſed ſuper eam fidem, quam Petrus profeſſus eſt , & quam hactenus Romana quoque ſeruauit
Eccleſia,qua non alia minus laborauit hæreſibus . Hæc Eraſmus . Si Romana Eccleſia fidem,quam Petrus
profeſſus eſt,hactenus ſeruauit: non opus fuit dicere, nullam aliam Eccleſiam minus laboraſſe hæreſi-
bus,ſed prorſus efficitur, vt Eccleſia Romana nullis laborârit hæreſibus.Petri enim fides(vtpote quam
Deus ei reuelauit)integra & perfecta,nullam hæreſim ferre poterat.Sed Eraſmus in more habuit,ora-
tionem ſuam ita moderari, vt neminem,quò ad poſſet,offenderet,plurimis verò placeret. Illud certum
eſt, Eraſmum voluiſſe in ea Eccleſia manere,quam Apoſtolicam & maximè ſynceram iudicaſſet. Fa-
tetur autem, non aliam Eccleſiam minus laboraſſe hæreſibus , quàm Romanam, & eam hactenus Petri fidem
ſeruaſſe . Romanæ igitur Eccleſiæ membrum eſſe voluit,ac non Lutheranæ, quam mox ab initio gra-
uiſsimè erraſſe & vidit, & in Epiſtola ad fratres inferioris Germaniæ queſtus eſt. Sed pergamus ad re-
liqua. Hieronymus:(inquit Eraſmus ibidem) omnino videtur ſentire,omnes Eccleſias debere ſubeſſe Romanæ
Sedi,aut certè ab hac non alienas,quæ peculiariter hoc Apoſtolo gloriatur, qui inter Apoſtolos primas tenuit,
1281 & ſic eſt orthodoxa, vt ſit orthodoxorum prima dignitate.Fatetur igitur,Eccleſiam Romanam dignitate pri-
mam eſſe.Idem in Spongia aduerſus Huttenum.Non indixi bellum Romano Pontifici,nõ profeſſus ſum me
1282 protectorem Lutheranæ factionis.Et iterum.Conſtat,Græciam in Romani Pontificis poteſtatem conceßiſſe. Et
ſi Principatus Pontificis non eſſet à Chriſto , tamen expediret vnũ eſſe , qui cæteris authoritate præmineret.
1283 Chriſtum agnoſco,Lutherum non agnoſco,Eccleſiam Romanam agnoſco.(Et pòſt.) Quod aduerſetur dignitati
Sedis Romanæ,certo certius habeto,non eſſe profectum ab Eraſmo,quocunque titulo circumferatur.

Idem Eraſmus in fine Annotationum ad priorem Petri Epiſtolam: Friuolum (inquit) eſt,quod qui-
1284 dam cauillantur,vacillare Principatum Romanæ Sedis ,ſi Petrus hanc Epiſtolam ſcripſit Babylone : quaſi fieri
non potuerit, vt Petrus hæc ſcribens egerit Babylone,ac poſtea Romæ ſederit. Ecce Principatum Romanæ Se-
dis agnoſcit.

Idem

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceßio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	Doctores Catholici.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
	Idem	
1516.	Leo.10.	Carolus 5.

☞ *Hæretici & Pſeudo-propheta.*

Doctores Catholici.

rectè præſtaret, quam non ſua ſponte velut filius Deum timens atque amans, ſed inuitus & coactus dedit, velut improbus ſeruus, qui tantùm timore pœnæ, vt quicquam agat, adducitur? Itaque Lutherus ipſe in Præfatione ad Tractatum de votis monaſticis: *Neque* (inquit) *libens & cupiens fiebam monachus: ſed terrore & agone mortis ſubitò circumuallatus, voui coactum & neceſſarium votum.* Hæc ille. Vt autem ea verba melius intelligantur, ſciendum eſt, Lutheri ſodalem ſubitò vi quapiam cœlitus immiſſa, fuiſſe interfectum, id quod Philippus Melancthon in Præfatione 2. Tomi operum Lutheri non diſsimulat: ab eaq; die, Philippus ibidem dicit, *Lutherum attentius de ira Dei & mirandis pœnarum exemplis cogitaſſe.* Ob ſolum igitur metum ſeruilē Lutherus impulſus eſt, vt vitam meliorem profiteretur, ne alioqui Deus illum quoque ſubitò interficeret. Cùm ergo ſolus filius hæres ſit, ſeruus autem non maneat in domo Dei in æternum: quis miretur, ſi Lutherus è domo Dei, hoc eſt, ex Eccleſia Catholica eiectus ſit, cùm nihil ſe aliud, quàm ingratiſsimum mancipium etiam eo tempore oſtenderit, quo Deus illum per ſodalis ſui interfectionē, ad officium miſericordiſsimè inuitauit?

Lutherum fuiſſe infidelem, vt qui diu de notiſsimis fidei articulis ſeſe dubitaſſe, confitetur.

b Chriſtus D. Thomam de reſurrectione ſua dubitantē (Ioan.20.) appellat incredulum, dicens: Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Itemq; Apoſtolus Rom.2. Abrahæ fidem laudās: *Nō hæſitauit* (inquit) *diffidētia, ſed confortatus eſt fide.* Hæſitans ergo in tali cauſa fidei, quæ obſcura & inuoluta non ſit, vel iam infidelis eſt, quia non aſſentitur perſpicuæ veritati: vel certè mox infidelis fiet, ſi paulò contumacius permanſerit in ſua hæſitatione. Ipſa enim hæſitatio, dū iudicem ſe in re ad Deum pertinente, omnemq; humanam rationem ſuperante, conſtituit, meretur eā pœnam

b Lutherus Tom.1. in Præfatione ad propoſitiones ſuas de viribus hominis, apertè oſtendit, ſe in multis hæſitaſſe ab initio. *Vnus eram, & per imprudentiam in iſtam cauſam lapſus, cùm nā liceret referre pedem, in multis & magnis articulis Papæ nō ſolùm cedebam, ſed vltrò etiam adorabā: Quā & qualia cor meū illo primo & ſecūdo anno paſſum fuerit, quātaq; fuerit in ea tū nō ficta humilitas, ac penè deſperatio: ah quàm parū norunt illi, qui poſtea vulneratam Pontificis Maieſtatem cœperūnt ſuperbiſsimè inuadere? Ego verò dum illi ſpectatores eſſent, & vnum me ſinebant periclitari, tam lætus cōfidens & certus non fui: Multa enim ignorabam, quæ nunc ſcio. Denique de Indulgentijs quid eſſent, prorſus nihil ſciebam:* & Certus ergo non fuit, neque de iis quidem, quæ docebat è cathedra, imò de quibus populo auſus eſt prædicare. Miramur nūc, ſi pertinax hæſitatio in hæreſim cōuerſa eſt? Nihil vnquàm ipſa Eccleſia illuſtrius cuiquam Chriſtiano eſſe potuit. Illam enim omnes profitentur in Symbolo. Illi etiā denunciari debet, quiſquis peccat in fratres. *Eccleſiam verò ſi quis non audierit, debet nobis eſſe tanquā Ethnicus & Publicanus.* Cùm illa in verbo Dei au-

 diendo,

Idem Eraſmus in reſponſione ad exhortationem Alberti Pij Carporum Principis: *Tot* (inquit) *ſcriptis*
1285 *tribuo Romano Pontifici totius Eccleſiæ Primatum frementibus cunctis, qui Romano Pontifici male volunt.*
Ego apud Luterũ non alio nomine petis audio, quàm quòd vbique ſartam tectam volo Pontificis authoritatem.
Et iterum: *Nos toto pectore agnoſcimus Epiſcopi Romani Primatum, præſertim in ſpiritualibus.*

Denique præterquam quòd in Præfatione ad Arnobij Commentarios in Pſalterium, declarat, *Ar-*
nobium Eccleſiæ Romanæ hoc honoris videri deferre, vt extra Eccleſiam Catholicam ſit, qui ſit ab hac alienus:
etiam in eadem Epiſtola, quam ad Adrianum ſextum ſcribit, *Orbi Chriſtiano gratulabor* (inquit) *ſi, quod fo-*
re confidimus, ita tractaris munus iſtud Apoſtolicum, vt mundus intelligat tandem, Romæ contigiſſe Pontifi-
cem, qui Chriſti Vicarium ſic gerat, vt orbis ſentiat Chriſti ſpiritum in illo verſantem. Neque grauatim agno-
1286 *ſcet populus Apoſtolicam poteſtatem, ſi ſenſerit Apoſtolicam pietatem.*

❧ *Alberti Pij fides & ſententia de Romana Eccleſiæ Primatu.*

Albertus Pius Carporum Princeps in reſponſione ad primam Eraſmi Epiſtolam. *Cùm diuina lege*
(etſi priſca) Summum Sacerdotium inſtitutum ſit, nouaq́ non fuerit improbatum: etſi ea expreſſè ſancitum eſſe
1287 *non conſtaret, at certè illius imitatione vel exemplo à populo Chriſtiano videretur eſſe conſtituendum. præſertim*
ſi comperiatur, eaſdem rationes illius conſtituendi Chriſtianis eſſe, quæ Iudæis fuerint, quarum non minima
cenſenda eſt, quæ in Deuteronomio habetur, vt conſtitueretur Iudex, qui valeret definire, quæ in controuerſiam
veniſſent, & quarum magis ambiguum & difficilius eſſet iudicium, cuius ſententia tam rata eſſet, vt ab ea pro-
uocari non liceret, & alia quàm plurima. Præterea, vt rectè ſit Reſpublica conſtituta, ſitq́ in ea ordo congruus,
& nulla confuſio. Cùm igitur tam conſentaneum rationi ſit, vt ſi non eſſet ſancitum, tamen ſanciri debuiſſe: quan-
tò magis retinendum, cùm iam tot ſeculis, vt à Chriſto Seruatore inſtitutum, publico conſenſu fuerit receptum?
Quòd ſi nec veteris Legis exemplo, nec noua Decreto inſtitutum fuiſſet: conſtituendum tamẽ foret à Chriſtianis,
vel ſolo rationis naturalis iudicio, ne populus Chriſtianus Acephalus maneret, careretne ſummo Magiſtratu
1288 *in rebus, quæ ad Religionem pertinerẽt. Veteres enim Romani, etſi veræ religionis cultus eis non fuerit reuela-*
tus, ſapientiſſimi tamen viri quum optimis legibus Rempub. fundarent, hoc vel in primis ratione ducti natura-
li, cauiſſe videntur, vt omnis cuiuſq́ ordinis multitudo ad vnitatem redigeretur. Ita cùm collegium Sacerdotum
& Pontificum haberent, vnum eſſe voluerũt cunctis Præpoſitũ, qui maximum gereret Pontificatum, & prCACI-
puum inter Pontifices locum obtineret. Lutherus autem aduerſus rationis iudicium, aduerſus exemplum anti-
quæ legis, aduerſus Decreta Patrum, conſenſum publicum omnium Catholicorum, conſuetudinem vetuſtiſſimam
populi Chriſtiani, inſtitutum Ieſu Chriſti, Chriſtianum populum obtruncat, expoliatq́ Capite, & omnem Eccleſia-
ſticam Hierarchiam, dum inde ſcelerũ ſuorum iudicium pœnamq́ timet, ſubuertit. Cùm tamen apertiſſimè con-
ſtet, non ſolùm populi Chriſtiani cõſenſu, aut veteris Legis exemplo, ſed & filij viuentis Dei Decreto ſummũ Sa-
1289 *cerdotium fuiſſe inſtitutum. Primùm, quia ipſe Sacerdos Maximus fuit, iuxta illud: Tu es Sacerdos in æternũ*
ſecundùm Ordinem Melchiſedech: Pontifex factus in æternum. Quod & Paulus ad Hebræos ſcribens, con-
firmat ferè tota Epiſtola. Cùm igitur Eccleſia Chriſtum in terris habuerit Pontificem, tamq́ introierit in ipſum
cælum, vbi militans Eccleſia non eſt conſtituta, quæ proprio & terreno miniſtro indiget: cõuincitur, quòd & ter-
ras relinquens, alium ſibi in terris ſubſtituerit, qui Pontificia munera loco illius in Eccleſia perageret. Hunc aũt
fuiſſe Petrum, ſacræ literæ atteſtantur, Matt. 16. & Ioan. 21. His igitur verbis (Paſce oues meas) Sacerdotes tùm
Græci, tùm Latini, Petrum teſtantur Apoſtolorum Principem, ſummumq́ Præſulem fuiſſe conſtitutum. Hoc re-
ceptum eſt ab vniuerſo orbe Chriſtiano, hoc Decretis publicis definitum & declaratum, & ſine controuerſia re-
tentum. A quo ſcopo & certiſſima regula quotquot declinârunt, in errores inexplicabiles prolapſi ſunt. Itaque
præclariſſimæ nationes & populi perſiſtentes in ſolida & antiqua pietate, puritatis fidei, Epiſcopum Romanum
1290 *agnoſcũt Põtificem Maximum, & tanquam Chriſti Vicarium, Petriq́ ſucceſſorem (vt par eſt) venerentur, eiuſq́*
Decretis obtemperant, quod omnes Catholici ſemper fecerunt. Qui Romanus Pontifex etſi cæteris Epiſcopis par
ſit ordine, tamen ſublimior eſt munere & poteſtate. Neq́ putandum eſt, ſine numine Diuino hanc ſibi Petrum
Sedem poſtremò delegiſſe, vt etiam ex loco ipſo collocata Sedis declararetur, non ciuitatis vnius Primatum, ſed
publicum totius orbis & ſummum eſſe Paſtorem: quandoquidem in qua vrbe Solium terrarum & corporum ha-
beratur, in ea Sedes etiam Imperij animarum eſſet collocata, vt illud Imperium ideo inſtitutum fuiſſe videretur,
vt huic alteri tantò maiori, quantò animi corporibus præferuntur, locum præpararet, & huic iam non ſine illius
opera cõſtituto & propagato cederet loco, quod ipſum diuino Decreto fecit, victaſq́ dedit manus, poſteaquàm acer-
rimè de-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Heretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
1520.	Idem Leo 10.	Carolus 5.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

pœnam, vt præ cæcitate intellectus, nō apprehēdat poſtea ipſam veritatem: vtpote quam non humiliter à Deo per Eccleſiæ miniſterium oblatam acceipit, ſed velut ratione ſua diſcutiendam curioſè inueſtigat.

i Eſt etiam inanis gloria non parua hæreſis cauſa. Vnde Paulus de Pſeudo prophetis agens: *Volūt* (inquit ad Galat. 6.) *vos circumcidi, vt in carne veſtra glorientur.*

k Conſummatio autem hæreſis in pertinacia conſiſtit.

Doctores Catholici.

diendo, & Sacramentis participandis, neceſſariò cōmunicandum eſt. Eccleſia igitur nota ſemper fuit ijs, qui membra eius extiterunt. Lutherus verò etiā de Eccleſia dubitauit. Nā in Præfatione ad eaſdem cōcluſiones ſuas dicit: *Cum magiſtri mortui ſeu muti, id eſt, libri Theologorum & Iuriſtarum mihi non ſufficerent, ſtatui viuos conſulere, & ipſam Eccleſiam Dei audire.* (Et mox.) *Hi multi boni viri meas propoſitiones extollebant, ſed hos vt Eccleſiam, aut organa ſpiritus ſancti agnoſcerem, fuit impoßibile. Papam, Cardinales, Epiſcopos, Theologos, Iuriſtas, Monachos ſuſpiciebam, & ex ijs ſpiritum expectabam.* (Et pòſt.) *Cùm omnia argumenta ſuperaſſem per Scripturas, hoc vnū cū ſumma difficultate & anguſtia tādem (Chriſto fauēte) vix ſuperaui, Eccleſiā ſcilicet eſſe audiendam.* Denique Tom. 2. de ſeruo arbitrio fatetur, ſeipſum *vltra decēnium authoritate, ſcientia, multitudine Martyrū, Epiſcoporum, Pontificum, Conciliorum & Academiarū ſic motum eſſe, vt incredibile eſſet, hanc Troiam tāto tempore, tot bellis inuictam, poſſe aliquando capi.* § Quis non videt, oēm, quæ cogitari poteſt, cæcitatē huic homini diuinitùs infligendā fuiſſe, qui hoc modo ſe in apertiſsimis fidei Articulis gerere nō exhorruit, vt per decennium totū de vera Eccleſia dubitaret, cū tamē alijs in doctrina fidei præire videri vellet?

Lutherum ex ſua confeſsione inanem gloriam captaſſe.

i Lutherus in primi Tomi operum ſuorum Præfatione, quā, vt videtur, poſt viginti & amplius annos ab apoſtoſia ſua edidit. *Ego* (inquit) *cœpi dehortari populos, ne Indulgentiarum clamoribus aurem præberent. Mox ſcripſi epiſtolas duas ad Moguntinenſem & Brandeburgenſem Epiſcopos. Contemptus, edidi diſputationis ſchedulam, & paulò pòſt, reſolutiones. Accuſor apud Papam. Dux Saxoniæ Fridericus apud Cardinalem Caietanum à latere Legatum egit, vt ipſe, me vocato, rem cōponeret. Interim Germani ſuſpenſis animis expectabant euentum tantæ rei, quam nullus antea neq; Epiſcopus, neq; Theologus auſus eſſet attingere. Et fouebat me vtcunq; aura iſta popularis, quòd inuiſa iā eſſent omnibus artes & Romanationes illæ.* Ecce aggreſſus eſt Lutherus, *quod nullus ante eum audebat tentare: & fouebat eum vtcunq; aura illa popularis.* Habemus igitur confitentem reum, quòd inanis gloriæ cupidus erat.

Lutherum manſiſſe pertinacem vſque ad excōmunicationem in eum à Summo Pontifice latam: nec vnquā Iudicem vllum ſuper terram agnouiſſe.

k Lutherus in Præfatione ad 1 Tom. fatetur, *& Cardinalem Caietanum* corripuiſſe ipſum, & *Carolum*

d ij *Miltitium*

rimè depugnârot: prius quàm diuinum arcanum cognoſceret, ſeq́; intelligeret fuiſſe inſtitutum, vt huius præcurſorem ageret, & figuram illius & typum gereret, cui demum ſubminiſtraret, vt quidem par erat, cùm omnifaria facultas diuino Decreto huic tributa eſſet.

Carolus Quintus in edicto Wormatienſi. *Ad veri Romanorum Imperatoris officium pertinet, nō ſolùm fines huius ſacri Imperij, quod prædeceſſores noſtri Germaniæ Principes, ab defenſionem Sāctæ Romanæ & vni-*
1291 *uerſalis Eccleſiæ, ſuo ſuorumq́; ſæpius effuſo ſanguine, per diuinam gratiam ſibi quæſieruni, ad Orthodoxam fidem adductis vel expulſis infidelibus, propagare: verùm etiam ne qua hæreſeos labes aut ſuſpicia, in tam ſibi ſubditis Nationibus, ſacroſanctam Religionem noſtram commaculet, ſummo ſtudio prouidere. At ſi qua iam oriri cœpe-*
1292 *tit, eam omni ope, omniq́; cura, iuxta normam à Sancta Romana Eccleſia hactenus obſeruatam, delere penitus*
1293 *& extinguere.* (Et poſt.) *Ad honorem Dei omnipotentis, Romaniq́; Pontificis, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ debitam reuerentiam, pro Imperialis dignitatis officio debito, necnon zelo & ſtudio, quo noſtrorum Maiorum more,*
1294 *& ingenita etiam nobis vi, ad defenſionem Catholicæ fidei, Sanctæq́; Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ honorē, tutelam & protectionem, omnes noſtras vires & facultates, Imperium, Regna, Dominium, amicos, vitam deniq́; & animam ipſam noſtram exponere ſumus parati. Ex Imperiali & regia authoritate, necnon conſilio & aſſenſu Electorum, & omnium ſacri Rom. Imp. Principum, Ordinum, & Statuum, in hac celeberrima & fre-*
1295 *quentiſſima Imperiali Dieta Wormatiæ congregatorum, ad perpetuam rei memoriam, exequendo Sāctiſſimi Domini noſtri Papæ, veri in hac parte Iudicis, ſententiam, Decretum & condemnationem in literis Apoſtolicis (vt ſupradictum eſt) ad nos directis, contentam, Martinum Lutherum, vt membrum ab Eccleſia Dei abalienatum, vt obſtinatum, ſchiſmaticum, & Notorium hæreticum à nobis haberi declaramus, & vt totiem à vobis omnibus, & ſingulis habendum, decernimus & edicimus.*

Henricus Octauus Angliæ Rex in aſſertione Septem Sacramentorum aduerſus Lutherum, Artic 2.
1296 *Negare Lutherus nō poteſt, quin omnis Eccleſia Fidelium, ſacraſanctā Sedem Romanā velut Matrem Primatemq́; recognoſcat ac veneretur, quacunq́; ſaltē neq́; locorū diſtātia, neq́; periculis in ¦ iacentibus prohibetur acceſſu. Quanquā ſi vera dicunt, qui ex India quoq́; veniunt huc, Indi etiam ipſi, tot terrarū, tot mariū, tot ſolitudi-*
1297 *nū plagis diſiuncti, Romano tamen ſe Pontifici ſubmittunt. Ergo ſi tantam ac tam latè fuſam poteſtatē, neq́; Dei iuſſu Pontifex, neq́; hominū voluntate conſecutus eſt, ſed ſua ſibi vi vindicauit: dicat velim Lutherus, quando in*
1298 *tantæ Ditionis erupit poſſeſſionem. Non poteſt obſcurum initium eſſe tam immenſæ potentiæ, præſertim ſi intra memoriam hominum nata ſit. Quòd ſi rem dixerit vnam fortaſſe aut duas ætates ſuperare, in memoriam nobis rem redigat ex hiſtorijs. Alioqui ſi tam vetuſta ſit, vt res etiam tanta obliterata ſit origo: legibus omnibus cautū eſſe cognoſcit, vt cuius ius omnem hominum memoriam ita ſupergreditur, vt ſciri non poſſit, cuiuſmodi habue-*
1299 *rit initium, cenſeatur habuiſſe legitimum: vetitumq́; eſſe conſtat omnium conſenſu gentium, ne, quæ diu manſeuant immota, moueantur. Certè ſi qui rerum geſtarum monumenta reualuit, inueniet iam olim pratinus poſt*
1300 *pacatum orbem pleraſque omnes Chriſtiani orbis Eccleſias obtemperaſſe Romanæ. Quin Græciam ipſam, quanquam ad ipſos commigraſſet Imperium, reperiemus tamen, quod ad Eccleſiæ Romanæ Primatum pertinebat,*
1301 *præterquàm dum ſchiſmate laborabat, Eccleſiæ Romanæ ceſſiſſe.*

1302 Bernardus Lutzenburgus in reſponſione ad Lutherum, particula 8. *Papæ obediendum eſt de neceſſitate ſalutis, & peccatum paganitatis incurrit, qui enim Chriſtianum ſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit.*

1303 Paulus Annicola Cellæ veteris Abbas, *de authoritate Papæ* libellum ſcripſit.

Gaſpar Schatzigerus lib. 9. Tractatu 3. de Primatu Romani Pōtificis & Romanæ Eccleſiæ præemi-
1304 nētia: *In regimine Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſit Petro nō quiuis fidelis, ſed Romanus Pontifex. Quia enim Petrus totius Eccleſiæ Paſtor, Romæ reſedit, ibiq́; vitam Martyrio glorioſo conſummauit, non immeritò Romana Eccleſia B. Petri nuncupatur Sedes. Accedit ad hoc totius Eccleſiæ Catholicæ concors ſententia, vnde, etſi ſingatur (vt nonnulli ſomniant) Petrum nunquàm veniſſe Romam, contra commune Hiſtoriographorum teſtimonium:*
1305 *nihilo ſecius approbante & decernente Eccleſia, B. Petri Sedes eſt Roma habita.*

Caietanus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.	
1521.	Idem Leo 10.	Carolus 5.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

ſiſtit. Apoſtolus enim (ad Tit. 3.) *ſubuerſum dicit eum, & ſuo iudicio cōdemnatum, qui poſt vnam & alterā correptionem non emendatur.*

l Hactenus cauſas eas enumerauimus, ob quas Lutherus meruerit, vt derelictus à Deo, in laqueum diaboli, & in hæreſim caderet. Nunc ſigna etiam, quæ comitari hæreticum ſolent, in eo reperta eſſe, declarabimus.

Primum hæretici animi ſignum eſt, litigare, & verbis contendere. 2. Tim. 2.

m *Quomodo prædicabunt* (inquit Apoſtolus) *Rom. 10 Niſi mittantur?* Et Heb. 5. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorē, niſi qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron.* Certum verò eſt, Aaronē fuiſſe miſſum à Moyſe per viſi-

Doctores Catholici.

Militiū egiſſe cum eo: quos ipſos, aut vllos prætereà tātum abeſt vt audiuerit, vt ad Papam Leonem perſcripſerit in hæc verba. *Beatiſsime pater, palinodiā vt canam non eſt vt vllus præſumat, niſi malit adhuc maiore turbine cauſam inuoluere. Deinde leges interpretādi verbi Dei non patior:* (intelligit verò, ſe non admittere Patrum & Conciliorū in Scripturis interpretandis conſenſum) *cum oporteat verbum Dei eſſe non alligatum, quod libertatem docet omnium aliorum. His duobus ſaluis, nihil eſt, quod non facere, aut pati poſſim.* Et hæc dixit Lutherus, cùm nondum renuntiaſſet Papæ, aut eū à ſuo cœtu penitus abdicaſſet. Permanſit ergo Lutherus in ſua pertinacia vſq; ad excommunicationem in eum latam, nec tantùm à Pōtifice, verùm etiam à Concilio generali Tridentino (penè ſingulis eius hæreſibus anathemate indicto) memoria ipſius eſt damnata. Lutherus verò etſi prouocauit à Sententia Leonis Papæ (in eaq; re agnouit illum pro Iudice ſuo) ad Concilium generale: tamen tale Concilium intellexit, in quo ipſe Iudex præſideret. Nam voluit illud Concilium eſſe *Chriſtianum & liberum*, hoc eſt, quod nullis Eccleſiaſticis legibus ſubeſſet, niſi tantùm verbo Dei ſecūdùm Lutheri ſenſum interpretando. Iudicem igitur nullum ſuper terrā agnouit, & ideo ſecundùm Dei ſententiam (Deuteronomij 17.) mortuus eſt Lutherus morte animæ ob ſuperbiam & contumaciam ſuam.

Lutherum fuiſſe cupidiſsimum litis & contentionis.

l Lutherus in reſponſione ad Regem Angliæ. *Adeſte omnes, vos, inquam, Papiſtæ, Sectarij Satanæ adminiſtri, & Satellites, ac totum agmē Diabolici gregis: vnanimes vires coniungite veſtras, huc copias adducite, confertis agminibus vnum Lutherum adorimini. Papiſtæ in frontem aciem dirigite, à tergo inuadant Sacramentarij.* Quid eſt hominem rixæ & contentionis ſpiritum habere, ſi hoc non eſt? Rurſus ad Præfationem in libro de libertate Chriſtiana. *Prouocari rurſus* (inquit) *nolo: Prouocabitur autē, Chriſto Magiſtro, elinguis nō ero.*

Lutherum abſque legitima vocatione aut miſsione prædicaſſe Euangelium.

m Lutherus ab initio quidem ad prælegendum vocatus eſt à Stupitio Generali Ordinis Eremitarum D. Auguſtini Vicario Sed poſtquàm ab Eccleſia Romana defecit, ex eoq; ſi illa caruit authoritate, quæ ab Apoſtolis per ſucceſsiones Epiſcoporum ad nos vſque peruenit: deinceps à nemine mortalium, qui poteſtatem mittendi eum habuerit, legitimè, vel vocatus eſt ad docendum, vel miſſus ad prædicandū.

 Nam

Caietanus in Tractatu de authoritate Papæ & Concilij, c. 1. Saluator noſter ſtatuit, vt non populare, non
diuturnum, non parentum, non Optimatum multorum, aut paucorum eſſet regimen, ſed vnius tantùm: promittens
1306 ſoli Petro, (Matthæi decimoſexto) Tibi dabo claues &c. eidem ſoli promiſſionem exhibens, curam omnium
ouium ſuarum cōmittens, Ioannis vltimo: Paſce oues meas. Comparatiua ſiquidem interrogatio, à qua ſermo
incipit, dicens: Simon Ioannis, diligis me plus his? conuincit proteruos, quòd Petro vt diſtincto ab Apoſtolis
1307 cæteris præſentibus, ad quos refertur comparatio, & non in perſona eorum, loquebatur Dominus.

Ibidem c. 7. Chriſtus Petrum fecit Paſtorem, non modò ſingularum ouium, ſed totius ſimul Eccleſiæ: quia
1308 (Ioan. 10.) ait: Alias oues habeo, quas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Paſtor. Verbo futuri temporis vtitur: Fiet (inquit) ouile vnum, & vnus Paſtor. Chriſtus autem, qui de ſeipſo dixit: Ego
ſum Paſtor bonus, non eſt poſtmodum factus Paſtor vnus. Sed dum ſoli Petro poſtmodum dictum eſt:
Paſce oues meas, non has, vel illas: impletum eſt illud: fiet vnus Paſtor, loco illius ſummi Paſtoris, qui ſolus
per eſſentiam eſt Paſtor bonus Eccleſiæ. Per vnū ouile intelligitur Eccleſia vna ex Iudæis & Gētilibus. Ergo
Eccleſia, vt vna & ſimul collecta eſt, ſub Petro eſt, vt ouile aut grex ſub Paſtore. Ibidem ad extremum
Capitis vndecimi: Chriſtus diſpoſuit regimen Eccleſiæ ſuæ vt viuus, non vt defunctus: propter quod non ante
1309 mortem, ſed poſt reſurrectionem in æternum nō moriturus, Petrum inſtituit, non ſucceſſorem, ſed Vicarium ſuū.
Commune eſt autem omnibus Principibus viuentibus Vicarios inſtituentibus, vt poteſtatem Reipublicæ ſuper
Vicarium non dent: ſed ſibi reſeruent iudicandum. Dominus igitur Ieſus Chriſtus communitati Eccleſiæ non
1310 dedit poteſtatem ſuper ſuo Vicario: ſed illi ſuam aſſiſtentiam non defuturam aperiens: (Lucæ 22.) Ego rogaui
pro te, vt non deficiat fides tua, ipſi confirmationem aliorum commiſit, dicens: Confirma fratres tuos.

Idem in Tractatu de inſtitutione Romani Pontificis, poſtquàm Primatum Petri ex Euangelio egregiè confirmaſſet, in c. 13. Mors (inquit) Petri à Chriſto (vt Ambroſius ait lib. 5. poſt Epiſtolam 32.) præcepta
1311 in vrbe Roma, firmauit Romanam Sedem in Petri ſucceſſione: ita quòd quem Pontificatum ad Eccleſiam Catholicam relatum Petrus à Chriſto habuit, eundem retulerit Petrus ex voluntate Chriſti ad Eccleſiam Romanā,
appropriando ſibi illam. Ratio autem ſucceſſionis eſt Euangelica inſtitutio. Romanus ſiquidem Pontifex Petro
1312 ſuccedens, authoritatem habet Apoſtolicam ab Euangelica Chriſti voce: Paſce oues meas. Scitur autem hoc, diuina reuelatione facta tùm vniuerſali Eccleſiæ, tùm ſanctis Doctoribus innumeris, tùm ſacris Concilijs. (Et poſt.)
1213 Romanus Pontifex errare non poteſt, ſententialiter definiendo de fide Chriſtiana, quoniam in huiuſmodi definitione conſtruitur fides vniuerſalis Eccleſiæ, & per eam ædificatur Eccleſia Chriſti ab ipſo Chriſto ſuper Petram
Sedis Apoſtolicæ ædificata. Impoſſibile autem eſſe conſtat, vniuerſalem Eccleſiam errare in fide. Libet autem intueri, quàm ſuauiter commendata ſit huiuſmodi fidei definitio, voce Euangelica. Fide ſiquidem conſtrui Eccleſiam conſtat, quum ſit (vt ad Heb. 10. dicitur) ſperandarum ſubſtantia rerum, & idea ædificandi, & confirmandi
actui reſpondet. Vterque autem actus ſubſtantiam ædificij reſpicit, ſed quoniam fides donum Dei eſt, idcirco Chriſtus ſibiipſi attribuit ædificationem Eccleſiæ ſuper Sedem Apoſtolicam, dicens: Et ſuper hanc Petram ædificabo
Eccleſiam meam. Firmare verò fideles in ambiguitatibus & quæſtionibus fluctuantes, quæ circa fidem emergūt,
quia miniſteriale opus eſt Petri & ſucceſſoris, ideo dicitur Petro & ſucceſſori: Confirma fratres tuos. Quicquid
enim agit Sedes Apoſtolica definiendo de fide, nihil aliud eſt, quàm declarare, quid ſub fide à Chriſto data continetur: ſic enim confirmat fratres ſuos. Et hinc oritur, vt definitis de fide ab Apoſtolica Sede, ſubſit etiam ipſe Roman. Pontifex, ſicut ſubeſt fidei. Nō enim alicui propterea de nouo ſubijcitur, ſed quod implicitè credebat, tenetur
explicitè credere. Sed quid mirari fidelis debet de tali tantaq; diuina gratia aſſiſtentia ſua in terris Vicario: quum
1314 Caiphæ Pontifici Synagogæ minus legitimæ ac perſecutori ipſius Chriſti aſtiterit ad prophetandum, ratione Pontificatus: teſtante Ioanne Euangeliſta, dum dicit: A ſemetipſo non dixit, ſed quum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, quòd Ieſus erat moriturus pro gente. Ioan. 11. Cur enim Ioannes hoc docuit, cur hoc reuelauit? niſi vt diuinam aſſiſtentiam peculiarem Pontifici eſſe, reuelaret.

1315 Ioannes Driedo de Eccleſiaſt. Scripturis lib. 4. Pontificis Eccleſiæ Romanæ officium eſt, omnem orbē paſcere, ſolicitè curantis, vt paſcantur omnes. Chriſtus vniuerſalis Paſtor Iudæam non exiuit: in totum orbem Apoſtolos miſit. Et Chriſtiani vbilibet locorum conſtituti, & qui Romanam Eccleſiam ſecundùm faciem ſeu famam
1316 non nouerunt, Eccleſiæ Romanæ ſubſunt, etiam ignorantes, quamuis obedire, priuſquàm nouerint, non teneantur.
Poſitiuæ conſtitutiones Romanæ Eccleſiæ non ligant probabiliter ignorantes. Denique poſt Scripturarum &
Sanctorum Patrum teſtimonia prolata, in hunc modum concludit: Romanæ igitur Eccleſiæ Pontifex eſt vni-
1317 uerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, Ieſu Chriſti in terris Vicarius, & Petri Apoſtoli Succeſſor, non quia Bernardus ſic
docet, non quia Cyprianus, aut Hieronymus, aut Auguſtinus, ſed quia Eccleſia Chriſti ab initio, ſecundùm ſucceſſionem ſerie tracta ad hæc vſque tempora, ex Scripturis ſic credidit, tenuit, docuit, & prædicauit. Et antè. In fide
1318 errat, quiſquis dixerit, quòd fas eſſet plures eſſe Papas.

Franciſcus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	
1522.	225. Adrianus 6. Traiectenſ. an. 2.	Idem Carolus 5.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

viſibilem inunctionem ad Pontificale munus. Moyſes verò ſuam miſsionem extraordinariam per miraculum probauit. Exod. 4. Sed ideo Scriptura nominauit Aaronē, & nō Moyſen, vt ſciremus, extraordinarias miſsiones expectandas iam non eſſe.

Doctores Catholici.

Nam quòd dicere ſolebat, ſe à cœtu piorū ad id officium vocatum eſſe, præterquàm quòd nihil affert, vnde probet, cœtum aliquem in ſeipſo accepiſſe à Chriſto Claues regni cœlorum, aut paſcendi & regendi poteſtatem: etiam falſum eſt, quòd quoquo modo à cœtu fidelium eſt miſſus. Nec enim fieri potuit, vt ab illo cœtu mitteretur, qui adhuc non erat. Lutherus verò docendo & prædicando cœtum ſibi nouum aggregauit, & ita non à cœtu miſſus eſt, ſed ita ſe geſsit, velut ſi ad cœtum nouum colligendum aliunde miſſus fuiſſet. Quæro igitur, quis illi dedit poteſtatem congregandi cœtum, à quo poſteà mitteretur? Si ad Spiritum Dei confugit, quo ſe miſſum dicat, nec id aut Prophetæ alicuius prædicatione, aut miraculo certiſsimo comprobet: audiri non debet. Nam hoc eodem argumento ipſe Carolſtadium, & alios, à miniſterio Eccleſiaſtico abdicauit.

Lutherum exiuiſſe à Romana Eccleſia, ſed ad aliam in terris antiquiorem nunquam ſe contuliſſe, verùm ſibi ipſi nouam fabricaſſe, quod Hæretici certiſsimū eſt ſignum.

ᵃ Exire ab vna Eccleſiā Chriſtiana, & ad aliā, quæ certius à Chriſto per ſucceſsionem Fidelium propagata ſit, non ingredi, certum eſt hæreſeos ſignum. De talibus Ioannes dicit: 1. Ioan. 2. Exierunt à nobis, ſed non erant ex nobis: alioqui permanſiſſent nobiſcum. Licet quidem exire à Donatiſtis, à Neſtorianis, à Græcis aut Huſsitis, vt accedas ad Catholicos, qui ſe ab Apoſtolis deſcēdere, per Epiſcoporū certiſsimam ſucceſsionē demonſtrant: ſed à Catholicis non habes quò eas, niſi ad hæreticos.

° Cer.

ᵃ Lutherus fatetur, ſe Romanæ Eccleſiæ aliquando membrum fuiſſe. Item fatetur, ſe ab illa Eccleſia exiuiſſe. Ad quam aliam verò iuerit, nunquam expoſuit. At certè, qui omnino credidit, aliquam eſſe Eccleſiam, cuius membrum eſſe debuit (hoc enim fatetur in libello de notis veræ Eccleſiæ) quiq; fatebatur, Romanam Eccleſiam fuiſſe aliquam Eccleſiā (ibi enim dixit, eſſe verum Baptiſmum, & verū Euāgelium) non debuit aliquam illam Eccleſiam relinquere, donec meliorem in terris alicubi agentem inueniſſet. Nec enim aut à perſona Lutheri Eccleſia Chriſti potuit inchoari, aut ille ad aliam debuit Eccleſiam accedere, præterquàm ad veram: quæ in terris cùm neceſſariò fuerit (ſecundùm illud Math. 28. *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad cōſummationem ſeculi*) certè prædicatores Luthero antiquiores, & vnà cum illo viuentes habuit, qui velut lucerna in candelabro poſita lucebant, tam ijs omnibus, qui in domo erant; (Math. 5.) quàm ijs, qui debebant in domum ingredi, Lucæ 8. Sed Lutherus ad nullam Eccleſiam in toto mundo ſe contulit, nullis prædicatoribus ita per doctrinam ſuam ante ipſius Apoſtaſiam in domo Dei lucentibus ſe ſubmiſit, non eſt reconciliatus Græcis, non AEthiopibus, non Bohemis: igitur abſque omni controuerſia ædificauit nouam Eccleſiam ſuper ſeipſum, & hoc ipſum eſt Antichriſti. Ioan. 5. 1. Ioan. 2. Fuit ergo Lutherus de Antichriſti comitatu & familia.

Luthe-

1319 Franciſcus de Syluestris in Commentarijs ſuper c. 76. 4. libri D.Thomæ contra Gentiles. *Manife-
ſtum eſt, quòd Chriſtus in Eccleſia Petrum ſuum Vicarium & Succeſſores eius inſtituit.*
1320 Philippus Francus Peruſinus ad lib. 6. Decretalium in proœmio lib. 6. Sacroſanctæ nu. 1. *Principatus
Romanæ Eccleſiæ ob ipſo Deo proceſſit: vnde videtur, quòd eius priuilegium per Papam vel Concilium tolli
non poſſit.*
1321 Ludouicus Gomes, auditor Rotæ ad Regulas Cancellariæ, in Proœmio regularum. *Papa habet iuriſ-
dictionem vniuerſalem, & eſt Ordinarius totius mundi.*
Adrianus Papa Sextus ad Fridericum Saxoniæ Ducem. *Lutherus nō modò Sacerdotes Dei, ſed & Prin-
1322 cipem Sacerdotum, Petri Succeſſorem, Ieſu Chriſti in terris Vicarium, tam nefarijs infamibusq́; nominibus, tam
inauditis contumelijs, conuicijs ac blaſphemijs, nuſquam nō lacerat, diſcerpit, & inſectatur, vt ea cōmemorare pu-
dica refugiat lingua, & audire horreant aures caſtæ. Qui Apoſtolicam Cathedram, in qua præſides Caput Apo-
ſtolorum Petrus, cui præfuerunt tot ſancti Pontifices, quam Eccleſiam principalem, vnde ſit exorta vnitas ſacer-
dotalis, ſanctus ille & glorioſus Martyr Cyprianus non dubitat aſſerere, impio ac peſtilenti ore Cathedram peſti-
lentiæ, Antichriſtianam, Diabolicam, & ſi qua potuit excogitare nefandiora, toties appellare non ceſſat.*

*Buceri confeſſio Primatum Eccleſiæ Romanæ in ſuam con-
demnationem agnoſcentis.*

Bucerus in præparatorijs ad Concilium. *Ingenuè* (inquit) *confitemur, apud veteres Eccleſiæ Patres Roma-
1323 nam Eccleſiam præ cæteris Primatum obtinuiſſe, vt quæ Cathedram D. Petri habeat, cuiusq́; Epiſcopi Succeſ-
ſores Petri ferè ſemper habiti ſint.* Hæc Bucerus. Qua ex re neceſſariò fatetur, ſe tùm à vetere Eccleſia,
tùm à Petri Cathedra defeciſſe. Cùm ergo Bucerus non fuerit in reti, quod Petrus ad terram traxit
(Ioan. 21.) nec erit cum Petro in cœlo, quod per illam attractionem ſignificatum fuit.

*Fides Ioannis Roffenſis de Primatu Romanæ Sedis, quam fidem martyrio
etiam ſanguinis ſui confirmauit.*

Ioannes Roffenſis Epiſcopus in articulo 25. contra Lutherum, poſtquàm decem Prærogatiuas Petri
ex Euangelijs, aliaſq́ue decem ex Actis Apoſtolorum collegiſſet, eamque ſententiam Patrum antiquo-
rum teſtimonijs corroboraſſet, vnitatemq́ue militantis Eccleſiæ ab vnitate Epiſcopatus Petri pendêre
docuiſſet: tandem ait. *In Synagoga, quæ fuit vmbra Eccleſiæ, præfuit vnus Princeps Sacerdotum, ſub quo mul-
ti gradus & Ordines fuerunt. Eccleſia etiam triumphans, cui velut exemplari noſtra militans reſpondet, vnum
habet Præſidem Deum: ſub quo nouem Angelorum ordines eſſe, cunctis eſt creditum. Quomodo igitur Eccle-
ſia, quæ media inter vmbrā & exemplar eſt, ex vna quidem parte reſpiciens vmbram, ex altera verò ſpectās
1324 exemplar, carere poteſt vnitate Præſidis? Sed etſi natura modum intueamur, proſpiciemus, omnem multitudinē,
quæ quouis modo dicitur vna, nunquam non ad vnum, ceu caput & Principium referri. Vnde nunquàm poteſt
Eccleſia rectè gubernari, niſi tanta varietas Ordinum ad vnum referatur. Primùm, vt lites de rebus fidei per ali-
1325 quem ſupremum Iudicem decidantur. Deinde, vt generalia Concilia per quendam ceu Principem (cuius manda-
1326 to cæteri pariturì ſunt) conuocentur: denique propter contumaces reprimendos, maximè cùm inter ſe diſſentiunt
1327 Epiſcopi.* (Et pòſt.) *Nos itaque cum Græcis & Latinis Patribus, & ij nobiſcum ſentiunt, Petrum exordium Ec-
cleſiæ Chriſti fuiſſe, & ab eodem Chriſti Eccleſiam profluxiſſe velut à ſummo Capite & ſupremo poſt Chriſtum,
1328 cuius & ſucceſſio perpetuabitur, finē nullum habitura, quàm diu ſeculū hoc durauerit. Nonne cernimus, Chri-
ſtianos è ſacerdotibus naſci, ſacerdotes autem ex Epiſcopis, Epiſcopos quoq; ab ipſo Pontifice ſumma (quoties ne-
ceſſe fuerit) propagari? Sed & ipſum denique, qui iam ſummus eſt, ab ipſo Petro per ſucceſſionem, quæ nullis dæ-
1329 monum inſidijs hactenus interrumpi potuit, rectiſſima quadam linea deſcendiſſe?*
Idem Roffenſis in eodem Articulo declarat, Eccleſiam à Chriſto ædificandam promitti non iam ſu-
pra ſeipſum, quod antea factum erat, ſed in poſterum ſupra poteſtatem Pontificiam Petri & Succeſſorū
eius, qui fideles (quoad ea, quæ poteſtatem ſpectant) in æternum permanent. Supra fidem verò (quæ Pō-
tificia poteſtate ac ſucceſſione in Sede Petri careat) Eccleſiam non potuiſſe ædificari, grauiſſimis ratio-
nibus demonſtrat. Primùm, quia hoc ædificationis genus, quod fit per fidem, non erat futurum, ſed &
præteritum erat, & præſens: cùm & ſemper fuerint, & iam tūc eſſent alij fideles, & ante Petrum, & præ-
ter Petrum, qui crediderunt in Chriſtum. At Chriſtus dixit, *Ædificabo.* Futura igitur erat ædificatio il-
lius. Deinde, cùm lapides, qui ſuperædificātur, ſint fideles homines, (1. Petri 2.) fundamentum congeneū
& eiuſdem naturæ illis hominibus optimè congruerit, alter videlicet homo fidelis, qui eſt Petrus, nec is
tantùm, velut fidelis homo, (alioqui alius quilibet fidelis ex æquo fundamentū eſſet, atque ita cū ſinguli
forent

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
	Idem Adrianus 6.	
		Idem Carolus 5.
	226.	
1523.	Clemens 7. Florentinus an. 10.d.7.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

o Certum hæreſis ſignũ eſt, ſi quis propter doctrinam ab alio, quàm à Chriſto, nominetur. Nicolaus enim ex eo probatur fuiſſe hæreticus, quoniã Scriptura ſancta quoſdam eius Diſcipulos nominat Nicolaitas. Apocal.2. Idem ſentit Iuſtinus in Triphone, Hieronymus contra Luciferianos, & Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Hebræos.

P Sola Dei Eccleſia ſtat in æternum. Matt.16. Hæreſes verò omnes deficiũt, idque citò 2. Pet.2. Magiſtri mendaces ſuperducent ſibi celerem perditionem.

182. De

Doctores Catholici.

Lutherum ſectæ alicuius authorem extitiſſe, ipſum Lutheranorum nomen abundè teſtatur.

o Lutherum dediſſe nomen nouo cuidam cœtui fidelium, vt ab ipſo appellentur Lutherani, res ipſa clamat. Nec enim poſſemus exprimere aut deſcribere multitudinem illam, quæ ab antiqua fide recedens, Lutheri prædicationem amplexa eſt, niſi per nomẽ aliquod, nec aliud aptius cogitari poteſt, quàm vt Diſcipuli priorem fidem mutantes, ab eo cognominentur, cuius authoritate illam mutârunt. Quid quòd Lutherus ipſe alicubi definiuit, Eccleſiam Dei cœtum illum eſſe, qui ſuas propoſitiones laudaret. Sic enim ipſe loquitur in Præfatione ad ſuas propoſitiones, de viribus hominis: *Multi boni viri meas propoſitiones extollebant. Sed hoc, vt Eccleſiam aut organa Spiritus Sancti agnoſcerem, fuit impoſſibile. Papam, Epiſcopos, & Monachos ſuſpiciebam*, & quæ ſequuntur. Seipſum igitur accuſat, quòd ab initio non intellexit, illos Eccleſiam eſſe, qui ſuas propoſitiones extollebant. Factus autem prudentior, non dubitauit ſuarum propoſitionũ laudatores vera eſſe organa Spiritus Sancti. Hoc vtique eſt illud, quod Chriſtus (Matth.24.) dixit: *Surgent Pſeudoprophetæ dicentes ſe Chriſtum eſſe*. Nimirum, quia gloriam illius æmulantes, non aliter ſibi Eccleſiam aſciſcent, quæ ab ipſorũ doctrina cognominetur, quàm Chriſtiani à Chriſto ſunt cognominati.

Lutheri ſectam inde hæreticam probari, quoniam celeriter defecit, ac penè tota perijt.

P Sectam Lutheri penè totam perijſſe, multis argumentis docetur. Primùm, quia per Concilium Tridentinum inſipientia eius detecta eſt: deinde maior pars ſectatorum eius facta eſt Zuingliana, quam ſectam Lutherus diabolicam iudicauit, vt conſtat ex eius libellis, quos ſcripſit contra Sacramentarios. Quicquid enim eſt, quod à Romana Eccleſia defecit in Gallijs, in Anglia, in Heluetia, in Scotia & Polonia, id totũ Zuinglio addictum eſt, aut Caluino. Deinde ex ipſis Germanis alij ſunt in Zuinglianos mutati, vt Baſileenſes, Auguſtani, Bremenſes: alij verò in Anabaptiſtas, vt Friſij penè omnes, & Bataui, vt alias ſectas penè innumerabiles omittam. Caput omnium eſt, quòd ipſi Wittenbergenſes & Lypſici, ac penè omnes alij, tam Saxones, quàm Sueui & Lituani abhorrent ab illa rigida Lutheri ſecta, & molliorem aliam à Philippo Melancthone compoſitam colunt. Vnde nõ ſimpliciter Lutherani, ſed molles Lutherani iamdiu appellantur. Propria ergo Lutheri doctrina iamdiu perijt, nec habet in vigore ſuo certam ſedem aut ſucceſsionẽ. Quid quòd Turca omnium Germanorum ceruicibus imminet, ac niſi ad Ca-

ſorent fundamentum,nulli eſſent loco parietum aut tecti)ſed velut fidelis Paſtor,qui omnibus præſidẽs,
omnes in ſe fideles complectatur.

Ad hæc,ſi ratio Petræ ac fundamenti duntaxat in fide conſtituetur,Chriſtus hoc modo fundamentũ
Eccleſiæ dici non poterit,cùm fide careat:vtpote qui vera ſemper fruitus ſit viſione.Petrus verò cùm
non ſit aliud fundamentum à Chriſto vera Petra,ſed in illo, & ſub illo fundamentum agat: fundamen-
tum & Petra factus intelligitur per id potiſsimùm,quod illi cum Chriſto commune eſt,hoc eſt,per Põ-
tificiam poteſtatem ipſi à Chriſto collatam,& in fide ipſius(quæ viſionis,qua Chriſtus fruitur, locũ te-
net) receptam & ſtabilitam. Has inſignes rationes Roffenſis latius explicans,demùm ita concludit:
1330 *Solius Petri Sedes ad hunc vſque diem obiq; hæreſeos aliqua nota,manet inuiolata,ſolidiorq; quolibet ſaxo per-
durat.* Et ſub finem Articuli: *Si quis euentum rei trutinauerit, quomodo non Hieroſolymis,nec Antio-
chia, nec alibi locorum poſtremam Sedem elegerit Petrus, quàm in eo vrbe, quæ tum erat totius orbis ca-
put,in quo iam ad hunc diem proſperatur, cùm cæterorum Apoſtolorum Sedes vel Papa Sedem venerentur,
1331 vel prorſus euanuerint,non poterit opinor amplius ſuper hoc Primatu dubitare.*

Poſtquàm iſta præclariſsimè conſcripſiſſet Roffenſis, euenit, vt Rex Angliæ *Henricus Octauus*,
quem ſanctiſsimæ vxoris ſuæ Catharinæ iam tædebat. illa repudiata, cuperet Annam Bolenam in ma-
trimonium accipere. Quod cùm à *Clemente ſeptimo* Pontifice Maximo, vt facere permitteretur, im-
petrare non poſſet: oblitus eorum, quæ prius contra Lutherum ſcripſerat, imò Chriſti & fidei ſuæ
oblitus,id conſilij cœpit,vt Pontificis Romani auctoritate abrogata, ſuo arbitratu Rempublicam Chri-
ſtianam in Anglia moderaretur, ac tùm de priore vxore (ex qua filiam Mariam poſteà regno potitam,
genuerat)repudianda, tùm de noua domum ducenda, ſecum ipſe diſpenſaret. Volebat ergo, *ſummum
Eccleſiæ Anglicanæ Caput immediatè ſub Chriſto non dici tantùm, ſed & ſcribi,& iure credi.* Quod Ido-
lum ſanctiſsimus Epiſcopus Roffenſis cùm adorare nollet,Deus illi mercedem laborum ſuorum reddi-
turus,ad Martyrij coronam hominem euexit. Cùm enim Tyrannus intelligeret, Cardinalitiam digni-
tatem Roffenſi delatam eſſe (quam Pontifex eo propoſito detulerat, vt eius honoris ratio facilius Re-
gem ab illius cæde auocaret) mox timens ſibi à tanto viro, ſenem omni veneratione dignum, vita,
quam diu per naturam tenere non poterat, mox priuandum curauit. Quod igitur de Primatu Pontifi-
cis Romani, Epiſcopus Roffenſis verbo ſcripſerat, *hoc demum ſui ſanguinis effuſione obſignauit*, non aliud
1332 ferè, cùm ad ſupplicij locum perueniſſet, locutus, quàm *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*: in
qua cygnea cantione tùm præſentem vitam finiuit,tùm futuram inchoauit.

*Fides & ſententia Thomæ Mori de Primatu Romanæ Eccleſiæ, quam fidem ſan-
guine ſuo pro Eccleſia Dei fuſo confirmauit.*

Thomas Morus pro Regis Henrici Octaui Catholico libello,quem is de Sacramentis contra Luthe-
rum ediderat,in eundem Lutherum ſcribens: *Vt Romanæ* (inquit) *Sedi obedienter obtemperem, tùm illa
1333 monent omnia,quæ docti ſanctiq; in eam rem collegerunt: tùm illud profectò non monet minimè, quod toties ſu-
mus experti,non modò neminem inimicum fuiſſe Chriſtianæ fidei,qui non illi Sedi bellum ſimul indixerit, ſed
1334 etiam neminem vnquam extitiſſe,qui ſe profeſſus ſit eius Sedis inimicum,quin idem paulò pòſt ſe declarârit in-
ſigniter Chriſtiq; & Religionis noſtræ capitaliter hoſtem & proditorem eſſe. Valdè me monet & illud,quòd ſi ad
iſtum modum hominũ vitia imputentur officijs: non modò non conſiſtet Papatus,ſed & Regnum,& Dictatura,
& Conſulatus,& omnis omnino Magiſtratus corruet,& erit populus abſque Rectore, ſine lege, & ordine. Quæ
res ſi aliquando contingat,id quod aliquot Germaniæ locis videtur imminere: tum demùm magno cum damno
ſentient,quantò magis interſit mortalium,vel malos habere Rectores,quàm nullos. Certè quod ad Papam perti-

net,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1525.	Idem Clemens 7.	Carolus 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

182. *De Hæreſibus Martini Lutheri in cauſa Iuſtificationis.*

a Nõ referam hoc in loco eas hæreſes, quæ communes Lutero fuerunt cũ Huſsitis, Wiclefiſtis, Lolhardis, Albigẽſibus, Henricianis & Petrobuſianis, atq; alijs eiuſmodi hæreticis iã antè confutatis. Hoc enim eſſet idẽ millies repetere.

Prima & maximè propria Lutheri hæreſis hæc erat, *ſolam fidem etiam ante infuſam dilectionem Dei iuſtificare*. Ita enim dicit Lutherus in diſputatione ſua de illo Domini verbo Lucæ. 7. *Dimittũtur ei peccata multa, quia dilexit multũ.* Fidẽ formatã charitate Catholici iuſtificare dicũt. Sed hos Luter⁹ negat intelligere quicquã iſtarũ rerũ.

Vnde Lutherus didicit hæreſim ſuam de ſpeciali fide.

b Apprehẽſionem Chriſti per fidem non vult Lutherus ſub vlla conditione ad ſe applicari, velut Chriſtus nos ſaluet, *ſi compatimur* (Rom. 8.) aut ſi obedimus ei, prout tenemur, ſed *abſolutè quemlibet fidelem de ſalute ſua certũ eſſe vult, ac firmiter ſtatuere, ſibi priuatim remiſſa eſſe peccata* & hãc eſſe fidẽ quæ iuſtificet.

Cùm autem Lutherus (vt narrat Melancthon in Præfatione ad 2 Tom. operũ Lutheri) terrores acerrimos de ira Dei in animo ſuo ſentiret, ac ſeni cuidã Ordinis Auguſtiniani cõſternationes ſuas exponeret, ille ſenex dicebat, mádatum Dei eſſe, vt ſinguli homi-

Doctores Catholici.

tholicam Eccleſiã, vnde exierunt, iterum reuertantur: eos omnes eodẽ captiuitatis laqueo implicabit, quo Græcos Schiſmaticos iamdiu inuolutos tenet?

De iuſtitia fidei, quæ non fit, niſi per illam fidem, quacum Charitas in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum diffuſa, concurrit.

a Caietanus Tomo. 3. tit. de fide & operibus cap. 4. *Cùm homo ex iniuſto per Chriſtum fit iuſtus, fit ex inimico Dei, amicus Dei.* Rom. 5. *Charitas autem eſt ipſa amicitia inter hominem & Deũ.* 1. Ioan. 4. & Cant. 2. *Ergo peccatorem iuſtificari, hoc eſt, remiſsis iam peccatis, Dei amicum fieri, ſine amicitia, hoc eſt, ſine charitate nec fieri, nec intelligi poteſt. Vnde Chriſtus & Apoſtoli attribuunt remiſsionem peccatorum fidei & charitati ſimul.* Cui enim dixit Chriſtus (Lucæ 7.) *Fides tua te ſaluam fecit: de eadem dixit, dimittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multũ. Fides enĩ inchoatiuè, charitas aũt cõpletiuè, eſt cauſa remiſsionis peccatorũ.* 1. Pet. 4. *Charitas operit multitudinẽ peccatorũ.* 1. Ioan. 3. *Nos ſcimus, quòd trãſlati ſumus de morte ad vitã, quoniã diligim⁹ fratres. Qui nõ diligit, manet in morte.* Trãſlatio aũt de morte ad vitã verificatur de tali charitate duntaxat, qua diligimus Deũ propter ſeipſum, & proximũ propter Deũ: & Gal. 5. *In Chriſto Ieſu neq; præputiũ, nec circũciſio aliquid valet, ſed fides, quæ per dilectionem operatur.*

De certitudine iuſtificationis in ſingulis hominibus.

b Hoſius contra Brentium lib. 1. *Aduerſatur Scripturis illud axioma Lutheranorum, cuius ad peccatorum remiſsionem aſſequendã eſſe neceſſarium, vt credat, abſq; vlla hæſitatione propriæ infirmitatis & indiſpoſitionis, eſſe peccata ſibi remiſſa. Dicit enim Scriptura* Eccleſ. 5. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Et c. 7. *Non te iuſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt.* Et Hieremiæ 17. *Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile. Quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans corda & renes.* Et 1. Cor. 4. *Sed neq; meipſum iudico. Nil mihi cõſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum.* Et quæ ibi tùm præcedunt, tùm ſequuntur in eandem ſententiam.

Caietanus de fide & oper. c. 2. & 3. *Fides, qua iſte homo credit ſe hic & nunc iuſtificari, multũ diſtat à fide quæ verè iuſtificat. Nã fides, quæ iuſtificat, eſt ſubſtãtia rerũ ſperandarũ, argumentũ non apparẽtium, cui ſubeſſe falſum non poteſt. Credulitas autẽ illa poteſt falli, quia eſt non de cõmuni re, quã oẽs credunt, ſed de ſingulari effectu, partim quidẽ proueniens ex fide ad ſalutẽ neceſſaria, quatenus eſt de merito Chriſti & Sacramentorũ efficacia (& in ea parte falli non poteſt): partim verò prouenit ex humana cõiectura, quatenus credit, quòd ego, nũc, intus & extra, abſque vllo impedimento, ritè ſuſcipio fidẽ*

 Chriſti

net, quid mali fuerit caruiſſe, nouit Deus, qui eum ſuæ præfecit Eccleſiæ: nec optandum puto, vt res Chriſtiana pe-
1335 *riculo perdiſcat. Quantò magis optandum, vt tales Deus faciat eſſe Pontifices, quales e re Chriſtianæ & Apoſtoli-*
ci muneris dignitate fuerit, vt ſua ſponte contemptis diuitijs, & terrenis honoribus toti cœlum ſpirent, pietatem
in populo promoueant, pacem procurent, & authoritatem, quam acceperunt à Deo, aduerſus mundi Satrapas &
1336 *robuſtos venatores exerceant, diris omnibus perſequentes, & tradentes Sathanæ, ſi quis aut alienam ditionem*
inuadat, aut malè tractet ſuam. Breui ſentiret Chriſtianus orbis ab vno aut altero tali Pontifice, quantò fuerit ſa-
tius emendari Papas, quàm auferri. Nec dubiũ eſt, quin iam olim Paſtorẽ ſui gregis reſpexiſſet Chriſtus, ſi Chri-
ſtianus populus ſalutem Patris potius precari, quàm perſequi, & nuditatem patris tegere, quàm pudenda videre
1337 *maluiſſet. Sed non deſeret, Luthere, Vicarium ſuum Deus. Reſpiciet aliquando, & nunc fortaſſe reſpicit, quum pa-*
trem dolorẽ, quem patitur à perditiſſimo filio, flagellat. Nam planè te, Luthere, puto flagellum Dei eſſe, magno
1338 *Sedis illius bono, magno cum malo tuo.*

Nec ſatis huic ſancto viro fuit, Romani Primatus cauſam ſcriptis ſuis hunc in modum defendiſſe, ni-
1339 ſi etiam vnà cum Roffenſi animam pro fratribus poneret. Quod tanta conſtantia fecit, vt ne chariſsimæ
quidem filiæ conſpectu, quæ illi iam ad mortem properanti occurrit, à propoſito abduci poſſet.

Morus autem cùm & ex Lutheri defectione admoneretur, & longè antè proſpexiſſet, quò Regis
conſilia tenderent: toto ſeptennio (quod ipſe fatebatur) huic cauſæ operam dedit, vt cognoſceret, atq;
ex Scripturis ſacris omnique antiquitate repeteret, quid de vnius ſummi Paſtoris, aut de Romani Pon-
tificis Primatu perſcriptum eſſet. Cumq; nihil eo viro ingenioſius, nihil doctius, nihil ſanctius in terris
1340 ageret, poſt ſeptennium in ea quæſtione poſitum, dicebat: *Se Pontificis Romani Primatum ſemper quidem*
coluiſſe, velut rem orbi Chriſtiano ſummè neceſſariam: illud tamen examinandum eatenus non putaſſe, vtrũ
1341 diuino, an humano iure niteretur. Nunc autem ſe nihil dubitare, *quin diuino iure is Primatus inſtitutus &*
ſtabilitus fuiſſet. Ac de ingenio quidem & doctrina Mori tùm ipſius libri, tùm Eraſmus Roterodamus
præclariſsimum teſtimonium dicunt. Sanctitatis verò id vnum inſigne ſpecimen eſto.

Cùm humanioribus literis & legibus Angliæ municipalibus operam ab ineunte ætate dediſſet, atque à conditione mediocri per omnes honorum gradus ad ſummam Cancellariæ, ſeu Prætoris Vrbani Præfecturam perueniſſet, adeò vt Princeps Senatus, regni Moderator, ac Regi proximus eſſet, duaſque ordine vxores, ac liberos aliquot haberet: tamen in tot Magiſtratibus adminiſtrandis tot annis verſatus, ac in tanto ſplendore agens, non auxit facultates ſuas vſque ad annuos reditus cẽtum aureorum. Qua vna ex re meritò conijcias, quantam in omni virtutis genere laudem promeruerit. Qui enim cùm facillimè id poſſet, tamen *poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia theſauris*: hic eſt Thomas Morus, & laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita ſua. Sed mirabiliora in morte. Maiorem enim charitatem nemo habet, quàm vt ponat animam ſuam pro fratribus ſuis. Ioan. 15.

Eandem Primatus Romani cauſam Abelus & Powellus presbyteri, Foreſtus Ordinis Minorum fra-
1342 ter, Reginaldus Brigittenſis, Carthuſiani octodecim, & Laicus quidam nomine Germanus, alijque cõ-
plures Angli, ſub Henrico Tyranno, ſanguine ſuo tutati ſunt, ijdemque Martyrij palmam adepti. Iam-
diu enim capitale in Anglia fuit, Romanum Pontificem Chriſti Vicarium confiteri.

Catharina vxor Henrici Octaui cùm videret, ſe per iniuſtiſsimam Archiepiſcopi Cantuarienſis ſen-
1343 tentiam à Regis conſortio ſeparari, *ad Pontificem Romanum Clementem ſeptimum prouocauit*, qui diuortiũ
illud iniquè tentatum eſſe, matrimonium verò legitimum fuiſſe, deliberatione prius cum omnibus orbis
Chriſtiani Academijs habita, pronuntiauit.

Lauren-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
1527.	Idem Clemens 7.	Idem Carolus 5.	

homines crederent, non ſolùm aliquibus in genere, ſed ſibi nominatim remitti peccata Qua voce confirmatus Lutherus, eã perſuaſionẽ mordicus ſemper poſtea tenuit, & defendit. Hanc igitur fidem ſpecialem Lutherus non è Scripturis hauſit, nõ ab Eccleſia didicit, non in ciuitate ſupra montem poſita palã in luce fidelium populorũ vbique prædicatã audiuit, ſed in deſerto Saxoniæ, in penetralibus Erphordiæ, ſub modio Auguſtiniani collegij accepit & didicit. Scilicet in illius ſenis tam obſcuri homuncionis pectore, vt neque nomen ipſius literis vnquàm mãdatum viderim, latuit veritas Euãgelij, & Catholicæ Eccleſiæ lux, quam Prophetæ & Euangelia per totũ orbem diffundendã, & in cãdelabro ponendam, vt luceret omnibus, qui in domo eſſent (Pſal. 2. Mat. 5.) prædixerunt. Hæreſes quidem in deſerto & penetralibus diſſeminandas, Chriſtus (Mat. 24.) admonuit.

c Iuſtitiam noſtram in ſolã peccatorum remiſsione conſtituebat, abſq; interioris hominis innouatione ad ambulandum in operibus bonis.

d Nec illa opera (inquit Luth. in diſput.) quæ ex fide fiũt, iuſtificãt corã Deo.

§ Hæc oĩa tãetſi pendeant ex prima hæreſi, quæ ſolã fidẽ, ſecluſa dilectione diuinitus infuſa, iuſtificare ſtatuit: tamen ſigillatim pro-

Doctores Catholici.

Chriſti & Sacramẽta, & in hac parte falli poteſt. Nõ fides omniũ Chriſtianorũ vna eſt, Epheſ. 4. Sub fide autem, qua eſt in me, nõ cõtinetur credere, quòd ille ſuſcipiens Sacramentũ nũc, & hic, iuſtificetur: ergo nec ſub illius fide, qui iuſtificatur, hoc cadit, quia vna eſt mea & illius fides, credẽs & ſperãs eaſdẽ res. Errãt ergo Lutherani, dũ ea, quæ attribuũtur in Scripturis fidei omnibus cõmuni, aſcribũt ſuæ priuatæ credulitati, velut illa credulitas purificaret corda eorũ. Nã (Ioel. c. 2.) de ijs, qui cõuertendi erãt ad Deũ ex toto corde, tamẽ ſubiungit: *Quis ſcit, ſi cõuertatur & ignoſcat Deus?* Hanc hæreſim Lutheri doctiſſimè confutauit Ioan. Heſſels à Louan. in lib. quẽ inſcripſit, *Cõfutationẽ nouitiæ fidei, quã vocãt ſpecialẽ*, vbi docet, hãc Lutheri doctrinã & Dei timorẽ tollere, & de occultiſsima eius prædeſtinatiõe proñciare, & orationi, ſpei, Sacramẽtis ac deniq; Scripturis aduerſari.

c Michael Baius de iuſtitia & iuſtificatione li. 1. c. 3. *Iuſtitia huius vitæ duabus cõſtat partibus, remiſsione peccatorũ* (Actor. 13. Rom. 6.) *& vitæ nouitate*, de qua ſcriptũ eſt (1. Ioan. 3.) *Qui facit iuſtitiã, iuſtus eſt.* Et Ro. 8. *Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui nõ ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.* Et Rom. 12. *Præputium, legem conſummans, iudicabit te, qui per literam & circumciſionẽ præuaricator es legis.* Heb. 11. *Sãcti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam.* Quapropter Dominus apud Ieremiam c. 31. non tantùm ſuis pollicetur, quòd propitius erit iniquitatib' eorũ, ſed etiam (idq; prius) *quòd dabit leges ſuas in mẽtem eorũ.* At quas leges? *Et ſpiritũ meũ* (inquit Ezec. 36.) *ponam in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini.*

d Dietenbergius in Fræno Lutheranorum. *Iuſtificatio, cum accipitur pro adepta iuſtitiæ augmentatione, & conſummatione, etiã operibus tribuitur.* Apocal 22. *Qui iuſtus eſt* (gratia videlicet per fidem à peccatis purgatus) *iuſtificetur adhuc*, bonis nimirum operibus in iuſtitia creſcendo, atq; *iuſtitiam adimplendo. Matth. 3.* Sic ergo iuſtificatus, apud Deum & homines iuſtorum albo adiudicatur. Roffenſis, Artic. 1 contra Lutherũ. Chriſtus ob opera miſericordiæ iuſtificationem pollicetur. Luc. 11. *date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* (Et pòſt) Matth. 7. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Dñe, ſed *qui facit voluntatem patris mei, intrabit in regnũ cœlorũ.* Certũ eſt, nemini iuſtificato ianuas regni cœlorũ occludẽdas eſſe. Verũ eſt igitur, quod ait Iacob. (c. 2.) *Ex operib' iuſtificatur homo, & nõ ex fide tantum.* Et Mat. 6. *Si nõ dimiſeritis hoĩb', nec pater veſter dimittit vobis peccata veſtra. Factores legis iuſtificabũtur.* Ro. 2. & 8. *Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Ecce vitã, hoc eſt, iuſtificationẽ pollicetur ijs, qui facta carnis mortificauerit.

 e Hoſius

Laurentius Campegius Cardinalis, Sedis Apoſtolicæ ad Germaniam, ac Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæque Regna de latere Legatus, cum Sereniſsimo Principe Ferdinando Archiepiſcopo Saltzburgenſi, Epiſcopis plurimis, Gulielmo & Ludouico Ducibus Palatinis Rheni, cõmunicatis Ratisbonæ con-
1344 ſilijs conſtitutionem piam authoritate Apoſtolica edidit, ad remouendos abuſus, & Cleri vitam reformandam.

Anno Dom. 1528. celebratum eſt Concilium Senonenſe in Gallijs contra Lutheranos, & ſecundùm
1345 fidem Eccleſiæ Romanæ, vbi ſic habetur: *Intelleximus, Lutheri libellos pernicioſos iampridem cum ſuo authore à ſanctiſsimis Pontificibus Leone Papa & Adriano, necnon Clemente Papa moderno damnatos.*

Et in Decreto 3. Si vbi duo vel tres in nomine Domini congregãtur, in medio eorum ſit Dominus:
1346 quantò magis vbi ſummus Pontifex, cæteriq; primores Eccleſiaſtici conueniunt?

Denique in eius Concilij c. 17. iſte Articulus recenſetur (*Primatus ſummi Pontificis non eſt à Chriſto*)
1347 inter damnatos errores collocatur.

In eadem fide, atque in eiuſdem Romanæ Sedis obedientia habitum eſt Concilium Colonienſe, an-
1348 no D. 1536. cum expreſſa renouatione Decretalis Epiſtolæ Honorij 3. in parte 12. c. 7.

Anno D. 1548. Otho Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus Synodum Diœceſanam tenuit, in qua præ-
1349 ter alia Decreta Catholica in cap. 2. renouauit Laurentij Campegij Sedis Apoſtolicæ Legati Conſtitutiones Ratiſponæ publicatas. Et in c. 19. *Caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos* agnoſcit, & obſeruari iubet.

Synodus Treuerenſis Romanæ Eccleſiæ fidem & vnionem retinens, eodem anno celebrata eſt, in
1350 qua Doctor *Petrus* ait, *Petri naviculam fluctibus, ventiſq; concuti*: nihil aliud per nauiculam Petri, quàm Catholicam Eccleſiam intelligens.

Anno Dom. 1549. Synodus Prouincialis Coloniæ habita eſt, *vbi Canonici, qui ex Indulto Apoſtolico præbendas habent cum onere legendi collatas, muneri ſuo iuxta tenorem Bullæ ſummi Pontificis, ſatisfacere iu-*
1351 *bentur, alioqui decernitur, negligentiam eorum deferendam ad ſummum Pontificem, & petendam prouiſionem, qua huic caſui prouideatur.*

Eodem anno celebrata eſt Synodus Moguntina, vbi ſecundùm Eccleſiæ Romanæ fidem & conſuetudinem omnia decernuntur, adeò vt Synodus his verbis concludatur. *Hæc omnia cum debita obedientia,*
1352 *ſubmittimus ſacroſanctæ* Romanæ, *Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ iudicio, cuius auctoritatẽ in omnibus ſaluam conſeruari volumus.*

Alia etiam Treuerẽſis Synodus eodẽ anno (1549.) celebrata ſic habet. *Quondã vero in Ieſum Chriſtũ fides fundamentum eſt, & Petra illa, de qua Saluator noſter dixit (Matth. 16.) ſuper eam ædificandam eſſe Eccleſiam ſuam, aduerſus quam inferorum portæ nunquam præualituræ eſſent (præualerent autem, ſi Eccleſia errare pernicioſè poſſet, aut docere noxia) fateri oportet, Eccleſiam in fide & veritate radicatam & fundatam, errare non poſſe. Nam & in confeſſo eſt, teſtantibus nimirum ſanctæ Eccleſiæ Patribus, ac re ipſa clamante, Chriſti*
1353 *Apoſtolos Petrum & Paulum, Dei ſanctum Euangelium in ſanguine quoque ipſorum ſignatum,* Romanæ *Eccleſiæ reliquiſſe, atque in illius fidẽ Eccleſias omnes, quæ vbique ſunt fideles in toto orbe terrarum, religioſè cõſpiraſſe, atque ſocietate Sacramenti confæderatas & coniunctas eſſe. Itaque cùm ad noſper Epiſcoporum ſucceſsionem perpetuà continuatam ea fides peruenerit, non dubitamus, hanc vnam eandemq; eſſe, atque adeò veram fidem, quæ ab Apoſtolis ipſis in veritate eſt tradita, & vſque nunc religioſè ſemper cuſtodita & in Catholica Eccleſia ſemper conſeruata. Nihil proindè aliud credendum, tenendum, aut docendum eſt, niſi quod ſancta Roma-*
1354 *na tenet & docet Eccleſia omnium conſentientium Eccleſiarum Mater & Magiſtra. Eum verò, qui à fide Catholica & Romana Eccleſia recedit, neceſſe eſt à veritate & capite deficere.*

In Enchiridio Chriſtianæ Inſtitutionis in Concilio Colonienſi edito, de Sacramento Ordinis. *Pa-*
1355 *triarcharum ſummus eſt Romanus, non quòd ordine ſacerdotij cæteros antecellat, ſed magna plenitudine adminiſtrationis regiminis ac poteſtatis. Hanc enim apud vnum oportet eſſe in Eccleſia, vt Eccleſiæ vnitas manſtreretur ac conſeruetur. Sacerdotij poteſtatem, quæ diuidi non poteſt, ſinguli Epiſcopi in ſuum quiſque gregem in ſolidum poſsident. Sed Pontifex Romanus (veluti ſucceſſor illius, in cuius perſona Chriſtus hanc poteſtatem Eccleſiæ*
1356 *tradidit) hanc in vniuerſum ſuper totum gregem Chriſtianum tenet. In hoc enim conſtitutus eſt, vt fratrum ſuorum negligentiam ſuppleat. Luca 22.*

Alfonſus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
		Idem Carolus 5.	
1521.	Idem Clemens 7.		

proponenda erant, vt maniſeſtò appareret, quantæ abſurditates ex illa malè intellecta iuſtificationis radice oriantur.

e Iuſtitiam verò in nobis à Deo nō creari, aut in nobis inhærere, ſed tātùm ait iuſtitiā Chriſti nobis propter fidem imputari. Lutherus ibidem.

f Peccatum in renatis etiam pueris verè eſſe, ac manere: licet non imputetur ad pœnam propter fidē in Chriſtum.

g Chriſtianum, etiam volentem, non poſſe perdere ſalutem ſuā, niſi nolit credere. Nulla enim peccata poſſe damnare, niſi ſolā incredulitatem. Cætera oīa in momento abſorberi per eandem fidem. Lutherus de Captiuitate Babylonica, & de Sacram. Baptiſmi.

h In omni opere bono iuſtus peccat.

i Dicebat bona fidelium opera in gratia Dei facta, non

Doctores Catholici.

e Hoſius in Confeſſione Cath. c. 72. Aperta ſunt Scripturæ verba, Rom. 5. *Per obedientiam vnius Chriſti iuſtos conſtitui multos.* Et Ioan. 8. Si vos filius liberauerit, *verè* (ac non imputatione tantùm) *liberi eritis.* 1. Ioan. 3. *Videte, qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & ſimus.* Rom. 8. *Prædeſtinauit nos conformes fieri imaginis filij ſui.* Ad exemplum ergo Chriſti, iuſtitia nobis ſecundùm menſuram noſtram inhæret.

f Hoſius ibidem. Deus dixit, Iſaiæ 43. *Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Et Ioan. 1. *Agnus Dei tollit peccata mundi.* Paulus 1 Cor. 6. Cùm recenſuiſſet fornicarios, Idolis ſeruientes, & alijs id genus criminibus infames: *Et hæc quidem fuiſtis* (inquit) *ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis.*

Roffenſis Arti. 2. contra Lutherum. Voce peccati Paulus multifariam vtitur. Primò pro fomite peccati. Rom. 7. *Non ego operor illud ſed quod habitat in me peccatū.* Deinde pro impuris motibus carnis. Rom. 6. Coloſs. 3. Item pro conſenſu mentis ad ſeruiendum illis motibus. Rom. 6. *Ne regnet peccatū in mortali veſtro corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.* Denique pro hoſtia, quæ pro peccatis offertur. 2. Cor. 5. *Deus Chriſtum pro nobis fecit peccatum.* Inſignis ergo eſt vel inſcitia, vel malitia Lutheri, qui tam varias peccati acceptiones in vnum confundere molitur.

g Ruardus Tapper Tom. 2. art. 11. Hæc Martini Lutheri verba blaſphemā illā hæreſim inſinuāt, quā improbat Auguſtinus lib. de fide & operibus, quòd videlicet fides eos ſaluare poteſt, qui in peccatis viuūt. De quibus eſt aperta ſententia Apoſtoli. Galat. 5. *Opera carnis ſunt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia: quæ qui agunt, regnum Dei non conſequentur.* Atqui Ioannes Caluinus in fine capitis de iuſtificatione impij, efficaciter probat contra Martinum Lutherum *infidelitatem non eſſe in quolibet peccato rationem, ob quā peccatum eſt.*

h Roffenſis in artic. 31. contra Lutherum. *Quàmdiu homo pro viribus iam poſſibilibus, gratia cooperante, ſeipſum ante Deū erigit, in illo opere peccato caret. Alioqui Paulus cùm raptus in tertium cœlum operam dedit arcanis illis verbis, quæ non licet homini loqui,* peccaſſet, cùm tamen etiā de operibus alijs dicat (1 Cor. 7.) *Si nupſerit virgo, non peccauit.* 1. Ioan. 2. *Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.*

i Caietanus Tom. 3. de fide & operibus c. 6. 8. & 9. *Opera fidelium, etiamſi per naturam ſuam, aut per vires liberi*

Alfonſus de Caſtro aduerſus Hæreſes lib. 12. in verbo, Papa. *Alijs* (inquit) *Apoſtolis datæ ſunt Claues*
cœli: Petro autẽ, cæterorũ. Quod illi ſoluunt, aut ligant in terra, ſoluitur & ligatur in cœlo: ſed quod Petrus ſol-
uit, aut ligat in terra, ſoluitur et ligatur in cœlis. Quod ipſum Origenes antè animaduertit. (Et pòſt) *Certè niſi*
1357 *à Deo fuiſſet ita inſtitutum, vt vnus in Eccleſia eſſet ſummus Sacerdos, eueniret in Eccleſia neceſſario id, quod*
in libro Iudicum dicitur: In illis diebus non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi videbatur bonum fa-
ciebat. Et hac ſola de cauſa (vt exiſtimo) hæretici conantur, Primatum Petri & eius Succeſſorum minuere, vt vi-
delicet liberius, quas voluerint, poſſint docere hæreſes. Vbi autem Alfonſus oſtendiſſet, antiquas Græco-
rum Eccleſias, itemque Galliam & Hiſpaniam ſemper obediuiſſe Pontifici Romano: *Ergo* (inquit) *ſi*
tantam, ac tam latè fuſam poteſtatem, non Dei iuſſu Romanus Pontifex, ſed ſua vi (vt Lutherus ait) acquiſiuit,
oſtendas, obſecro, Luthere, quãdo primùm tam latam poſſeſſionem adeptus eſt, quibus ſuffragijs, quo milite hanc
tyrannidem vſurpauit. Non eſt enim vero ſimile, vt tam immenſa potentia obſcurum ſit initium. Ex hiſtoriis
nobis rei initium deducat. Illud ſanè coget, vt huic fabulæ nulla præſtetur fides, ſi aduertat quiſque, minimè fieri
poſſe, Sacerdotem inermem, ſolum, nullo milite ſtipatum (qualem fuiſſe neceſſe eſt prius, quàm hac tyrannide po-
tiretur) nullo iure fultum, nullo fretum titulo, in tot vbiq; pares Epiſcopos, apud tam varias, tamq; diuiſas natio-
1358 *nes, tantum obtinere imperium, vt non ſolùm Epiſcopi, ſed Reges & Imperatores, qui extra illius Diœceſim vi-*
tam degunt, illi obediant. Quis enim tam ſtupidus eſt, vt credat, populos omnes, Regna, Prouincias fuiſſe ſui iu-
ris ac libertatis tam prodigos, vt externo Sacerdoti, cui nulla ſubiectionis cauſa tenerentur obnoxij, tantum in ſe
poteſtatis darent, quantum ipſe fortè vix auſus eſſet optare, aut ſaltem petere? Abeant ergo Hæretici, & nos fi-
dem Eccleſiæ Catholicæ tenentes, fateamur, vnum eſſe in illa ſummum Sacerdotem, vt ſicut ipſa vnum eſt oui-
le, ita ſit vnus illius Paſtor.

Dominicus Soto in 4. lib. Sentent. Tom. 2. q. 1. art. 1. docet, *Chriſtum inſtar Monarchiæ Eccleſiam ſuam*
1359 *inſtituiſſe.* Math 16. & Ioan. 21. idque *vt Petri Succeſſores non minus, quàm ipſe Petrus, vice Chriſti fungeren-*
tur, atque adeo vnuſquiſque eorum ſummũ in Eccleſia faſtigium teneret. Ac decentiſsimum quidem eſſe ait,
vt Romana Sedes, Petri ſanguine decorata, ſit Sedes ſucceſſorum Petri. Dubitat tamen, vtrum fieri nõ
poſſet, vt ſucceſſor Petri vel Sedem ſuam mutet in aliam Eccleſiam, vel nullibi omnino reſideat, ſed
maneat tantùm vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, vt quondam Apoſtoli per totum mundum obambula-
bant.

Ibidem q. 2. artic. 1. in Concluſione 5. *Poteſtas* (inquit) *quæcunq; ciuilis eatenus eſt Eccleſiaſticæ ſubie-*
cta in ordine ad ſpiritualia, vt Papa *poſſit per ſuam ſpiritualem poteſtatem, quoties ratio fidei & Religionis ex-*
1360 *egerit, non ſolùm Eccleſiaſticarum cenſurarũ fulminibus aduerſus* Reges *agere, eoſq; cogere: verùm & cunctos*
Chriſtianos Principes temporalibus bonis priuare, & vſque ad eorum depoſitionem procedere.

Franciſcus à Victoria in lib. de poteſtate Eccleſiæ q. 2. in 4. propoſitione. Chriſtus ſic inſtituit Ec-
cleſiam, vt eſſet vſque in ſeculum duratura. Vnde Iſaiæ 9. Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius
ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, amodo & vſq; in ſempiternũ. Sed *Chri-*
1361 *ſtus ædificauit Eccleſiam ſuper Petrum* (Math. 16.) *velut ſuper poteſtatem ordinariam in perpetuum duratu-*
ram: ergo opus fuit, vt Petro è medio ſublato, alius loco illius ſubrogaretur cum ſimili authoritate & poteſtate iu-
riſdictionis in totum orbem. Qui ordo vnius ſummi Sacerdotis & ſummæ Sacerdotis legis reſpondet, & rationi,
quæ Monarchiam præfert. Et re vera non minus pernicioſus fuit error negantium perſeuerare in Eccleſia vnũ
Pontificem, cui omnes Chriſtiani ſubeſſe teneantur, quàm eorum, qui omnes Chriſtianos æquales eſſe volunt.
Hic enim maiorem orbis Chriſtiani partem primò in ſchiſmata deduxit, deinde ab Eccleſia alienauit, poſtremò
in impientiſſimam Mahumeti perfidiam impulit.

Deinde oſtendit, Petrum potuiſſe conſtituere formam, qua ei poſt obitum ſuccederetur, quia cùm
haberet omnem poteſtatem, quæ neceſſaria Eccleſiæ foret, hæc etiam fuit neceſſaria. Si autem Petrus
abſque ſucceſſore à ſe conſtituto mortuus fuiſſet, tamen reliqua Eccleſia per Epiſcopos potiſsimùm
poterat poteſtatem ſemel à Domino inſtitutam continuare.

1362 Poſtremò ait, *Epiſcopum Romanum eſſe ſummum Pontificem, nec vllum alium ſe geſſiſſe pro Epiſcopo vni-*
uerſalis Eccleſiæ præter Pontificem Romanum. Quem ſiue Clerus, ſeu populus Romanus aliquando ele-
gerit, eam eligendi formam non à diuino iure, ſed vel à lege per ſummos Pontifices lata, vel à conſue-
tudine accepta promanaſſe.

Petrus à Soto in aſſertione Catholicæ fidei circa articulos Confeſsionis Wirtenbergenſis. *Chriſtus,*
qui Eccleſiam ſuam vnice dilexit, & firmiſſimè vſque ad finem ſeculi duraturam fundauit, Petrum conſtituit
Vicarium ſuum atque viſibile Caput loco ſui, vt curam vniuerſalis Eccleſiæ in corpore hic peregrinantis gereret,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1528.	Idem Clemens 7.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

non mereri vitã, quia hoc putabant derogare merito Chriſti.

k Deum præcepiſſe nobis impoſſibilia. Quale illud eſſe dicebat: Diliges Deum ex toto corde. Nec enim volebat illud præceceptum ſic interpretari, vt ſpiritus Dei Eccleſiam docuerat, ſed ſecundùm ſuã voluntatem.

l Primos motus, etiã quibus Chriſtiani reſiſtũt, volebat verè eſſe peccata, & nos

Doctores Catholici.

liberi arbitrij non mereantur à Deo vitam æternam, tamen nunc ea merentur: partim quia placuit Deo, talem conuentionem cum fidelibus facere (Math. 20.) & ita ſeipſum non tam nobis, quàm ſibi ipſi debitorem conſtituere: partim quia charitas tanquã ſemẽ Dei (1. Ioã. 3.) in nobis manens, fit in nobis (vtique per cooperationem noſtram, qua Deo cooperamur (1. Cor. 3.) fons aquæ ſalientis in vitam æternam (Ioan. 4.) partim quia Chriſti membra cùm ſimus, non tam ſoli nos, quàm Chriſtus in nobis & operatur, & meretur, ſicut ſcriptum eſt (Gal. 2.) Viuit in me Chriſtus. Cùm enim Deus prædeſtinauerit nos conformes fieri imaginis filij ſui (Rom. 8.) conformiores ſumus habendo meritum æternæ vitæ, tùm ex Chriſti ſolius morte, tùm ex Chriſto operante & merente in nobis, quàm ſi vno duntaxat modo, id eſt, per Chriſtũ ſolũ eã mereremur. Nã Chriſtus ex duplici cauſa vitã æternã habuit, & ſine merito ſuo per vnionem ad verbum, & per meritũ ſuũ, dũ Deus (Phil. 2.) propter mortẽ eius dedit illi nomen ſupra omne nomẽ. Glorioſius igitur Chriſto eſt, vt paruulos tãtũ ex ipſius merito ſaluet, adultos faciat etiã per ſuã gratiã in ſe mereri vitã æternã. Huc ſpectãt permulta Scripturæ loca. Gen. 15. Iſa. 40. Math. 20. Apoca. 22. & 2. Tim. 4. Mihi certãti, curſum conſummanti, & fidẽ ſeruãti, Dominus iuſtus Iudex reddet coronam iuſtitiæ.

k Hoſius de confeſ. Catho. c. 74. *Sũt qui blaſphemãt, impoſſibilia Deũ præcepiſſe. Nos Chriſto potius credamus dicẽti. Marc. 9 Oĩa poſſibilia ſunt credẽti. Et cum Paulo quiſq; noſtrũm glorietur, Phil. 4. Oĩa poſſum in eo qui me confortat Chriſto.* Mox idipſum probat authoritatibus Baſilij, Marci Eremitæ, Dorothei, Auguſtini, & Hieronymi.

Ruardus Tapper Tom. 1. Artic. 2. *Deũ ex toto corde diligere dicitur (ex mẽte Chryſoſt. Auguſt. Bernard. & cæterorũ Patrũ) qui nihil diligit ſupra Deũ, contra Deum, aut æqualiter cũ Deo, ſed amorẽ Dei tanquã ſcopum ſibi proponat, ad quẽ oĩa referat. Sic dicitur Deut. 4. Inuenies illũ, ſi toto corde quæſierĩs eũ. Et 1. Reg. 7. Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominũ, auferte Deos alienos de medio veſtri, & præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli. Vnde toto corde aliquid facere, eſt auferre impedimẽta cõtraria, & facere ſeruitiũ neceſſarium. Sic Dauid ait: In toto corde meo exquiſiui te. In toto corde meo ſcrutabor mãdata tua. Et: Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine. Nã vt homo aliter eſt perfectus in pueritia, & aliter in virili ætate: ſic alia eſt peregrinantiũ, & alia in patria degentiũ perfectio. Illa nobis in hac vita præcipitur, quam per Dei gratiã implere poſſumus.*

l *Adulteria, fornicationes, furta* (Matth. 15.) *de corde exeunt*: hoc eſt, de voluntate libera, & non de inuoluntario carnis motu. *Non regnet peccatum*

1363 tio vt hoc in perpetuum in Eccleſia permaneret. Quare in Petro etiam eius Succeſſores, Romani ſcilicet Pontifi-
ces, hoc ipſum acceperunt, vt Caput ſint vniuerſalis Eccleſiæ. Et in defenſione Catholicæ confeſsionis in tit.
de vno certo iudicio Eccleſiaſtico c.4. Quo pacto (inquit) ſeruari poteſt vnitas hæc fidei, quam Deus à no-
1364 bis exigit, & vt a nobis inuicem eam exigamus, præcipuè, niſi vnum manifeſtum viſibile Iudicium ſit, in quo
audiri cauſæ, & proferri poſſit ſententia.

Idem in defenſione Catholicæ Confeſsionis.c.96. Si Auguſtinus (in Epiſt.165.) triginta octo Pontificũ
(Romanorum) ſucceſſiones, & quadringentorum plus minus annorum tanti fecit: quanti nos nunc facturi ſumus
1365 ſucceſſionem continuam ducentorum, & amplius, quàm triginta Pontificũ vſque ad Paulũ huius nominis quar-
tum: mille quingentorum & amplius annorum, de quibus & dicere poſſumus, quod Auguſtinus eo loco inquit,
in hunc Ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro vſque ad Paulum quartum, qui nunc in ea Cathedra ſe-
det, etiamſi quis traditor per illa tẽpora ſurrepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ, & innocentibus Chriſtianis, quibus
Dominus prouidens ait de malis Præpoſitis: Quæ dicũt, facite: quæ autẽ faciũt, facere nolite. Dicũt enim, & nõ fa-
ciunt. (Et pòſt.) Cùm perpetua quadam Eccleſiæ perſecutio durauerit à Nerone, vſq; ad Conſtantinum nõ mul-
tò minus quàm trecentis annis, licet nonnunquam paulò remiſsior, vel ad breue tempus intermiſſa videri poſſit:
nónne igitur miranda diuinæ prouidentiæ efficacia fuit, quòd in Sede Romana Sathanas, & Imperatores obti-
1366 nere non potuerunt, vt deeſſet certa & legitima ſucceſſio? Certè qui hæc per ſingula (vt ita dicamus) membra cõ-
ſiderauerit, intuebitur miranda Dei opera. Occidebantur vno die Petrus & Paulus, & tã atrociter ſæuiebat Ne-
ro in Chriſtianos, vt ex cadaueribus interfectorum lumina continuata per aliquot noctes fuiſſe dicantur. Et tamẽ
intrepidè audet Linus locum Petri tenere, nec officio deeſſe boni Paſtoris. Afficitur ille ſupplicio vltimo, & mox
ſuccedit Clemens, aut accedit potius ad periculum & victimam, atque ſic deinceps, omnibus illis temporibus neq;
defuit populi & Cleri cura & conſtantia in eligendo Pontificem, nec in electis virtus & charitas animas ſuas
ponendi pro ouibus. Quæ maiora miracula ſpectare debemus, quibus hæc confirmetur fides? Succedunt poſthæc
mutationes circa Imperium, diuerſaq; irruptiones in Italiam, & Romam, & hinc circa ipſas electiones Pontifi-
cum difficultates plurimæ ortæ ſunt, & contentiones: & inter hæc omnia nec defuit hæc ſucceſſio, nec legitimi Põ-
tifices defuerunt officio ſuo, ita vt etſi nonnulla aliquando fuerit turbatio, vnde & in hiſtorijs inueniatur diuerſitas:
tandem ſemper illuxit diuina gratia Eccleſiæ ſuæ, quæ & agnoſceretur verus Paſtor, & ipſe vel præſtaret, quod
1367 ſui erat muneris, vel certè nõ læderet Eccleſiam. Et in hac præcipuè Sede Vicarij Chriſti illud, quod in domo Da-
uid, ex cuius ſucceſſione Chriſtus naſciturus erat, factum legimus, videmus impleri: Vt remaneat, ait, lucerna ſer-
uo meo Dauid cunctis diebus coram me in Hieruſalem ciuitate, quam elegi, vt eſſet nomen meum ibi. Multò
1368 enim iuſtius dicere poſſumus, elegiſſe Chriſtum Romam, in qua Sedem ſuam collocaret, dum eam Principum
Apoſtolorum ſanguine fundauit, & multorum millium nobiliſſimorum Martyrum conſtantia, & meritis adi-
1369 ficauit. Pòſt autem iudicium Dei patefecit in Epiſcopos Conſtantinopolitanos oppugnatores Roma-
ni Primatus, qui tùm à fide Chriſti exciderint, tùm in miſerrimam ſeruitutem inciderint.

Cumque Mauritius Romanæ Sedis Primatum euertere, & Conſtantinopolitanum Epiſcopum illi
æquare, aut etiam præferre conatus ſit, eum in ipſo conatu extinctum eſſe, quod ipſum & miraculo vi-
1370 ri apparentis in Monachi veſtitu conteſtatum fuiſſe (Monachus enim fuit Gregorius Papa) & à Phoca
Imperatore animaduerſum, qui emendata Mauritij negligẽtia, dignitatem ſuam Romanæ Sedi reſtitue-
rit. Denique egregiè explicat diſcrimen, quod eſt inter ipſam Romani Pontificis poteſtatem, & eiuſdẽ
poteſtatis vſum. Illam tollere nullus vnquam Catholicus conatus eſt: hunc ex parte aliqua moderari, &
1371 contra eum præſcribere, tùm Reges, tùm quidam Epiſcopi ac populi nonnunquam tentârunt, tùm ipſi
Pontifices interdum id permiſerunt, vel ob humilitatem, qua fratribus cedendum arbitrabantur, vel ob
charitatem, ne grauiora ſcandala excitarentur.

1372 Iacobus Sadoletus Epiſcopus Carpentoracti Cardinalis ad Ciues Gebennenſes elegantem Epiſtolã
ſcripſit, qua eos ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ reducere conatur.

Gaſpar

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
1534.	227. Paulus 3. Romanus an. 15	
		Idem Carolus 5.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

nos coram Deo reos facere.

Diſcipulorum Lutheri opiniones de iuſtitia fidei & operibus.

183. *De Oſiandro.*

m Dicebat, hominem iuſtum fieri ea iuſtitia, qua Deus ipſe eſſentialiter iuſtus eſt.

n Idem docuit, Chriſtum eſſe iuſtificatorem humani generis ſecundùm ſolá diuinam ipſius naturam, excluſa humana.

o Docuit etiam Chriſtũ iuxta vtramq; naturã, quẽadmodum in matris vtero fuit, eandem eſſe imaginẽ ad quã, vel ſecundùm quã primus homo conditus ſit.

184. *De Stancaro.*

p Iſte docuit, Chriſtũ eſſe iuſtificatorem noſtrum, ſecundùm ſolam naturã humanam, excluſa Diuina, vt Staphylus ait, de cõcordia Lutheranorum.

185. De

Doctores Catholici.

catum (Rom. 6.) *in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.* Obedire igitur peccato, aut concupiſcentijs, hoc vtique eſt peccare. At verò ſi non obedimus, non peccamus. Nam vt *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati* (Ioan. 8.) ſic qui non eſt ſeruus peccati, non facit peccatum. Si autem motus primi, quos impedire non poſſumus, nos facerẽt peccatores, fruſtrà moneret Apoſtolus, *ne peccatum regnaret.* Semper enim, nobis etiam inuitis, regnaret. Nunc autem Apoſtolus dicit (Rom. 6.) *peccatum in vobis nõ dominabitur. Non enim estis ſub lege, ſub ſub gratia.*

m Pſal. 50. *Cor mundum crea in me Deus.* Epheſ. 2. *Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.* Ioan. 1. *De plenitudine Chriſti nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Ephe. 4. *Vnicuiq; noſtrũm data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti.* Iuſtitia igitur noſtra non Dei eſſentia, ſed creatum aliquod Dei donum eſt.

n 1. Timoth. 2. *Vnus Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* Epheſ. 5. *Chriſtus nutrit & fouet Eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius de carne eius, & de oſſibus eius.* Homo igitur Ieſus Chriſtus redemptionẽ ſemetipſum dans pro nobis, quod fit ſecundùm carnem, quæ ſola potuit mori, qua vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Heb. 10. Factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. 1. Cor. 1. Humana ergo Chriſti natura fuit quædam cauſa (videlicet meritoria) iuſtificationis noſtræ.

o Gen. 1. Dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Dicẽdo *noſtram*, ſignificauit, hominem ad totius Trinitatis imaginem factum eſſe. Tota verò Trinitas non eſt incarnata, ſed tantùm ſecunda perſona, quia *Verbum caro factũ eſt.* Ioan. 1. Ratio igitur imaginis, ad quam factus eſt primus homo, petitur à diuina Trinitatis eſſentia. Poſtquàm autem homo lapſus eſt, reficitur & reparatur ad exemplum humanæ in Chriſto naturæ. *Nam Deus* (Rom. 8.) *prædeſtinauit nos conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Et (1. Cor. 15.) *Qualis homo terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.*

p Rom. 8. *Deus eſt qui iuſtificat.* Et Rom. 2. *Quoniam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem.* Concilium Tridentinum Seſs. 6. c. 7. *Efficiens cauſa iuſtificationis noſtræ eſt miſericors Deus, qui gratuitò abluit & ſanctificat, ſignans & vngens Spiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.*

q Philip. 2.

Ruardus Tapper in explicatione Articulorum Louanienſium, quoties occaſio fert, Romanæ Eccle-
ſiæ Primatum libenter agnoſcit, & prædicat. In Articulo autem 17. *A ſeculari Magiſtratu* (inquit) *nulla*
1373 *iuriſdictio vel adminiſtratio in Eccleſiæ Paſtores transfundi poteſt, ſed ſequitur ipſum Epiſcopatum, vel potius
à Capite, Romano Pontifice, in ipſum promanat. Id docent ſacri Canones, & Nicolaus Papa, & Leo Pontifex.*

Ioannes Viguerius Granatenſis in Chriſtianæ Theologiæ Inſtitutionibus, de Sacramento Ordinis,
1374 verſu. 5. *Chriſtus dedit poteſtatem Petro* (Math. 16. & Ioan. 21. & Lucæ 22.) *& ſucceſſoribus ſuis, tanquam Ca-
piti Eccleſiæ, ſicut olim Moyſi tanquam Capiti Synagogæ, & ſucceſſoribus ſuis: vt expreſſè Chriſtus dixit de ijs,
qui ſedent ſuper Cathedram Moyſis.* Matth. 25. *Et ſic apparet, quòd D. Petro data eſt primò poteſtatis plenitudo,
per Petrum ad alios deriuanda, & ab eo dirigenda, tutanda, & confirmanda. Vnde Luc. 22. Et tu aliquando con-
uerſus, confirma fratres tuos, hoc eſt, Apoſtolos, quoad poteſtatem, & directionem, ac ſoliditatem fidei. Ratione
etiã naturali ac manifeſto conuinci poteſt, Chriſtũ vnũ ſuper omnes dimiſiſſe Paſtorẽ. Quia cum Chriſtus ſit ſapi-
entia Patris, neceſſe eſt dicere, ipſum perfectiorem inſtituiſſe politiam in Eccleſia ſua, quàm fuerit aliqua poli-
tia humana. Sed euidenter conſtat, politiam Regalem, in qua præſidet vnus, eſſe omnibus alijs perfectiorẽ, vt pro-
1375 bat Philoſophus 12. Meta. Et ideò illi, qui Primatum Petri negant, ſunt ſchiſmatici & hæretici. Negant enim
vnitatem, quam Chriſtus tantum commendauit, & pro ea orauit. Manifeſtum eſt etiam, quòd inter Epiſcopum
& Papam ſunt alij gradus dignitatum, correſpondentes gradibus vnionis Diœceſum, Prouinciarum, & Regnorũ,
1376 ſecundùm quos vna congregatio vel communitas includit aliam, & communitas totius mundi includit commu-
nitatem omnium Regnorum, & ſic ſunt Archiepiſcopi, Primates, Patriarchæ.*

D. Conradus Clingius in locis communibus lib. 3. c. 12. *Eſſentiale primum ac principale Caput Eccleſiæ,
in quod tendit fides noſtra, quod Caput influit membris gratiam & iuſtitiam, Chriſtus eſt. Deinde Caput mini-
1377 ſteriale & ſecundariũ Eccleſiæ, Petrus ac ſui ſucceſſores ſunt, in quod Caput non credimus, ſed obedimus, veluti
Vicario Chriſti. Cui Chriſtus in terris hoc commiſit, ſtatuit, & ordinauit.*

Fridericus Nauſea Epiſcopus Viennenſis in Centuria 1. Homiliarum, Homil. 89. de Sanctis. *Chriſto
viſum eſt, in Eccleſia varios eſſe gradus & ordines oportere, non modò Sacerdotes, verùmetiam Epiſcopos, &
1378 ſummum etiam ipſum Pontificem, & qui vnus vice Capitis toti præſideret Eccleſiæ. Primò, quoties lites emer-
gerent de rebus fidei, & quoties incideret de Scripturarum ſenſu controuerſia, vt aliquem ſupremum Iudicem
haberemus, cuius iudicio ſtaretur. Deinde vt per Principem (cuius mandato cæteri ſunt pariturі) conuocari fa-
cilius poßit Epiſcoporum Synodus. Tertiò, propter contumaces reprimendos, & maximè cùm inter ſe diſſentiãt
Epiſcopi, neceſſaria eſt Capitis vnitas, quæ ſtudeat eos ad concordiam reducere, ne fautoribus hinc inde multipli-
catis, puſilla principio lis in pernicioſum tandem ſchiſma prorumpat, id quod accidiſſe aliquoties compertum eſt.*
(Et paulò pòſt.) *D. Petrum (& non minus Romanum Pontificem Petri ſucceſſorem) Chriſti eſſe Vicarium, &
1379 ſuper omnes vniuerſi orbis Eccleſias Primatem inſtitutum, totiusq́; Eccleſiæ eſſe Caput atque Patrum Patrem,
teſtatur vnanimis tam Græcorum, quàm Latinorum ſacræ Scripturæ Interpretum, & Patrum denique omnium
Orthodoxorum, qui ſpectatißimi ſunt, conſenſus.*

Gaſpar

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*		
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1535.	Idem Paulus 3.	
		Idem Carolus 5.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

185 *De Andrea Muſculo.*

q Aſſeruit, diuinã Chriſti naturam vnà cum humana in Cruce mortuam eſſe.

186. *De Amſdorfio.*

r Amſdorfiani docẽt, bona opera ad ſalutem homini eſſe pernicioſa.

187. *De Maioriſtis.*

ſ Iſti contrà docent, nullum hominem (ne infantẽ quidẽ) iuſtum fieri poſſe, aut vnquàm ſaluatũ fuiſſe, abſq; bonis operibus præcedẽtibus. Ita docuit Georgius Maior in multis aduerſus Illiricum ſcriptis. Illiricus etiam in ſuo ſcripto contra Lipſenſes, accuſat Melancthonem, eò quòd dixerit, hominem in puris naturalibus potuiſſe diſponere ſe ad recipiendam gratiam Dei.

188. *De Antinomis.*

t Antinomi negant, homines Euangelicos ad bona opera diuinæ legis obligari. Staphylus de Lutheranorum inter ſe concordia.

v Deniq; tam inconſtans & ſecum ipſa diſſentiens eſt Lutheranorum opinio de iuſtificatione, vt cùm quatuordecim Eccleſiæ contra Oſiandrum ſcripſiſſent, totidem iuſtificationis inter ſe diſcrepantes definitiones afferrent. Staphylus ibidem.

Hære-

Doctores Catholici.

q Philip. 2. *Chriſtus cùm in forma Dei eſſet, formã ſerui accipiẽs, & habitu inuent⁹ vt homo, factus eſt obediẽs vſq; ad mortẽ crucis.* In eo quod accepit, in eo quod *obedire* Deo potuit, id eſt, *in forma ſerui* mortuus eſt, nõ in forma Dei, qui *nõ mutatur* (Mala. 3.) *nec ſicut veſtimentũ veteraſcit, ſed idem permanet.* Pſal. 101. Heb. 1.

r Ad Tit. 3. *Curẽt bonis operib⁹ præeſſe, qui credũt Deo: hæc ſunt bona & vtilia hominib⁹.* Heb. 6. *Nõ enĩ iniuſt⁹ De⁹, vt obliuiſcatur operis veſtri.* Ro. 2. *Reddet vnicuiq; ſecũdũ opera, ijs quidẽ, qui ſecũdùm patiẽtiã boni operis, gloriã, & honorẽ, & incorruptionẽ quærunt, vitã æternã.*

ſ Epheſ. 2. *Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc nõ ex vobis (Dei enim donum eſt) non ex operibus, vt ne quis glorietur.* Rom. 11. *Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioqui gratia iã non eſt gratia.* Rom. 9. *Cùm nõdũ nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundùm electionem, propoſitũ Dei maneret, nõ ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei: quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptũ eſt: Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui.* Aut quid præceſsit iuſtificationem Pauli iam perſequentis Eccleſiam Dei, præter mala ipſius opera? Tridentina Synodus in Seſsion. 6. cap. 5. declarat, *ipſius iuſtificationis exordium in adultis (Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia) ſumendum eſſe ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur.*

t Dauid ait Pſal. 14. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã.* Rom. 8. *Deus mittens filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundùm ſpiritum. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Matth. 7. *Omnis arbor, qui non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Tit. 2. *Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis, vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorẽ bonorũ operum.* Iacob. 1. *Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis, et permãſerit in ea, nõ auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.*

v Hoſius contra Brẽtium lib. 1. Poſtquàm ex Oſiandri confeſsione oſtendiſſet, Proteſtantes, ſimul vt locum aliquem in Scripturis viderunt, in quo iuſtitiæ mentio fieret, ſtatim nouam ex eo iuſtificationem eſſe fabricatos, idq; varijs exemplis ita ſe habere demonſtraſſet: ad ſereniſsimum Poloniæ Regem conuerſa oratione, ita ſubiungit: *Certum eſſe dicit argumentum Lutherus, quandoquidem ſeptem aut octo ſectas enumerauit Sacramentariorum, doctrinam earum ab authore Satana profectã eſſe, quòd in ipſo ſtatim exordio ſit in tot capita diſſecta. Atqui nos nõ ſeptẽ, ſed bis aut ter ſeptem Lutheranorũ ſectas de vno ſaltẽ iuſtificationis articulo, qui ſummã Euangelij continet, recenſuimus.*

Gaſpar Contarenus Cardinalis in libello de Poteſtate Pontificis: Obteſtatur Chriſtus Petrum (Ioan.21)
per eum amorem, quo præ alijs omnibus ab illo amabatur, vt paſceret oues ſuas. Si ergo Chriſtus ouium ſuarum
1380 Paſtor & Dominus (Ioan.10.) Petrum item conſtituit, non Dominum, ſed Paſtorem ouium ſuarum: vicẽ Chri-
ſti gerit Petrus. Proportio igitur Petri eiuſq́ Succeſſorum ad populum Chriſtianum, eſt proportio Paſtoris ad oues.
Vnde, quæcunque pertinent ad inſtitutionẽ Chriſtiani gregis in vita Chriſtiana, quæcunq́ ad gubernationẽ, aut
curationẽ: ad Petrũ & Succeſſores Petri ſpectant. Nam cuicunq́ aliquod munus iniunctum fuerit, vtiq́ omnia
etiam, quæ pertinent ad id munus, iniũcta illi fuiſſe videri debent. Quamobrem cùm coërcere multoſq́ impone-
re ſpectet ad eum, cui commiſſa eſt gubernatio: præ alijs ergo data eſt Petro ligandi & ſoluendi poteſtas. Alia
item poteſtas Petro data eſt, declarandi ſcilicet & diſcutiendi ea, quæ pertinent ad fidei Chriſtianæ dogmata,
1381 eiuſq́ ſententiæ parère cæteri debent. Fides enim Petri (Lucæ 22.) nititur Chriſti oratione, quæ inefficax nulla
ratione eſſe poteſt. Subdit deinde: Et tu conuerſus, confirma fratres tuos. Quapropter cùm Pontifex Roma-
1382 nus Petri Succeſſor ſit, ius hoc Romani Pontificis nullo hominum conſenſu, ſed diuinitus ei tributum eſt.

Præterea: Iacobus erat Hieroſolymitanæ vrbis Epiſcopus. Petrus tamen conſtitutus erat à Deo Apoſtolus
Circumciſionis, id eſt, Iudæorum. (Galat.2) Habebat ergo Petrus poteſtatem à Deo traditam, quæ Epiſcopum ſu-
perabat. Ratio etiam nobis perſuadet, multitudinem omnem, quæ vna ſit, nequaquam poſſe vnam eſſe perſeue-
rare, niſi contineatur ab vno. Nam ſuapte natura multitudo omnis in plura dilabitur: ac niſi id, à quo in vnio-
ne continetur, vnum fuerit, ipſum quoq́ aliena opera indigebit, vt vnum ſit. Cùm ergo Eccleſia Chriſtiana vnum
1383 corpus ſit, hominumq́ genus à ſenſibilibus & diſciplinam & inſtitutionem omnem hauriat, adeo vt Chriſti Sa-
cramenta in rebus ſenſibilibus conſtituta ſint: vni homini, quem ſentias, gubernationem Eccleſiæ demandari
oportuit. Niſi ergo velimus fateri, defuiſſe, deeſſéue Diuinam prouidentiam gubernationi ac vnitati Eccleſiæ:
cuiuis ratio perſuaſerit, diuinitus datam fuiſſe Petro hanc poteſtatem, ſicq́ per manus ad nos deueniſſe. Denique
1384 ſemper à probis omnibus Chriſtianis Romanæ Sedi, Sedi, inquam, Petri ſumma veneratio, ſumma authoritas
eſt delata.

Hoſii Car-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1536.	Idem Paulus 3.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Hæreſes ex doctrina Lutheranæ iuſtificationis procreatæ.

a *Contritio maiorem facit hypocritam & peccatorem.* Luther. in Serm. de pœnit.

b *Confeſſio peccatorum nō eſt neceſſariò facienda ſacerdoti: nec illius abſolutio ſacramentalis expectāda.* §. Quæ fuit olim Nouatianorū hæreſis, vti iam antè probaui ex Cypriano, Lactantio & Ambroſio.

c *Poſt peccata etiam grauiſſima ſatisfactio nulla faciēda eſt à nobis, ne ſatisfactioni Chriſti derogemus.* §. Hæc hæreſis ante annos mille trecentos à Cypriano cōfutata eſt, lib. 1. Epiſt. 3. Datur (inquit) opera, ne ſatiſfactionibus, & lamentationibus iuſtis delicta redimantur, imminente Antichriſto, exarmatur fides militantis populi, dū tollitur vigor & timor Chriſti.

d Omne

De Contritione.

a Ezech. 18. *Conuertimini, & agite pœnitentiam ob omnibus iniquitatibus veſtris. Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus praeuaricati eſtis.* Pſalm. 6. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectū meum.* Iſaiæ. 38. *Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* 2. Cor. 7. *Quæ ſecundum Deū triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Meritò igitur Tridentina Synodus in Seſs. 14. can. 5. hāc hæreſim Lutheri anathemate percuſsit.

Peccata mortalia miniſtro Chriſti neceſſariò confitenda eſſe.

b Chriſtus dixit Apoſtolis, Ioan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum: quorum peccata remiſeritis, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Remittere autem, vel retinere peccata, miniſter Chriſti non debet, niſi cum iudicio & diſcretione matura: ne alioqui *communicet cum peccatis alienis*, (1. Timoth 5.) & poteſtate, *quam in ædificationem accepit* (2. Cor. 13.) ad deſtructionem abutatur. Nam ſi eſt *peccatū ad mortē*, pro quo vt rogetur, Apoſtolus præcipere (1. Ioan. 5.) non audet: certè etiam eſt peccatum, quod per Apoſtolos aut eorum Succeſſores remitti non poteſt. Vt ergo ſciat Miniſter Chriſti, quando vel remittere peccata, vel retinere debeat: neceſſe eſt, vt ſpecies, numerus, & grauitas criminum ab illo enuncietur, qui ſolus cogitationum ſuarum conſcius eſt. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia,* & quæ (Math. 15.) ſequuntur. Chriſtus ergo, qui peccata per Miniſtros ſuos ſoluit (Math. 16. & 18.) per illos verò non remiſſa pro ligatis & retentis habet, illum ad confeſsionem peccatorum ſuorum obligat, qui crimina poſt baptiſmum commiſſa remitti ſibi exoptat. Et hoc iure Eccleſia Dei vtitur, ſemperque vſa eſt, vt conſtat ex Oratione Cypriani de lapſis, & ex D. Hieronymo in c. 16. Math. Et Magno Leone in Epiſtol. 78.

De ſatisfactione pro temporali pœna peccatorum ſuſcipienda.

c Pleniſsima Chriſti ſatisfactio promeruit, vt (deleto reatu criminum, quæ poſt baptiſmum committuntur, per gratiam in Sacramento Pœnitentiæ, aut etiam in voto eius collatam) nos deinceps vtiliter poſsimus pœnam temporalem exoluere, quæ poſt peccatum dimiſſum remanet. Nam & Dauid (2. Regum 12.) & Moyſes atq; Aaron (Num. 20.) poſt peccata ipſis remiſſa, tēporaliter afflicti ſunt. *Qui enim ſciens Domini voluntatem, peccat* (Luc. 12.) *vapulat multis.* Dominus verò *purgat filios Leui.* (Malac 3.) *Et Epheſios iubet* (Apocal. 2.) *agere pœnitentiam, & prima opera facere: niſi enim compatiamur* (Rom. 8.) *non conregnabimus.* Fit autem ſatiſfactio per *eleemoſynas* (Luc. 11 Tob. 4.) per *ieiunium* (Ioel 2. Ionæ. 3.) per *orationem* (Daniel 9. 2. Machab. 12. Iacob. 5.) per *corporis caſtigationes.* (1. Cor. 9.) Hæc pœnitētiæ opera dum agimus, Chriſti pro nobis paſsi (1. Pet. 2.) *veſtigia ſequimur.* Et *iugum eius* (Matth. 11.) *tollimus, facientes dignos fructus pœnitentiæ.* Luc. 3.

Venialia

Hoſii Cardinalis fides & ſententia de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Staniſlaus Hoſius Cardinalis, Epiſcopus Warmienſis, in Catholicæ fidei Chriſtiana Confeſsione
c.26. *Chriſtus cùm ſub ſua tempus Paßionis oraſſet Patrem, vt quas dederat ſibi, eſſent vnum, ſicut ipſe cum Pa-
tre vnum eſt, quò facilius hæc vnitas ſempiternis temporibus retineri poſſet, aſcenſurus ad Patrem, vni Petro pa-
1385 ſcendas oues ſuas commiſit, vnum illum Principem deſignauit multis argumentis: vt ipſe quidem in cælis au-
1386 thor eſſet vnitatis perpetuæ, Petrus autem, & quiſquis ei ſucceßiſſet, eiuſdem retinendæ Dux & Princeps in ter-
ris haberetur.* (Et poſt.) *Si Petram nolis niſi Chriſtum ipſum intelligere: quod futurum Chriſtus prædixit, di-
cet Lutherus, ecce hic eſt Chriſtus: dicet Zuinglius ſiue Caluinus, ecce hic eſt. Anabaptiſtæ contrà apud neutrũ
eſſe dicent, ſed ſibi ſolis eum vendicabunt. Idem Adamitæ facient, idem Iconomachi. Quid ergo aliud, quàm
commentitia erit Eccleſia, cuius nec fundamentum, nec ædificium agnoſci poterit? Si verò Petram interpreteris
fidem, quam confeſſus eſt Petrus, idem illud eueniet. Nam & hanc iſti certatim ad ſe rapient, ſibiq́ ſinguli cer-
tatim vſurpabunt. Quamobrem ſi talem eſſe volumus Eccleſiam, quæ videri & agnoſci poßit, neceſſe eſt, vt vi-
1387 ſibilem eſſe Petram ſtatuamus, ſuper quam illa ſit viſibilis ædificata, vt Petri nomine Petrum, Petriq́ ſucceſſo-
rem confitentem Chriſtum intelligi velimus.*

Idem c.28. *Sola Romana Eccleſia, quam ab exordio fidei Chriſtianæ normam accepit, in ea ſemper illibata
1388 permanſit. Defecit Hieroſolymitana Eccleſia, cui præſedit Iacobus, defecit Achaia, vbi Andreas, defecit Aſia,
vbi Ioannes, defecit India, vbi Thomas, defecit Perſis, vbi Iudas, defecit Æthiopia, vbi Matthæus, defecit Phry-
gia, vbi Philippus, defecit Græcia, vbi Paulus. Sola fuit, & eſt, Eccleſia Romana, ad quam, ſicut præclarè ſcribit
1389 Cyprianus, nunquam acceſſum habere potuit perfidia. Quæ mille iam quingentis & amplius annis, ita eſt Catho-
lica ſemper & Apoſtolica habita, nunquam vt vlla fuerit hæreſeos labe maculata. In qua videre etiamnum li-
cet viros & vitæ ſanctimonia, & doctrina præſtantißimos. Neque enim exiſtimandum eſt, ſi quando ad Petri
Cathedram de cauſis maioribus refertur, ſolum eſſe Paulum, aut Iulium Pontificem, qui de illis iudicet. Habet
ille lateri ſuo aßidentes totius orbis viros doctißimos, quibus ipſe minimè doctrina ſecundus præſidet, de quorum
1390 conſilio de rebus grauioribus pronunciat. Quamobrem ferendi non ſunt, qui Pontifici ſe dicto audientes fore
profitentur, non autem Paulo aut Iulio, ſibiq́ hoc arrogant, ſuum vt eſſe velint iudicium, quando vt Pontifex,
quando vt Iulius decernat. Quæ ſi ſemel admiſſæ fuerint captiones, omnis erit è terris obedientia ſublata. Quĩ
enim non eadem ratione ſibi ſumat quiſquam, vt de Regis ſententia iudicet, quòd Sigiſmundum, non autem Re-
gem pronuntiaſſe dicat: nihil captione hac pernicioſius cogitari poteſt.*

Idem in lib.2. contra Brentium. *Si Caiphas (Ioan.11.) qui ſedebat in Cathedra Moyſi, quamuis eſſet impius,
non deſtituebatur dono Prophetiæ, certè multò minus eo deſtitui credendus eſt, qui ſedet in Cathedra Petri, ſu-
per quem Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſuam, pro cuius fide propriè ſupplicatur. Recenſentur quidem à nonnul-
1391 lis, qui cùm in Cathedra Petri ſediſſent, ab hæreſi dicantur alieni non fuiſſe. Verùm falsò notam hanc eis inuri,
dubitandum non eſt.* Ac ſtatim deinceps, Marcellinum, Liberium, Fœlicem, Anaſtaſium, Honorium, Be-
nedictum, Ioannem vigeſimum ſecundum nihil à fide alienum docuiſſe, oſtendit.

Pereſius

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Idem Carolus 5.

1536. Idem Paulus 3.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

[d] Omne peccatum per ſe & ſuapte natura eſſe mortale, nullum veniale.

[e] Euangelium nihil præcipere, nec veniſſe Chriſtum, vt legem aliquam ferret.

De Melanchthone.

[f] Omnia mala fieri à Deo non tantùm permittente, ſed etiam decernente & operante. Imò adulterium Dauidis, & proditionem Iudæ proprium Dei opus fuiſſe

Doctores Catholici.

Venialia quædam peccata eſſe.

[d] 1.Cor.3. *Si quis ædificauerit ſuper fundamentum hoc* (id eſt, ſuper Chriſtum, aut fidem in Chriſtum) *ligna, fœnum, ſtipulam* (id eſt, opera minus perfecta, in quibus eſt peccatum veniale, vel doctrinam friuolã & inutilem) *vniuſcuiuſq; opus manifeſtũ erit, quia in igne reuelabitur. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Si quis autem templum Dei violauerit*, (id eſt, peccatum mortale commiſerit, vel doctrinam hæreticam prædicauerit) *diſperdet illũ Deus*. Cùm igitur alius fidelium (opere ſuo detrimentum patiente) ſaluus fiat per ignem, alius verò vnà cum opere ſuo pereat: manifeſtum eſt, alterius peccatum eſſe mortale, alterius autem veniale. Differũt ergo hæc duo. Vnde etiam Ioannes Apoſtolus (1.Ioan.5.) *peccatum non ad mortem, à peccato ad mortem* diſtinguens, pro illo rogari vult, pro hoc non item.

[e] Math.5. Dictum eſt antiquis hoc & hoc: *Ego autem dico vobis*. Perfectius igitur aliquid in nouo, quàm in vetere Teſtamento præcipi videtur. Ioan.15. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Manete in me, & ego in vobis*, Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Math.28. *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas: docentes ſeruare, quæcunque mandaui vobis*. Nec certè Ioannes Euangeliſta diceret (1.Ioan.5.) *Mandata Dei grauia non ſunt*, ſi nulla omnino eſſent. Et Rom.8. *Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini.* Quicquid autem in Decalogo præceptum olim fuit, idipſum (præter Sabbati cæremoniam, quæ in Dominicum diem commutata iam eſt) hodie etiam (Math.19.) præcipitur, ſed velut renouatum, & nunquam veteraſcente charitatis vinculo ita nobis commendatum, vt noua hæc charitatis & gratiæ lex, non tantùm bona iubeat, ſed ſpiritum etiam ſubminiſtret, quo & impetrẽtur, & impleantur, quæ mandata ſunt. Vide Auguſt. de ſpir. & lite. itemq; de natura & gratia. Cùm igitur Chriſtus tulerit legem charitatis, quæ diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis: nec vlla vnquam lex fuerit, quæ cũ illa conferri queat (Iere.31. Heb.8.) in illa verò lege Regali ſi quis offenderit, omnium mandatorum reus ſit: (Iacob.2.) certè optimus & ſeueriſsimus omnium legiſlatorum Chriſtus eſt.

Deum non operari mala, id eſt, peccata.

[f] Pſalm.105. *Confitemini Domino, quoniam bonus*. Imò (Marci 10.) *nemo bonus, niſi vnus Deus*. Bonus verò nunquã eſt author aut cauſa mali. Nã *Deus intẽtator malorũ eſt*. Iacob.1. *Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate?* 2.Cor.6. *Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Deus lux eſt* (1. Ioan. 1.) *& tenebræ in eo non ſunt vllæ. Qui ſeminauit bonum ſemen* (Math.13.) *eſt filius hominis. Inimicus autem, qui ſeminauit zizania, eſt Diabolus. Vos* (*qui non poteſtis audire ſermonem meum*) *ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida*

Pereſii Sententia de Primatu Eccleſiæ Romanæ.

Pereſius de Diuinis Traditionibus in parte 3. *Vnus eſt Epiſcopatus in Eccleſia, cum quo debemus vnitatẽ*
tenere, puto, Romanus, quem præter hoc quod Ioannis vltimo ſtatuere videtur Chriſtus, cum vni Petro oues ſuas
1392 *commiſit regendas: ipſe etiam Diuus Petrus, in ordinatione Clementis poteſtatem ſuam ex diuina diſpoſitione*
Clementi reſignans, his verbis nobis tradidit hanc neceſſariam communionem: Vos, fratres chariſſimi, huic, qui
1393 *præſidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite, ſcientes, quòd ſi quis eum vnquam contriſtauerit,*
ipſum, qui et docendi credidit Cathedram, non recipit, ideo nec ipſe ſuſcipietur in regno cælorum. Propter quod
ſatagite ad omnem collectam congregationem ſemper conuenire, conuenientes verò ſemper date operam pro ipſo
ſentire. Et infrà. Si inimicus fuerit alicui malorum pro actibus ſuis, vos nolite ſperare, vt ipſe vobis dicat: cum
illo nolite amici eſſe, ſed prudenter obtemperare debetis voluntati eius, auertẽtes vos ob eo, cui ipſum ſentitis ad-
uerſum. Quæ verba à ſanctis Patribus & Martyribus, necnon & multis Synodis ad hac propoſitum allegantur.
Adde quòd ſicut Eccleſia eſt viſibilis & manifeſta, neceſſe erat, vt Caput eſſet in ea viſibile & manifeſtum, à
1394 *quo, quoniam ad externam politiam, & ea quæ Chriſtus in Eccleſia inſtituit, gubernaretur & regeretur. Quare*
non ſufficit Chriſtiano, dum in Eccleſia viſibili militat, quòd putet, ſe Chriſto in cælo regnanti adhærere, quippe
cui impoſſibile eſt, niſi cum ſuis Vicarijs communionem teneat. Quare rebelles & ceruicoſi Aduerſarij, qui a cũ
1395 *viſibili Capite Eccleſiæ non communicant, ad viſibilem Eccleſiam minimè pertinent, ac proinde Chriſto repu-*
gnant. Sed argumentum hoc alibi à nobis, tùm per Scripturas, tùm totius Eccleſiæ conſenſum, ab ipſis Apo-
ſtolis vſque in præſentem diem abundè tractatum & corroboratum eſt, & propediem, ſi Deus vitam & opportu-
nitatem dederit, in lucem edemus.

Robertus Præſul Arboricenſis in Tom. 1. De vtroque gladio. *Apertiſſimè conſtat, Eccleſiam ex verbo*
Chriſti ædificandam ſuper Petrum, quæ iam ædificata erat ſuper Chriſtum. (Et pòſt.) *Nec mirum, ſi Cathe-*
1396 *dræ Petri ſuccedat Cathedra Moyſi, adiecta etiam imperandi facultate ac præcipiendi, quum Chriſtus ipſe dicat:*
Quæ dicunt, facite. Qui ergo iubet imperata facere in Moyſi Cathedra, nemini dubium eſſe debet, quin idem ip-
ſe obtemperandi neceſſitatem imponat his, qui Sedi Petri ſubijciuntur.

Ioannes Quintinus Hæduus in Ariſtocratia. *Caput Eccleſiæ Chriſtus. Petrus etiam Petriq́; Succeſſor in*
1397 *vſu Clauium Eccleſiæ Caput eſt.* (Et pòſt.) *Iſta hac* (inquam) *omnibus cognita, Romana Eccleſia meritò*
Caput habetur aliarum omnium Eccleſiarum orbis.

Fides

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
1537.	Idem Paulus 3.	Idem Carolus 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

fuiſſe nō minus, quàm vocationem Pauli. Ita docet Melanchthon in Epiſt. ad Rom. & Caluinus in Inſtitution.

g Liberum arbitriū poſt peccatum, eſſe rem de ſolo titulo.

h Si vxor debitum reddere improbè recuſaſſet, ancillam voluit in viri thorū traduci, quemadmodū ipſe dixit in Sermone quodam de Matrimonio. Tom. 4.

i Deus ex æquo iubet, nos vxorem ducere, ac cibum ſumere & potū. Lutherus in Epiſt. ad Wolfganſum Reiſſenbuſh. Vbi etiam ait, caſtè & integrè viuere,

Doctores Catholici.

erat ab initio. Ex his liquet, non Deum, ſed Diabolum ad mala opera quos poteſt, incitare & impellere. Cæterùm (vt Auguſtinus præclarè dicit ad Articulos ſibi falſò impoſitos, artic. 10.) *Nec caſus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccātium prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit. Sed planè prædeſtinauit iudicium ſuum, quo vnicuiq; retributurus eſt, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.*

De libero arbitrio.

g Gen. 4. Dixit Deus ad Cain: *Cur iratus es? Nónne ſi bene egeris, recipies? Sin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Luc. 13. *Quoties volui congregare filios tuos, Hieruſalem, & noluiſti?* 1. Cor. 7. *Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſsitatem, poteſtatem autē habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam, bene facit.* In Epiſt. ad Philomenem. *Sine conſilio tuo nihil volui facere, vt ne velut ex neceſsitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium.* Hinc conſtat, & malos liberè peccare, & bonos liberè per Dei gratiam bene operari.

h Chriſtus (Math. 19.) ait: *Deus ab initio maſculum & fœminam fecit eos. Propter hoc adhærebit vxori ſuæ, & erūt duo* (nō tres) *in carne vna. Itaq; iam nō ſunt duo ſed vna caro.* Et 1. Cor. 7. *Viuente viro, vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro.* Cùm autem vir & vxor iā ſint non tantùm in carne vna, ſed vna caro & ideo non poſsint vſum carnis ſuæ ab inuicem ſeparare, adeo vt *ne vir quidem* (1. Cor. 7.) *poteſtatem ſui corporis habeat, ſed mulier* etiamſi mulier peccet grauiſsimè, recuſando reddere debitum, nō poteſt tamen vir abſque mortali peccato & æternæ damnationis reatu ad ancillam confugere: *ne quod Deus coniunxit, id homo ſeparet.* Quod Chriſtus vetat fieri. (Math. 19.) Hoc ergo Lutheri conſilium manifeſtè probat, eū ſpiritu Satanæ repletum fuiſſe.

i Quæ ad vitam cuiuſque tuendam pertinent, ea ſunt penitus neceſſaria, vt cibus & potus: nec per votum aliquod ab ijs in vniuerſum abſtinere quiſquam debet. Quæ autem pertinent ad ſpeciem conſeruandam (vt generatio prolis) illa non ſunt penitus neceſſaria. Vnde Apoſtolus, qui neq; perfectiſsimos quidem à cibo, potu, & veſtitu in totum abſtinere permittit (1. Tim. 6.) tamen *omnes optat ſui ſimiles eſſe in abſtinendo à nuptijs* 1. Cor. 7. conſulitq;, vt *qui ſine vxore eſt, non quærat vxorē*, permittēs interim, vt qui nō cōtinet, hoc eſt, qui nec reipſa cōtinet, nec ob cauſam aliquā cōtinere debet, matrimoniū cōtrahat. Qui enim debet cōtinere, etiāſi nō cōtineat, is à Paulo (qui ſemper ſecūdū ius Dei & loquitur, & intelligēd'eſt) pro cōtinēte habetur. Debet aūt cōtinere, qui vel vxorē accipere nō poteſt, quia nulla in eū conſentit, vel cuius vxor impedita eſt, ne poſsit debitū reddere, vel qui vouit, ſe nunquā velle vxorē ducere. Nā vt qui vxorē habet viuētē, etiāſi ea ſit à latronibus capta, nec reſtituatur, tamē aliā ducere nō poteſt, ſed iure diuino cōtinere iubetur, ne alioqui reus fiat adulterij (Math. 19. Ro. 7.): ſic etiā,

Fides Æthiopum de Primatu Epiſcopi Romani.

Damianus à Goes Eques Luſitanus. Paulo Pontifici Romano tertio. *Æthiopum Imperator cum omni-
bus ſuis regnis ſub tua diſciplina viuere cupit, nec quicquam magis optat. Nec etiam ignorat, ex Apoſtolorum
doctrina, quam in actis libris digeſtam habet, Epiſcopo Romano omnium Epiſcoporum totius orbis Principatum
1398 deberi: cui planè ſanctèq; parère vult, ab eoq; in Chriſti Eccleſia inſtitutis benè & ſanctè inſtrui: ad quod vi-
ros doctos ſibi dari orat, atque exorare avidè affectat.*

Hæc ſunt, quæ de fide & Religione apud nos AEthiopes habentur, & obſeruantur. *Credimus in no-
1399 men Sanctæ Trinitatis &c.* (Et poſt.) *Præterea Pontificem Romanum tanquàm primum Epiſcopum, & Paſto-
rem ouium Chriſti agnoſco, ac omnes Patriarchas, Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, quorum ille Caput eſt:
quibus tanquàm ipſius Chriſti miniſtris pareo, ac obedio.*

Franciſci Titelmanni teſtimonium & ſententia de Primatu Pontificis Romani.

Franciſcus Titelmannus in 7. c. Canticorum, ad illa verba: *Caput tuum vt Carmelus. Caput Eccleſiæ
duplex conſideramus, alterum Primum & principale, quod eſt Chriſtus:* (Epheſ. 1.) *alterum ſecundariũ & Vi-
1400 carium, cui Dominus tradidit vniuerſalem & plenariam poteſtatem ſoluendi atq; ligandi ſuper vniuerſitatẽ om-
nium Chriſtifidelium. Qui propter ſui eminentiam, Papa, id eſt, Pater Patrum ab Eccleſia meruit nominari. Vo-
luit enim Sponſus à Sponſa obſcedens, non ſolùm ipſe Caput eius inuiſibile remanere, verùm etiam aliud viſibile
Caput ſuo loco ei aſſignare, ne quaſi Acephala poſſet ab hoſtibus irrideri. Huius capitis locum poſt Chriſti aſcenſio-
1401 nem primus tenuit Simon Petrus, quem totius Apoſtolici Collegij Caput & Principem Dominus conſtituit.*
(Matth. 16. Lucæ 22. & Ioan. 21.) *Poſt hunc verò alij quoque eiuſdem Capitis locum obtinuère, qui in eius lo-
1402 cum diuina vocatione & Canonica electione fuerunt ſurrogati, per quos illa Petri nauicula inter fluctus & pro-
cellas turbulenti ſeculi exiſtit gubernata, & in fidei rectitudine hactenus non ſine peculiari Dei munere conſer-
1403 uata. Vt manifeſtè pateat, non inanem fuiſſe ſermonem Domini, quo dixit Petro: Ego rogaui pro te, vt non defi-
ciat fides tua. Quod quidem non ſolùm ad ipſam illam ſingularem Petri perſonam pertinere arbitrandum eſt,
1404 verùm etiam ad vniuerſos poſteros, & Succeſſores illius, qui ſecundùm diuinam & Canonicam electionem, ad
huius Paſtoralis regiminis vniuerſalem curam fuerint aſſumpti, quemadmodum & cætera, quæ paulò antè cita-
ta ſunt, vt dicta Petro, illis quoque dicta intelliguntur, iuxta Sanctorum & Orthodoxorum Patrum enarra-
tionem.*

Petrus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
1537.	Idem Paulus 3.	
		Idem Carolus 5.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

viuere, tam nõ eſſe in manu noſtra, quã omnia Dei miracula. Et ideo votum continẽtiæ impoſsibile minimeque ſeruandum eſſe.

k Non eſſe aduerſus Turcas præliandum.

l Non tantùm humanam naturam, ſed etiam diuinã, ſeu verum Deum pro nobis paſſum eſſe & mortuũ. Quia quod vni naturæ proprium eſt, hoc communicatur alteri, propter inſeparabilem cohærentiam: vt, paſsio competit humanæ naturæ, & tamen eã diuina

Doctores Catholici.

qui caſtrauit ſe propter regnum cœlorum (Math. 19) hoc eſt qui ob vitæ æternæ amorem fecit, vt iure diuino Eunuchus fieret, nec iam legitimos filios generare queat, (hoc autem nullo modo fit, præterquam voto continentiæ) is etiamſi actu continere non vult, tamen vxorem ducere non poteſt, *quia ſe caſtrauit*, nõ quidem naturaliter & facto externo, ſed euangelicè & iure diuino, tantumq; abeſt, vt hoc continentiæ votum ſit impoſsibile aut inhoneſtũ, vt Chriſtus ad illud nos adhortetur, dicens: *Qui poteſt capere* (vt ſe caſtret propter regnum cœlorum) *capiat*, id eſt, *caſtret ſe.* Quod proculdubiò nihil eſt aliud, quàm ſi dixiſſet: voueat continentiam, ſeu voueat ſe vxorẽ non ducturum. Quàmdiu enim hoc non vouet, etiãſi abſtineat ab vxore, nondum caſtrat ſe, nec Eunuchus fit, quia nõdum habet ſe ad ſimilitudinẽ Eunuchi, aut hominis caſtrati. Nam Eunuchus & caſtratus non modò non generant, ſed nec poſſunt generare filios. Is ergo, qui poteſt capere hoc donum cõtinentiæ, admonetur, vt voueat, ſe nunquã ducturũ vxorem. Satis ergo eſt, vt illo tempore, quo vouet, capere hoc poſsit. Nam alioqui nũquam voueret, ſi deberet ſemper timere, ne fortè poſteà non poſſet illud donum capere. Eſt autem aliquando vouendũ, prout ipſa Chriſti verba apertiſsimè ſonant: Igitur ſi quis ſemel vouerit, non aliter debebit votum ſuũ poſteà ſeruare, quoad iuris diuini obligationem, & à liberis procreandis refrænationem: quàm ſi vel natus, vel etiã ab hominibus factus fuiſſet Eunuchus.

k Roſſenſis in Artic. 34. contra Lutherum. *Si poſſeſſiones noſtras bello defendere licet aduerſus Chriſtianos (quemadmodum oſtendimus licere, non ſolùm ex Auguſtini teſtimonio, verùm etiam ex Baptiſtæ doctrina, quam ipſe militibus Luc. 3. tradidit): quanto magis aduerſus Turcas præliari licet?* (Et pòſt.) *Si nemo Turcis repugnet, idem reliquis Europæ Prouincijs eueniet, quod alijs pridem euenit, timendumq; ne inexpectata clades (vt olim Conſtantinopolitanos) ſic propediem reliquos opprimat.*

Diuinam naturam non eſſe paſſam aut mortuam pro nobis.

l Licet eadem ſit in Chriſto Diuinæ & humanæ naturæ perſona, & ideo per communicationem idiomatum ea, quæ ſunt vnius naturæ, attribuantur perſonæ ſolam diuinam naturã (vt Deus) vel ſolam humanam (vt homo) ſignificanti: tamen neutrius naturæ proprietates alteri naturæ attribui poſſunt. Itaq; *filium Dei* rectè dicimus *morti traditum*, diuinam verò eius naturam non item. *Dominum gloriæ crucifixum* Apoſtolus dicit, nõ tamen diuinam gloriam. Cùm enim vtraque natura in vna & eadem perſona conueniat, ſed non vna & eadem in ſe fiat: vt per ſolam perſonam fit naturarũ vnio, ſic per ſolam perſonam communicantur vtriuſque naturæ proprietates, Deus patitur, Deus moritur, quia Chriſtus, qui eſt Deus, patitur & moritur. Sed ſi homo etiam non eſſet, non rectè

Petrus de Anchorano ad lib.6.Decretalium ad c. Fundamenta de electione lib.6.*Deus diſtinxit Do-
minia,præferens Papam in ſpiritualibus, & Imperatorem in temporalibus, & ſecundum hæc non eſſet diſputan-
1405 dum,quis ſit maior: & quilibet debet reputari maior in ſua Dominio.Dic tamen,vt notatur de iudic.c. Nouit.&
de foro compet.c.Licet.per Innocentium* . Ibi autem conſtat, Innocentium dicere , ad officium Pontificis
ſpectare, *vt de quocunque mortali peccato corripiat quemlibet Chriſtianum, ſeu magnum, ſeu paruum.*

1406 Clemens Monilianus Cardinalis Aræ cœli,Catholicarum Inſtitutionum cap.57. *Romanus Pontifex
ſuccedit B. Petro in ea perfectione poteſtatis & dignitate Vicariatus Chriſti,qua ipſe B. Petrus à Chriſto in Ec-
cleſia eſt ſublimatus.*

Et antè in eodem Capite. *Fides habitualis ita neceſſaria eſt ad eſſe Papam,quòd ſine illa nec poteſt fieri Pa-
pa,nec conſeruari in Papatu.* Et pòſt. *Chriſtus dicit expreſſè,ſe ſuper fidei confeſſionem fundaturum Eccleſiam,
& propter talem fidei confeſſionem promiſit,ſe daturum Petro in præmium Claues Regni cœlorum . Vnde Papa
hæreticus effectus,iure diuino eo ipſo eſt Papatu priuatus. Licet enim,vt perſona publica & communis,in dādis
1407 toti populo Chriſtiano fidei Decretis (vt piè creditur) errare non poſſit: vt tamen ſingularis & priuata perſona,&
errare poteſt,& hæreticum fieri nonnulli opinantur.* .

Idem Monilianus cap.107. *Sacræ literæ docent,quòd Concilium non debet ſine Papæ authoritate congrega-
ri.Vnde in ſimili (primo Macha. 14.) dicitur,quòd inter alia,quæ Simoni Sacerdoti magno totius populi & om-
nium ſacerdotum conſenſu attributa ſunt,hoc ſingulare priuilegium fuit: vt conuentus ſine ipſo non fieret in re-
gione . Quum autem ſecundùm Apoſtolum Sacerdotium veteris Legis figura ſit Sacerdotij noui Inſtrumenti,
& ſummus Sacerdos noui Teſtamenti,prout Paulus ad Hebræos teſtatur,excellētioris ſit dignitatis, quàm vete-
1408 ris: non eſt dubium , quin ſimile priuilegium diuina inſtitutione habeat Summus Sacerdos & Pontifex in lege
noua,ne videlicet ſine eius authoritate conuentus vniuerſalis fiat in Eccleſia.*

Felicianus Ninguarda in aſſertione fidei Catholicæ Art.10. *Si Papa Antichriſtus eſſet appellandus, ad
quid Chriſtus ipſum tamdiu perſeuerare permiſit ? Omnis enim plantatio , quam non plantauit Pater cæleſtis,
(Math.15.) eradicabitur. Quare vnumquemque Pontificum inueda talem eſſe,non manifeſtauit Chriſtus,& ſpi-
ritu oris ſui non interfecit? Nam ait Apoſtolus,de ipſo Antichriſto loquens (2.Theſſ.2.) Et tunc reuelabitur ille
iniquus,quē Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui.Impoſſibile nempe eſſet,quòd Deus tot,& tātos homines,
Principeſq́ amore feruore,zelo erga Chriſtum affectos,Romano Pontifici (ſi talis eſſet) obediendo,perire permiſiſ-
1409 ſet , & tantam Romanorum Pontificum ſucceſſionem ſuſtinuiſſet ,ſed tandem ipſis finem prorſus impoſuiſſet,
quemadmodum omnibus reliquis hæreticorum ſectis , quæ non diu perſeuerare voluerunt . Qualis enim repe-
riri poteſt Synagoga, quæ tantam,diutinamq́ ſuorum Pontificum retinuerit ſucceſſionem,quemadmodum Roma-
na fecit Eccleſia ? Fortaſſis Simoniacorum, vel Ebionitarum, aut Marcionitarum, Manichæorum , Pelagi-
norum, Arrianorum, aut Lutheranorum? Qui Martino,illorum Deo adhuc viuente,inter ſe diuiſi,neminem in
ſuperiorem recognoſcentes,diuerſas cōſtituerunt factiones,vt citius eradicarentur : cùm omne regnū in ſeipſum
diuiſum deſolari,ſit neceſſe. Quod indicat,ipſorum ſectas verè Antichriſti eſſe Synagogas,& non Chriſti Eccle-
ſiam,quæ vna eſt,ſectionem non patiens,vti benè dicebat Cyprianus lib. 2. Epiſt. 12. Eccleſia Catholica vna eſſe
poteſt,ſcindi,vel diuidi non poteſt,& omnes hæreſes deſtruens,quemadmodum benè ait & Laurentius Puderi-
cus Neapolitanus,in Breuiario Decreti 24. quæſt.1. cap. Memor. Romana Eccleſia nullam hæreſim tenet , ſed
1410 hæreſes deſtruit.*

Antonius

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1538.	Idem Paulus 3.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

uina quoque ſubijt: *Proprium filium pro nobis tradidit, Dominum gloriæ crucifixerunt.* Hanc doctrinã ex ore docentis Lutheri bona fide exceptam Muſculus euulgauit, auctore Staphylo in reſponſ. ad maledicentiam Andreæ Muſculi.

Hæreſes Lutheranorũ circa Sacras Scripturas.

a Solis Scripturis credẽdũ eſſe, nec alia eſſe in fidẽ & mores neceſſariò transferenda, præter illa, quæ in expreſſo Dei Verbo continentur. §. Hoc iſti valde impudenter & penè cõtra communem ſenſum affirmant, quia ipſarum Scripturarum Canonẽ ex non ſcripta traditione acceperunt. Itaq; dum nõ ſcriptas traditiones reijciunt, ipſarum Scripturarum & numerum, & ordinẽ, & authoritatem reijciunt, quia nos hæc omnia per ſolam traditionem accepimus.

De Scripturis, quas Lutherus & eius diſcipuli à Canone abiecerunt.

b Cùm Lutherani abiectis traditionibus Eccleſiaſticis

Doctores Catholici.

diceretur Deus pati & mori. Cùm ergo Deus quidẽ moriatur, ſed tamẽ nõ quia Deus, verùm quia homo: vtiq; id vocabulũ, quod hoĩs rationẽ prorſus excludit prorſus etiã excludit mortis & paſsionis rationẽ. Tale aũt eſt vocabulũ *naturæ Diuinæ*. Illa enĩ nec eſt homo, nec natura humana. Dicere igitur, naturã diuinã eſſe mortuã, nihil eſt aliud, quã dicere, Deũ quâ Deus eſt mortuũ eſſe. Quod ita ſi eſſet, etiã pater & Spiritus S. moreretur: quia vterq; illorum Deus eſt. Hæc hæreſis in *Theopaſchitis* iã olĩ dãnata fuit. Sed magnopere laborat Diabolus, vt talis cõtumelia naturæ Diuinæ inferatur, & quoties aptũ ad eã rẽ inſtrumentũ nanciſcitur, nõ prætermittit huiuſmodi blaſphemias euulgare.

Verbũ Dei multis alijs modis, quã per Scripturas nobis reuelari.

a Dietenbergius in Fræno Lutheranorum c.1. *Spiritus Sanctus non per ſolas nudas Scripturas loquitur, ſed per Chriſtum.* (*Heb.1.*) *Prophetas* (*Luc.1.*) *Apoſtolos,* (*Matth.10.*) *Euangeliſtas* (*Luc.10.*) *Paſtores & Doctores* (*Ephe.4.*) *Synodos vniuerſales.* (*Mat.18. & Act.15*) *Apoſtolicas traditiones* (*2.Theſſa.2.*) *per generales Eccleſiæ conſuetudines* (1.Cor.11.) *deniq; per Spiritum Sãctum Eccleſiam ſuam docet, docebitq́; amodò vſque in ſempiternum* (*Ioan.15.*) *non ſe obligans ad ſolam chartã & atramentum. Nec enim Deus fruſtrà dedit Sacerdotes ad ambiguitates legis definiendas* (*Deuter.17.*) *nec in vanum iuſſit legem ex ore Sacerdotis requiri* (*Mala.2.*) *nec ſine cauſa Chriſtus Apoſtolis dixit:* (*Luca.10.*) *Qui vos audit, me audit.* (Et pòſt.) *Nec enim Dominus ſolis Scripturis vſus eſt, ſed exemplis, parabolis, rationibus à natura ſumptis, quemadmodum & Paulus Poëtarũ carminibus, conſuetudine, Apoſtolicisq́; traditionibus. Denique Apoſtolus* (*Rom.10.*) *fidem ex auditu eſſe proteſtatur. Quòd ſi ex ſolis Scripturis fides haurienda eſſet, diceretur potius fides ex viſu eſſe, velut ex primo fidei principio: cùm tamen Dominus ipſe* (*Math.28.*) *iuſſerit Apoſtolos ire & docere omnes gentes, vt ſeruarent omnia, quæcũq; mandaſſet illis, hoc eſt, quæ audiuiſſent ab illo. Auditus igitur eſt verum fidei principium.* (*1.Cor.15.*) *Sic prædicauimus, & ſic credidiſtis.* Et (*Math.4.*) *De omni verbo quod procedit ex ore Dei, viuit homo, ſiue id verbũ procedat per atramentum & chartam, ſeu tantùm viua voce Paſtorum & Doctorum* (*2.Theſſ.2.*) *Hæc qui ſpernit, non hominem, ſed Deum ſpernit.* (1.Theſſal.4.) §. Illud inſigniter animaduertendum eſt, eos qui ſolas vrgẽt Scripturas, ex ipſis Scripturis docere non poſſe, quot ſint Scripturarum libri, aut quis earũ certus Canon. Cùm ergo ipſis Scripturis fides aliundè, hoc eſt, ex traditione non ſcripta fiat: vtique traditio vniuerſalis, quæ niſi verbum Dei eſſet, Scripturas indubitatè oſtendere non poſſet, in omni etiam alia cauſa pro verbo Dei vero & indubitato habenda eſt.

b Melchior Canus Epiſcopus Canarienſis de locis Theologicis lib.2.c.7. *Iudiciũ de Scripturis per Scripturas ipſas nullo pacto idoneũ eſſe poteſt. Nam vt de pluribus alijs taceamus, quorum ſimilis omnino cauſa eſt, certè libros Ruth, Eſther, Iob, eſſe Canonicos,*

nullo

1411 Antonius Florebellus de authoritate Eccleſiæ. *Nullũ à Chriſto conſtitutum fuiſſe Eccleſiæ Rectorẽ atq;*
Antiſtitẽ,repugnat ſacris Euangelijs,repugnat grauiſsimorũ Scriptorũ teſtimonijs,repugnat Imperatorũ legibus,
antiquiſsimorum Conciliorum Iudicijs,totius Chriſtiani nominis perpetuo conſenſus: denique recta multitudinis
cuiuſcunque hominum regenda rationi repugnat, & vero Dei ipſius etiam inſtituto, quia in conſtituenda Iu-
dæorum Eccleſia declaratum eſt. An populus Iudaicus,qui præ Eccleſia Chriſtiana exiguus fuit adeò & pu-
ſillus,uſque eò curæ Deo fuit, vt Pontificem illi perpetuò præſidere voluerit, ad quem controuerſiæ deferrentur,
cuius Decreta & Iudicia reſcindere aut improbare non eſſet fas,id quod,vt in Deuteronomio eſt,apertè etiã ſan-
citum fuit: Eccleſia Chriſti,quam Deus,repudiata Iudaica,ſibi adoptauit,cui non terreſtria & caduca bona pro-
poſuit,ſed cæleſtis eam hæreditatis,& beatitudinis, ac gloriæ ſuæ participem eſſe voluit, quam tantoperè dilexit,
vt eam Filij ſui cruciatu & morte redemerit: cùm quidem Chriſtus ab vno eam Moderatore & Principe regi
1412 *voluiſſet,quò commodius gubernaretur,paxq; in ea & cõcordia facilius ſeruaretur,quibus temporibus potiſſimùm*
Rectoris præſidium,authoritatem,& prouidentiam requirebat,in ſeditionum procellis ac tempeſtatibus ſine Du-
ce,ſine Gubernatore,deſerta ac deſtituta eſt?

Marianus Socinus Senenſis ad tit.Decretalium.de foro competenti c.ſignificaſti.nu.10. *Papa nõ debet*
1413 *ſubmittere ſe iuriſdictioni Iudicis ſecularis,quia hoc redundaret in opprobrium Dei,cuius Papa Vicarius eſt.*

Idem Marianus c.licet ex ſuſcepto, eodem tit.nu.6. *Ieſus Chriſtus Vicarium ſuum conſtituit Petrum &*
1414 *ſucceſſores,dum dixit: Paſce oues meas. Et rurſus: Tu es Petrus. Math. 16. Et licet in multis diſtincta ſint officia*
& regimina mundi: quandoque tamen neceſſarium eſt recurrere ad Papam, ſiue ſit neceſsitas iuris, quia alius
non eſt Iudex ſuperior,ſiue facti,quia de facto minores iudices vel non poſſunt,vel nolunt iudicia exercere.

Idem ad c.qualiter & quando 2.ext.de accuſat.nu.5. *Papa eſt ille, qui confirmat conſtitutionem Concilij,*
1415 *non econtrà. Pro quo facit (ſecundùm Hoſtienſem) quia confirmatio pertinet ad Superiorem: & ideo ſtatutum*
Papa non confirmatur à Concilio,cùm ſit inferius.

Ambroſius Catharinus Archiepiſcopus Compſanus in Epiſt. ad Iulium 3. Pontificem Maximum.
Illud Catholicum eſt,quod Scriptura euidenter profert,quod Catholica recipit ac declarat Eccleſia: in quod vna-
1416 *nimes Sancti Patres conueniunt: denique quod ex contentione & inquiſitione à tua illibatiſsima Sede & ve-*
ritatis Cathedra,vt Catholicum,certa ſententia fuerit definitum.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
		Idem Carolus 5.	
1540	Idem Paulus 3.		

ſiaſticis authoritatem ſolis Scripturis deferrẽt, par erat, vt Scripturas ſaltẽ quã pleniſſimas eſſe cuperent, nec vllam earũ partem tollerent. Nunc autem negãrũt eos libros veteris Teſtamẽti, qui nõ erãt in Canone Iudæorũ, Baruch, Tobiam, Iudith, Sapientiã, Eccleſiaſticum, & duos Machabæorũ libros. Tum autem ex nouo teſtamẽto alios ferè totidem libros ſuſtulerunt. Nã Iacobi Epiſtolam Lutherus *aridam & ſtramineã appellat*, quæſtionem etiam mouet de Epiſtola Pauli ad Hebræos, de ſecunda Petri, & de ſecunda & tertia Ioannis, de Iudæ Epiſtola, & Apocalypſi Ioannis Apoſtoli.

De Iacobi Epiſtola.

Caluinus in Præfatione ad Epiſtolam Iacobi non ſequitur Lutheri iudiciũ, ſed potius nihil ſe in ea videre ait quod nõ ſit dignũ Apoſtolico ſpiritu.

189. *De Epiſt. D. Iacobi cẽſura Miniſtrorum Heluetiæ.*

c Miniſtri cõgregationũ Heluetiæ in Confeſſione, quam ediderunt an. 1566. ca. 15. ita ſcribunt: *Iacobus dixit*

✠ *Doctores Catholici.*

nullo modo ex ipſis Scripturis comprobabitur. Deinde ſi in controuerſia ſit, an ambo Teſtamenta nouum & vetus Deo auctore ſint edita: per nullam alterutrius Teſtamenti auctoritatẽ hæc diſceptatio componi poteſt. Qua enim ratione de toto volumine dubitabitur, eadem quoq; de qualibet particula voluminis ambigetur. Neceſſe eſt igitur, huius quæſtionis aliquem, præter ſacras Scripturas, iudicem conſtituere. Præterea priuatas cuiuſque vel reuelationes, vel opinationes velle ſequi, idq; in quæſtione fidei neceſſario, ſtultũ erit. Pro ſua etenim factione quiſque definiet, & quæ ipſe exiſtimauerit, ea ſibi aſſeret à Deo reuelata. Quid? quòd nullus homo priuatus habet in Eccleſia certã auctoritatẽ nullus apud reliquos fideles exploratã & ſolidã veritatẽ? Ab Eccleſia igitur eſt determinandum, quiſnã liber ſit Canonicus, & illius auctoritas certa regula eſt, ad libros vel in Sacrorum numerum recipiendos, vel etiam ex eo numero reijciendos. Hãc tenuit Iren. li. 3. aduerſ. hæreſes c. 2. 3. & 4. & Aug. li. cont. Fauſt. 13. c. 4. & lib. 28. c. 2. & 4. & 2. lib. de doctr. Chriſtia. c. 8. Denique in lib. cont. Epiſt. Manich. c. 5. Vbi illa eſt omnium ſermone trita ſententia: Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ moueret auctoritas. Hæc eadem definitur à Concilio Toletano 11. in hæc verba: Si quis dixerit vel crediderit, alias Scripturas eſſe Canonicas præter eas, quas Eccleſia Catholica recipit, Anathema ſit. Nõ eſt autem vnde commodius atque conſtantius huiuſmodi iudicium cenſuramq; petere debeamus, quàm ab Eccleſia, quæ eſt columna & firmamentum veritatis. Atq; (vt Auguſtinus cont. Fauſt. lib. 28. c. 4. ait) Si Apoſtolus Paulus non inueniret in carne Apoſtolos (Gal. 2.) cũ quibus conferret Euangelium, Eccleſia illi omnino non crederet. Oſtendit ſe non habuiſſe ſecuritatem Euangelij prædicandi, niſi Petri & qui cum eo erant fuiſſet ſententia roboratum. Ego verò primùm ſentio, ad Apoſtolos pertinuiſſe libros ſacros probare, non reijcere. Exiſtimo deinde, huiuſmodi traditionem Apoſtolicam non alia ratione melius innoteſcere, quàm per Patres & Doctores Eccleſiæ poſt Apoſtolos ſuccedentes. (Et c. 8.) *Nec tamen fides vltima reſolutio ſit in Eccleſiæ teſtimonium. Sed licet oporteat humana quadam & exteriora adminicula interuenire, ſine quibus non eramus credituri, quoniam ab his, quæ ſunt notiora nobis, ad ea, quæ minus nota ſunt, quodam quaſi natura ductu ferimur: tamen ratio formalis aſſentiendi lumen fidei eſt, quod Deus infudit credenti. Vnde Ioan. 4. Iam non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus & ſcimus, quia hic eſt verè Saluator mundi.*

Idem Canus. c. 9. probat, omnes iſtos quatuordecim tam veteris, quàm noui Teſtamenti libros ab hæreticis negatos, verè Canonicos eſſe, idque per authoritates tùm Pontificum, Innocentij, Gelaſij, Auguſtini, & Iſidori, tùm etiam Conciliorum Laodicæni, Carthaginenſis, Florentini & Tridentini.

c Auguſt. in lib. 83. quæſt. c. 76. *Qui putant, Iacobi ſententiã Pauli ſententia* (Rom. 3.) *contrariam eſſe, poſſunt arbitrari etiam, ipſum Paulum ſibi eſſe contrarium, quia dicit* (Rom. 2.)

De Origine Societatis Ieſu, & quo fructu fidem Chriſti tum in Europa confirmârint, tum in Aſia propagârint.

Iacobus Payua Andradius Luſitanus in lib. de origine Societatis Ieſu. *Ignatius Layola Cantaber in*
Pompeiopolitanæ arcis obſidione, à Gallis vulneratus & captus, ab illo die cùm viginti ſex annos natus eſſet,
nō armis modò, verùm etiam omnibus humanis curis & cogitationibus abiectus, Chriſtianæ militiæ ſe addixit.
Cumq́; in pœnitentiæ, charitatis, virtutumq́; omnium palæſtra ſe aliquot annis exercuiſſet, iamq́; optimi quidam
1417 *viri ſe commilitones illi adiūxiſſent: anno Dom. 1540. à Paulo tertio Pontifice Maximo Contareni Cardinalis*
opera impetrârunt, vt inſtitutum ipſorum (quo erudiendæ iuuentuti, & hominum animis tam doctrina ſalutari,
quàm peccatorum extirpatione purgandis vacare decreuerant) confirmaret. Quod ſapientiſſimus Pontifex libē-
tiſſimè fecit, atque adeo diuino quodam ſpiritu, qui in Pontificibus peculiari quadam ratione reſidere ſolet, affla-
tus, prædixit, hanc vitæ rationem maxima inſtaurandæ Chriſtianæ Reipublicæ auxilia eſſe allaturam. Ne verò
inconſideratè tantam rem geſſiſſe videretur, principio cauit; ne plures quàm ſexaginta viri ad eam Societatem
aſcriberentur.

At poſteaquàm idem Paulus 3. Pontifex prudentiſſimus intellexiſſet, quòm illi ſe indies præclarius in cu-
randa animarum ſalute gererēt, & quantum pietate, fide, honeſtate, grauitate, innocentiaq́; excellerent: ne Spiri-
tui ſancto, quem inſtituti huius authorem, atque procuratorem eſſe apertiſſimis indicijs cognouerat, reſiſtere vi-
1418 *deretur: anno à Chriſto nato 1543. illud ipſum rurſus firmauit, & Apoſtolica authoritate communiuit, neque*
vllis ipſum terminis aut virorum numero circumſcriptum eſſe voluit, quod augeri, atque amplificari ſummopere
iam optabat. Præuidebat enim ſanctiſſimus Pontifex, nullam fore tam barbaram & incultam gentem, quam ho-
rum hominum ardentiſſima charitas non eſſet perſuaſura, nec vllum tam operium ac ingens periculum, cui pro
Chriſti gloria non illi ſe libenter offerrent.

Erat per id temporis Romæ Petrus Mazcarenhas Luſitaniæ Regis ad Summum Pōtificem Orator. Is à Pau-
1419 *lo tertio impetrauit, vt ex illa Societate duo viri, Franciſcus Xauier, & Simon Rodericus in Luſitaniam anno*
Dom. 1541. mitterentur. Cùm autem Ioannes Luſitaniæ Rex ex India ac cæteris Orientis Prouincijs, quæ Lu-
ſitano Imperio ſubſunt, cæleſtes potius, quàm terrenas opes quæreret: relicto in Luſitania Simone Roderico (vbi
prima ſocietatis Ieſu fundamenta iaceret) curauit, vt Franciſcus Xauier in Indiam nauigaret, vt Chriſtum Ieſum
Barbaris hominibus cum reliquis religioſis viris, qui illud iā ibi munus præclarè obibant annūciaret. (Et póſt.)

Vt verò egregios aliorum Ordinum viros, præſertim Inſtituti D. Dominici atque Franciſci, qui in eiſdem Pro-
uincijs Euangelio amplificando ſumma cum laude incumbunt, & de Chriſti Eccleſia præclarè admodum meren-
tur, taceā: vix ſanè dici poteſt, quot hominum millia, diuina in primis virtute, Societatis verò Ieſu opera, & in-
duſtria, Idolorum impietate abiecta, fideq́; lumine illuſtrati, ſacro ſunt lauacro expiati, adeo vt non ſemel Goæ,
quæ inter omnes Indiæ ciuitates, quæ Luſitano Imperio ſubſunt, regia eſt atque præcipua, tria circiter hominum
millia ſimul baptizati fuerint. Et vt ex eorum Ducum, qui in India Regis locum ac vicem tenent, literis nuper
ad Luſitaniæ Regem potentiſſimum Dominum meum miſſis conſtat, intra vnum aut duos annos ex barbaris
1420 *illis hominibus viginti ferè millia Chriſtianæ militiæ ſeſe Sacramento obligarunt, quos diligenter ſalutaribus do-*
cumentis Societatis Ieſu viri imbuunt, atque pietate, & Religione inſtruunt.

Quid commemorem eos, qui illorum opera, & incredibili diligentia quotidiè omnem impietatem abijciunt, &
ſacro lauacro expiantur in Tana, Cochim, Malacha, Malucho, Amboim, Ormuz, Daman, Coulam, Maunar,
1421 *vbi octuaginta iam circiter hominum millia in Chriſti Ieſu, Euangeliiq́; dilucidam cognitionem venerunt: cùm*
nullus ferè ſit angulus in latiſſimis illis regionibus Orientis, quem officioſiſſimi hi viri præclara Euangelij luce nō
aliqua ex parte illuſtrauerint? Quibus verò ac quantis laboribus his in rebus perfungātur, ſatis intelliget, qui na-
uigationum diſcrimina, in perdiſcendis barbaris & incultis linguis difficultatem, atque abducendis agreſtibus
animis ab ea, in qua nati, & educati ſunt, perfidia, & ſuperſtitione negatium ſecum perpenderit.

Inter

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

1540 Idem Paulus 3.

Idem Carolus 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

dixit, opera iuſtificare, non contradicens Apoſtolo, reijciendus alioqui. Ergo iſti nō admittunt Epiſtolam Iacobi, tanquàm quæ verbū Dei fuerit: alioqui nullā ob cauſam reijci poſſet. Sed ideo recipiunt eā, quia putāt ſe poſſe Iacobum ita intelligere, vt non contradicat ipſorum ſententiæ in Paulo interpretando.

190. *De Caſtaleone.*

d Sebaſtianus Caſtaleo Anabaptiſtas in ea re ſectatus, dicebat Canticū Canticorū eſſe Colloquiū Salomonis cū amica quadā ſua Sunamitide, quod eſt profani poti⁹, quàm ſacri amoris argumētū. De Venereis enim amoribus hic agi, Caſtaleo impiè putauit.

e Anabaptiſtæ plurimos veteris ac noui Teſtamēti libros reijciūt, etiā præter illos, qui per alios Pſeudoëuangelicos à Canone remouentur, vt librum Iob, Pſalterium Dauid, librum Danielis Prophetæ.

De intelligentia Scripturarum.

f Quas autem Scripturas Lutherani, Zuingliani aut Anabaptiſtæ recipiūt, eas recu-

Doctores Catholici.

(Rom.2.) *Factores legis iuſtificabuntur.*

Michaël Medina de recta in Deū fide, lib. 6. c. 8. *Epiſtola Iacobi recenſetur inter Canonicas Scripturas ab Innocētio 1. in Ep. ad Exuperium in Concil. Carthag. 4. can. 47. ab Auguſt. lib. 2. de Doct. Chriſt. à Gelaſio, ab Iſidoro etiam & Damaſceno, deniq; à Concilijs Florentino & Tridentino, adde & Mileuitanum c. 7.*

Ibid. c. 23. *Fæx Hæreticorū noſtra memoria cū Epiſtola Iacobi bellū gerit irrecōciliabile ob inueteratū bonorū operū odiū, quæ ſua ſterili fide contenti, flagrant. Hæc enim caput omnium hæreſum amputat, dum ait, fidem ſine operibus mortuam eſſe. Iacob. 2. Euſebius lib. 2. Eccleſiaſt. hiſtoriæ c. 23. Scimus, inquit, Epiſtolam Iacobi & Iudæ cum cæteris ab omnibus pene Eccleſijs recipi. Et Hieronymus de viris Illuſtribus: Iacobi (ait) Epiſtola paulatim tempore procedente obtinuit authoritatem.*

Sixtus Senēſis Bibliothecæ ſanctæ lib. 7. *Lutherus abiecit de Canone Epiſtolam Iacobi, nulla alia de cauſa, quàm quòd dogmati ſuo de iuſtificatione per ſolam fidem aduerſetur.*

d Sixtus Sen. lib. 8. hær. 8. *Tales ſunt ſimilitudines, per quas adamata Sponſa deſcribitur, vt ſi iuxta literam exponātur, magis eā deturpent, quàm exornēt. Dicit enim Sponſam habere amplum caput inſtar montis Carmeli, oculos perſimiles piſcinis magnis, quæ ſunt in Eſebō, naſum inſtar turris, quæ reſpicit contra Damaſcū. Oportet igitur in hoc Salomonis, viri omnium ſapientiſſimi, Cātica, nō carnale aliquid, ſed caſtas Chriſti & Eccleſiæ nuptias intelligere, quarū Epithalamiū præſenti volumine canitur: Sicuti omnes Patres & Concilia rem intellexerunt.*

e Præter conſuetúdinem authoritatemque Eccleſiæ, quæ libros Iob, Dauidis & Danielis ſemper velut Canonicos recepit, vt conſtat ex Laodiceno & Carthaginēſi Concilijs: etiam Sixtus Senenſis in Bibliothecæ ſacræ lib. 8. reſpondet illis Anabaptiſtarum friuolis obiectionibus, quas opponunt.

f *Gregorius Nazianzenus & Baſilius Magnus* (authore Ruffino hiſtor. Eccleſ. lib. 2. c. 9) *per annos tredecim ſolis diuinæ Scripturæ voluminibus operam dabāt: earumq; intelligentiam non ex propria præſumptione, ſed ex Maiorum ſcriptis, & authoritate ſequebantur: quos & ipſos ex Apoſtolica ſucceſſione intelligendi regulam ſuſcepiſſe conſtabat.* Hūc morem ſeruabāt ſancti Patres. At contrà, quod nūc Caluiniſtæ & Lutherani dicūt ſeipſos facere, id veteres hæreticos facere ſolitos eſſe, antiqui Patres atteſtantur. Tertullian. in lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. ait: *Iſta hæreſis non recipit quaſdam Scripturas: & ſi quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertit. Et ſi recipit, non recipit integras: & ſi aliquatenus integras præſtat, nihilominus diuerſas expoſitiones commentata conuertit. Tantum veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum & corruptor ſtylus. Variæ præſumptiones neceſſariò nolūt agnoſcere ea, per quæ reuincuntur: his nituntur, quæ ex falſo compoſuerunt, & quæ de ambiguitate ceperunt.* Itaq; Tertullianus ibidem rectè admonet, priuſquā in Scripturis certamen cōſtituatur,

 illud

1422 *Inter egregios verò ſanctiſsimæ huius Societatis viros qui de Chriſti Eccleſia præclarè admodum in Orientis Regionibus promeriti ſunt fuit Franciſcus ille Xauier, vaticinandi ſpiritu (vt ex Luſitanis hominibus, qui cum eo familiariter vixerunt, accepimus) cum primis exornatus, quem omnes Indiæ incolæ veluti alterum Franciſcum Minoritarum parentem habent, & illius corpus (quod integrum huc vſque non ſine miraculo conſeruatur) religioſiſsimè colunt & venerantur. qui cùm crebris aliquorum ſermonibus Iaponicæ gentis ingenium moremq; ſuauitatem intellexiſſet, in magnamq; ſpem veniſſet fore, vt Iapones innumerabilibus Dijs, quibus maxima cum ſuperſtitione ſacra facere ſolent, abiectis & repudiatis, veram Chriſti fidem complecterentur, Chriſtianiq; nominis gloriam conſectarentur: illò nauigauit, Chriſtianæq; Religionis ibi prima fundamenta iecit, quam alij deinde eiuſdem Societatis viri, nouem iam Templis exædificatis, maiorem in modum auxerunt & amplificârunt.*

6. Hoc verò tantum propagandæ fidei ſtudiũ & donũ à Pontificis Romani Primatu promanaſſe, dubitare non poteſt, qui videt, alios Epiſcopos non niſi de ſua quemque Prouincia ſolicitum eſſe (atque vtinam hoc ipſum omnes præſtarent): Romanum verò Epiſcopum & ſingulorum negligentiam domi ſupplere & de Chriſti Euangelio Barbaris annunciando, vel ſolum, vel certè ſupra omnes alios ſolicitè prouidere. Cuius Eccleſiæ Primatus ſi non eſſet à Deo: vnde, obſecro, haberet, vt tam præclarè ſupra omnium aliorum Epiſcoporum Cathedras de fide Chriſti mereretur?

Cardinalem Polum & libros doctiſsimos conſcripſiſſe, & damna maxima pertuliſſe, & labores grauiſsimos ſubiuiſſe pro Eccleſiæ Romanæ Primatu.

Reginaldus Polus Cardinalis pro vnitatis Eccleſiaſticæ defenſione quatuor libros ad Henricum Octauum eiuſdem vnitatis in Anglia euerſorem conſcripſit. In quorum ſecundo ait, *Deum ita voluntatem ſuam Eccleſiæ patefeciſſe, vt nomen hoc nouum Eccleſiæ dederit* (Iſa.62.) *Vocaberis voluntas mea in ea. In-*
1423 *terroga ergo Maiores tuos* (*Deut.32.*) *& dicent tibi, Petrum à Chriſto accepiſſe Chriſti in terris locum, Capitis locum in Eccleſia, cui qui ſuccedunt Romani Pontifices, eundem locum teneant.*

Pòſt autem, accuratiſsimam diſputationem *de Petra, ſuper quam Chriſtus ædificabit Eccleſiam ſuam*, inſtituens, eo argumento probat, neſcire Hæreticos, quid illis verbis ſignificetur: quia *modò Chriſtum modò fidei confeſsionem, modò etiam Eccleſiam* dicunt illam Petram eſſe. Ipſe autem docet, Simonem Chriſti poteſtate præditum, Petram eſſe, de qua Chriſtus (Matth.16.) agit. In cuius rei ſignum nomen Simoni mutatum eſſe, vt qui Petrus à Petra diceretur. Et cùm Chriſtus Eccleſiam, quæ multitudine hominũ conſtat, exædificare in animo haberet: ante omnia locutus eſt de lapide vno, qui tanquam Caput reliquis membris prouideret: *quaſi planè intelligi vellet, multitudinem nullam poſſe vllo modo conſiſtere, niſi in*
1424 *vno aliquo firmaretur. Ergò magis decère, illam multitudinem, quæ vnitatis vinculo religionis omnes ſuperaret, (qualis futura erat Eccleſia) ad vnius curam ac ſolicitudinem reduci. Quod ipſum Apoſtoli, natura ſibi indulgente, cùm viderent: non ſemel præſente Chriſto contenderunt, quis eorum maximus foret. Hanc contentionem de Principatu Chriſtus ad humilitatem eos cohortans ſic ab initio repreſsit, vt clarè non intelligerent, quem cæterorum Principem faceret.*

Sed tandem

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.* | Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini	Pontifices Romani	Imperato. Rom.
1541.	Idem Paulus 3.	Idem Carolus 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

recuſant vel ſecũdùm traditionem Eccleſiaſticam, vel ſecundùm interpretationem antiquorum Patrũ intelligere, adeo vt miniſtri Heluetiorum in confeſsione fidei an. 1566. editæ dicant: *Illam duntaxat Scripturarum interpretationẽ pro orthodoxa & genuina agnoſcimus, quæ ex ipſis eſt petita Scripturis.* (Et pòſt.) *Non patimur, nos in controuerſiis Religionis vel fidei cauſis vrgeri nudis Patrũ ſententijs, aut Cõciliorũ determinationibus, multò minus receptis conſuetudinibus, aut etiã multitudine idem ſentiẽtium, aut longi temporis præſcriptione. Ergo non aliũ ſuſtinemus in cauſa fidei Iudicẽ, quàm ipſum Deũ per Scripturas ſanctas pronuntiantẽ, quid verum ſit, quídue fugiẽdum. Ita iudicijs non niſi ſpiritualiũ hominum ex verbo Dei petitis acquieſcimus.* Hæc illi.

191. *De Swenckfeldianis.*

g Swenkfeldiani Sacras literas penitus abijciunt & ab Decretis Conciliorum vrgeri ſe patiantur: non eſt dubium, quin per *ſpirituales viros* intelligant ſeipſos, & prætereà neminem. Qui verò ſeipſo tantùm iudice litigat, miror ſi cauſa cadere vnquam velit.

Doctores Catholici.

illud prius quærendum, *quibus competat fides ipſa, cuius ſint Scripturæ, à quo, & per quos, & quando, & quibus ſit tradita diſciplina, qua fiunt Chriſtiani. Vbi enim apparuerit, eſſe veritatem diſciplinæ & fidei Chriſtianæ: illic erit veritas Scripturarum, & expoſitionum, & omnium traditionum Chriſtianorum.* Hæc Tertullianus. Porrò Auguſtinus cùm dixiſſet, (in Ioan Tractat. 18.) *nõ eſſe natas hæreſes, niſi dum Scripturæ bonæ intelliguntur non bene,* & (in lib. 83. Quæſtion. q. 69.) *non poſſe hæreticus errorem obtutri palliatum nomine Chriſtiano, niſi de Scripturis non intellectis*: idem alibi (de moribus Eccleſiæ Catholicæ lib. 1. c. 1.) remedium cõtra malam Scripturarum intelligentiam adhibens: *Quis* (inquit) *mediocriter ſanus non intelligat, Scripturarum expoſitionem ab his petendam eſſe, qui earum Doctores ſe eſſe profitentur?* Cuius rei grauiſsimas aliquot rationes tradit in lib. 2. contra Iulianum. Primùm enim, Patres antiqui (quod optimorum Iudicum eſt) *ab omni odio & amicitia vacui ſunt*, quia tunc ſcripſerunt, quando adhuc nulla fuit mota lis de illis quæſtionibus, quas nunc agitamus. Deinde, *Sancta Eccleſia per tales Paſtores plantata, rigata, ædificata creuit.* Id vtique ſignum eſt, eos Deo placuiſſe. Quod certè illis non accidiſſet, niſi veritatem fidei docuiſſent. Poſtremò, quò propinquiores Apoſtolis erant, eò faciliùs, quid ab illis prædicatum fuerat, didicerunt. §. Cùm ergo Catholici & plures Scripturas recipiant, quàm hæretici: & non minus diligenter eas & inter ſe, & cũ regula charitatis conferant, atq; etiam Patrum, & Cõciliorum fidem doctrinamque cum ſua Scripturarum intelligentia conſentientem habeant, cùm præterea conſuetudine Maiorum & præſcriptione longi temporis non parum adiuuentur, & quod omniũ caput eſt, cùm nihil de ſuo confingant, ſed ita duntaxat interpretentur Scripturas, quemadmodum à Spiritu ſancto pluribus modis veritatem reuelante acceperunt: fieri non poteſt, quin Catholici & verius nôrint, & rectiùs intelligant Scripturas ſacras, quàm ij, qui ſolas Scripturas Iudices admittunt, in ea re non niſi *ſpiritualium hominũ*, hoc eſt, ſuo proprio iudicio vtentes. Nam cùm nec Patrũ ſententijs, nec

g Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas. Illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.*

Rom. 15. *Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.* 2. Tim. 3. *Sacræ literæ te poſſunt ad ſalutem inſtruere per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Catholici hæc omnia fide amplectentes, tantò ſincerius non modò Swenkfeldianis, verùm etiã Lutheranis & Caluiniſtis ſacras Scripturas recipiunt, quantò religioſius omnes eos libros pro Ca-

*Sed tandem cùm eos corporali ſua præſentia eſſet omnino relicturus, ad Simonem, quem Petram firmam ſe fa-
cturum promiſerat, ſermonem dirigens (Luc.22.) Satanas ait, expetiuit, vt cribraret vos. Cur cùm ſimul cum omni-
bus Apoſtolis loquens, ad vnum tantùm ſermonem dirigit, niſi quia is vnus Caput omnium erat? Nec enim id
1425 feciſſet, niſi aliquid præcipui in illo notari vellet. Quale autem id eſſet, verba ſequentia declarant: Ego autem
rogaui, vt non deficiat fides tua. Oratio Chriſti pro fide vnius Capitis, remedium eſt contra omnium omnium
tentationes. Vnde adiecit: Tu verò conuerſus, confirma fratres tuos.*

Denique *ſi omnes, quicunque in Eccleſia ſunt, oues Chriſti ſunt, cùm oues Chriſti* (Ioan. 21.) *ſine vlla exce-
1426 ptione Petro committantur: nónne tota Eccleſia illius curæ & gubernationi ſine vlla exceptione attribuitur?
En Chriſti Teſtamentum. En omnes ſuas opes, quas in hoc ſeculo reliquit, Petri curæ commendauit. En Dei
filius Petrum vnum, neque alium præterea tutorem relictum. Poſt tot ſecula oues Chriſti, Petro & eius ſucceſſorum
cuſtodiæ commiſſas, iam à Succeſſore Petri abigere, hæretici ſtudent.*

In tertio autem libro Eccleſiam Chriſti cum Synagoga Iudæorum conferens, eleganter infert: *Ec-
cleſias quæ à Romana ſe ſeparauerunt, non aliter ac Dathan & Abyron abſorptas eſſe, vnámque Petri Eccleſiam veluti
1427 virgam Aaronis effloruiſſe, vtpote quam nulla vnquam hæreſis occupauerit. Illud etiam præclarè admonet, quòd
vndecim Apoſtolis ad gentes iam dimiſſis, Chriſtus hoc munus ad vnum Paulum, quem Gentium Apoſtolum
nominauit reuocans, eo ipſo ſignificauit, à multitudine Præfectorum receſſum eſſe, atque omne genus humanum,
duobus præcipuis Legatis commiſſum eſſe, Petro & Paulo: huic Gentium, illi Circumciſionis Apoſtolo. Tum
autem, quemadmodum Paulus dixit, oleaſtrum oleæ, hoc eſt, Gentes ſtirpi Abraham inſitas eſſe: ſic etiam
res ipſa demonſtrat, Pauli Apoſtolatum quaſi ſurculum in Petri Apoſtolatum, tanquam in arborem, inſitum, atque
1428 ita ex duabus vnum eſſe effectum. Nam in Eccleſia Romana amborum Apoſtolatus in vnum coiuit, quia in
nulla alia Eccleſia id duobus Apoſtolis accidiſſe videmus. Omnia igitur ad Petri Apoſtolatum, hoc eſt, ad Eccleſiã
Romanam tanquam ad vnam arborem ſunt conducta, quò magis vnitas Eccleſiæ conſeruetur: quæ arbor ex
Chriſto viuificum humorem trahens, omnibus deinceps ramis eum diffudit.*

Scripſit præterea Polus librum de ſummo Pontifice, in quo ſic habet, c.8. *Chriſti Vicarius, cui ſingula-
re & maximum omnium miniſterium commiſſum eſt, illud nimirum, quod ad vltimum ſpectat humanum finẽ
1429 in orbe terrarum, Eccleſiǽq; gubernandæ, obtinet ſummam ac præcipuam poteſtatem inter cæteros omnes Dei Mi-
niſtros, ſeu Imperatores ſeu Reges ſeu Principes, aut quocunque alio nomine nuncupentur: quos etiam ipſa Scri-
ptura vocat miniſtros regni Dei, ſed illos quidem iuſtitiæ potius, quàm miſericordiæ: quum Vicarius Chriſti, miſe-
ricordiæ, quæ ſuperexaltat iudicium, propriè miniſter ſit.*

Venio

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	
		Idem Carolus 5.	
1541.	Idem Paulus 3.		

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

ab inſpiratione diuina toti pendent.

De translatione Scripturarum in linguis doctis.

h Penè omnes horum tẽporum hæretici nouis Sacrorum codicum editionibus & ipſi vtuntur, & alijs vtendum eſſe contendunt, abrogata fide nõ ſolùm vniuerſis editionibus Latinis, & Græcis, verùm etiam ipſa tranſlatione Septuaginta Interpretũ (qua con-

Doctores Catholici.

nonicis habent, qui ſunt ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris vlla Maiorum ſuorum memoria in ſacrum Canonẽ relati. At interim Pſeudoeuãgelici verè Scripturis honorem nõ deferre ex eo probãtur, quòd nõ niſi eos libros pro ſacris habent, quos aut ipſorũ opinionibus minus apertè aduerſari putant, aut tam clarè ab omni antiquitate, omni memoria in Canone recenſitos vident, vt pudeat eos contradicere. Nam ſi vel minimam quæſtionem à quibuſdam Catholicis olim de ſacro quopiam libro motam fuiſſe intelligunt, mox ipſi negant, eum librum indubitatæ auctoritatis eſſe, atq; inter apocrypha eum recenſent. Hæc non ſunt hominum Scripturas ex fide non ficta, & corde puro amantium: ſed eorum potius, qui teſtes Chriſtianæ fidei & doctrinæ quàm pauciſsimos in vtriuſque Teſtamenti Canone eſſe cuperẽt. Nam Scripturas verbo quidem magnifaciunt, non ipſarum cauſa, verùm vt hac ſpecie traditionibus nõ ſcriptis authoritatem abrogent. Quo ſemel impetrato, etiam Scripturas ipſas, in quãtas poſſunt, anguſtias cogunt: alij quidem pluribus, alij paucioribus, ſed omnes aut aliquot, aut omnibus Scripturis fidẽ authoritatemq; adimentes. Non ita Catholici, non ita ſe gerunt. Omnes admittunt Scripturas; non tamen ſolas. Nam vt *illæ teſtimonium perhibent de Chriſto* (Ioan. 5.) ſic etiam Eccleſia perhibet, ſicut ſcriptũ eſt, Ioan. 15. *Et vos teſtimonium perhibebitis de me.* Sic etiam *Spiritus ſanctus perhibet.* Ioan 15. & 16.

h Veriſsimè mihi iam videor cum Apoſtolo (1. Timot. 6.) exclamare debere: *O Timothee, depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.* Quod enim vnquam depoſitum fuit cuſtodiendum, ſi non illud, quod ipſe Chriſtus & Apoſtoli eius nobis commendaſſent? Nec enim quicquam Apoſtoli apud Eccleſiam depoſuerunt, quod non *a Chriſto & Spiritu eius accepiſſent.* 1. Cor. 11. Conſtat verò, Apoſtolos tradidiſſe Eccleſijs ſanctas Scripturas in Græcam linguam à Septuaginta Interpretibus conuerſas, adeo vt tùm ipſi, tùm D. Lucas Euangeliſta ſæpiſsimè ac penè ſemper eãdem editionem ſecuti fuerint, quoties ex vetere Teſtamento quippiam citabãt. Nec tamen ideo vel Hebræos codices damnamus, vel nouas tranſlationes fieri prohibemus. Hoc moleſtum eſt, quod noua cuduntur ad perſuadendam veterum abiectionem & contemptum, quòd *prophanæ vocum nouitates in Eccleſiam* introducuntur, ac neq; nomina quidem vrbium & virorum eadem, quæ per annos mille quingentos habita vbiq; ſunt, deinceps manere permittantur. Iam pro Ezechia, Iehiskiahu & pro Cyro Choresk legendum eſt, & audiendum. Verè *falſi nominis hæc ſcientia eſt,* ad nihil vtilis, niſi ad pugnas verborum, & inflationem adoleſcentium, qui putant neminem vnquam, ne Apoſtolos quidem ipſos, præ ſeipſis quicquam ſciuiſſe, aut fontes Hebræos ſatis accuratè exploraſſe. Quantam fidem

Iudæi

Venio nunc ad damna & labores, quos pro Eccleſia Romana Polus ſuſtinuit. Cùm enim vir tam ſan-
ctus eſſet, vt neq; ambitione intumeſceret, cùm duobus tantùm ſuffragijs à Romanæ Cathedræ Princi-
patu abeſſet, neq; rurſus animo deijceretur, cùm in Iulium tertium vota Cardinalium tranſijſſe intelli-
geret, ob eamque rem fateri debeamus, eum virum ſpiritu non huius mundi, ſed ipſius Dei actum fuiſſe:
plurimi omnino refert, vt ſciamus, non modò quid ille ſenſerit de Primatu Eccleſiæ Romanæ, verùm
etiam quid pro eius defenſione fecerit, aut etiam paſſus fuerit.

Quo igitur tempore Polus animaduertit, Regem Henricum, cui ſanguinis ratione coniunctus erat,
vſq; eò voluptatibus diffluere, vt non modò legitimam vxorem, ex qua prolem ſuſceperat, repudiare,
verùm etiam Paſtorem animæ ſuæ Romanum Epiſcopum omni poteſtate in Anglia ſpoliare vellet: pa-
1430 triam potius, quàm fidem ſibi deſerendam ratus, ex Anglia ſponte exiuit, non certè vt exteras regiones
inuiſeret, quas iam antè obiuerat, ſed vt conſcientiæ tantùm ac ſaluti æternæ conſuleret. Matrem igitur
chariſsimam, cognatos amicoſque, & quod amplius eſt, ſpem ad ſummos honores aſpirandi non inuitus
reliquit, vt Eccleſiæ vnitatem, quæ in Romana potiſsimùm Cathedra eminet, incolumen ſibi conſer-
uaret. Ac non multò quidem poſteà, cùm ſe à Regis Henrici peſsimis conſilijs abhorrere oſtendiſſet,
mox audit, fortunas primùm omnes ablatas eſſe, deinde læſæ Maieſtatis notam falſò quidem, ſed tamen
1431 publici Decreti ſpecie nomini ſuo inuſtam: matrem poſtremò non tàtùm ad carceres, verùm & ad mor-
tem, literarum cauſa, quas à filio accepiſſe dicebatur, pertractam.

Nec ita quieuit Regis furor. Quinimò Polum vbiq; perſequitur, nec aut in Gallijs, aut in Belgis vel
exulem tranquillè agere illum virum permittit, cui ſimilem eo tempore nec tota quidem Anglia (ob
ſchiſma, quo tunc laborabat) vllo modo haberi potuit. Quinimò tam chara vnius Poli mors Henrico
Regi fuit, vt ſtipendia in decem menſes pro quatuor millibus peditum Senatui Cæſaris apud Belgas ea
tantùm lege offerret, ſi vir integerrimus in homicidæ illius poteſtatem daretur. Quod Polus cùm in-
tellexiſſet, id tantùm dixiſſe fertur, *Regem Henricum, qui vita iſta eum ſpoliare tantoperè ſtuderet, nihilo
plus ei moleſtiæ afferre, quàm ſi quis dormitum ire cupienti veſtem detrahat.* Hactenus de Poli ſcriptis & pe-
riculis pro Sede Apoſtolica ſuſceptis dictum ſit. Quomodo enim Angliæ ad Eccleſiæ vnitatem reuo-
candæ miniſter fuerit, id ſuo poſteà loco narrabitur.

1432 Michael Bucchingerus Colmarienſis in hiſtoria Eccleſiaſtica. *Sancta Romana Eccleſia ſemper fuit
1433 maior authoritas, quàm quarumcunque aliarum Eccleſiarum. Hæc Hæreſiarchas nullos vnquam produxit.*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1542	Idem Paulus 3.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

conſtat Apoſtolos eſſe vſos) reiecta, & præ Munſteri aut Caſtalionis tranſlationibus, nihili æſtimata.

Iudæi præſtiterint in ſuis codicibus conſeruandis, Eccleſia Dei nec facilè ſcire, nec temerè affirmare poteſt. Illud certum eſt, Hebræos codices nec palã in Eccleſijs Gẽtium vbique lectos, nec paſsim apud omnes Eccleſias cuſtoditos eſſe. Potuit igitur fieri, vt corrumperentur ab ijs, quibus nihil impurius, nihil Chriſto infeſtius vnquam extitit. Græcos verò codices Eccleſia Græca, Latinos Latina ſemper magna fide tutata eſt. Latina tamen Eccleſia laudem præripuit Græciæ hac in parte: ſicuti fides Latina & Romana tùm in prophanis rebus, tùm in ſacris, caſtior Græca & integrior habita ſemper fuit. Ob quas cauſas Tridentina Synodus (in Decreto 2. Seſsio. 4.) neque Hebræos codices, neq; Græcos contemnẽs, ſed vtroſque in ſua fide & authoritate relinquens, nec tamen quàm incorruptè ſeruati ſint, definiens, id vnum rectè decernit, *vulgatam editionem & veterem, quæ longo tot ſæculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, ex omnibus Latinis editionibus pro authenticã habendam eſſe*, nec reijci à quoquam, velut ſuſpectæ fidei, poſſe. Quo Decreto nec fontes conſulere vel Hebræorum, vel Græcorum codicum: (quod quidã ſecus, & id prauè intellexerunt) nec etiam vetamur id inde repetere, quod vtilitatem Eccleſiæ Dei afferre queat. Denique nec ipſam veterem editionem à mendis purgare, & ſuæ veritati reſtituere prohibemur. Tantùm ſalua ſit fides Catholica, contemptúſque abſit: & ſanè deprehendes, nullam ſcientiã, quæ ædificare Eccleſiam poſsit, ab Eccleſia Romana cõtemni. Nam præclarè Adrianus ſextus Põtifex maximus, cùm apud illum Eraſmus accuſaretur, reſpõdiſſe fertur: *ſe non bonas literas, verum impias hæreſes perſequi.*

1 Scripturas neceſſariò debere in vulgares linguas cõuerti.

192. De

i Certiſsimum eſt, Apoſtolos non tradidiſſe Gentibus à ſe conuerſis ad Chriſtum, Scripturas in linguam vulgarem cuiuſq; gentis tranſlatas. Nam vſq; ad Origenis ætatem (qui floruit an. Dom. 220.) non erant in Orientali & tota Græcorum Eccleſia plures, quàm ſex interpretationes Græcæ, vnde ipſe Hexapla confecit. Nec enim fieri poterat, ſi Apoſtoli aut in Cilicum, aut in AEgyptiorum, aut in Galatarum vulgarem linguam Scripturas conuertiſſent, vt hæ conuerſiones aut ab Origine, aut ab alijs Patribus prætermitterẽtur, vel in paruo pretio haberẽtur. Præterea cùm nemo dubitet, quin Apoſtoli Epiſtolas ſuas Græcè tantùm, ac nõ etiam in vernacula cuiuſq; gentis, ad quam miſſæ ſunt, lingua conſcripſerint, certumque ſit, nullam partem Scripturarum magis eſſe neceſſariam cognitu, quàm ſint Apoſtolorum Epiſtolæ: profectò hinc efficitur, vt Apoſtoli ſatis eſſe iudicauerint, ſi Scripturæ in linguis doctis extarent, vt inde per Paſtores explicari plebibus ea poſſent, quæ ipſarum ſcire maximè intereſſet. Imò Hieronymus in Prologo ad libros Paralipom. docet, *totum orbem Chriſtianum ab Alexandria vſque Conſtantinopolim Septuaginta Interpretũ verſionẽ, vel ab Heſychio, vel à Luciano, vel ab Origine elaboratam*

Caluini Confeßio de honore Sedi Romanæ iam olim exhibito.

1434 Caluinus in ſuis Inſtitution.c.8.num.103. *Non nego* (inquit) *quin magnum Romanæ Eccleſiæ honorem*
vbique deferant veteres, reuerenterq́; de ea loquantur. Quod tribus maximè cauſis fieri arbitror. Opinio enim il-
la, quæ neſcio quomodo inualuerat, fundatam & conſtitutam eam fuiſſe Petri miniſterio, ad conciliandam gratiã
1435 *& authoritatem plurimum valebat. Itaq; in Occidente Sedes Apoſtolica, honoris cauſa, vocabatur. Deinde, cùm*
1436 *illic eſſet Caput Imperij, & hac ratione credibile eſſet, præſtantiores tùm doctrina, tùm prudentia, tùm peritia, &*
multarum rerum vſu, viros illic eſſe, quàm alibi vſquam: eius rei meritò habebatur ratio, ne & Vrbis nobilitas,
& alia etiam Dei dona multò excellentiora contemni viderentur. Acceſſit ad hæc & tertium, quòd cùm Orien-
1437 *tales & Græca Eccleſia, Aphricana etiam, multis opinionum diſſenſionibus inter ſe tumultuarentur, hæc ſedatior*
alijs & minus turbulenta fuerit. Ita factum eſt, vt pij & ſancti Epiſcopi, ſedibus ſuis pulſi, illuc ſe veluti in aſylũ
aut portum quendam, ſæpe reciperent. Nam quò minus acuto & celeri ingenio ſunt Occidentales Aſiaticis, &
Aphris, eò etiam ſunt rerum nouarum minus cupidi. Hoc ergo Romana Eccleſia plurimum addidit authorita-
tis, quòd non ita dubijs illis temporibus tumultuata eſt, vt reliqua: ac doctrina ſemel tradita fuit alijs omnibus
tenacior, quemadmodum melius ſtatim explicabimus. Has, inquam, tres ob cauſas non vulgari in honore habita
fuit, & multis præclaris veterum teſtimonijs commendata.

6 Primùm Caluinus fatetur, *veteres vbique magnum honorem detuliſſe Romanæ Eccleſiæ*. Si ergo fides Caluini cum veterum fide conſentit, ipſe quoq; magnum honorem Eccleſiæ Romanæ deferre debet. Neque verò mutatam eſſe Romanam fidem, oſtendere vnquam poterit, cùm eius rei nullum in hiſtorijs veſtigium extet, nec tamen vlla ferè ſit hiſtoria, quæ non paſsim Romanorum Pontificum & rerum ab his geſtarum meminerit. Sua ergo ipſius confeſsione Caluinus tenetur.

Deinde dum cauſas exquirit, ob quas tantum vbique apud veteres Eccleſiæ Romanæ deferebatur: illam refert primam, quòd illi *Eccleſiam Romanam Petri miniſterio fundatam & cõſtitutam exiſtimauerint.* Caluinus verò neq; in iſta re cum veteribus Sanctis conſentit. Non vult enim, rem certam fuiſſe, quòd Eccleſia Romana Petri miniſterio ſit fundata. Sed quid opinetur Caluinus, nihil ad nos. Id plurimi refert, quòd fatetur, veteres nobiſcum omnino conſentire. Credimus enim vnà cum illis, Eccleſiam Romanam Petri miniſterio fundatam eſſe, nec id temerè aut caſu, verùm certo Dei conſilio, vt Princeps
1438 Apoſtolorum idololatriam, quæ in vrbe Roma præcipuè vigebat, in prima vrbe funditus euertens, ibi
ſucceſſores ſuos velut in candelabro illuſtriſsimo collocaret, vnde lucem gentibus ad Chriſti fidem ſecundùm prophetias conuertendis omni ætate præberent, eaſdemque conuerſas in recta fide perpetuò conſeruarent, quorum vtrumque videmus re ipſa effectum eſſe.

Putat etiam Caluinus, *ob nobilitatem primæ vrbis, & ob Doctorum virorum in ea concurſum*, Eccleſiæ Romanæ multum eſſe delatum. Sit ita. Sed nunquid iſta quoque diuinitus prouiſa & ordinata non ſunt? O cæcum hominem, ſi non videt, Patrem cœleſtem, cuius prouidentia neque paſſeres quidem deſerit, inſigniter effeciſſe, vt lux Euangelij, quam ad Gentium ſalutem præparauerat, inde potiſsimùm effulgeret, vnde plurimum vtilitatis inſtituto Chriſti afferre poſſet. Nam quòd Caluinus poſtremo in loco fatetur,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1543.	Idem Paulus 3.	Idem Carolus 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

192. *De Bibliſtis.*

k Dicebant, nihil proponendũ vel in Eccleſia populo, vel in ſcholis iuuentuti, præter Biblia nec diſcendas eſſe vllas Philoſophiæ artes. Hinc Carolſtadius factus eſt agricola, Melancthon verò piſtoriã artẽ meditabatur. Ludi etiã literarij per biennium in quibuſdam Germaniæ partibus occluſi ſunt. Staph. de Lutheranor. concord.

193. *De Anabaptiſtis.*

a Anabaptiſtæ (ſiue eorũ Dux prim⁹ fuerit Thomas Muntzerus Nicolai Storkij diſcipulus, ſeu Baltazar Pacimontanus, ſeu Bernardus Rotman, ſeu etiã Carolſtadi*) inde nomẽ ſumpſerunt, quòd cùm paruulos actu fidei carentes, non rectè baptizari dicerent, eos iterũ baptizabant: cuius erroris occaſionem ex Lutheri libris ſumpſiſſe dicuntur. Cùm enim Lutherus Pikardos reprehenderet, quòd paruulos ad futuram fidem, quam in ætate grandiore habituri erãt, baptizarẽt, diceretque, eos fidem

Doctores Catholici.

bonorã recepiſſe, atq. in vſu habuiſſe. Porrò Heſychius, Lucianus & Origenes longè poſt ætatem Apoſtolorum vixerunt. Ac neq; Aquila Põticus, neq; Symmachus & Theodotion Apoſtolorum tempore floruerunt: ſed Aquila quidem annis penè centum viginti poſt Chriſtum, Symmachus centum & nonaginta, Theodotion ducẽtis. Apoſtoli ergo ſolã Græcam Septuaginta Interpretum cõuerſionem, ac nouum Teſtamentum Græcè etiam conſcriptum Eccleſijs Dei reliquerunt. Adeò vt Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 18. c. 43. dicat, *pleroſque Chriſtianos populos neq. ſcire quidem, vtrum alia ſit tranſlatio ex Hebræo in Græcam edita, præter illã, quæ Septuaginta Interpretum dicebatur.* Iam verò in tot ac tantis Orientaliũ Prouinciarum populis, innumerabiles penè vulgares linguas extitiſſe conſtat, adeò vt Mithridates Rex Ponti duas & viginti linguas addiſceret, vt ſuis tantùm populis ius dicere, ac reſponſa dare poſſet in propria cuiuſque lingua. Deinde varias in Cappadocia, Phrygia & Pamphilia dialectos fuiſſe, ex 2. c. Act. abundè liquet. Quod ergo Apoſtoli dono linguarũ & Spiritu ſancto inſtructi neceſſarium non iudicârunt, vt Scripturæ in vernaculas cuiuſque gentis linguas cõuerterentur: hoc neq; nos hodie, qui multò facillimè in cõuertendis Scripturis errare poſſumus, neceſſarium iudicare debemus: licet non negem, id fieri tùm in omnibus Scripturis poſſe, vbi occurrit idoneus interpres, tùm in iis libris ex decoro debere, qui cùm difficultatis parùm contineant, vtilitatis plurimùm fidelibus præſtare poſſunt.

k In Eccleſia primitiua, Euſebius teſtatur (lib. 3. ca. 12.) *Clementis Epiſtolam* (quæ certè Bibliorum pars nõ fuit) *tam Corinthi, quàm in alijs plurimis Eccleſiis publicè lectam, vſurpatamq.* Quòd idem de *paſſionibus Martyrum* dicitur in Concil. Cartha. 3. c. 47. Iam verò Actor. 7. *Eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis & in operibus ſuis.* Salomon etiam (3. Reg. 4.) *diſputauit ſuper lignis à cedro vſque ad hyſſopum, & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus & veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis.* Danielis c. 1. Ananiæ, Miſaëli & Azariæ *dedit Deus ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſapientia.* Paulus etiam vſus eſt Poëtarum Carminibus Actor. 17. Tit. 1. Denique vide Baſiliũ in Homilia, *Quomodo adoleſcentes ex Gentiliũ doctrinis proficiãt.*

a Concil. Trident. Seſs. 7. Can. 13. *Si quis dixerit, paruulos, eò quòd actum credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo inter fideles computandos non eſſe, ac propterea cùm ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos, aut præſtare omitti eorum baptiſma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ, anathema ſit.*

Richardus Smithæus Anglus in lib. de Baptiſmo infantium. *Infantes peccato originali obnoxij* (Pſalm. 50 Rom. 5.) *licet fidem propriam non habeant: tamen* (vt Auguſtinus ait contra duas Epiſtolas Pelagij. lib. 1. c. 22.) *in Eccleſia Saluatoris per alios cre-*

fatetur, *Eccleſiam Romanam minus tumultuatam eſſe, conſtantiorem̄q; Orientali Eccleſia ſe in fide conſeruanda præbuiſſe*, exclamem neceſſe eſt: ô magnam veritatis vim, quæ virum tam obfirmati cordis & obduratæ ceruicis, tamen fateri coëgit, *Romanam Eccleſiam eſſe eam, pro qua Chriſtus rogauit, ne deficeret fides eius.* Nam ſine oratione Chriſti, nunquam hoc diuinum & cœleſte munus conſequi potuiſſet. Atque Caluinus hoc ad minus acuta Romanorum ingenia refert. Scilicet, Italis deſunt ingenia. Teſtantur hoc Romanæ leges, & reſponſa Iuriſconſultorum, quibus haud ſcio, ac quicquam verius, æquius, ſolidius excogitari queat. Quàm deinde à recta ratione abhorret, vt fidem diuinam ſecundùm humanorum ingeniorum vel acumen perdi, vel ſtupiditatem retineri dicamus? Putabam non ignoraſſe Caluinum, *fidem eſſe Donum Dei* (Epheſ. 2.) nec per ingenia humana, ſed per Dei gratiam retineri. Quòd ergo Eccleſia Romana minus tumultuata eſt, quàm Græca, magiſque ab omni errore ſe continuit: ſine omni controuerſia non aliunde ortum eſt, quàm ab illo Dei gratuito dono, quo ad Petrum dixit: *Tu es Petrus*, hoc eſt, firmus in veræ fidei confeſsione, *& ſuper hanc Petram* (quæ tu per meam gratiam es) *ædificabo Eccleſiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Rogaui, ut fides tua deficiat, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Qui firmitatem Eccleſiæ Romanæ, quam neque Caluinus ei affuiſſe negat, alij cauſæ, quàm Dei promiſsioni & gratiæ tribuit, Pelagianus eſt, & inimicus gratiæ Dei. Id ergo de Eccleſia Romana confeſſus eſt Caluinus, quod eum ipſum, qui ab eiuſdem Eccleſiæ fide ac vnitate defecit, hæreticum eſſe neceſſariò conuincit.

Petrus Auratus in Paradoxo 70. *Conuenit, vt ſicut in vno corpore naturali eſt caput vnum, ſic & in vno*
corpore myſtico. Et ſic Eccleſia inuiſibilis vnum habet Chriſtum, viſibilis autem Eccleſia, quæ dicit adunationẽ
1439 *fidelium in vnam fidei profeſsionem, habet Caput viſibile Petrũ, ſub Capite Chriſto. Proinde ad vnitatem Eccle-*
ſiæ oportet ſit vnus, qui toti Eccleſiæ præſit, quia Chriſtus in neceſſarijs Eccleſiæ haud defuit. Manifeſtum eſt,
quòd omnia Eccleſiaſtica Sacramenta ipſe Chriſtus perficit. Ipſe eſt enim, qui baptizat, ipſe eſt, qui peccata remit-
tit, ipſe eſt verus Sacerdos, qui ſe obtulit in ara Crucis, & cuius virtute corpus eius in altari quotidie conſecra-
tur. Et tamen quia corporaliter aut viſibiliter, non cum omnibus fidelibus præſentialiter erat futurus: elegit mi-
niſtros, per quos prædicta fidelibus diſpenſaret. Eadem igitur ratione, quia præſentiam viſibilem & corporalẽ erat
ſubſtracturus, oportuit vt alicui committeret, qui loco ſui vniuerſalis Eccleſiæ gereret curam. Hinc eſt, quòd Pe-
tro ante ſuam aſcenſionem dixit: Paſce oues meas.

Paulus. 3. Pontifex Maximus Carolo quinto Imperatori. *Chariſsime fili, ſalutem & Apoſtolicam Bene-*
dictionem. Ex edicto Maieſtatis tuæ Acta conuentus tui Spirenſis cognouimus, de quibus cùm noſtrã ſenten-
tiam diſsimulare paternus noſter erga te amor non patitur, tùm verò officij & muneris à Deo nobis per Chriſtũ
1440 *commendati ratio in cura vniuerſalis Eccleſiæ, vt apertis verbis te admoneamus, compellit. Omnia verò, fili, in*
eo ſunt, ſi ab vnitate Eccleſiæ te abduci non ſinas, à conſuetudine Maiorum tuorum religioſiſsimorum Principũ
non recedas, ſed eũdem, vt debes, morem in omnibus, quæ ad Eccleſiæ diſciplinam, ordinẽ, & inſtituta pertinẽt,
obſerues, quem multos annos ſumma cum pietatis animi tui ſignificatione edidiſti. Is verò eſt eiuſmodi, vt quo-
ties de his, quæ ad Religionem pertinent, diſceptatur, ad Sedem Apoſtolicam omne Iudicium ſemper referatur,
1441 *nihil, illa inconſulta, ſtatuatur.* (Et pòſt:)
Qui verò huius Sedis authoritati reſtitêre, à Deo ſic caſtigatos conſtat, vt manifeſtè appareat, quàm grata ſit,
1442 *ac ſemper fuerit Deo huius Sedis obedientia. In primis eum ex Imperatoribus, qui in apertam defectionem &*
contemptum huius Sanctæ Sedis erupit, legimus fuiſſe Anaſtaſium primum, quem à Gelaſio Pontifice Romano ad-
monitum, ne Acatij Epiſcopi Conſtantinopolitani à Sede Apoſtolica damnati, partes foueret: cùm nec monitis
eius paruiſſet, & Hormiſdæ eiuſdem Succeſſoris Legatos, ad eum eo de cauſa miſſos, vt à communione cum hæ-
reticis deſiſteret, contemptim primùm auditos contumelioſius dimiſiſſet, diuina tandem eo fulmine è vita ſu-
ſtulit,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperatores Rom.

1544 | Idem Paulus 3.

Idem Carolus 5.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

fidẽ actu iã habere, *alioqui præſtare*(vt Staphilus verba Lutheri citat in Tractatu de Lutheranorum inter ſe concordia) *Baptiſmũ in paruulis omitti, quàm baptizari eos ſine ipſorũ fide*: quidã illorũ videntes, nec fidẽ habere actu iã paruulos, nec ſine ipſorũ fide baptizari iudicio Lutheri poſſe, nec omnino quidẽ baptizãdos paruulos cenſuerunt.

De ſectis Anabaptiſtarum.

Duodecim Anabaptiſtarũ ſectas Staphil[9] ponit: ſed de Adamitis inter Bohemorũ hæreſes paulò antè dictum eſt.

194. *De Stebleris.*

b Stebleri docẽt, nec gladiũ, nec perã portandã, nec in iudicio quenquam accuſari poſſe.

195. *De Sabbatarijs.*

c Sabbatum, non Dominicam diem colẽdam: Patremq́; non item Filiũ, & Spiritum Sanctum eſſe inuocandum.

196. *De Clancularijs.*

d Satis eſſe, vt fides clam aſſeratur: eandem verò palam negari poſſe.

197. *De Dæmoniacis.*

e Dæmones poſt finẽ mũdi ſaluandos.

198. *De Communia habẽtibus.*

f Vxores, liberos, & oĩa volebant eſſe communia.

199. *De Condormientibus.*

g Viros & fœminas in eodem loco dormire volebant.

200. *De Eiulantibus.*

h Nihil Deo perinde gratum eſſe, ac lachrymas.

201. De

Doctores Catholici.

dunt, ſicut ex alijs ea quæ illis remittuntur in Baptiſmo, peccata contraxerunt. (Et poſt.) *Fateor, promiſsionẽ gratia & ſalutis æternæ ad infantes Eccleſiæ inſitos pertinere: ac propterea paruulos neceſſario eſſe inſerendos Eccleſiæ per Baptiſmum.* Sed id tamen probari ſola Apoſtolorum traditione, extra ſcriptum quoduis ſacrum. Ac in eo quidem libello Smithæus docet, ea Scripturæ loca, ex quibus multi exiſtimabãt, baptiſma infantũ ſtatui, non efficere neceſſariò, vt qui per ætatem doceri non poſſunt infantes, quique actu non credunt, in fide aliena baptizari debeant, ſolaq́; non ſcripta, ſed ab Apoſtolis tradita & per fidelium manus retenta authoritate & conſuetudine tãtum hoc myſterium, ac tot animarum ſalutem niti & confidere. Nec enim parua Eccleſiæ Dei ſunt portio illi ipſi paruuli, qui poſt Baptiſmum acceptũ ante adultam ætatem ex hac vita migrant. Ex qua vna re maniſeſtè oſtenditur, tùm quãtæ ſit authoritatis Eccleſiæ Catholicæ communio, quæ fidem propriam non habentibus, alienam per Sacramentum Baptiſmi attribuit, tùm illam non veram Dei Eccleſiam eſſe, quæ non ſcriptas traditiones reijcit, ſicut omnes Proteſtantes paſsim illas reijciunt.

b 1. Pet. 2. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum ad vindictam malefactorum.* Et Ioan. 12. *Iuſtum iudicium iudicate.* Et 1. Cor. 11. *Nónne ipſa natura vos docet?* Quaſi dicat, quòd natura docet fit, rectè fit. Iure autem naturæ gladium in defenſionem & peram ob neceſsitates quotidianas portari licet.

c *Vna Sabbati* (hoc eſt, primo die poſt Sabbatum, qui eſt Dominicus dies) *fideles conuenerunt ad frangendum panem.* Actor. 20. & Stephanus (Act. 7.) *Domine Ieſu* (inquit) *ſuſcipe Spiritum meum.*

d Rom. 10. *Ore fit confeſsio ad ſalutem. Omnis enim qui credit in eum, non confundetur*, hoc eſt, non timebit confiteri eum.

e Math. 25. *Ignis æternus paratus eſt Diabolo & Angelis eius.*

f 1. Cor. 7. *Vnuſquiſq; ſuam vxorẽ habeat, & vnaquæque ſuum virum.* Et 2. Cor. 9. *Vnuſquiſque eleemoſynã conferat, prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſsitate.*

g Eccle. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Et 1. Cor. 15. *Nolite ſeduci: corrumpunt bonos mores colloquia mala.*

h Micheæ 6. *Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo.* Hæc autem qui obſeruârit, etiamſi lachrymas interdum prætermittat: nihil refert. Sine horum autẽ obſeruatione, parui momenti ſunt lachrymæ.

Sequuntur huius impietatis ſucceſſores, ſed per interualla, multi alij Imperatores, quales fuêre Mauritius, Cōſtans ſecundus Iuſtiniani Conſtatini Pogonati filius, Philippus, Leo. Henricum quartum à ſuo filio captum Leodij vltio diuina in carcere mori fecit, iuſtiſſimam quidem inobedientiæ pœnam ab ipſo repetens, vt à filio caſtigaretur, qui eum, quem patris loco diuina et prouidentia in Eccleſia conſtituerat, tot modis vexauerat, eiuſq; authoritatem neglexerat. Id quod & de Friderico ſecūdo dici poteſt, niſi quòd infaliciori mortis genere eſt ſublatus, qui (filio ſuo ipſo carnificis munere fungente) ſtrangulatus interijt. Nec verò in ſingulos tantùm homines hæc vltio diuina, caſtigans eorum inobedientiam erga hanc principem Sedem, eſt peruagata, ſed in Nationes etiam & Prouincias, in quibus videmus, cùm grauiſſimè omnium ij ſunt caſtigati, qui Chriſtum Dominum habere recuſarent, proximum miſeriæ locū eos ſortitos eſſe, qui Vicarij Chriſti authoritati reſtitêre. Duas verò Nationes à Deo in primis caſtigatas, atq; afflictas videmus, quæ olim florentiſſimæ fuêre. Quarum vna pertinax in negādo Chriſto permanſit, altera aliquamdiu cum Vicario eius præ cæteris omnibus contendit. Illa eſt Iudæorum, quæ nulla maiori miſeria eſt oppreſſa: hæc verò Græcorum, quæ proximè ad miſeriam Iudæorum acceſſit, quia proximè ad impietatem acceſſerat. (Et poſt.)

Cùm autem vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatis cauſa Concilium fieri ſummopere cupimus, tùm verò præcipuè illius inclytæ nationis Germanicæ, quæ iampridem diſcordijs, in his quæ ad Religionem pertinent, plurimum vexata diſſidet, cuius ſaluti (vt tua etiam Maieſtas fatetur) commodiſſimè per generale Concilium conſuleri nos poſſe ſemper ſperauimus. Horum autem conſilijs, qui iam ab hac Sede ſunt damnati, te vſum eſſe (quod nunc conquerimur) non ob id quidem conquerimur, quòd ſemper hos remotos à tua amicitia eſſe cupiamus, aut id quæramus, quia ſemel damnati ſint, vt ſemper damnati maneant. Teſtis enim nobis eſt Deus, quàm nihil magis in
1443 *votis habeamus, quàm vt oues perditas ad Dominicū ouile reducamus, & vt illam nobilem Prouinciam vniuerſam in fide & Religione, cum capite & reliquo corpore in omni amore atque amicitia coniunctam videamus. Sed tu nunc, dum extra Eccleſiam ſunt (per edictum etiam tuum damnati) eorum amicitiam pluris, quàm par eſt, facis, dum indulgentius eos tractas: cùm hæc tua indulgentia, & præteritorum edictorum declarationes ſeparatim à te factæ, non ſolùm hactenus illis non profuerint, vt ad ſaniorem mentem redirent, ſed potius, quod re ipſa compertum eſt, occaſionem dederint, vt inſolentiores ſint facti, & ad occupanda vicinorum bona animoſiores. Diſſidium certè ipſum magis hoc modo fouere, quàm tollere videris. Sed hæc quia ad meliorem formam, non ijs quidem vijs alienis ab omni more & conſuetudine Maiorum, atque ab ipſo iure diuino, ſed per generale Concilium optimè perduci potuiſſe, ſemper in Domino ſperauimus, & nunc etiam ſperamus: ideo nos plus illius Prouinciæ commodis, quàm vllius alterius conſulentes, ad Germaniæ fores, Tridentum vſq; Legatos noſtros miſi-*
1444 *mus. Sed vocauimus, & non erat qui audiret: venimus, & non erat vir. Verùm nec propterea deſiſtimus, ſed adhuc vocamus, & clamamus ad te, & ad cæteros Principes, clamamus verò cum Propheta Dauide: Venite, ploremus coram Deo. Nec enim aptius principium Concilij eſſe poterit. Quare ſterne viam, dilecte fili, ad tale Conciliū. Hoc enim tui muneris proprium erit. Sternes autem, ſi vel pacem reddas, quantum in te eſt Chriſtiano populo, tantopere ab omnibus expetitam, vel ſaltem arma cohibeas, dū Eccleſia in Concilio cōgregari poſſit, vbi æquius eſt, quàm per vim, veſtras diſceptationes decidi. Datum Romæ, Anno Dom. 1544.*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1544	Idem Paulus 3.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

☞ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

201. *De Georgiodauidicis.*

i Negant, eſſe diabolum, & carnis reſurrectionem.

202. *De Memnonitis.*

k Negant, Chriſtum carnem ex Maria ſumpſiſſe.

203. *De Bernardino Ochino, ſeu De Polygamiſtis.*

l Docent, licere vni viro plures vxores eodem tempore habere. Et hic error tam Luthero videtur placuiſſe, qui vxore non reddente debitum, ancillã vocari voluit, quàm Bernardino Ochino Caluiniſtæ, qui librum de licita vxorũ multitudine conſcripſit.

m Articuli viginti à Monaſterienſibus Anabaptiſtis propoſiti erant.

Hæreſes Pſeudoeuangelicorum de Sacramentis.

a Lutherus in Captiuitate Babylonica: Non hæc (inquit) dico, quòd damnẽ Sacramẽta ſeptẽ, ſed quòd è Scripturis ea probari negem. Pòſt autem: Si rigidè (inquit) loqui volumus, tãtùm duo ſunt Sacramenta, Baptiſmus & Panis.

Tria verò Sacramenta poſuit *Iacobus Præpoſiti Flander*, & in ea perfidia Bruxellis combuſtus eſt. Is Baptiſ-

---

❧ *Doctores Catholici.*

i 1. Pet. 5. *Aduerſarius veſter diabolus, tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.* 1. Cor. 15. *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.*

k Math. 1. *Maria peperit filium ſuum primogenitum, & vocauit nomen eius Ieſum.* Rom. 1. *Chriſtus ex ſemine Dauid ſecundùm carnem.*

l Marci. 10. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit: adulterium committit ſuper eam.* Si ergo ne dimiſſa quidem vxore aliam ducere licet: quãtò minus hoc licet, eadem adhuc retenta? Ephe. 5. Matrimonium declaratur *ſignum eſſe coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ.* Vna verò eſt Eccleſia, vt in Symbolo confitemur. Vna ergo vxor ſolùm eſſe debet, non plures: in ijs præſertim, quorum Matrimonium ſignificat vnam ſponſam Eccleſiam vni Chriſto adhærere.

m Viginti Anabaptiſtarum Articulos Coclæus cõfutauit, vt ipſe refert in Actis Lutheri.

De ſeptem Sacramentis à Chriſto inſtitutis, & olim in Eccleſia receptis.

a Præter Baptiſmi & Euchariſtiæ Sacramenta, Chriſtus etiam inſtituit Sacramentum Confirmationis. Vnde Apoſtoli non niſi quod à Domino acceperant, alijs tradentes, iam antè baptizatis *impoſuerunt manus, vt acciperent Spiritum ſanctũ.* Actor. 8. & 19. Itaque tam Cyprianus (lib. 2. Epiſt 1. & in Epiſt. ad Iubaianum) quàm Auguſtinus contra literas Petiliani, lib. 2. c. 104. & in Ioan. Tractat. 98. agnoſcunt Sacramentum confirmationis non minus, quàm Baptiſmi. Auguſtinus verò etiam *Olei & Chriſmatis* mẽtionem facit. De Sacramento Pœnitentiæ Dominus ipſe ait: Ioan. 20. *Quorum peccata remiſeritis, remiſſa erunt.* Idemque Sacramentum Eccleſia iam inde ab Apoſtolis in vſu habuit, vt ex ijs apparet, quæ antea ex Cypriano citauimus, cùm de Catharis ſeu Nouatianis ageremus. Et Auguſtinus in lib. de adulterinis coniugijs, c. vltimo: *Eadem* (inquit) *Baptiſmi & reconciliationis eſt ratio.* De Ordinatione autem ſeu de Ordinis Sacramento Paulus agit. 1. Timoth 4. & 2. Tim. 1. Et ita rem ab Eccleſia ſemper acceptam fuiſſe, intelligimus ex Concilio Nicæno, quod negat, Diaconis poteſtatem offerendi Euchariſtiam eſſe collatam, cùm tamen Presbyteris eadem facultas tributa ſit. Et Auguſtinus conferens Ordinationem cum Baptiſmo (contra Epiſt. Parmen lib. 2. c. 13.) *Vtrumque* (inquit) *Sacramentum eſt, & quadam conſecratione vtrumque homini datur: illud cùm baptizatur, iſtud cùm ordinatur, ideoq; in Catholica vtrumque non licet iterari.* Hæc ille. Ex quibus etiam verbis intelligimus, *Characterem* in Sacramento Ordinis imprimi, quam rem Lutherus improbè (vt omnia) in captiuitate Babylonica irridet. De Sacramento Matrimonij & Dominus (Matth. 19.) & Paulus loquitur, Epheſ. 5. Quo in loco non tam nomen Sacramenti ſeu myſterij vrgemus, quàm rei Sacræ naturam, quam Paulus in con-

jugatis

Alberti Pighij fides de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Albertus Pighius in illa inſigni Eccleſiaſticæ Hierarchiæ aſſertione, quam ſex integris libris doctiſ-
1445 ſimè explicauit: Poſtquàm *ex ipſa primum forma ſocietatis Eccleſiaſticæ*, deinde *ex umbra in Synagoga ve-*
1446 *teri*, tum autem ex *clariſſimis Chriſti verbis*, & poſtremò ex *Catholicæ Eccleſiæ conſenſu & ſententia* demõ-
1447 ſtraſſet, Petrum à Chriſto conſtitutum Eccleſiæ Caput, & *Romanos Pontifices in Petro accepiſſe vniuer-*
1448 *ſam illam authoritatem, quæ patrifamiliâs neceſſaria erat*, nempe vt omnes, qui de Chriſti familia ſunt præ-
ceptionum ſuarum vinculis obligatos teneret: demum lib. 5. cap. 14. ita ſcribit.

Multorum communia conſpirans in vnum ſubſiſtere non poteſt, niſi multi illi regantur alicuius principantis imperio. Eccleſia verò eſt regnum Chriſti, de quo Apoſtolus dicit. (1. Cor. 15.) *deinde finis, cum tradiderit Regnum Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem Principatum, & poteſtatem, & virtutem. Vbi Apoſtolus loquitur de regno Chriſti ſuper terram.* Addit enim, *oportere Chriſtum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nouiſſimè autem inimica deſtruetur mors. Chriſtus ergo, antequàm mors adhuc deſtruatur, regnabit in Eccleſia ſuper terram, donec ſponte & vltrò Principatus & poteſtas omnis euacuetur, & ei ſubdatur, quod fiet cum plenitudo gentium, & vniuerſus Iſraël in Eccleſiam intrauerit. Cui Regno terreſtri Chriſtus inuiſibiliter præſidens, Petrum vice ſua viſibiliter præfecit, committens ipſi totius Eccleſiæ curam & regimen. Oportet igitur, vt Reges & Imperatores, quicunque de hoc ouili Chriſti eſſe voluerint, ſub Petro ſe humilient. Ceſſit Chriſti regno Conſtantinus, & Romani Imperij Caput Petri Succeſſoribus conceſſit. Attamen ſi quando Principes alios minus cohibuerat Chriſtiano Religio, conabantur quidem illius authoritatem, cui ouilis gubernatio commiſſa erat, ſibi facere obnoxiam, donec iuxta Danielis vaticinium, lapis ille abſciſſus de monte ſine manibus, ob initia mediocris, ſed qui paulatim in montem magnum excreuit, impleturus adhuc vniuerſam terram, percuteret illam ſtatuã, quam viderat Rex ille Babylonius, ſuccedentium ſibi regnorum exprimentem imaginem, in ſuis pedibus ferreis & fictilibus. Quos (eodem Daniele fideli interprete) Romanum Imperium circa ſui finem ſignificare certũ eſt. Lapidem autem iſtum, quem ſic ille prædixit comminuturum, & ſibi ſubiecturum Romanum imperium, eſſe hoc Regnum Chriſti, hoc eſt, Catholicam Eccleſiam, idem ille Daniel certiſſimus teſtis. In diebus autem, inquit, Regnorum illorum, ſuſcitabit Deus cœli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur. & Regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem & conſumet vniuerſa Regna hæc & ipſum ſtabit in æternũ, ſecundùm quod vidiſti, quòd de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum. Vides itaque, quis ſit ille lapis de monte abſciſſus ſine manibus, nempe hoc Regnum Chriſti, Catholica, inquam, Eccleſia: quod, inquit conſumet vniuerſa Regna hæc, ſibique ſubijciet.*

Rectè verò Catholica Chriſti Eccleſia per lapidem ſignificatur abſciſſum de monte ſine manibus: vt quæ inſtar ſui Capitis, ſine carnali commixtione de Spiritu ſancto concepti & nati ex virgine ſine virginitatis iniuria, & ipſa ex aqua & ſpiritu Sancto regenerata, virgo ex virgine, ſine ruga & macula permanens, nona tamẽ quotidie ſobole contra legem naturæ fœcunda eſt. Cui etiam Eſaias ſub nomine Hieruſalem ita loquitur: Surge, & illuminare, Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati venerunt tibi, filij tui de longè venient & filiæ tuæ de latere conſurgent. Tunc videbis, & afflues: mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi, &c. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi, &c. Gens enim & Regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit & gentes ſolitudine vaſtabuntur. Gloria Libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus ſimul, ad ornandum locum ſanctificationis meæ, &c. Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te: & adorabunt

vestigia

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Idem Carolus 5.

544 Idem Paulus 3.

☞ *Hæretici & Pſeudo-propheta.*

Baptiſmo & Euchariſtiæ Pœnitententiam adiecit. Quod etiam in Lipſenſi Diſtrictu ſeruatur.

Meláchon verò etiam illis tribus quartum Ordinis Sacramentũ annexuit. Quæ inconſtantia ſatis declarat, eos non intelligere, quid loquãtur, aut de quibus affirment.

[b] Lutherus vt doctrinam ſuam de fide ſola iuſtificãte corroboraret, nõ modò charitatem diuinitus infuſam eiuſdẽ iuſtificationis formam, & perfectionem, aut omnino cauſam eſſe vllam negauit: ſed etiã Sacramentorum gratiam excluſit. Cuius impietatẽ ſectatus Caluinus contẽdit, Sacramenta eſſe nuda ſigna bonæ voluntatis Dei erga nos, & ideo aliquam ſignificandi, ſed nullã ſanctificandi internã vim habere. Fatendum tamen eſt, Normbergẽſem Inſtitutionẽ docere, nos per Baptiſmum à Diaboli poteſtate liberari, & fieri filios vitæ.

[c] Negant, intẽtionem in Miniſtris requiri, dum Sacra-

iugatis exprimi fatetur. Vnde Auguſtinus (de bono coniugali, c. 24.) *Bonum* (inquit) *nuptiorum per omnes gentes atque omnes homines in cauſa generandi eſt, atq; in fide caſtitatis: quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in ſanctitate Sacramenti, per quam nefas eſt, etiã repudio intercedente, alteri nubere, dum vir eius viuit, nec ſaltem ipſa cauſa pariendi.* Denique extremæ Vnctionis Sacramentum non inſtituit, ſed per occaſionem tradidit Iacobus c. 5. Et Auguſtinus per eandem *Olei ſacri delibutionem intelligi ait, Spiritus Sancti typicalem vnctionem.* de Viſitatione infirmorũ lib. 2. c. 4. Denique ſeptem Sacramentorum doctrina in Concilio Florentino ſtabilita eſt, antequã natus eſſet Lutherus: Vt meritò Synodus Tridentina in Seſſ. 7. Can. 1. anathema illis indixerit, qui ſeptem Eccleſiæ Dei Sacramenta eſſe negant.

Sacramenta nouæ legis conferre gratiam ijs, qui obicem non opponunt.

[b] Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Vnde Ananias (Actor. 22.) ad Paulum iam conuerſum, dixit: *Baptizare, & ablue peccata tua, inuocato Chriſti nomine.* Et ad Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti.* Et 1. Pet. 3. *Saluos vos facit Baptiſma.* Cumque baptizati prius per *impoſitionem manuũ Apoſtolorum acciperent Spiritũ ſanctum* (Actor. 8. & 19.) quid aliud illis, quàm gratiæ augmentum conferebatur? De Euchariſtia verò Dominus ait: Ioan 6. *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me*, id eſt (Hilario lib. 8. de Trin. & Cyrillo in Ioannem atteſtantibus) propter naturalem Chriſti in ſe præſentiã viuet, quem inſtar cibi & ore foris, & corde intus capit. Et Apoſtolus (1. Cor. 10.) *vnum panem, vnúmque corpus illos fieri* (id eſt, magis ac magis Chriſto & Eccleſiæ inſeri) *docet, qui de vno pane participant.* Iam verò quãta gratia hæc eſt, vt Apoſtolorũ in Presbyterio ſucceſſores *remittant nobis peccata noſtra?* Ioan. 20. Mat. 18. Itemq; vt *per impoſitionem manuũ Presbyterij gratia in nobis & ſit, & reſuſcitari queat?* 1. Tim. 4. & 2. Tim. 1. Tum autem, vt *Deus coniũgat eos* (Matth. 19.) qui per Matrimonium ſignificãt copulationem Chriſti & Eccleſiæ? Epheſ. 5. Denique vt *infirmo, qui Oleo in nomine Domini per orationem fidei vngitur, peccata remittantur?* *Iacobi. 5.* Quemadmodum igitur Chriſtus nec ſine fide, nec ſola fide, ſed vel verbo, vel tactu ſuo credentes curans, non ſolùm interim ſignificauit aliquid, ſed etiam maius quippiam effecit atque operatus eſt: eodẽ modo Sacramenta Chriſtianæ Religionis, etiamſi res præclariſsimas viſibiliter ſignificent, tamen quia inſtrumẽta quædam ſunt à Chriſto ipſo inſtituta, operãtur etiã aliquid ex Dei volũtate in nobis, & quod ſignificãt foris, intus conferũt, vt impleatur quod Dominus (Marci 16.) dixit. *Qui crediderit, & Baptizatus fuerit, ſaluus erit.*

Intentionem Miniſtri, dum Sacramenta diſpenſat, neceſſariam eſſe.

[c] Cùm is, qui Sacramenta Chriſti diſpenſat, in ea re *Miniſter* (1. Cor. 4.) *Chriſti ſit*

k *& diſpen-*

veſtigio pedum tuorum, qui detrahebant tibi. &c. Pro eo quòd fuiſti derelicta & odio habita, & non erat qui pertranſiret per te, ponam te in ſuperbiam ſeculorum, & gaudium in generationem, & generationem. Et ſuges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis. Hactenus ille.

Hoc autem Eſaiæ vaticinium an non impletum clariſſimè cernimus, cùm iam Gentes & Reges ambulent in lumine fidei, illuminati ſplendore ortus illius primitiuæ Eccleſiæ, qui fugauit tenebras & caliginem infidelitatis, quæ operuerat terram & populos? Quæ pro eo quòd fuerat derelicta & odio habita, oppreſſa, & in camino tribulationum perſecutionumq́; excocta, nunc vice verſa dilatato affluit, conuerſa ad eam multitudine maris, & fortitudine gentiũ. Itaq; & filias peregrinorum & alienorum ædificaſſe nunc videmus muros Eccleſiæ, & Reges illi miniſtraſſe ac miniſtrare. Ita Conſtantinum, Pipinum, Carolos, omnes deniq; Chriſtiani orbis pios Imperatores & Principes ſe curuos illi humiliaſſe, & adoraſſe veſtigia pedum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Principum. Cui
1449. *nunquid indignum quiſquam putabit, obedientiam & reuerentiam deberi ab Imperatoribus, Regibus, & Principibus? Si filij nunc ſunt Eccleſiæ, nunquid eidem, atque eius Paſtori ac Præſidi non debent obedientiam & reuerentiam?*

Quid igitur hanc indignaris impiè ſibi ſubieciſſe Reges, Imperatores, Principes, Regna denique & Imperia, quod ab æterno ita futurum præordinauit omnipotens illa ſapientia, & priuſquàm fieret, tantò antè (vt audiſti) fore & ab Eſaia, & Daniele prædictum eſt? Nunquid non legiſti in Apoſtolo, Qui Dei ordinationi reſiſtũt, ſibi damnationem acquirere? Et hæc ſi non tantò antè, tam apertè & clarè prædicta legerentur Propheticis oraculis: quis tamen, modò ad Gamalielis ſententiam, imò ad ipſa Chriſti verba reſpiceret, dubitare poſſet, diuinæ prouidentiæ & ordinationis ea eſſe opera, à quibus dependent Eccleſiaſtici regiminis vigor, ordo, & vnitas? nempe vt omnis ciuilis in Eccleſia authoritas iam dudũ ſubiecta cernatur authoritati Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Præſi-
1450. *dis. Dixit ille: Si ex hominibus eſt hoc opus, diſſoluetur. Et tu vis, vſurpatione & fraude Romanos Pontifices ſibi ſubieciſſe authoritatem Regum, Imperatorum, & Principum, quam ante annos octingentos aut mille illis ſubfuiſſe videmus? Tu vis, rem tantam, vnde pendet ſalus, vnitas, vigor diſciplinæ totius domus Eccleſiaſticæ, & quã tot annorum vſu confirmatam videmus, humana tantùm præſumptione factam, ſine diuina ordinatione & prouidẽtia, ſine qua vel minima fieri Chriſtus pernegat? Et quo tandem pacto verum erit, quod affirmat Apoſtolus, nullam eſſe poteſtatem, etiam ciuilem, nec apud Ethnicos, niſi à Deo, hoc eſt, vt idem ipſe exponit, à diuina ordinatione & prouidentia? Quarum tamen initia plerumque vi, fraude, & ſcelere vſurpata, & planè tyrannico fuiſſe, indubitatum eſt: vt authoritatem illam Cæſaream, quæ initium traxit ab illo Iulio, qui credita ſibi vt ciui arma Reipublicæ perfidè in eiuſdem conuertit viſcera, in necem & proſcriptionem ſuorum ciuium optimè meritorum de Republica, ſuper quam tyrannicè ſibi vſurpauit dominationem & imperium. Quo deinceps in Senatu confoſſo vulneribus, Octauianus eadem perfidia ſibi credita arma Reipublicæ, coniungens cum hoſtibus Reipublicæ, crudelitatis in ciues, & vſurpatæ in Rempublicam dominationis ſucceſſor factus eſt. Ab his initijs proceſſit authoritas & poteſtas illa Cæſarea. Cui tamen & ipſi, vt à Deo, diuinaq; ordinatione exiſtenti, quàmdiu viguit, obediendum fuit à ſubditis, iuxta illam ſententiam Apoſtolicam. Quantò magis Eccleſiaſticæ authoritati non vi aut fraude vſurpatæ ab homine, ſed præordinatæ diuinitus, prædictæ Propheticis oraculis, deinde ab ipſo*
1451. *Chriſto omnium noſtrûm Domino commiſſæ Petro ſucceſſoribuſq́; eius ſuper vniuerſum hoc ouile aut Regnum ſuum, obediendum eſt omnibus, qui in eodem ouili ſunt, quantumuis Imperatores ſint, quantumuis Reges aut Principes? Certè nihil ſibi vi vſurpauit in quenquam indebitum, ſed vltrò ſe ei ſubmittentes ad propriam ſalutem, Reges & Principes benignè ſuſcepit. Audiſti equidem, quid ille dixerit Eccleſiæ: Gens enim & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit. Vides eſſe neceſſarium ad ſalutem omnibus, etiam Regibus, & Principibus, ſeruire Eccleſiæ, authoritatiq́; Eccleſiaſticæ. Hoc ipſum eſt, quod Chriſtus dixit Petro, quodcunque ipſe obligaret in vniuerſa terra, hoc ipſum obligatum haberi coram Deo. Eius verò præceptis & mandatis contumaciter inobedientes, eodem loco habendos à nobis, quo Ethnicos & Publicanos, qui ad Chriſti ouile non pertinent, nec in illa arca continentur, quæ ſola ſaluat ab inundante Diluuio.*

Commit-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini	Pontifices Romani	Imperato. Rom.
1548	Idem Paulus 5.	
		Idem Carolus 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

cramenta diſpenſant. Caluinus in Antidoto.

Lutheranorum incõſtans doctrina de fide baptizandorum infantium: & hæreſis de Sacramentis per opus operatũ gratiam non conferentibus.

d Infantes neceſſariò eſſe baptizandos, rectè ſtatuunt. Sed cùm Baptiſmus aliud nonnihil ſit, quàm ſola fides: vtiq; ex Baptiſmi neceſsitate ſolius fidei iuſtificatio excluditur. Deinde

& diſpẽſator myſteriorũ eius, ac inter diſpẽſatores quæratur, vt fidelis quis inueniatur: ſignum id perfectũ eſt, hoc animo eſſe Chriſtum, vt quoties hominibus tãquàm inſtrumentis ſuis vtitur, nolit eis aliter vti, quã vt homines ſunt. Alioqui nec ſolis hominibus publicum miniſterium Eccleſiæ impoſuiſſet, nec pueros, fœminas, Neophytos & alios id genus à publico miniſterio prohibuiſſet, ac neq; fidem in miniſtris ſuis poſtulaſſet. Nunc autem cùm & certos homines ad miniſterium aſſumat, & illis per manuum Presbyterij impoſitionem, gratiam ad id munus obeundũ cõferat (1.Tim.4.2.Timoth.1.) certum eſt, eũ velle hominibus in miniſterio ſuo ſecundùm ipſorum dignitatem vti: adeò vt Apoſtolus de miniſterio ſuo loquens, dicat, *Dei cooperatorem ſe eſſe*.1.Cor.3. At minus in homine, quâ homo eſt, & quâ Deo cooperatur, ſpectari non poteſt, quàm vt velit, & intendat, Chriſti Miniſtrũ in eo, quod agit, ſe præbere. Hoc igitur ſaltem in Miniſtro expectandum eſt. Nam & veteres Iuriſconſulti eùm ſcirent, ſeruũ iure gentium non niſi Domini ſui inſtrumentũ eſſe: tamẽ quia viuum, animatũ, & ratione ac voluntate præditum inſtrumentum eſt: ſtatuerunt, *ſeruum, qui hæres in teſtamẽto ſcriptus ſit, nõ acquirere Domino ſuo illã hæreditatem, niſi hoc ipſum velit & intendat.* Itaq; in lib.ff.29.tit.2.c.6. *Celſus perhibet, ſeruum, qui metu verberum, vel alio timore coactus fallens adierit hæreditatem, Dominũ hæredem nõ facere. Si autem liber ſit, ipſum nõ fieri hæredem.* Vnde etiã in lib.6.Cod.Iuſtiniani, tit,24.L.Cùm proponas: *Seruus dicitur potuiſſe nolle adire hæreditatẽ, quãuis iubente Domino.* Ac ſanè filius Dei neq; carnẽ de B.Virgine, antẽquã ea cõſenſiſſet (Luc.1.) accepit: neq; Pauli miniſterio ad gentes conuertendas vſus eſt, antèquam eum ex inuito volentem effeciſſet. Actor.9. Certè Chriſtus nos dixit *amicos, & non ſeruos*. Et tamen ſi tantùm ſeruili conditione, in Chriſti miniſterio præditi eſſemus, cùm homines per naturam ſimus, non niſi viuens & ratione præditũ Domini inſtrumentũ putari deberemus. Chriſtus per Incarnationis ſuæ myſterium, naturam humanã non depreſsit, ſed ad maiora euexit, cùm per eius gratiam audeamus clamare: *Abba pater*. Cùm ergo nõ vtatur nobis velut inanimatis & brutis inſtrumentis, ſed velut ijs, qui ratione ac voluntate ſint præditi: quoties nolumus cooperari Chriſto, ſeu agere quod in Sacramento adminiſtrando Eccleſia Chriſti agere ſolet, non ſumus in ea re *cooperatores Chriſti, aut miniſtri eius.* Vt meritò Tridentina Synodus in Seſs. 7. de Sacramentis Can.11. decreuerit in hunc modũ. *Si quis dixerit, in Miniſtris, dum Sacramenta cõficiũt & conferunt, nõ requiri intentionẽ ſaltẽ faciendi quod facit Eccleſia: Anathema ſit.*

Nec Baptiſmũ eſſe ſolam fidem, nec infantes actu habere vllam fidem, nec aliter, quàm per opus in Baptiſmo operatũ, ex Lutheranorũ confeſſione iuſtificari.

d Aliud eſſe fidem, aliud Baptiſma, nemo dubitare poteſt, qui fatetur, Chriſtum dixiſſe Apoſtolis (Math.28.) *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas. Fides enim ex auditu docentiũ*, (Rom.10.) Baptiſmus ex facto & opere eſt eorũ, qui nos in Chriſti nomine lauãt. Fidei doctrina Baptiſmũ neceſſariò præcedit in adultis: Baptiſmus autẽ in paruulis neceſſariò doctrinam fidei antecedit. Fruſtrà enim docentur, qui non intelligunt docentẽ. Barbarus enim eſt talis magiſter, nec auditorem ſuũ ædificat, qui ab eo non intelligitur. 1.Cor.14. Cùm igitur conſtet, infantes non intelligere, & ideo Apoſtolus (1.Cor.14.) *nolit adultos ſenſibus paruulos effici.* profectò cõſtat, etiam infantes non habere fidem ex auditu per verbum Chriſti. Quòd ſi habituram

2452 *Comminuit igitur Chriſti Eccleſia,& ſibi ſubiecit,iuxta Danielis vaticiniũ,Principatus & Regna,Reges &
Principes,ſed illorum ſubmiſſione vltranea,atq; ita hoc valente & ordinante Diuina prouidentia,pro conſeruã-
da vnitate neceſſaria & concordia in domo Eccleſiaſtica,vt non ſolùm ſubeſſet, ſed planè dependeret etiam eo-
rum autharitas ab authoritate Eccleſiaſtica, abolita paulatim omni illa ſeculari poteſtate, quæ ſe in gentilitatem
quo jua modo referre poſſe videretur.*

Thomas Campegius Epiſcopus Feltrenſis de poteſtate Romani Pontificis c.22. *Aſſerimus,Romanũ
Pontificem ſuperiorem,nedum ſingulis particularibus Eccleſiis,ſed etiam ipſi vniuerſali Eccleſiæ, ſi de congrega-
tione fidelium ſiue Romana Pontifice ſit nobis ſermo,& eadem ratione generali Concilio vniuerſalem Eccleſiam
2453 repræſentanti,ſi contingeret Concilium à Romano Pontifice diſſidere.Sicut enim minus rectè diceretur,ſingulas
oues paſtorem habere,non autem vniuerſas,& ſingulos Regem habere,non autem Regnum,aut populum : ſic nec
rectè dici poteſt,ſingulas Eccleſias Caput habere,non vniuerſalem Eccleſiam . Cùm itaq; Paſtor authoritate &
poteſtate maior ſit grege,cuius eſt Paſtor,& Petrus & eius Succeſſores Paſtores ſint Dominici gregis ex eo, quòd
2454 dictum eſt Petro,Ioannis vltimo: Paſce oues meas: ſubſequitur, Romanum Pontificem, Petri ſucceſſorem, fore
ſuperiorem Eccleſia vniuerſali, & Concilio generali illam repræſentante. Ex eo autem potiſſimùm cognoſcitur
2455 Romani Pontificis ſupra Concilia authoritas,quòd abſoluit,& ſuis Eccleſiis reſtituit Epiſcopos,quos Synodus dã-
nauerat,& expulerat. Item ex eo,quòd ſpiritualis & Eccleſiaſtica poteſtas ſuis legibus & præceptis non ſolùm
hominem dirigit ad humanam fælicitatem, quæ eſt viuere ſecundùm virtutem, ſed ad perpetuam etiam &
2456 æternam,quæ à ſolo Deo eſt expectanda.Propterea neceſſe eſt,talem poteſtatem à Deo,non ab hominibus tribui,
& à ſolo Deo, à quo pendet,iudicari. Præterea quemadmodum terreni Principes illius iudicium ſibi reſeruant,
cui vices ſuas commiſerint: ſic rationi congruere videtur, cœleſtem Dominum Chriſtum Ieſum nulli dediſſe ſu-
2457 per Vicarium ſuum iudicij poteſtatem,pro cuius fide,vt non deficeret, rogauit Patrem,& cui fratrum confirma-
tionem demandauit:non autem,quòd coram eis iudicio ſiſteret.*

Ioannes Morocurtius Neruius in Threnodia,contra Lutherum:

*—— Rerum per te confunditur ordo,
Omnia perturbans ſacrorum iura,maneſq;
Aduerſus quoſcunque ſtylum,linguamq; procacem.
2458 Romanum tu Pontificem aſpernaris,hiauſq;
Gutture Cerberea iactas conuicia,& audes
Blaſphemo ſermone tuos ſine more latratus
Scribere,& immodicis illum ridere cachinnis.
Quiſquis is eſt,reddenda illi ſubiectio ſupplex,
Præcipuè ratione loci,Sediſq; ſupremæ,
2459 Quam tenet.*

Remun;

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1548	Idem Paulus 3.	
		Idem Carolus 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

inde cùm negent, Sacramenta *ex opere operato* (id eſt, ex vi & poteſtate diuini operis, quod in illis diſpēſandis à Miniſtro Chriſti fit) gratiam non ponēti obicem conferre, & tamē infantes per baptiſmū ſaluos fieri, & propterea gratiam accipere concederēt: partim coacti ſunt dicere, infantes habere fidē, cùm tamen fateantur, eos nō intelligere doctrinā fidei, partim neſcierūt prorſus, quid dicerent, & ideo Caluiniſtæ nullo modo volentes ſolam fidem ſuam deſerere, neceſsitatem Baptiſmi negārūt, vt mox videbitur.

204. Cal-

bitum infuſæ fidei accipiunt in Baptiſmo: certè *per opus operatum* accipiunt eum habitum, id eſt, vi Sacramēti, quod illis in Chriſti nomine adminiſtratur. Præterea, cùm vi eiuſdem Sacramenti accipiant remiſsionem peccatorum, vtiq; tùm Sacramenta gratiam ex opere operato conferunt, tùm ſola fides non iuſtificat. Sed cùm diſputamus ex ijs, quæ aduerſarij nobis concedunt: age, verba ipſorū proferamus, quæ (vt præter Coclæū Ruardus Tapper teſtatur, To. 1. artic. 2.) ita ſe habent. Anno Dom. 1536. die 23. Maij, Wittenbergæ in ſolenni Conſeſſu, Lutherani in ædibus Martini Lutheri, præſente etiam Bucero, de Baptiſmo infantiū omnes ſine vlla dubitatione conſenſerunt, *quòd neceſſe ſit infantes baptizari. Cùm enim promiſſio ſalutis pertineat etiā ad infantes, & pertineat nō ad illos, qui ſunt extra Eccleſiā: neceſſe eſt, eā applicare infantibus per miniſteriū, & adiūgere eos mēbris Eccleſiæ. Cūq; de talibus infantibus, qui ſunt in Eccleſia, dictū eſt: Non eſt voluntas Patris, vt pereat vnus ex illis: conſtat, infantibus per Baptiſmū contingere remiſsionem peccati originalis, & donationē Spiritus ſancti, qui in eis efficax eſt pro ipſorum modo. Reijcimus enim errorē illorū, qui imaginantur, infantes placere Deo, & ſaluos fieri ſine actione aliqua Dei, cùm Chriſtus clarè dicat: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Etſi igitur nos non intelligimus, qualis ſit in infantibus: tamen certum eſt, in eis nouas & ſanctos motus effici, ſicut & in Ioanne in vtero noui motus fiebant. Nam etiamſi non eſt imaginandum, quòd infantes intelligant: tamen illi motus & inclinationes, ad credendum Chriſto & diligendum Deū, ſunt aliquo modo ſimiles motibus fidei & dilectionis. Hæc dicimus, cum infantes habere fidem dicimus: ideo enim ſic loquimur, vt intelligi poßit, quòd infantes non fiant ſalui & ſancti ſine actione diuina in ipſis. Quanquam igitur mos eſt alicubi, vt certis diebus publicè adminiſtretur Baptiſmus: tamen docendi ſunt homines, ſi quid periculi eſt vitæ infantiū, vt eos interim baptizari curent, & miniſtri debent talibus impertiri.* Hæc Lutherus & Luterani. Principiò rectè dicunt, *neceſſe eſſe infantes baptizari.* Hoc ipſum tamen Caluiniſtæ negant. Deinde cùm Scripturam proferre non poſsint, quæ iubeat infantes baptizari: efficitur, vt Lutherani dicāt, *aliquid neceſſariò efficiendum eſſe, quod ſcriptū non eſt in ſacris literis.* Nam quòd dicunt, promiſsionem ſalutis pertinere ad infantes: ad illos quidem pertinet, qui ſunt membra Eccleſiæ, non autem ad omnes. Sed quòd membra Eccleſiæ per Baptiſmū fieri debeant: idq; dum infantes nec adhuc in fide inſtructi ſunt: hoc quidem ex traditione ſine ſcripto accepimus, non tamen in Scripturis id expreſſum inuenimus. Tertiò, rectè ſtatuunt, neceſsitatē Baptiſmi ex illis Chriſti verbis, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto:* in quibus tamē infantium non fit mentio, imò eadem verba omnino ſpectare ad Baptiſmū, Caluiniſtæ negant Quartò, dicunt, *per actionem diuinā in Baptiſmo nouos & ſanctos motus in paruulis effici, ad credendum Chriſto & diligendum Deum, & per Baptiſmum contingere infantibus remiſsionem peccatorum, & donationem Spiritus ſancti.* Atqui hoc ipſum eſt, quod nos dicimus, *Sacramenta velut inſtrumenta Dei ex opere operato conferre gratiam.* Cumq; hoc in nobis illi derideant, mutatis tamen verbis idem prorſus dicere ipſi cogūtur: niſi velint, infantes nihil gratiæ per Baptiſmum accipere. Quintò, *fatentur, infantes non intelligere.* ex quo etiam certū eſt, eos fidem non ha-

Remundi Rufi ſententia de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Remundus Rufus in opere doctiſsimo, quod pro Pontifice Maximo in Molinæum edidit: *Intellige-*
1460 *bam (inquit) hanc ſemper de Romano Pontifice fuiſſe ſententiam, vt eum tanquam omnium maximum cole-*
rent, & obſeruarent non populares modò homines, verùm etiam optimi, clariſsimi & potentiſsimi viri. Donec
non ita pridem ad quendam Ludimagiſtrum ventum fuit, eorum, qui Huſsitæ dicebantur, Principem. Hic enim
vt poſteà explicabimus, Anno 1385. in ſcholis otioſus nimium, concitauit in Germania contra Pontifices, turbu-
lentos quoſdam homines, qui primùm ſingulari quadam pietate ac Religione duci videbantur: deinde multitu-
dine & viribus aucti, cæde, rapinis, incendijs Germaniam vaſtârunt, Sophiam Sigiſmundi Imperatoris vxorem
obſederunt, Bohemiæ regnum inuaſerunt, eius deniq; potiti ſunt. Poſtremò cùm damnati fuiſſent Concilio Con-
ſtantienſi & Baſilienſi, Decreto Catholicorum omnium & armis fuerunt oppreſsi. Itaq; magis vi, quàm doctrina
aliquo genere iſti facinoroſi homines tuebantur ſententiam: nullum verò doctum ac probum virum in Pontifices
commouere poterant, prædæ dulcedine tantùm pellexerant ad latrocinium, agreſte vulgus atq; imperitum. Poſteo
verò, an. 1515. Vnus cognomento Lutherus extinctum iam illud bellum accendit atq; inflammauit vehementius,
fretus maiori ſanè ac acutiori dicendi præſidio. Ego autem, quale iſtud genus cauſæ eſſet, cùm conſiderare cœ-
1461 *piſſem, viſa eſt mihi eorum ſententia, qui huius Pontificatus Romani magnitudinem negant & poteſtatē, mul-*
tò ſcopuloſior & periculoſior, quàm ſit eorum, à quibus ſumma eſſe creditur. Si quid enim iubet aut vetat Roma-
nus Pontifex, quod per ſe, aut propter legem diuinam expetendum ſit, aut fugiendum: dubium nō eſt, quin obtem-
perare oporteat, non tam quòd Pontifex ita iuſſerit, quàm quòd tale genus cauſæ eſt, vt propter ſuam vim & na-
turam faciendum ſit, vel non faciendum. Honeſta enim & diuina ſua dignitate debent nos ad ſe trahere, & tur-
pia deterrere. Sin res eſt eiuſmodi, vt nec ita ſit per ſe bona vel mala (ſunt enim inter illa media quædam, quæ
Græci ἀδιάφορα καὶ τὰ ἀνὰ μέσον *appellant) ea verò præcipiat Collega tuus, vxor, vel ſeruus, & tu obtempe-*
res: quod, quæſo, ſcelus, aut peccatum eſt? Itaque ſi quis putet, Pontificem Romanum eſſe maximum, atq; eum, cui
1462 *omnes vt pareant, eò ducant pium, religioſum & Chriſtianum, quòd primas Chriſtus Petro in repub. Chriſtiana*
conceſſerit: hæc ſanè opinio etiamſi aut error eſſet, aut verba Chriſti non tam perſpicua, ſed aliquod genus conti-
nerent ambigui, multò tutior eo errore foret, quo illud ipſum de Romano Pontifice negaretur. Nam hic ſemper
obeſt, ſi quis non pareat, cùm parendum ſit: ille verò parendo, cùm parêre ſit liberum, nihil, aut minus certè no-
cere poteſt, vt cùm obſequimur, vel morem gerimus ſodali, vel alij, cui non ſit neceſſe. Quare genus cauſæ ita
primùm conſideranti mihi, viſum eſt tutius fuiſſe Molinæo, in alteram partē ſcripſiſſe, vel tacuiſſe potius, quàm
illam ſuam ſententiam diſcriminis plenam defendiſſe, apud Francorum præſertim Regem ac populum. Neque
enim ignorat ipſe, qui hiſtoriæ ſcientiam ſibi vendicat, ſi huiuſce Regni antiquiſſimi, florentiſsimi & potentiſſimi
1463 *memoriam recordetur vltimam, ſummam ſemper rationem Gallos habuiſſe Sedis Apoſtolicæ. Nam Alpes*
ſæpe traiecerunt, fortunas & ſalutem eius cauſa in diſcrimen obtulerunt, vnde dicta eſt Gallia Pontificum Aſy-
lum tutiſsimum, & fortiſsimum propugnaculum, Regeſq; noſtri Chriſtianiſsimorum cognomen ſunt nacti.

(Et poſt.)

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

bere, quã in Deum credunt. *Fides enim ex auditu eſt:* (Rom. 10.) *auditus autem per verbum Chriſti.* Quod verbũ qui aliquo modo nõ intelligit, credere nõ poteſt. Et tamen mox addunt, ſe dicere, *infantes habere fidem*, id eſt (vt nunc rem interpretantur) *quaſdã nouos & ſanctos motus ſeu inclinationes ad credendum:* à quibus ſi roges, cuiuſmodi ſint iſti motus: ingenuè reſpondent, *ſe neſcire.* Sed exemplũ à Ioanne Baptiſta petunt, qui adhuc in vtero matris cùm eſſet, aduueniente Chriſto exiliuit præ gaudio. Verùm Auguſtin. (in Epiſt. 57.) dicit, *illud quod Ioanni euenit, in miraculis diuinæ potentiæ habendum, & non trahendũ ad exemplum humanæ naturæ.* Dum igitur nec id volũnt dicere, quod Eccleſia dicit (nimirum, infantes abſq; fide ſua per Sacramentum fidei in fide Eccleſiæ ſaluos fieri) nec tamẽ explicare poſſunt, quid velint dicere: fecerunt, vt tùm Caluiniſtæ ab illis, velut neſcientibus quid dicant, diſſenſerint, tùm Catholici eos pro eiuſmodi hæreticis habeãt, quos Paulus ita deſcribit, vt *neſciant quæ loquãtur, neq; de quibus affirmẽt.* Poſtremò excuſant, vel potius corrigũt ſe in his verbis: *Hæc dicimus, cùm infantes habere fidẽ dicimus:* Ab initio enim dicebant, *infantes baptizatos fidem non ſecus, quàm adultos habere.* nũc rem ad motus quoſdam fidei reuocant. Sed cùm fateantur, infantes neceſſariò baptizandos, fides autem ſola ſecũdùm illos neceſſaria ſit iuſtificando: qui fit, quòd nõ vident, & Baptiſmum aliquid eſſe præter ſolam fidẽ; & tamen ſine Baptiſmo infantibus collato & ab ipſis percepto, infantes non ſaluari? Non igitur ſola fides, ſed Baptiſmus etiam, qui eſt Sacramentum fidei, ad ſalutem infantibus miniſtrandam ex eorum confeſſione neceſſarius eſt.

Idem Carolus 5.

1548 | Idem Paulus 3.

104. *Caluiniſtarum hæreſis de Baptiſmo.*

Caluinus in Antidoto Concilij Tridẽtini docet, Baptiſmum nõ eſſe neceſſariũ ijs paruulis, qui ex fidelibus parentibus gignũtur. Ait enim, ſalutem promiſſam eſſe fidelib⁹, & eorum ſemini. §. Quod quidem verũ eſt, ſi ſemẽ illud intelligamus etiã ſpirituale eſſe, & nõ tantùm carnale. Nam

Paruulos non poſſe conſequi vitam æternam abſque Baptiſmo.

Apoſtolus (Epheſ. 2.) ait: *Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.* Et Rom. 5. *Sicut per vnius delictum in omnes homines* (peccatum vel iudicium deriuatum eſt) *in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam* (gratia ſeu donum deriuatum eſt) *in iuſtificationem vitæ in omnes homines.* Quemadmodum igitur omnes, qui procreantur ex ſemine Adæ, ſunt ob idipſum damnati, donec per vnum Chriſtum liberentur: ita non liberantur à Chriſto, donec vel re ipſa, vel voto ſuo *renaſcantur ex aqua & Spiritu ſancto.* Ioan. 3 Paruulus autem, qui per actum fidei ſuæ non poſt regenerationem ſuam intus inchoare, niſi per Baptiſmum Chriſti actu ipſo ei diſpenſatum renaſcatur, nullo modo regeneratur in Chriſto. Nam promiſsio Dei non pertinet ad alios, quàm qui per fidem aut fidei Sacramentum inſeruntur Chriſto. Quid quòd Auguſtinus (in Epiſt. 28. ad Hieronym.) non modò ſuam in hac re, ſed totius Eccleſiæ fidẽ his verbis docet? *Quiſquis dixerit, quòd in Chriſto viuificabuntur paruuli, qui ſine Sacramenti eius participatione de vita exeunt: hic profectò & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat Eccleſiam: vbi, propterea cum baptizandis paruulis feſtinatur & curritur, quia ſine dubio creditur, aliter eos in Chriſto viuificari nõ poſſe:*

Qui

(Et pòſt.) Sit igitur hæc noſtra ſententia & Catholicorum omnium, non ſolùm alios Epiſcopos alijs præſtan-
1464. tiores eſſe, & antecedere tempore, dignitate & poteſtate: ſed etiam Romanum Pontificem omnium omnibus il-
lis rebus eſſe primum, & præſtantiſsimum, cui omnes obtemperare oporteat. Fuit quidem prius in Oriente Chri-
ſtus notus, quàm Romæ, ſed omnium Apoſtolorum primus Petrus delectus à Chriſto, vt in Euangelio ſcriptum
eſt, Lucæ quinto, Marci primo, Matth. 4. & Matth. 10. Nomina (inquit Matthæus) duodecim Apoſtolorum hæc
1465. ſunt: Primus Simon, qui dicitur Petrus. Petrum autem Romanum Epiſcopum fuiſſe, Molinæus non negat.
Quocirca nullus Epiſcopus in orbe terrarum poteſt profiteri ſe ſucceſſorem vllius antiquioris Apoſtoli, vel diſci-
puli: Romanus verò Pontifex ſe primi omnium. Si igitur Epiſcopi priores & antiquiores dicerentur, quòd Apo-
ſtolorum vel Diſcipulorum antiquiorum ſunt ſucceſſores, Romanus erit omnium antiquiſsimus. § Hæc pauca
ex Remundo Rufo deſcripſi, cùm alioqui totus liber dignißimus in hoc genere, meo iudicio, exiſtat,
qui ab omnibus legi debeat, & poſterorum memoriæ commendari.

Melchioris Epiſcopi Canarienſis fides de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Melchior Canus de Locis Theologicis lib. 6. c. 7. Si legum Chriſti interpres nullus ſanior eſt, quàm per-
petuus Eccleſiæ vſus: Eccleſia verò in fidei Religioniſq́ quæſtione ac cæteris grauiſſimis controuerſiis nō ad An-
tiochenum, Alexandrinum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Mediolanēſem, Pariſienſem, Colonienſem, To-
1466. letanum, aut Bracharenſem Epiſcopos, ſed ad Romanum omni ſemper ætate recurrit: quis dubitet, hunc eſſe, quē
vt ſucceſſorem Petri, ita quoq́ doctrina Apoſtolica Magiſtrum, quæſtionumq́ de fide Iudicem habemus? Nā
ſi aliquem eiuſmodi poſt Petrū, in Eccleſia inſtituenda atque in veritate continenda reliquit Chriſtus: nimirum
aut hic eſt, aut nullus eſt: quippe cùm de aliarum Eccleſiarum Epiſcopis nulla quæſtio ſit, quin non fuerint loco
Petri, vniuerſalis Eccleſiæ Doctores Paſtoreſq́ à Deo dati. Romanus igitur Epiſcopus, Eccleſiæ vſu interpretan-
te, ille eſt, cui Dominus in Petro ait: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo Claues regni
cœlorum, & quodcunque ſolueris, &c. Ac rurſum: Paſce oues meas. Et iterum: Ego rogaui pro te, vt non defi-
ciat fides tua, & tu confirma fratres tuos. Quid, quòd ipſo rerum experimento comperimus, Chriſti de Petro &
1467. ſucceſſoribus vaticinia in Eccleſia Romana manifeſtius impleri? Hanc enim conſtat fixam & immobilem, orbe
etiam toto omni illam machinarum genere quatiente, in fide & authoritate Petri permanſiſſe. Et cùm cæteras
Apoſtolorum Eccleſias vel ab infidelibus occupatas, ſine fidei veſtigio, vel ab hæreticis aliquando affectas vide-
rimus: at aduerſum hanc vnam Romanam Sedem, nec Pagani, nec hæretici præualere potuerunt. Pugnatum eſt
ſiquidem vehementer, non à Græcis ſolùm, ſed ab alijs pleriſq́ totius orbis Epiſcopis, vt hoc Romanæ Eccleſiæ pri-
1468. uilegium labefactaretur. Atque habebant pro ſe illi quidem & Imperatorum arma, & maiorem Eccleſiarū nu-
merum: nunquam tamen efficere potuerunt, vt aut Romani Pontificis poteſtatem abrogarent, aut in alium tranſ-
1469. ferrent Epiſcopum. Quinimò, qui à Romana quidem Sede defecerunt, hi ſchiſmatici ſemper in Eccleſia ſunt ha-
biti: qui verò huius Sedis de fide iudicium detrectârunt, hæretici. Quæ profectò omnia ſatis oſtendunt, non hu-
mana, ſed Diuino decreto, Eccleſiam Romanam & cæteris eſſe præpoſitam, & Petri priuilegia iure ſibi ſuo ven-
1470. dicaſſe, & eam demum Petram eſſe, ſupra quam Chriſtus vniuerſalem conſtruxit Eccleſiam, aduerſus quam
portæ inferi præualere non poſſunt.

Robertus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1548	Idem Paulus 3.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Nā promiſsio fit fidelibus & ſemini eorum, id eſt, ijs quos conſtat ſectari veſtigia fidei parentū ſuorū, nō autē ijs, qui quoquo modo ex fidelibus ſecūdùm carnē naſcuntur, cùm interim ex Spiritu nō renaſcantur. *Primus enim homo ex terra terrenus, et nos portau.* *imagnē terreni* (1. Co. 15.) *donec induamus nouum hominem per Baptiſmum.* Gal. 3.

f Illa verba Ioan. 3. (*Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnū Dei*) Caluinus negat, ad Baptiſmum referri, ne videlicet Scriptura ſacra contradicere exiſtimetur ſuæ opinioni, qua ſtatuit, abſq; Baptiſmo ſalutē paruulis dari. Nō igitur fidē ſuā ad Scripturarū normā dirigūt, ſed Scripturas ad ſuā voluntatē velut obtorto collo trahūt. Nam Lutherani fatentur, illud Domini verbum pertinere ad Baptiſmum.

g Bucerus in Mat. c. 3. Nō ideo, inquit, paruulus ſaluatur, quia baptizatus eſt. Multi enī baptizati ſtatim morientes damnantur, & alij nō baptizati ſaluantur.

h Cal-

✠ *Qui autem non viuificatur in Chriſto, reſtat vt in eadem damnatione maneat, de quo dicit Apoſtolus: Per vnius delictū in omnes homines condēnationē.* Ineptiſſimè aūt Caluinus *promiſſionē ſemini Abrahæ factā*, ad carnalē natiuitatē applicat, cùm Apoſtol⁹ dicat: R. 9. *Nō omnes, qui ex Iſrael ſunt, ij ſunt Iſraëlitæ, nec qui ſemē ſunt Abrahæ, omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filij carnis, ij filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimātur in ſemine.* Cuius verba tā perſpicua ſunt, vt *etiā filios Abrahæ, qui pater eſt omnium credentiū*, neget tamen filios promiſsionis eſſe ob id, quòd ex Abrahā naſcūtur, niſi præterea ipſis hæreditas promiſſa fuerit. Cuius promiſsionis ſacra ſigna & inſtrumenta efficacia ſunt Chriſti Sacramenta, ſi obicem non opponas, quem non opponunt paruuli.

f *Omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione nō fit.* 2. Pet. 1. Quòd aūt aqua (ex qua Chriſtus nos dicit renaſci debere, (Ioā. 13.) nō ſignificet aquā Baptiſmi: hoc vtiq; nō ex publica, ſed ex priuata interpretatione promanauit. Nam & minus propria eſt illa interpretatio, quæ negat, *aquā naturalē* per nomē *aquæ* intelligendum eſſe, & minus aptè cadit in verā Euangelij circūſtantiā. Agit enim Chriſtus (Ioan. 3.) de regeneratione, ſeu de ſecunda natiuitate, quā conſtat in Baptiſmo fieri. Baptiſmus autē, id eſt, lotio fit per aquā naturalē. Vnde Eunuchus: (Actor. 8.) *Ecce aqua* (inquit) *quid prohibet me baptizari?* Poſtremò Cyprian. li. 3. ad Quirin. art. 25. Baſil. in lib. de Baptiſmo. Chryſoſt. Homil. 24. in Ioan. Auguſtin. Tractat. 11. in Ioan. Cyrillus in Ioan. lib. 2. c. 42. cæteriq; Patres tā Græci, quā Latini vno conſenſu docent, illa Chriſti verba (*Niſi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sācto*) Baptiſmi neceſsitatē ſtatuere: vt meritò Concilium Trident. ita decreuerit in Seſ. 7. c. 2. *Si quis dixerit, aquā verā & naturalem nō eſſe de neceſſitate Baptiſmi, atque ideo verba illa D. N. Ieſu Chriſti (Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto) ad metaphoram aliquam detorſerit: Anathema ſit.*

g Paulus ad Tit. c. 3. ait: *Deus ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum.* Quòd ſi quiſquàm per lauacrum regenerationis ſaluus fit, certè etiā de paruulo idem veriſsimè dicetur, qui eò quòd nullum ipſe peccatum per ſe cōmiſit, ſed alienum participat, per alienum beneficiū facillimè purgatur. *Nā magis abundat donum & gratia Chriſti, quàm delictū Adæ.* Rom. 5. *Quicunq; enim baptizati ſunt, Chriſtū induerunt.* Gal. 3. Quod ipſum de Infantibus veriſsimè dicitur, qui nūquàm fictè aut indignè accipiūt baptiſmū, vt in adultis aliquādo contigit Actor. 8. Infans igitur cùm Chriſtū per Baptiſmū induat, vtiq; ideò ſaluatur, quia baptizatus eſt: nec perdere poteſt beneficiū Baptiſmi, ſi adhuc infans moriatur, quia cū in veritate (Ioā. 8.) ſit collocatus, non habet vnde ab eo ſtatu excidat, donec deſeratur à Spiritu ſancto, quod nō fit niſi propter peccata, quæ in tenera ætate vel nulla, vel non grauia ſunt. Et ideo Apoſtolus (1. Cor. 14.) vult, *vt malitia ſimus paruuli.*

l *Quantum*

Robertus Mancop Scotus à puero cæcus, vſq; eò Pariſijs in literis profecit, vt Theologiæ Doctor
creatus, non modò Sacerdos Romæ, verùm etiam Archiepiſcopus Armachanus in Hybernia fieret,&
1471 paulò pòſt *Legatus à latere* vicem Pontificis Romani in Hybernia gereret.

Andreæ Modreuij confeſſio de vnius Pontificis Primatu.

Andreas Modreuius lib.2.cap.10. de Eccleſia,etſi contendat,Pontificem Romanum non neceſſariò debere ſummæ rerum hoc tempore præeſſe: tamen & fatetur,eum aliquando ſummæ rerum præfuiſſe, & Gregorium Magnum concedit ea mente fuiſſe, vt Primatus quidam in Eccleſia Chriſti conſeruari debuerit,& denique ſummam rerum Eccleſiaſticarum Præfecturam ad vnum potiſsimùm eſſe deferendam affirmat,quem vnum vellet nullo certo in loco ſedere,ſed liberè tùm eligi,tùm in quauis regione aut Prouincia Cathedram ſuam collocare. Atque hæc quidem eſt Modreuij ſententia.
Ac ſanè ſi D.Petrus nullo certo ſucceſſore ſibi ſurrogato ex hac vita deceſsiſſet,ſi perpetuus Maiorum mos & traditio Eccleſiaſtica non declaraſſet, eam Chriſti voluntatem fuiſſe atque eſſe, vt Roma foret ſummi Pontificis Sedes, & velut candelabrum, in quo lucidiſsima Eccleſiæ Dei fax conſtituta omnibus,qui in domo ſunt,præluceret: nos quoque fateremur,non neceſſariò primum Eccleſiæ Pontificem in Romana Vrbe aſsiduum eſſe debere. Illud ad hoc,quod agimus,ſatis eſt,ex ipſis Proteſtantibus nonnullos exiſtere,qui Primatum vnius Paſtoris in Eccleſia Dei conſtituant: adeo fortis eſt veritas, inuictaque Romana & Catholica fides.

Ioannes Gropperus in capitibus Inſtitutionis ad pietatem: *Vt* (inquit) *Eccleſia vnitas, & diſciplina*
conſeruetur, Hierarchia ſeu ſacer Ordo in Eccleſia conſtitutus eſt, vt ſuperiores inſpicerent, & cùm res poſtulat,
corrigerent inferiores. Multis presbyteris vnus Epiſcopus, in ſchiſmatis remedium, præpoſitus eſt. Epiſcopis cu-
iuſque Prouinciæ vnus Archiepiſcopus, qui & Metropolitanus dicitur. Metropolitanis verò pluribus vnus
1472 *Primas, inter quos omnes Pontifex Romanus, veluti tenens legitima ſucceſsione Cathedram Sancti Petri, Apo-*
ſtolorum Principis (quem Chriſtus ſingulariter ouili ſuo præfecit, & cui confirmationem fratrum impoſuit) ſum-
mus eſt amplitudine iuriſdictionis &, ſolicitudinis omnium Eccleſiarum.

Ioannes Bunderius à Gandauo in Compendio. Tit.31. *Ea intelligenda eſt Catholica Eccleſiæ authoritas,*
quæ eſt in Concilijs vniuerſalibus, aut in Romana Eccleſia, quæ eſt Caput om̃ium Eccleſiarum, vt Caput à Spiritu
1473 *ſancto directum, regat & confirmet cætera membra, ſecundùm pollicitationem ipſius veritatis. Et hæc quidem*
Eccleſia non immeritò dicitur Catholica ſeu vniuerſalis, quia cæteris præſidens eas gubernat ſana fide & doctri-
na: ac in maioribus negotijs dubia diſcutit. Docet hoc Auguſtinus contra Epiſtolam Manichæi c.4. & 5. Dicitur
1474 *& Apoſtolica, quia ab ipſis Apoſtolis Petro & Paulo, verbo & exemplo inſtituta ac roborata eſt, quia Apoſtolo-*
rum fidem, doctrinam & authoritatem hactenus tenet, nec vnquã in fide aut bonis moribus deuiauit. (Et pòſt.)
Nec miretur quiſpiam, ſi Romanam Eccleſiam inſectentur hæretici. Nunquam pueri virgas, nunquam canes
baculos, quibus cæduntur, nunquam lupi canes, quibus coercentur, diligunt.

1475 D.Conradus Brun⁹ de ſeditionib.li.1.c.5. *Ab obediẽtia Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ nemo, quãtalibet*
dignitate præfulgeat, exemptus eſt. imò ab ea nemo eximi à quoquam, & ne à Romano *quidem Pontifice poteſt:*
tùm quia omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubiecta, eiſdem fideliter obedire debet: tùm quia hæc Eccle-
1476 *ſia omnium aliarum Mater eſt & Caput. Cui non ſolùm aliæ omnes communi lege naturæ tanquàm minores*
maiori ſeruire, & obedire, ſed ipſius etiam iudicio omnes Reges *& Principes voluntatem ſuam ſubdere, & le-*
gibus & mandatis parêre tenentur.

Iacobus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

h Caluinus in Antidoto ſ10 dicit, Baptiſmũ à Chriſto in aqua inſtitutum, & ab Eccleſia receptum, nihil differre à Ioannis Baptiſmo.

Doctores Catholici.

Quantum interſit inter Chriſti & Ioannis Baptiſmum.

h Inter Baptiſmum Ioannis & Chriſti, ad minimũ quinque differentiæ colligi poſſunt ex verbo Dei. Ioannes *baptizabat in aqua* tantùm (1.Ioã. & 1.Mar.) Chriſtus verò *in aqua & Spiritu ſancto.* Ioannis c. 3. Deinde Baptiſmus Ioannis *nõ remittebat peccata*, ſed præparabat corda hominum, vt *peccata ſua confitentes* & in Chriſtum credentes, ab illo acciperent remiſsionem peccatorum. Math.3.Ioan.1.Marci.1. Baptiſmus verò Chriſti remittit peccata, dicente Petro (Act.2.) *Baptizetur vnuſquiſque veſtrùm in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionẽ peccatorum.* Et Epheſ.5. *Chriſtus Eccleſiam mundare dicitur lauacro aquæ in verba vitæ.* Tertiò, Ioannes prædicauit *baptiſmum pœnitentiæ*, non gratiæ, & ideo ijs, qui ad ipſum veniebant, indixit, vt *facerent dignos fructus pœnitentiæ*, Luc.3. Non autem dabat Ioannes nouum Spiritum à ſe baptizatis. Chriſtus verò *per ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum* (non iam pœnitentiæ) *ſed regenerationis & renouationis Spiritus ſancti.* Tit.3. Et ideo qui accipiunt Baptiſmũ Chriſti, *accipiunt etiã* (Act.2.) *donum Spiritus ſancti.* Quartò, nullus vnquam, qui Baptiſmum à Chriſto inſtitutũ diſpenſabat, illud dixit ſuum, ſed tantùm Chriſti Baptiſmum eſſe. *Hic eſt enim, qui baptizat.* Ioan.1. Cæterùm Matthæus Euangeliſta c.3. dicit, Ioannem *vidiſſe multos Phariſæorum venientes ad Baptiſmum ſuum*: ad *ſuum*, inquam id eſt, ad Ioannis Baptiſmum. Quintò, qui prius acceperat Baptiſmum Ioannis, non poterat modò, ſed etiã debebat poſtea (ſi occaſio ſeſe obtulit) Baptiſmũ Chriſti accipere. Et ita D.

1548 | Idem Paulus 3.

Paulus (Act.19.) *baptizabat illos in nomine Ieſu, qui prius acceperãt Ioannis Baptiſmũ.* Sed qui ſemel accepiſſet Baptiſmum à Chriſto inſtitutum, nullo modo poterat vel

Idem Carolus 5.

Ioannis Baptiſmum accipere, vel eundem Chriſti Baptiſmum repetere. Heb.6. *Vnum quippe eſt Baptiſma*, Epheſ.4. Gregorius Nazianzenus in Oratione *in ſancta Lumina*, primum Baptiſma eſſe dixit, *per figuram in mari & nube.* 1.Cor 10. Secundum *Ioannis, in pœnitentiam.* Tertium *Chriſti, in Spiritu, per quod nos ſit diuinitatem aſſequi.* Quartum porrò, quod martyrij ſanguine comparatur. Quintum quoq; lachrymarum, quale fuit Manaſsis & Niniuitarum. Græci ergo alium crediderunt eſſe Ioannis, alium Chriſti Baptiſmum. Nam idem etiam diſcrimen apud Cyrillũ reperitur. Imò Cyrillus narrat, Ioannem Baptiſtam in ſpiritu Dei præuidiſſe hanc Zwinglianorum hæreſim. Itaq; in Ioannem lib.3. c. 57. ita ſcribit: *Ioannes ſpiritus gratia illuminatus videbat, quàm neceſſariũ eſſet ea enarrare, quibus aperiretur, quantũ Chriſti Baptiſmus Ioãnis Baptiſmo præſtaret. Perſpexit nõ multò poſt aliquos futuros, qui aut nullã inter baptiſmũ & baptiſmũ differẽtiã facerẽt, aut meliorẽ eſſe baptiſmũ Ioãnis putarẽt.* § Cõſtat ſanè, Zwinglianos & Caluiniſtas eſſe illos, *qui nullã inter Ioãnis & Chriſti Baptiſmũ, quo Eccleſia Chriſti vtitur, differẽtiã ſtatuũt.* De iſtorũ igitur hæreſi prædictũ eſt tot antea ſeculis. Deniq; Auguſtin. cont. duas liter. Petilian. c 37. *Manifeſtum eſt* (inquit) *ex Scripturis, alium fuiſſe baptiſmum Ioannis, alium Chriſti.*

i Omnes adminiſtrandi Baptiſmi ſanctos ritus & cæremonias contemnunt, velut vanos, quia in Scripturis ſanctis non extent: cùm tamen ab ipſis Apoſtolorum temporibus hæc in vſu fuiſſe, ex omnibus omnium

i Exufflationis & exorciſmi tùm Dionyſius lib. 1. de Hierar. Eccleſ. c.1. tùm Auguſtin. meminit lib. 1. c.1. de Symbol. ad Catechum. *Per exorciſmum* (inquit Optatus lib. 4. contra Parmen.) *ſpiritus immundus depellitur.* De apertione aurium & nariũ baptizati, deq; Vnctione, ſeu Chriſmate & abrenuntiatione, Ambroſ. lib. 1. ca. 1. & 2. imò & Tertul. in lib. de Baptiſmo. De veſtimentorum candidorum myſterio Ambroſius agit in lib. de ijs qui initiantur c. 7. De ſtatione

Iacobus Faber Molinenſis pro ſacroſancto Miſſæ Sacrificio aduerſus anatomen Miſſæ, verſus finem
1477 libri. *Romam Eccleſiæ Catholicæ Caput a Domino conſtitutam confitemur.*

Gaſpar Caſalius Luſitanus de cœna & Calice Domini, lib. 3. c. 18. *Sancta Eccleſia Romana, ſi conſideratur vt eſt Eccleſia quædam particularis Cathedralis, multas habet ſimiles Cathedrales in orbe. Si conſideratur, vt eſt Metropolis, multas habet ſimiles Metropolitanas. Si conſideratur vt eſt Patriarchalis, multas habet ſimiles pa-*
1478 *triarchales. Si autem conſideratur, vt habet Sedem Apoſtolicam, Petri Sedem & Petri authoritatem: ſic conſiderata, non habet ſimilem in terris. Sed vt ſic, eſt Caput, prima atque Princeps orbis totius Chriſtiani: vt ſicut partes orbis habent diſtinctas Cathedrales per orbem: ſic totus orbis habeat hanc vnam Cathedralem, in qua nunc eſt & ſemper fuit Petri Apoſtolica Sedes, atque Petri Apoſtolica authoritas, in qua ob id, qui præſidet, nō ſolum vrbis Romæ, ſed & totius orbis eſt Epiſcopus, Paſtor, atque Rector. De his S. Thomas multa dicit contra Gētiles, quæ omittimus breuitatis cauſa. Concordat cum alijs ſanctis Patribus, & quæ dicta ſunt, ſufficiunt. Hæc igitur*
1479 *Eccleſia eſt audienda, quia Caput, quia Mater, quia Magiſtra, quia Domina.*

Adamus Delphinus in Oratione de Eccleſia. *Hoc nunc reſtat oſtendere, videlicet Romanum Pontificē, eſſe legitimum ſucceſſorem Petri, adeoq́; Chriſti in terris Vicarium, nec hoc ſanè difficile. Habemus traditionem*
1480 *antiquam iam inde ab initio ad nos vſq; deriuatam, quæ quidem adeò plena eſt veritatis oſtenſio, vt ea nihil aut certior alia haud vlla eſſe queat Scriptura adulterinus ſenſus affingi poteſt, at tradita doctrina nequaquam. Ac primùm, quòd ita ſenſerit Eccleſia ante annos quadringentos, vt hinc incipiamus, conſtat ex Bernardo ad Eugeniū. At verò Eccleſia tēpore Bernardi hoc credidit & docuit, quod ante annos pluſquā quingētos inuenit docuiſſe Eccleſiam temporibus Hieronymi (ad Damaſum Papam) & ante hunc temporibus Cypriani (ad Antonianum). Rurſus quam viuente Cypriano Eccleſia doctrinam profitebatur, eandem tenuit & docuit Eccleſia tā olim ante mille trecentos annos temporibus Irenæi (libro tertio contra hæreſes Valentini, Capite tertio.) Quam profectò ſucceſſionem cùm nec Tyranni, nec Hæretici, nec machina demùm vlla diabolica infringere hactenus valuerint, cùm dixiſſet Chriſtus: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: rectè ſubiunxit, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ex his, quæ diximus, certum eſt, Romanum Pontificē eſſe Petri Succeſſorem, adeoq́; Chriſti in terris Vicarium, ac vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum, non quidem ob id, quòd do-*
1481 *ceat ſic Bernardus, non rurſus quia hoc tradit Cyprianus, Hieronymus, Auguſtinus aut cæteri ſed quia iam inde ab initio ad hæc vſque tempora Eccleſia ſic credidit, tenuit, docuit & prædicauit, quæ (vt diximus) pleniſſima veritatis oſtenſio eſt. Atque hoc potiſſimùm machina ſanctiſſimi Patres aduerſariæ munitiones dejecerunt, cunctaq́; hæreſes vſque abolitæ ſunt. Quid, inquit Irenæus, ſi nec Apoſtoli Scripturas reliquiſſent nobis? Nónne oportebat ordinem ſequi Traditionis, quem tradiderunt his, quibus committebant Eccleſias? Oportebat ſanè.*

Sepul-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

1545 Idem Paulus 3.

Idem Carolus 5.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

omnium Patrum ſcriptis abundè conſtet.

Eraſmi error de infantium baptizatorum rati-habitione.

k Si non poteſt obtineri, vt is, qui adhuc infans baptizatus eſt, cùm ad pubertatem venerit, ratũ habeat quod geſtum erat: fortaſsis expediet, illum non cogi, ſed ſuo relinqui animo, donec reſipiſcat, nec ad aliã interim vocari pœnã, niſi vt à Sacramentis arceatur.

Ordo & progreßio hæreſum in cauſa Euchariſtiæ.

a Inprimis Lutherus negabat, Euchariſtiæ celebrationem publicum, aut vllo modo propitiatorium noui

ante Sacrarium, Pſalmorum cantillatione, & lampadibus accenſis, Nazianzenus in Oratione in S. Baptiſma. De ſpirituali cognatione inter ſuſceptores & baptizatum contracta, Origenes loquitur in Epiſtolam ad Romanos. Poſtremò Baſilius Magnus de Spiritu ſancto c.27. *Vt ſigno Crucis (inquit) eos, qui ſpẽ collocárunt in Chriſtum, ſignemus, quis ſcripto docuit? Conſecramus aquam Baptiſmatis, & oleum unctionis. Iã tet immergi hominem, renunciare Satanæ & Angelis eius, ex qua doctrina habemus? Nõne ex priuata hac & arcana traditione?* Cætera vide apud Cardinalẽ & Dominum meũ Hoſium in tit de Baptiſm. in Cõfeſs.

k Si Apoſtolus verè teſtificatur (Gal.5.) omnẽ hominẽ circuncidentẽ ſe debitorem eſſe vniuerſæ Legis faciendæ: cùm apud Chriſtianos Baptiſmus locũ Circũſionis teneat, vtiq; etiã qui baptizatur, ad Chriſti legem obſeruandã obligatur, hoc eſt, ad ſeruandã mandata, ſi vult ad vitam ingredi (Math. 19.) ad ſumendam Euchariſtiam, ſi vult manere in Chriſto, & Chriſtum in ſe manentem habere (Ioan.6.) ad obediendum Præpoſitis (Heb.13.) & ad pœnam ſubeundam, quæ ab illis in virga & auſteritate infligetur. 1. Cor.4. & 5 Quemadmodum igitur is, qui naſcitur in aliqua Repu. vel etiã adhuc infans in eam coaptatur, ad ſeruandas eius Reipub. leges tenetur, etſi de nouo in eas nunquã conſentiat: ſic multò magis euenit in eo, qui per Sacramentũ regenerationis fit ciuis Eccleſiæ Dei. Quod adeò verum eſt, vt ne poſsit quidem Eccleſia talem hominẽ iam adultũ à legũ Chriſti obſeruatione vllo modo abſoluere, quia membrum aliquod Chriſto ſemel inſitum & acquiſitũ, non poteſt eorum arbitratu dimitti aut ſacramento ſolui, qui poteſtatem habent in ædificationem, & non in deſtructionem.

Miſſam, ſeu Euchariſtiæ celebrationem publicum & propitiatorium Sacrificium eſſe.

a Mors Chriſti publicũ Sacrificiũ fuit. Epheſ.5. Heb.9.10. & 13. Eademq; mors fuit propitiatio pro peccatis totius mundi. 1. Ioan 2. Euchariſtia verò eſt ſignum & commemoratio Dominicæ mortis, Luc.22. 1. Cor 11. Omne autem ſignum neceſſariam communionem cum re ſignificata habet: quod tùm ratio docet, tùm Auguſtin. tradit in Epiſt.23. Cùm igitur Euchariſtiæ celebratio conſiſtat in operibus externis, nempe in accipiendo panem & vinum, in benedicendo, ſeu conſecrationis verba ex perſona Chriſti pronuntiando, in frangendo & diſtribuendo: cumq; hæc omnia *per Miniſtros Chriſti (1.Cor.4.) & diſpenſatores Myſteriorum eius fiant ob mortẽ Domini annunciandam*, adeò vt ipſum id, quod benedicitur, & diſtribuitur, non tãtùm dicatur Domini corpus & ſanguinis, ſed etiam *Corpus Domini datum pro nobis, & ſanguis noui Teſtamenti pro multis fuſus in remiſsionem peccatorum:* neceſſe eſt, huius operis peractionem Sacrificium publicum & propitiatorium eſſe: ac Sacrificium quidem, quoniam auctoritate diuina inſtituitur ad commemorandũ ſummũ illud mortis Dominicæ Sacrificiũ. Cuius vtiq; Symbolũ eſſe nõ poſſet, niſi & ipſum eſſet ſymbolicũ quoddã Sacrificiũ. Deinde publicum ſacrificiũ eſt, quia per opus publicum à publicis Chriſti Miniſtris efficitur atq; exercetur. Deniq; propitiatorium Sacrificium eſt, quia commemorat & annuntiat corpus Domini, prout *datũ eſt pro nobis*, & ſanguinem Domini, prout fuſus eſt pro nobis, hoc eſt, ipſam propitiationẽ Domini cõmemorat & annuntiat, quod nunquam facere poſſet, niſi eſſet ſignum ipſius propitiationis. Ac nimirum ſi vetera Leuitarum Sacrificia futuram Domini mortem ac propitiationem adeò verè obumbrabant, vt quædam eorum

Sepulvedæ Sententia de authoritate Romani Pontificis in legibus ferendis aut relaxandis.

Ioannes Geneſius Sepulueda lib.2.de ritu nuptiarum & diſpenſatione. *Si Regum atq. Principum tan-*
tam eſſe ferendarũ, atque moderandarum legum poteſtatem, non ſolum homines eſſe voluerunt, ſed Deus etiam,
qui per Apoſtolum Paulum ſubditos nos eſſe iubet Magiſtratibus, & dicto audientes: atque per Petrum, Regi
parere, tanquam praecellenti, Ducibus tanquam à Deo miſsis: qua tandem potentia eum eſſe, credi par eſt, cui
1482 *Chriſtus Claues dedit regni cælorum, & ſummam contulit authoritatem verbis illis: Quicquid ſolueris ſuper*
terram, erit ſolutum & in cælis: & quicquid ligaueris, ligatum: ad ſummam quem terris excedens Eccleſiæ ſuæ
ac Reipublicæ Chriſtianæ cum ſumma poteſtate præfecit, ſuiq. loco inter homines eſſe voluit? Hanc igitur pote-
1483 *ſtatem cùm in Petro Apoſtolorum Principe datam eſſe conſtet ſummis Sacerdotibus eius ſucceſſoribus: nefas*
eſſet dubitare, quin Pontifici Maximo, quem Papam appellamus, ferendi, abrogandi, intendendi, remittendiq. le-
ges poteſtas longè maior, quàm cunctis Regibus & Principibus à Deo tributa ſit. Quid eſt enim ligare & ſoluere,
niſi leges condere, eaſdemq. pro ſua prudentia & arbitratu moderari: vel etiam, ſi res poſcet, abrogare? Aut
quid aliud verba illa ſignificant: Quicquid ligaueris ſuper terram: niſi illud, quamcunque legem hominibus de-
deris, hac authoritate Dei confirmabitur, eritq. rata? quamcunque legem abrogaueris, vel ex parte remiſeris, in
Tribunali relaxabitur. Quicquid demùm iuſta de cauſa ſiue in vniuerſos, ſiue in ſingulos ſtatueris, ratum erit. Sic
enim loquuntur omnes, vt qui legi ſubiectus eſt, hunc lege teneri, lege conſtringi, lege ob ligari, aut è diuerſa lege
ſolutum eſſe dicant, vt non temerè quibuſdam viris doctiſsimis à ligando lex dicta fuiſſe videatur.

Ioannis à Louanio ſententia & fides de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Ioannes Heſſels à Louanio de perpetua Cathedræ Petri firmitate c.2. *Chriſtus peregrè profecturus, mã-*
dauit ſeruis ſuis, cuiq. vt vocationi ſuæ non ignauè inſeruiret. Sed vni ianitori iniunxit, vt omnibus vigil intẽ-
deret, an ſuum officium perſoluerent: dans ei Claues ſeu regimen Regni ſui. Ipſe ei oues ſuas paſcendas, fouendas,
1484 *atq. regendas ter diligentiſsimè commendauit. Quibus inſtitutis, vtiq. non minus ſe eos ſubditos atq. oues ob-*
ſtrinxit, ad audiendum, obediendum, pabulumq. à Paſtore accipiendum, quàm Paſtorem ad vigilandum, regen-
dum, & paſcendum. Et ne vel de tanto onere ſuſtinendo deſperaret Paſtor, vel oues parum fiderent ſuo Paſtori:
ipſe inſignem promiſsionem huic Paſtori dedit: nempe quòd rupes eſſet planè immobilis, ſuper quam tam firmi-
ter conſtrueretur ipſius domus, Eccleſia, vt portæ inferi, hoc eſt, tribunalia, iudicia, Principatus diaboli ſectatorũq.
1485 *eius ei præualere nequirent. Qua de cauſa hunc Paſtorem appellauit Petrum: vt ipſo nomine hæc Chriſti pro-*
miſsio in omnium oculos ſtatim incurreret. Hæc Chriſti promiſsio quàm verax eſſet, cœpit oſtendere, quando orã-
te Chriſto indefectibilis fides vni Petro conceſſa eſt: & hac via omnibus Chriſti Diſcipulis promiſſum: ipſo vide-
licet Petro confirmaturo Dei inſtitutione omnes fratres ſuos. Quod enim dixit Chriſtus: Confirma fratres tuos:
nõ tã eſt imperantis aliquid, vnde vel obedientia laudaretur, vel inobediẽtia puniretur (incerto interim manẽte
euentu obedientiæ, vel inobedientiæ) ſed eſt Chriſti ordinantis atq. inſtituentis confirmatorem fratrum in fide:
1486 *Sicut eſt illud, quod dixit Deus piſcibus: Creſcite, & multiplicamini. Vnde per Petrum eiuſq. Sedẽ, & hucvſ-*
que confirmati ſunt, & vſque in ſeculi finem confirmabuntur Fideles. Nec ſolùm promiſſum eſt à Chriſto, quòd
per hunc Paſtorem inſuperabilis eſſet à portis inferi Eccleſia, quodq. contra hæreſes vniuerſas in fide firma perſi-
ſteret: verùm etiam adiecit, ſe eius regimen ratum habiturum: Quodcunque, inquiens, ligaueris ſuper terram,
ligatum erit & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, ſolutum erit & in cælis. Requiritur enim non ſo-
lùm, vt paterfamiliâs atque Paſtor domum & oues ab hoſtibus extrinſecus oppugnantibus tueatur, ſed etiam vt
intus prudenter gubernet & paſcat ſuas. Hæc autem non pro Eccleſia duntaxat & ouibus tempore Petri viuen-
1487 *tibus ſunt dicta, ſed & pro tota Eccleſia Chriſti in finem vſque ſeculi duratura, teſtante Chriſto: Super hanc*
Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt: ſiue, nũquàm præualebũt aduerſus eam.
Vnde etiam ad Petri ſucceſſores tranſeunt: vt compleatur, quod dictum eſt Diſcipulis: Ecce ego vobiſcum
ſum omnibus diebus vſque ad ſeculi conſummationem.

Et cap.3.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

ui Teſtamenti Sacrificium eſſe. Putabat enim, ſe non paruum incommodū Pontifici Romano & Presbyteris omnibus allaturum, ſi perſuaderet ſuis, Euchariſtiam vtiliter Deo nō offerri. Verùm hanc doctrinam, vt antè declarauimus, à Diabolo hauſit.

dicerentur *Sacrificia pro peccatis & pro delictis* (Leuit. 4.5.& 6.): quantò magis Euchariſtia, quæ inſtituitur ab ipſo Chriſto, quæ vocatur & eſt *Corpus datum pro nobis, & Sanguis fuſus in remiſsionem peccatorū*, quæq; ob mortem Criſti annuntiandam fieri iubetur, donec Dominus veniat, verè propitiatorium eſt & publicum Sacrificium? Quid, quòd Euchariſtiæ celebratio Sacerdotium Melchiſedech (Gen.14.) per figuras quidem panis & vini, demonſtrat, per corporis verò Chriſti & ſanguinis veritatē, etiam implet? quòd maximè ſolennis Sacrificij, nimirum veteris Agni Paſchalis locum (Exod.12.) in nouo Teſtamento ſupplet? quòd veterem Similæ oblationem (Leuit.2. & ſpecie refert, & virtute ſuperat? quòd *munda illa oblatio eſt*, quæ in omni loco inter gentes immolata (Malach 1.) nomen Dei ſummo honore afficit? quòd ab Apoſtolo (1.Cor.10.) *cum Iudæorum & Gentiū ſacrificijs* confertur? quòd ab eodem vocatur *Altare* (Heb.13.) id eſt, arca, ſedes, repoſitorium, & velut vehiculum, in quo ſacrificium Crucis conſeruatur, & ad nos

Idem Carolus 5.

commodiſsimè defertur? Non poteſt autem fieri, vt Chriſtus Eccleſiam ſuam relinquat in eo ſtatu, quem antè per Prophetas ſuos miſerum & execrandum eſſe docuerat. Nam *vt dies multi abſq; ſacerdote tranſeant*, Azarias (1.Paral.15) pro pœna grauiſsima habet: itemq; Ozee, vt populus Dei (c.3.) *ſine Sacrificio & ſine Altari ſedeant*. Ioel autem (c.1.) *plangere ſacerdotes iubet, quoniam interijt de domo Dei ſacrificium & libatio*. Vnde apud Danielem (c.9.) tres pueri velùt rem miſerrimā deplorant, quòd *non ſit ſacrificium, neq; oblatio, vt inuenire poſsit apud Deum miſericordiam*. Et ij omnes de publico & externo Sacrificio agunt. Quid multis? Nulla

1549 Idem Paulus 3.

hominum congregatio, quæ Deum vllum credit, exterius confitetur & colit, ſacrificio carere poteſt, quod per miniſtros ſub totius populi nomine Deo immolet, niſi & à iuris naturæ inſtinctu atq; officio, & ab omnium Gentium moribus, & à legis Moſaicæ forma deficere velit. Summus autem cultus, quem populus Chriſtianus publicè Deo exhibet, omnium confeſsione eſt Euchariſtiæ celebratio, in qua membra Chriſti & cum Capite ſuo, & inter ſe, per modum iugis ſacrificij ac Sacramenti, mirabiliter & ſuauiſsimè communicant, quem iugis ſacrificij mundum & incruentum cultum abrogare, & (quod in ſe eſt) tollere: hoc profectò Antichriſti & opus, & labor erit: quemadmodum legitur in Prophetia Danielis c.12 vt vel hinc manifeſtè conſtet, Lutherum in abrogando Euchariſtiæ Sacrificio, Antichriſti Præcurſorem extitiſſe.

[b] Idem Lutherus negat, Euchariſtiam pro defunctis offerri poſſe.

[c] Imò

Euchariſtiam pro defunctis in Chriſto, rectè offerri.

[b] Cùm mors Chriſti defunctos etiam redemerit, nō quidem omnes, verùm eos, qui dum viuerent, fidè Chriſti & charitate donati fuiſſent: Euchariſtia, quæ mortis Dominicæ efficaciſsimum ſignū eſt, pro illis etiam defunctis rectè offertur, qui (vt Auguſt. ait in Ench.c.110.) *cum viuerēt, vt hæc Sacrificia Altaris ſibi poſteà prodeſſe poſſent, meruerunt*. Ergo Sacrificia Altaris *pro valde bonis gratiarū actiones ſunt, pro nō valde malis propitiationes ſunt.* Hinc D. Chryſoſtomus (Homil.69. ad pop. Antioch.) *non temerè ob Apoſtolis ſancitum fuiſſe refert, vt in tremendis Myſterijs defunctorum agatur commemoratio. Cùm enim tremendum proponatur Sacrificium, quomodo Deum non exorabimus, pro his deprecantes?* Inde Tertullianus (in lib. de corona Militis) *oblationes* (inquit) *pro defunctis, pro Natalitijs, annua die facimus*. Inde apud Cyprianum lib 1. Epiſt.9. fit mentio *Sacrificij pro dormitione Fidelium celebrati*. Deniq; Auguſtin. (de verbis Apoſt. Ser.34.) *Hoc*

(inquit)

Et cap.3. *Hae maxima Fidelium conſolatio, qua ſecuri ſunt, per Petrum eiuſq́; Succeſſores ſeu per fidei doctri-*
nam propugnandam atq; custodiendam, ſeq́; errare non poſſe in fide, dum Petri Cathedram ſequuntur, ſimilis eſt
conſolationi Fidelium, quam habuerunt ante Chriſti aduentum de futura eius incarnatione ad hominum ſalute.
Ex quo enim dixit Deus Abrahæ: Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes: fideles fuere ſemper certi, Chri-
ſtū expectandū eſſe ex ſemine Abrahæ, & eius domum reſpiciendam, vt agnoſci poſſet Chriſtus. Et multipli-
cata poſt Abrahæ ſtirpe quia nec tota Abrahæ posteritas manſura erat in vera & religioſa expectatione Meſſiæ:
iterum Deus pro conſolatione fideliū aliam domū delegit & determinauit, in quā reſpicientes fideles, Meſſiā expe-
ctarēt: nempe domum Dauid: Ita vt vulgo notiſſimū eſſet, Chriſtum naſci debere ex ſtirpe Dauid, imò ex Bethleē
ciuitate Dauid. Et quanquam fuerint in domo Dauid impiiſſimi Reges, Achaz, Amon, aliiq́; permulti: non
fuēre tamen turbati fideles. Reſpexerunt magis in Dei promiſſionem Dauidi factam, quàm in præſentium ſuis tē-
poribus Regum impietatem. An putamus, & tempore gratiæ & effuſionis largiſſimæ Spiritus ſancti non proui-
1488 *ſam etiam ſenſibilem & corporalem ſucceſſionem, in quā intuentes Fideles expectarent ex ea Chriſti ſolidam*
doctrinam, fidei & pietatis custodiam? Si Chriſtus deſignauit, ex qua familia eſſet naſciturus: vtiq; & ſenſibi-
liter deſignauit, ad quam domum & familiam ſaluandam eſſet venturus.

Cap.4. *Si enim oriatur quæſtio fidei: quò quæſo reſpicient idiotæ fideles, vt rectam non deſerant fidem? An*
in totam Eccleſiam? Sed admodum lata eſt, nec vna eſſe eius per tam diuerſa loca diffuſa ſententia, facile & cer-
tò à quolibet percipi poteſt: & iactant ſe de Eccleſia eſſe illi ipſi, qui eius acerrimi ſunt hoſtes. An expectabunt
futurum Concilium? Sed in longum tempus ſe eius extendit congregatio: & ſi id placeat, interea non pauci mo-
rientur anxii quid ſequi debeant: ſummaq́; cum difficultate conuenire videas ex toto orbe in vnum locum. His
& pleriſque aliis incommodis benigniſſimè remedium prouidit Chriſtus, dicens nobis: quòd pro Petro orauerit,
1489 *vt ipſe à fide non deficiat, omneſq́; fratres ſuos conſolidet. Omnes igitur veri fideles in promiſſionem Petro factā*
intuentes, non tam attenderunt in ſucceſſoribus Petri mores, quos quandoque malos fuiſſe conſtat (etſi non adeò
frequenter, nec tales, vt clamitant hæretici) non tam moti ſunt priuata eorum facta vel dicta, quàm Chriſtum
eſſe veracem in ſuis promiſſis.

Cap.7. Hæc differētia eſt inter Cathedrā Moyſi, & Petri quòd *Dominus prædixit* (Iſaiæ 6. & 29.) *Pon-*
1490 *tificatum Iudæorum auferendum.* At in Euangelio hanc facit promiſsionem: *Super hanc Petram ædificabo*
Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Quapropter dubitare non oportet, quin politia
hæc à Chriſto inſtituta immutabilis ſit permanſura vſq; ad diem iudicii.

Cap.12. Arbitramur, non pertinere hanc promiſsionem (quæ fit Lucæ 22) ad priuatam Pontificis fi-
dem, aut doctrinam, aut quando contra apertè prius definita docet, *ſed quum in Eccleſia quæſtio aliqua Re-*
ligionem Chriſtianam concernens exoritur, & ad eum à fidelibus ea refertur, illeq́; conſideratis prius definitis,
1491 *adhibitiſq́; Paſtorum inferiorum conſilia præſcribit & præcipit toti Eccleſiæ, quid fide ſequatur: tunc locum ha-*
bet Chriſti promiſſio de fide eius non defectura, ſed fratres omnes confirmatura. Sic enim ſemper Petri ſucceſſo-
1492 *res immaculatam fidem custodiſſe legimus: quanquàm & in priuatis conſultationibus, in quibus alii particula-*
ribus Epiſcopis ſimiles ſunt, longè excellentiores miſericordia Diuina Petri ſucceſſores fecerit, etiam hoc modo
plerumque fideles confirmans.

Denique hoc diuina miſericordia prouidit per ipſam Sedem B. Petri, vt priuatos errores, ſiue imperitia & rerū
1493 *inexperientia, ſiue malitia (cuius tamen certum exemplum non habemus) Petri ſucceſſoribus ſubrepentes, ſta-*
tim per eandem Sedem aboleret, vt Eccleſia non nocumentum, ſed tutelam in fide à Petri Sede ſemper ſuſce-
perit, omnibuſq́; modis firma ſit Chriſti vera promiſſio.

Paſtor.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domi.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

c Imò etiam negat, vllos eſſe in nouo Teſtamento Sacerdotes publicos, ſed vult omnes ex æquo ſacerdotes naſci.

d Nihil

(inquit) *à Patribus traditū vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis, qui in corporis & ſanguinis Chriſti cōmunione defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificiū loco ſuo cōmemorantur: oretur, ac pro illis quoq; id offerri cōmemoretur.*

Sacerdotes externos à Chriſto inſtitutos eſſe.

e *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli alter alterius membra.* (Rom.12.) *habentes donationes ſecundùm gratiā, quæ data eſt nobis, differentes.* Et 1.Cor.12. *Si eſſent omnia vnū mēbrum, vbi corpus?* (Et paulò antè) *diuiſiones gratiarū ſunt, diuiſiones miniſtrationū ſunt, & diuiſiones operationū ſunt.* Et 1.Cor.3. *Dei enī ſumus adiutores,* (ſeu cooperatores) *Dei agricultura eſtis.* Vbi inferiores manifeſtè velut ager Domini coluntur, maiores verò colunt inferiorum mentes, velut agrum ipſis ſubiectum. Non eadem eſt igitur omnium Chriſtianorum ratio, quoad Sacerdotium. Etenim ij, qui verbū Dei miniſtrant, Sacerdotium quoddam viſibile exercent. Vnde etiam Paulus (Ro.15.) cùm dixiſſet, ſe *Miniſtrum Chriſti eſſe in Gentibus:* mox addit, *ſe ſanctificare* (ſeu ſacrificare) *Euāgelium Dei, vt fiat oblatio gentiū accepta & ſanctificata in Spiritu ſancto.*

Idem Carolus 5.

Quòd ſi ipſa prædicatio Euāgelij ſit ſacrificatio quædā, & nō cuiuſlibet miniſterij, ſed propriè ſacerdotale opus, nō omnes aūt poſsint Euāgeliū prædicare (quia *Deus* Epheſ.4. *quoſdā poſuit Paſtores & Doctores,* nec omnes eo munere ex æquo fungi poſſunt): profectò eſt quoddā externū Sacerdotiū, quod non eſt cū omnibus Chriſtiānis cōmune. Vnde Leo in Epiſt. ad Maximū Antiochen. Epiſcopum: *Præter eos* (inquit) *qui ſunt Domini ſacerdotes, nullus ſibi ius docēdi & prædicādi audeat vēdicare.* Imò cùm par atq; eadē ſit ratio *legis & Sacerdotij* (Heb.7.) cūq; lex vetus tranſierit in nouā (Heb.8.) litera in ſpiritū (2.Cor. 3. & 4.) timor ſeruilis in filialem amorē: (Rom.8. & 1.Ioan.4.) neceſſe etiā eſt, vt publicū Sacerdotij ſecundū Ordinē Aarō

549 Idem Paulus 3.

miniſteriū tranſierit in aliud publicū miniſteriū Sacerdotij externi ſecūdùm Ordinē Melchiſedech. Nā Chriſtus ab Apoſtolo (Heb.7. & 8.) vocatur ἀρχιερεὺς, id eſt, Sacerdotū Princeps, velut qui Sacerdotes plurimos ſub ſe habeat Ordinis ſui ſacerdotio deſeruientes. Ac profectò fieri nō poteſt, vt *Miniſter Chriſti & diſpenſator myſteriorū eius* (1.Cor.4.) minoris ſit authoritatis quàm *miniſter Sāctuarij* veteris, qui tamē non ſolùm priuatus (per Sacramentum circumciſionis) verùm etiā (per Sacramentum viſibilis vnctionis) publicus Sacerdos fuit. Vt igitur apud nos Baptiſmus circūciſioni: ſic vnctioni Sacerdotali Sacramentum Ordinis reſpōdet, de quo Paulus ad Timotheum ait: (2.Timoth.1.) *Admoneo te, vt reſuſcites gratiā Dei quæ eſt in te, per impoſitionē manuū mearū.* Et iterum: (1.Tim.4.) *Noli negligere gratiam, quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per Prophetiā cum impoſitione manuum Presbyterij.* Niſi enim hoc genus ordinationis Sacramentū quoddā eſſet, gratia Dei per viſibile ſignū impoſitionis manuū in eius collatione non daretur. Itaq; Auguſt. (cōtra Epiſt. Parmen. lib 2 c 13.) *ordinē cū baptiſmo conferens: Vtrūq;* (inquit) *Sacramentū eſt.* Sacerdotiū verò, quod ſingulis fidelibus in baptiſmo cōfertur, (1.Pet.2. Apocal.5.) priuatum eſt, quod tam pueris datur, quàm fœminis, quæ *nec docere in Eccleſia,* (1.Cor.14.) *nec alijs præeſſe poſſunt, cùm viris ſuis ſubiecta eſſe debeāt.* Quid quòd Dominus apud Iſaiam (c. 66.) de gentibus per Apoſtolorū prædicationē conuertendis agens: *Aſſumam* (inquit) *ex eis in Sacerdotes & Leuitas.* Primùm gentes cōuertuntur, deinde non omnes conuerſi fiunt ſtatim eiuſmodi Sacerdotes, quales ibi deſcribit, ſed ex ipſis conuerſis *aſſumam* (inquit) *in Sacerdotes & Leuitas.* Vides, nō ſolùm ex tota multitudine aliquos *aſſumi,* verùm etiam eos in diuerſis Ordinum gradibus conſtitui. Nam alij fient *Sacerdotes* (quorū eſt ſacrificare, & maximis quibuſq; rebus gerendis præeſſe): alij verò fient *Leuitæ,* hoc eſt, Diaconi, quorum eſt miniſtrare & Sacerdotibus parēre. Quē Iſaiæ locū Auguſt. (li.2. de ciuit. Dei, c.31)

m inter-

Patriarchæ Antiocheni fides de Primatu Eccleſiæ Romanæ Anno Domini. 1552.

Fideiprofeſsio nomine Patriarchæ Antiocheni, Romæ facta Ann. D. 1552. quam ex autographo Syrico traduxit Andræas Maſius Bruxellanus. *Ego Moſes* (Mardenus) *credo in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum.* (Et poſt profeſsionem fidei in Chriſtum Deum & hominem perfectum, itemq; quatuor Con-
1494 ciliorum approbationem) *Recipio* (inquit) *Paſtores veros, qui inſtituerunt S. Eccleſiam Romanam ac Patres omnes, qui in ea habentur ab initio Chriſtianæ Religionis vſque ad hunc diem. Obteſtor, Patrem Patrum, & Paſtorem Paſtorum, benedictionem vniuerſæ Reipub. Chriſtianæ, portantem Claues regni, fontem, ex quo profluit ſuauitas, Pontificem Iulium tertium, qui accepit ſignaculum nominis Trinitatis, vt dignetur acceptare hanc meã profeſsionem meo nomine, atque etiam nomine Patriarchæ noſtri. Inſuper vos, Patres electos, qui eſtis ſepes Eccleſiæ ſanctæ, vos, inquam, Cardinales ſanctiſsimos obſecro, vt acceptetis hanc profeſsionem fidei ob humilitatem meã pro me, & pro Patriarcha noſtro, qui iuſsit me confiteri coram vobis fidem hanc veſtram, dicens ſe acceptare profeſsionem per me factam. Ego verò ex quo huc adueni, non ſum illico eam profeſſus, quia ille iuſsit, ne præpropetus eſſem in profitendo, donec ipſam profeſsionem probè aſſecutus eſſem. Nunc verò animaduerti, pro-*
1495 *feſsionem veſtram eſſe veluti lucernam, quæ ſuper Candelabrum poſita eſt, ad quam nulla pertingunt tenebræ, etſi vel totus mundus tenebras offuderit, illa nihilominus luxerit, ceu Sol, ſuper omnes. Plus quàm illa vero, aut minus, non accepto. Charitas autem Ieſu Dei noſtri ſit vobiſcum in ſæcula.*

Neſtorianorum fides de Primatu Eccleſiæ Romanæ, Anno Dom. 1553.

Epiſtola Neſtorianorum (qui nunc tamen abiurarũt hæreſim Neſtorianam ductu Romani Põtificis) ad Pontificem Romanum, eodem Maſio interprete. Hoc ſcito, *Pater noſter excelſe, quòd ſacerdotiũ noſtrũ*
1496 *à priſcis temporibus ex Roma ſit, quæ eſt Sedes Petri Principis Apoſtolorum: verùm ex quo confuſus eſt ordo Chriſtianorum à filijs Hagar Ægyptiæ, interrupta eſt via noſtra ad vos inde à ſpacio trecentorum annorum vſq; ad hunc diem.* (Et in alia Epiſtola ad eundem Pontificem Romanum) *Pater Patrum, & Apoſtolorũ maxime, Petrus temporis noſtri, & Paulus dierum noſtrorum, qui es loco Chriſti Domini & Dei noſtri, ſedenſq; ſuper Sedem Petri Apoſtoli.* (Et pòſt.) *Gregẽ ſuũ tradidit tibi Chriſtus, ne perturbaretur per lupos. Tu es Pater vni-*
1497 *uerſi populi Chriſtiani, ſicut Petrus Caput omnium Diſcipulorum, cui obuenerat ſors docenda Roma magna & celebris. Nos ſerui tui, Neſtoriani Orientales, ſumus pupilli abſque patre electo, qui poſſit dare Ordines ſacerdotales. Neq; ſuperſunt apud nos Metropolitæ, quorum eſt ordinare Catholicum: ſed ſoli pauci Epiſcopi, Arbele, Salmaſti, Adurbeigan. Approbauimus monachum Siud quocum miſimus tres viros Primates, Thomam, Adamum,*
1498 *& Caleph, ante pedes tuos. Nũc igitur petimus à Celſitate tua, abſolutio negotium ipſorum, & ordinare illum in Catholicum, dateque ipſi poteſtatem per verbum tuum, vt poſsit conferre gradus Eccleſiaſticos, prout opus habuerit grex, pro more Patriarcharum, & vt ligare poſsit, & ſoluere pro conſuetudine Patrum, & Canonum Apoſtolicorum.*

Profeſsio fidei, quam Siud Patriarcha fecit Romæ, Anno D. 1553. eodem interprete. *Profitemur Trini-*
1499 *tatem glorioſam.* (Et pòſt.) *Concilium Nicenum ſcripſit de Eccleſia ſancta Romana, quæ eſt Sedes Petri, quòd ſit Caput omnium Eccleſiarum, quod donum dedit ipſi Chriſtus per illa verba, quæ dixit ad Petrum plantatorẽ illius, nimirum: Tu es Petrus, & ſuper iſtam Petram ædificabo ipſam Eccleſiam meam. Habetur apud nos illa fides. Et fecerunt ipſam trecenti & octodecim Patres orthodoxi* (Et iterum.) *Recipimus omnia illa Concilia, quæ*
1500 *recepit Eccleſia Romana. Et Excommunicamus, quos excommunicat Eccleſia Romana, & illa quatuor Concilia.* (Et denique.) *Habetur in libris noſtris, quòd Sacerdotium noſtrum ex iſta Eccleſia Romana ſit.*

Ioannes

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1549	Idem Paulus 3.	Idem Carolus 5.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudopropheta.

d Nihil miror, ſi Lutherus, Sacrificio ipſo abdicato, Canonem etiam Miſſæ maledicentiſsimè lacerauit & deriſit.

e Lu-

Doctores Catholici.

interpretans: *Nunc* (ait) *videmus, Sacerdotes & Leuitas ex Gentibus accipi. Non enim ex genere carnis & ſanguinis (ſicut erat primum ſecundùm ordinem Aarō) ſed (ſicut oportebat in Teſtamento nouo, vbi ſecundùm ordinem Melchiſedech ſummus Sacerdos eſt Chriſtus) pro cuiuſq; merito, quod in eo gratia diuina cōtulerit, Sacerdotes & Leuitas elegit, ſicut nunc videmus.* Poſtremò, nullum Sacrificiū typicum in terris vnquam, vel ante legē, vel ſub lege oblatum eſt, quod propiùs acceſsit ad referendam Chriſti Crucem & mortem, quā celebratio Euchariſtiæ, quæ vocatur à Chriſto *corpus ſuum datum pro nobis*. Poteſtas verò ſacrū publicum faciendi, nihil eſt aliud, quàm publica Sacerdotalis poteſtas: igitur Apoſtoli verè facti ſunt Sacerdotes publici, quando eis per iſta verba (*hoc facite, Luc. 22.*) collata eſt poteſtas Corpus & Sanguinem Domini conſecrandi. Eſt ergo publicum quoddam Sacerdotiū in Eccleſia, quod & à Prophetis prædictum, & in Euangelio inſtitutū, & ab Apoſtolis adminiſtratum, & in Eccleſia per impoſitionē manuū Presbyterij (1. Tim. 4.) vſq; ad hanc diē retētum eſt.

De Canone Miſſæ.

d Canon Miſſæ nihil aliud eſt, quàm regula & Ordo ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus ritè præſcriptus, quem in celebranda Euchariſtia obſeruare debemus. Quod nomen vſu iam & cōſuetudine loquēdi propriè aſsignatur, nō miſſæ Catechumenorū, de qua iam nō agimus, ſed ei parti Miſſæ, quæ in myſteriorum benedictione & conſecratione verſatur. Qui totus Canō ab Innocent. 3. & alijs præterea multis doctiſsimè iam olim explicatus eſt. Licet autem verba quædam & nonnulla ſacræ orationis velut membra ſint ab alijs atq; alijs Pontificibus pro temporis occaſione adiecta: ordo tamen & ſumma rerum ab Apoſtolis inſtituta & tradita fuit. Nunquā alioqui eadem precādi ratio à Græcis, Latinis, Aethiopibus & Armenijs tam accuratè obſeruari potuiſſet. Quanquā enim alij pluribus, alij paucioribus verbis vtantur: tamen res eædem vbiq; repeviuntur, hoc eſt, panis, vinum, aqua, Altare & Sacerdos, inuocatio S. Trinitatis, crebra ſigni Crucis repetitio, memoria & eorum, qui adhuc in terris militant, & Sanctorū cum Chriſto regnantium, & fidelium in Chriſto quieſcentiū: quodq; Caput oīm eſt, verborū Chriſti ſuper elemēta propoſita, ſacerdotalis, immolatitia, & efficax pronūtiatio, Orationis Dominicæ adiectio, pacis oſculū, & benedictio populi. Quod aūt præcipuè Lutherus in hoc ſacro Canone reprehendit, apud Ambroſ. pro ſanctiſsima prece habetur, in lib. 4. de Sacram. c. 6. Quinimo D. Aug. in Epiſt. 118. *Quia multum* (inquit) *erat, vt Apoſtolus* (qui 1. Cor. 11. cætera, cùm veniret, ſe ordinaturū dixerat) *in Epiſtola totū illū agendi ordinem inſinuaret, quem vniuerſa per orbem ſeruat Eccleſia: datur intelligi, ab ipſo ordinatū eſſe, quod nulla morū diuerſitate variatur.* Dum autem D. Cyprianus (lib. 1. Epiſt. 9.) dicit, *eos, qui Clericos ad tutelā vel curam nominabant, Anteceſſorum ſuorum iudicio non meruiſſe, vt apud Altare Dei nominarentur in prece*: profectò illam precem intellexit, quā hodie Canonem Miſſæ vocamus. In illa enim prece ſuus quidā aſsignatur locus, tā viuētibus, quàm fidelibus defunctis nominādis. Deniq; de illa prece ſuper oblatione dicta D. Gregorius agit lib. 7. Indict. 2. Epiſt. 63. Lutherani ergo, dum Miſſæ Canonem accuſant, nihil aliud efficiunt, quàm vt prodant, ſe non eſſe eiuſdem in Chriſto ſocietatis & communionis, cuius fuerunt omnes omnium ætatum Græci, Latinique Patres.

Ioannes Antonius Delphinus in lib.2. de Eccleſia, dum docet, Romanam Eccleſiam eſſe veram,
Sanctam & Catholicam Eccleſiam: *Ab initio* (inquit) *conſtitutis Diœceſibus, cùm Petrus iubente Deo ſuã*
Cathedram poſuiſſet Romæ, quicunque vbinis gentium conſtituebantur Epiſcopi, tam in Aſia, quàm in Africa
1501 *& in Europa, nonnullis adhuc viuentibus Apoſtolis, Cathedram Eccleſiæ Romanæ peculiari honore proſeque-*
bantur vt primam: ad quam in rebus fidei controuerſis, aliiſq́ arduis vniuerſæ Eccleſiæ negotiis recurrebatur, ad
quam & gratis omnibus Epiſcopis licuit ſemper appellare. (Et pòſt.) *Conciliũ ſupra Papam eſt, quoniam ad ſa-*
pientiam, prudentiam & doctrinam ſpectat. Veruntamen Papa quando ſupremus in tota Eccleſia eſt, ſolusq́ im-
1502 *mediatè habet à Chriſto iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vt probauimus anteà, etiam ſupra Concilium eſt authori-*
tate, poteſtate & iuriſdictione. Quare debet Papa referre ad Concilium generale quæſtiones altiſſimas & ambi-
guas paſſim orientes in Eccleſia. Propterea verò ſtatuta nulla per Concilium generale ordinata, quamuis commo-
da ſint, ac vtilia propemodumq́ neceſſaria (de iis, quæ ſunt ex verbo Dei, non loquor: ea quidem cùm à Deo ſint,
obligant omnes homines abſque vlla humana determinatione, & confirmatione, quamuis ea declarari oporteat
1503 *aliquando ab Eccleſia, vt ſuprà diximus): neminẽ tamen fidelium aſtringunt, & obligant, niſi ipſius accedat Pa-*
pæ authoritas, qui iure ſuo illa diligenter à Patribus examinata, diſcuſſa, iudicata, definita, approbata confirmet,
planeq́ rata efficiat.

Ioãnes Slotanus in lib. diſputationũ aduerſus hæreticos in c. de Primatu Petri & Romanæ Eccleſiæ:
Eccleſia Catholica regnum eſt ordinatiſſimũ, non Babylonica confuſio, cui Chriſtus in regionẽ longinquã abiens,
Petrum ſua vice præfecit, illiq́ tradidit Claues eiuſdem, hoc eſt illud ipſum regendi authoritatem, vt eo commo-
dius conſeruaretur in hoc Regno neceſſaria illa communicatio membrorum omnium & vnitas ad totius ſalutẽ.
Cumq́; hanc Petri prærogatiuam quindecim ferè modis Slotanus probaſſet, tandem oſtendit, Papam
1504 Romanum Petro ſuccedere in Primatu. Licet enim Paulus etiam Romæ prædicauerit Euangelium, nõ
tamen *tam Pauli, quàm Petri Cathedra Sedes Romana dicitur.*

Tilmannus Segebergenſis in Libro de ſeptem Sacramentis Capite tertio. *Vt Romana Sedes omni*
1505 *bus aliis & prior, & excellentior eſt, & omnium (vt ita dicam) Domina ac Magiſtra: ita rationi con-*
ſentaneum eſt, vt Clerici ac Miniſtri Sedis illius, quadam ſingulari dignitate cæteris præfulgeant, vt Car-
dinales Romanæ Eccleſiæ omnibus aliis Prælatis præferantur honoris dignitate. Quis enim ignorat, Ro-
manam Eccleſiam duarum Apoſtolorum ſanguine conſecratam, eſſe principalem, vnde vnitas Sacerdota-
1506 *lis exorta eſt, cuius fides Apoſtolo prædicante laudata eſt, ad quam perfidia non poteſt habere acceſſum?*
(Et c.5.) *Male habet hæreticos, Papam in Canone Regi prælatum. At fruſtra eam ob rem marceſcunt inui*
dia. Nulla enim in hoc Regi fit iniuria, cùm Summus Pontifex Chriſti ſit in terris Vicarius, Petriq́ ſucceſſor, non
Rex. Chriſtus enim inſtituit piſcatorem, cui oues ſuas paſcendas commiſit, non Regem. In cœna quoq́ pro Petro
rogauit, ne deficeret fides eius. Et pro liberatione Petri Eccleſia ſine intermiſſione orabat ad Dominum, dum in
1507 *carcere ſub Herode detineretur. Hinc Eccleſia orandi formam didicit, & primò orat pro Papa, deinde pro Rege.*
Non enim tam Sacerdotium ſubeſt Imperio, quàm Imperium Sacerdotio.

✠ *Legati à Pontifice Romano ad Æthiopas & Indos miſſi cum authoritate ſumma.*

Iacobus Nauarchus Ondiſcotanus in Epiſtola Aſiatica: *Anno 1554. poſtquã iã multi Luſitani Æthio-*
piam non ſolùm frequentarent, ſed etiam Regis conceſſione ibi vxores ducerent, & more Romanæ Eccleſiæ vi-
uerent, & vxores ſuas Catholicos ritus docerent: cœpit Luſitanorum Rex de Patriarcha eò mittendo cogitare.
Viſus eſt ipſi idoneus pater Ioannes Nunezius, Societatis Ieſu vir, qui in Africa inter Saracenos & Chriſtianos
1508 *ſummo cum fructu & pietate verſabatur. Ad ſummum igitur Pontificem eum miſit. Pontifex Patriarchatus*
onere ei impoſito, in Indiam cum Epiſcopo Andrea Ouiedo, alio de eadem Societate Ieſu viro integerrimo, amã-
dauit. Vbi An. 1556. appulêre. Andream verò ex India, Patriarcha, & Indiæ Primores in Æthiopiam anno 1557.
præmittendum eſſe concludunt. Iuit, humaniſſimeq́ exceptus eſt.

Verùm

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

e Lutherus in formula Miſſæ. Nondum (inquit) conſtitui mecum, miſcendáne ſit aqua vino. Magis tamen inclinat, vt non miſceatur.

f Poſtquã Lutherus Euchariſtiæ Sacrificium abrogaſſet: reſtabat etiam, vt Altaria, hoc eſt, diuini Sacrificij ſedem, deſtrueret. Hinc Lutherus in formula Miſſæ pro Eccleſia Wittenbergenſi, Altaria vni Deo viuo & vero ſub Chriſti nomine, aut Sãctorũ titulis & memorijs cõſecrata, vocat inſignia Baal & omnium Deorum.

Doctores Catholici.

De aqua vino miſcenda.

e Iam inde ab Apoſtolorum temporibus aquam in ſacrificio Domini vino mixtam fuiſſe, præter Alexãdrum Pontificem quintum à Petro, etiam Iuſtinus Martyr in Apologia 2. teſtatur. Cuius rei Myſteriũ Cyprianus docet lib. 2. in Epiſt. ad Cæcilium. Quã rationem Lutherus in ſuæ Miſſæ formula irridet. Sic enim decuit nouum Euangeliſtam veteres Apoſtolicas inſtitutiones contemnere. Illud verò quàm ridiculum eſt quòd poſt mille quingentos annos à deliberatione viliſsimi & nequiſsimi Apoſtatæ pendet, miſcendáne ſit aqua vino, an non? O bene conſtitutam Proteſtantium Eccleſiam!

De Altaribus.

f Ioannes (Apocal. 6.) dicit, *ſe vidiſſe animas occiſorum ſub Ara.* Auguſtin. hoc de viſibili Ara Dei, quæ in Eccleſijs paſsim erigitur, accipiens: *Rectè* (inquit in Serm. 11. de Sanctis) *ſub Altaria martyrum animæ requieſcunt, quia ſuper Altare corpus Domini offertur, vbi etiam pro peccatoribus Chriſti ſanguis effunditur.* Optatus etiam Altare noui Teſtamenti definiens (lib. 6. contra Parmenianum) *Quid eſt* (inquit) *Altare, niſi Sedes corporis & ſanguinis Chriſti?* Nec aliud ferè apud

1549 Idem Paulus 3.

Apoſtolum (1. Cor. 10.) *menſa Chriſti*, quàm Altare Chriſti ſignificat. Nam cùm dixiſſet, *eos, qui edunt hoſtias, cõmunicare cum Altario:* poſtea concludit, eos, qui comedunt idolothyta, *non poſſe menſa Chriſti participes eſſe.* Conſtat certè, illos poſſe manducare panem Chriſti, & bibere vinum eius, vt Iudas fecit. Verùm non poſſunt communicare cum ſacrificio Chriſti, & ita *participes fieri menſæ*, id eſt, Altaris Chriſti. Menſa enim tùm pro Altari ſæpiſsimè ponitur (Malach. 1. Prouerb. 9. Iſaiæ 65.) tùm pro Altari neceſſariò accipitur, quoties cibum continet Deo in ipſa conſecratum. Cibus autem menſæ Dominicæ cùm ſit *Corpus & ſanguis Chriſti*, nec ibi hæc Sacra ſponte naſcantur, ſed per benedictionem Miniſtrorum Chriſti fiant, (*Hoc enim* ait, *facite in meam commemorationem*,) nec fiant in alterius, quàm in honorem Dei, cui mox ab initio *gratiæ aguntur*: certè menſa talis, in qua talis cultus offertur Deo, non poteſt aliud eſſe, quàm Altare Dei. *Altare hoc ſanctum, cui aſsiſtimus* (inquit Gregorius Nyſſenus in lib. de ſancto Baptiſmate) *lapis eſt natura communis, nihil differens ab alijs cruſtis lapideis, ex quibus parietes noſtri extruuntur, & pauimẽta exornantur. Sed Dei cultui conſecratum atq; dedicatum eſt, ac benedictionem accepit, menſa ſancta, Altare immaculatũ eſt, quod non amplius ab omnibus, ſed à ſolis Sacerdotibus, iiſq; venerantibus contrectatur.*

Idem Carolus 5.

g Cùm Proteſtantes viderent, ſacrorum Altariũ mentionem paſsim apud antiquiſsimos Patres fieri: dixerunt, vnicũ ſaltem Altare in quolibet Templo fuiſſe, & vnicum ſacrum in eo Templo eodem die celebrari ſolitum eſſe.

De pluribus Miſsis celebratis, & multis Altaribus in eadem Baſilica conſtitutis.

g Quàmdiu pauci erant Chriſtiani, vnũ illis Templum in eodem oppido, vnũ Altare in eodem Templo, vnumq; Sacrificium in eodem Altari oblatum ſufficiebat. Sed poſtquàm per Dei gratiã in immenſum multiplicati ſunt, non modò plura Templa in eadem ciuitate, ſed & plura conſtituta ſunt Altaria in eodem Templo, & plura in eodem Altari eodem etiã die oblata ſunt Sacrificia. Adeò vt apud S. Gregoriũ (lib. 5. indict. 14.) Palladius Sanctonis in Gallia

Verùm cùm defuncto pio Rege, qui hos ouide expectarat, Claudium quendam regnantem inueniſſet, à Catho-
lica Religione adeò alienum, vt diceret, ſe nec Romano Pontifici pariturum, nec Cõcilio Epheſino quicquam tri-
buturum: ab eo, Anno 1559, ſine fructu diſceſſerũt. Ille verò in Turcas cùm mouiſſet, qui regionem ſuã vaſtabãt,
1509 *à ſuis deſertus occubuit. Victoria hæc adeo inſperata fuit Turcis, vt eorum Dux ſoli Deo eam acceptam referret,*
& a cælo inſidens victoriam celebrare voluerit. Hic fuit finis illius, qui Romanæ Eccleſiæ ſubeſſe noluit.

Idem Iacobus ibidem. *Soli Eccleſiæ Catholicæ, & potiſſimùm omnium Eccleſiarum Capiti Romanæ, Deus*
1510 *reſeruauit, vt oues diſperſas quærat, & ad Chriſtum adducat, & hanc rei veritatem eſſe, omnis hiſtoria tam pro-*
phana, quàm Eccleſiaſtica clamat, & modò in America & India fieri videmus. Proprium autem hæretico eſt,
quæ hæc acquiſiuit, perdere: quæ congregauit, diſsipare.

Franciſci Turriani fides de Romanæ Eccleſiæ Primatu.

Franciſcus Turrianus ait, ſe *tres libros ſcripſiſſe de primi Capitis ac Iudicis authoritate & Principatu*, quos
ego hactenus non vidi. In libro autem 3. de dogmaticis characteribus Verbi Dei, ſic habet. *Chriſtus pro*
Petro orauit, propter Eccleſiam, quæ ſe ad illum debet tanquam ad Caput conuertere, vt vxor ad virum ſuum. Ita-
que vt illud, quod Dominus à principio dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori
ſuæ, & erunt duo in carnem vnam, non de Adam & Eua tantùm dixit, ſed idem in futuro de cæteris
omnibus legitimis coniugibus dictum eſſe voluit: ſic quod de Petri fide non defectura, & de Eccleſia ſorore &
1511 *ſponſa caſta firmanda dixit, idem in futuro de vnoquoq; ſucceſſore Petri, & de Eccleſia fratrum Catholica ſuſtẽ-*
tanda, & perpetuò ſtabilienda intelligi voluit, ſecundùm promiſſionem ſuam de ædificanda Eccleſia ſuper Petrũ,
quem propter firmitatem fidei nunquam defectura Petrum appellauit, vt magni Doctores Gregorius cognomen-
to Theologus, Baſilius, Cyrillus & alij, quos prætereo, interpretati ſunt. (Et pôſt.) *Cur Petro ſucceſſerit, & vſque*
ad conſummationem ſeculi perpetuò ſuccedat Epiſcopus Apoſtolicus, reliquis verò Apoſtolis non ita (neq; enim
Alexandriæ Epiſcopus Apoſtolicus Beato Marco ſemper ſucceſſit, aut Hieroſ. beato Iacobo, aut Ioanni, Epheſi)
1512 *in cauſa eſt, quia Diuina prouidentia ac ſapientiſſimo conſilio vnum eſſe voluit Chriſtus totius Eccleſiæ Caput,*
quod ita ſanum eſſet, vt reliqua corporis ex eo connexi membra, ſanitate firmare poſſet, ſi ſanis Domini noſtri
Ieſu Chriſti ſermonibus, vt Apoſtolus ait, acquieſcere vellent. Quod quidem effecit, orando pro eo, & pro fide Ec-
cleſiæ Catholicæ, cui præerat. Quam quidem Prærogatiuam vnius Capitis ſupra reliqua omnia, quia non conue-
niebat cum alijs communem eſſe: non ſic pro aliorum fide, neq; pro fide Eccleſiarum, quæ eis commiſſæ ſunt, roga-
uit, ita vt eas ſuper fidem huius, aut illius Apoſtoli ædificaret. Vbi enim, aut quando dixit de Ioanne, aut fide eius:
Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, id eſt, Epheſinam? Aut de Marco: Super hanc Petram ædifica-
bo Eccleſiam meam, id eſt, Alexandrinam? in qua Gregorius, Sergius Cappadox, Lucius, Dioſcorus, Timotheus,
Ælurus, Mongus, & alij hæretici ſederunt. Quare falſum eſt, quod ſcribit Cal. in Inſtitut. de fide, c. 8. art. 23. nun-
quam apud Græcos interruptam fuiſſe Epiſcoporum ſucceſſionem, apud quos tamen (inquit) Eccleſiam eſſe nega-
1513 *mus. Falſum, inquam, eſt. Loquimur autem de legitima ſucceſſione Epiſcoporum. Quis enim ignorat, quàm*
multi præter eos hæretici Patriarchæ fuerint Conſtantinopoli (quæ noua Roma appellata eſt, & facta ſimul totius
Græciæ Princeps Eccleſia) Macedonius, Acatius, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Anaſtaſius, & alij? Hieroſo-
lymis verò Ioannes Origeniſta, Saluſtius, Arſenius, Heraclius, Ilarius: Antiochiæ Paulus Samoſatenus, Eulalius,
Euzoius, Ioannes, Damnus, Petrus Gnaphæus, Macarius. Pôſt autem copioſè exponit, *Papam Romanum*
1514 *per vniuerſas Eccleſias Catholicarum in cuncto orbe, velut nouum Aaronem eſſe*: cæteros autem Epiſcopos,
velut filios Aaronis exiſtere. & quæ præterea ſequuntur.

Fides &

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1549	Idem Paulus 3.	

☞ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

De ſectis ad minimum duodecim circa verba Cœnæ Domini.

h Carolſtadius per pronomen (hoc) tantùm *Chriſti corpus viſibile* intelligit. Zuingliani pleriq; tantùm intelligunt *hunc panẽ*. Lutherani *& hunc panem & inuiſibile Chriſti corpus*. Ioannes à Laſco (per hoc) intelligit *actionem Cœnæ Domini*. Deniq; Cratoald' per pronomen (hoc) intelligit panem ſpiritualem, qui deſcendit de cœlo, tanquam ita dixiſſet Chriſtus: *Corpus meum eſt hoc*. i. *panis quidẽ* & cibus, ſed ſpiritualis & viu'. Sunt igitur circa pronomẽ hoc quinq; hereſes. Nã Zuinglius verbũ (eſt) ait poni pro *ſignificat*, quod ipſum defendit Beza contra Weſtphalum. Oecolãpadius mauult (corpus) poni pro *figura corporis*, quod etiam Vireto placet. Muſculus verba ſingula propriè accipiens, ait, eſſe *prædicationem Sacramentalem*. Caluinus *efficaciter* ea Domini verba intelligit. Bucerus *in vſu* demum vera eſſe prædicat. Beza negat, poculum ſeu *Calicem* (Lucæ 22.) effundi pro nobis. Swẽkfeldius intelligit, hoc eſt *corpus meũ*, velut Chriſtus

✠ *Doctores Catholici.*

Epiſcopus dicatur *Eccleſiam conſtruxiſſe, in qua tredecim Altaria collocârit.* Magnus autem Leo (in Epiſt. 80. ad Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum) *Miſſam in eadem Eccleſia toties repetendam admonet, quoties Baſilicam præſentia noua plebis impleuerit. Quam conſuetudinem ex forma paternæ traditionis inſediſſe*, ibidem ait. Et ſanè cùm Chriſtus dixerit, *hoc facite in meam commemorationem*: cui, præterquàm Diabolo & membris eius, ingratum eſſe poteſt, quòd mortem Domini commemoramus aſsiduè? Aut nunquid licuit olim plura holocauſta in figura Chriſti victimæ eodem die offerre: & nunc non licebit, pluries eodẽ die eãdem Chriſti victimam à Chriſtianis in eodem loco ſacro commemorari? Hactenus de Sacrificio Eccleſiæ dictum ſit.

Verba Cœnæ Domini operantur quod ſonant, & quid operentur, per pronomen (hoc) incipimus demonſtrare.

h Proteſtantium inter ſe diſſenſiones certiſsimam fidem faciunt, doctrinæ veritatem non penes illos, verùm penes Eccleſiam Romanã eſſe: in qua multitudinis credentium cor vnum eſt, anima vna, labiumq; vnum, quia vni Paſtori vicem Chriſti in terris gerenti ſubſunt, à cuius ouili vno qui diſceſſerũt, illorum & labium, & mens, & cor confuſum eſt, factiq; ſunt *plures Magiſtri*, nullam alicuius primi Paſtoris vocem audientes, atq; ideo *errârunt ipſi, aliosq; in errorem miſerunt*. Verùm ne tantùm ab ipſo rerũ euentu, ac non potius à cauſis proprijs noſtras petamus probationes: dicimus, illa Domini verba (*Hoc eſt corpus meum*) non tam conferenda eſſe cum illis alijs, *Semen eſt verbum Dei, Petra eſt Chriſtus*, & quæ in eodem genere ad ſolam doctrinã pertinent: quàm cum his omnibus, quæ dum dicũtur, aliquid interim faciunt. Nam quod Chriſtus in Cœna dixit, non tam docendi, quàm faciendi cauſa dixit, ideoq; ſubiũxit: *Hoc facite in meam commemorationem*. Quemadmodum igitur Chriſtus, cùm dixit leproſo, *mũdare*: ſurdo, *adaperire*: mortuo, *ſurge*, vel *exi foras*, iam tũc per mutationem prioris eorum ſtatus tùm noui aliquid fecit, tùm non quomodo, ſed quid faceret, verbo demonſtrauit (ſurdo enim aures adaperuit, mortuumq; ſuſcitauit): ſic omnino in hac oratione ſua (*Hoc eſt Corpus meum*) & hoc, quod digito demonſtrauit, nouum quippiã eſſe fecit, & quidnam faceret, verbo aperuit, dicens: *Hoc eſt Corpus meũ*. Itaq; vt illa Chriſti verba, *Exi foras*, ad mortuũ relata, mortem eius in vitam cõmutârunt, nec tamen de morte remouenda, ſed de vitali quadã actione, quæ mortem abeſſe ponit, mentionem faciunt: ſic iſta verba (*Hoc eſt corpus meum*) ad panem acceptum & benedictũ relata, ſubſtantiã illius panis in ſubſtantiam Corporis Chriſti commutarunt, licet non de ſubſtantia panis remouenda, ſed tãtùm de alia corporis Chriſti ſubſtãtia ibi exhibita, vbi panis antè fuit, mentionẽ faciant. Nam vt qui foras exit, mortuus eodem tempore eſſe nõ poteſt: ſic quod

Fides & ſententia Concilij Tridentini de Primatu Romanæ Eccleſiæ, ſub Paulo.3.Iulio.3.& Pio.4.

1515 Tridentina Synodus, *per Bullam Pauli tertij Pontificis Romani* datam, anno Dom.1543. indicta, perpetuò præſidentes ſibi habuit Sedis Romanæ Legatos. Itaq; in Spiritu ſancto legitimè congregatam ſe aſſerens, vbique rationem eius rei hanc adiungit: *In eo præſidentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis.*

1516 Eadem Synodus in Seſsione 7. Can.3. affirmat, *Eccleſiam Romanam omnium Eccleſiarum Matrem ac Magiſtram eſſe.*

Eadem in Seſs.14.cap.7. *Meritò*(inquit)*Pontifices Maximi pro ſupremo poteſtate ſibi in Eccleſia vniuer-*
1517 *ſa tradita, cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare.*

1518 Eadem in Seſs.23.Can.6. *Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris & Miniſtris: Anathema ſit.* Et Can.8. *Si quis dixerit, Epiſco-*
1519 *pos, qui authoritate* Romani *Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos ac veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum: Anathema ſit.*

Eadem negotium de vſu Calicis *ad Sanctiſsimum Dominum retulit.* In Seſs.22. Et in Seſs.24.c.1.profi-
1520 1521 tetur, P*ontificem Romanum ſolicitudinem debere vniuerſæ Eccleſiæ ex muneris ſui officio.* Et c.5. *Cauſas criminales grauiores contra Epiſcopos, etiam hæreſis, quæ depoſitione aut priuatione dignæ ſunt, ab ipſo tãtùm Sum-*
1522 *mo Romano* P*ontifice cognoſci iubet, ac terminari.*

Deniq; *ex Decreto ipſius Concilij petita fuit omnium & ſingulorum, quæ in Synodo Tridentina decernebãtur, confirmatio. Et Pius Papa quartus eadem omnia authoritate Apoſtolica, de fratrum ſuorum Cardinalium*
1523 *conſilio & aſſenſu, matura cum illis deliberatione prahabita, confirmauit, atq; ab omnibus* C*hriſti Fidelibus recipi, & inuiolabiliter obſeruari, mandauit.*

Quòd Imperatores, Reges & Reipublica Chriſtiana Tridentinam Synodum à Romano Pontifice indictam, Legatorum ſuorum præſentia cohoneſtauerint, ac eadem opera fidem ſuam & obedientiam erga Apoſtolicam Sedem profeſsi fuerint.

Anno Dom.1545. Didacus à Mendocia in Oratione corã Sedis Apoſtolicæ Legatis habita, fatetur,
1524 & narrat, *Dominum de Granuelo Epiſcopum Atrebatenſem & ſeipſum à Carolo 5. Romanorũ Imperatore Auguſto Tridentum miſſos fuiſſe, vt Generali Concilio Tridentino, quod Paulus 3.Summus* Pontifex *indixiſſet, Cæſareæ Maieſtatis nomine intereſſent.* Qua etiam in Oratione idem Didacus agnoſcit, *Summi Pontificis munus atq; præcipuum officium eſſe, vt indicto Concilio Chriſtianæ* R*eipublicæ non deſit.*

Anno Dom.1546. *Franciſcus à Toleto* ad eandem Synodum Tridentinam à Carolo 5.miſſus, teſtatur *Cæſaream Maieſtatem illud tempus vehementiſsimo animi gaudio amplexatam eſſe, quo per ſanctiſsimum Dominum* P*aulum 3.Publicati patefactiq; Concilij Oecumenici dies populo Chriſtiano fauſtiſsimus primùm illuxit.*

Ioannes.3.Portugalliæ Rex in literis ſuis ad Paulum tertium Papam: *Nulla*(inquit) *res conceptam de*
1525 *Sanctitate tua opinionem æquè, vt Oecumenici Concilij indictio confirmauit. Quamobrẽ ſupplex ipſe Sedis Apoſtolicæ filius, Sanctitatem tuam oro, atq; obteſtor, quàm modeſtiſsimè poſſum, vt ad omnem ſe difficultatem confirmet, ne animum contrahat, ac remittat.*

Franco-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.		
		Idem Carolus 5.		
1549	Idem Paulus 3.			

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

ſtus dixiſſet: *hæc eſt Deitas mea*. Deniq; Petrus Martyr negat, potentiam Dei ad hoc ſe extendere, vt Corpus Chriſti ſimul ſit in multis locis. Non igitur pri⁹ hæc hæreſis perfectionem ſuam ſortitur, quàm Dei omnipotētia negetur: de quibus rebus agetur iā ordine & ſigillatim.

1 Cum Sacrificij Miſſæ negatione etiam error ille neceſſariò coniunctus eſt, quo Lutherus negabat, in Euchariſtia vllā fieri Trāſubſtantiationem: ſed panē & vinū volebat vnà cum carne & ſanguine Domini adeſſe, velut Chriſtus dixiſſet: vnà cum hoc pane, aut in hoc pane, eſt corpus meum. Itaque hæc Lutheranorum interpretatio cōſiſtere nullo modo poteſt, quin verba Euangelij violet. quibus ſemel inuerſis, aut priuatorum opinione commutatis, nihil certi relinquitur, quod ex eodem Euangelio cōſtitui queat.

205. De

Doctores Catholici.

ſic quod Corpus Chriſti eſt, eodem tempore panis triticeus eſſe nō poteſt. Prorſus enim diſparata ſunt, panis triticeus, & Chriſti Corpus. Vnde meritò dicimus, pronomē (hoc) nec ad viſibilem corporis Chriſti formam, nec ad hunc panem, velut qui maneat panis, nec ſimul ad hunc panem & hoc corpus, nec ad Cœnæ totius actionem, ſed tantùm ad corpus Domini iam tum de ſubſtantia panis factum, & ſub figura panis demonſtratum, certiſsimè referri. Quod qui negârunt, in errores infinitos prolapſi ſunt, vt mox clarius apparebit.

De Tranſubſtantiatione, quodq; pronomen (hoc) duas ſimul ſubſtantias non demonſtrat.

1 Natura Sacrificij iam inde ab orbe condito hæc fuit, habitaq; ſemper eſt, vt res, quæ ſacrificiēdi cauſa offerebatur, perderet ſubſtātiam ſuam, & id quidē per ignem, qui celerrimè abſumit, & in ſe mutat id, quod in Altari cōſecratur. Sic Abelis hoſtia cœlitus fuiſſe incenſa traditur. Gen. 4. Sic Abrahā in ariete immolando non modò gladium, ſed etiam ignem adhibuit. Gen. 22. Sic non modò Legis Moſaicæ (Leuit. 2. & 6.) verùm etiā Eliæ ſacrificiū per ignē conſumptum eſt. 3. Reg. c. 18. Dominus verò noſter *ignis conſumēs* eſt. Deut. 4. & *Eloquia eius ignita ſunt*. Pſal. 118. & Prouerb. 30. Itaq; cùm panis in Altari poſitus per os eius, *qui Miniſter eſt Chriſti & diſpenſator Myſteriorum Dei, percipit* (vt Iræneus loquitur) *verbū Domini* (videlicet, *hoc eſt corpus meum*): *per omnipotentiam Dei* (vt Cyprianus ait) *non effigie, ſed natura mutatus, fit Chriſti caro*. Et ita verū eſt, *hoc*, quod Diſcipulis Chriſti datur, *eſſe Corpus Domini datum pro nobis*. Nam ſi in Euchariſtia non niſi vnica ſubſtātia eſt (vnde velut res vna demonſtratur numero ſingulari, nō plurali, dū dicitur, *hoc*, & illa ſubſtantia *eſt Corpus Domini* (quam Domini ſubſtantiā Lutherus præſentē fatetur) vtiq; iam ſubſtantia panis ibi non eſt: alioqui oportuiſſet dicere, *vnà* cum hoc, eſt Corpus meum. At nunc pronomen (*hoc*) quod totam rei propoſitæ ſubſtantiam demonſtrat, nihil tamen aliud, quàm Corpus Domini demōſtrat: niſi fortè panis triticeus, manens idem panis, eſt etiā Corpus Domini, quod nemo dixerit, cùm Corp⁹ Domini nec pani de nouo vniri, nec augeri iā, nec minui queat. Adde huc, quòd Spiritus Sanctus, quo inſpirante locuti ſunt (quoties eandē fidem vno ore prædicauerūt) ſancti Patres tàm Græci, quàm Latini, per illos docuit nos, *panem factum eſſe carnem Chriſti, de pane fieri carnem, panem in carnem Domini per operatorium Chriſti ſermonē conuerti, panē corporis Chriſti præſentia cōſumi, nec id aliter in Euchariſtia fieri, quàm cùm comeſtus in ſubſtantiā comedentis vertitur, tranſelementari panē in corpus Chriſti*. Deniq; in Concil. Lateran. ſub Innocētio 3. rei veteri nouum *Tranſubſtantiationis* nomē ob nouam hæreſim ea de re ſuſcitatā impoſitū eſt.

Tranſubſtantiationem ſtatui ex Lutheranorum poſitione, vt Zuingliani indicant.

Boquinus contendit, *nulla ratione dici poſſe, quòd in Cœna verè & ſubſtantialiter ſumatur ore corporis verum Chriſti corpus, quod pro nobis in morte traditum eſt, niſi ſtatuatur prius ἡ μεταβολὴ καὶ μετουσίωσις τοῦ ἄρτου, conuerſio & tranſubſtantiatio panis.*

a Luthe-

Francorum Rex Franciſcus Petrum Daneſium ad Synodum Tridentinam à Rom. Põtifice indictã allegauit. Daneſius autem in Oratione, quam ad Synodum habuit, ſic habet: *Cùm Franci Romanã Eccleſiam, cui ille Apoſtolorum Princeps præſediſſet Petrus, orbis terrarum Principatum ſemper obtinuiſſe, eiuſq́; Epiſcopum Capitis loco, reliquis magno conſenſu Epiſcopis habitum eſſe, didiciſſent: piè hoc quoque ac præclarè*
1526 *fecerunt, vt qui & Eccleſiam & Epiſcopum præcipuè ſibi colendos propoſuiſſent, vtriuſq́; & opes opibus ſuis augerent, & quum res poſceret, periculis pericula item ſuis propulſarent.*

Et iterum poſtea: *Ab his profectus Maioribus Chriſtianiſſimus Rex Franciſcus cùm animaduerteret, quãtam ſemper vim habuiſſet ad res continendas, eſſe vnum in Eccleſia Romanum Epiſcopum, vtpote Petri ſuc-*
1527 *ceſſorem, reliquorum & dignitate, & authoritate Principem, ad quẽ cæteri vt ad Caput referrentur, qua maximè re, noſtra hæc in terris militans Eccleſia, illius in cœlo triumphantis effigies quædam agnoſceretur: non minori cura ac ſtudio prouidit, ne qua inde ſeceſſio defectione vllam ob cauſam accideret.*

Anno Domini 1550. Iulius 3. Pontifex factus mox celebrat Iubileum. Ac primo Pontificatus ſui anno Conciliũ œcumenicũ, quod antea inchoatum fuerat Tridẽti, ſed ad tempus aliquod intermiſſum, de nouo indixit. Cui Concilio Pius demũ quartus finem impoſuit. Cuius tempora etſi cum Iulio tertio minimè concurrunt, tamen ne ea, quæ ad Tridentinum Concilium pertinebant, nimium diſiungerentur: hunc in locum cætera Imperatorum & Regum Chriſtianorum mandata viſum eſt aggregare.

Mandatum Ferdinandi Imperatoris. *Cùm Beatiſſimus in Chriſto Pater D. Pius 4. S. Romanæ ac vniuer-*
1528 *ſalis Eccleſiæ Pontifex Maximus ad id nos hortatus ſit: Oratores noſtros conſtituimus, vt vices noſtras in Concilio Tridentino gererent, ratum habituri, quicquid per illos actum fuerit. &c.*

Mandatum Sebaſtiani Portugalliæ Regis. *Conſtituimus N. noſtrum Oratorem ad ea noſtro nomine Tridenti agenda, quæ ad cæterorum membrorũ cum Romano Pontifice Catholicæ Eccleſiæ ſupremo Præſide, & Chri-*
1529 *ſti Vicario, Sanctaq́; Sede Apoſtolica omnium Eccleſiarum parente & Magiſtro, vnionem, hæreſum errorumq́; extirpationem, & morum reformationem, & reliqua, quæ ad Catholicæ religionis augmentum fidei exaltationem & Chriſtiani nominis hoſtium debellationem, expedire & conducere Sacro Concilio & eidem noſtro Oratori videbuntur.*

Carolus Gallorum Rex ad Concilium Tridentinum à Pio 4. indictum miſit Guidonem Fabrum, qui
1530 teſtatur in Oratione ſua, *eundem Carolum Regem allegaſſe Ludouicum Sangelaſium ad Pium 4. Pontificem Maximum, vt ipſum Pontificem currentem quidem ſponte ſua ad Concilij procurationem acrius incitaret: Galliaq́; vulnera ita nudaret, ita detegeret Pontifici componentis leno: et tamen eo ipſa ne claudi quidem alia ratione, niſi libere Concilio, nedum curari penitus, aut ſanari poſſe contenderet.*

Mandatum Philippi Hiſpaniarũ Regis. *Cùm beatiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Pius 4. diuina prouidentia Sacroſanctæ Romanæ Sedis Pontifex Maximus,* vniuerſale Concilium Tridentinum
1531 continuandum indixerit: illuſtrem Dominum N. Procuratorem cõſtituimus, *vt coram Reuerendiſſimis S. R. E. Cardinalibus à Beatiſſimo Pontifice Legatis nominatis,* alijſq́ue Patribus ibidem congregatis, noſtro nomine compareat.

Literæ Ducis Florentiæ ad Legatos Cõcilij Tridentini. *Cùm ſummo affectu, ſummaq́; pietate iam inde à Maioribus noſtris Sanctam Sedem Apoſtolicam, ſummoſq́; Pontifices Ieſu Chriſti Domini noſtri Vica-*
1532 *rios, &* Catholicam *Eccleſiam in fide ac ſynceritate Patrũ noſtrorũ coluerim ſemper ac ſtudioſe obſeruauerim: officij ac reuerẽtiæ meæ fore arbitratus ſum, ne in ſancta iſta tantorum Patrum vniuerſali Synodo, authore Deo, ſummoq́; Pontifice pientiſſimo congregata, ceſſarem, quin pro virili mea per hominem hunc ſtudioſiſſimum Legatum nobilitate natalium, fide, moribus, ac doctrina inſignem, reuerendiſſimis atque illuſtriſſimis DD. veſtris adeſſem, qua optimum ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ fidei alumnum decet promptitudine atque obſequio.* Sequitur mandatum eiuſdem Coſmi Medices Florentiæ ac Senarum Ducis in eandem ſententiam.

Literæ

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Carolus 5.
1550	227. Iulius 3 Aretinus, an. 5. m. 1. d. 16.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

295. *De Brentio, ſeu de Vbiquarijs.*

k Brentius (alioqui Luteranus) cùm Trãſubſtantiationis doctrinam ferre nõ poſſet, & tamen verã Corporis Chriſti præſentiã in Euchariſtia conſtitueret: modũ præſentiæ talem inuenit, vt diceret, Corpus Chriſti poſt Aſcenſionem in cœlum, vbiq; eſſe, atque illo modo in pane manducari, dum panis editur: quo accepto, Chriſtus dixerit: *Edite hoc eſt corpus meum.* Quorum verborum hanc putat eſſe interpretationẽ: Edite hoc, quod ĩ pane eſt, illud enĩ eſt Corpus meũ. Iſti ergo vt tranſubſtantiationẽ tollerent, ad opinionem monſtroſam confugere coacti ſunt.

De

Doctores Catholici.

Lutherani autem ponunt, verum Chriſti corpus ore corporis noſtri verè ſumi: ponunt igitur illud, ex quo doctrina tranſubſtãtiationis neceſſariò infertur Zuinglianorum iudicio. Quin etiam Beza (in ſua de Cœna Domini Tractatione, contra Weſtphalum, vt etiam paſsim alij Zuingliani & Caluiniſtæ alibi) cùm obieciſſet Lutheranis illas loquendi formulas, quòd alij dicant *in pane*, alij *cum pane*, alij *ſub pane* Corpus Domini eſſe, tandem ait: *Hoc quidem ſæpè diximus, quod nunc quoq; repetem, reipſa non poſſe retineri τὸ ῥητὸν in his Chriſti verbis: Hoc eſt Corpus meum, quin Tranſſubſtantiatio papiſtica ſtatuatur.* Hæc Beza. Sic igitur concludo: Lutherani dicunt, & rectè, illa Domini verba (*Hoc eſt Corpus meum*) propriè ac ſecundùm id, quod ſonant, accipienda eſſe. Hoc ſi fiat (inquiunt Zuingliani) trãſubſtantiatio ſtatuitur. Tranſubſtãtiatio igitur ab ipſis Lutheranis iudicio Zuinglianorum ſtatuitur, niſi tropum in Chriſti verbis intelligi velint. Hæc certè non parũ ædificant fidem Catholicam, quòd cùm illa credat, *& Dominum propriè locutum eſſe*, & *inde tranſubſtantiationem neceſſariò inferri*: omnes Lutherani concedunt, *Dominum propriè locutũ eſſe*, & omnes Zuingliani conſecutionem iſtam firmam eſſe docent, quòd ſi *Dominus propriè locutus ſit, tranſubſtantiatio ſtatuitur.* Benedictum ſit nomen Domini, qui ſic linguas Proteſtantium confudit, vt vtriq; aliquid ponerent, quod coniunctum antiquam & communem Eccleſiæ fidem ſtabiliret. Noſtra igitur de Tranſubſtantiatiatione fides, & cũ ſacrificio Euchariſtiæ neceſſariò cõnexa eſt, & proprietati verborum Chriſti vnicè conuenit, & Patrũ doctrina, Conciliorum generalium authoritate, populorum fide, ac denique Aduerſariorum confeſſione ſtabilitur.

k Ioannes Heſſels à Louanio in lib. de probatione corporalis præſentiæ Corporis & ſanguinis Dominici in Euchariſtia, paulò poſt principium. *Brentij ſententia Scripturis contraria eſt, docentibus, Chriſtum ſecundùm corpus non ſolùm ante Reſurrectionem, ſed & poſt reſurrectionem non fuiſſe vbique. Att enim ipſe: Non eram ibi. Et Ioannes de eo: Reliquit, inquit, Iudæam. Angelus quoq; Surrexit, non eſt hic. Et è cœlo venturus eſt ad iudicandos viuos & mortuos. Vbiq; eſſe, & immenſum eſſe, Diuinitatis eſt proprietas, ſicut omnipotentem eſſe, & æternum. Quemadmodum & perſonæ filij proprium eſt gigni à Patre, æqualem eſſe Patri & Spirituiſancto. Si igitur immenſitas Chriſto conueniat etiã ſecundùm carnem, vt Caro Chriſti vbique ſit: conſequens eſt, vt & æterna ſit, & omnia tempora præceſſerit, imò vt omnipotens ſit, & Deo Patri æqualis. Atq; ſic falſum erit illud: Pater maior me eſt. Rurſum & hoc: Filius ſubiectus eſt ei, qui ſibi ſubiecit omnia.* (Et poſt) *Qui aſſerit, Euchariſtiam fieri, priuſquàm Euangelicis verbis benedicantur panis & vinum: prorſus aduerſatur Scripturis. Nam hanc conſecrationem panis & vini primus protulit Chriſtus, ſicut Marcus oſtendit, dum non tantùm voce, Euchariſtizas (quæ cùm gratias egiſſet, ſignificat) vtitur: verũetiam voce, Eulogizas, quæ idem eſt, ac, cùm benedixiſſet, & ad panem refertur. Quemadmodum & cùm multiplicaret paucos illos*

n ij panes,

Literæ Reipubl. Venetiarum ad Concilium Tridentinum. *Cùm Pio 4. digna Dei prouidentia Sacroſan-*
1533 *ctæ Romanæ atq; vniuerſalis Eccleſiæ Pont. Max. (vt Chriſtiani gregis incolumitati ſalutiq; conſuleret) vni-*
uerſali placuerit in iſta vrbe Tridento haberi Concilium, quod ſanctum & venerabile omnibus ſemper habitū
eſt, ac propterea eò mandauerit conuenire tot ſingulari ſapientia ac Religione præditos viros, qui Chriſtianā di-
ſciplinam, diuino imprimis aura fauente, in ſuam reſtituant integritatem: ad nos etiam pertinere viſum eſt, pro
ſummo noſtro in Chriſtum Seruatorem ac Dominum pietate, ac iuuandæ Religionis deſiderio, pro eo, qua eundē
1534 *Pont. Max. Chriſti Vicarium in terris gerentem proſequimur, obſeruantia, qua omnino à Maioribus noſtris*
edocti, perpetuò retinere & volumus, & debemus: præter Eccleſiaſticas noſtræ ditionis viros, quos iſtuc ſe con-
ferre quàmprimùm curauimus, noſtros certos ac graues homines eòdem legare, qui noſtro nomine ſancto iſti
Concilio interſint ac faueant.

1535 Mandatum ſeptem Cantonum Heluetiorum. *Nos Sacroſanctæ Apoſtolicæ Sedis obedientes filios ac de-*
fenſores oſtendimus ab antiquo.

Adamantus Orator ſeptem Cantonum Heluetiorum. *Pius Pontifex Maximus Oecumenicum Conci-*
lium in hac Tridentina ciuitate aperuit. Itaque Lucernenſes, Vranienſes, Suitienſes, Syluanienſes ſupra,
1536 *& ſubtus Syluam, Tugienſes, Friburgenſes, & Soladorenſes, qui erga Sedem Apoſtolicam, & veſtrum hunc*
ſanctiſſimum Ordinem bene ſemper fuerunt affecti, noluerunt & ipſi in re tam neceſſaria, & in publica quaſi
totius orbis cauſa ſuos Oratores deſiderari. Cupiunt enim maximè, & vehementer exoptant, hoc vobis te-
ſtatum relinquere, ſe quidem, quòd ad fidem, Religionem & obedientiam attinet, itémque alacritatem &
1537 *ſtudium iuuandi Romanam Sedem, nulli populo, qui Chriſtianus cenſetur, cedere. Gratias enim Deo agunt,*
quòd eius munere ſibi datum eſt, quòd ijs viribus, quibus inuicti ferè ſemper extiterunt, in huius Sedis benefi-
cium ſemper vſi ſunt. Quorum fidem ſatis erit hoc tantùm argumento comprobaſſe, quòd cùm ſint ipſis fidei ho-
ſtibus coniunctiſſimi: nunquam tamen adduci potuerunt, vt in eorum peruerſa dogmata aliquando concederēt,
quin potius eis ſemper conſtantiſſimè reſtiterunt. Et hoc apertiſſimè declarârunt, quando initio cum ipſis fidei ho-
ſtibus Religionis cauſa bello, immaniſſimum ac nephandiſſimum Eccleſiæ hoſtem Zuinglium Hæreſiarcham pere-
1538 *merunt, extractumq; è cadaueribus combuſſerunt. Hæc autem teſtari placuit, vt quisque exploratiſſimum & per-*
ſuaſiſſimum habeant, Heluetios erga Romanam Sedem tales ſemper fore, quales omnibus pro ſæculis fuerint.

Sigiſmundus Poloniæ Rex ad Tridentinam Synodum miſit Valentinum Præmiſlienſem Epiſcopū,
qui loco ſuo, eidem Synodo aſsiſteret, cum literis inſcriptis, *Ad S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales Concilij*
1539 *Legatos.* Valentinus autem indictionem Concilij Deo primùm, deinde *Beatiſſimo ac Maximo Pontifici*
Pio 4. acceptam fert.

Philibertus Sabaudiæ Dux in literis ad Synodum Tridentinam. Et *Pontifici Summo, qui hoc tam ſa-*
1540 *lubre medicamentum adhiberi voluerit, & vobis omnibus maximæ ſunt agendæ gratiæ.*

Raynaldus Ferrerius Orator Chriſtianiſsimi Regis in oratione apud Concilium habita: *Vos Itali, vos*
1541 *Hiſpani Patres, appello: periculum ex alijs facite, vobis quid ex vſu ſiet, cuius magis intereſt, hanc veterem & ſe-*
riam diſciplinæ Eccleſiaſticæ emendationem fieri, quàm Romani Epiſcopi Pontificis Maximi, ſummi Chriſti
Vicarij, Petri ſucceſſoris, in Eccleſia Dei ſupremam poteſtatem habentis.

Martinus Royas Portaleubeus Magni Magiſtri ac totius Ordinis Hieroſolymitani Orator in gene-
rali Congregatione: *De Magiſtro & Societate noſtra id vobis, Ampliſsimi Patres, ſanctè promitto, quæ ab*
hoc ſanctiſſimo Conuentu decreta emanabunt, pro ijs omnibus nō fortunas modò & facultates, ſed etiam vitā &
ſanguinē, ſi opus fuerit, eſſe effuſuros. Cùm in Hoſpitalitate & Chriſtiana militia piè, ac fortiter exercenda Ordo
1542 *noſter perpetuò incumberet (omnipotente Deo, ſummorum Pontificum, Principum, aliorúmq; piorum hominum*
animos permouente) tandem effectum eſt, vt non exiguum facultatum atque fortunæ acceperint incrementum.
Et quæ ſequuntur.

Ioannes

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Heretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Carolus 5.
1550	Idem. Iulius 3.	

Heretici & Pſeudoprophetæ.

De ijs, qui ponunt Sacramentalem vnionem Chriſti cũ pane.

l Lutherani, quibus Vbiquitas non placet, interrogati qua authoritate Chriſtum pani vniunt: reſpondent, eam corporis Chriſti & panis vnionẽ eſſe, qualẽ Deus in Sacramento conſtituit: Se aliud nihil ſtatuere poſſe.

206. *De Carolſtadio.*

m Cùm nimis abſurdum Carolſtadio videretur, vt Euchariſtia ex pane triticeo ac ſimul vera Chriſti carne conſtaret: ad illud confugit, vt diceret, panẽ quidem manducandum à Chriſto proponi, verba autẽ illa (*Hoc eſt Corpus meũ*) nõ ad panem Euchariſtiæ, ſed ad corpus Domini, quod mẽſæ aſsidebat, pertinere.

207. De

Doctores Catholici.

panes, & piſciculos, benedixiſſe panibus ac piſcibus legitur, & Lucæ vltimo ſuis Diſcipulis, dum in cœlum aſcẽderet, & apud Marcũ, 8. poculo. Nos verò eius imitatione id quoque debere facere, conſtat tùm ex Chriſti inſtitutione, dicentis: Hoc facite in meam cõmemorationem: tùm ex Apoſtolo, qui ait: Calix benedictionis, cui benedicimus, nõnne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Adde, etiam veteres conſtantes hoc docuiſſe, nimirum conſecratione atq; myſticis precibus opus eſſe, vt habeamus Euchariſtiam. Irenæus id tradit lib. 4. c. 34.) Iuſtinus Martyr in Apol. 2. *Cibus* (inquit) *per preces ſermonis, quẽ ab eo accepimus, conſecratur.* Idem docet Hieron. ad Euagrium, Tom. 2. Ambroſius de ijs qui initiantur myſterijs c. 9. Auguſt. contra Fauſtum li. 20. c. 13.

l Eccleſia Spiritu ſancto edocta ſemper, quantumuis occultũ ſeu Trinitatis, ſeu Incarnationis Chriſti myſterium tunc aperuit & explicauit, quando ad id per hæreticos coacta fuit. Cùm aũt Chriſti corpus, quod vbiq; eſſe nõ poteſt, in Euchariſtia non ſit, niſi per Dei operationẽ: Catholici modum talis præſentiæ docent eſſe conuerſionem panis & vini in ſubſtãtiam corporis & ſanguinis Chriſti. Sed cùm Lutherani hunc modum & ſacrificio incruento, & Incarnationi ac morti Seruatoris noſtri ſignificandæ longè accommodatiſsimũ nolint recipere: coguntur, glorioſum Chriſti Corpus & ſubſtantiam panis ita in Euchariſtia vniri, affirmare, vt neq; ipſi aliquid tale vnquã legerint vel in Scripturis, vel in ſanctis Patribus, neq; prædicatum vnquam audierint, ac ne præcipuam quidem aliquam & ſpecialem eius rei rationem poſsint reddere: ſed tantùm dicant, nouam eſſe hanc & Sacramentalẽ vnionem. Noua igitur eſt doctrina, quæ hanc vnionem effingit, cùm Verbum Dei iam olim audierimus *incarnatum:* nunquã verò audierimus *impanatũ.* Nec enim Chriſtus in perſonã ſuã, quæ vnica tantùm eſt, vel tres diuerſas naturas vnquam aſſumpſit, vel iam immortalis in cœlo agẽs panis ſubſtantiam de nouo ſibi vnit. Abhorreant igitur Lutherani à tranſubſtantiatione, quantum volũt. Certè quilibet alius præſentiæ Chriſti modus multò erit abſurdior, vt iam res ipſa clamat: adeò vt Carolſtadius, Zuinglius & Oecolampadius, ipſius Lutheri ſodales & commilitiones, ſeu (vt ipſe appellat) Iudæ ac proditores ſui, maluerint præſentiã corporis Chriſti prorſus negare, quàm vel vbiquitatem, vel impanationem eius credere.

Pronomen (Hoc) ad viſibile Chriſti Corpus non referri.

m Cùm Chriſtus *poſt acceptũ panem*, & benedictionem interpoſitam, *fregerit, ac dederit Diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate,* hoc eſt Corpus meũ: ex ipſius orationis ordine & collocatione clarum eſt, cũ illud appellaſſe Corpus ſuum, *quod dedit, quodq; Diſcipulis manducare iuſsit*: adeo vt

 in tradi-

Ioannes Moronus Cardinalis Concilij Tridentini Legatus & primus Præſidens, in generali cógre-
gatione tùm alia multa, tùm hæc habuit verba. *Verè dicam, Patres, quantum licuit, quantum potui, hoc onus
recuſaui, eius grauitatem & virium mearum imbecillitatem reformidans. Sed quid? Hunc timorẽ vicit obe-*
1543 *dientiæ neceſſitas. Parendum fuit Vicario Chriſti, qui Petro & eius Succeſſoribus oues ſuas paſcẽdas regendaſq́;
commendauit. Huc igitur iuſſus veni. Ac, vt cætera deſint, duo certè præcipuè mecum affero: alterum, optimam
voluntatem ſummi Pontificis certam & exploratam: alterum, huic non diſſimile, propenſam voluntatem meam
ad ea peragenda (Deo adiuuante) quæ Sanctitas ſua verbo præcepit.*

Paulus Guidellus Tridentinus ad Patres Concilij: *Chriſtus vt diſperſos Iſraël, nempe myſticum Eccleſiæ
corpus, congregaret in vnum, ſe Cruci mortiq́; obtulit: quò nobis veram lucem apertámque veritatem ob o-
culos poneret: ac non vt, Apoſtolis & primis Eccleſiæ Proceribus ſublatis, iterum et in antro Trophonij, in De-
mocriti puteo, in ſpecubus Cymmerijs eſſet deliteſcendum, donec poſt mille quingentos & amplius annos vnus
cum nefandiſſima ſua ſchola, vnus, inquã, impuriſſimus Lutherus inſurgeret. Nónne hoc perinde eſſet, ac ſi mer-
cator cum pro pretioſa Margarita comparanda nullis laboribus pepercíſſet, maximaſq́; opes & fortunas erogaſſet,
in profundum abyſſi illam abijceret, atque demergeret? Deberent ſaltem iſti Satanæ Satellites contemplari, qui
ipſius S. Eccleſiæ fuerit curſus & ſtatus à Chriſto paſſo ad hæc vſque tempora. Primò Apoſtoli & eorum Diſci-
puli in proprio ſanguine per annos 330. Religionis iecerunt fundamentum. Deinde apertius Ieſu Chriſti imperiũ
cœpit orbi innoteſcere, cœperunt Templa aperiri. Tum autem Conſtantio Ariano, & Iuliano Apoſtata ſublatis,
reddita eſt pax Eccleſiæ per Iouinianum, ab hocq́; Iouiniano ad vſq; Caroli cognomento Magni tempora, omnes
pij Cæſares religioſiq́; Principes ſe S. Romanæ Eccleſiæ ſubditos eſſe, iuxta Nicenæ Synodi Sanctione, profeſſi ſunt:*
1544 *adeò vt Græci Cæſares ferè omnes Romanæ Eccleſiæ Protectores fuerint, vſq; ad Caroli Magni tempora. Tunc
ſiquidem vexata Eccleſia, nullaſq́; ſuppetias afferente Græco Cæſare, Stephanus Pontifex Pipinum Francorum
Regem accerſiuit, Leo & Adrianus Carolum ipſum contra Aſtulphum & Deſiderium Longobardorum Tyran-
nos. Ob quã cauſam Adrianus coacto Romæ Concilio 150. Patrum, Imperium à Michaele Cæſare Græco in
Carolum tranſtulit. Cúmq; iterum perturbata Eccleſia nullam opem ferret Ludouicus Caroli ſucceſſor, Leo 7.
Othonem 1. Saxonum Ducem in Eccleſiæ ſubſidium euocauit, eúmque compreſſa hoſtium ſeritate, Imperij Dia-
demate decorauit. Cui ſecundus & tertius Otto continua ſerie ſucceſſerunt. Túmque per Gregorium quintum
natione Germanum inuecta fuit Cæſarum electio per ſeptem Germaniæ Principes, quæ in hanc vſque diem per-
durat, & tam diu perdurabit, quoad Chriſti fidelibus expedire iudicauerit Sacroſancta ipſa Romana Eccleſia,*
1545 *quæ ſupremum gradum & primas in Imperio iure merito ſibi vendicat. Nam quemadmodum corpora ipſa
per animam conſequuntur virtutem, vim & functiones: ita & temporaria Principum Imperia vim, virtutẽ
& Maieſtatem conſequuntur per ipſum ſpiritale Chriſti, Eccleſiæq́; Petri, eiúſq́; Pontificum imperiũ: contra quod
nunquam præualuerunt portæ inferi, quæ nihil aliud (meo quidem iudicio) ſunt, quàm ipſæ Aulæ & Curiæ Tyrã-
norum, à quibus omnium errorum, qui militantẽm Eccleſiã inuadunt, cauſa ſemper exoriuntur, cùm ad huiuſ-
modi Tyrannos hæretici & impij confugere conſueuerint.*

Maximianus Beniamus Cremenſis in Oratione apud Concilium habita. *Cæci ſunt omnes, qui ob Ec-*
1546 *cleſia Romana deficientes, non ſolùm ſuis legibus viuunt, ſed aduerſus eam armatas acies inſtruxerunt. Paſtori-
bus grex non obtemperat, Pontificibus Principes non parent, nec Sacerdotes populus veneratur. Tu, Pie Pontifex*
1547 *Maxime, à Deo tãquam Aaron vocatus, ſuper Gentes & Regna poſitus, quod cœpiſti, iam perfice. Tu verè, Chri-
ſte Seruator noſter, in nobis effice, vt vna tandem ſit Petri domus à te electa & dilecta, tantóq́; ſtudio complexa.*

Ioannes Franciſcus Lombardus. *Summus Hierarcha & Pontifex futurorum bonorũ Chriſtus non ſine ſin-*
1548 *gulari prouidentia in paſcendis ouibus Eccleſiæ ſuæ de tanto Paſtore prouidit. Pium Pontificem Maximum in-
telligo, qui noctu diúq́; incumbens in ſolicitudinem omnium Eccleſiarum, vt bonus Paſtoris, ac Epiſcopi animarum
noſtrarum officio ritè fungatur, diligentiſſimè curas arta diſtenta temperare. Factis, vt Satanas, tanti exercitus*
1549 *vniti fide non ficta, & charitate de corde puro, retundatur, & Diaconi rurſus, ſummum Apoſtolorum Cory-
phæum, & milites Chriſtianæ Reipub. euigilare, intelligat.*

Roma-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*	
		Idem Carolus 5.		
1550.	Idem Iulius 3.			

in traditione Calicis diceret (Math. 26.) *Bibite ex hoc oēs: hic eſt enim Sanguis meus.* Fruſtra verò poſt bibēdi præceptū, adiecíſſet illud (*enim*) niſi ſanguis, quē demōſtrabat, nō tunc tātùm in venis ſui corporis credēdus, ſed præterea in Calice potādus exhiberetur. Itaq; oīm (quod ſciā) hoīm cōſenſu hæc opinio Carolſtadij repudiata eſt, velut nō modò falſa, verùm etiā ſtulta, quæ vnà cū authore ſuo iamdudū exploſa eſt.

207. *De Ioanne à Laſco.*

n Ioānes à Laſco pronomen (Hoc) non quidē præcipuè ad panem (vt cæteri Zuingliani) ſed ad totius Cœnæ actionem retulit, velut dictum fuiſſet, panem accipere, benedicere, frangere, diſtribuere, & manducare, *Hoc* totum eſt corpus meum. Quam hæreſim Weſtphalus ait, Caluinum quoque defendere, ſed Beza id pernegat. Qui autem defendunt eam, volunt pronomen (*Hoc*) in his verbis, *Hoc eſt Corpus meū*, idem ſignificare, quod in his, *Hoc facite*. Et rectè: ſed vtrobique corpus Chriſti præcipuè & factum oſtenditur, & fieri iubetur.

Pronomen (Hoc) ad totius Cœnæ actionem præcipuè non referri, ſed ad Corpus Chriſti, velut ad rem iam nunc confectam & permanentem in menſa Domini, vt manducetur.

n Chriſtus dicendo (*Hoc eſt*) certam aliquam permanentem demonſtrauit ſubſtantiam, ac non prætereuntes quaſdā actiones. & præſertim plures: cuiuſmodi ſunt accipere, benedicere, frangere, dare, comedere. Alioqui dicendum erat, *Hæc omnia ſunt Corpus meum*, id eſt, (ſecundùm Tropiſtas) figurant & adumbrant Corpus meum. Nunc autem vt enallage numeri hoc in loco ſtatuatur, nulla ratio permittit. Nam præterquàm quòd dicendo (hoc) vnum quiddā ſingulare demonſtrauit: etiam dicendo (eſt) illud quod non tranſijſſet, verùm adhuc exiſteret ac perſeueraret, demonſtrauit. Acceptio antē & benedictio iam tranſierat. Deinde cùm Chriſtus ſubiunxit, τοῦτο ποιεῖτε, *hoc facite:* non ſolùm præcepit, vt id ageremus, quod ille panem accipiendo, benedicēdo, frangendo, & diſtribuendo egit, verùm etiam vt opus quoddā relinqueremus in menſa Domini poſt noſtras actiones finitas. Quod opus ipſe appellat *Corpus ſuū*: Cuius operis perfectio & abſumptio eſt eiuſdem Corporis manducatio. Præclarè enim Baſilius (in Hexameron, Homil. 1.) diſtinguit inter contemplationem, actionē & vim factiuam. Contemplatio foris nihil agit, actio vnà cum corporis motione tranſit: vis autem factiua opus quoddam ſpectandum poſt ſe relinquit, vt domū aut nauem. Cùm igitur Chriſtus iuſſerit nos non hoc contemplari, aut *agere*, ſed *hoc facere*, quidq; ipſe feciſſet, planū fecerit, dicens, *Hoc eſt Corpus meum*: vtiq; pronomen (Hoc) quod cum permanentis ſubſtantiæ verbo ac nomine coniungitur, non tā plures illas actiones tranſeuntes, quàm vnū certū opus factū & permanens demōſtrat. Vnde Iuſtinus Martyr, *Chriſtū*, ait (in Apolog. 2) *accepto pane, cùm gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in memoriā mei, hoc eſt, corpus meū*. quaſi dicat, facite corpus meū in memoriā mei. Inde apud Patres paſsim legimus, *fieri & arte Sacerdotis cōfici* Corpus Chriſti. Proprium enim Cœnæ Domini opus non aliud eſt, quàm Corpus Domini de panis ſubſtantia confectum, & ſub panis figura exhibitum, ad conteſtandā Sacerdotij ſecundùm Ordinem Melchiſedech admirabilem impletionem.

208. *De Tropiſtis, qui pronomen (Hoc) ad ſolam panis ſubſtātiam referunt.*

• Exploſa tàm Lutheranorum, quàm Carolſtadij & Ioānis à Laſco falſa opinione: ad id ventum eſt, vt ſaltem alius aliquis tropus præ-

Pronomen (Hoc) in Chriſti verbis non ſubſtantiuè accipi pro hoc pane, ſed referri ad Chriſti Corpus, quod ſub figura panis (vna cū reliqua oratione Chriſti) & factū, et factū demōſtrat.

• Certum eſt, pronomen (Hoc) ſi adiectiuè vſurpetur, nec poſſe cum pane tanquam cum ſubſtātiuo nomine, à quo pendeat, cohærere (cùm panis maſculini, pronomen autem (*Hoc*) neutrius generis ſit): nec etiá ſubſtantiui nominis loco poſitū eſſe, verùm à ſolo

Patriarchæ Antiocheni fides de Primatu Eccleſiæ Romanæ Anno Domini. 1552.

Fideiprofeſsio nomine Patriarchæ Antiocheni, Romæ facta Ann. D. 1552. quam ex autographo Syri-
co traduxit Andræas Maſius Bruxellanus. *Ego Moſes* (Mardenus) *credo in Patrem, & Filium, & Spiritum*
ſanctum. (Et poſt profeſsionem fidei in Chriſtum Deum & hominem perfectum, itemq́; quatuor Con-
1494 ciliorum approbationem) *Recipio* (inquit) *Paſtores vero, qui inſtituerunt S. Eccleſiam Romanam ac Patres*
omnes, qui in ea habentur ab initio Chriſtianæ Religionis vſque ad hunc diem. Obteſtor, Patrem Patrum, & Pa-
ſtorem Paſtorum, benedictionem vniuerſæ Reipub. Chriſtianæ, portantem Claues regni, fontem, ex quo profluit
ſuauitas, Pontificem Iulium tertium, qui accepit ſignaculum nominis Trinitatis, vt dignetur acceptare hanc meã
profeſsionem meo nomine, atque etiam nomine Patriarchæ noſtri. Inſuper vos, Patres electos, qui eſtis ſepes Ec-
cleſiæ ſanctæ, vos, inquam, Cardinales ſanctiſsimos obſecro, vt accepretis hanc profeſsionem fidei ab humilitate
meo pro me, & pro Patriarcho noſtro, qui iuſsit me confiteri coram vobis fidem hanc veſtram, dicens ſe acceptare
profeſsionem per me factam. Ego verò ex quo huc adueni, non ſum illico eam profeſſus, quia ille iuſsit, ne præ-
properus eſſem in profitendo, donec ipſam profeſsionem probè aſſecutus eſſem. Nunc verò animaduerti, pro-
1495 *feſsionem veſtram eſſe veluti lucernam, quæ ſuper Candelabrum poſita eſt, ad quam nullæ pertingunt tene-*
bræ, etſi vel totus mundus tenebras offuderit, illa nihilominus luxerit, ceu Sol, ſuper omnes. Plus quàm illa
verò, aut minus, non accepto. Charitas autem Ieſu Dei noſtri ſit vobiſcum in ſæcula.

Neſtorianorum fides de Primatu Eccleſiæ Romanæ, Anno Dom. 1553.

Epiſtola Neſtorianorum (qui nunc tamen abiurarũt hæreſim Neſtorianam ductu Romani Põtificis)
ad Pontificem Romanum, eodem Maſio interprete. Hoc ſcito, *Pater noſter excelſe, quòd ſacerdotiũ noſtrũ*
1496 *à priſcis temporibus ex Roma ſit, quæ eſt Sedes Petri Principis Apoſtolorum: verùm ex quo confuſus eſt ordo*
Chriſtianorum à filijs Hagar Ægyptiæ, interrupta eſt via noſtra ad vos inde à ſpacio trecentorum annorum vſq;
ad hunc diem. (Et in alia Epiſtola ad eundem Pontificem Romanum) *Pater Patrum, & Apoſtolorũ maxi-*
me, Petrus temporis noſtri, & Paulus dierum noſtrorum, qui es loco Chriſti Domini & Dei noſtri, ſedensq́ ſuper
Sedem Petri Apoſtoli. (Et pòſt.) *Gregẽ ſuũ tradidit tibi Chriſtus, ne perturbaretur per lupos. Tu es Pater vni-*
1497 *uerſi populi Chriſtiani, ſicut Petrus Caput omnium Diſcipulorum, cui obuenerat ſors docenda Roma magna &*
celebris. Nos ſerui tui, Neſtoriani Orientales, ſumus pupilli abſque patre electo, qui poſsit dare Ordines ſacerdota-
les. Neq; ſuperſunt apud nos Metropolitæ, quorum eſt ordinare Catholicum: ſed ſoli pauci Epiſcopi, Arbele, Sal-
maſti, Adurbeigan. Approbauimus monachum Siud quacum miſimus tres viros Primates, Thomam, Adomum,
1498 *& Caleph, ante pedes tuos. Nũc igitur petimus à Celſitate tua, abſolutio negotium ipſorum, & ordinate illum in*
Catholicum, daréque ipſi poteſtatem per verbum tuum, vt poſsit conferre gradus Eccleſiaſticos, prout opus ha-
buerit grex, pro more Patriarcharum, & vt ligare poſsit, & ſoluere pro conſuetudine Patrum, & Canonum Apo-
ſtolicorum.

Profeſsio fidei, quam Siud Patriarcha fecit Romæ, Anno D. 1553. eodem interprete. *Profitemur Trini-*
1499 *tatem glorioſam.* (Et pòſt.) *Concilium Nicenum ſcripſit de Eccleſia ſancta Romana, quæ eſt Sedes Petri, quòd*
ſit Caput omnium Eccleſiarum, quod donum dedit ipſi Chriſtus per illa verba, quæ dixit ad Petrum plantatorẽ
illius, nimirum: Tu es Petra, & ſuper iſtam Petram ædificabo ipſam Eccleſiam meam. Habetur apud nos illa fi-
des. Et fecerunt ipſam trecenti & octodecim Patres orthodoxi (Et iterum.) *Recipimus omnia illa Concilia, quæ*
1500 *recepit Eccleſia Romana. Et* Excommunicamus, *quos excommunicat Eccleſia Romana, & illa quatuor Concilia.*
(Et denique.) *Habetur in libris noſtris, quòd Sacerdotium noſtrum ex iſta Eccleſia Romana ſit.*

Ioannes

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.	*Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

interpretans: *Nunc* (ait) *videmus, Sacerdotes & Leuitas ex Gentibus accipi. Non enim ex genere carnis & ſanguinis (ſicut erat primum ſecundùm ordinem Aarō) ſed (ſicut oportebat in Teſtamento nouo, vbi ſecundùm ordinem Melchiſedech ſummus Sacerdos eſt Chriſtus) pro cuiuſq; merito, quod in eo gratia diuina cōtulerit, Sacerdotes & Leuitas elegit, ſicut nunc videmus.* Poſtremò, nullum Sacrificiū typicum in terris vnquam, vel ante legē, vel ſub lege oblatum eſt, quod propiùs acceſsit ad referendam Chriſti Crucem & mortem, quā celebratio Euchariſtiæ, quæ vocatur à Chriſto *corpus ſuum datum pro nobis.* Poteſtas verò ſacrū publicum faciendi, nihil eſt aliud, quàm publica Sacerdotalis poteſtas: igitur Apoſtoli verè facti ſunt Sacerdotes publici, quando eis per iſta verba (*hoc facite, Luc.22.*) collata eſt poteſtas Corpus & Sanguinem Domini conſecrandi. Eſt ergo publicum quoddam Sacerdotiū in Eccleſia, quod & à Prophetis prædictum, & in Euangelio inſtitutū, & ab Apoſtolis adminiſtratum, & in Eccleſia per impoſitionē manuū Presbyterij (1.Tim.4.) vſq; ad hanc diē retētum eſt.

d Nihil miror, ſi Lutherus, Sacrificio ipſo abdicato, Canonem etiam Miſſæ maledicentiſsimè lacerauit & deriſit.

e Lu-

De Canone Miſſæ.

1549 Idem Paulus 3. — Idem Carolus 5.

d Canon Miſſæ nihil aliud eſt, quàm regula & Ordo ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus ritè præſcriptus, quem in celebranda Euchariſtia obſeruare debemus. Quod nomen vſu iam & cōſuetudine loquēdi propriè aſsignatur, nō miſſæ Catechumenorū, de qua iam nō agimus, ſed ei parti Miſſæ, quæ in myſteriorum benedictione & conſecratione verſatur. Qui totus Canō ab Innocent.3. & alijs præterea multis doctiſsimè iam olim explicatus eſt. Licet autem verba quædam & nonnulla ſacræ orationis velut membra ſint ab alijs atq; alijs Pontificibus pro temporis occaſione adiecta: ordo tamen & ſumma rerum ab Apoſtolis inſtituta & tradita fuit. Nunquā alioqui eadem precādi ratio à Græcis, Latinis, Æthiopibus & Armenijs tam accuratè obſeruari potuiſſet. Quanquā enim alij pluribus, alij paucioribus verbis vtantur: tamen res eædem vbiq; reperiuntur, hoc eſt, panis, vinum, aqua, Altare & Sacerdos, inuocatio S. Trinitatis, crebra ſigni Crucis repetitio, memoria & eorum, qui adhuc in terris militant, & Sanctorū cum Chriſto regnantium, & fidelium in Chriſto quieſcentiū: quodq; Caput oīm eſt, verborū Chriſti ſuper elemēta propoſita, ſacerdotalis, immolatitia, & efficax pronūtiatio, Orationis Dominicæ adiectio, pacis oſculū, & benedictio populi. Quod aūt præcipuè Lutherus in hoc ſacro Canone reprehendit, apud Ambroſ. pro ſanctiſsima prece habetur, in lib.4. de Sacram. c.6. Quinimo D. Aug. in Epiſt.118. *Quia multum* (inquit) *erat, vt Apoſtolus* (qui 1.Cor.11. cætera, cùm veniret, ſe ordinaturū dixerat) *in Epiſtola totū illū agendi ordinem inſinuaret, quem vniuerſa per orbem ſeruat Eccleſia: datur intelligi, ab ipſo ordinatū eſſe, quod nulla morū diuerſitate variatur.* Dum autem D. Cyprianus (lib.1. Epiſt.9.) dicit, *eos, qui Clericos ad tutelā vel curam nominabant, Anteceſſorum ſuorum iudicio non meruiſſe, vt apud Altare Dei nominarentur in prece:* profectò illam precem intellexit, quā hodie Canonem Miſſæ vocamus. In illa enim prece ſuus quidā aſsignatur locus, tā viuētibus, quàm fidelibus defunctis nominādis. Deniq; de illa prece ſuper oblatione dicta D. Gregorius agit lib.7. Indict.2. Epiſt. 63. Lutherani ergo, dum Miſſæ Canonem accuſant, nihil aliud efficiunt, quàm vt prodant, ſe non eſſe eiuſdem in Chriſto ſocietatis & communionis, cuius fuerunt omnes omnium ætatum Græci, Latiniq; Patres.

Ioannes Antonius Delphinus in lib.2. de Eccleſia, dum docet, Romanam Eccleſiam eſſe veram,
Sanctam & Catholicam Eccleſiam: *Ab initio*(inquit)*conſtitutis Diœceſibus, cùm Petrus iubente Deo ſuã*
Cathedram poſuiſſet Romæ, quicunque vbiuis gentium conſtituebantur Epiſcopi, tam in Aſia, quàm in Africa
1501 *& in Europa, nonnullis adhuc viuentibus Apoſtolis, Cathedram Eccleſiæ Romanæ peculiari honore proſeque-*
bantur vt primam: ad quam in rebus fidei controuerſis, alijsq́ ordinis vniuerſæ Eccleſiæ negotijs recurrebatur, ad
quam & gratis omnibus Epiſcopis licuit ſemper appellare. (Et pòſt.) *Conciliũ ſupra Papam eſt, quantum ad ſa-*
pientiam, prudentiam & doctrinam ſpectat. Veruntamen Papa quando ſupremus in tota Eccleſia eſt, ſolusq́ im-
1502 *mediatè habet à Chriſto iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vt probauimus antea, etiam ſupra Concilium eſt authori-*
tate, poteſtate & iuriſdictione. Quare debet Papa referre ad Concilium generale quæſtiones altiſſimas & ambi-
guas paſſim orientes in Eccleſia. Propterea verò ſtatuta nulla per Concilium generale ordinata, quamuis commo-
da ſint, ac vtilia propemodumq́ neceſſaria (de ijs, quæ ſunt ex verbo Dei, non loquor: ea quidem cùm à Deo ſint,
obligant omnes homines abſque vlla humana determinatione, & confirmatione, quamuis ea declarari oporteat
1503 *aliquando ab Eccleſia, vt ſuprà diximus): neminẽ tamen fidelium aſtringunt, & obligant, niſi prius accedat Pa-*
pæ authoritas, qui iure ſuo illa diligenter à Patribus examinata, diſcuſſa, iudicata, definita, approbata confirmet,
planeq́ rata efficiat.

Ioãnes Slotanus in lib. diſputationũ aduerſus hæreticos in c. de Primatu Petri & Romanæ Eccleſiæ:
Eccleſia Catholica regnum eſt ordinatiſſimũ, non Babylonica confuſio, cui Chriſtus in regionẽ longinquã abiens,
Petrum ſua vice præfecit, illiq́ tradidit Claues eiuſdem, hoc eſt illud ipſum regendi authoritatem, vt eo commo-
dius conſeruaretur in hoc Regno neceſſaria illa communicatio membrorum omnium & vnitas ad totius ſalutẽ.
Cumq́; hanc Petri prærogatiuam quindecim ferè modis Slotanus probaſſet, tandem oſtendit, Papam
1504 Romanum Petro ſuccedere in Primatu. Licet enim Paulus etiam Romæ prædicauerit Euangelium, nõ
tamen *tam Pauli, quàm Petri Cathedra Sedes Romana dicitur.*

Tilmannus Segebergenſis in Libro de ſeptem Sacramentis Capite tertio. *Vt Romana Sedes omni*
1505 *bus alijs & prior, & excellentior eſt, & omnium (vt ita dicam) Domina ac Magiſtra: ita rationi con-*
ſentaneum eſt, vt Clerici ac Miniſtri Sedis illius, quadam ſingulari dignitate cæteris præfulgeant, vt Car-
dinales Romanæ Eccleſiæ omnibus alijs Prælatis præferantur honoris dignitate. Quis enim ignorat, Ro-
manam Eccleſiam duorum Apoſtolorum ſanguine conſecratam, eſſe principalem, vnde vnitas Sacerdota-
1506 *lis exorta eſt, cuius fides Apoſtolo prædicante laudata eſt, ad quam perfidia non poteſt habere acceſſum?*
(Et c.5.) *Male habet hæreticos, Papam in Canone Regi prælatum. At fruſtra eam ob rem moleſcunt inui-*
di. Nulla enim in hoc Regi fit iniuria, cùm Summus Pontifex Chriſti ſit in terris Vicarius, Petriq́ ſucceſſor, non
Rex. Chriſtus enim inſtituit piſcatorem, cui oues ſuas paſcendas commiſit, non Regem. In cœna quoq́ pro Petro
rogauit, ne deficeret fides eius. Et pro liberatione Petri Eccleſia ſine intermiſſione orabat ad Dominum, dum in
1507 *carcere ſub Herode detineretur. Hinc Eccleſia orandi formam didicit, & primò orat pro Papa, deinde pro Rege.*
Non enim tam Sacerdotium ſubeſt Imperio, quàm Imperium Sacerdotio.

Legati à Pontifice Romano ad Æthiopas & Indos miſſi cum authoritate ſumma.

Iacobus Nauarchus Ondiſcotanus in Epiſtola Aſiatica: *Anno 1554. poſtquã iã multi Luſitani Æthio-*
piam non ſolùm frequentarent, ſed etiam Regis conceſſione ibi vxores ducerent, & more Romanæ Eccleſiæ vi-
uerent, & vxores ſuas Catholicos ritus docerent: cœpit Luſitanorum Rex de Patriarcha eò mittendo cogitare.
Viſus eſt ipſi idoneus pater Ioannes Nunezius, Societatis Ieſu vir, qui in Africa inter Saracenos & Chriſtianos
1508 *ſummo cum fructu & pietate verſabatur. Ad ſummum igitur Pontificem eum miſit. Pontifex Patriarchatus*
onere ei impoſito, in Indiam eum Epiſcopo Andrea Ouiedo, alio de eadem Societate Ieſu viro integerrimo, amã-
dauit. Vbi An. 1556. appulêre. Andream verò ex India, Patriarcha, & Indiæ Primores in Æthiopiam anno 1557.
præmittendum eſſe concludunt. Iuit, humaniſſimeq́ exceptus eſt.

Verùm

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	✠ *Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1549	Idem Paulus 3.	Idem Carolus 5.

✠ *Hæretici & Pſeudo-prophetæ.*

e Lutherus in formula Miſſæ. Nondum (inquit) conſtitui mecum, miſcendáne ſit aqua vino. Magis tamen inclinat, vt non miſceatur.

f Poſtquã Lutherus Euchariſtiæ Sacrificium abrogaſſet: reſtabat etiam, vt Altaria, hoc eſt, diuini Sacrificij ſedem, deſtrueret. Hinc Lutherus in formula Miſſæ pro Eccleſia Wittenbergenſi, Altaria vni Deo viuo & vero ſub Chriſti nomine, aut Sãctorũ titulis & memorijs cõſecrata, vocat inſignia Baal & omnium Deorum.

De aqua vino miſcenda.

e Iam inde ab Apoſtolorum temporibus aquam in ſacrificio Domini vino mixtam fuiſſe, præter Alexãdrum Pontificem quintum à Petro, etiam Iuſtinus Martyr in Apologia 2. teſtatur. Cuius rei Myſteriũ Cyprianus docet lib. 2. in Epiſt. ad Cæcilium. Quã rationem Lutherus in ſuæ Miſſæ formula irridet. Sic enim decuit nouum Euangeliſtam veteres Apoſtolicas inſtitutiones contemnere. Illud verò quàm ridiculum eſt quòd poſt mille quingentos annos à deliberatione viliſsimi & nequiſsimi Apoſtatæ pendet; miſcendáne ſit aqua vino, an non? O bene conſtitutam Proteſtantium Eccleſiam!

De Altaribus.

f Ioannes (Apocal. 6.) dicit, *ſe vidiſſe animas occiſorum ſub Ara.* Auguſtin. hoc de viſibili Ara Dei, quæ in Eccleſijs paſsim erigitur, accipiens: *Rectè* (inquit in Serm. 11. de Sanctis) *ſub Altario martyrum animæ requieſcunt, quia ſuper Altare corpus Domini offertur, vbi etiam pro peccatoribus Chriſti ſanguis effunditur.* Optatus etiam Altare noui Teſtamenti definiens (lib. 6. contra Parmenianum) *Quid eſt* (inquit) *Altare, niſi Sedes corporis & ſanguinis Chriſti?* Nec aliud ferè apud Apoſtolum (1. Cor. 10.) *menſa Chriſti*, quàm Altare Chriſti ſignificat. Nam cùm dixiſſet, *eos, qui edunt hoſtias, cõmunicare cum Altario:* poſtea concludit, eos, qui comedunt idolothyta, *non poſſe menſæ Chriſti participes eſſe.* Conſtat certè, illos poſſe manducare panem Chriſti, & bibere vinum eius, vt Iudas fecit. Verùm non poſſunt communicare cum ſacrificio Chriſti, & ita *participes fieri menſæ*, id eſt, Altaris Chriſti. Menſa enim tùm pro Altari ſæpiſsimè ponitur (Malach. 1. Prouerb. 9. Iſaiæ 65.) tùm pro Altari neceſſariò accipitur, quoties cibum continet Deo in ipſa conſecratum. Cibus autem menſæ Dominicæ cùm ſit *Corpus & ſanguis Chriſti*, nec ibi hæc Sacra ſponte naſcantur, ſed per benedictionem Miniſtrorum Chriſti fiant, (*Hoc enim* ait, *facite in meam commemorationem*) nec fiant in alterius, quàm in honorem Dei, cui mox ab initio *gratiæ aguntur*: certè menſa talis, in qua talis cultus offertur Deo, non poteſt aliud eſſe, quàm Altare Dei. *Altare hoc ſanctum, cui aſsiſtimus* (inquit Gregorius Nyſſenus in lib. de ſancto Baptiſmate) *lapis eſt natura communis, nihil differens ab alijs cruſtis lapideis, ex quibus parietes noſtri extruuntur, & pauimẽta exornantur. Sed Dei cultui conſecratum atq; dedicatum eſt, ac benedictionem accepit, menſa ſancta, Altare immaculatũ eſt, quod non amplius ab omnibus, ſed à ſolis Sacerdotibus, iiſq; venerantibus contrectatur.*

g Cùm Proteſtantes viderent, ſacrorum Altariũ mentionem paſsim apud antiquiſsimos Patres fieri: dixerunt, vnicũ ſaltem Altare in quolibet Templo fuiſſe, & vnicum ſacrum in eo Templo eodem die celebrari ſolitum eſſe.

De pluribus Miſsis celebratis, & multis Altaribus in eadem Baſilica conſtitutis.

g Quàmdiu pauci erant Chriſtiani, vnũ illis Templum in eodem oppido, vnũ Altare in eodem Templo, vnumq; Sacrificium in eodem Altari oblatum ſufficiebat. Sed poſtquàm per Dei gratiã in immenſum multiplicati ſunt, non modò plura Templa in eadem ciuitate, ſed & plura conſtituta ſunt Altaria in eodem Templo, & plura in eodem Altari eodem etiã die oblata ſunt Sacrificia. Adeò vt apud S. Gregoriũ (lib. 5. indict. 14.) Palladius Sanctonis in Gallia

Verùm cùm defuncto pio Rege, qui hos auidè expectarot, Claudium quendam regnantem inueniſſet, à Catholica Religione adeò alienum, vt diceret, ſe nec Romano Pontifici pariturum, nec Cõcilio Epheſino quicquam tributurum: ab eo, Anno 1559, ſine fructu diſceſſerũt. Ille verò in Turcas cùm mouiſſet, qui regionem ſuã vaſtabãt,
1509 à ſuis deſertus occubuit. Victoria hæc adeo inſperata fuit Turcis, vt eorum Dux ſoli Deo eam acceptam referret, & cœlo inſidens victoriam celebrare voluerit. Hic fuit finis illius, qui Romanæ Eccleſiæ ſubeſſe noluit.

Idem Iacobus ibidem. Soli Eccleſiæ Catholicæ, & potiſſimùm omnium Eccleſiarum Capiti Romanæ, Deus
1510 reſeruauit, vt oues diſperſas quærat, & ad Christum adducat, & hanc rei veritatem eſſe, omnis hiſtoria tam prophana, quàm Eccleſiaſtica clamat, & modò in America & India fieri videmus. Proprium autem hæretico eſt, quæ hæc acquiſiuit, perdere: quæ congregauit, diſſipare.

Franciſci Turriani fides de Romana Eccleſiæ Primatu.

Franciſcus Turrianus ait, ſe tres libros ſcripſiſſe de primi Capitis ac Iudicis authoritate & Principatu, quos ego hactenus non vidi. In libro autem 3. de dogmaticis characteribus Verbi Dei, ſic habet. Chriſtus pro Petro orauit, propter Eccleſiam, quæ ſe ad illum debet tanquam ad Caput conuertere, vt vxor ad virum ſuum. Itaque vt illud, quod Dominus à principio dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam, non de Adam & Eua tantùm dixit, ſed idem in futuro de cæteris omnibus legitimis coniugibus dictum eſſe voluit: ſic quod de Petri fide non defectura, & de Eccleſia ſorore & ſponſa caſta firmanda dixit, idem in futuro de vnoquoq; ſucceſſore Petri, & de Eccleſia fratrum Catholica ſuſtẽ-
1511 tando, & perpetuò ſtabilienda intelligi voluit, ſecundùm promiſſionem ſuam de ædificanda Eccleſia ſuper Petrũ, quem propter firmitatem fidei nunquam defectura Petrum appellauit, vt magni Doctores Gregorius cognomento Theologus, Baſilius, Cyrillus & alij, quos prætereo, interpretati ſunt. (Et pòſt.) Cur Petro ſucceſſerit, & vſque ad conſummationem ſeculi perpetuò ſuccedat Epiſcopus Apoſtolicus, reliquis verò Apoſtolis non ita (neq; enim Alexandriæ Epiſcopus Apoſtolicus Beato Marco ſemper ſucceſſit, aut Hieroſ. beato Iacobo, aut Ioanni, Epheſi)
1512 in cauſa eſt, quia Diuina prouidentia ac ſapientiſſimo conſilio vnum eſſe voluit Chriſtus totius Eccleſiæ Caput, quod ita ſanum eſſet, vt reliqua corporis ex eo connexi membra, ſanitate firmare poſſet, ſi ſanis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſermonibus, vt Apoſtolus ait, acquieſcere vellent. Quod quidem effecit, orando pro eo, & pro fide Eccleſiæ Catholicæ, cui præerat. Quam quidem Prærogatiuam vnius Capitis ſupra reliqua omnia, quia non conueniebat cum alijs commune eſſe: non ſic pro aliorum fide, neq; pro fide Eccleſiarum, quæ eis commiſſa ſunt, rogauit, ita vt eas ſuper fidem huius, aut illius Apoſtoli ædificaret. Vbi enim, aut quando dixit de Ioanne, aut ſ.de eius: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, id eſt, Epheſinam? Aut de Marco: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, id eſt, Alexandrinam? in qua Gregorius, Sergius Cappadox, Lucius, Dioſcorus, Timotheus, Ælurus, Mongus, & alij hæretici ſederunt. Quare falſum eſt, quod ſcribit Cal. in Inſtitut. de fide, c.8. art.23. nunquam apud Græcos interruptam fuiſſe Epiſcoporum ſucceſſionem, apud quos tamen (inquit) Eccleſiam eſſe nege-
1513 mus. Falſum, inquam, eſt. Loquimur autem de legitima ſucceſſione Epiſcoporum. Quis enim ignorat, quàm multi præterea hæretici Patriarchæ fuerint Conſtantinopoli (quæ noua Roma appellata eſt, & facta ſimul totius Græciæ Princeps Eccleſia) Macedonius, Acatius, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Anaſtaſius, & alij? Hieroſolymis verò Ioannes Origeniſta, Saluſtius, Arſenius, Heraclius, Ilarius: Antiochiæ Paulus Samoſatenus, Eulalius, Euzoius, Ioannes, Domnus, Petrus Gnaphæus, Macarius. Pòſt autem copioſè exponit, Papam Romanum
1514 per vniuerſas Eccleſias Catholicorum in cuncto orbe, velut nouum Aaronem eſſe: cæteros autem Epiſcopos, velut filios Aaronis exiſtere. & quæ præterea ſequuntur.

Fides &

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.		
		Idem Carolus 5.		
1549	Idem Paulus 3.			

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

De ſectis ad minimum duodecim circa verba Cœnæ Domini.

h Carolſtadius per pronomen (hoc) tantùm *Chriſti corpus viſibile* intelligit. Zuingliani pleriq; tantùm intelligunt *hunc panẽ*. Lutherani *& hunc panem & inuiſibile Chriſti corpus*. Ioannes à Laſco (per hoc) intelligit *actionem Cœnæ Domini*. Deniq; Cratoald per pronomen (hoc) intelligit panem ſpiritualem, qui deſcendit de cœlo, tanquam ita dixiſſet Chriſtus: *Corpus meum eſt hoc*, i. *panis quidẽ* & cibus, ſed ſpiritualis & viu*. Sunt igitur circa pronomẽ hoc quinq; hereſes. Nã Zuinglius verbũ (eſt) ait poni pro *ſignificat*, quod ipſum defendit Beza contra Weſtphalum. Oecolãpadius mauult (corpus) poni pro *figura corporis*, quod etiam Vireto placet. Muſculus verba ſingula propriè accipiens, ait, eſſe *prædicationem Sacramentalem*. Caluinus *efficaciter* ea Domini verba intelligit. Bucerus *in vſu* demum vera eſſe prædicat. Beza negat, poculum ſeu *Calicem* (Lucæ 22.) effundi pro nobis. Swẽkfeldius intelligit, hoc eſt *corpus meũ*, velut Chriſtus

✠ *Doctores Catholici.*

Epiſcopus dicatur *Eccleſiam conſtruxiſſe, in qua tredecim Altaria collocârit*. Magnus autem Leo (in Epiſt. 80. ad Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum) *Miſſam in eadem Eccleſia toties repetendam admonet, quoties Baſilicam præſentia noua plebis impleuerit. Quam conſuetudinem ex forma paterna traditionis inſediſſe*, ibidem ait. Et ſanè cùm Chriſtus dixerit, *hoc facite in meam commemorationem*: cui, præterquàm Diabolo & membris eius, ingratum eſſe poteſt, quòd mortem Domini commemoramus aſsiduè? Aut nunquid licuit olim plura holocauſta in figura Chriſti victimæ eodem die offerre: & nunc non licebit, pluries eodẽ die eãdem Chriſti victimam à Chriſtianis in eodem loco ſacro commemorari? Hactenus de Sacrificio Eccleſiæ dictum ſit.

Verba Cœnæ Domini operantur quod ſonant, & quid operentur, per pronomen (hoc) incipimus demonſtrare.

h Proteſtantium inter ſe diſſenſiones certiſsimam fidem faciunt, doctrinæ veritatem non penes illos, verùm penes Eccleſiam Romanã eſſe: in qua multitudinis credentium cor vnum eſt, anima vna, labiumq; vnum, quia vni Paſtori vicem Chriſti in terris gerenti ſubſunt, à cuius ouili vno qui diſceſſerũt, illorum & labium, & mens, & cor confuſum eſt, factiq; ſunt *plures Magiſtri*, nullam alicuius primi Paſtoris vocem audientes, atq; ideo *errârunt ipſi, alioſq; in errorem miſerunt*. Verùm ne tantùm ab ipſo rerũ euentu, ac non potius à cauſis proprijs noſtras petamus probationes: dicimus, illa Domini verba (*Hoc eſt corpus meum*) non tam conferenda eſſe cum illis alijs, *Semen eſt verbum Dei*, *Petra eſt Chriſtus*, & quæ in eodem genere ad ſolam doctrinã pertinent: quàm cum his omnibus, quæ dum dicũtur, aliquid interim faciunt. Nam quod Chriſtus in Cœna dixit, non tam docendi, quàm faciendi cauſa dixit, ideoq; ſubiũxit: *Hoc facite in meam commemorationem*. Quemadmodum igitur Chriſtus, cùm dixit leproſo, *mũdare*: ſurdo, *adaperire*: mortuo, *ſurge*, vel *exi foras*, iam tũc per mutationem prioris eorum ſtatus tùm noui aliquid fecit, tùm non quomodo, ſed quid faceret, verbo demonſtrauit (ſurdo enim aures adaperuit, mortuumq; ſuſcitauit): ſic omnino in hac oratione ſua (*Hoc eſt Corpus meum*) & hoc, quod digito demonſtrauit, nouum quippiã eſſe fecit, & quidnam faceret, verbo aperuit, dicens: *Hoc eſt Corpus meũ*. Itaq; vt illa Chriſti verba, *Exi foras*, ad mortuũ relata, mortem eius in vitam cõmutârunt, nec tamen de morte remouenda, ſed de vitali quadã actione, quæ mortem abeſſe ponit, mentionem faciunt: ſic iſta verba (*Hoc eſt corpus meum*) ad panem acceptum & benedictũ relata, ſubſtantiã illius panis in ſubſtantiam Corporis Chriſti commutarunt, licet non de ſubſtantia panis remouenda, ſed tãtùm de alia corporis Chriſti ſubſtãtia ibi exhibita, vbi panis antè fuit, mentionẽ faciant. Nam vt qui foras exit, mortuus eodem tempore eſſe nõ poteſt:

ſic quod

Fides & ſententia Concilij Tridentini de Primatu Romanæ Eccleſiæ, ſub Paulo.3.Iulio.3.& Pio.4.

1515 Tridentina Synodus,*per Bullam Pauli tertij Pontificis Romani* datam,anno Dom.1543. indicta, perpe-
tuò præſidentes ſibi habuit Sedis Romanæ Legatos. Itaq; in Spiritu ſancto legitimè congregatam ſe aſ-
ſerens,vbique rationem eius rei hanc adiungit: *In ea præſidentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis.*

1516 Eadem Synodus in Seſsione 7. Can.3. affirmat, *Eccleſiam Romanam omnium Eccleſiarum Matrem ac
Magiſtram eſſe.*

Eadem in Seſs.14.cap.7.*Meritò*(inquit)*Pontifices Maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia vniuer-*
1517 *ſa tradita,cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare.*

1518 Eadem in Seſs.23.Can.6.*Si quis dixerit,in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam diuina ordinatione in-
ſtitutam,quæ conſtat ex Epiſcopis,Presbyteris & Miniſtris: Anathema ſit.* Et Can.8.*Si quis dixerit,Epiſco-*
1519 *pos,qui authoritate Romani Pontificis aſſumuntur,non eſſe legitimos ac veros Epiſcopos, ſed figmentum huma-
num: Anathema ſit.*

Eadem negotium de vſu Calicis *ad Sanctiſſimum Dominum retulit.* In Seſs.22. Et in Seſs.24.c.1.profi-
1520 tetur,*Pontificem Romanum ſolicitudinem debere vniuerſæ Eccleſiæ ex muneris ſui officio.* Et c.5. *Cauſas cri-*
1521 *minales grauiores contra Epiſcopos,etiam hæreſis,quæ depoſitione aut priuatione dignæ ſunt,ab ipſo tantùm Sum-*
1522 *mo Romano Pontifice cognoſci iubet,ac terminari.*
Deniq; *ex Decreto ipſius Concilij petita fuit omnium & ſingulorum, quæ in Synodo Tridentina decernebã-
tur,confirmatio. Et Pius Papa quartus eadem omnia authoritate Apoſtolica, de fratrum ſuorum Cardinalium*
1523 *conſilio & aſſenſu, matura cum illis deliberatione prahabita,confirmauit,atq; ab omnibus Chriſti Fidelibus re-
cipi,& inuiolabiliter obſeruari,mandauit.*

Quòd Imperatores,Reges & Reipublica Chriſtiana Tridentinam Synodum à Romano Pontifice indictam,Legatorum ſuorum præſentia cohoneſtauerint, ac eadem opera fidem ſuam & obedientiam erga Apo-ſtolicam Sedem profeſsi fuerint.

Anno Dom.1545. Didacus à Mendocia in Oratione corã Sedis Apoſtolicæ Legatis habita, fatetur,
& narrat,*Dominum de Granuela Epiſcopum Atrebatenſem & ſeipſum à Carolo 5. Romanorũ Imperatore Au-*
1524 *guſta Tridentum miſſos fuiſſe,vt Generali Concilio Tridentino,quod Paulus 3.Summus Pontifex indixiſſet, Cæ-
ſareæ Maieſtatis nomine intereſſent.* Qua etiam in Oratione idem Didacus agnoſcit,*Summi Pontificis
munus atq; præcipuum officium eſſe,vt indicto Concilio Chriſtianæ Reipublicæ non deſit.*

Anno Dom.1546. *Franciſcus à Toleto* ad eandem Synodum Tridentinam à Carolo 5.miſſus, teſtatur
*Cæſaream Maieſtatem illud tempus vehementiſſimo animi gaudio amplexatam eſſe, quo per ſanctiſſimum Do-
minum Paulum 3.Publicati patefactiq; Concilij Oecumenici dies populo Chriſtiano fauſtiſsimus primùm illuxit.*

Ioannes.3.Portugalliæ Rex in literis ſuis ad Paulum tertium Papam: *Nulla*(inquit) *res conceptam de*
1525 *Sanctitate tua opinionem æquè,vt Oecumenici Concilij indictio confirmauit. Quamobrẽ ſupplex ipſe Sedis Apo-
ſtolicæ filius,Sanctitatem tuam oro, atq; obteſtor,quàm modeſtiſsimè poſſum, vt ad omnem ſe difficultatem con-
firmet,ne animum contrahat,ac remittat.*

Franco-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Idem Carolus 5.

1549 Idem Paulus 3.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

ſtus dixiſſet: *hæc eſt Deitas mea.* Deniq; Petrus Màrtyr negat, potentiam Dei ad hoc ſe extendere, vt Corpus Chriſti ſimul ſit in multis locis. Non igitur pri' hæc hæreſis perfectionem ſuam ſortitur, quàm Dei omnipotẽtia negetur: de quibus rebus agetur iã ordine & ſigillatim.

Cum Sacrificij Miſſæ negatione etiam error ille neceſſariò coniunctus eſt, quo Lutherus negabat, in Euchariſtia vllã fieri Trãſubſtantiationem: ſed panẽ & vinũ volebat vnà cum carne & ſanguine Domini adeſſe, velut Chriſtus dixiſſet: vnà cum hoc pane, aut in hoc pane, eſt corpus meum. Itaque hæc Lutheranorum interpretatio cõſiſtere nullo modo poteſt, quin verba Euangelij violet. quibus ſemel inuerſis, aut priuatorum opinione commutatis, nihil certi relinquitur, quod ex eodem Euangelio cõſtitui queat.

205. De

ſic quod Corpus Chriſti eſt, eodem tempore panis triticeus eſſe nõ poteſt. Prorſus enim diſparata ſunt; panis triticeus, & Chriſti Corpus. Vnde meritò dicimus, pronomẽ (hoc) nec ad viſibilem corporis Chriſti formam, nec ad hunc panem, velut qui maneat panis, nec ſimul ad hunc panem & hoc corpus, nec ad Cœnæ totius actionem, ſed tantùm ad corpus Domini iam tum de ſubſtantia panis factum, & ſub figura panis demonſtratum, certiſsimè referri. Quod qui negârunt, in errores infinitos prolapſi ſunt, vt mox clarius apparebit.

De Tranſubſtantiatione, quodq; pronomen (hoc) duas ſimul ſubſtantias non demonſtrat.

Natura Sacrificij iam inde ab orbe condito hæc fuit, habitaq; ſemper eſt, vt res, quæ ſacri faciẽdi cauſa offerebatur, perderet ſubſtãtiam ſuam, & id quidẽ per ignem, qui celerrimè abſumit, & in ſe mutat id, quod in Altari cõſecratur. Sic Abelis hoſtia cœlitus fuiſſe incenſa traditur. Gen. 4. Sic Abrahã in ariete immolando non modò gladium, ſed etiam ignem adhibuit. Gen. 22. Sic non modò Legis Moſaicæ (Leuit. 2. & 6.) verùm etiã Eliæ ſacrificiũ per ignẽ conſumptum eſt. 3. Reg. c. 18. Dominus verò noſter *ignis conſumẽs* eſt. Deut. 4. & *Eloquia eius ignita ſunt.* Pſal. 118. & Prouerb. 30. Itaq; cùm panis in Altari poſitus per os eius, *qui Miniſter eſt Chriſti & diſpenſator Myſteriorum Dei, percipit* (vt Iræneus loquitur) *verbũ Domini* (videlicet, *hoc eſt corpus meum*) *: per omnipotentiam Dei* (vt Cyprianus ait) *non effigie, ſed natura mutatus, fit Chriſti caro.* Et ita verũ eſt, *hoc*, quod Diſcipulis Chriſti datur, *eſſe Corpus Domini datum pro nobis.* Nam ſi in Euchariſtia non niſi vnica ſubſtãtia eſt (vnde velut res vna demonſtratur numero ſingulari, nõ plurari, dũ dicitur, *hoc*, & illa ſubſtantia *eſt Corpus Domini* (quam Domini ſubſtantiã Lutherus præſentẽ fatetur) vtiq; iam ſubſtantia panis ibi non eſt: alioqui oportuiſſet dicere, *vnà* cum hoc, eſt Corpus meum. At nunc pronomen *(hoc)* quod totam rei propoſitæ ſubſtantiam demonſtrat, nihil tamen aliud, quàm Corpus Domini demõſtrat: niſi fortè panis triticeus, manens idem panis, eſt etiã Corpus Domini, quod nemo dixerit, cùm Corp' Domini nec pani de nouo vniri, nec augeri iã, nec minui queat. Adde huc, quòd Spiritus Sanctus, quo inſpirante locuti ſunt (quoties eandẽ fidem vno ore prædicauerũt) ſancti Patres tàm Græci, quàm Latini, per illos docuit nos, *panem factum eſſe carnem Chriſti, de pane fieri carnem, panem in carnem Domini per operatoriũ Chriſti ſermonẽ conuerti, panẽ corporis Chriſti præſentia cõſumi, nec id aliter in Euchariſtia fieri, quàm cùm comeſtus in ſubſtantiã comedentis vertitur, tranſelementari panẽ in corpus Chriſti.* Deniq; in Concil. Lateran. ſub Innocẽtio 3. rei veteri nouum *Tranſubſtantiationis* nomẽ ob nouam hæreſim ea de re ſuſcitatã impoſitũ eſt.

Tranſubſtantiationem ſtatui ex Lutheranorum poſitione, vt Zuingliani indicant.

Boquinus contendit, *nulla ratione dici poſſe, quòd in Cœna verè & ſubſtantialiter ſumatur ore corporis verum Chriſti corpus, quod pro nobis in morte traditum eſt, niſi ſtatuatur prius ἡ μεταβολὴ καὶ μεταποίησις τοῦ ἄρτου, conuerſio & tranſubſtantiatio panis.*

Francorum Rex Franciſcus Petrum Daneſium ad Synodum Tridentinam à Rom. Pōtifice indictā
allegauit. Daneſius autem in Oratione, quam ad Synodum habuit, ſic habet: *Cùm Franci Romanā Ec-*
cleſiam, cui ille Apoſtolorum Princeps præſediſſet Petrus, orbis terrarum Principatum ſemper obtinuiſſe, eiuſq́
1526 *Epiſcopum Capitis loco, reliquis magno conſenſu Epiſcopis habitum eſſe, didiciſſent: piè hoc quoque ac præclarè*
fecerunt: vt qui & Eccleſiam & Epiſcopum præcipuè ſibi colendos propoſuiſſent, vtriuſq́ & opes opibus ſuis au-
gerent, & quum res poſceret, pericula periculis item ſuis propulſarent.
Et iterum poſtea: *Ab his præfectus Maioribus Chriſtianiſſimus Rex Franciſcus cùm animaduerteret, quā-*
tam ſemper vim habuiſſet ad res continendas, eſſe vnum in Eccleſia Romanum Epiſcopum, vtpote Petri Suc-
1527 *ceſſorem, reliquorum & dignitate, & authoritate Principem, ad quē cæteri vt ad Caput referrentur, qua maximè*
re, noſtra hæc in terris militans Eccleſia, illius in cœlo triumphantis effigies quædam agnoſceretur: non minori
cura ac ſtudio prouidit, ne qua inde ſeceſſio defectione vllam ob cauſam accideret.

Anno Domini 1550. Iulius 3. Pontifex factus mox celebrat Iubileum. Ac primo Pontificatus ſui
anno Conciliū œcumenicū, quod antea inchoatum fuerat Tridēti, ſed ad tempus aliquod intermiſſum,
de nouo indixit. Cui Concilio Pius demū quartus finem impoſuit. Cuius tempora etſi cum Iulio ter-
tio minimè concurrunt, tamen ne ea, quæ ad Tridentinum Concilium pertinebant, nimium diſiunge-
rentur: hunc in locum cætera Imperatorum & Regum Chriſtianorum mandata viſum eſt aggregare.

Mandatum Ferdinandi Imperatoris. *Cùm Beatiſſimus in Chriſto Pater D. Pius 4. S. Romanæ ac vniuer-*
1528 *ſalis Eccleſiæ Pontifex Maximus ad id nos hortatus ſit: Oratores noſtros conſtituimus, vt vices noſtras in Con-*
cilio Tridentino gererent, ratum habituri, quicquid per illos actum fuerit. &c.

Mandatum Sebaſtiani Portugalliæ Regis. *Conſtituimus N. noſtrum Oratorem ad ea noſtro nomine Tri-*
denti agenda, quæ ad cæterorum membrorū cum Romano Pontifice Catholicæ Eccleſiæ ſupremo Præſide, & Chri-
1529 *ſti Vicario, Sanctaq́ Sede Apoſtolica omnium Eccleſiarum parente & Magiſtra, vnionem, hæreſum errorumq́*
extirpationem, & morum reformationem, & reliqua, quæ ad Catholicæ religionis augmentum, fidei exaltationem
& Chriſtiani nominis hoſtium debellationem, expedire & conducere Sacro Concilio & eidem noſtro Oratori
videbuntur.

Carolus Gallorum Rex ad Concilium Tridentinum à Pio 4. indictum miſit Guidonem Fabrum, qui
teſtatur in Oratione ſua, *eundem Carolum Regem allegaſſe Ludouicum Sangelaſium ad Pium 4. Pontificem*
1530 *Maximum, vt ipſum Pontificem currentem quidem ſponte ſua ad Concilij procurationem acrius incitaret:*
Galliaq́ vulnera ita nudaret, ita detegeret Pontifici tamquam parenti bono, vt tamen ea ipſa ne clauſa quidem alia
ratione, niſi libero Concilio, nedum curari penitus, aut ſanari poſſe contenderet.

Mandatum Philippi Hiſpaniarū Regis. *Cùm beatiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Pius 4.*
diuina prouidentia Sacroſanctæ Romanæ Sedis Pontifex Maximus, vniuerſale Concilium Tridentinum
1531 continuandum indixerit: illuſtrem Dominum N. Procuratorem cōſtituimus, *vt coram Reuerendiſſimis*
S. R. E. Cardinalibus à Beatiſſimo Pontifice Legatis nominatis, alijſque Patribus ibidem congregatis, no-
ſtro nomine compareat.

Literæ Ducis Florentiæ ad Legatos Cōcilij Tridentini. *Cùm ſummo affectu, ſummaq́ pietate iam in-*
de à Maioribus noſtris Sanctam Sedem Apoſtolicam, ſummoſq́ Pontifices Ieſu Chriſti Domini noſtri Vica-
1532 *rios, & Catholicam Eccleſiam in fide ac ſynceritate Patrū noſtrorū coluerim ſemper ac ſtudioſe obſeruauerim:*
officij ac reuerētiæ meæ fore arbitratus ſum, ne in ſancta iſta tantorum Patrum vniuerſali Synodo, authore Deo,
ſummoq́ Pontifice pientiſſimo congregato, ceſſarem, quin pro virili mea per Ioannem hunc ſtudioſiſſimum Le-
gatum nobilitate natalium, fide, moribus, ac doctrina inſignem, reuerendiſſimis atque illuſtriſſimis DD. veſtris
adeſſem, quæ optimum ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ fidei alumnum decet promptitudine atque obſequio.
Sequitur mandatum eiuſdem Coſmi Medices Florentiæ ac Senarum Ducis in eandem ſententiam.

Literæ

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.	*Hæretici & Pſeudoprophetæ.*
		Idem Carolus 5.	
1550	228. Iulius 3 Aretinus, an. 5. m. 1. d. 10.		

295. *De Brentio, ſeu de Vbiquarijs.*

k Brentius (alioqui Luteranus) cùm Trāſubſtantiationis doctrinam ferre nō poſſet, & tamen verā Corporis Chriſti præſentiā in Euchariſtia conſtitueret: modū præſentiæ talem inuenit, vt diceret, Corpus Chriſti poſt Aſcenſionem in cœlum, vbiq; eſſe, atque illo modo in pane manducari, dum panis editur: quo accepto, Chriſtus dixerit: *Edite hoc eſt corpus meum.* Quorum verborum hanc putat eſſe interpretationē: Edite hoc, quod ī pane eſt, illud enī eſt Corpus meū. Iſti ergo vt tranſubſtantiationē tollerent, ad opinionem monſtroſam confugere coacti ſunt.

De

Doctores Catholici.

Lutherani autem ponunt, verum Chriſti corpus ore corporis noſtri verè ſumi: ponunt igitur illud, ex quo doctrina tranſubſtātiationis neceſſariò infertur Zuinglianorum iudicio. Quin etiam Beza (in ſua de Cœna Domini Tractatione, contra Weſtphalum, vt etiam paſsim alij Zuingliani & Caluiniſtæ alibi) cùm obieciſſet Lutheranis illas loquendi formulas, quòd alij dicant *in pane*, alij *cum pane*, alij *ſub pane* Corpus Domini eſſe, tandem ait: *Hoc quidem ſæpè diximus, quod nunc quoq; repetam, reipſa non poſſe retineri* τὸ ῥητὸν *in his Chriſti verbis: Hoc eſt Corpus meum, quin Tranſſubſtantiatio papiſtica ſtatuatur.* Hæc Beza. Sic igitur concludo: Lutherani dicunt, & rectè, illa Domini verba (*Hoc eſt Corpus meum*) propriè ac ſecundùm id, quod ſonant, accipienda eſſe. Hoc ſi fiat (inquiunt Zuingliani) trāſubſtantiatio ſtatuitur. Tranſubſtātiatio igitur ab ipſis Lutheranis iudicio Zuinglianorum ſtatuitur, niſi tropum in Chriſti verbis intelligi velint. Hæc certè non parū ædificant fidem Catholicam, quòd cùm illa credat, *& Dominum propriè locutum eſſe*, & *inde tranſubſtantiationem neceſſariò inferri*: omnes Lutherani concedunt, *Dominum propriè locutū eſſe*, & omnes Zuingliani conſecutionem iſtam firmam eſſe docent, quòd ſi *Dominus propriè locutus ſit, tranſubſtantiatio ſtatuitur.* Benedictum ſit nomen Domini, qui ſic linguas Proteſtantium confudit, vt vtriq; aliquid ponerent, quod coniunctum antiquam & communem Eccleſiæ fidem ſtabiliret. Noſtra igitur de Tranſubſtantiatiatione fides, & cū ſacrificio Euchariſtiæ neceſſariò cōnexa eſt, & proprietati verborum Chriſti vnicè conuenit, & Patrū doctrina, Conciliorum generalium authoritate, populorum fide, ac denique Aduerſariorum confeſſione ſtabilitur.

k Ioannes Heſſels à Louanio in lib. de probatione corporalis præſentiæ Corporis & ſanguinis Dominici in Euchariſtia, paulò poſt principium. *Brentij ſententia Scripturis contraria eſt, docentibus, Chriſtum ſecundùm corpus non ſolùm ante Reſurrectionem, ſed & poſt reſurrectionem non fuiſſe vbique. Ait enim ipſe: Non eram ibi. Et Ioannes de eo: Reliquit, inquit, Iudæam. Angelus quoq;: Surrexit, non eſt hic. Et è cælo venturus eſt ad iudicandos viuos & mortuos. Vbiq; eſſe, & immenſum eſſe, Diuinitatis eſt proprietas, ſicut omnipotentem eſſe, & æternum. Quemadmodum & perſonæ filij proprium eſt gigni à Patre, æqualem eſſe Patri & Spirituiſancto. Si igitur immenſitas Chriſto conueniat etiā ſecundùm carnem, vt Caro Chriſti vbique ſit: conſequens eſt, vt & æterna ſit, & omnia tempora præceſſerit, imò vt omnipotens ſit, & Deo Patri æqualis. Atq; ſic falſum erit illud: Pater maior me eſt. Rurſum & hoc: Filius ſubiectus eſt ei, qui ſibi ſubiecit omnia.* (Et pòſt) *Qui aſſerit, Euchariſtiam fieri, priuſquàm Euangelicis verbis benedicantur panis & vinum: prorſus aduerſatur Scripturis. Nam hanc conſecrationem panis & vini primus protulit Chriſtus, ſicut Marcus oſtendit, dum non tantùm voce, Euchariſtizas (quæ cùm gratias egiſſet, ſignificat) vtitur: verùm etiam voce, Eulogizas, quæ idem eſt, ac, cùm benedixiſſet, & ad panem refertur. Quemadmodum & cùm multiplicaret paucos illos*

 panes,

Literæ Reipubl. Venetiarum ad Concilium Tridentinum. *Cùm Pio 4. digna Dei prouidentia Sacroſan-*
1533 *cta Romanæ atq; vniuerſalis Eccleſiæ Pont. Max. (vt Chriſtiani gregis incolumitati ſalutiq́; conſuleret) vni-*
uerſali placuerit in illa vrbe Tridento haberi Concilium, quod ſanctum & venerabile omnibus ſemper habitū
eſt, ac propterea eò mandauerit conuenire tot ſingulari ſapientia ac Religione præditos viros, qui Chriſtianā di-
ſciplinam, diuina imprimis aura fauente, in ſuam reſtituant integritatem: ad nos etiam pertinere viſum eſt, pro
ſumma noſtra in Chriſtum Seruatorem ac Dominum pietate, ac iuuandæ Religionis deſiderio proq́; ea, qua eundē
1534 *Pont. Max. Chriſti Vicarium in terris gerentem proſequimur, obſeruantia, qua omnia à Maioribus noſtris*
edocti, perpetuò retinere & volumus, & debemus: præter Eccleſiaſticos noſtræ ditionis viros, quos illuc ſe con-
ferre quàmprimùm curauimus, noſtros certos ac graues homines eòdem legare, qui noſtro nomine ſancto illi
Concilio interſint ac faueant.

1535 Mandatum ſeptem Cantonum Heluetiorum. *Nos Sacroſanctæ Apoſtolicæ Sedis obedientes filios ac de-*
fenſores oſtendimus ab antiquo.

Adamantus Orator ſeptem Cantonum Heluetiorum. *Pius Pontifex Maximus Oecumenicum Conci-*
lium in hac Tridentina ciuitate aperuit. Itaque Lucernenſes, Vranſenſes, Suitienſes, Syluanenſes ſupra,
1536 *& ſubtus Syluam, Tugienſes, Friburgenſes, & Solodurenſes, qui erga Sedem Apoſtolicam, & veſtrum hunc*
ſanctiſſimum Ordinem bene ſemper fuerunt affecti, noluerunt & ipſi in re tam neceſſaria, & in publica quaſi
totius orbis cauſa ſuos Oratores deſiderari. Cupiunt enim maximè, & vehementer exoptant, hoc vobis te-
ſtatum relinquere, ſe quidem, quod ad fidem, Religionem & obedientiam attinet, itémque alacritatem &
1537 *ſtudium iuuandi Romanam Sedem, nullis populis, qui Chriſtiani cenſentur, cedere. Gratias enim Deo agunt,*
quòd eius munere ſibi datum eſt, quòd iis viribus, quibus inuicti ferè ſemper extiterunt, in huius Sedis benefi-
cium ſemper vſi ſunt. Quorum fidem ſatis erit hoc tantùm argumento comprobaſſe, quòd cùm ſint ipſis fines ho-
ſtibus coniunctiſſimi: nunquam tamen adduci potuerunt, vt in eorum peruerſa dogmata aliquando concederēt,
quin potius eis ſemper conſtantiſſimè reſtiterunt. Et hoc apertiſſimè declararunt, quando inito cum ipſis ſacri ho-
ſtibus Religionis cauſa bello, immaniſſimum ac nephandiſſimum Eccleſiæ hoſtem Zuingliū Hæreſiarcham pere-
1538 *merunt, extractumq́; è cadaueribus combuſſerunt. Hæc autem teſtari placuit, vt quiſque exploratiſſimum & per-*
ſuaſiſſimum habeant, Heluetios erga Romanam Sedem tales ſemper fore, quales omnibus prò ſæculis fuerint.

Sigiſmundus Poloniæ Rex ad Tridentinam Synodum miſit Valentinum Præmiſlienſem Epiſcopū,
qui loco ſuo, eidem Synodo aſsiſteret, cum literis inſcriptis, *Ad S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales Concilij*
1539 *Legatos.* Valentinus autem indictionem Concilij Deo primùm, deinde *Beatiſſimo ac Maximo Pontifici*
Pio 4. acceptam fert.

Philibertus Sabaudiæ Dux in literis ad Synodum Tridentinam. Et *Pontifici Summo, qui hoc tam ſa-*
1540 *lubre medicamentum adhiberi voluerit, & vobis omnibus maxima ſunt agenda gratia.*

Raynaldus Ferrerius Orator Chriſtianiſsimi Regis in oratione apud Concilium habita: *Vos Itali, vos*
1541 *Hiſpani Patres, appello: periculum ex alijs facite, vobis quod ex vſu fiet, cuius magis intererit, hanc verò & ſe-*
riam diſciplinæ Eccleſiaſticæ emendationem fieri, quàm Romani Epiſcopi Pontificis Maximi, ſummi Chriſti
Vicarij, Petri ſucceſſoris, in Eccleſia Dei ſupremam poteſtatem habentis.

Martinus Royas Portaleubeus Magni Magiſtri ac totius Ordinis Hieroſolymitani Orator in gene-
rali Congregatione: *De Magiſtro & Societate noſtra id vobis, Ampliſsimi Patres, ſanctè promitto, quæ ab*
hoc ſanctiſſimo Conuentu decreta emanabunt, pro ijs omnibus nō fortunas modo & facultates, ſed etiam vitā &
ſanguinē, ſi opus fuerit, eſſe effuſuros. Cùm in Hoſpitalitate & Chriſtiana militia piè, ac fortiter exercenda Ordo
1542 *noſter perpetuò incumbere (omnipotente Deo, ſummorum Pontificum, Principum, aliorumq́; piorum hominum*
animos permouente) tandem effectum eſt, vt non exiguum facultatum atque fortunæ acceperit incrementum.
Et quæ ſequuntur.

Ioannes

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Carolus 5.
1550	Idem. Iulius 3.	

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

De ijs, qui ponunt Sacramentalem vnionem Chriſti cũ pane.

l Lutherani, quibus Vbiquitas non placet, interrogati qua authoritate Chriſtum pani vniunt: reſpondent, eam corporis Chriſti & panis vnioné eſſe, qualẽ Deus in Sacramento conſtituit: Se aliud nihil ſtatuere poſſe.

206. *De Carolſtadio.*

m Cùm nimis abſurdum Carolſtadio videretur, vt Euchariſtia ex pane triticeo ac ſimul vera Chriſti carne conſtaret: ad illud confugit, vt diceret, panẽ quidem manducandum à Chriſto proponi, verba autẽ illa (*Hoc eſt Corpus meũ*) nõ ad panem Euchariſtiæ, ſed ad corpus Domini, quod mẽſæ aſsidebat, pertinere.

207. De

Doctores Catholici.

panes & piſciculos, benedixiſſe panibus ac piſcibus legitur, & Lucæ vltimo ſuis Diſcipulis, dum in cælum aſcẽderet, & apud Marcũ, puerulis. Nos verò eius imitatione id quoque debere facere, conſtat tùm ex Chriſti inſtitutione, dicentis: Hoc facite in meam cõmemorationem: tùm ex Apoſtolo, qui ait: Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Adde, etiam veteres conſtanter hoc docuiſſe, nimirum conſecratione atq; myſticis precibus opus eſſe, vt habeamus Euchariſtiam. Irenæus id tradit lib. 4. c. 34.) Iuſtinus Martyr in Apol. 2. *Cibus* (inquit) *per preces ſermonis, quẽ ab eo accepimus, conſecratur.* Idem docet Hieron. ad Euagrium, Tom. 2. Ambroſius de ijs qui initiantur myſterijs c. 9. Auguſt. contra Fauſtum li. 20. c. 13.

l Eccleſia Spiritu ſancto edocta ſemper, quantumuis occultũ ſeu Trinitatis, ſeu Incarnationis Chriſti myſterium tunc aperuit & explicauit, quando ad id per hæreticos coacta fuit. Cùm aũt Chriſti corpus, quod vbiq; eſſe nõ poteſt, in Euchariſtia non ſit, niſi per Dei operationẽ: Catholici modum talis præſentiæ docent eſſe conuerſionem panis & vini in ſubſtãtiam corporis & ſanguinis Chriſti. Sed cùm Lutherani hunc modum & ſacrificio incruento, & Incarnationi ac morti Seruatoris noſtri ſignificandæ longè accommodatiſsimũ nolint recipere: cogũtur, glorioſum Chriſti Corpus & ſubſtantiam panis ita in Euchariſtia vniri, affirmare, vt neq; ipſi aliquid tale vnquã legerint vel in Scripturis, vel in ſanctis Patribus, neq; prædicatum vnquam audierint, ac ne præcipuam quidem aliquam & ſpecialem eius rei rationem poſsint reddere: ſed tantùm dicant, nouam eſſe hanc & Sacramentalẽ vnionem. Noua igitur eſt doctrina, quæ hanc vnionem effingit, cùm Verbum Dei iam olim audierimus *incarnatum*: nunquã verò audierimus *impanatũ*. Nec enim Chriſtus in perſonã ſuã, quæ vnica tantùm eſt, vel tres diuerſas naturas vnquam aſſumpſit, vel iam immortalis in cœlo agẽs panis ſubſtantiam de nouo ſibi vnit. Abhorreant igitur Lutherani à tranſubſtantiatione, quantum volũt. Certè quilibet alius præſentiæ Chriſti modus multò erit abſurdior, vt iam res ipſa clamat: adeò vt Carolſtadius, Zuinglius & Oecolampadius, ipſius Lutheri ſodales & commilitiones, ſeu (vt ipſe appellat) Iudæ ac proditores ſui, maluerint præſentiã corporis Chriſti prorſus negare, quàm vel vbiquitatem, vel impanationem eius credere.

Pronomen (Hoc) ad viſibile Chriſti Corpus non referri.

m Cùm Chriſtus *poſt acceptũ panem*, & benedictionem interpoſitam, *fregerit, ac dederit Diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate,* hoc eſt Corpus meũ: ex ipſius orationis ordine & collocatione clarum eſt, eũ illud appellaſſe Corpus ſuum, *quod dedit, quodq; Diſcipulis manducare iuſsit*: adeo vt

 in tradi-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Idem Carolus 5.

1550. Idem Iulius 3.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

207. *De Ioanne à Laſco.*

ⁿ Ioãnes à Laſco pronomen (Hoc) non quidẽ præcipuè ad panem (vt cæteri Zuingliani) ſed ad totius Cœnæ actionem retulit, velut dictum fuiſſet, panem accipere, benedicere, frangere, diſtribuere, & manducare, *Hoc* totum eſt corpus meum. Quam hæreſim Weſtphalus ait, Caluinum quoque defendere, ſed Beza id pernegat. Qui autem defendunt eam, volunt pronomen (*Hoc*) in his verbis, *Hoc eſt Corpus meũ*, idem ſignificare, quod in his, *Hoc facite*. Et rectè: ſed vtrobique corpus Chriſti præcipuè & factum oſtenditur, & fieri iubetur.

in traditione Calicis diceret (Math. 26.) *Bibite ex hoc oẽs: hic eſt enim Sanguis meus.* Fruſtra verò poſt bibẽdi præceptũ, adiecìſſet illud (*enim*) niſi ſanguis, quẽ demõſtrabat, nõ tunc tãtùm in venis ſui corporis credẽdus, ſed præterea in Calice potãdus exhiberetur. Itaq; oĩm (quod ſciã) hoĩm cõſenſu hæc opinio Carolſtadij repudiata eſt, velut nõ modò falſa, verùm etiã ſtulta, quæ vnà cũ authore ſuo iamdudũ exploſa eſt.

Pronomen (Hoc) ad totius Cœnæ actionem præcipuè non referri, ſed ad Corpus Chriſti, velut ad rem iam nunc confectam & permanentem in menſa Domini, vt manducetur.

ⁿ Chriſtus dicendo (*Hoc eſt*) certam aliquam permanentem demonſtrauit ſubſtantiam, ac non prætereuntes quaſdã actiones, & præſertim plures: cuiuſmodi ſunt accipere, benedicere, frangere, dare, comedere. Alioqui dicendum erat, *Hæc omnia ſunt Corpus meum*, id eſt, (ſecundùm Tropiſtas) figurant & adumbrant Corpus meum. Nunc autem vt enallage numeri hoc in loco ſtatuatur, nulla ratio permittit. Nam præterquàm quòd dicendo (hoc) vnum quiddã ſingulare demonſtrauit: etiam dicendo (eſt) illud quod non tranſiiſſet, verùm adhuc exiſteret ac perſeueraret, demonſtrauit. Acceptio autẽ & benedictio iam tranſierat. Deinde cùm Chriſtus ſubiunxit, τοῦτο ποιεῖτε, *hoc facite:* non ſolùm præcepit, vt id ageremus, quod ille panem accipiendo, benedicẽdo, frangendo, & diſtribuendo egit, verùm etiam vt opus quoddã relinqueremus in menſa Domini poſt noſtras actiones finitas. Quod opus ipſe appellat *Corpus ſuũ*: Cuius operis perfectio & abſumptio eſt eiuſdem Corporis manducatio. Præclarè enim Baſilius (in Hexameron, Homil. 1.) diſtinguit inter contemplationem, actionẽ & vim factiuam. Contemplatio foris nihil agit, actio vnà cum corporis motione tranſit: vis autem factiua opus quoddam ſpectandum poſt ſe relinquit, vt domũ aut nauem. Cùm igitur Chriſtus iuſſerit nos non hoc contemplari, aut *agere*, ſed *hoc facere*, quidq; ipſe feciſſet, planũ fecerit, dicens, *Hoc eſt Corpus meum*: vtiq; pronomen (Hoc) quod cum permanentis ſubſtantiæ verbo ac nomine coniungitur, non tã plures illas actiones tranſeuntes, quàm vnũ certũ opus factũ & permanens demõſtrat. Vnde Iuſtinus Martyr, *Chriſtũ*, ait (in Apolog. 2) *accepto pane, cùm gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in memoriã mei, hoc eſt, corpus meũ.* quaſi dicat, facite corpus meũ in memoriã mei. Inde apud Patres paſsim legimus, *fieri & ore Sacerdotis cõfici* Corpus Chriſti. Proprium enim Cœnæ Domini opus non aliud eſt, quàm Corpus Domini de panis ſubſtantia confectum, & ſub panis figura exhibitum, ad conteſtandã Sacerdotij ſecundùm Ordinem Melchiſedech admirabilem impletionem.

208. *De Tropiſtis, qui pronomen (Hoc) ad ſolam panis ſubſtãtiam referunt.*

ⁿ Exploſa tàm Lutheranorum, quàm Carolſtadij & Ioãnis à Laſco falſa opinione: ad id ventum eſt, vt ſaltem alius aliquis tropus præ-

Pronomen (Hoc) in Chriſti verbis non ſubſtantiuè accipi pro hoc pane, ſed referri ad Chriſti Corpus, quod ſub figura panis (vnà cũ reliqua oratione Chriſti) & facit, et factũ demõſtrat.

ⁿ Certum eſt, pronomen (Hoc) ſi adiectiuè vſurpetur, nec poſſe cum pane tanquam cum ſubſtãtiuo nomine, à quo pendeat, cohærere (cùm panis maſculini, pronomen autem (*Hoc*) neutrius generis ſit): nec etiã ſubſtantiui nominis loco poſitũ eſſe, verùm

à ſolo

☙ *Romanam Eccleſiam ex eo probari veram Chriſti Eccleſiam eſſe, quòd Synodum Oecumenicam Tridenti ritè celebrauerit his diebus atque abſoluerit.*

Semper quidem Eccleſia Chriſti velut acies caſtrorum ordinata, Dæmonibus,atq; Hæreticis planè terribilis eſt,& formidabilis. Verùm alijs temporibus habet ſe vt regnum quoddam maximum,cuius copiæ in præſidijs ſeparatim agunt. Quoties verò Concilium Epiſcoporum ex orbe Chriſtiano conuocat,tunc ſanè copias vndique collectas in vnum cogens, tantum hoſtibus ſuis terrorem incutit, vt in ſpeluncas ſuas ſe abdentes,prodire in aciem ex aduerſo non audeant. Nam quis neſcit, Lutheranos & Caluiniſtas,qui antequàm Synodus vlla indiceretur,nihil aliud in ore habebant quàm Cōcilium Oecumenicum,ad quod ſe etiam vltrò prouocare dicebant: quis,inquam,neſcit, eoſdem Cōcilio ſemel Tridenti celebrato,etiam data fide publica,tamen recuſaſſe,vel ad Concilium omnino adire,vel certè cū Catholicis ibidem congredi? Fatetur quidem Melancthon in Præfatione,quam tertio operum Lutheri Tomo præfixit, *non defuiſſe eruditionem illi cœtui*. Sed addit, *Monachos noluiſſe veritatem cernere*. Quod de Concilij cœtuſque Tridentini doctrina Melancthon dat,accipimus. Quòd autem Sancto Monachorum ordini contumeliam infert, Auguſtini verbis ei reſpondemus: (in Pſal.132.) *Meritò*(hæreticis)*diſplicet nomen Monachorum, quia illi nolunt habitare in vnum cum fratribus, ſed ſequentes Donatum* (quod perinde eſt, ac ſi diceret, Lutherum) *Chriſtum dimiſerunt.*

Verùm vt ad id, quod hoc tempore explicandum ſuſcepimus, reuertamur: vidimus iam Synodum Tridentinam à Pontificibus Romanis indictam, à Legatis Eccleſiæ Romanæ gubernatam, ab Archiepiſcopis & Epiſcopis ex omni gēte cōfluentibus celebratā,ab Imperatoribus Romanis,primū Carolo 5. deinde Ferdinando agnitam,& in magno pretio habitā, à Regibus Galliæ,Hiſpaniæ,Luſitaniæ,Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæque per Legatos ſuos frequentatam, à Rebuſpub Venetorum,& Heluetiorū, itēq; à Ducibus Sabaudiæ,Florentiæ & alijs Regionum Præfectis Ordinumq; Magiſtris, ſtudiosè ac ſummo cum honore obſeruatam. Aderant præterea inſignes Theologi, de quorum dictis tùm antea nonnihil, tùm poſtea plura, quæ ad noſtrum propoſitum accommodari queant,ſumemus. Porrò vt tot viri omnium Ordinum ac generum in vna eademq; fide non ſemel,ſed ter ſub diuerſis Pontificibus & Imperatoribus Romanis tanto cum ſumptu & labore ſuo conuenirent,vt tot annis poſt interualla etiam plura & impedimenta grauiſsima tamen ſimul perſiſterent,vt in tanta linguarum,morum,& ingeniorum varietate omnes idipſum in Domino ſaperent ac ſentirent, vt tot quæſtiones, quot aliâs nunquam in vllo Concilio propoſitæ fuerunt,tanta cum diligentia & doctrina deciderent, vt poſtremò tantum Concilium fœliciter abſoluerent,finemque & manum vltimam, idq; oblatrantibus vndique Hæreticis, imponerent: hoc quale opus Dei ſit, ille cogitet, qui oculis ſuis videt,nihil ſimile vel in vna quapiam Prouincia per Proteſtantes vnquam effici potuiſſe,etiamſi illud ſæpiſsimè,fruſtra tamen ſemper, tentauerint. Conuenerunt Lutherani & Caluiniſtæ quot vicibus, quot in locis,quanta cum quorundam Optimatum cura & impenſa? Et tamen quis neſcit,nunquam eos aut in tanto etiam infimæ ſortis Theologorum numero conueniſſe, quantus Epiſcoporum Tridenti affuit? Aut tot menſibus ſimul perſtitiſſe, quot annis Tridentina Synodus perdurauit,aut ita diſceſsiſſe ad poſtremum, vt acquieſcerent vni ſententiæ,ac eandem fidem de Euchariſtia cæteriſque articulis inter ipſos agitatis,vel reciperent ipſi, vel alios docerent.

Fuerunt ſanè Tridenti nonnullæ contentiones de iuriſdictione,ac neceſſaria Epiſcoporum aſsiduitate,ſeu reſidentia,de Sacrificio propitiatorio,de clandeſtinis Matrimonijs, de certitudine gratiæ, deque alijs rebus nonnullis: & tamen cùm iſtæ res ſemel definitæ,atq; altera pars confirmata erat,ceſsit quiſq; de iure ſuo priuato, vt frueretur communi omnium iure & charitate publica: nec vel vnus eſt repertus,qui deficeret ab ea ſententia,quæ Concilio ipſi & Pontifici Romano tandem probata eſſet. Quicquamne ſimile Pſeudoeuangelici in ſuis Conuentibus effectum oſtendunt? Neq; mirum. Dei enim

gratia,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1550.	Idem Iulius 3.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

præter numeri mutationē, in ipſa enunciatione Chriſti quæreretur. Dum enim Sectarij pleriq; omnes volunt, pronomē (Hoc) ſignificare nihil, niſi *hunc panē:* dicūt, ita ſe rem habere, ac ſi Chriſtus dixiſſet: *Hic panis eſt Corpus meū.* vt ita dūæ ſeparatæ naturæ ſimul copulantur, ſalua vtriuſq; ſubſtantia, *hic panis* in ſimilitudine quadā ſignificetur eſſe corp⁹ Chriſti, & ita ſignū eius eſſe, quēadmodū Petra olim fuit. Quāquàm enim Lutherani per pronomen

Doctores Catholici.

à ſolo nomine corporis ſecundū præcepta Grāmatica regi. Ac primū quidē, vt *hoc panis*, aut τοῦτο ἄρτος, dictum intelligatur: neq; Græca oratio, neq; Latina permittit. Vnde ſi pronomē (hoc) adiectiuè ponitur, (vt mox conſtabit) non ad panē, ſed ad corpus Chriſti ſolùm neceſſariò refertur. Nam quòd pronomen (hoc) ſubſtantiuè non ponatur, quodq; hæc res, quæ panis eſt, per pronomen (hoc) non intelligatur: id inde conſtat, quia cùm ad ſanguinem ventū erat, nō eſt dictū, *hoc eſt ſanguis meus*, verùm, *hic eſt ſanguis meus*: itemq; *hic eſt calix nouū Teſtamentū in meo ſanguine.* Eadē verò eſt panis & Calicis cōſecrati ratio. Itaq; vt in his verbis (*Hic eſt ſanguis meus*) pronomē (*hic*) non ponitur ſubſtantiæ vini loco, ſed ad ſanguinem refertur, velut ad nomē, à quo in cōſtructione Grāmatica regitur: ſic in iſtis (*Hoc eſt corpus meū*) pronomen (hoc) non ſubſtantiæ panis loco ponitur, ſed ad corpus refertur, velut ad nomen ſubſtantiuum, à quo regitur. Vnde apud Cyprianū, vbi corporis nomen in vocabulum *carnis* mutatū legitur, nō legitur, *hoc eſt caro mea* ſed, *hæc eſt caro mea*. Et Auguſtinus (in Pſal. 33. Cōcione 1.) *Ferebatur* (inquit) *Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum, ait: Hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis.* Cùm Auguſtinus dicat, *Chriſtū tuliſſe illud corpus in manibus ſuis, de quo dixerat, Hoc eſt corpus meū:* vtiq; vt pronomen (illud) ad ſolùm Chriſti corpus, ſic etiā pronomē (hoc) ad idem Chriſti Corpus retulit. Idem enim eſt, *hoc corpus*, & *illud corpus*: niſi quòd Chriſtus dixit *Hoc;* Auguſtinus verò illud. Ac ne putes, Auguſtinum per *illud corpus* intellexiſſe vel corpus triticei panis, vel ſignum Chriſti corporis: aduerte quòd antea dixit, *Chriſtū commendaſſe ipſum corpus ſuum*, quando aiebat, *Hoc eſt corpus meū*. Pro eodem ergo ponitur, *hoc Chriſti corpus*, *illud corpus* & *ipſum ſuū corpus*. Nec tamen dicimus, hoc corpus meum, eſt corpus meum: ſed, ſubſtantia, quam demonſtro, eſt ſubſtantia corporis mei: perinde ac ſi diceretur, En ſubſtātiā corporis mei: aut, En corpus meū ſub his huius panis accidentibus. Vbiq; igitur pronomen ad ſolū nomen, quod attributi ac prædicati loco ponitur, neceſſariò refertur, ſiue id ſit corpus ſeu caro, ſeu ſanguis, ſeu calix. nec iniuriâ. Etenim pronomen demonſtrat, nō quidnā id ſit, quod piſtor antea fecerat, ſed quidnam id ſit, quod Filius Dei iā faciat: *hoc* (inquit) *eſt corpus meū* id eſt opus, quod ego panem accipiens, benedicens & diſtribuens, operor & cōficio, eſt corpus meum quod pro vobis datur. Quid quòd Paulus volens declarare, quàm neceſſariò pronomen (*hoc*) cum nomine corporis ſubſequente connecteretur, ita ſcribit: τοῦτό μου ἐστι τὸ σῶμα, *hoc meum eſt corpus*. Vbi iſta verba, *Hoc meum*, ita coniunguntur & copulantur, vt facilè appareat, vtraque debere ab eodem nomine regi. Vnde ſi pronomen (*hoc*) ad ſubſtantiam panis pertineret, etiā pronomen (*meū*) ad eandem panis ſubſtātiam referri deberet. Dicit enim τοῦτό μου, hoc meū, vtique illud ſuū eſſe dicens, quod per pronomen (*hoc*) demonſtrat: quaſi dicat, hoc non eſt aliud, quàm meū corpus. Eò igitur prorſus refertur illud pronomen (hoc) quò illud pronomen (meū) quod vtiq; refertur ad ſolum Chriſti corpus. Cùm igitur pronomen (hoc) non ſolùm poſsit, verùm neceſſariò debeat ad Corpus Chriſti ſolùm adiungi: non modò nulla neceſsitas cogit nos ad aliquā orationis figurā & tropum in hac oratione quærendū: ſed potius maxima neceſsitas cogit, vt tropum non quæramus: ne pronomen à ſuo nomine, ad quod neceſſariò refertur, tā incon-

gratia,non autem humanis viribus efficitur,vt quis ingenio ſuo cedat, vt ſententiam propriam mutet, vt ad ſobrietatem ſapiat, vt denique à Schiſmate abſtineat, & charitatem fraternitatis ex animo colat. Hoc ibi tantùm euenit,vbi Paſtor vnus,ouile vnum,& vna eſt Eccleſia. Hoc quidem eſt ſignum veræ
410 Dei eccleſiæ,de quo Chriſtus ad Apoſtolos dixit:(Ioã 13) *In hoc cognoſcẽt omnes:quod mei Diſcipuli eſtis, ſi diligatis inuicem*. Talis Societas liberè poterit dicere.(Actor.15.) *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*. *Ibi* (Matth.18.) *ſunt duo vel tres in Chriſti nomine congregati,in quorum medio Chriſtus eſt*. Ac nimirum ſi capita ſola,quæ conuenerunt,numeraremus,ſi nemo illorum Epiſcopus,nemo Presbyter,nemo Imperatoris,Regis,aut Reipublicæ Legatus extitiſſet: tamen vel ſoli tot homines,ex tot Nationibus,tantopere conſentientes non temerè dicerentur in Spiritu Sancto congregati. Nunc verò hi conuenerunt nõ ſuo tantùm priuato,ſed etiam publico totius Eccleſiæ nomine. Conuenerunt Epiſcopi ad primi Paſtoris conuocationem, cõuenerunt Theologi ad fidem ſuam vel conteſtandam,vel docendam, conuenerunt Capita Eccleſiæ ad hæreſes auferendas,atque ad pacem in Eccleſia Dei procurandam. Quid hic eſt non pulcherrimum? *Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem,euangelizantium bona!* Omittamus Paſtores, quibuſcum Chriſtus (Matth. 28.) *ſe omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi affuturum promiſit*. Ponamus tantùm Cæſaris primùm, deinde tot Regum & Principum Legatos conueniſſe. Poteritne aliquis negare,poteſtatem illorum Magiſtratuum à Deo eſſe? Aut vllum eiuſmodi Conuentum Proteſtantes vnquàm indicere potuerunt? Quod igitur illi ex poteſtatum ſuarum collatione pro Domus Dei pace concluſiſſent, etiamſi promiſsionem Spiritus Sancti aſsiſtentis non haberet annexam: contemni tamen,opinor,nullo pacto deberet,quia Deus facere creditur, quicquid ritè atque ordine fit per miniſtros ſuos.

Habent quidem Proteſtantes non parua Regna ſuis hæreſibus ſubiecta, quæ defecerunt à Romana Eccleſia. Numerant gentes ferè quinque: Angliam, Scotiam, Hiberniam, Daniam,& Sueciã. Habent præterea liberas Germaniæ Ciuitates: Heluetiorum magnam partem: non paucos in Pruſsia,Lituania, & Liuonia aſſentientes. Habent in Gallijs velut quoddam Regnum, non quidem in rupe inſtar Sedis Petri, ſed tamen in Rupella poſitum, prout Antichriſtus more ſimiarum Chriſti Regnum imitatur, quantum poteſt. Cur non ex omnibus his Regionibus & locis quoddam generale Concilium alicubi conuocant, in quo & de perfidia ſua propaganda tractent, & controuerſias inter ipſos tam diu motas aliquando componant? In promptu cauſa eſt. In Dei nomine ritè non coëunt,quicunque à ſucceſſore Petri deficiunt. Plus dico: Quingenti propè anni erant, quum Græcia Sedem Romanam odio habens, & Epiſcopis domi abundans,& Imperatores Conſtantinopolitanos errori ſuo aſſentientes nacta, nullũ tamẽ potuit Oecumenicum aggregare Concilium, in quo vel ſpecie tenus opponeret ſe ac parem Eccleſiæ Romanæ conſtitueret. Nam quòd olim Ariani plures indixerunt Synodos,nihil aliud ex ea re lucrati ſunt, quàm vt ſuam infirmitatem detegentes, poſteris ſuis tentandi quicquam ſimile deſperationem inijcerent. Nulla enim Synodus Græca vnquam rata fuit,quam Romana Eccleſia reieciſſet.

Hoc igitur,hoc proprium eſt Eccleſiæ Romanæ, Synodos indicere continere, & confirmare. Hoc fecit in diebus noſtris Eccleſia illa Romana,cuius peſtẽ ſe Lutherus fore putauerat. Hoc ſanè eſt, quod nobis credendum,prædicandum,& profitendum erat hoc in loco,vt omnes intelligerẽt, Deum per Synodi Tridentinæ conuocationem & conſenſum voluiſſe orbi Chriſtiano teſtatum facere, quòd Eccleſia Romana verè ſit illa Petra,ſuper quam ædificatur reliqua Chriſti Eccleſia,contra quam portæ inferi non præualebunt. Hæc Romana Eccleſia Claues habet Regni cœlorum,per quas conuocãtur Synodi, quæſtiones ambiguæ definiuntur,& fratres,hoc eſt,Epiſcopi omnes in fide confirmãtur. Quod enim ſub Cõſtantino Magno in Synodo Nicæna factum eſt contra Arianos, quod in Conſtãtinopolitana ſub Theodoſio contra Macedonianos,quod in Epheſina ſub altero Theodoſio contra Neſtorianos,quod in Chalcedonẽſi ſub Martiano contra Eutychianos, quod iterũ Conſtantinopoli ſub Conſtantino Quarto factum eſt in ſexta Synodo contra Monothelitas:hoc idem nuper ſub Ferdinando factum eſt in Tridentina Synodo contra Lutheranos & Zuinglianos. Quemadmodũ igitur ea fuit Eccleſia Chriſti vera, quæ Niceæ, Conſtantinopoli, Epheſi,& Chalcedone, repræſentata eſt: ſic etiam illa ſola eſt hodie
1551 vera Chriſti Eccleſia,quæ Tridenti conuenit,quæque cum ijs,qui affuerunt Tridenti,communicat,qui omnes fatentur & credunt,ſe Pontificis Romani oues agnoſque eſſe.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Carolus 5.
1550	Idem. Iulius 3.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

nomen (Hoc) & panem & corpus ſimul intelligi volunt (quos ſatis ipſe numerus ſingularis redarguit) tamen alij Pſeudoëuangelici per idem pronomen nõ niſi panem verè ac naturaliter demõſtrari dicunt: corpus autem Chriſti nõ quidem per pronomen (Hoc) demonſtrari (quum tamen ſolum Chriſti Corpus, ac non panis à Chriſto nominetur) ſed adumbrari volunt per modum quendam loquendi figuratiuum, vnde Figuriſtæ & Tropiſtæ dicti ſunt.

200. De

Doctores Catholici.

gruè, quàm impiè ſeparemus. Iam puto planum eſſe factum, quòd hæc oratio Chriſti (*Hoc eſt Corpus meũ*, &, *Hic eſt ſanguis meus*) nullum prorſus tropum admittit, cùm vtiq; non duæ, ſed vna tantùm natura, in illis verbis tàm ore Chriſti proferatur, quàm facto ad poſtremũ demonſtretur, licet ab initio rei gerendæ, naturam panis affuiſſe, perſpicuũ ſit: quæ tamen quia non erat perpetuò manſura, pronomen ita enũtiatũ eſt, vt cum ſola corporis & ſanguinis Domini ſubſtantia (quam vnà cum reliqua Chriſti oratione & facit, & ad poſtremũ demonſtrat) in conſtructione cohæreat. Qui aliter docent, non modò Theologiam nouã, ſed noua etiam Grammatices præcepta, nouam Euangelij phraſim & nouam Patrum doctrinã edant oportet, niſi fortè *hoc panis*, & *hic vinum* ſimul conſtare poſſint. Iã quòd ipſi quoq; hodie hæc verba Chriſti (*Hic eſt ſanguis meus*) iſto modo conuertunt, (*Hoc eſt ſanguis meus*): iã nõ adiuuat cauſam illorũ, ſed vehementer lædit, quia contra communẽ totius Antiquitatis ſenſum verba Euangelij nunc demũ mutare coguntur, vt ipſorum opinioni conſentanea ſint: cùm potius debuerint ſuã opinionẽ expreſsis Euangelij verbis accõmodare. Aut verũ nouitas vocũ (quam Paulus vitari iubet 1. Timot. 6.) hæc non eſt, vt dicatur, *Hoc eſt ſanguis meus*? Aut noſtra primùm ætate Matthæi ac Marci Euangelium Latinè redditũ fuit? An ipſa primitiua Eccleſia ſemper non legit *Hic eſt ſanguis meus*? Aut à Germanis verbũ Dei proceſsit? (1 Cor. 14.) Aut in ſolos Caluiniſtas peruenit? *Si quis ignorat* (inquit Apoſtolus) *ignorabitur*. Poſtremò illud iſtis Tropiſtis reſponſum ſit. Quælibet oratio ex Iuriſcõſultorũ atq; adeò oĩm prudentiũ iudicio propriè accipienda eſt, donec figurata eſſe & impropria demõſtretur. Quod multò magis in Sacramentorũ inſtitutione valere debet quæ cùm ſacra ſigna ſint, nec eorũ ſignificatio melius intelligatur, quàm per illa verba, quibus fiunt & adminiſtrantur: ſi verba illa vel omnino propria, vel ſecundùm cõmunem loquendi vſum intelligenda non eſſent: illa Sacramenta, quæ certæ rei ſignificãdæ cauſa inſtituuntur, certum ſignũ ob incertã verborũ ſignificationẽ non eſſent. Et ita Chriſti actio ſeipſam deſtrueret, quo nihil abſurdius cogitari poteſt. Hæc autem verba (*Hoc eſt Corpus meum*) nihil propriè ſignificant, niſi hoc, quod demonſtratur, quamcunq; ſpeciẽ gerat, ſecundùm ſubſtantiã ſuã eſſe ipſiſsimum Chriſti Corpus. Et hæc interpretatio conſuetudine & fide Eccleſiæ, imò etiam Scripturarũ collatione aptiſsimè confirmatur. Illa enim verba, *Hic eſt Filius meus*, perſimilia ſunt iſtis, *Hoc eſt Corpus meũ*: niſi quòd ibi nouum nihil fiebat, dũ Filius, qui prius fuerat, tantùm demonſtrabatur: hic autem accepto pane, *per benedictionẽ* de nouo ibi fiebat Chriſti Corpus, vbi antè non fuerat. Itaque iſta verba, *Hoc eſt Corpus meũ*, ad panẽ acceptũ & benedictum directa, ſubſtantiã panis mutant in Chriſti Corpus: illa verò, *Hic eſt Filius meus*, ad filiũ directa, qui duas naturas in vnica ſua perſona vnitas habebat, talem eũ demonſtrant qualis fuerat, nihil tunc nouum operantia. Verùm, excepta iſta differentia: vt ibi verbum, *Hic eſt*, ſecundùm Tertullianum (lib. 4. aduerſus Marcionem) *ſiſtit & repræſentat eum, quem Deus antea per Prophetas promiſit*: ſic iſta verba, *Hoc eſt Corpus meũ*, ſiſtunt & repræſentant illã Domini carnem in alimentũ, de qua iam antè dixerat (Ioan. 6.) *Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita*. Deinde ſecundùm Hilariũ (lib. 6. de Trinitate) *pronomina obtinẽt*

o ij *in ſe*

Petri Fontidonij fides & ſententia de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Petrus Fontidonius in Oratione pro Concilio Tridentino. *Illud abs te, Fabrici, quæro, cùm hæc in ſanctam Synodum ſcribere, aut potius euomere cogitabas, nunquid ex Italia, Hiſpania, Gallia, Hungaria, Anglia, Græcia, Dalmatia, Boemia, Polonia, Hibernia, ipſa Germania, ex toto denique orbe Chriſtiano doctiſſimos & grauiſſimos Epiſcopos, alios etiam quàmplurimos omnium literarum genere præſtantes & excellentes homines, florem, inquam, Reipub. Chriſtianæ, in hunc locum confluxiſſe, ſciebas, an non? Nunquid Ferdinandi Cæſaris, omnium Regum, Principum Chriſtianorum, & Rerumpublicarum Legatos hîc adeſſe intelligebas, an non? Nunquid eos omnes, non alio nomine conueniſſe, quàm vt Eccleſiæ ſaluti conſulerent, & ruenti Religioni Chriſtianæ ſubuenirent, ignorabas, an non? Si intelligebas: quæ tanta dementia tuum iſtum ſceleratum animum potuit impellere, vt violenta atque furentis orationis aculeos in eos exereres, quos lumina Chriſtianæ Reip. agnoſcebas?* Et poſt.) *Illã unicã eſſe Eccleſiæ reformationẽ exiſtimatis, ſi Romanus Pontifex ab illo loco, in quo illũ Chriſtus collocauit, depellatur. O vos deceptos, deluſoſque Germanos, quibus vel hæc vnica perſuaſio tantum hactenus malorũ inuexit, & in poſterum maiora comminatur. Hæc vobis funeſtiſſimas excitauit tragœdias, hæc clades acerbiſſimas edidit, hæc dulciſſimum eripuit otium, pacem abſtulit, bellum ciuile, ſeruile, domeſticum & inteſtinum intulit: hæc omnia erroribus infinitis, inſaniſſimiſque compleuit. Quæ quidem mala non aliunde (mihi credite) nata*
1552 *ſunt, quàm quòd Eccleſiam Romanam, veritatis Magiſtrã, antiquæ Religionis Scholam, rectæ & incorruptæ fidei religioſiſſimam aram, columnam denique atque firmamentum Euangelicæ veritatis deſeruiſtis: & Summum Pontificem, quem & Chriſtus ſuæ Eccleſiæ Principem, & Paſtorem ſupremum inſtituit, & totus orbis Chriſtianus iam inde ab ipſis Eccleſiæ primordijs, ad hæc vſque noſtra tempora, Chriſti Vicarium agnouit, non modò non veneremini, ſed odio pluſquàm Vatiniano, & contumelijs improbiſſimis proſequamini.* Et iterum. *Res ipſa clamat, Fabrici: conuerte oculos in Germaniam vniuerſam, Galliam, Poloniam, Vngariam, Boemiam, Angliã: Vicinas Prouincias, atque regiones animo & cogitatione perluſtra: incendia, cædes, ſtrages populi Chriſtiani circũſpice: hunc tantum tumultum, quaſi fremitum quendam concuſſi tempeſtatibus maris auſculta: tot erroribus miſeram plebem fluctuantem tacitus ipſe conſidera: quot hæreſibus ſciſſa, atque diſtracta ſit, tecum expende: circũiacentes Prouincias, tot erroribus & tumultibus æſtuantes, contemplare. Vnde hæc tanta fluctuatio? Vnde tam varius ſpiritus erroris, atque vertiginis? Vnde iſta furia proruperunt, vt Chriſtiani milites non modò infinitis hæ-*
1553 *reſibus diſſideant, ſed mutuis ſe iam vulneribus conficiant, niſi quòd vnius Eccleſiæ Principis, Romani, inquam, Pôtificis ſigna deſeruerunt? Vnde illos tot errorũ procellis, ſeu peſtatibuſque iactari animaduertimus, niſi quòd Gubernatorem illũ diuinũ clauo aſſidere nõ patiantur? Vnde miſeras oues errãtes per tot præcipitia ferri cernimus, niſi quòd ſummo Paſtori baculũ à Chriſto traditũ eripere voluerunt? Vnde hæ omnes perturbationes, tumultus, hæreſes profecta ſunt, niſi quòd, quemadmodum Africanus ille Paſtor & Martyr inclytus dixit, Sacerdoti Dei non obtemperatur? Quid habes, quod hîc opponas? Quam tu aliam horum malorum cauſam adduces?*

Leontius Antiochenus Epiſcopus auctore Nicephoro, in grauiſſima illa apud Antiochenos de Religionis negotio diſſenſione, cùm timens ſeditionem, ſententiam ſuam apertè proferre non auderet, aliquando caput ſuum canis floreſcens demulcens dixiſſe fertur: niuem eam ſolutam lutum multum conſerui, vrum eſſe: indicans, eo capite ſublato, quod ſua auctoritate homines in officio continebat, diſſidia ciuium in apertam ſeditionem euaſura. Quãta igitur malorum ſentina ſecutura ſit, quantæ tenebræ Chriſtianum orbem occupatura, ſi Caput iſtud Eccleſiæ
1554 *vniuerſalis, Romanus, inquam, Pontifex à Sede ſua deturbaretur, teſtatur cœnum iſtud fœtidum hæreſum cœnum, quo nunc illi miſeri volutantur, qui illum non reuerentur. Quæ cùm ita ſint, audes tu, homo audaciſſime, tot Patres & Paſtores Eccleſiæ reprehendere, eos deformatores veritatis & Religionis hoſtes appellare, quòd non animo euertendi Summum Pontificium ad Concilium acceſſerint? Quòd Eccleſiæ membra contra Caput (ſine quo fides, pax, Religio, ſalua eſſe non poſſunt) non coniurauerint?*

Profeſto

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Carolus 5.
1550	Idem. Iulius 3.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

209. De Zuinglio.

¶ Illud Zuinglio in Carolſtadij opinione placuit, quòd veritatem Corporis Chriſti ab Euchariſtia remouiſſet: nō tamen placuit modus, quo illud fecit. Voluit enī Zuinglius, verba Chriſti ad Euchariſtiā referri, ſed in eo ſenſu, tanquàm verbum ſubſtantiuū (eſt) in oratione Chriſti poſitum fuerit pro ſignificat. Nā à ſpectro ſuo (quod albúmne, an atrum eſſet, ipſe dubitabat) ſed à ſpectro ſuo ſine controuerſia diabolico admonitus, dicebat, illa verba, *Hoc eſt corpus meum*, ſic interpretanda eſſe, *Hoc ſignificat Corpus meum*. Quam interpretationem Beza cōtra Weſtphalum defendit.

Doctores Catholici.

in ſe nominū virtutē. Itaq; vt ille agens de his verbis (*Hic eſt Filius meus*) rectè ſubiungit: *Proprietatis ſignificatio eſt*, vbi &, *Hic eſt*, dictum eſſe auditur, & *meus eſt: hunc ego tanquam indice digito ac verbi ſignificatione contingo, quia dico, & meus eſt, & hic eſt, & filius eſt: quid poſt hæc intelligentiæ poterit eſſe, ne non eſſe credatur?* eodem prorſus modo iam & ego dixerim, Pronomen (*Hoc*) itemq; pronomen (*meum*) obtinere in ſe *nominum virtutem. Proprietatis ſignificatio eſt, vbi &, Hoc eſt* dictū eſſe auditur & *meū eſt*. Perinde valent hæc pronomina Hilarij iudicio, ac ſi diceretur, *Proprium eſt Filius*, aut, *Proprium eſt Corpus quod demōſtro*. Nam qui dicit, *Hoc eſt Corpus meum* hoc ſuum Corpus tanquam indice digito & verbi ſignificatione contingit, quia dicit, & *meum* eſt, & *hoc eſt*, & *Corpus eſt*. Quid poſt hæc intelligentiæ poterit eſſe, quò minus propria & naturalis corporis Chriſti ſubſtantia eſſe credatur, quæ tam ſignificanter oſtenditur?

Verbum ſubſtantiuum (eſt) nunquam ex ſe vſurpari pro alio verbo compoſito.

¶ Verbum (eſt) quod ſubſtantiuum dicitur, ſimplex omnino ac purum, affirmationibus & negationibus deſeruit, eaſq; res, quæ alijs attribuuntur, cum ijs cōnectit, quibus attribuuntur, nec vnquā ex ſe compoſitum aliquid ſignificat. Etenim compoſita verba omnia in partes ſuas vltimas per hoc verbum reſoluuntur, & diſtinctè explicantur: adeò vt Hebræi nūquam ferè exprimāt illud verbū, quia per cōmunem ſenſum vbiq; ſuppletur abſq; vlla ambiguitate. Quinimò Lucas cùm verba benedictionis Dominici Calicis (c. 22.) recitaret, prorſus omiſit verbū (eſt) velut ex communi more ac ſenſu tam ſupplendum, quàm intelligendum. Nam quòd iſta oratio (*Petra erat Chriſtus*) ſoleat ita exponi, *Petra ſignificat Chriſtum*: id non accidit, quoniam verbū (eſt) pro (ſignificat) ex ſe collocetur: ſed quoniam Petra illa cum Chriſto aliter cohærere, quàm per ſimilitudinem & ſignū quoddā nō poteſt. Cùm igitur in rebus per eiuſmodi orationem connexis ratio tantùm ſigni reperiatur: fit, vt parum referat, dicàſne, *petra eſt ſignum Chriſti*, an, *petra ſigno tenus Chriſto conuenit*, an etiam, *petra ſignificat Chriſtum*. Sed niſi prius per naturā rerum vis ſigni ac poteſtas in ipſis nominibus petræ & Chriſti fuiſſet: nunquā poſſes illud (eſt) pro ſignificat interpretari. Iam verò cùm in rebus per verbum (eſt) copulatis ratio ac natura ſigni neceſſariò inſit: non illud (eſt) ponitur pro ſignificat, ſed illud verbum (ſignificat) ponitur pro toto hoc (eſt ſignū) quod quidem ſignum in rebus ipſis, ac non in verbo conſtitutum, à rebus ad verbum transfertur, ac non in verbi ſubſtantiui natura propriè cōſtituitur. Ineptè igitur Zuingliani tropū quærūt in ſimplicisſimo verbo ſubſtātiuo, quod nihil aliud ex ſe facit, quàm vt duo extrema cōnectat, & tali modo cōnectat, qualia in ſe iā ſunt, nihil omnino illis addens aut detrahēs. Itaq; ſi tropus in oratione Chriſti quærēdus eſt, in noīe corporis, nō in verbo (eſt) quæri debet.

210. De Oecolāpadio, ſeu Vetreto.

¶ Oecolampadius nō quidem hæreſim Zuinglij deſeruit,

Nomen Corporis in his verbis (Hoc eſt Corpus meum) propriè ac non figuratè ſeu tropicè accipi, & cur id ita ſe habeat.

¶ *Corpus, quod datum eſt pro nobis*, verū Chriſti Corpus erat, ſecundùm naturam: ſed Chriſtus dixit, *hoc eſſe Cor-*

Profeſſio fidei R.D. Abd-Iſu Patriarchæ Aſſyriorum Orientalium, &c. facta ſub S. D. N. Papa Pio Quarto.

Ego Abd-Iſu filius Ioannis de domo Martia ex Ciuitate Gezíræ in Tigri flumine, olim Monachus
Ordinis Sancti Antonij, Monaſterij Sanctorum Rabæ & Ioannis fratrum, electus Primas ſiue Patriar-
cha Ciuitatis Muzal in Aſſyria Orientali, iuro, quòd ita corde credo, & ore confiteor, *Sanctaq; Romana*
1555 *Eccleſia fidem, approbans omnibus & ſingulis illis, quæ ipſa approbat, & damnans ſimiliter omnibus, quæ ip-*
ſa damnat, amplector, & perpetuò me amplexurum, & retenturum eſſe profiteor, & promitto, & omnes fratres
meos Metropolitas, ſiue Epiſcopos ac Diæceſanos quouis modo meæ iuriſdictioni ſubiectos, ita credendum, &
tenendum eſſe docebo, & modis omnibus, quibus potero, perſuadere conabor. ita me Deus adiuuet & hæc ſancta
Dei Euangelia. In quorum omnium fidem, hanc meæ fidei Profeſsionem, & atteſtationem manu mea
ſcripſi, & ſubſcripſi coram Renerendiſsimis & Illuſtriſsimis Dominis D. Michaële Titulo Sanctæ Sa-
binæ, Alexandrino, & Domino Marco Antonio Tituli Sancti Marcelli, Amulio, vulgariter nuncupatis,
S.R.E. Preſbyteris Cardinalibus. Romæ die vij. Martij. An. Dom. M.D.LXII.

Alia Profeſſio eiuſdem Patriarchæ, qua iurat, ſe credere, recipere & tenere omnia Decreta Conciliorum, præſertim Tridentini, &c.

Ego Abd-Iſu, nunc Dei & Apoſtolicæ Sedis Primas, ſiue Patriarcha Ciuitatis Muzal, in Aſſyria Ori-
entali, ſub cuius iuriſdictione multi Metropolitæ, Epiſcopi, & Diœceſani continentur (videlicet, Arbel
Metropolis, Saraua, Hancaua Epiſcopatus, Cheptiam Metropolis, Caramleys, Achulch Epiſcopatus,
Naſſybin Metropolis, Macchazzin, Talleſcaui, Mardin Epiſcopatus, Sceert Metropolis, Azzen Epiſco-
patus, Elcheſſen Metropolis, Zuch & Meſciara Epiſcopatus, Gurgel Metropolis, Eſci Epiſcopatus,
Amed Metropolis, Chiaruchiæ, Havn, Tammir Epiſcopatus, quæ omnes ſimul regiones ſubſunt *Turca-*
rum Imperio, Ormi ſuperior Metropolis, Vſcimi & Cuchia Epiſcopatus, Ormi inferior Metropolis,
Durra, Soldos, Eſchinuch Epiſcopatus, Eſpurgan Metropolis, Nare, Gien nunc Epiſcopatus, Sala-
mas Metropolis, Baumar, Schiabathan, Vaichan Epiſcopatus, omnes *Perſarum Regi, vulgò Sophi*
nuncupato ſubiecti: in India verò *Luſitanis ſubiecta*, Cuſchin Metropolis, Cananor Metropolis,
Goa Metropolis, Calicuth Epiſcopatus, cui ſubeſt Carongol Ciuitas, quæ adhuc ab Idololatris,
& Ethnicis hominibus poſsidetur) *tam pro me quàm pro illis* (cùm mihi non liceat ad ſanctam ſacram Triden-
tinam Synodum accedere, ſed neceſſe ſit, vt ad Patriarchatum meum me transferam, qui meo
eget auxilio, & ſine cuſtode, me abſente permanet) *tã meo quàm earum nomine, quos omnes ex corde Sã-*
1556 *ctæ Romanæ Catholicæ Eccleſiæ partes tenere non dubito*, inhærendo iuramento fidelitatis, aliâs per me cõ-
fecto, ſiue per me præſtito: Iuro, inquam, & polliceor, *omnia nos tenere, & credere, quæ in ſanctis Oecume-*
nicis Conciliis hucuſq; ſunt acta, & ſecundũ eorũ Decreta promitto omnes filios noſtros inſtituere, & præcipue in
ijs, quæ in ſancta ſacra Oecumenica Tridentina Synodo terminabuntur. De cuius legitima congregatione nihil
penitus dubito, ſed et & meo, & eorum nomine reuerenter & humiliter me ſubijcio, vocatusq; ad hanc ſeu ad
aliam ſanctam Synodum, cum aliis fratribus meis libenter ſeu per accedam. Sic me Deus adiuuet & hæc ſan-
cta Euangelia.

Gaſpar

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

ſeruit, ſed modum aptiorẽ excogitare conat' eſt, quo eandem propugnaret. Dicebat igitur, nomen *Corporis Chriſti* poſitum eſſe pro ſigno & figura Corporis Chriſti, atq; ita figuram dictionis cõſtituit in prædicato & attributo, non autẽ in verbo (eſt.) Vnde etiam Virettus, *Metonymiam* (inquit) *quam eorum aures in verbo (eſt) reſpuunt, collocemus in nomine Corporis, vt Corpus capiatur pro Corporis figura & ſignificatione.*

Idem Carolus 5.

eſſe Corpus ſuum, illud ipſum, quod datum erat pro nobis, & ſanguinem ſuum pro nobis effuſum in remiſſionẽ peccatorum: non igitur abuſus eſt nomine Corporis pro figura & ſignificatione Corporis, quia figura Corporis Chriſti non eſt data pro nobis. Itaq; ſi qua dubitatio poterat in Corporis nomine ſuboriri, eadem prorſus eſt ſublata per adiuncta illa verba, *quod pro vobis datur.* Vt, Chriſto dicente, *hoc eſt Corpus meum,* ſi tu interroges, quod Corpus? tùm ille reſpondeat, *idem ipſum, quod pro vobis datur.* Nam articuli Græci manifeſtum faciunt, vim ac proprietatem Chriſti Corporis prorſus per ſubſequentem deſcriptionem explicari, & indubitatam reddi. Nam quòd nonnulli Patres dicunt, *Chriſtũ dediſſe figuram Corporis ſui:* nõ vtiq; Rhetoricam dictionis aut ſententiæ alicuius, ſed myſticam figuram intelligunt. Cuius quidem figuræ ſubſtantia non alia ſit, quàm vera Chriſti & naturalis caro ſub ſpecie panis in cibum mentis data. Nã vt non panis aut vinum, ſed ſola Chriſti caro mortẽ pro nobis in Cruce pertulit: ſic mortis eiuſdem cõmemoratio, quæ fit per ſacrum epulum, non poteſt legitimè fieri, præterquàm ſi eadem ipſa caro ab ijs, qui comedunt hoſtias & participes fiunt Altaris, ore corporis manducetur. Sacra enim menſa, quæ ad Sacrificium aliquod refertur, eãdem ſubſtantiam, quæ in Altari oblata fuit, neceſſariò continet. Alioqui nõ eſt eius Altaris aut Sacrificij menſa & participatio. Sic Agno Paſchali oblato, eiuſdem ſolius agni caro in memoriam tranſilientis olim Angeli comedebatur. Exod. 12. Altare, vbi Chriſtus magnum ſacrificium pro genere humano obtulit, Crux fuit: Ibi certum eſt veram Chriſti carnem vſq; ad mortem fuiſſe pro nobis oblatam. Euchariſtia verò tam neceſſariò refertur ad illam Domini mortem & Crucis oblationem, vt *quoties manducamus hunc panem, & Calicem Domini bibimus, mortem eius annunciemus, donec veniat.* Vnde Chriſtus, *Accipite* (inquit) *& manducate, hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis datur.* Cùm igitur verba Domini cum reipſa conueniãt, neo ſolùm oporteat id Corpus Domini eſſe, quod manducandũ porrigitur, quia Chriſtus ita dixit, verùm etiam quia rei natura id poſtulat: abſque omni controuerſia id quod in Cœna Domini ore corporis manducamus, propriè Corpus Domini eſt ſine vlla orationis, non item ſine vlla rei alicuius figura. Corpus enim Chriſti ſub ſpecie panis (ob demõnſtrationem Sacerdotij, quod ſecundùm Ordinem Melchiſedech Chriſtus obiuit & impleuit) Diſcipulis datum, ſui ipſius vel in Cruce ad mortem traditi, vel iam in ſpiritu nos viuificantis & nutrientis, vel poſthac in cœleſti gloria exhibendi, figura eſt. Nam vt *vitam in nobis habere non poſſumus* (Ioã. 6.) *niſi manducauerimus* (ſpiritu ſaltem & deſiderio) *carnem filij hominis:* ſic neceſſitas internæ huius manducationis nulla re alia perfectè figurari & exprimi poteſt, niſi eadem ipſa Chriſti caro in Sacramento Euchariſtiæ ore corporis capiatur. Etenim ſi aliud quippiã comeditur, ex eo potius figuratur, in alio præterea cibo, quàm in ſola viuifica Chriſti carne alimentum noſtrum cõſiſtere. Sin autem ſolius Chriſti carnis (vt verè facimus) ſubſtantiã manducemus: perfectiſsimè ſignificatur, in ſolo Chriſto vitam ſpiritualem nobis repoſitã eſſe. Et hæc vera eſt ratio, cùr Euchariſtia toties appelletur figura corporis Chriſti. Figurat enim caro Chriſti hoc modo porrecta, & mortẽ ipſius præteritã, & viuificationẽ noſtrã præſentẽ, & gloriã in futuro per eiuſdẽ Corporis meritũ acquirendã. Sola talis ac tanta figura Chriſto auctore digna eſt, nõ autẽ vmbratilis illa, quam Sacramentarij nuper excogitârunt, dum rerũ tantarũ myſticam figurã in tropum & figuram orationis cõuerterunt.

1550. Idem Iulius 3.

Cùm

Gaſpar à Foſſo Archiepiſcopus Rheginus. *B. Petri eiuſq; in Romana & Apoſtolica Sede ſucceſſorum*
1557 *authoritatem, eminentiamq; ſupra cæteras omnes ab ipſa Chriſti reſurrectione indubitatam acceperunt, ea quos*
alij quæuis grauia fidei dubia & Eccleſiæ negotia tanquam ad ſupremos Doctores, & totius Dominici gregis Pa-
1558 *ſtores ſummos referebant.* (Et poſt.) *Sola hæc Eccleſia nunquam fuit erroribus obnoxia.*

1559 Gaſpar Cardillus Villalpandeus. *Eccleſia Catholica & Apoſtolica eadem prorſus eſt cum Eccleſia Romana.*

Petrus Fontidonius in Concione ad Patres Tridentinos. *Sedem illam Apoſtolicam Romanam vel ipſi*
antiqui Eccleſiæ hoſtes, ſumma veneratione iam inde ab ipſo Apoſtolorum Principe Petro, continua Pontificum
ſucceſſione deductam, tanquam cæterorum omnium Eccleſiarum Principem & moderatricem proſequebantur.
1560 *In hanc igitur vnam curam & cogitationẽ de conſeruãdo diuino Sacrificio, quod illi extirpare: de aſſerenda Sede*
Romana, quam illi euertere & funditus delere conantur, incumbite: ad ſuſtentandam vnicam illam & firmiſ-
ſimam Eccleſiæ Columnam, omnes ingenij vires adhibite: quam qui erectam & firmam eſſe rupit, ſaluam in-
1561 *pit eſſe Eccleſiam. Illa etenim collapſa, ruet totum Eccleſiaſticum ædificium: illa extincta ſplendidiſſima face,*
omnia hæreſum & errorum tenebris occupabuntur, quæ non aliunde nata ſunt, quam quod Sacerdoti Dei (vt
dixit Cyprianus) non obtemperatur: Illa occidente, occumbit ſimul Chriſtiana Religio: adeò vt mihi quidem
cum illius funere miſerabile etiam Eccleſiæ funus coniunctum eſſe videatur. Nihil eſt quod aduerſarij maiori
odio proſequantur, & maiori rabie inſectentur. Sed nihil mirum. Nefarium illum & improbiſſimum Magiſtrũ
atque Ducem imitantur. Quò maiori ſtudio & animi contentione laborandum eſt, vt quod illi ad affligendam
magnopere Religionem è medio tollere conantur, nos illud vnum ad eam firmandam ſtabiliendamq; ſuſtentemus.

Gaſpar Ferrantius Sueſſanus in Oratione ad Patres Tridentinos. *In cœlum Saluator noſter aſcenſurus,*
agnos & oues ſuas Petro Apoſtolorum Principi cœleſtis doctrinæ pabulo paſcendas tertiò commendauit, aperte oſtẽ-
dens, quantum illas diligeret. At Petrum ipſum, cui ſoli, antequàm Cruci pro noſtra ſalute affigeretur ſe Claues
regni cœlorum daturum, & ſuper illum Eccleſiam ſuam ædificaturum promiſerat pro quo Patrem quoque orauc-
rat, ne illius vnquam fides deficeret: quò alios doceret, & in vera Religione confirmare poſſet, orbis vniuerſi Ma-
giſtrum ac Paſtorem propoſuit. Et ab eo ſublimi quadam ſapientia Eccleſiam ſuam vnam, gregemq; vnum mõ-
ſtrari voluit, vt omnis perturbatio & confuſio ab Eccleſia tolleretur, & ordo ſeruaretur: noſq; cum Capite noſtro
1562 *Romano Pontifice, Chriſti Vicario, Petriq; ſucceſſore quaſi mẽbra compacti Chriſti Corpus in terra referremus.*

Ludouicus Bloſius Abbas Lætienſis in Collyrio Hæreticorum lib. 1. c. 2. *Quòd Hæretici Primatum*
Summi Pontificis & eminentiam Sedis Apoſtolicæ deſpiciunt, atque impugnant: hoc faciunt, quod ſibi pro-
1563 *prium eſt. Nec enim aliunde orta ſunt hæreſes, quam dum vnus in Eccleſia ad tempus vice Chriſti Iudex non*
cogitatur.

Laurentius Surius in appendice ad Naucleri Chronica. *Pontificis Romani ſententiam & authoritatem*
1564 *vniuerſus orbis Chriſtianus ſemper agnouit, ſuſpexit & reueritus eſt, quem nunc Lutherus & Diſcipuli eius non*
alio quam ipſiſſimi Antichriſti loco habent. Sic enim expedit iſtis Euangelicis, vt nulla ſit Romanæ Sedis autho-
1565 *ritas, cuius pondere ſciunt ſuperiorum temporum hæreſes omnes mirabiliter oppreſſas & eliſas.*

Hieronymi

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceßio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1550.	Idem Iulius 3.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

211. *De Valentino Cratoaldo.*

r Ioãnes Langus in Apologiam Iuſtini Martyris ad Antoninum Pium Annotationes conſcribens, non modò narrat, ſed etiam approbat Valentini Cratoaldi præceptoris ſui nouam & hactenus inauditam de verbis cœnæ Domini opinionē, qua dixerat, propoſitionem iſtã, *Hoc eſt Corpus meum*, ita ordinandam, *Corpus meum eſt hoc*, videlicet, panis (nam hunc demonſtrat) & cibus, ſed panis & cibus ſpiritualis & viuus, qui de cœlo deſcendit, ſicut Ioan 6. dicitur, *Caro mea verè eſt cib᷑*. Et ibidem Langus rationem ſuæ opinionis hanc reddit, quia in Græca lingua articulus efficit, vt ea vox, cui is adiectus ſit, ſubiecti, & altera prædicati locũ obtineat: articulum verò (τὸ) adiectũ eſſe Corporis nomini.

212. De

✠ *Doctores Catholici.*

r Cùm in omni enuntiatione illud ſit ſubiectũ, cui nonnihil tribuere, & de quo aliquid affirmare volumus: liquidò apparet, Chriſtum in Cœna ſua de pane potius, quàm de Corpore ſuo aliquid affirmare voluiſſe. Accepit enim ab initio, nõ quidem Corpus ſuũ, ſed panem, velut materiã & elementũ, ad quod verbũ ſuum mox acceſſurũ erat, vt fieret Sacramentũ. Panis igitur elementũ eſt & primũ initiũ Cœnæ Domini: Corpus aũt non initium, ſed perfectio eſt Cœnæ Domini. Ac ſanè cùm Domini verba factis eius cõſentanea eſſe debuerint, ſicuti primùm facto ipſo accepit panē in manus ſuas: ſic quod poſtea, dũ benediceret ac frangeret, locutus eſt, ita interpretari debem᷑, vt potius de pane iã accepto aliquid fieri & affirmari ſtatuamus, quàm de Chriſti corpore, cuius adhuc nulla ibi mentio facta fuerat. Nã ſi verba Domini ſic intelligimus, vt à Corpore ſuo inchoauerit, & id ante omnia oſtenderit panē cibumq́; eſſe: iam præterquàm quòd verba Chriſti factis eius non reſpondent (nã volumus verba eius incipere à Chriſti corpore, cũ facta Chriſti à pane inceperint) etiã corpus Chriſti cõſtituimus elementũ Cœnæ Dñi: panē verò facimus velut virtutē quandã maiorē, quæ attribuatur Chriſti Corpori: quo nihil a recta rõe alienius dici poteſt. Nam quòd Cratoaldus vim articuli Græci tãtopere vrget, nihil oĩno dicit. In his enĩ orationibus, *Hic eſt Filius meus, hic eſt hæres, non erat ille lux*, articulus in Græca lingua Filio, hæredi, & luci præponitur. Nec tamē propterea ſic inuertēdæ ſunt illæ enũtiationes, *Filius meus eſt hic, hæres eſt hic, lux non erat ille*. Quòd autem hæc propoſitio (*Deus erat verbum*) ita ordinetur, verbũ erat Deus: non tam ob articulũ verbo illi præpoſitũ id accidit, quàm quòd manifeſtè conſtat, Euangeliſtã id ex propoſito agere vt aliquid attribuatur Dei verbo, quod & ab initio fuiſſe, & apud Deum, imò etiã Deum eſſe, affirmat. Res igitur ſubiecta docet, verbum eo in loco ſubiecti locum tenere, ſicuti eadem res docet, in Cœna Chriſti panē eſſe, qui primùm vocatur & fit Chriſti Corpus: & tunc quidem Corpus Chriſti iam prius de pane confectum, cibus etiam eſſe declaratur. Itaq; Corpus Chriſti cibus quidem noſter eſt, ſed hoc non prius ita comparatur in Cœna Domini, quàm panis acceptus verbo & benedictione Chriſti fiat Corpus ipſius. Iam quòd Ioannes Langus dicit, Corpus Chriſti panē ſpiritualē & viuũ vocari, quemadmodũ vbi dicitur, *Caro mea verè eſt cibus*: certè quidem per hanc opinionem pronomē illud (hoc) non propriè accipitur, ſed figuratè. Nec enim Corpus Chriſti re vera eſt panis hic triticeus, quem Chriſtus (ſecundùm Cratoaldi mentem) demonſtrat, ſed velut panis hic. vt ita ſuppleri debeat Chriſti oratio, Corpus meũ (ſubaudi, ſpiritui veſtro) eſt verè ac reipſa (ſubaudi velut) hic panis triticeus (ſubaudi, corpori veſtro.) Nam multũ intereſt, vtrũ dicat Chriſtus, Corpus meũ eſt panis in genere, hoc eſt, cibus (ſicuti Ioã. 6. dicitur: *Caro mea verè eſt cibus*) an verò dicat, corpus meũ eſt hoc, videlicet hic triticeus panis quem accepi. Quod certè vt abſurdiſsimè diceretur de vno aliquo certo pane: ſic non minus abſurdè ſuppleretur illa vocula (velut) aut (tãquàm) perinde ac ſi Chri-

❧ *Hieronymi Oſorij fides & ſententia de Romana Eccleſia Primatu.*

Hieronymus Oſorius Epiſcopus Syluenſis in Gualterum Haddonum. Lib. 1. *Conſentaneum optimæ
moderationi fuit, vt cùm ſummus ille Princeps, qui cœlum atque terram imperio ſempiterno deuincit, Rempu-
blicam cœleſtem in cœlis condere ſtatuiſſet: primùm leges daret, deinde Magiſtratus & Principes crearet, qui
ex legum præſcripto & ratione eandem Rempub. temperarent. Hi fuerunt Apoſtoli & reliqui Diſcipuli Chriſti.
Poſtremò ne ſocietatis vinculum diſſolui, & conſenſus ciuitatis huius turbari poſſet: Monarchiam, Petroq; ſum-
1566 mum Imperium delegauit.* (Et poſt.) *Si ergo Chriſtus Eccleſiam ſempiternam eſſe voluit, ea illam tune
ordine conſtituit, qui ſemper in omni temporum varietate conſeruari deberet. Si igitur conſtat, & luce meridia-
1567 na clarius conſtat, Petrum fuiſſe aliorum omnium Apoſtolorum Principatu collocatum: conſtat certè, omnibus,
qui in locum illius ſucceſſerint, eandem dignitatis & honoris excellentiam deberi. Aliter enim in vna Chriſti
Eccleſia minimè fuiſſet Monarchia cœleſtis ratio, ſed multorum poteſtas inſtituta. Quod igitur fuiſſet concor-
dia vinculū? Cuius authoritate tēpeſtates ſedari, turbulentæ opiniones euelli, ſuperbia & contumacia coerceri &
cōprimi potuiſſet, ſi nullus in Eccleſia cōſtitutus ab initio fuiſſet, cuius authoritate & imperio omnes contineren-
1568 tur? Cùm igitur Eccleſia Chriſti ſimplex & vnica ſit, & vnica eſſe non poſſit, niſi vnus Princeps exiſtat, & con-
ſtet, id à Chriſto fuiſſe conſtitutum, vt vnus eſſet ſummus Eccleſiæ Rector, quem omnes intuerentur, & perſpicuū
ſit, eam dignitatis præſtantiam ad Petri ſucceſſores pertinere, & nemo vnquam ex antiquis hoīibus diuina
1569 virtute præditus dubitarit, quin Romani Pontifices Petri ſucceſſores eſſent, quod eorum monumenta & omnium o-
mnis vniuerſa Eccleſiæ conſenſio declarat: cuius ſpiritus impulſu Apoſtoli veſtri hanc nouam Euangelij diſci-
plinam attulêre, quæ ordinem à Chriſto inſtitutum diſturbaret, concordiæ vinculum dirimeret, & Eccleſiam de
ſtatu conuelleret? Sed ne omninò temerè eos id facinus ſuſcepiſſe, quiſpiam ſuſpicari poſſit, quod eorum aut Sata-
næ potius conſilium fuerit, exponam.*

*Nunquam fieri potuiſſet, vt peſtilentes ſectæ vires colligerent, niſi prius Pontificis Maximi labefactata fuiſſet
1570 authoritas. Quomodo enim peſtis diu viguiſſet, cùm facillimum fuiſſet, eā naſcētem Pontificis authoritate reſe-
care? Capite, inquit Sponſa, nobis vulpes paruas, quæ vaſtitatem inferunt vineis. Hoc Sponſa poſtulata, quis
ſatisfaciet, ſi nullus erit ea poteſtate præditus, qua poſſit Hæreticorum prauitatem, antequā adoleſcat, extinguere?
Per vulpes enim hæreticas conſtat intelligi. Itaque Paulus in ſecunda ad Theſſalonienſes Epiſtola negat futu-
rum, vt Antichriſtus ante defectionem adueniat. Neceſſe igitur eſt, vt minores Antichriſti, qui iam, vt
Ioannes ait, illius futuri Antichriſti imaginem gerunt, antequam ſcelus impium moliri curant, non ſolùm ab
1571 Eccleſia, & ab illius ſumma Rectore deficiant, verùm etiam omnes, quos Diſcipulos abducere conantur, ad
eandem defectionem ſolicitent. Inde adeo factum eſt, vt omnes Hæretici, qui conatus omnes ad Eccleſiæ euer-
ſionem comparant, in hanc primùm arcem inuadant, hanc tormentis oppugnent, huic machinas admoueant,
ad illam ſubruendam cuniculos agant: nec enim illa expugnata diffidunt, ſe liberè poſſe ſementem omnium
malorum facere, & cum multorum exitio & interitu, quacunque illis libuerit, impunè volitare.*

Michael

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
		Idem Carolus 5.
1550	Idem. Iulius 3.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

212. *De VVolfgango Muſculo, ſeu de ijs, qui propriè Sacramentarij dicuntur.*

Id demum, poſt hæc omnia tentata, reſtabat, vt Tropiſtæ abſque Verbo Dei ſcripto, imò cõtra manifeſtam Scripturam, tamẽ contendere non ceſſarent, ſuam opinionem eſſe verã, ſaltẽ ex natura & proprietate Sacramenti, quod neceſſariò ex ſigno rei ſacræ conſtat. Eſt enim Sacramentum nihil aliud, quàm ſacrum ſignum. Quod autem ſignum Corporis Chriſti ſit, idipſum Chriſti Corpus nõ eſſe, præterquàm in ſigno, & Sacramentali modo. Ob quam cauſam Wolfgangus Muſcul⁹, quanquã in locis ſuis communibus (ſub Titulo, De Cœna Domini) fateatur,

Doctores Catholici.

ſtus voluiſſet dicere, Corpus meum eſt tãquàm iſte panis. Itaq; ſi à fide Catholica ſemel diſceſſerimus, ne illud quidem pronomẽ (hoc) quod omniũ certiſſimum eſſe debeat, quodq; rei ad oculum demonſtrandæ maximè ſeruit, certã habet ſignificationem. Nam alij ex Proteſtantibus (vt Caroliſtadiani) aiunt (hoc) referri ad viſibile Chriſti corpus, alij (vt Zuingliani) tantùm ad panem acceptum, alij (vt Lutherani) ſimul ad panem hunc & Chriſti Corpus in eodẽ pane exhibitum, alij (vt Laſchitæ) ad actionem Cœnæ, poſtremò alij (vt Cratoaldini) referunt pronomẽ (hoc) ad ſpiritualem panem de cœlo deſcendentem.

Ratione certiſsima demonſtratur, Corpus Chriſti neceſſariò adeſſe in Euchariſtia, idq; ſecũdùm rationẽ eius Sacramenti, quod nouo Teſtamẽto cõgruat.

Fides noſtra de ſubſtãtiali Chriſti Corporis præſentia in Euchariſtia, tam ſolidè in Dei verbo, & in ipſa veritate Euangelij fundatur, vt Sacramenti natura non modò præſentiam Chriſti realem non oppugnet, ſed etiam permultum adiuuet firmiterq; ſtabiliat. Licet enim ſignum ac res ſignata inter ſe differãt: nõ eſt tamen neceſſe, vt ob eam differentiam ſignum alterius naturæ ponatur, ſed tantùm vt in ratione alia fundetur, cùm Dei Filius, qui eſt eadẽ natura cum Patre ſuo, *figura tamen ſubſtantiæ Patris* dicatur, (Heb.1.) & Manna de cœlo cadens iubeatur (Exod.16.) in memoriam eiuſdem panis de cœlo cadentis conſeruari. Sic vtiq; Chriſti Corpus verè adeſt ac repræſentatur in Euchariſtia, vt per hanc eius præſentiã fide ſciamus, quali eſca nos Deus & quõdam in Cruce redemerit, & nunc nutriat in deſerto huius ſeculi. Sed parum eſt reſpondere Aduerſarijs. Audiant potius, quàm certa ratione fidei noſtræ veritatẽ demonſtremus: & ea ipſa ratio petetur à Sacramenti etiam natura, tali quidem, qualem in nouo Teſtamento inſtitui ſecundùm Scripturam ſacram, neceſſe fuit. Euchariſtia inſtituta eſt *ad mortem Domini commemorandã* (Lucæ.22.) eademq; ſummus cultus eſt, quem ritu noui Teſtamenti offerimus Deo, vt manifeſtè apparet ex verbis Pauli (1.Cor.10.) Euchariſtiam eo loco ponentis apud Chriſtianos, in quo ſacrificia Leuitica erant apud Iudæos. Vnde celebrationem Euchariſtiæ ad modum ſacrificij ſe habere, paulò antè demonſtrauimus. Vetera verò ſacrificia *Vmbram futurorum habebant, non ipſam imaginem rerũ.* Heb.9.& 10. *Reprobatio autem fit præcedentis mandati* (Heb.7.) *propter infirmitatem eius & inutilitatem.* Nouũ ergo hoc celebrandæ Euchariſtiæ mandatum, quod illis veteribus ſurrogatum eſt, *nec infirmum eſſe debet, nec inutile.* Sed veteris mandati hæc erat infirmitas, quòd nec ſacerdos, nec hoſtia erat perfecta, ſed tùm *plures ſacerdotes facti ſunt, quia nemo vnus eorum manſit in æternum,* tùm quotidie repetebãtur aliæ atq; aliæ eiuſdem generis, licet numero diuerſæ hoſtiæ, *quæ non poterant auferre peccata.* Nos ergo, qui debemus ab his infirmitatibus ſub nouo Teſtamento liberari (cùm tamen nec cultu omni carere poſsimus, nec vllum externum Euchariſtia præſtãtiorem habeamus) nec vno æterno ſacerdote in cultu noſtro deſtitui, nec nouas quotidie hoſtias, ſed ſemper eandem & illam efficacem offerre debemus. Si autem Euchariſtia conſtaret ex panis & vini ſubſtantia, nec iam ex creaturæ verè tranſirent

Michael Medina Chriſtianæ Parænesis lib.7.c.17. *Poteſtas in diuinas leges, ordinariè quidem in Roma-*
1572 *no Pontifice reſidet. Hoc eſt enim, quòd illi à Domino in regionem longinquam proficiſcēti, quaſi Vicaria & Rei-*
pub. Chriſtiana, dum reuertitur, Præſidi, in procinctu ſuggeritur: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatū
in cœlis, &c.

Idem Medina de ſacrorum hominum continentia lib.5.c.43. *Conſtat, Chriſtum ſacrum quendā Prin-*
cipatum inſtituiſſe, cui omnes parērent. Hunc autem Principatum non paucorum, aut multorum, ſed unius dun-
1573 *taxat, qui ſuo loco Eccleſiæ præſideret, fuiſſe, Catholici omnes planè confitemur. Reliquit enim Petrū ac eius Suc-*
ceſſores Romanos Pontifices, regiæ cuiuſdam ac Pontificalis poteſtatis hæredes.

1574 Thomas Elyſius Neapolitanus in Clypeo Piorum, Quæſt.36.artic.2. *Chriſtus conſtituit Petrum Ca-*
put omnium Chriſtianarum, & Vicarium ſuum in terra, cui dixit: Paſce oues meas. Paſcere eſt gubernare & re-
gere oues verbis, exemplis, & alijs neceſſarijs ad regimen animarum, à cuius regimine nullus Chriſtianorum eſt
1575 *exemptus, qualicunque dignitate fulgeat. Quæ authoritas datur ſucceſſoribus Petri à Chriſto, mediante vera &*
bona miniſtrorum electione, alijs Epiſcopis & Prælatis datur à Chriſto, mediante Petri ſucceſſore.

Marianus Victorius Reatinus in lib. de Confeſsionis Sacramento, quem Pio 4. Pontifici Maximo
1576 dedicat, rectè aſſerit, *diuinam, & ab ipſo Chriſto ad nos vſque manantem, doctrinam eſſe, quæ hodie Romana*
Eccleſia vtitur, quaq; ſemper etiam vſa eſt, cùm ei in Petro promiſſum fuerit, defuturam nunquam eſſe illius fidē,
nec portas inferi aduerſus eam vnquam præualituras, ſed ab ea potius, veluti omnium matre, cæteras in fide cō-
firmandas fore Eccleſias.

Fides & Sententia Cardinalis Seripandij de Petri & ſucceſſorum eius Primatu.

Hieronymus Seripandius Cardinalis ad Epiſt. Pauli ad Galatas, in refutatione 14. *Tu es Simon (inquit*
Chriſtus Ioan.1.) tu vocaberis Cephas. Cephas autem (auctore Ioanne) eſt Græcè πέτρος, quæ Græca dictio Lati-
nè Petram, & ſaxum omnibus ſignificat. Qua quidem voce, & appellatione, cum eodem Simone alium longo
pòſt interualla ſermonem habens, hanc ipſam metaphoram Petræ ſecutus, vſus eſt: Tu es Petrus, inquit: ideoq; re-
ctè intulit: Et ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: vt hac breui oratione tria potiſſimùm ſint, quæ Chri-
ſti mentem, atq; ſententiam palàm & apertè demonſtrent. Primū eſt cognomentū ipſum & nouū nomē Petri,
Simoni inditum, quod Petram ſonat. Alterum eſt, quod quam Petram intelligit, quaſi digito oſtendens: Super
hanc (inquit) Petram, cum qua loquor, id eſt, ſuper teipſum, ô Simon, quem Petra cognomento cohoneſtaui ad ſo-
1577 *liditatem, & firmitudinem tuam oſtendendam. Tertium eſt verbum, ædificabo: quod & metaphorā explet, &*
Chriſti conſilium, atque animum omnibus aperit, planeq; ſub aſpectum ponit.

Iam ve-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Idem Carolus 5.

1551 Idem. Iulius 3.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

tur, ſingula ſacræ benedictionis verba propriè accipienda eſſe, tamen *modum* (inquit) *prædicati non poſſum ſtatuere proprium (niſi cõfuſionem intolerabilem in hãc cauſam inducere velim) ſed ſacramentalem, Sacramento conuenientem: & ita de pane, quatenus eſt Sacramẽtum Corporis Domini, hactenus eſt Corpus Domini pro nobis traditũ ratione ac modo Sacramentis conuenienti, quemadmodum ratione ac modo naturæ ipſius naturaliter eſt panis.* Hæc Muſcul.

Doctores Catholici.

in Corporis & Sanguinis Domini ſubſtantiam: profectò noſtræ hoſtiæ noſterq́; ſacer cultus nihilo eſſet potentior aut vtilior legali. Nam quotidie repetuntur panis nouus & vinum nouum, *quæ nõ poſſunt auferre peccata.* Fuit etiam fides mortis Chriſti non minus in Moyſe, Aarone, Dauide, cæteriſq́; iuſtis olim, quàm nunc in nobis eſt. Et tamen cultus illorũ ob externi operis infirmitatẽ reprobatus eſt (Heb. 7.) Oportet igitur vt credamus, Euchariſtiam, quæ hoſtia noſtri cultus eſt, nullam veterem infirmamq́; ſubſtantiam, poſt interpoſitam Benedictionẽ Chriſti Sacerdotis æterni (cuius perſonam viſibilis miniſter gerit) in ſe continere: ſed ſub ſpecie panis & vini eſſe verũ Corpus Domini & verũ ſanguinem, *quæ ſola hoſtia poſſunt auferre peccata*, quoniam virtus ſacrificij Crucis ſemper manet in illa Corporis Chriſti ſubſtãtia ad applicandum nobis Dominicæ paſsionis fructum. Et ita non mutamus quotidie hoſtias & ſummum Sacerdotem, vt olim fiebat in lege, *ſed per vnũ Sacerdotem Chriſtum, qui ſemper viuit ad interpellandum pro nobis*, offerimus vnicam ipſius Chriſti hoſtiam, quæ in æternum potens eſt (Corpus videlicet eius ac ſanguinem) *ad cõſummandam in nobis illam ſanctificationem*, (Heb. 10.) quam in Cruce per mortem ſuã omnibus ijs meruit, qui per fidem & mandatorum obſeruationem obtemperarent ſibi. Mutamus quidem quotidie panem & vinum, mutamus etiam perſæpe miniſterialem Presbyterum, ac Sacerdotem: & ob has ipſas mutationes noſter cultus deficit à veritate nuda, quæ vel iam in cœlis eſt, vel in Chriſti Cruce præceſsit, vbi ſolus ipſe Sacerdos, ac ſolum Corpus illius ſacra hoſtia fuit. Verùm noſter cultus per has externas & initiales, vt ita dicam, mutationes ita figuralis & typicus eſt, vt interim verus Sacerdos Chriſtus ipſe ſit, qui conſecrat hoſtiam ſuam & Euchariſtiæ Sacramentum: ipſe etiam ſit victima, in quam panis & vinum conuertitur. Itaq; licet imperfectum aliquid in Sacramenti noſtri materia & viſibili miniſtro exiſtat eſt tamen etiam perfectio ipſa, propter quam Cultus noſter non *quidẽ vmbra futurorum eſt* (vt olim Legis Moſaicæ Sacramenta) ſed præterea *imago rerum*, id eſt, veritas quædam occulta, veritas velata & abdita, veritas tamen ipſa, *quæ per Chriſtum facta eſt* quæ facit, vt non reprobetur Euchariſtia noſtra, *velut infirma & inutilis*, ſed grata ſit Deo propter ipſam Chriſti ſubſtantiam, quæ non tãtùm in noſtra fide, ſed etiam in Sacramento viſibili continetur. Quæ ratio tam efficax eſt, vt D. Ambroſius, Sedulius Chryſoſtomus, Theodoretus, Primaſius, & quotquot præterea ſancti viri Catholicos Commentarios in Epiſtolam ad Hebræos ſcripſerũt, nulla ratione alia potuerint ſeſe ab illa obiectione liberare, quin alioqui noſter cultus nunc in Eccleſia Chriſti poſitus, foret tam infirmus, & inutilis, quàm cultus Leuitarum fuit. Quod vt vel cogitetur, blaſphemum eſt. Omitto infinitas penè alias rationes, quibus hoc ipſum certiſsimè demonſtrare poſſem, ſi locus & cauſa pateretur.

213. *De Caluino, ſeu De Energicis.*

t Cùm Caluinus animaduerteret, Zuinglij, Oecolampadij & cæterorũ opinionem

Corpus Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento non tantùm efficaciter à ſpiritu iuſtorum, ſed ſubſtantialiter à corpore omniũ cõmunicãtiũ, & ſpiritualiter à ſpiritu iuſtorũ accipi.

t Præterquam quòd hic modus præſentiæ Corporis Chriſti, quem Caluinus ponit, nec ad celebrandũ publicum Eccleſiæ Sacrificium, nec ad tranſubſtan-

 tiatio

Iam verò quod ſequitur, his quæ diximus non ſolùm eſt conſentaneum, atq; conforme, ſed lucem etiam Chriſti
ſententiæ adauget, & veritatē multò illuſtriorem reddit. Et tibi dabo (inquit) Claues Regni cælorum. Deplorate,
miſeri, deplorate cæcitatē veſtrā, lugete ſurditatē mētiū veſtrarū, qui Solis lucē nō videtis, qui vocis huius Chri-
ſti ſonū tā grandē, tā plenū, tā clarū non auditis. Aut velitis, aut nolitis, Claues habet regni cæleſtis Petrus, clau-
dendi & aperiendi cæli poteſtatem & Petrus & eius Succeſſores habent. Claues præterea vni Petro datæ ſunt,
1578 *cùm cæteris Apoſtolis de clauibus non ſolùm nihil actum, ſed ne verbum quidem factum fuiſſe legitur, vt altius*
quiddam, & excelſius omnino, Claues attuliſſe Petro, & tradidiſſe, neceſſe ſit, quàm ligandi & ſoluendi poteſtas,
æqualiter omnibus communicata, cæteris attulerit. Claues enim poteſtatem Petro dederunt, & de fide, & de mo-
ribus decernendi, quæ credenda, quæ non, quæq; agenda, quæ non, vniuerſæ Eccleſiæ præſcribendi. Claues Petri &
vniuerſam Eccleſiam adminiſtrant, & ſingulas eius partes ordinant, & temperant, præcepto fidei, ſpei, charita-
tis dant, hiſq; præceptis iter, & aditum in cælum obtemperantibus, & bonis aperiunt, contumacibus & improbis
claudunt. Claues hæ non ſolùm infimis, ac medijs, ſed etiam ſummis & excellentioribus Eccleſiæ membris, Cæ-
ſaribus, Auguſtis, Regibus, Principibus, Rebuſpub. Dynaſtis, Tetrarchis, omnibus gentibus, ac nationibus, quæ ad
Regnum cælorum adipiſcendum facere videantur, præſcribunt. Hæ terrarum orbi, quatenus ad Religionem ſpe-
ctat, leges imponunt. Soluendi autem atq; ligandi poteſtas ea eſt, quæ cùm omnibus Apoſtolis communiter ac
promiſcuè à Chriſto data ſit, ad omnes Sacerdotes pertinet, & in omnes Sacerdotes ab Apoſtolis eſt propaga-
ta. Hac poteſtate ligandi atq; ſoluendi, ſacerdotes omnibus Chriſtianis hominibus, quos peccaſſe pœnitet (tāta vis
eſt pœnitendi) peccata condonant: ſumpta tamen à pœnitentibus aliqua pœna, atq; ſupplicio. (Et pòſt) Ligā-
di & ſoluendi poteſtatem Chriſtus ita omnibus Apoſtolis communem eſſe ſtatuit, vt in ea etiam ipſa penes Pe-
1579 *trum tamen eſſet Principatus, qui hanc ſuæ poteſtatis, ſeu muneris procurationis partem, ad ſalutarem Eccleſiæ gu-*
bernationem, alijs impertiret, acremq; curam & diligentiam adhiberet, vt eam omnes purè, caſtè, & diuini po-
tius, quàm humani ſpiritus conſilio adminiſtrarent. Qui ſi corruptum quid eſſet in Eccleſia, aut temporis longin-
quitate, aut hominum negligentia, ipſe ſanaret: ſi qua vnius, aut alterius peccato, longaq; deinceps conſuetudinis
corruptela, in abuſum delapſa, & deprauata eſſent: ipſe corrigeret. Quod ipſum iam tū ab Orientis Eccleſiæ prin-
cipio Petrum feciſſe legitur, aduerſus Ananiam & Saphiram, qui Spiritui ſancto mentiri non dubitârant, & in
Simonem Magum, qui donum Dei pecunia comparari poſſe exiſtimârat. Quæ quidem animaduerſiones,
& pœna de impijs ſumpta, Apoſtolorum Cœtu aſtante, & vniuerſa Eccleſia vim, & virtutem Petri
admirante, ac trepidante, ſummam eius in Eccleſia poteſtatem facilè oſtendunt. Patet igitur, omnes Chri-
ſtianos homines hanc Petri poteſtatem, & Pontificis Max. excellentiam oportere admirari, ſuſpicere, venera-
1580 *ri, timere, colere, obſeruare, ſi in Chriſti grege eſſe cupiunt. Soluendi enim poteſtatem communicare cum*
alijs ſolus Petrus poteſt, vt iure meritoq; Pater Hilarius vir ſanctiſſimus, Petri poteſtatem his verbis admiretur:
O beatus cæli Ianitor cuius arbitrio Claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium præiudicata authori-
tas ſit in cælo: vt quæ in terris aut ligata ſunt aut ſoluta, ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant & in cælo. Iam
verò Chriſtus etiam (Ioan. 21.) omnem gregem ſuum amori fideiq; Petri commendauit. Cùm autem Paſtoris
officium, ex ſeruitute & imperio commixtum ſit, ideo fit, vt munus hoc interdum ſeruitutem, interdum imperiū
eſſe iure dicamus: & ſeruitutem quidem, quia non ad ſuas, ſed ad ouium cōmoditates, vtilitateſq; reſpicere Pa-
ſtor ſemper debet. Imperium, quia viuendi præcepta dare, viaſq; quæ ad ſalutem ferunt, commonſtrare Paſtor pro
ſuo iure poteſt. Seruitutem, quia nunquam illi deſerendæ ſunt oues, quarum gratia omnes obſeruādæ ſunt volupta-
1581 *tes, pericula omnia ſubeunda. Imperium, quia ſi quæ oues obedientiam abijciant, & imperata facere detrectent,*
ſupplicio & vinculis coercendi ius & poteſtatem habet, ac de omnibus, quæ ad oues ſpectant, cognoſcere, ſtatue-
re, iudicare, huius muneris & officij maximè proprium, ac perenne eſt.

Eſt igitur

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Carolus 5.
1551.	Idem Iulius 3.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

nionem habere in ſe permultum abſurdi, eò quòd rem ad veteres vmbras reducere viderētur: primus mortaliũ excogitauit hunc modum præſentiæ Corporis Chriſti, vt diceret, panē & vinum *efficacia ſigna Corporis & Sanguinis Domini eſſe*, & ita *efficacia*, vt nō ſolùm per fidem, ſed *reipſa* Corporis Chriſti ſubſtantia manducetur, & ſanguinis bibatur à ſpiritu noſtro, quoties cum fide panem illum edimus, & vinũ bibimus: adeò vt etiã indignè manducãtibus offeratur Corpus Chriſti vnà cũ pane & vino, licet ab illis (vt ait) non manducetur. Itaq; hæc Dnmini verba, *Hoc eſt Corpus meum*, ſic interpretatur, *Hic panis eſt ſignum efficax corporis mei.*

De Ludoico Zuingliano Caluini doctrinam oppugnante.

Claudius Sanctes in doctrinæ Caluinianæ examine, tradit, Ludoicum Alemani natione Italum, ſecta Zuinglianũ, præſtigias verborum, quibus Caluiniani vtũtur, animaduertentem, ad purum Zuinglianiſmũ rediiſſe. Vnde has poſitiones apud Lugdunenſes Ludoicus edidit, an. D. 1566. 1. *In hoc Sacramento Cœnæ nullo nobis ad edendum & bibendum datur ſubſtantia Corporis & Sanguinis Chriſti.* 2. *Neque etiam per fidem, ſeu incomprehenſibili modo, vt vocant.* 3. *Quia hoc totum imaginarium, & repugnat apertiſſimo Dei verbo.* 4. *Hanc autem manduca-*

Doctores Catholici.

tiationem ſtatuendam ſatis aptus eſt (quia quod in Altari offertur, & in quod panis natura vertitur, verè, ac non ſola efficacia repræſentatur, & adeſt) nec etiam cultum noſtrum exteriorē ab infirmitate Iudaica & legali vendicat (quia repetimus, & quotidie in cultu noui Teſtamenti proferimus eundem panē, & idem vinum, *quæ non poſſunt auferre peccata*) etiam aliis modis iam confutabitur. Cōuenit inter Catholicos & Caluinum, *Corpus Chriſti & Sanguinem ſpiritu manducatum & hauſtum, eſſe longè præcipuam Cœnæ Dominicæ partem*. Dicit enim Caluinus, *panem & vinum eſſe velut arrabonem & ſigillum*: res verò ipſas, quæ promittuntur & exhibentur, *non niſi Corpus & Sanguinem Domini eſſe.* Quod ergo præcipuè in Sacramento Euchariſtiæ capiendum eſt, id à Domino in eiuſdem Sacramenti adminiſtratione præcipi ac doceri, quis negabit? Nam vt Baptiſmus extra cauſam nēceſsitatis non datur, præterquam iis, *qui prius catechizantur* (Gal. 6.): ſic neq; Euchariſtia niſi iis, qui prius docentur quemadmodum dignè accipienda ſit. Chriſtus verò in diſtributione Corporis & Sanguinis ſui nihil præcepit aut docuit de Sacramēto Euchariſtiæ, niſi hoc ipſum, quod coram Apoſtolis *benedixit, fregit, ac dedit, quoq; illos accipere & mãducare iuſſit, eſſe Corpus & Sanguinem ſuum.* Si ergo Diſcipuli iubebantur in ſpiritu Corpus Domini & Sanguinem accipere, vtiq; per iſtud verbum (*Accipite*) hoc illis eſt præceptum. Sed hoc verbum (*Accipite*) pertinet ad illud aliud verbum (*dedit illis*) nam non accipitur à Chriſto, niſi quod Chriſtus dat: verbum verò *dandi* tranſlationem rei corporeæ de manu Chriſti in manus Diſcipulorum ſignificauit (nam manu illis *dedit*, dicens, *accipite:*) quicquid ergo Diſcipuli debebant *accipere*, idipſum erat prius in manu Domini. Sed iubebantur *in ſpiritu potiſſimùm accipere Corpus & Sanguinem Domini*. Corpus igitur & Sanguis Domini erat prius in manu Chriſti, & inde ſpiritu quoq; accipi neceſſariò debuit.

Quod autem fuit in manibus Chriſti, ſpeciem panis & vini habebat: quod ergo etiam ſpiritu accipiendum erat, ſub ſpecie panis & vini continebatur. Corpus igitur & Sanguis Domini verè continebatur ſub ſpecie panis & vini. Alioqui ne iubebantur quidem Diſcipuli omnino in illa Cœna Corpus & Sanguinem Domini ſpiritu accipere. quo nihil à vero alienius dici poteſt. Quod enim facere homo iubetur, vtiq; ſecundùm rem ſubiectam id facere debet, quatenus homo eſt, id eſt, quatenus ratione præditus eſt & voluntate: & hoc multò maximè in Sacramenti alicuius participatione. Sēſus igitur Sacramētalium verborũ Chriſti neceſſariò talis

eſt:

*Eſt igitur Eccleſia Chriſti, ouium & agnorum Chriſti grex. De agnis enim his, Paſce agnos meos, dixit: de oui-
bus ſemel, Paſce oues meas. Quæ definitio ſi à tranſlatione atque metaphora ouium, ad proprium & expreſſum
dicendi modum traducatur: quid aliud erit Eccleſia Chriſti, quàm cœtus, & congregatio tam eorum hominũ, qui
lacte indigent, quàm eorum, quibus ſolidiore paſtu opus eſt? Illud in quo tam inſolenter gloriantur de Græ-
cia, India, Perſidis, Africæ, Ægypti Eccleſiis prorſus irridendum, & puerile eſt. Quaſi verò nos mũdum vni-
uerſum Petri curæ Chriſtum commiſiſſe dicamus, non ſuam Eccleſiam tantùm, ſuos agnos, ſuas oues. An non etiã
ipſi videmus, nondum vniuerſum orbem Chriſto dediſſe manus, eiusq́; admiſiſſe doctrinam, & pietatẽ, id quod
oraculo Dauidis Deus fore pollicetur: Poſtula à me (inquit) & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſ-
1582 ſionem tuam terminos terræ. Neque igitur vnquam Eccleſia Chriſti erit illa, quæ non & Petri, & eo-
rum, qui in eius munere ſubſtituuntur, Sedem, authoritatem, doctrinam, poteſtatem ſuſcipiat, ac venere-
tur, neque Chriſti oues vllo modo erunt (ſint licet apud Antipodas) quarum mentes hac non imbuerit fides,
1583 Chriſtum, antequàm in cœlum regrederetur, aliquem, qui eius locum teneret in terris, omnino reliquiſſe, ſucceſſo-
resq́; nunquam eſſe defuturos, qui Eccleſiam rectè ſuper hanc Petram ædificatam, & ſtabilitam, moderentur, ac
tueantur. Quibus quidem Petri Succeſſoribus (ſi daretur facultas) & libenter obtemperarent, & ab vltimis Oriẽ-
tis, Occidentisq́; partibus, ac terris, ab omnibusq́; Oceani vel iamdiu, vel paulò ante cognitis Inſulis, ad eos tanquã
Chriſti Vicarios venerandos, atq; colendos conuenirent.*

*Hæc autem pauca de multis, quæ ſeſe nobis ad dicendum afferebant, ſi partim ex Chriſti promiſsionibus, par-
tim ex factis ipſis hauſta & deriuata ſunt, ſi totius antiquitatis ſententiam ſequuntur: quæ quò propiùs à primo
Eccleſiæ ortu & ædificatione aberat, hoc melius vera cernebat: ſi contrà, hæreticorum, qui huic veritati bellum
indixerunt, dicta facta q́; omnia eò pertinent, vt eis quicquid libet liceat: nullius q́; Chriſti loco Eccleſiæ præſidẽ-
1584 tis, nomen aut iudicium reformident: Si ex huiuſcemodi arrogantia atque contumacia, omnes ortæ ſemper ſunt
in Eccleſia ſeditiones & ſectæ pro temporibus damnatæ, vt Cyprianus (Epiſt. 3.) eſt teſtis: quid dubitamus, &
Patrum, & multorum Conciliorum authoritate diuina ſubnixi, libera & quanta maxima poſſumus voce, vt
omnis orbis exaudiat, pronuntiare: Qui ſummam in Chriſti Eccleſiam Petri & Succeſſorum auctoritatem non
1585 agnoſcit, ac non pronus adorat: Anathema eſto.*

Gulielmus Poſtellus (teſte Conrado Geſnero in Bibliotheca) librum (quem ego hactenus non vidi) conſcripſit, *de æterno Chriſti in interioribus Regno, & ſacro Petri Primatu iam inde ab Adamo per Noachũ, Abrahamum, Moyſen & Chriſtum ad nos vſque deducta.*

Idem in libro de Etruriæ originibus & inſtitutis: *Noachus* (inquit) *ſub Primogenituræ Imperio volebat in æternum regi mundum.* Et mox addit, *Sabbathium Sagam (qui etiam Saturnus dictus eſt) Aſiæ pontificẽ ſummum inſtar Adami inſtitutum, à ſua Sede, quam illi Noachus pro Pontificatu exterior conſtituerat, ita per Babyloniæ Tyrannum eſſe pulſum, vt ſit coactus ad Romæ locum refugere, & ibi horum agere Saturnũ, vbi iam pater Ianus & longè melior Saturnus inſtituerat Primogenituræ Imperij Sedem. Vocabat verò Saturnum ille Sanctiſsimus Noah, vt ſecundùm voluntatem Dei in vna mundo vnum eſſet patrem & ſolius primogenituræ Imperium. Vnde qui primus hoc ius infregerit, quin ſit omnium tyrannorum & impiorum fons, dubium nõ eſt.*

Reconci-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	☩ *Doctores Catholici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

ducationem corporis & ſanguinis Chriſti ſpiritualem tantùm eſſe contendimus. 5. Chriſtus licet à ſuis fidelibus non ſit abſens, tamen conſtanter affirmamus, illius ſubſtantiale corpus non eſſe præſens in hac Cœna. Hæc Ludoicus.

eſt: *Accipite* (corpore & ſpiritu) *manducate* (corpore & ſpiritn) *hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur.* Idem verò non eueniſſet in Agno Paſchali, qui cibus erat ventris, non mentis, licet cibum mentis figuraret. Verùm Corpus & Sãguis Domini præcipuè *cibus mentis ſunt:* mente igitur illas res accipere iubemur. Sed cùm manu fuerint datæ, vtiq; per manus etiam miniſterium in mentẽ deriuari debuerunt: & ita totus homo paſcebatur, non de alia & alia re (hoc infirmitatis eſſet, ob quam lex reprobata eſt, cùm in lege quoq; de vna re corporea, vt de Agno Paſchali, & de alia re ſpiritali, vt de verbo Dei carnem ſuſcepturo mãducare oporteret) ſed de eadem ipſa re, quæ cùm caro ſit, carne poteſt capi, cumq; Dei ſit caro, ſpiritu quoq; capi & mãducari tùm poteſt, tùm debet. *Spiritus enim eſt qui viuificat*, vtiq; Spiritus Chriſti in carne ſua datus & acceptus. Negare Corpus Domini ſpiritu accipiendũ eſſe, nihil eſt aliud, quàm tanti ſacramenti fructu nos priuare. Negare idem corpus manu ac-

Idem Carolus 5.

cipiendum eſſe, nihil eſt aliud, quàm & cultum noſtrũ exteriorem inſtar legis infirmũ ſtatuere, & Sacramenti veritatẽ tollere, & ſpiritũ ipſum, qui iã totus tantùm pẽdet ab eo, quod Chriſtus manu ſua dat, ea re, quæ in manu Chriſti negatur eſſe, ſpoliare. Præterea Caluinus ponit, *efficaciam Corporis neceſſariò annexam eſſe pani & vino: idemq; ponit, veritatẽ Corporis Chriſti ab efficacia ſua nõ ſeiungi.* Cùm igitur panis & vinum capiatur ore noſtro, capitur & efficacia ſimul cum pane, & veritas carnis cum efficacia, idq; ore etiam indignè manducantis. Hoc ſi negat, vel efficacia non cohæret cum ſigno, & tunc non ſemper eſt ſignũ efficax: vel veritas

1552. Idem Iulius 3.

ſeparatur ab efficacia, & tunc non eſt vera corporis efficacia quæ adeſt, ſed aliud quoddam ſeparatum à carne Chriſti donum. Qualè porrò eſt hoc, vt panis & vinum, quod ſacramentum eſt, tamen ſit alijs ſignũ efficax, alijs verò, id eſt, indignè manducantibus, nudũ ſignũ & inutile. Nam aliud eſſet, ſi hoc diceretur de fructu Sacramenti. Nunc antem de Sacramẽti ſigno, quod ſemper efficax debet eſſe, hoc dicitur. Poſtremò (Lucæ 22.) Chriſtus dedit Calicem benedictũ, dicens: *Hic Calix* (id eſt contentum in hoc Calice) *effunditur pro multis.* Græca enim verba manifeſtè oſtendunt, non ſanguinem ſecundùm conſtructionem eo in loco, ſed *Calicem* dictum eſſe *pro multis effundi*, quod ipſum Euthymius in eum locum annotauit. [illegible], *Calix effuſus.* Calix verò ſpiritum non habuit, quo Sanguinem Chriſti caperet. Sanguinem igitur Chriſti ſub vini ſpecie tam verè præſentem Calix continebat, quàm verè Sanguis Chriſti eſt in remiſsionem peccatorũ in cruce effuſus. Huic loco tam perſpicuo nihil ſatisfacere poteſt, ſalua Euangelij veritate. Itaque videamus, quid Beza in hæc verba dicat. Fortè enim Euangelium negabit, vt ne coga ur à ſua hæreſi diſcedere.

214. *De Beza ipſius Euangelij verba oppugnante.*

ᵛ Sciens Beza, de ſua & Caluini hæreſi actum eſſe, ſi Euangelium D. Lucæ incolume ac ſaluum cõſiſteret: celeriter affuit ſibi, & Euangelium dixit corruptum eſſe. Quid enim niſi corruptum eſſet, quicquid

Calicem pro nobis (Lucæ. 22.) effundi nõ potuiſſe, niſi quia ſanguis Chriſti effuſus pro nobis in Calice Domini continebatur. Qua in re diſcutienda, vera hæretici hominis natura & effigies apparebit.

ᵛ Bezæ oratio ipſa ſe accuſat, imò & condemnat. Nam vt ab eo, quod vltimum dixit, primùm incipiã: *O..nes* (inquit) *vetuſti noſtri codices ita ſcriptum habebant*, videlicet Calicem effundi pro nobis, Lucæ 22. Sed qui erant iſti vetuſti codices? Certè ſacri codices noui teſtamenti Græcè potiſsimùm ſcripti. Omnes ergo illi, cùm etiam vetuſti eſſent, habebant id

Bezæ q ſcriptum

Reconciliatio Regni Angliæ ſub Maria Regina ad Sedis Romanæ vnitatem, & Catholicæ Eccleſiæ fidem.

Andræas Duditius Epiſcopus Tininienſis in vita Cardinalis Poli. Poſteaquàm Maria omni humano præſidio deſtituta, non ſine admirabili Dei benignitate atq; auxilio, Ducem Northumbriæ omni exercitu atque opibus, quas contra ſe maximas comparauerat, ſpoliaſſet: Iulius tertius Pontifex Maximus Polo legationem in Angliam decernit. Is Anno. 1554. poſt Chriſtum natum, Caleto in Angliam
1526 traijcit. Tertio die poſtquam venerat, Regem Philippum, cui Maria nupſerat, adit, quo cum agit de ratione, qua Regnum Angliæ ad Eccleſiæ vnitatem reuocandum eſſet. Huius rei cauſa poſtero die habitus eſt in Regia Conuentus coram ipſis Regibus, in quo Legatus quoq; interfuit. Hic ſummus Regni Cancellarius Polũ Cardinalem à Pontifice Maximo Legatũ ad Reges, atq; vniuerſum Angliæ Regnũ miſſum eſſe dixit, eumq; cum Legationis ſuæ mādata Regibus expoſuiſſet illuc veniſſe, vt oĩbus, qui aderāt, qui totius Regni velut corpus quoddā referrēt, eadem exponeret. Tum Polus patria lingua ſatis longā orationē habuit, & prius quàm de cauſa dicere ingrederetur, ſibi antea nõ modò illuc, ſed in ipſum Regnũ præcluſum fuiſſe dixit oēm aditũ legibus, quæ cõtra ſe nominati latæ eſſent. Has quòd illi abrogaſſent, ijs ſeſe pro tanto beneficio gratias agere, & habiturũ ſemper, quantas poſſet maximas. Atq; hoc quidem beneficium eò ſibi contigiſſe gratius, quòd facultatem ſibi præberet viciſsim illis inſeruiendi in tanta re, & cauſā, quæ tantopere ad eorum incolumitatem, & ſalutem pertineret, ſeq; illuc propterea veniſſe, vt, quemadmodū ab illis in terrenā patriā, nobilitatemq; reſtitutus ipſe fuerat: ita rurſus eos in cœleſtem patriam, ac nobilitatem reſtitueret, qua ipſimet ſeſe tum priuaſſent, cum ab Eccleſiæ vnitate deſciuerant. Atque ex eo tempore quantas illi calamitates perpeſsi eſſent, & quantum nunc ijs beneficium ſumma Dei benignitate proponeretur, quantaq; omni tempore extitiſſent in eos præcipuè Sedis
1527 Apoſtolicæ & Rom. Pontificum merita, cõmemorauit. Vt ſuperioris temporis errata demum agnoſcerent, eaq; verè, atq; ex animo deteſtarentur, & quod ijs beneficiũ Deus Vicarij ſui nomine per eius Legatum detuliſſet, id omni animorum alacritate acciperent, ſtudioſeq; retinerent, adhortatus eſt. Illud verò iam reliquũ eſſe, vt, quũ ipſe adeſſet, Clauesq; attuliſſet, quibus fores Eccleſiæ illis aperiret, quēadmodum aditum ei in patriam patefecerant, legibus, quæ illum præcludebant, abrogatis: ita rurſus leges omnes abrogarent, quæ cõtra Sedem Apoſtolicam latæ eſſent, quibus ipſi quidem à reliquo Eccleſiæ corpore abſciſsi penitus ac diuulſi fuerant.

Hæc dum Legatus diceret, magno omnes ſilentio, attenteq; audiebant, multi etiam manus ſæpe tollebant, vt eos quidem valde commotos, nec mediocrem fructum cepiſſe iam ex Legati oratione cerneres. Tum Cancellarius, Regum, atque vniuerſi Conuentus nomine Legato gratias egit, eoſq; inter ſe de ijs quæ ipſe retuliſſet, deliberaturos reſpondit. Deinde quum Legatus in proximum cubiculũ ſeceſsiſſet, rurſus exorſus Cancellarius: *Prophetam ſuſcitauit Dominus ex fratribus noſtris, vt ſaluos faceret nos*: breuiter ea commemorauit, quæ Legatus dixerat, atq; hæc ipſa maximè confirmans, & ſe quoque
1528 vnà cum cæteris lapſum eſſe, & cecidiſſe confitens, admonuit, quātum hoc eſſet Dei beneficium, quod ijs deferretur, atque vt omnes aliquando tandem exurgerent, & oblatam veniam amplexarentur, eſt cohortatus. Ita eo die diſceſſum eſt.

In proximo Conuentu, qui poſtridie manè fuit, cùm de eo relatum eſſet, vt ad Eccleſiæ vnitatem rediretur, id omnes mirifica conſenſione approbârunt. Atque inſequenti die, qui dies Andrææ Apoſtolo ſacer erat, vniuerſi in Regiam conuenerunt, miſitq; Rex ad Legatum Arondelli Comitem, Regiæ Domus Præfectum, vnà cum ſex alijs Primarijs viris, Garteri Ordinis qui appellantur, Equitibus totidemq; Epiſcopis, qui eum in Regiam deducerent. Is eò venit Legati ornatu, atque omnibus inſignibus, magnoque honore ab ipſis Regibus eſt acceptus. In ipſo Conuentu Cancellarius, quæ pridiè acta eſſent, Anglicè expoſuit, atque eos, qui aderant rogauit, nũ hæc ipſa rurſus confirmarent, placeretq; ijs, vt ipſorum nomine venia peteretur, & ad Eccleſiæ vnitatem, ac Pontificis Romani, ſupremi eius Capitis obedientiam rediretur. Id cunctis magno clamore aſſentientibus, porrexit Cancellarius ſupplicē libellum
1529 Regibus, quo vniuerſi cùm declararent, ſeſe præteriti ſchiſmatis, atque eorum omnium, quæ aduerſus Sedem Apoſtolicam & Romanam Eccleſiam admiſſa eſſent, pœnitere, profiterenturq;, ſeſe, quantum in

ipſis

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1552	Idem. Iulius 3.	
		Idem Carolus 5.
1551	229. Marcellus 2. Tuſcus, d. 21	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Bezæ opinionē oppugnaret? Sed ipſiꝰ verba in medium proferamus. Beza in c. Lucæ. 22. ita ſcribit. *Qui pro vobis effunditur,* τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. *Cùm hæc verba, ſi conſtructionem ſpectemus, neceſſariò non ad ſanguinem, ſed ad poculum pertineant, neq. tamen de vino (nedum de poculo) intelligi poſſint, aut manifeſtum eſt Solæcophanes, cùm dicēdum fuerit,* τῷ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνομένῳ, *vt legit Baſilius in Ethicis* ὅρῳ κα̃, *aut potius cùm hæc eſſent ad marginem annotata ex Matthæo aut Marco, poſtea in contextum irrepſerunt, quod eò quidem facilius eſt admiſſum, quòd cùm in ſuperiore verſiculo ad ſcriptum eſſet,* τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, id eſt, *quod pro vobis datur, ſimile quippiam vide-*

ſcriptum, quod Beza velut non rectè ſcriptum oppugnat. Habebant videlicet ſcriptum, quòd Chriſtus dicebat, *Calicem* (id eſt, liquorem in Calice contentum) pro nobis *effundi*. Ex quo efficitur neceſſariò, vt liquor in Calice contentus fuerit ſanguis Domini. Cur igitur non credit Beza omnibus his codicibus vetuſtis? Quia noluit? At cur noluit? Quia non poterat eſſe verum, quod Lucas Euāgeliſta (cuius laudem in Euāgelio eſſe Paulus dixit) cōtra opinionem Bezæ ſcriptum reliquit. Cur, obſecro, verū non fuerit, quod tantus Dei Miniſter pro vero narrauit? An quia Beza aliter opinatur? Lucas ergo dicit, *Calicē effundi pro nobis*. Et quod Lucas dicit, Catholica & Romana Eccleſia verū eſſe credit, ac docet, nec audet Euāngelio ſe opponere. Beza verò quid ait? *Hæc* (inquit) *verba (effunditur pro nobis) neceſſariò pertinent non ad ſanguinem, ſi conſtructionem ſpectemus.* Sanguis enim (apud D. Lucam c. 22.) legitur in caſu datiuo, verùm τὸ ἐκχυνόμενον, *qui effunditur*, recti caſus eſt. Licet igitur apud Lucam fiat mētio Sāguinis, dum dicitur, *Hic eſt calix nouū Teſtamētum in meo ſanguine*: tamen verba illa, *qui effunditur*, non poſſunt in Græcis Codicibus ad ſanguinem referri, ſed tantùm *ad poculū. Neq. tamē de vino* (inquit Beza) *nedum de poculo intelligi poſſunt.* Quid ergo ſupereſt? Profectò nihil, *niſi vt de liquore, qui cōtinetur in poculo, intelligātur, qui tamē liquor nō ſit vinum, ſed Sanguis Chriſti.* Et ita idem eſt Sanguis, & poculum, apud Lucā: nimirū, quia licet differāt caſu, tamē poculū, de quo agitur, ſanguinē Chriſti cōtinet. Hoc ſi creditur, periit Bezæ opinio, quæ negat Chriſti ſanguinē in poculo cōtineri. Quid ergo ſibiipſi reſpondet? Primùm putat, *ſolæciſmū eſſe*, in quo rectus caſus ponatur pro obliquo, nominatiuus pro datiuo. In hac igitur ſententia ſibi conſtat? Nequaquàm. Subiicit enim: *Cauſam non video, cur Lucas vſurparet Solæcophanes.* Hoc ipſe Beza dixit? Ipſe profectò. Cur ergo ita vertit, ac ſi fuiſſet ſcriptū, *qui ſanguis effunditur?* Nā Beza totam D. Lucæ orationē ita interpretatus eſt: *Hoc poculum eſt nouū illud Teſtamentum in meo ſanguine, qui pro multis effunditur.* Ecce dicit, *qui ſanguis effunditur*, cùm debuiſſet ita vertiſſe, *quod* (videlicet poculum) *pro vobis effunditur.* Ita cùm ipſe ſcribat, *ſe non videre, cur Lucas vſurparet Solæcophanes:* tamen ita interpretatur Lucam, vt neceſſariò ſtatuat, eum vſurpaſſe Solœcophanes. Cùm enim Lucas participium illud ἐκχυνόμενον *(qui effunditur)* retulerit ad poculū: Beza illud in ipſa conſtructione *ad ſanguinem* refert. Et cùm hoc faciat, tamen ſcribit, *ſe non videre cauſam, cur Lucas aliū caſum pro alio vſurparet:* & ipſe interim ita Euāgelium peruertit, tanquam ſi Lucas id feciſſet, quod Beza non credit eum feciſſe. An hoc non eſt ſeipſum cōdemnare? O monſtrum hominis, ô cor durum, ô mentem reprobam! Si Lucas igitur oratione recta vſus eſt, ſi omnes vetuſti codices ita ſcriptum habent: cur Beza nō credit, *ſanguinem Domini* (qui ſolus funditur pro nobis) in poculo contineri? Cauſámne affert aliquam, cur hoc non debeat cōcedere? Imò neſcio quam affert coniecturam, videlicet, quòd hæc verba *(qui effunditur) ex margine in textum irrepſerint.* Verùm hanc ſi admittimus: quis vllum Euangelij verſum contra hæreticos ſarctum tectū præſtabit? Quid quòd hanc cōiecturam ipſe deſtruit, non quidē alia coniectura, ſed alio neceſſario argumento,

 cùm di-

ipſis quidem eſſet, eo ipſo Conuentu leges omnes antiquare, quæ contra Sedis Apoſtolicæ & Romanæ
Eccleſiæ auctoritatem latæ fuiſſent: Reges ipſos orabant, vtpote quos Deus ab hac labe puros, atq; in-
tegros conſeruaſſet, veniam ſibi à Pontifice Maximo per eius Legatum impetrarent, atque vt in gre-
mium matris Eccleſiæ, tanquam filij reciperentur, quos eorum omnium, quæ in illam antea deliquiſſent
verè atq; ex animo pœniteret, vtque eiuſdem corpori, à quo diuulſi fuerant, velut germana, & viua mē-
bra rurſus agglutinarentur. Hunc libellum Reges cùm ipſi legiſſent, Cancellario reddiderunt, qui eum
alta voce, ita vt exaudiretur ab omnibus, recitauit. Deinde ſurgentes Legatum adibant, qui eis confe-
ſtim occurrit, ac Regina tùm ſuo, tùm Regis nomine ab eo petijt, vt, quod ſupplici libello rogabatur,
vniuerſo Regno veniam tribueret, illudque ad Eccleſiæ vnitatem aggregaret. Hic Legatus, cùm rur-
ſus omnes conſediſſent, recitari iuſsit, quæ ad eius legationem, & facultates pertinebant, Bullam vocāt,
& Breuia. Deinde in hanc ſententiam loquutus eſt, vt diceret, immortales gratias ab vniuerſo Conuē-
tu immortali Deo agendas eſſe, qui eis tam præclaram ſua errata corrigendi facultatem dediſſet, ac pla-
nè declararet, ſe illius Regni præcipuam curam gerere. Etenim, quemadmodum priſcis Eccleſiæ tem-
poribus Anglos hoc munere affecerat, vt primi omnium relictis gentium erroribus, verum Dei cultū
publico conſenſu amplexarentur: ita nunc ijſdem tribuiſſe, vt, cùm ſeſe ab Eccleſia ſeiunxiſſent, primi
omnium, quàm grauiter deliquiſſent, agnoſcerent. Quòd ſi eos verè, atque ex animo pœniteret, quantū
gaudij putandum eſſe capere Angelos ex tanti populi tamque ampli Regni conuerſione, quibus vel
vnius peccatoris pœnitens animus incredibilem afferre lætitiam ſoleret? Hæc, atque alia permulta quū
Legatus diceret, viſi ſunt omnes vehementer commoueri.

Tum ſurrexit ipſe, & cùm omnes in genua procubuiſſent, vniuerſos, Anglicè loquens, abſoluit. Atque
1590 hæc poſtrema verba, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, vix protulerat, cùm ab omnibus conti-
nuò acclamatum eſt, *Amen, Amen*. Ac dum ille abſolutionem tribueret, Reginæ, & pleriſque alijs præ
gaudio, ſummoque pietatis ſtudio obortæ ſunt lachrymæ, omneſque abſolutione peracta, amanter inter
ſe amplexabantur, atq; hæc verba ſæpius vſurpantes, Hodie renati ſumus, mutuò gratulabantur. Dein-
de in Regiæ ſacellum proceſſum eſt ad agendas Deo gratias, ibiq; Hymnus, *Te Deum laudamus*, decan-
tatus eſt. Poſtridie ad Cardinalem Polum ſalutandi cauſa domum venit Londinenſis Ciuitatis Prætor,
(Maiorem illi appellant) atq; vnà cæteri Magiſtratus, quum permulti quidem adeſſent ex nobiliſsimis
totius Regni, & ampliſs. viris, ab eoque petierunt, vt Vrbem, Legati ornatu, atq; inſignibus omnibus in-
1591 gredi vellet, quòd eum cuperent tanquam Sedis Apoſtolicæ Legatum accipere, meritiſque honoribus
afficere. Hoc ille libenter annuit, poſtridieq;, qui primus fuit Dominicus dies Aduentus, magno comi-
tatu Londinum ingreſſus eſt, cùm ei tota Ciuitas obuiam proceſsiſſet, quæ illum ad D. Pauli Templum
deduxit, vbi ſacrum ſolemniter peractum eſt, affuitque Rex ipſe, & vniuerſa Regni nobilitas, ac Vinto-
nienſis Epiſcopus ſummus Regni Cancellarius concionem ad populum habuit, cuius argumentū ſum-
pſit ex illis Apoſtoli verbis, *Tempus eſt iam de ſomno ſurgere*. Ac poſtremò Legatus omnibus, quicunque
aderant, Pontificalem benedictionem ſimul cum indulgentia de more impertiuit. Hactenus Tini-
nienſis Epiſcopus.

Ego autem illud hoc in loco addendum putaui, quod Regno Angliæ poſt defectionem à Romano
Pontifice inſigniter contigit. Cùm enim Henricus Octauus ob negatam illi à Pontifice Romano repu-
diandæ vxoris facultatem, ita cuperet ipſum Pontificem vlciſci, vt ſolam ipſius poteſtatem à regno ſuo
vellet excludere, in cæteris autem omnibus fidei capitibus Catholicam Religionem retinere firmiter
ſtatueret ob eamque cauſam indictis totius Regni publicis Comitijs grauiſsimas pœnas in eos conſti-
tuiſſet, qui vllum ex ſeptem Sacramentis vel negaſſet, vel reueritus non eſſet: tamen vt intelligeremus,
præcipuum vnitatis in Eccleſia retinendæ vinculum in Paſtore primo (nempe Romano Pontifice) cō-
1592 ſiſtere, diuinitus factum eſt, vt, quod Regnum ſemel vinculum concordiæ reieciſſet, nullo modo poſſet
cæteris in rebus Catholicam fidem conſeruare. Itaque vt, viuente adhuc Henrico Rege, omnia pene-
tralia hæreſibus referta erant: ſic illo ſemel defuncto, mox illa eadem Comitia, quæ antea hæreſim tot
modis perſequebantur, eandem Religioni Catholicæ ſtatim prætulerunt. Tam difficile eſt, rupto ſemel
vnitatis vinculo, reliquos fidei articulos incolumes conſeruare.

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

videtur adijciendum fuiſſe, vbi agitur de ſanguine. Sed neq; hoc additur apud Paulũ, 1.Cor.11. e. 25. *(qui tamen videtur ex hoc loco deſcripſiſſe Cœnæ inſtitutionẽ) neque cauſam video cur Solæcophanes Lucas vſurparet. Omnes tamen vetuſti noſtri codices ita ſcriptũ habebant.* Hactenus Beza.

cum dicit, *oẽs vetuſtos codices ita ſcriptũ habere.* Magis enim credendum eſt omnibus codicibus, & ijs præſertim vetuſtis, quàm decies mille hominibus (vt nihil dicam grauius) ex quacunq; ſuſpicione aliter opinantibus. Nam quòd Baſilium ait legere Sanguinẽ pro nobis effuſum eſſe, ille quidem Domini ſententiam fideliter tradit, non tamen negat, in Euangelio haberi, quòd poculum pro nobis fundatur. Imò Euthymius expreſſè notat, in Euangelio legi, poculum ſeu calicem pro nobis effundi. Quid ergo tandẽ cõcludit Beza? Quid affert, quod ipſe non deſtruit? Nihil omnino. Fatetur Lucam eſſe Euangeliſtam: apud eum legi, *quòd calix effunditur pro nobis*. nec ea verba intelligi poſſe de vino, ac multò minus de poculo, quòd neq; vinum ipſum, neq; poculũ (quod ad materiam poculi attinet) effuſum ſit, aut effundi potuerit in remiſſionem peccatorũ. Quid ergo? An parum congruè ſcripſit Lucas? *Hoc* (inquit Beza) *cur fecerit, non video.* Súntne igitur iſta D. Lucæ verba vera, an non? Beza quidem vera eſſe non putat. Et tamen *oẽs vetuſtos codices ita ſcriptũ habere, teſtatur.* Non ergo credit vetuſtis codicibus, etiamſi oẽs codices totius Eccleſiæ ita legant. Mentiar, ſi vnquã vidi tantã in homine audaciã? Nihil affert omnino, cur nolit huic loco Euangelij credere, quũ ipſe multò afferat plura, & ea longè fortiora cur debeat eidẽ loco, vt in omnibus Græcis codicibus extat, credere: & tamen prudens ac ſciens fatetur, ſe non credere, quòd ſcriptum ſit, poculum effundi pro nobis, etiamſi Euangeliſtæ verba, & cõſtructio Grãmatica, & vetuſtorũ codicum lectio, & Catholicæ Eccleſiæ fides eius hæreſi contradicat. Beza igitur in hac re bellè oſtendit, quid ſit eſſe hæreticum. Eſt vtiq; pertinacẽter in eo, quod ſemel affirmandũ elegeris, exhibere, etiamſi & Scriptura ſacra, & Eccleſia tota iudicet te erraſſe. Nos aũt, omiſſa tam inſigni huius hominis impudentia, ſic tandẽ cõcludimus: *Calix dicitur apud D. Lucã pro nobis effundi: ſed vinũ pro nobis non effundebatur, Sanguis verò Chriſti effundebatur: non igitur vinum poſt cõſecrationem, ſed ſola Sanguinis Chriſti ſubſtantia in Calice Domini continetur.* Hoc qui negat, expreſſis Euangelij verbis non credit. Expreſſa Euangelij verba mauult negare hæreticus, quàm ad Romanæ Eccleſiæ fidẽ, à qua temerè defecit, conſultò redire.

Idem Carolus 5.

219. Paulus 4. Neapolitanus, an 4. m 2. d. 27.

1555.

215. *De Bucero.*

* Præter inconſtantiam, qua Bucerus non modò à monaſticæ Religionis voto ad ſeculum, & à Catholica fide ad hæreſim, verũ etiam à Luthero ad Zuinglium, & rurſum à Zuinglio ad Lutherum defecit ac trãſijt, illud propriè huic homini tribuitur, quòd primus perſuaſit Luthero, Corpus & Sanguinẽ Chriſti non adeſſe in Euchariſtia, niſi in Sacramẽtali vſu hoc eſt, dum comeditur, & bibitur.

Corpus & Sanguinem Chriſti adeſſe in Euchariſtia aliâs, quàm dum manducatur & bibitur, & cur ita in hoc ſolo Sacramento eueniat.

* *Calix benedictionis* (inquit Apoſtolus 1. Cor. 10.) *cui benedicimus, nónne communicatio Sanguinis Chriſti eſt?* Si liquor in Calice poſt benedictionem interpoſitam effectus & contentus, cõmunicatio Sãguinis Chriſti eſt (Calix enim noſter non naſcitur, ſed fit ſacer) profectò cùm liquor ille ibi ſit, antequàm de Calice quicquam hauriatur: etiam *communicatio ſanguinis Chriſti* non tantùm in ijs eſt, qui de Calice bibunt, verũmetiam in ipſo Calice, antequàm de eo bibatur. Nam & *Calicem benedicimus*, antequã ex eo bibamus, & idem Calix iam tum appellatur *Calix benedictionis*, quia iam tum, id eſt, mox poſtquàm ei benediximus, in ſe habet ea Myſteria, per quæ laudemus Deum & gratias illi agamus. Eodemq; modo

Fides & confeßio Richardi Britanni de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Richardus Britannus annorum ferè vigintiquatuor Oxoniæ agens, cùm Locos communes Eckij, & aliorum, qui Catholicam fidem propugnabant, legeret animaduertiſſetq́;, ſingularem rationem Pontificis Romani, tanquam primi Paſtoris Eccleſiæ, omni ætate ac memoria habitã fuiſſe: cœpit de Primatu Eccleſiæ Romanæ tùm loqui liberius, tùm etiam interdum diſputare. Quæ res cùm læſæ Maieſtatis crimen in Anglia haberetur, Britannus ad Iudicem delatus eſt, velut Regiæ Maieſtatis legumq́; Regni
1551 hoſtis publicus. Ille autem in iudicio liberrima voce confitebatur, *Paſtorem ſuum atque oĩm Catholicorum eſſe Pontificem Romanum*, atque eam eſſe Catholicam fidem aſſeuerabat, nec aliter debere Iudicē ipſum credere, ſi vellet æternam ſalutem conſequi. Iudex autem ſecundùm Tyrannicas eius regni leges, hominem in cuſtodiam duci iubet, rem de more ad Regium Senatum relaturus. Ibi adoleſcens, quod verbo dixerat, ſcripto confirmans, *multa in Primatus Romani defenſionē perſcripſit*, eaq́; ad iudicē deferri curauit, conſciētiamq́ue hominis (quem & Eccleſiaſticum, & doctum, & aliàs Catholicum eſſe, non ignorabat) vehementer commouit, vt ipſe etiam, quod ſciret verum eſſe, non dubitaret confiteri. Huic confeſsioni liberrimæ adiunxit idem Britannus inſignem vitæ innocentiam ac pietatem, adeò vt mirabili & noſtris temporibus inaudita vteretur abſtinentia. Nam ſolo pane, & eo perexiguo quotidie victitabat, niſi quòd in Dominicis atque alijs Feſtis diebus paululum fortè iuſculi ſorbebat. Qua ex abſtinentia, vt ego quidem puto, nimium auſtera, cùm paſsionem cholicam grauiſsimam contraxiſſet, nūquàm tamen adduci potuit, vt vitæ rationem mutaret, tantaq́ue cum patientia morbum ſuum pertulit, gratias Deo continuas etiam in medijs perpeſsionibus ſeriò agens, vt magnæ omnino inhabitantis in ſe gratiæ Dei ſpecimen ederet.

Erat ſanè ſtuporis plena hæc res, quòd cùm Epiſcopi, Theologi, omneſq́; homines in Anglia eo tempore agentes tantum abeſſent à Primatu Pontificis Romani agnoſcendo, vt neq; auderent, nomen eius in libris ſuis pati extare, neq; mentionem eius ferre, ne hoc in capitis periculum eis cederet: quòd illis ipſis diebus Deus hunc iuuenem in medio Academiæ florentiſsimæ excitauit, qui tam lingua & calamo, quàm vitæ probitate ac mortis contemptu Sedem Romanam confiteretur. Nihil enim aliud hic vir in votis habebat, quàm vt pro fide Catholica & fratribus ſuis animam poneret. Non quod audiui, ſed quod vidi & noui, hoc ſcribo. Nam & in eodem Collegio cum hoc homine vixi, & patientiam eius incredibilem aſpexi, & in carcere poſitum inuiſi, & per eius preces in animum quoque meum induxi, vt ſi neceſsitas imponeretur, pro eadem fide per Dei gratiam decertaturus eſſem, quod alijs præterea multis eiuſdem Collegij perſuaſum erat. Cæterùm, Deo aliud prouidente, mutatus eſt ſubitò rerum Angliæ ſtatus. Edouardo enim Rege mortuo, ius regni ad Mariam ſpectabat, quæ fidem Catholicam omnibus viribus tuebatur. Emiſſus igitur è carcere poſt aliquot menſes Britānus, in Societatem D. Frāciſci ſe contulit, in eoq́ue habitu quod reliquum erat vitæ tranſigens, breui poſtea ex hoc mundo ad cœleſtem patriam commigrauit.

Quot

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

bibitur. Dum enim capita Lutheranæ & Zuinglianæ factionis Wittēbergæ cō ueniſſent, An. Dom. 1537. ac viderent, ſuam diſcordiam maximè iam offenſioni omnibus eſſe: tandem auctore Bucero cum proteſtatione quadam ſubſcripſerunt huic errori, adeſſe quidem Chriſti Corpus, dum ſumitur Sacramentū, nec vnquam præterea.

216. *De*

Apoſtolus de altera parte Sacramēti agēs: *Panis* (inquit) *quē frāgimus, nónne participatio Corporis Domini eſt?* Panē verò frāgimus, antequā eū diſpenſemus, aut manducandū porrigamus. Fit enim fractio, tū ad inſinuandū Myſteriū Paſsionis (in qua Chriſti caro flagellis, clauis, & lancea, fracta & cōſciſſa eſt) tū vt ijs, qui participabūt de Myſterijs, diſtribuatur vnicuiq; ſua pars & velut buccella. Prius ergo, quàm iſte panis frangatur, *Corporis Domini cōmunicatio eſt.* Etenim benedictio facit, vt panis ille Corporis Domini cōmunicatio ſit: benedictio, inquam, Domini, qua & ipſe gratias agens, dixit: *Hoc eſt Corpus meum,* & nos *hoc facere iuſsit in ſuam cōmemorationem.* Quocunq; autem ex loco panis ille diſpenſatur, & Calix porrigitur is vtiq; locus appellatur (1. Cor. 10.) *menſa Domini.* Nam ibi Apoſtolus negat, eos poſſe *menſæ Domini participes eſſe, qui participant de menſa Dæmoniorum.* Quemadmodum igitur cibus, quem gentes in

Idem Carolus 5. Epulis Deorum ſuorum manducabant, prius in menſa, quàm in ore ipſorum fuit: ſic etiam cibus ille, quem Chriſtiani capiunt in Myſterijs, prius eſt in Domini mēſa, hoc eſt in loco aliquo externo, vbi benedicitur & conſecratur, quàm ſit in ore Fidelium. Nam de menſa Dominica in os noſtrum accipitur. Non igitur Dominici Corporis præſentia pendet à noſtra manducatione, ſed noſtra manducatio pēdet à Dominici Corporis præſentia in menſa Domini. Quod niſi ita ſe habere Primitiua Eccleſia crediſſet, nunquam apud Tertullianum legiſſemus hæc verba in lib. de Corona Militis: *Calicis aut panis etiam noſtri aliquid decuti in terram, anxiè patimur.* Cur id, obſecro, niſi quia in Calice ipſo, & ſub figura benedicti

1555. Idem Paulus 4.

panis, Myſteria Sanguinis & Corporis Domini continebantur? Quid ergo eſt? Vtrum Sacramentale aliquod elementum, præterquam in vſu ac diſpēſatione ſua, vim Sacramenti habet? Non, opinor. Sed Euchariſtia non modò Sacramentum, ſed præterea ſacrificium eſt. Adeſt enim Corpus Chriſti, non primùm, aut ſolùm, vt à nobis comedatur, ſed multò magis, vt per hanc oblationem *nomen Dei magnificetur in Gentibus* (Malach. 1.) dum oblatio non immunda (qualis illa Iudæorum fuit) ſed *munda* & incruenta *offertur nomini eius inter gentes.* Vnde Chriſtus ſtatim poſt acceptum panem *gratias egit,* Math. 26. Cui tandem, niſi Deo? Itemq; (vt eſt apud Marcum Euangeliſtam c. 14.) *benedixit,* vtiq; etiam pani. Quod planiſsimum fit ex D Paulo, qui dicit, ſe alioſq; Dei miniſtros *Calici benedixiſſe* (1. Cor. 10) Quis aūt dubitet, quin eadem ratio faciat, vt pani benedictionem impenſam credamus, quæ diſertè exprimit, Apoſtolos *Calici,* hoc eſt, liquori contento in Calice *benedixiſſe?* Quòd ſi Euchariſtiæ conſecratio primùm per gratiarum actionem referatur ad Deum, deinde per benedictionem ad res propoſitas, hoc eſt, ad panem & Calicem (vt illa videlicet ſint Corpus & Sanguis Domini, ſicut verba Chriſti ſignificant) : profectò primus Euchariſtiæ vſus non eſt, vt nos eam participemus, verùm vt in gratiarum actionem offeratur Deo Corpus & Sanguis Chriſti Sacerdotis æterni, qui ſuam Eccleſiam neq; ſine Sacrificio relinquere, neq; aliud ſacrificium habere voluit, præter ſeipſum: vt is, qui redemptionem noſtram in corpore & ſanguine ſuo verè ſemel operatus erat, per earundem rerum veritatem & ſemper glorificaret Dei nomen in hoc mundo, & quotidie exequeretur, quod ante inceperat. quò iſta ratione omnes intelligerent, *non eſſe aliud nomen ſub cælo,* per quod vel Deus coli velit, vel nos ſaluari poſsimus, *præter nomē Ieſu Chriſti.* Quare præcipuus Euchariſtiæ vſus eſt, vt per mortis Chriſti cōmemorationem in carne ipſa, quæ olim

morie-

Quot millia Sanctorum in Gallijs pro Eccleſia Romanæ Primatu Martyrium ſubierint.

Iacobus Payua de origine Societatis Ieſu: *In ciuilibus (*inquit*) bellis, quibus Gallia nuper exarſit,*
cùm à Dei Opt. Max. Regiaq́; Maieſtatis hoſtibus Sacerdotum circiter ſex millia capta fuerint, qui reiecta ſo-
lutis impia conditione, maluerunt diuerſis cruciatuum generibus affecti interire, quàm debitam Romano Ponti-
1594 *fici obedientiam abijcere, atque veram ſanctiſſimi Corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam cum Caluino ſce-*
leratè denegare: ex illis ita fere millia fuerunt omnium ordinum monachi religioſiſſimi, quorum ſanguis ad Deũ
*è terra clamans, non minorem ſanè ſceleribus veſtris (*Lutheranos alloquitur*) vltionem comminatur, quàm*
vniuerſæ Galliæ, totiq́; Chriſtiano orbi pacis Religioniſq́; inſtaurationem pollicetur.

Friderici Staphyli fides de Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Fridericus Staphylus in Defenſione contra Illyricum. *Falsò prorſus moreq́; ſuo Illyricus, cùm ait, Cy-*
1595 *prianum diſceptaſſe cum Cornelio de Primatu. Nam D. Cyprianus multis in locis primariæ dignitatis honorẽ*
defert Romanæ Eccleſiæ, tanquam Sedi Apoſtolicæ. Et pòſt.
Fatendum quidem eſt fuiſſe inter Eccleſias Latinam & Græcam ingens certamen varijs de rebus, de qui-
bus tamen in Florentino Concilio maxima ex parte concordia inita eſt. Vtra autem Eccleſia illius Schiſmatis au-
thores fuerint, nec ipſi Græci diſſimulárunt, nec ira Dei vindex iuſtiſſima reticuit, vtri parti adiudicârit cauſam,
1596 *cùm Romanam Eccleſiam hactenus incolumem conſeruârit, diſſipârit Græcam: quæ (perinde atq; nos Germa-*
ni nunc) dum Petri Apoſtoli Sedem iudicem non ferebat, iam ferre cogitur Turcicam ſeruitutem vindicem re-
1597 *bellantis contumaciæ.*

Quot

Ciuitas Dei, *ſeu continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Ferdinand. Imp. an. 6.
1557	Idem Paulus 4.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

215. *De Swencfeldio.*

y Docuit, Chriſti Corpus in cœlos aſſumptum planè Deum eſſe factum: & ita in Cœna Domini adeſſe quidem Corpus Domini, ſed quod iã ſit diuina eſſentia. Sic docuit in li. de duplici ſtatu Chriſti, artic. 17. & 18.

217. *De Luca Sternbergera.*

a Iſte (vt in more poſitũ habent pleriq; Sacramentarij) Euchariſtiæ ſacramẽtũ blaſphemè irridere ſolitus, quodam die communicaturus, ad ſodales, qui minus frequentes conuenerunt, dixit: Venite huc, nõ enim poſſum ſolus illum deuorare. Staphyl. de concord. Luteranorum.

218. *De Petro Martyre, ſeu de ijs, qui negant, Deum poſſe corpus ſuum ſub ſpecie panis exhibere.*

a Petrus Martyr contra Stephanũ Gardinerũ Vintonienſem Epiſcopũ, poſt obiectionem vndecimam, ita ſcribit: *Quare mirum ves dicere, Corp' Chriſti eſſe in multis locis, quadq; Dei potentiã abijciatis, cùm hoc ex illarum ſit rerum genere, ad quas Dei potentia ſe non extendit: nẽpe, vt multis locis eodẽ tempore corpus humanum, ſalua natura ſua, diffundatur.* Hæc ille. Negat igitur, Deũ poſſe facere, vt Corpus Chriſti manens ſemper (vt verè manet) verũ Corpus Chriſti, ſit eo modo ſimul in pluribus locis, quo in Euchariſtia id eſſe, Catholici atq; etiam Lutherani credunt. Vide in quantã blaſphe-

moriebatur, nunc factã, Deus inter Gentes honorificetur & colatur: ſecundus verò, vt poſt fractionem myſterij eadem Chriſti mors (per veritatem carnis, quæ mortua eſt, à nobis corpore & ſpiritu acceptã) operetur in nobis fidei, charitatis & iuſtitiæ augmentum, donec eò vſq; creuerimus, vt mercedem plenam de manu Domini capiamus in cœlis.

Corpus Chriſti aſſumptum non eſſe conuerſum in Diuinitatem.

y *Ieſus Chriſtus, qui eſt ad dextram Dei* (Rom. 8) *etiã interpellat pro nobis.* Hoc autem ſecundùm Diuinitatẽ facere non poſſet. Angeli etiam dicunt (Actor. 1.) *Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* Humana igitur forma & natura, quæ in cœlũ aſſumpta eſt, manet in Chriſto in æternũ. Quomodo alioqui manducaremus Corpus eius, & ſanguinem biberemus, (Matth. 26. Lucæ 22.) ſi corpus & ſanguinẽ amplius non haberet? Denique Fridericus Staphylus in reſponſione ad tergiuerſationem Longini Swẽcfeldiani hanc hæreſim & verè à Swencfeldio affirmatam oſtendit, & doctiſsimè confutat.

z Baſilius Magnus in Serm. 2. de Baptiſmo, c. 3. *Grauiſſimum ſupplicium in lege Deus aduerſum eos decreuit, qui cùm ſint immundi, ſancta contingere non verẽtur. Quantò autem maius aliquid Chriſtus eſt Templo, (ſecundùm Domini vocem) tantò grauius & terribilius eſt in animæ impuritate conſtitutum, Chriſti Corpus temerè contingere, quàm ſit accedere ad arietes vel tauros, dicente Apoſtolo: Qui manducat aut bibit indignè, iudicium ſibi ipſi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Ita ergo ad ſancta accedamus, vt iudicium eorum, qui Dominum occiderunt, effugiamus.*

Sacramentarios nunquàm poſſe cauſam aliquam ſatis grauẽ afferre, ob quam neceſſe ſit, hanc orationem Chriſti (Hoc eſt Corpus meum) *figuratam eſſe & impropriam: niſi ponant & credant, Deum non poſſe facere, vt Corpus Chriſti ſub ſpecie panis verè adſit.*

a Scio, pleroſque Sacramentarios verbo tenus nõ negare, quin Deus per omnipotẽtiam ſuam poſsit efficere, vt Corpus Chriſti ſub ſpecie panis verè adſit. Itaque id tantùm hactenus plerique eorum profiteri audẽt, nolle Deũ, vt Corpus Chriſti adſit ſub ſpecie panis. At cur nolint, ſi roges, coguntur eas rationes afferre, quæ vel neceſſariæ ac certæ non ſint, vel certè vt neceſſariæ ſint, id neceſſariò ponant, Deum non poſſe facere, quod Catholici eum in Euchariſtia quotidie facere credunt. Quæro enim abs te, Beza: cur dicis, hanc orationem Chriſti (*Hoc eſt Corpus meum*) eſſe impropriam? Verum ſacra Scriptura hoc te docuit? Vbi tandem id legis? Nuſpiã profectò.

Quot & quanti tùm Epiſcopi, tùm alij tam Eccleſiaſtici, quàm nobiles & illuſtres in Anglia, Hybernia, & Scotia viri, dignitatem, fortunas, patriam, libertatem, ac denique vitam, Elizabetha apud Anglos regnante, atque hæreſim propitiente, amiſerint, vt ne cogerentur Pontificis Romani Primatum obijcere atque obiurare.

Henricus Octauus Angliæ Rex, vt Annam Bolenam in Catharinæ Vxoris ſuæ adhuc viuentis locū
introduceret, Pontificis Romani ab eo diuortio abhorrentis poteſtatem ex Anglia eiecit. Hanc Pon-
1558 tificiam poteſtatem Regina Maria Catharinæ filia, vt deſereret, adduci nunquam potuit, etiamſi
mors, viuente adhuc Henrico eius patre, ob eam cauſam illi fuiſſet intentata. Cùm igitur Deus Mariā
Regno Angliæ præfeciſſet, illa honorem Sedi Apoſtolicæ debitum publico Regni aſſenſu reddendum
curauit, vt iam antè explicuimus.
Maria verò ſine liberis mortua, cùm Elizabetha Annæ Bolenæ filia Regium thronum occupaſſet:
mox de reijcienda Pontificis Romani authoritate cogitare cœpit, nec iniuriâ. Videbat enim, ſi Prima-
tum Romanæ Cathedræ agnoſceret, ſuo, matriſque ſuæ honori derogatum iri, quam illa Cathedra non
legitimè nuptam Henrico Regi fuiſſe pronuntiauerat. Ne igitur aut matrem illegitimè Regi nuptam,
aut ſeipſam, viuente adhuc priore eiuſdem Regis coniuge, illegitimè natam fateretur: maluit Sedi
Apoſtolicæ in æternum ſtanti atque adeo florenti repudij libellum dare, quàm breui perituro ho-
nori ſuo quicquam detraxiſſe videri. Conuocatis igitur Publicis Regni Comitijs, cùm ad Regni or-
dines de Papatu deſerendo, & hæreſi ſtabilienda retuliſſet, quanquàm dederat operam, vt non ferè alij
ad ea Comitia conuenirent, quàm qui iam antè abhorrerent à Catholica fide: tamen quia Epiſcopos &
Optimates ab illo conuentu excludere non potuit, poſtquā oēs neruos intendiſſet, vix tandē obtinuit,
vt hæreticorum partes conſtantiam Catholicorum vel ſolis tribus ſuffragijs ſuperarent. In tam exiguo
momento ſalutis æternæ ratio apud Anglos pependit illo tempore. Ac tunc quidem Epiſcopi, & cæte-
ri, qui aderant, Prælati, cùm eſſent viri grauiſsimi, atq; ab omni crimine immunes, ad vnum omnes huic
impio decreto reſtiterunt.
Nobiliſsimus etiam Baro & Vicecomes *D. Antonius Brunus* de Monte acuto, liberè copioſeque
1559 expoſuit, quanto dedecori ea res toti Regno futura eſſet, ſi cùm paucis antè annis Sedi Apoſtolicæ re-
conciliatum fuiſſet, ob eamq; rem vſque ad vrbem Romam Legationem publicam miſiſſet, nunc iterū
ab eiuſdem Sedis vnitate ſponte ſua reſiliret: nec dedecus modò, verùm etiam ingens periculum in ea
re eſſe, ſi fortè Sedes Apoſtolica ob tanti ſceleris vindictam, excōmunicatis hæreſeos authoribus, Re-
gnum ipſum gladio & direptioni vicinorum Principum, exponeret. Quo tunc in ſtatu & publicas, &
priuatas res ſuas fore arbitrarentur? Se quidem vnum ex ijs Legatis fuiſſe, qui *Paulo quarto* Pōtifici Ro-
mano debitam obedientiam publicè tùm præſtitiſſet ipſe, tùm totius Angliæ & Hyberniæ nomine eā-
dem in poſterum ſarctam tectam conſeruandam eſſe promiſiſſet: nec ſibi iam integrum eſſe, vt aliter
vnquam faceret aut ſtatueret. Rogare igitur Optimates, vt fidei ab ſe nuper datæ memores, retinerent
1560 illius Pontificis communionem, cuius authoritate religionem Chriſtianam & primùm accepiſſent, &
perpetuò conſeruaſſent. Hæc illo apud optimates cum magna ingenij, fidei, conſtantiæque laude
perorante, interim *Ioannes Storaus* Iuriſconſultus, vir ingenio, doctrina, & longo rerum gerēdarum vſu
excellens, eandem cauſam apud inferiorum Ordinum viros, diligenter accurateq; egit, multa interpo-
nens tùm de neceſsitate vnius Summi Capitis in Eccleſia, tùm de longa & maximè diuturna Maiorū
1561 conſuetudine, qui Romanam Sedem velut Apoſtolorum Principis Cathedram ſemper omni obſeruā-
tia coluiſſent.
Porrò cùm ob cōtraria Reginæ ſtudia nec hi viri, nec alij, qui eandē cauſam fouebant, quicquā profi-
1562 cerent: id demum reſtabat, vt *Epiſcopi omnes* recuſarent Eccleſijs ſuis præeſſe in ea Republica, quæ à
Capite Catholicæ communionis defeciſſet. Omnes igitur Sedibus ſuis abdicati vel in exilium ſponta-
neū iuerunt (quæ ſors obtigit Thomæ Goldwello Reuerendiſsimo Epiſcopo Aſſaphenſi, qui mihi ma-
nus Presbyterij Romæ impoſuit) vel in cuſtodiam, alij priuatam, alij publicam, traditi, Pontificis Roma-
ni Primatum glorioſius confitebantur & prædicabant iam vincti, quàm liberi & ſoluti potuiſſent. Nam
(vt Apoſtolus de ſeipſo dicebat, Philip. 1.) non parum lucri acceſsit Euangelio, *dum vincula eorum, quæ
ob Christum perpetiuntur, manifeſta fiunt in omni Prætorio, adeo vt plures etiam ex fratribus in vinculis eo-
rum confidentes, abundantius auderent ſine timore verbum Dei loqui.*

Ac ſanè

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperatores Rom.
		Idem Ferdinandus
	311. Pius 4. Mediolanēſis, an. 5. m. 11 d. 15.	
1560.		

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

ſphemiam hæc hæreſis ad poſtremum deſinit. Quod nequiſsimis hominibus credere non libet, hoc Deum poſſe efficere negant. Id verò pium Lectorē admonēdum hîc putaui, nullam eſſe in ijs articulis omnino contradictionem, ſi quis dicat, *Corpus Chriſti eſſe in cælis, & ſimul eſſe in omnibus ijs locis, vbi panis ritè conſecratur in Corpus Chriſti.* Hæc enim duo, *Corpus Chriſti eſt in cælis, &, Corpus Chriſti non eſt in cælis:* contradictionē manifeſtam continent, & ideo ſimul eſſe vera nō poſſunt: certè non quia Deus eſt infirmus, aut quicquam ſit, quod ille facere nō poſsit, verùm quia eorum, quæ in contradictionem cadunt, alterum eſt à vero alienū & ideo eſt eiuſmodi, vt quia non eſt verum, nō ſit etiam bonum, & quia non eſt bonum, nō eſt vllo modo aptum, vt à Deo creetur, qui ſummè bonus cùm ſit, nihil creare poteſt, quod nō participet aliquā eius bonitatem. At mendacium eſt idolum, & minus nihilo. Si autē verum eſt,

Doctores Catholici.

Primùm igitur dicis ac doces aliquid, & id contrà Maiorum noſtrorum communem & Catholicā fidem, quod in Scriptura ſacra non reperitur. Deinde cùm Chriſtum eſſe Deum nō neges, ex eoq; fatearis, eum poſſe facere quicquid vult: quare non credis, eū feciſſe, vt hoc verè eſſet Corpus ſuū, quod ille non ſolo verbo, ſed, *benedictione* etiam interpoſita, & *Corpus ſuum eſſe* dicit, & à Diſcipulis in mortis ſuæ memoriam comedi iubet? Cumq; fatearis, Corpus Chriſti verè mortuum, & eadem opera verè ſacrificatum eſſe, hãc verò Cœnam eiuſdem Sacrificij cōmemorationem participationēq; eſſe concedas, debeatq; in menſa, quæ ſacrificij alicuius propria eſt, eadē caro corporaliter manducari, quæ antè corporaliter oblata fuit: cur tamen dicis, veram Chriſti carnem ore Chriſtianorum nō accipi? Verba Chriſti hoc ita eſſe dicunt, rei natura & ratio, vt ita ſit, omnino flagitat: & tu interim tá verborum ſignificationem, quàm rationem rerum contemnens, contrariam ſententiam defendis. Dic tandem, quid potiſsimùm ad hoc te impellit? *Veritas Corporis Chriſti* (ait in Tractatione ſua contra Weſtfalum) *& articulus de aſcenſu Domini in cælos, & eius in cælis cōmoratione, manifeſtè repugnat.* Quid? Verū nos nō credimus, verum Chriſti Corpus in cœlum aſcendiſſe, & ibi vſque ad finem mundi commorari? Credimus ſanè, & ſimul credimus, idem Corpus, quod ad dextram Patris aſsidet, in Euchariſtia verè adeſſe, non quia è cœlo deſcendat, ſed (vt Damaſcenus de Orthodoxa fide lib. 4. c. 14. loquitur) *quia ipſe panis & vinum tranſmùtatur in Corpus & Sanguinem Dei.* Cùm ergo nos & Maiores noſtri ſemper ex æquo crediderint tàm articulum aſcenſionis, quàm realis præſentiæ Chriſti in Euchariſtia, adeò vt Chryſoſtomus hæc vtraq; ſimul vera eſſe doceat (lib. 3. de Sacerdotio): cur tu propter Chriſti commorationem in cœlis, negas eius præſentiam ſub ſpecie panis? Dicis *hos duos articulos manifeſte repugnare.* Cur tandē? An Deus efficere non poteſt, vt ſimul vtrique veri ſint? Si poteſt id efficere, cùm ipſe & aſcenderit, & nihilominus benedicens dixerit: *Accipite, & manducate, hoc eſt Corpus meum*, cur non tá credis hoc quod in Cœna Domini comeditur, eſſe Corpus Chriſti, quàm credis eum in cœlis commorari? Chriſtum huius verbi authorem habes, Euangeliſtæ plures ita rem narrant, de parabolica phraſi nihil admonent (quod tamen aliâs Ioan 2.4.7.21. & Matth. 13. ſæpe faciunt) Eccleſia Chriſtum ſub ſpecie panis præſentem ſemper agnouit & adorauit, Berengarium aliter opinantem ad palinodiam coēgit: cur igitur non putas, id velle Deum ita ſe habere, quod tot modis ita eſſe planum facit? Reſtat ergo vt dicas, articulum Aſcenſionis Chriſti ſic pugnare cum reali eius præſentia in Euchariſtia, vt hi duo articuli ſimul cōſtare non poſsint. Certè nihil eſt aliud, hos duos articulos ſimul conſtare non poſſe, quàm Deum facere non poſſe, vt vterq; eorum ſimul ſit verus. Nam ſi facere hoc Deū

 poſſe,

Ac ſanè, vt ne id quidem prætermittam, poſtquàm Epiſcopi & cæteri Theologi atq; Eccleſiarũ Cathedralium Presbyteri Canonici tùm vincula, tùm mortem in carceribus ob aſſerendum ſummi Paſtoris Primatum ſubiuiſſent: diuinitus factum eſt, vt Angli Catholici, qui apud Belgas ſub Regis Catholici clientela agebant, auderent liberius veritatem fidei ſuæ non verbis modò, ſed ſcriptis etiam confiteri. Quo in genere facilè princeps extitit *Thomas Hardingus* ſacræ Theologiæ Profeſſor, qui Iuellum Pſeudoepiſcopum Sariſburienſem iuueniliter exultantem ita repreſsit, vt cum Iuellus palam in ſuggeſtu affirmaſſet, *ſe Catholicæ fidei ſubſcripturũ, ſi locus aliquis aut e Scriptura ſacra, aut ex Patribus, qui primis ſexcentis annis vixiſſent, proferretur, in quo Pontifex Romanus diceretur vniuerſalis Eccleſiæ Caput* (de alijs enim articulis iam non agimus): mox Hardingus librum doctiſsimum Anglico idiomate conſcribens, docuit inter cætera, Damaſum Pontificem Romanum ab Ambroſio (in Commentarijs 1. ad Tim. 3.) vocatum eſſe *Rectorem eius Eccleſiæ, quæ domus Dei & columna ac firmamentum veritatis* ab Apoſtolo dicitur. Nec enim dubium eſt, quin & *Rector* idem ſit, quod *Caput*, & illa fuerit vniuerſalis Eccleſia,
1603 quam Apoſtolus eo in loco deſcribit. Romanus igitur Pontifex, qui *Rector eſt Domus Dei, quæ eſt columna & firmamentum veritatis*, idem vtique vniuerſalis Eccleſiæ Caput exiſtit. Multa etiam alia in eandem ſententiam ex Cypriano, Athanaſio, Auguſtino, Hieronymo, alijſq; Patribus Hardingus in mediũ protulit, quæ Iuellũ eò tandẽ redegerunt, vt per edictum regium curaret, eiuſmodi libros interdicẽdos & abdicandos, adiecta etiam mulcta & minis terrore plenis, ſi quis eos apud ſe tenere deprehẽderetur.

Hardingi exemplum ſecuti ſunt alij Theologi complures, in primis *Thomas Dorm. annus, & Ioannes*
1604 *Martialis*, pòſt autem *Hugo Heſkinus ſacræ Theologiæ Profeſſor, Ioannes Raſtellus, Nicolaus Sanderus, Gulielmus Alenus, Thomas Stapletonus & Robertus Poynizeus*: qui omnes, vbi occaſio tulit, eundem Pontificis Romani Primatum & confeſsi ſunt egregiè, & rationibus tùm è ſacra Scriptura, tùm ex authoritate Patrum, & vſu rerum petitis, vehementer corroborârunt. Quod argumentum *Thomas Stapletonus* omnium copioſiſsimè tractauit in eo libro, quem omni & eloquentia, & doctrina refertum contra *Hornum Pſeudepiſcopum Vintonienſem*, edidit. Hæc non eſſe omittenda hoc in loco putaui, vt aliæ nationes ſcirent, non Angliam vniuerſam ita receſsiſſe à Romani Pontificis obedientia, quin optimi quiq; & doctiſsimi viri adhuc perſiſtant, ac in æternum permanſuri ſint in ſancta Sedis Apoſtolicæ communione atque obſeruantia. Quam Sedem in hoc exilio noſtro benignam ſanè matrem experti ſumus, vt verè appareat, hanc eſſe, ac manere prorſus eandem, quæ olim fuit, quum ad eam veluti ad Catholicæ communionis portum confugerunt *Athanaſius*, & *Petrus Alexãdrinus*, cæteriq; Epiſcopi Catholici per Vandalos ex Aphrica eiecti. Proprium enim Petræ ac rupis ſolidæ eſt, alios minores lapides mole ſua ſuſtentare, ac locum, vbi ſecurè quieſcant præbere.

Qui autem pro Apoſtolicæ Cathedræ Principatu confitendo, vel in vinculis domi, vel in exilio foris, partim vſque ad mortem perſtiterunt, partim vſque ad hodiernum diem detinentur, hi ſunt.

1605. Edmundus Bonnerus, Londinenſis,
1606. Ioannes Vitus, Vintonienſis,
1607. Cuthbertus Tonſtallus, Dunelmenſis,
1608. Oglethorpus, Carleolenſis,
1609. Pateus, Vigornienſis,
1610. Baynus, Lichfeldenſis,
1611. Thurlebeus, Elyenſis,
1612. Polus, Petroburienſis,
1613. Burnus, Bathonienſis,
1614. Scottus, Ceſtrienſis, in exilo defunctus.

} Epiſcopi Angli aut in vinculis, aut exilio vita defuncti.

1615. Hethus, Eboracenſis Archiepiſcopus,
1616. Watſonus, Lincolnienſis,
1617. Trobleſildus, Exonienſis,
1618. Thomas Goldwellus, Aſaphenſis, Romæ exulat.

} Epiſcopi Angli adhuc in cuſtodia detenti, aut exules, ſed ſuperſtites.

1619. Richardus Creueus, Archiep. Armacanus,
1620. Mauritius, Archiepiſcopus Caſſelenſis,
1621. Gulielmus Walſius, Medenſis Epiſcopus,
1622. Thomas Leurus, Darenſis,
1623. Thomas Ternanus, Roſſenſis,
1624. Redmundus, Epiſcopus Alladenſis.

} Epiſcopi Hiberni aut vincti, aut exules.

Ioan-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.* | Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.* | *Doctores Catholici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

eſt, Corpus Chriſti eſſe in cœlo: mentitur, qui dicit, Corpus Chriſti non eſſe in cœlo: verùm qui dicit, Corpus Chriſti eſſe in Eucharistia, nō negat, idē eſſe in cœlo. Poteſt igitur Deus facere, vt vtrumque ſimul ſit verum.

Hæ-

poſſe concedis, cùm ille ſit vtriuſq; operator: nihil affers, cur neceſſe ſit, te credere, aut hanc Domini orationem (*Hac eſt Corpus meum*) eſſe impropriam, aut Corpus Chriſti verè non adeſſe ſub ſpecie panis. Tu verò credis, non adeſſe Chriſti Corpus ſubſtātialiter in Eucharistia. Cur ita credas interrogatus, ais, Chriſtum in cœlis commorari. Si tua ratio neceſſaria eſt: qui commoratur in cœlis, non poteſt in Eucharistia preſens fieri, etiamſi Chriſtus ipſe dicat, hoc, quod in terris comeditur, corpus ſuum eſſe, & id corpus ſuū, quod pro nobis datur, quod per Apoſtolum ſuum docet à nobis comedi, vt *mortem eius cōmemoremus*, quod etiam *qui manducat indignè, reus eſt Corporis Domini, quoniam non dijudicat Corpus Domini.* Hæc enim oīa demonſtrāt, ſubſtantiale Corpus Chriſti verè manducandū in Eucharistia dari: vt ſanè, ſi poſsit De' id præſtare (quid ni aūt poſsit?) omnino credendū ſit, eū id præſtitiſſe. Si ergo (vt dixi) tu affers neceſſariā rationē, cur aliter, quàm nos, credas: dicis profectò, nō poſſe Deū facere, vt corpus, quod in cœlis cōmoratur, eodē tēpore in Eucharistia ſubſtantialiter manducetur. Aut igitur negas omnipotentiā Dei, aut nihil omnino dicis. Quapropter vtcunq; verbo id diſsimu-

Idem Ferdinandus. les, tamen reipſa putas, nō poſſe Deū facere, quod nos eū feciſſe, & perpetuò facere, credimus. Relicto igitur Beza: conuerto me ad Petrū Martyrem, qui fatetur

Idem. Pius 4. ingenuè, Deum non poſſe facere, vt Corpus Chriſti, quod commoratur in cœlis, eodem momento præſens fiat in multis Altaribus & locis. Huc, huc Satanæ conſilia tendunt, vt Dei nomen blaſphemetur, vtq; omnipotētia ſummi numinis denegetur. Certè aliter nos docent Scripturæ Sacræ, aliter Symbolum Apoſtolorum. *Credo* (inquit Eccleſia) *in Deum Patrem omnipotentem.* Angelus etiam Domini (Lucæ 2.) Loquens de re omnium maxima (nempe quòd Dei Filius Deus manens fieret homo) *Non erit impoßibile* (inquit) *apud Deum omne verbum.* Item Chriſtus ait (Lucæ 18.) *Quæ impoßibilia ſunt apud homines, poßibilia ſunt apud Deum.* Quibus

1560. verbis ſignificat, Deum poſſe facere, *tùm vt Camelus tranſeat per foramen acus* (quod tamen apud homines ex his rebus eſt, quæ fieri non poſſunt) *tùm vt diues ingrediatur in regnum cœlorum.* Præterea, Chriſtus natus eſt clauſo vtero virginis, & ingreſſus ad Diſcipulos clauſis ianuis. Itaq; Auguſtinus (in Epiſt 3.) *Ipſa virtus* (inquit) *per inuiolata matris virginea viſcera, mēbra infantis eduxit, quæ poſtea per clauſa oſtia membra iuuenis introduxit.* Hæc ille. Cùm igitur per omnipotentiam Dei duo corpora (Chriſti & ianuarum) ita in eodem loco ſubſtiterint, vt neutrum naturam ſuam amiſerit, & tamen ſecundùm noſtram philoſophiam vtrumq; eorum vt ſuam quantitatem, ita locum ſeparatum habere debuerit: clarum eſt, Deū poſſe de rebus, ſalua ipſarum natura facere, quæ noſtrum ingenium comprehendere non poteſt. Vnde Auguſtinus (lib 9. de Gen. ad liter. c. 17.) ait: *Poteſtas Creatoris poteſt de omnibus rebus naturalibus facere aliud, quàm eorum quaſi ſeminales rationes habent.* Deus igitur efficere poteſt, tùm vt idem corpus ſit in diſtantibus locis, tùm vt plura corpora ſint in vno loco, tùm vt Corpus aliquod ſeruetur extra omnem locum, ſicut totum vniuerſum ſeruatur, extra quod nihil corporale aut locale eſt, à quo fulciatur. Atq; hæc in genere dicta ſint. Quòd verò ad Eucharistiā attinet, Corpus Chriſti nec ſine loco ibi eſt (quia locum habet ſub ſpeciebus panis & vini, quas ad tempus per miraculum ſuſtentat abſque ſua mutatione, ſicut Diuinitas immutabilis in ſe manens naturam Chriſti humanam ſuſtentat) nec ibi locum tenet reſpondentem propriæ ac viſibili ſuæ quantitati, quam in ſe perpetuò habet, (ſecundùm illam quippe in cœlo tantùm ſuam habet extenſionem) ſed in Eucha-

 riſtia per

1625. Ioannes Hamiltonus, Archiep. S. Andreæ,
1626. Iacobus Beton, Archiep. Glaſconenſis,
1627. Gulielmus Cheiſolne, Epiſcop. Dumblanenſis,
1628 Ioannes Leſlie, Epiſcopus Roſſenſis,

} Epiſcopi Scotiæ Sedibus eiecti.

1629. D. Feknamus Monachorũ D. Benedicti Abbas, in carcere adhuc agit,
1630. Mauritius Chaceus Cartuſianorum Prior cum ſuis omnibus Brugis in exilio agit,
1631. Wilſonus Cartuſianorum de monte Gratiæ Prior,
1632. Catharina Palmera Monialiũ D. Brigittæ Abbatiſſa cũ Hugone Huberto eiuſdẽ Ordinis generali cõfeſſore, ac reliquis fratrib' & ſororibus ſuis locũ exilij ſui prope Antuerpiã in Brabantia ſortitur,
1633. Elizabetha Creſnera Monialium D. Dominici Prioriſſa cum ſuis apud Brugenſes agit,
1634. Franciſcani per inferiorem Germaniam diſperſi in exilio agunt,
1635. Richardus Shelleus ordinis D. Ioãnis in Anglia Prior cum fratre ſuo Iacobo eiuſdem Ordinis milite, in exilio agit,
1636. Georgius Dureius Dunfermlemenſis Abbas Scotus,
1637. Abbas etiam de Neuhall, Scotus.

} Religioſorũ Ordinũ Archimandritæ & Priores tùm Angli, tùm Scoti ob fidem ſuis Sedibus pulſi.

1638. D. Henricus Colus, Eccleſiæ Londinenſis,
1639. D. Edmundus Stuardus, Eccleſiæ Vintonienſis,
1640. D. Reginaldus, Eccleſiæ Exonienſis,
1641. Robertſonus, Dunelmenſis,
1642. Setholandus, Vigornienſis,
1643. D. Ioannes Ramrigius, Lichfeldienſis,
1644. D. Ioannes Harpsfildus, Nordouicenſis,
1645. Henricus Ioliffus, Briſtolienſis,
1646. D. Iohannes Boxollus, Vindeliſorienſis,
1647. Daniel, Herfordenſis,
1648. Petrus Whitus, Waterfordienſis,
1649. Thomas Moeranus, Corcenſis,
1650. Dauid Hurle, Iemlacenſis.

} Decani Cathedralium in Anglia Eccleſiarum.

1651. D. Nicolaus Harpsfild, Cantuarienſis,
1652. D. Dracottus, Eboracenſis,
1653. Richardus Petreus, Bokingamiæ,
1654. D. Chedſeus, Middelſexiæ,
1655. Maruinus, Surrienſis,
1656. Fitz-Iacobus, Bathonenſis.
1657. D. Albanus Langdalus, de Lewis,
1658. Taylerus, Ciceſtrienſis,
1659. Hodſonus, Lincolinenſis,
1660. Ioannes Hanſonus, Richmundenſis,
1661. Robertus Perceuallus, Ceſtrienſis,
1662. Robertus, Monenſis in Wallia,
1663. Luttrellus, Archidiaconus Medenſis in Hybernia,
1664. Thomas Chone, Waterfordienſis, ibidem.

} Archidiaconi vel vincti, vel exules.

Belſerus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ Succeſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Ferdinandus.
1561.	Idem Pius 4.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Hæreſes connexæ cum Sacramentariorum doctrina de Euchariſtia.

219. *De Molinæo.*

b Vide vt hæreſis hæreſim pariat. Nam cùm nos vtamur exemplo Chriſti clauſo virginis vtero in mundum exeũtis, ad Corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia facilius perſuadendam: illi negant, Chriſtum clauſo virginis vtero, natum eſſe, id quod authore etiã Bucero Molinæus affirmat in tertiam vnionis Euangelicæ partem, vbi dicit: *Ieſum naſcẽtem adaperuiſſe vuluam Mariæ*. Quæ hæreſis in perſona Iouiniani ante annos mille & penè ducẽtos cõdemnata fuit.

c Eòdem pertinet, quòd Caluiniſtæ paſsim negant, Chriſtum intraſſe ad Diſcipulos (Ioan. 20.) per ianuas clauſas. Caluinus in inſtitut. c. 18. §. 26. putat, Chriſtum ſua virtute patefeciſſe ianuas, ſibiq; cedere iuſsiſſe. Petrus Martyr addit, fortè non per ianuas, ſed aliunde Dominũ poſſe dici ingreſſum. Brẽtius ex iſta re aſſerit, Corpus Chriſti poſt reſurrectionem fuiſſe incircumſcriptum & vbiq;: & ob id ibi Diſcipulis apparuiſſe. Tam malè ſibi cõſtant hæretici, vnum hoc agentes, vt veram fidem vno conſenſu velut caudis colligatis oppugnẽt, cùm alioqui vulpium iſtarum capita longè inter ſe diſiuncta ſint.

d Qui-

✤ *Doctores Catholici.*

riſtia per ſubſtantiæ modũ adeſt, quo panis ipſe, cuius ſubſtantia in Chriſti Corpus iam conuerſa eſt, ibi ante conuerſionem fuerat. Itaq; præter Dei omnipotentiam blaſphemè ab hæreticis traductam, verè etiam dicimus, Corpus Chriſti non eſſe in pluribus locis per ſuam viſibilem ac propriam quantitatem, quam in cœlo tenet: ſed eſſe quodammodo in pluribus locis, quia eſt ſub pluribus panis & vini ſpeciebus, quæ ſpecies naturaliter ſunt in pluribus locis. Et in hoc ſtat miraculũ, quòd Corp' Chriſti ſpecies panis & vini ſuſtentat, velut quantitatẽ ad tẽpus aſcitã, propter vtilitatẽ noſtrã. Quo in ſenſu Chryſoſt. dicit in lib. 3. de dignitate ſacerdotali: *O miraculũ, ô Dei benignitatẽ! Qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo tẽporis articulo om̃ium manibus pertractatur.* Et in c. 9. ad Hebræos, Homil. 17 *In multis locis offertur Chriſtus, hìc plenus exiſtens, & illic plenus, vnum Corpus.* Hæc ille.

Chriſtum clauſo Virginis vtero natum eſſe.

b Iſaias c. 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* In quibus verbis Ambroſius (in Epiſt. 81.) notauit, Prophetam dixiſſe, non modò *concepturam*, ſed & *parituram virginem*. Quæ autem parit virgo, non aperit vuluam in partu. Alioqui ſecundùm ea, quæ de ventre inſpiciendo Prætor edixit, Maria poſt partũ Virgo non eſſe deprehenderetur. Ezechiel etiam ait: (c. 44.) *Porta Orientalis, per quam Deus Iſrael ingreſſus eſt, clauſa erit, & non aperietur.* Porta verò, per quam Redemptor in mundum intrauit, (auctore Ambroſio ibidem) eſt B. Maria. Chryſoſtomus etiam in Homil. de Ioanne Baptiſta: *De potentia Dei, quia de Virgine natus ſit, & tamen ipſa Virgo fuerit virgo poſt partum. Porta hæc* (Ezechielis 44.) *ſemper clauſa erit, & non aperietur.* Auguſtin. de ciuitate Dei (lib. 22. ca. 8.) profitetur, *ſe credere, Dominum Ieſum per integra virginalia matris enixum.* Hieronymus in 44. Ezech. *Pulchrè quidam per portam clauſam Mariam virginẽ intelligunt, quæ & ante partum, & poſt partum, Virgo permanſit.* Deniq; Eccleſia nõ ſolùm credit, verùm etiã publicè canit in laudem Mariæ: *Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti.* De qua eius perpetua Virginitate Hugo de Sancto Victore librum edidit.

Chriſtum per clauſas ianuas ad Apoſtolos intraſſe.

c Hilarius lib. 3. de Trinit. *Quæro, per quas clauſæ domus partes ſeſe corporeus intulerit. Omnia ſunt obſerata. Sed ecce, aſsiſtit medius, cui per virtutem ſuã omnia ſunt peruia. Nihil cedit ex ſolido. Neque per naturam ſuam aliquid, tanquam lapſu inſenſibili, ligna & lapides admittunt. Corpus enim à ſeſe non deficit, vt ſe reſumat ex nihilo, & vnde qui aſsiſtit in media eſt? Extra rationem humanam eſt veritas facti.* Ambroſ. in Lucam lib. 10. c. 24. ait, *Chriſti Corpus, clauſis omnibus, per iuuia ſepta corpo-*

1664. Belſerus, Collegio D. Ioannis in Oxonienſi Academia,
1665. Elius, eius ſucceſſor in eodem Collegio,
1666. Slithurſtus, Collegio S. Trinitatis,
1607 Henricus Henſhaus, Lincolnienſi Collegio,
1668. D. Georgius Bullocus, Collegio S. Ioannis in Cantabrigia,
1669. D. Ioannes Yongus, Collegio Penbrukenſi,
1670. Edmundus Coſin Collegio S. Catharinæ,
1671. Thomas Pecok, Collegio Reginæ,
1672. Gulielmus Taylerus, Collegio Chriſti,
1673. Thomas Redmannus, Collegio Ieſu,
1674. Thomas Bayleus, Collegio de Clare,
1675. Laurentius Vauſæus, Collegio Manceſtrienſi,
1676. Gulielmus Martialis, Aulæ S. Albani,
1677. Ioannes Smithæus, Collegio regali in Oxonio,
1678. Hodgeſonus, Collegio Reginæ in Oxonio,

} Studioſorum Collegijs vel in Oxonio, vel in Cantabrigia Præfecti, partim vincti & vita defuncti, partim exules.

1679. Hillus, Eccleſiæ Cantuarienſis Canonicus.

1680. Ardenus,
1681. Mauritius Clenok,
1682. Palmus,
1683. D. Setonus,
1684. D. Mortonus,
1685. Henricus Bouel in Eccleſia Suthwellenſi eiuſdē Diœceſeos.

} Eccleſiæ Eboracenſis,

1686. D. Thomas Darbiſherus,
1687. Willertonus,
1688. Coſinus,
1689. Moruinus,

} Eccleſiæ Londinenſis,

1690. Thomas Hidus,
1691. Langrigius,
1692. Billonus,

} Eccleſiæ Vintonienſis,

1693. Saluinus,
1694. Dantonus,
1695. Tutinus,
1696. Nicolaus Marley,

} Eccleſiæ Dunelmenſis,

1697. D. Faucetus,
1698. Robertus Mannerus,
1699. Gulielmus Wilſus,
1700. Thomas Villerus,

} Eccleſiæ Lincolnienſis,

1701. Thomas Wilſonus,
1702. Gulielmus Colinwod,

} Eccleſiæ Ceſtrienſis,

1703. D. Heſkinos, Cancellarius,
1704. D. Thomas Hardingus, Theſaurarius,
1705. Ricardus Dominicus,
1706. Dauid Powellus,
1707. Faulerus,

} Eccleſiæ Sariſburiēſis,

} Canonici Cathedralium Eccleſiarum, ob Sedis Apoſtolicæ Primatum vel in cuſtodia defuncti, vel adhuc vincti, aut exules.

Ioannes

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	Doctores Catholici.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Ferdinandus.
1561.	Idem Pius 4.	

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

d Quidam etiã Sacramẽtarij non credunt, Chriſti Corpus clauſo tumulo, verùm tunc demum ſurrexiſſe, quando Angelus Domini reuoluit ſaxum à monumento.

Hæreſes Proteſtantium circa perceptionem Euchariſtiæ.

e Aiunt, nemini licere, Euchariſtiam abſq; alijs ſimul participaturis, percipere: alioqui communionẽ illam non eſſe, quam ſolus quiſpiam capit. Quaſi verò agatur de corporali, & non potius de myſtica & ſpirituali communione, quæ tamen ſolennius exercetur, ſi corporalis conuentus ſpirituali fructui reſpondeat.

Incon-

corporibus, inoffenſa cõpage inſertum eſſe. Auguſtin. in lib. de agone Chriſtiano. c. 24. *Contra naturã huius corporis videmus corpus Chriſti per clauſa oſtia intrare. Omnia enim poſſibilia ſunt Deo. de corpore ſuo fecit, quod voluit.* Chryſoſtom. Homil. de Ioanne Baptiſta. *Qui intrauit per oſtia clauſa, verè corpus erat.* Hieronymus lib. 1. in Iouinian. *Si clauſis ingreſſus eſt oſtijs, quod humanorũ corporũ natura non patitur, ergo & Petrum, & Dominũ negabimus vera habuiſſe corpora, quia ambulauerũt ſuper aquas, quod cõtra naturã eſt?* § Non igitur aut patefaciendo fores, aut ingrediendo aliunde, hoc miraculum operatus eſt Dominus, ſed (vt verbis Cyrilli vtar, lib. 12. in Ioann. c. 53.) *Clauſis foribus repente Dominus omnipotentia ſua, natura rerum ſuperata, ingreſſus eſt ad Diſcipulos. Nullus quærat, quomodo clauſis ianuis Corpus Domini penetrauit: de omnipotente filio Dei hæc conſcribuntur.*

d *Angelum non putemus* (inquit Hieronym. ad Hedibiam q. 6.) *idcirco veniſſe, vt aperiret ſepulchrum Domino reſurgenti, & reuolueret lapidẽ: ſed poſtquàm Dominus reſurrexit, hora qua voluit, & quæ nulli mortaliũ cognita eſt, indicaſſe quod factum eſt, & ſepulchrum vacuum reuolutione lapidis & ſui atẽdiſſe præſentia.* Auguſtin. de tempore. Serm. 130. *Quomodo de ſepulchro exire non poſſet, qui ex incorruptis matris viſceribus ſalua virginitate proceſſit? Feſellit cuſtodes, exiliuit de ſepulchro, apparuit Diſcipulis, ianuis non apertis. Inde clauſus exijt, huc excluſus intrauit.*

Euchariſtiam ab vno ſolo participatam verè communicationem eſſe tam cum Chriſto, quàm cum Chriſti membris.

e Cùm iam antè probatum ſit, Corpus & Sanguinẽ Chriſti verè adeſſe, antequã Sacramentũ ſumatur: nõ eſt dubiũ, quin Sacerdos verè conficiat ſacra Myſteria, etiãſi nemo adſit, modò verba Chriſti ad elementa panis & vini rectè adiungat. Id igitur demũ reſtat examinandũ, an Myſteria percipi ab vno ſolo poſſint, ſiue ſit Sacerdos, ſeu laicus. Euchariſtia dicitur κοινωνία, ſeu Cõmunio (vt Damaſcenus tradit lib. 4. de fide orthod. c. 14.) *quia cõmunicamus per ipſum Chriſto, & participamus eius carne & Diuinitate, & quia communicamus & vnimur inuicem per illã.* Hæc Damaſcenus. Duplex igitur Cõmunionis ratio ſpectanda eſt: vna, vt cum Chriſto capite noſtro: altera, vt cũ membris etiã Chriſti vniamur. Neutra verò iſtarum aut perit, aut imminuitur, etiãſi Euchariſtiam ſoli perceperimus. Cùm enim & ſpecies granorum tritici, ex quibus panis confectus eſt, multitudinem fidelium in vnum Corpus coaleſcentium ſatis exprimat, & ſub illa ſpecie Chriſtus ipſe adſit, qui totius vnionis fons & origo ſolus exiſtit, nec corporea, ſed ſpiritualis Communio ſit quam quærimus, eaq; non in ſocietate quapiam viſibili, ſed in animo per fidem & dilectionem in cordibus noſtris diffuſam efficiatur: vtique tùm verè cum Chriſto, membriſq; Chriſti communicamus, etiamſi nullus nobiſcum exterius cõmunicet, tùm eãdem interiorem & ſpiritalem noſtrã communionem ſatis clarè exterius deſignamus, per ſpeciem panis ex multis granis confecti, quam corporaliter ſumimus. Non eſt autem dubium, quin Serapiõ (apud Euſeb. lib. 6. c. 36.) ſolus communicarit. *puero exiguam quandam Euchariſtiæ partẽ ad eum deferente, & madefactam in os ſenis infundente.* Quem Cõmunionis accipiẽdæ

1708. Ioannes Bicardikus,
1709. Edouardus Cratfordus,
1710. Gilbertus Burnfordus,
1711. Egidius Capellus,
1712. Ioannes Hemingus,
1713. H..chinſonus,

} Eccleſiæ Bathonenſis.

1714. Bemundus, Cancellarius,
1715. Edouardus Godſaluus,
1716. Thomas Stapletonus,

} Eccleſiæ Ciceſtrienſis.

1717. Thomas Nutom,
1718. Ioannes Blaxtonus,
1719. Gualterus Muggus,

} Eccleſiæ Exonienſis.

1720. Richardus Ludbius, } Eccleſiæ Herefordenſis.

1721. Harcottus, } Eccleſiæ Nordouicenſis.

1722. Gulielmus Dalby, Cancellarius Eccleſiæ Briſtolienſis.

1723. D. Richardus Smithæus,
1724. D. Treſhamus,

} Eccleſiæ Oxonienſis.

1725. Morganus Philippus, Præcentor Eccleſ. Meneuẽſis.

} Canonici itẽ Cathedraliũ Eccleſiarum, ob Sedis Apoſtolicæ Primatum vel in cuſtodia defuncti, vel adhuc vincti, aut exules.

Non ſic autem res accipienda eſt, velut hi ſoli Eccleſiarum Cathedralium Canonici, quos hoc in loco aſcripſi, ob Sedis Romanæ confeſsionem patria, opibus, libertate aut vita priuati fuerint. Nec enim dubito, quin alij præterea valde multi hanc laudem meriti ſint. Sed illos ego recenſui, quos aut ipſe noueram, aut ab alijs hac dignitate motos eſſe, acceperam. Presbyteri verò Parochiales, & alij Clerici, qui ob retinendæ Sedis Apoſtolicæ communionem, vel in vinculis defuncti, vel adhuc vincti, vel in exilium ire coacti ſunt, multò difficilius enumerari poſſunt. Sed tamẽ ne Ordo ipſe, ſi penitus prætermittatur, iniuriam ſibi factam exiſtimet: eos hîc adiungam, de quibus me audire contigit.

1726. Edouardus Williamſonus,
1727. Gulielmus Sotton,
1728. Gretus,
1729. Hartus,
1730. Ioannes Cubbidgus,
1731. Woddus,
1732. Ionſonus,
1733. Ramſeius,
1734. Georgius London.

} Presbyteri in carcere aut defuncti, aut adhuc detenti, ob Primatus confeſsionem.

Clemens

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Idem Ferdinādus

Idem. Pius 4.

1562.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

Inconſtantia Lutheri, de vnius aut vtriuſque ſpeciei neceſſitate.

Tam Lutherani, quàm Zuingliani & Caluiniſtæ dicunt, iam nemini licere, alterã Euchariſtiæ ſpeciẽ ſine altera ſumere, quia Chriſtus vtramque ſimul inſtituit & tradidit. Sed quidnã Chriſtus inſtituerit, ij nunquam rectè ſcire poſſunt, qui deſerta Eccleſia, in qua Chriſti Spiritus habitat, Chriſti fidem in Antichriſti Synagoga exquirũt. Vt autem liquidò appareat, quanta cum inconſtãtia hoc ipſum, quo de agitur, Luterus docuerat, ſciendũ eſt, eũ ab initio ſcripſiſſe ad Bohemos, *Chriſtum de vtraque ſpecie nihil tanquam neceſſarium præcepiſſe*. Debere igitur illos *pacem Eccleſiæ ſectari, nec de Sacramenti ſpeciebus cõtendere*. Deinde in articulis per Leonem Papam cõdemnatis affirmauit, *Bohemos ob vtriuſque ſpeciei vſum ſchiſmaticos quidem eſſe, non tamen etiam hæreticos*. Tũ autem optauit, vt liber vtriuſq; ſpeciei vſus non quidem à priuatis, ſed in Cõcilio generali decerneretur. Itaque in Captiuitate Babylonica: *Nõ hoc* (inquit) *ago, vt rapiatur vtraq; ſpecies, quaſi neceſſitate præcepti ad eam cogamur*. Et paulò antè: *Non peccãt* (inquit) *in Chriſtum, qui vna ſpecie vtuntur. Pulchrum videretur, ſi Generalis Concilij ſtatuto, cuiq; ſuum arbitrium re-*

Doctores Catholici.

modum *Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus* ante annos mille ducentos ritè factum dixit, atq; adeo collaudauit. Ac idem omnino dicẽdum eſt de iis omnibus, qui Euchariſtiam à Sacerdote in Eccleſia acceptã, domũ portabant, eandemq; ſecundum quod ipſis videbatur, abſq; vlla ſolenni fratrum conuocatione, capiebant, de quibus vide *Cyprianum in Oratione de lapſis*. Fateor quidem, pleniorem extare intimæ Cõmunionis fideliũ ſignificationem, quoties plures ſimul de iiſdem Myſteriis participant. Verum ita vrgere viſibilem & externum communicãdi modum, vt neges, ad menſam Domini omnibus & ſingulis fidelibus propoſitam eũ accedere iure poſſe, qui aliũ eodem loco & tempore communicaturum non inuenit: hoc profectò ſatis ingenuũ & liberale nõ eſt. Vſq; eò enim à ſeruitute legis, hoc eſt, ab externis & corporalibus cæremoniis liberati ſumus, vt nihil in mundo, quod extra nos eſt, profectum noſtrum ſpiritalem impedire poſsit. Vnde illud verum eſt verbũ quod D. Chryſoſtom. doctiſsimè explicat: *Nemo læditur niſi à ſeipſo*. In poteſtate autem alterius eſſet, me lædere, ſi ego mortem Domini per Myſteria, quæ Chriſtus ad eam rem inſtituit, ideo commemorare, & cũ Chriſto per Euchariſtiam magis magiſq; vniri non poſſem, quia nemo alius aut vellet, aut etiã hoc tempore poſſet, mecum ad Domini menſam accedere. Sed quid argumentor? Verum per ſolam Euchariſtiam cum Chriſto & Eccleſia connectimur? An non idipſum per Baptiſmum ritè acceptum efficitur? Etenim *in vno Spiritu omnes nos in vnum cor, us baptizati ſumus*. 1. Cor. 12. Nunquid igitur nemo baptizabitur, niſi & alij plures adſint, qui ſimul cum illo Baptiſmum percipiant? Deniq; in cæremonia Paſchatis (Exod. 12.) non niſi tot perſonas cõuenire neceſſe fuit, quot ſufficere poſſent ad veſcẽdum agnũ. Nũc aũt vnus homo ſolus poteſt ſufficere ad veſcẽdum Agnum, quia *panis, quem frangimus, eſt communicatio Corporis Domini*, hoc eſt, totius Agni. Non eſt igitur neceſſe, vt pluſquã vnus ad Agnũ noui Teſtamẽti veſcendũ cõueniat. Nam (vt Euſebius Emiſen. dicit in Hom. 5. in Paſchate) *tantũ eſt in exiguo, quantũ cõſtat eſſe in toto*. Licet igitur plenior & ſolennior ſit Synaxis, quãdo plures ſimul comedũt: fas tamen eſt vel vni ſoli in participãdis myſteriis vti iure ſuo.

Alterius ſpeciei participationem ei ſufficere ad ſalutem, qui Euchariſtiam non conſecrat.

Ex cauſis permultis manifeſtè intelligimus, Chriſtum in Euchariſtia inſtituenda non eo animo fuiſſe, vt quenquam, præter illum, qui Euchariſtiam conſecraſſet, ad vtramq; ſpeciem ſumendam obligari vellet. Ac primùm in 6. c. Ioan. (quemadmodum in li-

1735. Clemens Burdettus,
1736. Edmundus Hargattus,
1737. Thomas Dauys,
1738. Gregorius Bellus,
1739. Laurentius Webbus,
1740. Robertus Painus,
1741. Nieolaus Langrigius,
1742. Richardus Adamus,
1743. Ioannes Peritonus,
1744. Thomas Cranus,
1745. Richardus Wodlock,
1746. Richardus Iacobi,
1747. Thomas Haukins,
1748. Crocus,
1749. Grangerus,
1750. Gulielmus Giblettus,
1751. Coquus,
1752. Hugo Tenant,
1753. Thomas Palmerus,
1754. Thomas Atkinſonus,
1755. Pilus,
1756. Colinus,
1757. Redus,
1758. Durſtonus,
1759. Edouardus Chamberus,
1760. Simon Belloſtus,
1761. Kingus,
1762. Rogerus Bobettus,
1763. Robertus Ionus,
1764. Ioannes Fezardus,
1765. Gulielmus Shepardus.
1766. Richardus Biſshop,
1767. Ioannes Berwikus,
1768. Martinus,
1769. Antonius Wilkinſon,
1770. Courtmillus,
1771. Richardus Prattus,
1772. Gulielmus Atkinſus,
1773. Heiwardus,
1774. Harperus,
1775. Ioſephus,
1776. Ioannes Feltonus,
1777. Stephanus Markus,
1778. Ioannes Oliuerius,
1779. Gulielmus Greſhoppus,
1780. Thomas Kirtonus,
1781. Edouardus Brumbrogus,
1782. Henricus Alwayus,
1783. Ioannes Raſtellus,
1784. Cuthbertus Vauxeus,
1785. Edmundus Brunus,

Presbyterij beneficijs ſuis exuti, aut in exilio degentes, ob Primatus Romani confeſsionem.

Georgius

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

relinqueretur. At non longè pòſt in formula Miſſæ Wittenbergenſis: *Simpliciter* (inquit) *iuxta inſtitutū Chriſti vtraq; ſpecies & petatur, & miniſtretur. Concilia nec morori, nec audire volumus in his, quæ manifeſtè ſunt Euangelij. Quin amplius dicimus,* inquit: *Si quo caſu Conciliū propria authoritate id ſtatueret aut permitteret:*

bello ea de re duobus abhinc annis edito planiſsimū feci) de Sacramento Euchariſtiæ agens, vt quodā in loco ait, *Niſi manducaueritis carnem, & biberitis ſanguinem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*: ſic etiam ibidem adiungit, *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* & iterum: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Eccleſia igitur parem vtrique Dei verbo fidem habens docet ſanguinē ſub ſpecie vini tùm à quibuſdam (illis nimirum, qui ſub vtraq; ſpecie conſecrant Euchariſtiam) neceſſariò bibendum eſſe: tùm ab alijs (qui tantùm participant de Myſterijs) non eadem neceſsitate ſumi oportere. Qui autē diſſentientes ab Eccleſia, dicunt, neminem poſſe alterā ſpeciem ſine altera ſumere, fidē derogant his Chriſti verbis, *Qui manducat me, ſeu hunc panem, viuet in æternū.* Nam per ſolā manducationē, vitam æternā haberi poſſe, negant. Deinde, Euchariſtia non modò Sacramentum, ſed multò etiam magis Sacrificium eſt, quod paulò antè manifeſtiſſimè probaui. Eſt autem omne Sacrificium Sacramētum, quia rem ſanctam ſignificat per ſanctum opus quod celebratur: ſed non omne Sacramentum eſt etiam Sacrificium. Itaq; ſacrificia veteris legis fuerunt quidem Sacramenta, vtpote quæ res futuras in Chriſto (Heb. 9. & 10.) adumbrabant. Iam eius ſacramenti, quod ſimul Sacrificium ſit, hæc eſt natura, vt Sacrificio ſemel ritè atq; integrè completo, ſi partem quamlibet in Sacramentum poſtea ſumas, cùm ſacrificio, non in eo ſolo quod ſumis, verùm etiam in toto reliquo, perfectiſsimè communices. Vnde Apoſtolus (1. Cor. 10.) Euchariſtiam cum ſacrificijs Iudæorum conferens, *Qui edunt* (inquit) *hoſtias*, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου, *communicant cum Altari*, ſeu, cum Sacrificio ipſo. Atq; inde probat, eos, qui ſcientes & prudentes edunt idolothyta, cū Idolorum cultu, hoc eſt, cum dæmonibus, qui præſident Idolis, communicare. Si ergo is, qui partem de ſacrificata re, prout ſacrificata eſt, capit, cum toto Sacrificio communicet: in Sacrificio autem Euchariſtiæ ſanguis Domini & cōſecratus fuerit, & à ſacerdote, qui conſecrauit, ſumptus: ille, qui poſtea vel minimam corporis Dominici particulam accipit, ſanguinis etiā conſecrati & ſumpti fit particeps, idq; ſecundùm iuris, non humani, ſed diuini interpretationem & authoritatē. Ex eoq; nulla re ad ſalutē ſuā neceſſaria caret. Ac nimirum Sacrificiū, quod offertur Deo, integerrimum debet eſſe, ac omnibus ſuis numeris abſolutum, Malach. c. 1. In Sacramento autem, quod hominibus de Altari diuino datur, ſola participatio, id eſt, partis tantùm acceptio neceſſaria eſt. Vnde Apoſtolus (1. Cor. 10.) de Euchariſtia, vt Sacrificium eſt, agens, dicit, *Panem, quem frangimus, eſſe* non modò μετόχην participationem, ſed κοινωνίαν, *communicationem Corporis Domini.* Calicem etiam, cui benedicimus, vocat *communicationem Sanguinis Chriſti.* Verùm ibidem de ijs loquens, qui Sacramentum hoc manducant, *de vno* (inquit) *pane omnes* μετέχομεν *participamus*, id eſt, partem ſinguli de immolato pane (quod attinet ad ſpeciem panis) capiunt, ac non totum panem qui offertur. Et iterum poſtea dicit, *nos non poſſe menſæ dæmoniorum, & menſæ Domini participes eſſe.* Itaq; ratio Sacrificij habet ſe, vt communicationem: ratio autem Sacramenti, vt participationē: & tamen per hāc Sacramenti participationem, cum toto Chriſti corpore oblato, & cum tota immolatione communicamus. Nec enim participationis nomē ſic eſt accipiendū, velut de ſpiritali fructu quicquā deſit, ſed tātùm quia corporea ſpecies tota, quæ immolatur, non etiam tota his, qui adſtant, neceſſariò impartiatur. Alioqui verò etiā qui

Idem Ferdinādus

Idem. Pius 4.

1562.

ſ iij partem

1580. Georgius Storeus,
1581. Gulielmus Smitheus,
1582. Grenwellus,
1583. Clemens,
1584. Petrus de Southwarmborough,
1585. Edouardus Taylerus,
1586. Gulielmus Woddus,
1587. Knightus,
1588. Ioannes Raſtellus,
1589. Ioannes Daulterus,
1590. Hauardus,
1591. Thomas Fremannus,
1592. Philippus,
1593. Ioannes Fuecius,
1594. Antonius Gardinettus,
1595. Ioannes Bradſhaus,
1596. Miniuerus,
1597. Robertus Kentus,
1598. Iakſonus,
1599. Henricus Gillus,
1600. Ioannes Redihaus,
1601. Alanus Cheuerie,
1602. Richardus Wiſtus,
1603. Leonardus Stopius,
1604. Ioannes Dalus,
1605. Edmundus Lyſterus,
1606. Ioannes Boltonus,
1607. Thomas Hamedinus,
1608. Henricus Pius,
1609. Dauid de Skenthriſt,
1610. Tomſonus,

Presbyteri item beneficijs ſuis exuti, aut in exilio degentes, ob Primatus Romani confeſsionem.

1611. Dauid Wolfius,
1612. Edmundus Tannerus,
1613. Thomas Powerus,
1614. Petrus Dillonus,
1615. Ioannes Whitus,
1616. Petrus Fitzgerot,
1617. Bernardus Kerulanus,

Sacerdotes Hiberni, ob Primatũ vincti, aut exules.

1618. Adamus Kingorn,
1619. Ioannes Gray,
1620. Andreas Gray,
1621. Gulielmus Meldrom,
1622. Iacobus Fynlaſon,
1623. Iacobus Chalmer,
1624. Ioannes Chalmer,
1625. Georgius Zong,

Sacerdotes Scoti, ob Primatum beneficijs ſuis priuati, aut exules.

Eos

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Ferdinandus.
1562	Idem Pius 4.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

mitteret, tunc minimè omnium nos velle vtroque ſpecie potiri. Imò tunc primùm in deſpectum tam Concilij, quàm ſtatuti ſui, vellemus aut alterutra tantū, aut neutra, & nequaquam vtraq; potiri, ac planè eos anathemæ habere, quicunque authoritate talis Concilij vel ſtatuti vtroque potirētur. Incredibilis prorſus hæc impudentia eſt, vt cùm dicat, vtrāq; ſpeciem iuxta inſtitutū Chriſti miniſtrandam eſſe: tamen addat, ſe velle alterutra tantùm, aut neutra vti, ſi Cōcilium Generale vtraque ſpecie vtendum decreuiſſet. Quo manifeſtè docet, ſe

partem capit, verè cōmunicat & cū toto Sacrificio, & cum Deo, cui offertur, & cum corpore Eccleſiæ, pro quo offertur. Tertiò, cùm magna ſit concordia inter ſacrificia & Sacramenta veteris ac noui Teſtamēti, *omniaq; in figurā cōtigerint illis* (1 Cor. 10 Heb. 9. & 10.) inſigniter animaduertendū eſt, tùm quòd ſanguis animalium in circuitu Altaris fundebatur, nec aliter eū à quoquā bibi fas erat, tùm quòd (Eze. 44.) *in ſacrificijs veteribus omnia libamēta ex omnibus, quæ offerebantur, Sacerdotum erant.* Ex quo nunc etiam intelligimus, ſanguinem ad Altare Domini, hoc eſt, ad Sacrificium præcipuè ſpectare: nec neceſſe eſſe vt à quoquam ſumatur, præterquàm ab ijs, qui miniſterio ſacerdotali in myſterijs conficiendis funguntur. Quartò, cùm Manna olim Iudæis poſt rubri maris tranſitum (Exod. 16.) de cœlo daretur, vt ſignificaret, nobis quoq; poſt acceptum Baptiſmum, panē verè cœleſtem in Sacramento Euchariſtiæ dādum eſſe (nam & Auguſtinus ita eam figuram interpretatur, Tractatu 11. in Ioannem): profectò Manna cibi tantùm, ac non etiam potus vllam ſpeciem habuit: ex quo rectè colligimus, rationem Sacramenti perfectè à nobis in vna ſola ſpecie accepta impleri, duplicem verò ſpeciem potius ob Sacrificium inſtitutam eſſe. Quintò, ea eſt Sacramenti Euchariſtiæ perfectio, vt qui vnam duntaxat ſpeciem capit, totam Sacrificij non modò vim, ſed & ſubſtantiam in ea ſpecie capiat. Nam cùm illud, quod accipimus, corpus Chriſti ſit, Chriſtus verò diuidi iam non poſsit, etiamſi panis ſpecies in mille particulas diuidatur: tamen (vt ex Euſebio Emiſeno Homil. 5. in Paſch. veterem quoq; Eccleſiam docuiſſe, & credidiſſe, intelligimus) *Corpus Domini, Sacerdote diſpenſante, tā-tum eſt in exiguo, quantum conſtat eſſe in toto.* Vt iam non modò per interpretationem Diuini iuris, verùm etiam per ſubſtantiæ totius perceptionem, ille ſanguinem quoq; accipiat, qui Domini Corpus, quod exangue non eſt, manducat. Sextò, ipſius Chriſti exemplum & magiſterium vnius ſpeciei vſum confirmat. Nam *Chriſtus cùm recumberet cum duobus Diſcipulis* in Emmaunte, (*Lucæ 24*) *accepit panē, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt Dominum in fractione panis.* Quem locū de Euchariſtia intelligūt Chryſoſt. in opere Imperfect. Auguſt. de cōſenſu Euangeliſt. lib. 3. c. 25. Beda & Theophyl. in quo tamen loco nulla vini facta eſt mentio quia nimirum neceſsitati huius Sacramenti, per vnius ſpeciei ſuppeditationem, ſatisfit. Septimò, poſt Domini Aſcenſionem, fideles Diſcipuli iam nuper baptizati, dicuntur *perſeueraſſe in doctrina Apoſtolorum, atq; in communicatione & fractione panis, & in orationibus* (*Actor. 2. & Actor. 20*) *ad frangendum panem vno Sabbatorum conueniſſe.* Nec dubitari poteſt, quin de Euchariſtia ſit ſermo, id quod ex modo & tempore conuentus celebrati facilè perſpicitur. Iam verò ſi dicas, ſub nomine *Communicationis & fractionis panis*, alterā quoq; ſpeciem comprehendi, præterquàm quòd ſatis certò ſcire non potes, vtrum hoc verè ita ſit intelligendum in eo loco, & propterea tutò in ea ſententia non poſsis acquieſcere: tamen quicquid illi fideles egerint, ſine controuerſia Spiritus ſanctus, qui fecit, vt nihil amplius exprimeretur, quàm *cōmunicatio & fractio panis*, non modò præuidit, vnius ſpeciei cōmunionem eo exēplo confirmari poſſe, verùm etiā vt id fieret, prouidere dignatus eſt. Octauò, vt de Serapione (apud Euſebium lib. 6. c. 36.) de

Eos præterea, qui honeſtum locum in Collegijs vtriuſq; Academiæ ſortiti, & eodem ob fidē Catholicam per hos duodecim annos, eiecti ſunt, non minus trecentis fuiſſe, verè dixerim, quos hic ſingulos recenſere nolui, partim ne tœdio Lectorē afficerem, partim quia difficulter nomina ſingulorum addiſcerem. Quos tamen aut publicè legendo alijs præiuiſſe, aut inſignem literarij honoris gradum quandoque aſcendiſſe intellexi non putaui prætermittendos.

1833. Nicolaus Sanderus, qui tanquam Regius Profeſſor Ius Canonicum ſuo iure, in Oxonio publicè prælegit, ei loco & muneri ob fidem conſeruandam renuntians, & poſtea Sacræ Theologiæ Profeſſor factus, hunc librum ad communem vtilitatem conſcripſit.

1834 Gulielmus Zonus in Cantabrigia iuris ciuilis Regius Profeſſor, fidei cauſa eo officio carere elegit.

1835. Georgius Ethrigius Græcarum literarum in Oxonio Regius Profeſſor, ob fidem & eo munere priuatus, & in carcerem coniectus fuit.

1836. D. Babingtonus,
1837. D. Carterus,
1838. D. Sedgius,
1839. D. Nicolaus Mortonus,
1840. D. Carolus Parkerus,
1841. D. Richardus Hallus,
1842. D. Gaſpar Heiwoddus,
1843. D. Gulielmus Alenus,
1844. D. Thomas Stapletonus,
1845. D. Simon Symſon, Scotus,
1846. D. Edmundus Hayus, Scotus.

} Doctores S. Theologiæ ob fidē, aut beneficijs priuati, aut exules.

1847. D. Ioannes Storæus,
1848. D. Richardus Micheus,
1849. D. Edmundus Windam,
1850. D. Ioannes Pauleus,
1852. D. Gulielmus Knottus,
1853. D. Audoenus Ludouicus, hodie in Duacenſi Academia Regius Profeſſor.
1854. D. Thomas Butlerus,
1855. D. Richardus Vitus,

} Iuris Ciuilis & Canonici Doctores, aut in vinculis defuncti, aut adhuc vincti, aut exules.

1856. D. Ioannes Frierus pater, in carcere mortuus,
1857. D. Ioannes Frierus filius, exulat Patauij,
1858. D. Nicolaus Carrus,
1859. Thomas Vauaſerus,
1860. D. Ioannes Clemens, exul,
1861. D. Henricus Blaknodeus, Scotus,
1862. D. Richardus Smitheus,
1863. D. Edouardus Atſlous,

} Doctores artis Medicæ, in cōfeſsione Romani Primatus conſtantes.

1864. Richardus Bernardus,
1865. Guilhelmus Willius,
1866. Thomas Dormannus,
1867. Richardus Fleming,
1868. Gregorgius Bellus,
1869. Ioannes Martialis,
1870. Nicolaus Quemerford,
1871. Gulielmus Pomrellus,
1872. Thomas Darellus,
1873. Ricardus Briſtous,
1874. Iohannes Whitus,

} Licentiati Theologiæ.

Fremannus,

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.* | Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.* | *Doctores Catholici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

ſe malle in deſpectum Cōcilij Euangelium ipſum violare, quàm vtriq; ſimul obedire. Habes ergo in hac vna re inſigne exemplum & inconſtantiæ Lutheri, & ſuperbiæ ac pertinaciæ.

De

c.36.) de Satyri (apud Ambroſ. in orat. de fratris obitu) deq; alijs eiuſmodi ſingulorū hoīm exemplis, quæ vel apud Gregoriū in Dialogis, vel apud Bedā in Eccleſiaſtica gentis Anglorū hiſtoria leguntur, plura nō dicā: tam Tertullianus in lib. de oratione, quàm Cyprianus in Oratione de lapſis teſtantur, in more Africanæ Eccleſiæ fuiſſe, vt Fideles Euchariſtiā de manu Sacerdotis acceptā non ſtatim ſed vel *ſtatione primùm abſoluta*, tunc denium ſumerent, vel etiā domū ſecum portarent, atq; ad futuras neceſsitates reponerent. Ac in manibus quidem Euchariſtiā portari ſolitā eſſe, idē Cyprianus docet, adeo vt quidam Idolorū ſacrificijs maculatus, cùm Euchariſtiā à Sacerdote prius acceptā in manibus ſe ferre putaſſet, *apertis manibus nihil præter cinerem inuenerit*. Cùm igitur Fideles de loco ſacrificij Euchariſtiā manibus acceptam, vel in Eccleſia ſeruârint, vel domum aſportârint, & in futurum tempus repoſuerint, nec vini ſpeciem eodē modo in manibus ferre, aut etiam diu ſeruare potuerint: apparet iam tunc neminem Fidelium dubitaſſe, quin vel in Eccleſia, vel domi ſemper fas fuerit ſub vna

Idem Ferdinandus.

ſpecie cōmunicare. Sed quid loquor de priuatis hominibus? Ipſe Romanus Pontifex, ac in ſingulis quibuſq; Eccleſijs Epiſcopus, aut alius quilibet *miniſter Chriſti & diſpenſator Myſteriorū eius*, more Maiorū palā publiceq; apud ipſum Altare ſub vna ſpecie cōmunicat in die Sancta Paraſceues. nō quòd eo die Miſſam celebret, aut in ſacro faciendo ſanguinis Dominici conſecrationē vllo tēpore prætermittat, ſed quòd Corpus Domini vnà cum ſanguine pridie conſecratū, & ſub ſola ſpecie panis repoſitū, in die Paraſceues comedit tātùm, ac non etiā conficit, vino cōmuni adhibito, quod Chriſti verbis minimè conſecratur. Cuius antiquiſsimæ traditionis fit mentio in libello, qui inſcribitur *Ordo Romanus*, in quem libellum Ordinemq;, ante annos ſeptingentos Alcuinus, Amalarius Treuerēſis Archiepiſcopus, & alij nonnulli Cōmentarios ſcripſerunt. Quid quòd populi etiam fideles, qui

Idem Pius 4.

1563. aderant, in eadē Sancta Paraſceues die Corpus Domini ſumentes, vino ſimplici, ac non etiam in Domini ſanguinem conſecrato vtebantur: vt mirer, qua impudentia tam illuſtre antiquitatis exemplum ab aduerſarijs contemnatur. Nonò & poſtremò, cùm non vſus tantùm publicus Eccleſiæ in die Paraſceues communicationem ſub altera ſpecie approbaret, verùm etiam D. Thomas de Aquino (in p. 3. Summæ ſuæ, q. 80. art. 12.) generaliter in quibuſdam Eccleſijs obſeruatum eſſe doceret, *vt Sanguis populo ſumendus non daretur*, eumq; vſum laudaret, nec quiſquam pius aut Catholicus vel ei conſuetudini fidelium Eccleſiarum, vel doctrinæ D. Thomæ contradiceret: ecce quidam Bohæmi nuper cœperunt affirmare, quemlibet Chriſtianum etiam infantem & dementem, non humano quopiam Decreto, (hoc enim euenire poſſet, vt quondam à magno primùm Leone, & poſt à Gelaſio in Romana vrbe decretum eſſe dicitur ob Manichæos abhorrentes à Sanguine, quem negabant Chriſtum verè habuiſſe) verùm diuino iure ad vtramq; ſpeciem obligari. Quæ controuerſia ſimul ac moueri cœpta eſt, ei ſtatim reſtiterunt omnes aliæ fideles Eccleſiæ, & viri cuiuſque nationis doctiſsimi & optimi, donec tandem in Concilijs Conſtantienſi & Baſilienſi ea doctrina falſa & hæretica fuiſſe declarata eſt, *Decreto etiam facto, vt nemini, præter illos, qui Euchariſtiam conſecrarent, Sanguinem Domini bibere liceret.* Quæ Cōſtitutio in Concilio etiam Tridentino confirmatur. Eccleſia enim, vt hanc hæreſim de vtriuſque ſpeciei neceſsitate graſſantem, non ſolùm verbo, ſed facto etiam Fidelium confutaret, rectè iuſsit, filios ſuos ob conteſtandā fidei Catholicæ veritatem, à Sanguine Domini ſumendo abſtinere. Et hanc legem iam aliquot ſeculis obſeruat Eccleſia Dei.

t *Malos*

1874. Fremannus, S. Pauli in vrbe Londinenſi,
1875. Ioannes Harriſius, in Briſtolienſi,
1876. Benedictus, in Sariſburienſi,
1877. Gulielmus Gooddus, in Wellenſi,
1878. Plumtreius, in Lincolnienſi,
1879. Ioannes Fennus, apud memoriam S Edmundi,
1880. Ioannes Potzus, in Leiceſtrenſi,
1881. Thomas Iuiſonus, in ciuitate Dunelmenſi.

Ludimagiſtri, ob Primatus confeſsionem officio ſuo abdicati.

1882. Sebaſtianus, in Cathedrali Eccleſia Londinenſi,
1883. Thornus, in Metropoli Eboracenſi,
1884. Preſtonus, in oppido Vindeliſorienſi.

Magiſtri Muſices, officio ſuo ob Primatus confeſsionem eiecti.

Omitto ſtudioſorum planè maximam multitudinem, qui ob Primatus Romani confeſsionem partim rapti ſunt in vincula, partim in exilium acti, partim ſuis Collegijs eiecti. Cæterùm ne ſoli Clerici videantur iſtam in fide profitenda conſtantiam tenuiſſe, commemorabuntur etiam aliquot Illuſtrium Laicorum exempla in eodem genere.

1885. Henricus Wriſleius, Clariſsimus Comes Suthantonenſis, ætate iuuenis, fidei confeſsione alijs natu maioribus tam inſigniter prælucet, vt ob eam præcipuè rê, licet alia ſpecie obtenta, in cuſtodiam ſit miſſus.

1886. Geraldus Deſmoniæ in Hibernia Comes, Catholicæ fidei ſemper ſtudioſiſsimus, & propterea hæreticis inuiſus, iam diu in vinculis detinetur.

1887. Henricus Parkerus, Illuſtris Baro, Dominus de Morleo, cùm in Anglia fidem Catholicam liberè profiteri non poſſet, ſpontè in exilium ſe contulit, iamq; Brugis cum duobus fratribus ſuis, & reliquo comitatu agit.

1888. Ioannes de Mordant, Illuſtris Baro in vincula ob Catholicam fidem in Anglia coniectus eſt.

1889. Inclytus Baro Scotiæ Dominus de Seton, cùm Catholicus ſemper eſſet, ob eamq; cauſam Mariæ Sereniſsimæ Scotorum Reginæ, quæ & ipſa fidem Catholicam omni obſeruantia colebat, ſummo ſtudio adhæreſceret: captus & in vincula ductus, carceris tædium pluribus annis ſuſtinuit, donec ad poſtremum Iacobo Spurio interfecto, è cuſtodia liberatus eſt. à quo tempore iam iterum Reginæ ſuæ fidele obſequium tam domi, quàm foris præſtat.

1890. Nobilis Baro de Slan, Hybernus, ob fidei confeſsionem vincula perſæpe ſuſtinuit.

1891. Edouardus Walgrauius, Equeſtris Ordinis vir, & à cōſilijs Reginæ Mariæ, cùm ob fidei Catholicæ confeſsionem in vincula duceretur, atq; alijs vinctis tam verbo exemploq́ue ſuo ſolatium, quàm facultatum ſuarum largitione opem aſsiduã ferret, ex fœtore carceris in morbum incidens, Martyrij palmam adeptus eſt.

Illuſtres Laici ob fidem Catholicã & Romanæ Sedis Primatũ, aut in cuſtodia defuncti, aut vincti, aut exules, aut officijs ſuis & dignitate priuati.

Fran-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

De Iſcariotiſtis.

g Caluinus in ſua vltima admonitione cõtra Weſtphalum, & Suencfeldius in libello de hac quæſtione inſcripto, negãt, à Iuda Iſcariote verũ Corpus Domini acceptum in Cœna Domini. Quod ſiue ita dixerint, velut Iudas non id ſymbolũ acceperit, quòd cæteri Apoſtoli, ſeu quòd non putent, malos veram Corporis Domini ſubſtantiam capere: vtroq; modo falſum dixerunt.

Doctores Catholici.

Malos accipere in Sacramento ſubſtantiam, ſed non participare in ſpiritu gratiam Corporis Chriſti.

g Chriſtus diſcubuit cum duodecim. Matth. 26. Iudas erat vnus de duodecim. Matth. 10. Quod Dominus dedit Ioanni & Petro, dedit etiã Iudæ, quia omnibus ex æquo dixit: *Accipite, comedite, hoc eſt Corpus meum: & bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus. Et biberunt ex eo omnes.* (Marci. 14.) Cùm ergo inter omnes adfuerit etiam Iudas, vtique ille comedit & bibit idipſum, quod Ioannes. Quod etiam Chryſoſtomus in Homilia de proditione Iudæ, atq; alibi frequenter docet. Nec Auguſtin. (in Epiſt. 162) dubitauit ita ſcribere: *Tolerat ipſe Dominus Iudã, diabolum, furem, & venditorem ſuum. Sinit accipere inter innocentes Diſcipulos, quod Fideles nouerunt, pretiũ noſtrum.* Deniq; Apoſtolus *indignè manducantes panẽ hunc, & Calicem Domini indignè bibentes* (1. Cor. 11) ait *iudicium ſibi manducare & bibere, non dijudicantes Corpus Domini.* Fiunt ergo non tantùm æternæ mortis, ob Sacramentũ aliquod indignè acceptũ, ſed fiũt

Idem Ferdinãdus

réi *Corporis Domini*, ob ipſam eiuſdem corporis indignam manducationem. Malis ergo idem Chriſti Corpus ad ſuam condemnationem accipiunt, quod bonis ad ſalutẽ æternã prodeſt. Nam vt fidem & Eccleſiam cum bonis communẽ habent, ita etiam percipiunt eadem fidei & Eccleſiæ Sacramenta. Sed quemadmodũ eandem charitatem cum bonis communem non habent, ita nec in eodem Sacramentorum fructu communicant. Fructus autem Euchariſtiæ eſt, non Corporis Chriſti ſubſtantia (quam & Iudæi quondam crucifixerunt, & impij in die Iudicij aſpicient) ſed vnitatis gratia inde promanans, qua fit, vt qui Deo adhæret, vnus ſpiritus cum eò fiat, quam gratiam mali non participant.

Idem. Pius 4.

1563.

h Officia ſacra non niſi vernaculo & vulgari ſermone celebranda eſſe, vt plebs intelligat, quod dicitur. Id quidem Luterus nõ docuit.

Sacra Officia decentius in ſacris, quàm in vulgaribus linguis celebrari.

h Si nulla ſacra Officia ritè peragerentur, niſi quæ ab aſtante plebe intelligũtur: Summus Sacerdos noſter Ieſus Chriſtus, qui peccatũ nec fecit, nec facere potuit, in ſummi Sacrificij (quod in altari Crucis obtulit Deo pro totius mundi ſalute) celebratione erraſſet. Tunc enim exclamauit ardentiſsima prece, & eleuata voce: *Eli Eli Lãma Zabacthani:* & adeo nõ eſt, nõ modò à Romanis, verũ ne à Iudæis quidem intellectus, vt putarent eũ inuocaſſe Eliam. Deſierãt enim Iudæi poſt Captiuitatem Babylonicã Hebræa dialecto vti, & Syriacã potius proprietatem ſequebantur. Officia tamen ſacra in Synagogis Iudæorum paſsim fiebant in Hebræa lingua, & ea docta (Actor. 13.) vt longè veriſimilius ſit, Officia ſacra nec ante Captiuitatem à plebe Iudaica potuiſſe intelligi, quia linguæ vulgares à puritate originis ſuæ, quæ in ſolis libris conſeruatur, vbique deficiunt. Deinde Apoſtoli cùm Euchariſtiæ celebrationem, itemq; Pſalmorum in ſacris officijs decantationem, & lectionem Prophetarum gentibus ad fidem conuerſis traderent, (authore Iuſtino in Apologia 2.) nũquam tamen has res illis in vulgari lingua peragendas tradiderunt. Nam Scripturæ non erant ab Apoſtolis trãſlatæ in vulgares linguas, ſed tantùm in Græca lingua fidelibus legẽdæ relinquebantur. Quis autem neſcit, in tot ac tantis Aſiæ Prouincijs innumerabiles interim vulgares linguas extitiſſe, in quarũ nulla tamen Officia ſacra fierẽt, vel Sacramẽta adminiſtrarẽtur?

1892. Franciſcus Englefildus, Equeſtris Ordinis vir, & à conſilijs Reginæ Mariæ, cùm ob Catholicæ fidei ſtudium ſtatim ab initio Regni Elizabethæ, mare tranſijſſet, reuocatus poſtea domū, elegit potius & patria, & prædijs ſuis ampliſsimis carere, quàm à fidei ſuæ confeſsione diſcedere. Cumque domi pupillis Regijs Præfectus fuiſſet (quod munus apud Anglos honorificum inprimis & amplum habetur) hoc idem officium domi ademptum foris per hos duodecim annos exercuit, non iam erga regios, ſed erga pupillos Dei, quos fouere, & ſuis opibus paſcere nunquā deſtitit, meq; in primis, cùm & ductu eius Angliam ab initio reliquerim, & ſumptu eiuſdem per hos duodecim annos potiſsimùm alar & ſuſtenter.

1893. Robertus Peccamus, Equeſtris Ordinis vir, & à conſilijs Reginæ Mariæ, cùm aliquot annis in exilio ſpontaneo ſanctè vixiſſet, mortuus eſt Romæ, quò ſe ob fidem ſuam confitendam cum manifeſto fortunarum omnium domi amittendarū periculo contulit.

Edouardus Carnus, Equeſtris Ordinis vir, pro Maria Regina ad Pontificem
1894. Romanum Legatus, poſt eiuſdem Mariæ obitum, recuſauit in Angliā tunc Schiſmaticam reuerti, ſed Romæ Catholicam fidem tam ſuo, quàm Catholicorum Angliæ nomine præclarè confeſſus eſt vſque ad mortem ſuam.

1895. Thomas Whitus, Equeſtris Ordinis vir, qui Reginæ Mariæ fuerat à ſupplicibus libellis, illa mortua, fidem Catholicam retinuit, officium publicum amiſit. Hic idem vir in illis Comitijs, quæ ſub Elizabethæ regno prima fidem Catholicam reiecerunt, Deum hominesq; palàm conteſtatus eſt, ſi hoc æquum videretur, vt Religionem miraculis inchoatam, perpetua grauiſsimorum Pontificum ſucceſsione ſtabilitam, Concilijs Generalibus auctam & vetuſtate corroboratam, par eſſet abrogari ab adoleſcentibus, qui ne barba quidem adhuc potiti eſſent.

Illuſtres item Laici, ob fidē Catholicā & Romanæ Sedis Primatum aut in cuſtodia defuncti, aut vincti, aut exules, aut officijs ſuis & dignitate priuati.

1896. Thomas Fitzherbertus,
1897. Thomas Mettamus.
1898. Ioannes Southwort,
1899. Thomas Stradlingus,

} Equeſtris Ordinis viri, ob Primatus Romani fidem in cuſtodia detenti.

1900. Gulielmus Raſtellus, Ciuilium & Criminalium cauſarum Iudex, cùm prius ſub Edouardo Sexto exulans, vxorem ſuam Louanij ſepelijſſet: nunc iterū ſub Elizabetha in exilium ſpontè rediens, Louanij ſanctiſsimè diem ſuum obijt, & in eodem ſepulchro cum vxore ſepelitur.

1901. Thomas Copleius, vir tam generis nobilitate, quàm pietatis & doctrinæ laude inſignis, cùm in Comitatu Surrenſi publicæ paci procurandæ præfectus fuiſſet: patriam, officium, & patrimonium ſatis amplum ob Romani Primatus confeſsionem dimiſit, iamque in exilio agit.

1902. Thomas Shelleus, cùm in Comitatu Hantonenſi præfuiſſet paci publicæ, ne ſi in officio manſiſſet, Primatum abiurare cogeretur, ſpontè in exilium ſe contulit, quem tres ipſius filij non ita multò pòſt comitati ſunt, quorum vnus etiā in Cartuſianorum Ordinem ſe contulit.

1903. Ioannes Gageus, nobilis viri filius, nobilis ipſe vir, cùm patrem ſuum iam ætate confectum (qui multis honorum gradibus inſigni cum laude in Repub. perfun-
1904. ctus erat) ob fidei Catholicæ confeſsionem omni honore ſpoliatum vidiſſet, honorificeq; ſepulturæ tradidiſſet, ſeipſum vnà cum Margareta prudentiſsima & caſtiſsima vxore ſua, cum fratribus, ac reliqua familia in Belgium recepit, malēs Deo patre foris in conſcientia pura frui, quàm patrimonio ampliſsimo domi cum timore gehennæ vti.

Ac ne

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Heretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperatores Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

docuit. Nã in formula Miſſæ Wittenbergenſis, facilè paſſus eſt, Officia in ſacra lingua fieri, modò vulgares admiſcerẽtur Cãtiones.

Nam ſi Parthi, Medi, Elamitæ, & qui habitabãt Meſopotamiã, Iudæã, & Cappadociã, Põtum, & Aſiam, Phrygiã & Pamphiliã, diuerſas vocũ proprietates habuiſſe in c.2. Actor. tradũtur, nec tamẽ Pſalmi & Lectiones in officijs Eccleſiaſticis vel ex vetere, vel ex nouo Teſtamento ſumptæ, in alia, quàm Græca lingua, & ea nõ vulgari, ſed vel Attica, vel certè docta ex Apoſtolorum traditione proponebantur: vtique certiſsimum eſt, iam inde ab Apoſtolorum temporibus Officia ſacra legitimè potuiſſe in ea lingua peragi, quam rude vulgus ignorabat. Nam quod Apoſtolus dicit (1.Cor.14.) *eum, qui lingua loquitur, Eccleſiam non ædificare*: id quidem de lingua partim prorſus peregrina dicit, quæ nõ eſt illius populi, apud quem agitur, Presbyteris & Concionatoribus cognita, (ab hac, quoad fieri poteſt, etiam in ſacris Officijs abſtinendum fatemur) partim de concionibus ad plebem habendis tractat, quas in vulgari lingua ſemper haberi, vel ſaltem ab interprete in vulgarem conuerti neceſſe eſt: alioqui prorſus inutiles auditoribus illæ conciones erunt. Verùm Officia ſacra dedicantur Deo, non plebi. *Qui verò loquitur lingua* (ſecundùm Apoſtolum 1.Cor.14.) *Deo loquitur, myſteria loquitur, ſemetipſum ædificat*, deniq; *bene gratias agit*. Quòd verò Apoſtolus addit: *Si benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locum Idiotæ, quomodo dicet Amen ſuper tuam benedictionem, quoniam, quid dicas neſcit*) de precibus quidem Eccleſiaſticis hoc eum dicere fateor, quas in ſpiritu, hoc eſt, in dono linguæ prorſus peregrinæ recitari nollet. Verbi gratia: nollet in Latina Eccleſia Hæbream, vel in Græca Perſicam aut Ethiopicã linguam vſurpari. Deeſſent enim plerumq; viri periti linguæ illius, qui populo interpretari poſſent, quid in illis cõtineretur. Secus autem euenit in lingua cõmuni & docta, quã Paſtores & Doctores populi cõmuniter ſciũt. Nam quod Hieron. de Galatis narrat, (in Præfat. Cõment. ſuorũ ad c. 3. eius Epiſtolæ) *eos, excepto ſermone Græco, quo omnis Oriens loquitur propriã linguã eandem ferè, quã Treuiros habuiſſe*: hoc idem de qualibet ferè alia Chriſtiana & Catholica gente intelligi poteſt. Habet enim duplicem linguam: vnam cum alijs gentibus communem, (cuiuſmodi eſt in Oriente Græca lingua, in Occidente autem Latina) aliam verò ſibi propriã & vulgarem. Hinc Beda in hiſtoria gentis Anglorũ narrat, Britannos præter quatuor vulgares linguas Britonum, Pictorum, Scotorum, & Saxonum proprias, *vnã eandemq; veritatis ſcientiam ſcrutari & confiteri Latinorum linguæ, quæ meditatione Scripturarũ omnibus* (inquit) *eſt facta communis*. In illa igitur communi lingua, & nec in peregrina, nec in vulgari, preces Eccleſiaſticæ optimè perſoluuntur. Ita enim tùm ſacræ Literæ, tùm ſanctorum Patrum ſcripta, quæ nõ niſi in linguis doctis extant, perfectius à Paſtoribus populi cognoſcuntur, & cõmunio cum Eccleſijs aliarum gentium firmius tenetur: & Concilia generalia facilius atque vtilius coëunt: & ignorantia, quæ omnium malorum mater eſt, à Doctoribus & Præfectis melius arcetur (cùm alioqui doctiores linguas neglecturi eſſent) & Deus per linguam communem & doctam honorificentius, quàm per indoctam & vulgarem, colitur: & ſua Myſterijs reuerentia religioſius conſeruatur.

Idem Ferdinãdus

Idem. Pius 4.

1563.

De Blaſphemia Molinæi.

1 Molinæus in Annotationibus ad vnionem Euãgeliſtarũ: Errarũt (inquit) Monachi & ſacrificuli, Doctoresq; Papiſtici, vrgẽtes merita tùm Incarnationis, tùm

Incarnationem, Natiuitatem, tentationes & afflictiones Chriſti prodeſſe nobis.

1 Mortem Chriſti ſummè vtilem, atq; adeo neceſſariam nobis fuiſſe, credimus & confitemur. Verùm ſi Incarnatio, Natiuitas, tentationes & afflictiones Chriſti nihil nobis profuiſſent: nunquàm dixiſſet Iſaias, c.9. *Paruulus natus eſt nobis*. Nam ſi *natus eſt nobis*, vtiq; profuit nobis Natiuitas eius. Nec etiã Apo-

Ac ne ſi proprias ſingulorum laudes conſcriberem, ea res infiniti laboris futura eſſet: deinceps nuda cæterorum nomina proponam, quos ob fidem Catholicam aut carcerem, aut exilium paſſos eſſe, aut à locupletiſsimis teſtibus accepi, aut ipſe cognoui.

1905. Thomas Rouſus,
1906. Ioannes Sacheuerellus,
1907. Thomas Koperus,
1908. Ioannes Weſtonus,
1909. D. Huſſeus,
1910. Gulielmus Treſhamus,
1911. D. Maio,
1912. Michael Harus,
1913. Dauid Stradlingus,
1914. D. Smithiſonus,
1915. Ioannes Whitmore,
1916. Gulielmus Hough,
1917. D Curſon,
1918. D. Standon,
1919. Petrus Groutus in carcere mortuus.

} Viri Nobiles ob fidem Catholicam in cuſtodiam miſsi.

1920. Ioannes Talbottus.
1921. Humfridus Sheltonus,
1922. Ioannes Lidſus,
1923. Thomas Vachellus,
1924. Thomas Haruæus,
1925. Franciſcus Pætous,
1926. Robertus Gylius,
1927. Georgius Chamberlanus,
1928. Simon Norwichus,
1929. Edouardus Parkerus,
1930. Richardus Shelleus,
1931. Richardus Hopkineus,
1932. Dominicus Vaughanus,
1933. Gerardus Marinus,
1934. Thomas Wottonus,
1935. Gulielmus Seburnus,
1936. Ioannes Digbius,
1937. Georgius Neuellus,
1938. Gabriel Dionyſius,
1939. Ioannes Haywodus,
1940. Thomas Perdeaxus,
1941. Rogerus Fitzwilliamus,
1942. Thomas Redmannus,
1943. Robertus Redmannus,
1944. Edouardus Alpertus,
1945. Aplebeius,
1946. Humfridus Sanfordus,
1947. Ludouicus Barlous,

} Viri Nobiles, ob fidem Catholicam in exilio degentes.

Qui

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Roman.	Imperat. Rom.
		Idem Ferdinandus.
1563.	Idem Pius 4.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

tùm Natiuitatis, tùm tentationum & afflictionum Chriſti. Nihil hæc omnia proderant nobis, nihil poterant. Sed ſola mors Chriſti, ſola à Deo acceptata pro expiatione noſtrorum peccatorum, & iure vitæ æternæ. Hæc impudens ille Molinæus.

220. *De Sampſone, ſeu De Lacocephalis.*

a Propriè ſpectat hæc hæreſis ad Anglicanũ ſchiſma. Nam illius Prouinciæ Pſeudoëuangelici primò Henricum eius nominis octauum, deinde filiũ eius impuberem Edouardũ ſexrum, ac demum Elizabetham fœminam appellarũt *ſumma Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ capita immediatè poſt Chriſtum in omnibus cauſis & rebus, tam ſecularibus, q̃ ſpiritualibus.* Quod qui credere & iuratò affirmare nollet, primũ conijcerentur in vincula, deinde fortunis omnibus, mox etiam vita ſpoliaretur. In cuius inſaniæ cõfirmationem plures libelli ab iſtis Pſeudoprophetis cõſcripti ſunt. Quod malum eò vſque progreſſum eſt, vt per literas Regias Iuriſdictio Epiſcopalis & authoritas viſitãdi Eccleſias daretur, *durante beneplacito Regis.* Rex etiam, quoties libuit, omnibus omnino Epiſcopis & Paſtoribus interdixit, modò ne in hanc illámue partem, modò ne omnino quicquam cõcionarentur: ſed prorſus omnis Euangelij prædicatio per

❧ *Doctores Catholici.*

ſtolus dixiſſet (2. Cor. 8.) *Chriſtus propter vos egenus factus eſt* (per Incarnationem) *cùm eſſet diues* (per Diuinitatem) *vt illius inopia vos diuites eſſetis*: ſi nihil nobis profuiſſet Incarnatio eius. *Filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum* (1 Ioan 4.) *vt viuamus per eum.* Miſſus autem eſt in mundum per Incarnationem & Natiuitatem: & *viuere per eũ* prodeſt nobis: ergo Incarnatio & Natiuitas Chriſti prodeſt nobis. *Factus eſt ſub lege* (Gal. 4.) *vt eos, qui ſub lege erãt, redimeret*: profuit ergo nobis humilitas & obedientia Chriſti. *In eo, in quo paſſus eſt & tentatus* (Heb 2.) *potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari.* tentationes igitur & afflictiones Chriſti proſunt nobis. Meritò igitur Eccleſia in Litanijs ad Chriſtũ clamat: *Per myſterium Incarnationis tuæ, per Natiuitatem tuã, per Baptiſmum & ieiunium tuum, libera nos Domine. Pitat tentatus eſt Chriſtus* (inquit Auguſtin. in Pſal. 90.) *ne nos in tentatione vinceremur. Illi tentatio non erat neceſſaria. Tentatio Chriſti noſtra doctrina eſt.*

Laicos, etiamſi Reges ſint, non poſſe cum poteſtate ſumma rebus Eccleſiaſticis præeſſe.

a Hæreſis eorũ, qui Laicos, hoc eſt, Reges & Magiſtratus politicos ſummæ rerũ etiam in cauſis Eccleſiaſticis præeſſe volunt, abundè confutata eſt à me in ſecundo Libro huius operis, c. 2. & 3. Eadem præterea hæreſis, Epiſcopi Roffenſis, Thomæ Mori, Cartuſianorum & aliorum complurium teſtimonijs ipſorum ſanguine conſignatis condemnata eſt. Hi enim omnes, dũ tyrannico Regis Henrici eius nominis octaui edicto in Anglia ſe opponunt, morte ab illo propter iuſtitiam affecti ſunt. Tertiò, eadem hæreſis Mariæ Reginæ ſanctiſsimis operibus & confeſsione publica ibi profligata eſt, vbi primùm oriri cœpit. Hæc enim mulier admirabili ope Dei cõtra totius Regni opes & potentiam ad ſummum honoris faſtigium euecta, recuſauit appellari ſummũ Eccleſiæ Anglicanæ Caput, idq́; (vt ipſa dicebat) quia viro ipſius neceſſariò ſubijciẽda erat, nec ratio ferre poſſet, vt ſummo Capite quicquã ſuperius foret. Quartò eadem hæreſis rerum ipſarum euentu diuinitus pateſacta eſt, & omnibus opprobrijs expoſita. Nam Henricus Rex, poſtquàm illum honorem ſibi ſumpſit, in reprobum ſenſum eſt datus. Etenim Eccleſias Dei ſolius nomini conſecratas euertit, & bona, quæ diuinis vſibus inſeruiebãt, lenonibus & meretricibus diſtribuit, vxorem ſecundam, viuente prima, bis accepit, legem tulit, eamq́; conſenſu publico totius regni ratam haberi voluit, ſi quis matrimoniũ de præſenti contraxiſſet, ac priuſquàm id carnali copula conſummaſſet, mulierem alteram in vxorẽ acceptã cognouiſſet: vt ſecunda hæc mulier eius vxor eſſet,

Qui autem in Anglia degentes, ab omni cum hæreticis communione tam in Sacramētis, quàm in precibus abſtinent: præterquàm quòd infiniti ſunt, nec etiam etiam facilè à quoquam poſſunt, etiam tutum illis non eſt, vt hoc in loco detegantur, ne per eam occaſionem citius eos ad pœnā rapi contingat. Cæterùm quia etiam fœminæ repertæ ſunt, quæ fidem intrepidè vſq; ad vincula & mortem confiterentur, nec illas oportet prætermittere.

Maria ſereniſſima Scotorum Regina conſtantia in fide Catholica tuenda.

1948. Primam in hoc genere laudem Maria, per Dei gratiam, ſereniſsima Scotorum Regina promeretur, quæ ob Catholicæ fidei ſtudium & amorē, à ſubditis ſuis hæreticis primùm odio habita, deinde in carcerem iniquiſsimè coniecta eſt. Cumq; ex illa cuſtodia vnius adoleſcentis opera, non ſine quodam miraculo educta eſſet; iterum à ſubditis ſuis bello petita, & in Angliam fugere coacta, ibi hæreticam immanitatem denuò ſubiuit, non hoſpes apud hoſpitem tuta, licet priuſquàm in Angliam ingreſſa eſſet, fides ei multis verbis & munuſculis de ſecuro ingreſſu data fuiſſet. Porrò dum in Anglia degit, hæc ei conditio delata dicitur, vt ſi hæreſim quæ iam in Anglia regnat, ſeſe confirmaturam ſponderet, proxima Regni hæres in Comitijs publicis declararetur. Illa verò Catholicam fidē ſibi antiquiorem eſſe Regno ſuo reſpondit, verè fortis mulier, & digna, quæ à ſubditis hæreticis tot modis oppreſſa, Catholicis demum populis præſit. Quāquam ſanè maius quiddam mihi eſſe videtur, pro fide Catholica pati, quàm in fide Catholica regnare.

1949. Nobilis vidua, Domina Iana Dormera, Auia Illuſtriſsimæ Duciſſæ de Feria, cùm patriam ſuam hæreſi occupatam videret, exilium ſponte ſubiens, per hos duodecim annos ita Louanij egit, vt non ſolùm ſeipſam à ſchiſmate omni contineret, ſed etiam pes claudo, oculus cœco, baculum infirmo facta ſit, verè mater pupillorum, & viduarum patrona.

1950. Domina Whartona,
1951. Domina Walgrauia,
1952. Domina Carew,
1953. Domina Mettama,
1954. Domina Broka,

Virorum inſignium Equeſtris Ordinis vxores, in vincula ob fidei confeſsionem coniectæ.

1955. Wilkinſona,
1956. Malena Hetha,
1957. Fremanna,
1958. Ioanna Stubs,
1959. Williamſona,
1960. Ioanna Storea,
1961. Dorothea Harriſia, Margaretæ Moti filiæ quondam ancilla, nunc Ioannis Harriſij vxor, quæ & ipſa Moto tunc morti adiudicato obuiā occurrens cum Domina, vltimum ab ipſo oſculum in hac vita tulit: cuius truncatū capite corpus paulò pòſt Dominæ famulata & linteo inuoluit, & ſepulchro vnà cùm Margareta Clementis officioſè impoſuit.

Graues Matronæ, ob fidem aliquando aut vinctæ, aut exules.

1962. Virgo quædam nomine Sandra, Ioannis Cublei ciuis Hereſordiæ filia, cùm annorum ferè quindecim eſſet, in carcerem à Scoteo Pſeudoēpiſcopo coniecta, in fide permanſit vſque ad mortem, cuius cauſam ex carceris fœtore hauſiſſe creditur.

Illuſtrium fœminarum cōſtantia in fide Catholica tuenda.

Nec tan-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	✠ *Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Idem Ferdinandus.
1563.	Idem Pius 4.	

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

per vniuerſum regnũ ceſſaret, donec Rex Apoſtolos ſuos cum noua poteſtate ad prædicandum mitteret. Hanc hæreſim Sampſon & Moriſonus præcipuè tutati ſunt. Sampſonẽ verò egregiè confutauit Cardinalis Polus in lib. de vnitate Eccleſiæ.

eſſet, non autem prima: Principes totius Reipub. viros iniuſtè occidit, vt Ducem Buckingamiæ, Marchionem Exoniæ, Comitiſſam Sarisburiæ Cardinalis Poli matrem, alioſque penè innumerabiles ex omni genere hominum atq; ordine. Poſtremò cùm videret mortem appropinquantem, vocatis ad ſe aliquot Epiſcopis, ſacrilegium & defectionem ſuam à Sede Romana ſpontè agnouit, nec tamen aliâs emẽdare ſe aut præterita peccata corrigere, in animum induxit, quàm ſi honore ſaluo id facere liceret, hoc eſt, ita vt neq; reſtitueret Eccleſijs res ablatas, neq; Pontifici Romano pœnitentiæ cauſa caput ſubmittere cogeretur. Itaq; vel ſuo ipſius iudicio condemnatus è vita exceſsit. Secutus eſt virum omnibus infamiæ notis inuſtum filius Henrici octaui Edouardus puer, qui decimum ætatis annum vix dum attingens, atq; ideo ſub tutore adhuc agens, tamen ſummum Eccleſiæ Caput paterno more dicebatur. Abſurditatem rei notârunt omnes, emẽdauit nemo. Tãdem ſucceſsit puero fœmina Elizabetha, quæ licet in Eccleſia loqui non debebat, tamen ſummum Eccleſiæ Caput ex more dicta eſt. Illa verò Mariæ Reginæ exemplo admonita, recuſauit quidẽ Capitis titulum, ſeq; ſupremam Eccleſiæ in omnibus cauſis etiã ſpiritalibus Gubernatricem dici, & iuratò affirmari voluit. Itaq; dũ & inuidiã vocabuli declinat, & rem tamẽ ipſam retinet, ſe in eadẽ cum patre dãnatione eſſe, demonſtrat. Fallor aũt, niſi grauiſsimæ adhuc pœnæ illi Regno ſubeundæ reſtent ob hæc flagitia tot annis impunè cõmiſſa & perpetrata.

221. *De Puritanis in Anglia.*

b Iſti ſunt in Anglia pars quædam & ſecta Caluiniſtarum, niſi quòd cæteris purio-

Tam loca orationis ſchiſmaticæ in veri Dei cultum conuerti poſſunt, quàm decens aliquis habitus ab ijs retinendus eſt, qui Diuina diſpenſant.

b Quod ad locum orationis attinet, etiamſi Catholica Religio (quod lõgè ſecus ſe habet) à veritate aberrare potuiſſet: tamen loca Orationis ad verum veri Dei cultum rectè conuerti poſſent. Nam vt certum eſt, Apoſtolos poſt Chriſti Religionem promulgatam, intraſſe in Iudæorum Synagogas, idq; *in die Sabbatorum*, id eſt, in tempore quo Iudæi vacabant orationi, Actor. 13. ſic D. Gregorius (li. 9. indict. 4. Epiſt. 71.) Mellitum Abbatem Auguſtino Anglorum Apoſtolo nũciare iubet, *Fana Idolorum deſtrui non debere. Ipſa* (inquit) *quæ in eis ſunt, idola deſtruantur. Aqua benedicta fiat, in eiſdem Fanis aſpergatur, Altaria conſtruantur, Reliquiæ ponantur: quia ſi Fana eadem bene conſtructa ſunt, neceſſe eſt, vt à cultu dæmonũ in obſequium veri Dei debeant accommodari.* Hæc ille. Porrò quod ad veſtitum Sacerdotalem aut Miniſtrorum Chriſti attinet, Hieronymus in Geneſim ex Hebræorum traditione refert, *Primogenitos, qui ſub lege naturæ Deo ſacrificabant, habuiſſe ſtolam Sacerdotalem ei propoſito deſtinatam.* De veſte autem Aaronis & filiorũ eius Sacerdotum, in lege Moſaica (Exod. 28. & 29.) certiſsimum ius à Deo conſtitutum eſt. Paulus etiam vult, omnia *ordine in Eccleſiis fieri.* 1. Cor. 14. & *tam viros nudo, quàm mulieres velato capite orare propter Angelos.* 1. Cor. 11. Licet enim habitus nec ſolus, nec præcipuè nos Deo commendet: tamen ratio naturalis (quam Apoſtolus in hoc genere diſputationis vrget, 1. Cor. 11.) præclarè monet, vt quorum aut ſexus, aut munus eſt aliud atq; aliud, ij alio atq; alio more veſtiti incedant. Primũ ob decorem Eccleſiæ, vt quemadmodum *ſtella differt à ſtella in claritate:* ſic alius ſit Epiſcopi, alius Clerici alius Monachi, & alius Laici habitus. Nam & ſolus Imperator purpuram geſtat, & alius eſt Senatoris, alius militis habitus, nec minus ordinata debet eſſe Eccleſia Dei, quàm Reſpub. ciuilis: cùm ipſa Eccleſia in Canticis

Nec tantùm ſinguli homines, verùm etiam integræ familiæ domum ac patriam reliquerunt, vt Sedis Apoſtolicæ vnitatem non desererent.

1962. Quo in numero facilè primas tenet Shelleorum antiqua ſtirps & clara cognatio. Eius enim nominis & ſanguinis fratres primùm tres, hoc eſt, quotquot ſuperſunt: deinde alij tres patrueles in exilio voluntario agunt.

1963. Quos in ea virtutis laude comitatus vir optimus & præſtantiſsimus Humfridus Sheltonus, vnà cum vxore, liberis, omniq; familia Cameraci agit.

1964. Georgius Tyrellus, cũ duobus filijs Angliã reliquit, vt Eccleſiæ Dei adhæreret.

1965. Gulielmus Stapletonus, cum vxore, liberis & nepotibus ex Anglia exiuit, vt ex Eccleſia Romana & Catholica non exiret.

1956. Ioannes Harriſius, quondam à Secretis inſigni Martyri Thomæ Moro, cũ vxore, liberis & familia eandem crucem ſuſtulit, & inſigni cum patientia portat.

1967 Ioannes Foulerus, qui hunc Librum typis excudit, Harriſij filiam in vxorẽ duxit, qui & ipſe cum liberis & familia Louanij agit, vir Græcè Latineq; doctus.

1968. Nec mihi fas eſt Elizabetham Gulielmi Sanderi patris mei olim vxorem, nunc
viduam, chariſsimam matrem meam, hac eadem laude priuare, quæ præter me,
quem Chriſto ab infantia dedicauit, duas filias Sanctiſsimo D. Brigittæ monaſte-
1969 rio tradidit, vbi ambæ laudabiliter degunt, quarum natu maior, Margareta, ſub
Catharina Palmera, ſanctiſsima eius Conuentus Abbatiſſa, Prioriſſæ locum tenet.

Integræ familiæ Regnum Angliæ reliquerunt, vt Romano Põtifici adhæreſcerent.

1970. Andreas Wagus, cum vxore & liberis Louanij degit.

1971. Storeorum Familiæ duæ, cum liberis & nepotibus, Louanij agunt.

1972. Ioannem Clementem artis Medicæ Doctorem Græcè Latinæque linguæ peritiſsimum, ſed fide ac pietate multò inſigniorem vltimo loco poſui, nõ quin priorem meritus ſit, verùm vt eò diutius in eios memoria poſteris commendãda verſaretur. Tanta enim huius viri, atq; vxoris eius conſtantia in fidei Catholicæ negotio ſemper fuit, vt bis ob eam cauſam è regno Angliæ ſub Principibus Edouardo & Elizabetha, exulauerit.

1973 Cui cùm Deus filium quidem vnicum *Thomam Clementem*, virum grauem &
doctum, filias verò quatuor donaſſet: omnes tùm Græcè Latineq; docuit, tùm ex
hæretica & ſchiſmatica Inſula eduxit, duas verò ex filiabus Chriſto apud Loua-
1974 nium deſpondit, quarum altera *Dorothea* apud Sanctam Claram ſanctiſsimè viuit:
1975 altera verò *Margareta* apud Sanctam Vrſulam, ſororibus ferè octoginta, ſenioribus
iunior, Germanis Angla, ex earũdem ſpontanea electione, inſigni cũ laude præeſt.

1976. Cùm verò *Elizabetha Woodford* ſanctiſsima virgo, & ipſa Angla, tùm in eadem domo agat, tùm omnium conſiliorum Margaretæ particeps ſit, nec ipſius nomen mihi licuit hoc in loco præterire.

Sed

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Idem Ferdinãdus

Idem. Pius 4.

1563.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

puriores haberi volunt, adeò vt recuſent, in ijs locis orare, baptizare, aut conuenire, quæ Catholico ritu cõſecrata vnquam fuerunt. Cuius factionis Dux alter quidã Sampſon mille aureorũ annuis reditibus carere potius elegit, quàm vt (miniſter Eccleſiæ cuiuſdam cùm eſſet) habitum presbyteri geſtare, vel ſolo ſacerdotali pileo indui, in animum induceret.

222. *De Goodmanno, ſeu De mulierum gubernatione.*

c Chriſtophorus Goodmannus natione Anglus, religione Caluiniſta, fidẽ ſuã ex propria libidine metiens, eò quòd à B. memoriæ Maria Angliæ Regina aliquid eorum, quæ merebatur, Geneuæ exulans, pateretur: cœpit docere (ac demum eam doctrinam in libello quodam Anglicè de fratrum ſuorum ſententia edito promulgauit) *non licêre mulieribus ad gubernacula Reipub. alicnius ſedere.* Eãq; hæreſim tùm ſcripturis, tùm rationibus à natura petitis, quantũ potuit, corroborauit. At poſtquã, Maria ad cœlos migrante, mulier Lutherana, hoc eſt, Elizabeta regnauit: iã aliud cœpit eſſe Euangelium, aliaq; fides. Nec tantùm regnare mulier poterat, verùm etiam ſuprema Eccleſiæ Gubernatrix in omnibus cauſis etiam ſpiritualibus eſſe, & credi, ſub pœna capitis & fortunarum omnium debuit. Itaq; Goodmannus iſte viuit iã in Anglia

Doctores Catholici.

cum *ordinata caſtrorum acie conferatur.* Deinde veſtitus ipſe admonet hominem, ne quid eo indignũ publicè faciat. Præterea decet, vt interno miniſterio exterior inceſſus reſpondeat. Hinc velatæ ſunt Sanctimoniales etiam olim, vt Optatus refert. Imò Dionyſius Areopagita Eccleſiaſt. Hierarch. c. 6. meminit tonſuræ Monachorum, & mutatæ veſtis. Deniq; Baſilius Magnus præclarè de hac re diſputat in regulis fuſius diſcuſsis. c. 22.

Mulieres ad Regni alicnius gubernacula ſedere poſſe.

c In lege Moſaica (Num. 27.) ſcriptum eſt: *Homo cùm mortuus fuerit abſq; filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas.* Cùm igitur nihil contra eam legem in Euãgelio decernatur, illa eadem lex (quæ inhoneſta nõ eſſe ex eo probatur, quòd diuina aliquando fuit) poterit apud Chriſtianos vel inſtitui, vel inſtituta tolerari. Ex quo, ſi Regnum alicubi hæreditario iure ad proximos deferatur (vt apud Anglos fit) in Regno etiã rectè ſuccedit mulier, vbi null⁹ eſt maſcul⁹ propinquior. Quid quòd *Debora Prophetes, vxor Lapidath iudicabat populũ Dei* poſt Ahod. (Iudic. 4.) aſcendebãtq; ad eã filij Iſraël in omne iudiciũ? Regũ etiam tempore *Athalia præfuit annis ferè ſeptem* 4. Reg. 11. Et poſt Captiuitatem Babylonicam, *Alexandra regnauit annis nouem*, vt Ioſephus tradit, Antiquit. Iudaicar. lib. 13. c. 24. Iam verò poſt Chriſtum *Pulcheria Auguſta, defuncto fratre eius Theodoſio Iuniore, accerſito Martiano, in Religione ac pudicitia cõuerſante, ſene videlicet & idoneo viro, dicit ei: Quoniam Imperator mortuus eſt, & ego te elegi, tanquàm bene placentem ex omni Senatu: da mihi verbũ, quòd cuſtodias virginitatem meam, quam Deo commiſi, & pronunciabo te Imperatorem. Quod illo, ſacramento pollicente (accerſito Patriarcha Anatolio pariter & Senatu) pronunciauit eum Imperatorem Romanorum.* Hæc habentur apud Paulum Diaconum à Lãdulpho auctum in fine lib. 14. *Hirene* etiam apud Græcos regnauit cum filio ſuo Conſtantino. Regnarunt quoque apud Gallos fœminæ, donec Salica lege id interdictum eſſet. Neque verò fœmina poteſt minus apta imperio eſſe, quàm puer, quem tamen in omni gente, vbi Regnũ hæreditario iure ad poſteros tranſit, regnare conſpicimus. Viri enim prudentes, ex malis minimum eligendum eſſe, non ignorantes, minus mali eſſe iudicârunt, vt Republica per ſucceſsionem gubernata, puero interdum aut mulieri ſubſint, quàm vt re ad electionem relata, perpetuæ factiones foueantur & diſſeminentur.

1577. Sed vt redeam ad Clementem meum, is habuit vxorem *Margaretam* nomine, Græcè Latineq; ſcientem, nec artis etiam Medicæ ignaram, in omni autem virtu-
Iu. 8. tis genere multò peritiorem: quæ quondam miniſtrauerat *Margareta alteri*, nimirum Thomæ Mori Sanctiſsimi viri Sanctiſsimæ filiæ, ei videlicet, quæ patri ad martyrium properanti cum oſculo & amplexu in via occurrerat: in qua ſanè familia hæc Ioannis Clementis vxor inſignem animi fortitudinem pietatemq; didicerat, eandemq; vſq; ad mortem, quam Mechliniæ nuper obijt, integerrimè conſeruauit. Cui vir eius iſtud monumentũ poſuit, quod in tantæ matronæ memoriam hoc in libro extare volui.

Clementis coniunx hæc Margareta ſepulchro
Dormit, qua nulli charior vlla fuit.
Hac mihi plus quàm quadraginta & quatuor annos
Iuncta fuit, rara norma pudicitia.
Gnatos, & gnatas docuit Græcè, atque Latinè,
Sed magis instituit, iuſſa tenere Dei.
Ex ijs pars nupſit Chriſto, pars altera mundo:
Vtraque ſed viuit, diſpare ſorte, Deo.
Poſthabuit Christi fidei patriámque, domúmque,
Auſa peregrino credere membra ſolo.
Margareta vale, mi dilectiſsima coniunx,
Moribus eximijs, & pietate pari.
Vos rurſum, pater, & fili, gnataq́ valete,
Et pro me aſsiduas fundite, quæſo, preces.

Teſtes iſti, quos ad Primatum Pontificis Romani confirmandum iam protuli, non ſunt de plebeia fæce Sellulariorum, non milites, non Scholaſtici auditoriales, non nautæ, tabernarij, cætarij, coqui, lanij, non adoleſcentes ex Monachis diſſoluti. Quidam iſtorum Epiſcopi ſunt, veritatis acerrimi defenſores: reliqui verò Decani Eccleſiarum, Archidiaconi, Canonici, Presbyteri, collegijs præfecti, Theologi, Iuriſconſulti, Medici, Ludimagiſtri, deniq; omnes docti viri & graues, qui non tam verbis nudis loquuntur quàm factis & rebus ipſis clamant: Sic à Maioribus accepimus, ſic prædicatum audiuimus, ſic credimus, pro hac Petri Cathedra, pro huius Pontificatus Primatu, alij vincti ſumus, alij vinctis compatimur, alij bonorum noſtrorum rapinam cum gaudio ſuſcepimus, alij animas in charitate perfecta poſuimus, cognoſcentes, nos habere meliorem & manentem in cœlo ſubſtantiam.

De mi-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

glia ſub mulieris imperio, & miniſtrum Eccleſiæ cuiuſdã agit, ſtudioſus ſectæ Puritanorum, vt aiunt.

223. *De Samoſatenicis.*

d Samoſatenici negant, apud Ioannem hanc vocẽ, ὁ λόγος, ſecundam Perſonam Trinitatis ſignificare.

224. *De Sepulchralibus.*

e Negant, Chriſtum in anima deſcẽdiſſe ad inferos, ſeu ad Limbum Patrũ, ſed tantùm corpore in ſepulchro quieuiſſe. Vnde Inferos interpretantur ſepulchrum. Imò Beza (in c. 2. Actor.) dicit, *ſomnio eſſe, quæcunque apud Patres de Limbo Patrum habentur.*

Idem Ferdinandus.

Idem. Pius 4.

Verbum (de quo agitur Ioan. 1.) eſſe ſecundam Trinitatis Perſonam.

d Quid poteſt eſſe *Verbum illud, quod erat in principio apud Deum*, quinimò *quod erat Deus, per quẽ omnia facta ſunt, & ſine quo factũ eſt nihil*, niſi talis quædam ſeu ratio, ſeu mens, ſeu oratio æterna & viua, quæ nec poterat eſſe creata, (cùm fuerit *in principio & fecerit omnia*) neq prima Trinitatis Perſona (cùm ad alium velut ſe priorem referatur, cuius verbum vel ratio ſit, & apud quem erat) nec tertia Trinitatis Perſona eſſe queat, cùm procedat ſecundùm intelligentiam Dei Patris inſtar verbi & rationis, non autem inſtar voluntatis atq; amoris, vt ſpiritus Sãctus? præſertim cùm hoc *Verbum Caro factum ſit, & habitauerit in nobis*: conſtet autem, non Patrem, aut Spiritũ ſanctum, ſed ſecundam Trinitatis perſonam ex Virgine carnem aſſumpſiſſe.

Animam Chriſti deſcendiſſe ad inferos.

e In Symbolo Apoſtolorum profitemur, Chriſtũ non modò ſepultum eſſe, verùm etiam *deſcendiſſe ad inferos*. Iam cùm Bezani dicant, idem eſſe in Symbolo Inferos & Sepulchrum: nõ poteſt fieri, vt iſti melius intellexerint mentem Apoſtolorum, qui Symbolum condiderunt, quàm ipſi eorũdem Apoſtolorum Diſcipuli: ex quibus Ignatius (in Epiſtol. ad Trallianos, quæ eſt 2.) *Chriſtus* (inquit) *deſcendit ad inferos ſolus, aſcendit verò cum multitudine, & quadraginta dies conuerſatus cum Apoſtolis, aſſumptus eſt ad Patrem.* Nec in fidei tantùm Symbolo ſemper creditum eſt (apud Athanaſium, in Symbolo Ariminenſi, & Epiphan. in hær. 60.) Chriſtum in anima deſcendiſſe ad Inferos: verùm etiam id in 2. ca. Actorum expreſſè conſcriptum eſſe, Auguſtinus aſſerit in Epiſtola. 57. & in Epiſt. 99. adeò vt

1563. concludat in hæc verba: *Quis niſi infidelis negauerit, fuiſſe apud Inferos Chriſtũ?* & per inferos non ſepulchrũ intelligit, ſed *Abrahæ ſinũ*, vt in eo loco apertè declarat.

225. *De Infernalibus.*

f Aiunt, Chriſtum deſcendiſſe vſque ad locum damnatorum, & ibi æternos cruciat⁹ in anima perpeſſum eſſe. id quod ſenſerunt Caluinus, Nicolaus Gallus, & Iacob. Smidelin.

Chriſtum cruciatus infernales non eſſe paſſum.

f *Chriſtus* (Coloſſ. 1.) *pacificauit per ſanguinem Crucis ſuæ, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis, recõcilians nos in corpore carnis eius per mortem.* § Nihil igitur pœnarũ ob reconciliationem hominum remanſit ſubeundũ poſt mortem. Nam in Cruce Chriſtus dixit: *Conſummatum eſt*: ſignificans, dolores finitos eſſe, quos Redemptionis noſtræ cauſa perferendos aſſumpſerat. Alioqui ea reconciliatio fieret non *in corpore carnis Chriſti*, ſed in anima ſeparata iam à corpore, quod inauditum eſt in Eccleſia Dei vſq; ad hunc diem. Deinde cùm Chriſtus (Luc. 23) Latroni dixerit in cruce pẽdens: *Hodie mecũ eris in Paradiſo* (qui certè locus eſt nõ doloris, ſed voluptatis & gaudij): quomodo iſti dicũt, Chriſtũ eo die poſt expirationẽ ſuã æternos etiã cruciatus perpeſſũ eſſe? Hiccine Proteſtãtiũ Paradiſus eſt?

226. *De Adiaphoriſtis.*

g Dicunt, Cæremonias eſſe res indifferentes, quas ſiue ſerues, ſiue violes, nihil te peccare.

Licet Cæremonia ſit res indifferens, tamen obedire illi, qui Cæremoniam legitimè ſeruari iubet, non eſt res indifferens.

g 1. Reg. 15.: *Melior eſt obedientia, quàm victima, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus Idololatriæ, nolle acquieſcere.* § Cùm igitur is,

 qui

De miſero exitu Archidiaconi Oxonienſis, qui Primatum Romani Pontificis in concione laſerat.

Fuit Writus quidam, vtriuſque Iuris Doctor, & Oxonienſis Archidiaconus, qui fidem Catholicam
frigidè amplexus, cùm nollet poſt ſtatum Catholicæ religionis in Anglia mutatum, dignitate ſua care-
re: dum quodam die apud Presbyteros ſuæ olim iuriſdictioni ſubiectos concionem haberet, incidit in
ea D. Pauli verba, quibus ait, *Chriſtum in ædificationem Eccleſiæ, dediſſe quoſdam quidem Apoſtolos, quoſ-
dam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores.* Quibus recitatis, de ſuo (vt
tempori nimirum ſeruiret) intulit, dicens: *De Papa hîc verbum nullum auditis.* Quòd cùm in extrema
1979. concione prolocutus eſſet, mox graui morbo correptus, atq; adeò quaſi mutus effectus, & à ſuggeſtu,
non ad prandium, vt conſtituerat, ſed ad lectum delatus, octauo pòſt die è vita excelsit: incertumque
eſt, an toto hoc tempore pœnitentiam de impia voce egerit, nec ne. Tales ſunt eorum exitus, qui vt
ſeculo adulentur, Dei Eccleſiam deſerunt.

Franciſcus Forerius Vliſiponenſis ad c. 59. Iſaiæ, in illa Domini Verba: *Hoc fœdus meum cum eis:
Hoc* (inquit Forerius in perſona Domini apud Prophetam loquentis) *eſt fœdus meum, quod ego cum eis
ferio, id eſt, iſta ſunt promiſſiones fœderis, nempe vt non auferat ſpiritum ſuum, & mentem ſuam à Sione, id
eſt, ab Eccleſia, non quæ initio fuit tantùm, ſed quæ in futurum erit, neq; ab ore ipſius, à Paſtoribus videlicet, &
Rectoribus eius, qui tum erant, & ſucceſſoribus ipſorum in ſempiternum. Hoc ſummopere neceſſarium erat, a-
lioqui parum profuiſſet redemptio. Oportuit itaq; vnam eſſe Eccleſiam, in qua perpetuò Spiritus Domini reſidê-
ret, quæ decipi in rebus ad ſalutem neceſſarijs nequaquam poſſet. Et licet ipſi Miniſtri malè viuant, ſimul ta-
men iuncti, & quatenus Eccleſiam vnam conſtituunt, ſenſu Domini non deſtituuntur. Hoc eſt Dei fœdus, hæ
promiſſiones, quas Lutherani infringere non poterunt. Nam Eccleſia Romana eſt, quæ à tempore Apoſtolorũ
1980. perpetua Pontificum ſerie ſpiritum hunc Domini habuit: licet aliqui ex eis perditè viuerent. In qua etiã ſem-
per idem fuit ſenſus, eadem fides, eadem ſemper fuerunt Dei verba. Hoc eſt ipſum fœdus, quod ſi quis neget fœ-
dus Dei abnegat, & infringit, & veniſſe Deum negat. Nempe enim ſi veniſſet, & abiiſſet, & ſic rem non diſpo-
ſuiſſet, aduentus eius parũ admodũ nobis vtilitatis attuliſſet, dum quiſq; ſenſum ſuum pro ſenſu Chriſti afferret:
& tot eſſent ſententiæ, quot capita, vt nunc in quibuſdam Prouincijs magna cum animi dolore, magno etiam
totius Reipub. Chriſtianæ malo, experimur. Ad Tciõ aũt referenda ſunt verba hæc, & promiſſiones iſtæ: de qua
præcedenti verſu. Quòd ſi ad Redemptorem referre velis, idem ſenſus eſt. Semen enim Chriſti ſunt Apoſtoli
ipſius, & ſemen ſeminis eius ſunt Succeſſores eorum in Eccleſia Catholica & Apoſtolica: & ob hanc promiſ-
ſionem ſancti Patres aduerſus hæreticos decertantes, perpetuam in Eccleſia Romana ſeriem Pontificum narrãt,
1981. qui ſemper eundem ſenſum habuère: quod in Eccleſiis ſuis hæretici oſtendere non valent: ſiquidem negare nõ
poſſunt, aliud ſe, aliud Patres ſuos credidiſſe: neq; Pontifices, qui ante quinquaginta annos Eccleſias Germaniæ
gubernârunt, ſpiritum illum habuerunt, quem nunc plures ipſorum habent, qui multò alia ſentiunt nunc ab illis.
At Patres iſtorum fidem eandem tenuerunt, quam Apoſtoli, & Succeſſores eorum tenuère, vt ex ſerie Ponti-
ficum, & fidei, & Conciliorum patet. Ergo non ſunt Eccleſia Chriſti, quæ eundem ſpiritum, & eadem verba
ſemper habuit. Ita pugnabant cum hæreticis Patres: ita & nobis nunc agendum eſt, vt id credamus, quod ſem-
per, quod vbiq;, quod omnes, & à nouitatibus in fide caueamus, vt fœderis Chriſti participes ſimus.*

Franciſcus Horantius in Locis Catholicis lib. 6. de Primatu Romanæ Sedis copiosè diſputans, tan-
dem c. 13. ait. *Quum ſcire te non diſſimules, Caluine, ſupremum honorem, Eccleſiaſticumq; Principatum v-
1982. biq; Romanæ Sedi veteres detuliſſe, ac religioſiſſimè, ſummaq; cum reuerentia de ea fuiſſe locutos, vt quæ Diui
Petri hæres eſſet: ſolitis diuerticulis vſus, ad Imperiũ ſeculare, ad doctrinæ præſtantiã, prudentiã, peritiã, & mul
tarũ rerum vſum (quæ omnia multũ ſplendoris, non tãtũ, illi Sedi addidiſſe, neq; volumus, neq; poſſumus nega-
re) non ad Chriſti inſtitutionem, non ad Euangelij verbum (Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meã) vt
1983. faciunt ſemper veteres, confugis, cùm etiam optimè noueris, pios & ſanctos Epiſcopos, Sedibus ſuis pulſos, Romã
ſe, veluti in Aſylum, aut portum quendam, ſæpe recepiſſe, quærentes aut abſolui, aut ligari ab eo, qui præ omnibus
Sacerdotibus vtriuſque rei poteſtatem in Diuo Petro accepiſſet. Quid tu ad hæc? Sæpe quidem factum, non ne-
gas: eam tamen rem nullius iuriſdictionis in Pontifice Romano ſignum extitiſſe, ſed quod hæc Eccleſia non ita
1984. dubijs illis temporibus tumultuata fuerit, vt reliquæ Orientales, Græca, & Africana. Fuit hæc aliquid, Caluine,
ſed in ea non ſunt omnia, quæ ad auctoritatem illius Sedis pertinebant, quam vna ore Apoſtolicam, & omniũ
Eccleſiarum Magiſtram & parentem vniuerſi illi, qui Romam confugiebant, imò qui longiſſimè aberant, aper-
tiſſimè nominabant. Vnde itaq; habuit Eccleſia hæc, nullis opinionum diſſenſionibus tumultuari, inde etiam ha-
1985. bet authoritatem & iuriſdictionem, tumultuantes cæteras in fide, religione, atq; officio retinendi: nempe à Chri-
ſto Domino, & à Petri Primatu.*

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*			Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*
Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.	
		Idem Ferdinandus.	
1563.	Idem Pius 4.		

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

227. De Michaele Seruetto.

h Seruettus natione Hiſpanus, Religione ab initio Zuinglianus, vtpotè Farelli & Caluini collega, cùm in Africam traijciens Alcoranum didiciſſet, doctrinã Eccleſiæ in Mahometiſmum transformans, *dicebat, Deum eſſe vnicam perſonam, Chriſtum verò negabat duas habere naturas.* Quem Caluinus igni tradendum curauit.

228. De Trinitariis.

i Extiterunt in Polonia, qui docerent, eſſe quidem Patrem, eſſe Filiũ, eſſe Spiritum ſanctum: *nec tamen debere dici tres Perſonas,* quia ſic non loqueretur Scriptura: *multoq; minus debere dici, Deum eſſe trinũ & vnum, aut vnum in tribus Perſonis.* Sic ab initio locuti ſunt. Pòſt autem facti audaciores, Athanaſij Symbolum vocârũt Symbolum Satanaſij. ac Lutherum quidem aiebant tectũ Papatus, Zuinglium autẽ parietes ſe verò fundamẽtum ipſum diruere. Felix certè domus Eccleſiæ Catholicæ, cuius fundamẽtũ eſt ſanctiſsima Trinitas, parietes Corpus Chriſti præſens in Euchariſtia, tectũ Papa Vicarius Ieſu Chriſti. Bene fundata eſt iſta domus ſupra firmã Petrã.

Hæreſes Proteſtantium & Zuinglianorum de Eccleſia.

a Ab initio docuerunt, Eccleſiã eſſe inuiſibilem, eò quòd Deus ſolus noſſet, qui eſſent ipſius. Pòſt aũt cùm

Doctores Catholici.

qui prudens ac ſciens violat Cæremonias, non acquieſcat, nec obediat mandato Superiorum ſuorum (ſicuti nec Saul obediuit mandato Samuelis): tùm ob iſtum contemptum & ſuperbiam grauiter peccat, tùm offendit infirmos. Rom. 14. *Quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt, in inuicem cuſtodiamus. Malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.* Manducare pomum, aut non mãducare, quis dubitet, rem ex ſe indifferentem eſſe? Et tamen quia primi parentes comederunt ex vetito pomo, & illi, & omnis eorum poſteritas mortem æternam ſubit, niſi per Chriſtum ab ea liberetur.

In Deo tres Perſonas, in Chriſto duas eſſe naturas.

h Chriſtus, qui iuſsit Apoſtolos *baptizare omnes gẽtes in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti,* Mat. 28. eo ipſo docuit, alium eſſe Patrem, alium verò Filiũ, & aliũ deniq; Spiritum ſanctum. Dixi, aliũ, nõ aliud. Et ideo dictum eſt, vt baptizarent in trium quidem, non tamen nominibus, ſed nomine, quia trium Perſonarum nomẽ, id eſt, poteſtas & authoritas vna eſt. *Ego* (inquit, Ioan. 14.) *rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Pater igitur vnus eſt, Filius alter, (& is, ex duabus naturis conſtans, vna hominis, qua rogat Patrem, vtpote ſecundùm quam inferior eſt Patre (Ioan. 14.) altera Dei, ſecundum quam dixit, (Ioan. 14.) *Ego mittã vobis Paracletũ, qui a Patre procedit.* tertius eſt Spiritus, qui à Patre filioq; mittitur.

Tres Perſonas rectè dici: Deumq; eſſe trinum & vnum.

i Ioannes Apoſtolus (1. Ioan. 5) *tres ait eſſe, qui teſtimonium dant in cœlo, Patrem, Verbum, & Spiritum ſanctum, & hos tres vnum eſſe.* Habemus igitur *Patrem, Verbum, ac Spiritum ſanctum,* & *eſſe tres,* & *eſſe vnum.* Quem vnum? Vtique vnum Deum, quia *Deus vnus eſt,* Deuter 6. Rom. 3. Quos verò tres? Nõ certè tres Deos. Quia *vnus Deus,* Epheſ. 4 Oportuit igitur nomen aliquod excogitare, quo audito, mens ita quieſceret, vt ſaltem ab omni errore & adinuentione priuata liberaretur. Itaq; apud Græcos receptum eſt, vt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus dicerentur *tres hypoſtaſes* apud Latinos verò *tres Perſonæ.* Quod vocabulũ etſi tã ineffabili Myſterio plenè exprimẽdo nõ ſatisfaciat, quia tamẽ in eo ſenſu, qui veriſsimè prædicatur & creditur, iamdiu receptũ & vſurpatũ eſt, nihil melius aut ſignificantius dici poteſt, quàm vnum eſſe Deum, ac tres Perſonas, vel (quod eodẽ recidit) Deum eſſe trinũ & vnum. Dũ enim conſtet de re ſignificata, parũ refert de verborum forma & modo.

Eccleſiam ſemper non modo eſſe viſibilem, ſed etiam illuſtrẽ & conſpicuam, nec obſcurari aut latère vnquam poſſe.

a Si Eccleſia viſibilis non eſſet, quomodo poſſet peccator aut *denũciari Eccleſiæ* (vt Chriſtus Matt. 18. iubet)

Cunerus Petri, Epiſcopus Lewardenſis, cùm veram Chriſti Eccleſiam per quatuordecim proprie-
tates à qualibet falſa Religione dignoſci oſtendiſſet, demum eas proprietates in Eccleſia Romana in-
ueniri ſub finem libelli demonſtraturus, in hunc modum ſcribit. Cùm Eccleſiam quærenti inexpli-
cabilis occurrat ſylua conuentuum, vt, quæ vera ſit Chriſti Eccleſia, difficile ſit imprudentibus agno-
ſcere: oculos paulìſper ad maximam & antiquiſsimam illam, & omnibus (vt ait Irenæus) cognitã Ro-
manam Eccleſiam, conuertamus eamq; cum alijs in his prudenter conferamus. Romanam autem di-
1986 co, non tantùm quæ Romæ eſt, ſed etiam quæ quaquaverſus in mundum diffuſa, Chriſti fidem in cõ-
munione cum Romano Pontifice profitetur. In hac enim eas, quas nunc proſecuti ſumus, Eccleſiæ
proprietates ad oculum ſanè videre licet: vt nemo prudens de eius authoritate meritò dubitet. Hæc
1987 enim vnum Paſtorem à Chriſto ſibi cum certo Epiſcoporum, Presbyterorum, & Miniſtrorũ ordine,
per modum Regni velut acies ordinata ſe habens, viſibile Deo offert Sacrificium, mundam videlicet
Corporis & ſanguinis Chriſti hoſtiam: bonos complectitur & malos: ſemper iam olim à temporibus
Apoſtolorum & in toto orbe viguit, ſic vt nulla gens vnquam ſub Sole ad Chriſtum conuerſa fuerit,
1988 quæ non huic (velut arbori & viti, ramus & palmes) inſerta fuerit, Cathedram Petri agnoſcit, & perpe-
tua ſucceſsione primæ Apoſtolicæ arbori connectitur: & in omni quæſtione, quæ de fide & Religione
exorta eſt, ſemper in ſua ſententia, non partis, ſed corporis rationem obtinuit, ſibi nunquã in fidei pro-
1989 feſsione deformis, cuius deſertione hæreſes inter ſe pugnãtes exortæ ſunt, miraculis infinitis clara eſt,
neque aliquid in eius doctrina oſtendi poteſt, quod aut cũ aperta ratione, aut Scriptura ſacra pugnet.
Quamuis apud Sapientes etiam certum ſit, nullam quantumuis obſcuram Scripturam rationémve illi
refragati: vt vir prudens & ſaluti ſuæ ſtudioſus, tot in mundo ſectas conſyderans, non dubitet, ſe huius
gremio tutò committere, & in eius ſocietate tranquillè acquieſcat. Id quod paulò altius repetito
principio ſic declarat: Primùm (inquit) nemini dubium eſſe poteſt, quin ſocietas hominum, qui Hie-
roſolymis fuerunt cum Apoſtolis, in quorum medio fuit Petrus, fuerit vera Chriſti Eccleſia. Huic ſo-
cietati vna die appoſita ſunt tria millia, & paulò pôſt factus eſt numerus virorũ quinque milliũ. Dein-
de ad prædicationem Apoſtolorum gentes etiam ſunt conuerſæ, quas omnes in vnum corpus & ouile
Apoſtoli congregabant. Petrus tandem venit Romam, aut ſi hoc negabitur, ſaltem Paulus eô venit
1990 (Actor. 28.) vt vel hac ratione Chriſti Eccleſia potuerit Romana etiam appellari: vtpote cuius popu-
li fides annunciabatur in vniuerſo mundo, Rom. 1. Res enim tota ſolet à parte notabiliore denominari.
Quoniam verò multi hæretici (vt à Chriſto & Apoſtolis prædictum erat) ex Eccleſia erant exituri:
neceſſe eſt, eos Catholicam Eccleſiam eſſe, penes quos Corpus prædictæ ſocietatis remanſit. A quibus
alij (vt Simoniani, & Nicolaitæ) ſeſe tanquam partes abruperunt. Petrus verò Simonem Magum
1991 & cæteros Schiſmaticos damnauit. Eccleſia igitur Chriſti fuit illa ſocietas hominum, quæ remanſit
cum Petro. in qua erant Romani. Apoſtolis verò iam mortuis, Eccleſia Chriſti cum ſucceſſo-
1992 ribus Petri perſtabat, exeuntibus ab eadem ſocietate Valentino, Marcione, Montano, Manichæo, &
Donato: cùm interim varij Pontifices Romani vſque ad Meltiadem continua ſerie præeſſent, marty-
rioque penè omnes coronarentur. Quorum fidem & authoritatem Irenæus, Tertullianus, Cyprianus,
Euſebius, alijq; grauiſsimi authores & Concilia eximiè laudant. Poſt Conſtantinum verò, ab eadẽ Ro-
mana ſocietate defecit Arius, Macedoni⁹, Neſtorius, Eutyches, Iouinianus, Vigilantius, Heluidius, Pe-
trus Antiochenus, aliaq; eiuſmodi monſtra, quibus omnibus reſtiterunt Pontifices Romani à Sylue-
ſtro vſque ad Gregoriũm Magnum, quo annorum ſpatio Concilia & Sancti Patres vbiq; primas Pon-
1993 tificibus Romanis in Eccleſia Dei tribuerunt. Nec quiſquam in mundo Catholicus fuit, qui non &
cum anteceſſoribus Gregorij, & cum ipſo Gregorio Romano communicaret. A Gregorij autem &
ſucceſſorum eius communione receſſerunt Mahometani, Iconoclaſtæ, Berengariani, Petrus Abaylar-
dus, Waldenſes, Wiclefitæ, Huſsitæ, ac demùm Lutherani, & Caluiniſtæ: cùm interim generalia Con-
cilia, grauiſsimiq; Patres, Iſidorus, Beda, Haymo, Bernardus & Prouinciæ Chriſtianæ Põtificum Ro-
1994 manorum fidem ſequerentur. Nam & Græci per hæc temporum ſpatia reconciliati ſunt Eccleſiæ Ro-
manæ, & Romani Pontifices fidem Chriſti in multas gentes propagârunt, Angliã, Germaniam, Norue-
1995 giam, Bohemiam, Poloniam, Pruſsiam. Quòd igitur ante hanc Lutheri commotionem, inter tot exo-
rientia ſchiſmata, vera Chriſti Eccleſia ab ipſis Apoſtolis cõtinua ſerie, perpetuaq; corporis ad corpus
ſucceſsione remãſerit apud eos, qui cohærerent Sedi Apoſtolicæ, manifeſtũ fecimus. Quæritur nunc
ergo, quam Lutherus aliam Eccleſiam inuenerit, poſtquã hæc ab ipſo eſt oppugnata? Neq; enim cùm
ipſe Romanæ Eccleſiæ per baptiſmum inſereretur, & per profeſsionem, excellentioris vitæ generi ſe
Deo conſecraret, Eccleſia Chriſti extincta iam erat. Extabant quidem adhuc reliquiæ Waldenſium,
Huſsitarum, alteriuſq; generis hæreticorum, ſed nullam horum colluuiem tanti fecit, aut eiuſmodi

fuiſſe

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
		Maximilianus 2 Imp.
1564		
	Idem Pius 4.	

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

cùm viderent, nec eã hæreſim probabilẽ eſſe in ſe, nec dubitarent aſſerere, ſuam ſynagogam, quæ ab omnibus videbatur, eſſe Dei Eccleſiam: eò delapſi ſunt, vt dicerent, Eccleſiã quidem eſſe in ſe viſibilẽ, aliquando tamẽ ita obſcurari, vt penitus perijſſe videatur.

Hære-

iubet) aut is pro *Ethnico haberi, qui nõ audiret Eccleſiã?* Aut quomodo futura eſſet *Domus Dei colũna & firmamentum veritatis* (1.Tim.3.) *ſi omnino infirmi & imperiti neſcirent, vbi eſſet?* Aut quomodo *ad montẽ Domini aſcendere poſſent, vt ibi diſcerent vias Domini?* vt apud Iſaiam legimus. c.2. Certè Chriſti Eccleſia nunquã caret Paſtoribus & Doctoribus (Epheſ.4.) nec etiã qui ſuccedentes Apoſtolis *doceant & baptizent oẽs gentes, quibuſcum Chriſtus eſt omnibus diebus vſque ad finẽ ſeculi.* (Matth. 28.) Iſti autem Doctores appellãtur à Chriſto *lux mundi* (Matth.5.) & *lucerna, non ſub modio, ſed ſuper candelabrũ poſita* (id eſt, præcipuis quibuſq; Eccleſiis præpoſiti, ſeu in ſublimi Eccleſiæ loco conſtituti) *quæ lucet omnibus, qui in domo ſunt, atque etiam vt ingredientes lumẽn videant.* Lucæ 8. *In omnem terrã exiuit ſonus* (annunciatiũ Chriſti Euangeliũ) *& in fines orbis terræ verba eorũ.* Pſal.18. Rom.10. *Qui aũt docti fuerint* (Daniel.12.) *fulgebũt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiã erudiũt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* De iiſdẽ Iſaias ſcribit. c. 62. *Super muros tuos, Ieruſalẽ, cõſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuũ nõ tacebunt. Nunquid non ſapientia clamitat* (Prouerb. 8.) *In ſummis excelſiſq; verticibus, ſupra viam, in medijs ſemitis ſtans, extra portas ciuitatis, in ipſis foribus loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.* Et Prouerb. 9. *Sapientia miſit ancillas ſuas, vt vocarẽt ad arcẽ & ad mœnia ciuitatis. Timebunt* (inquit Iſaias c.60.) *qui ab Occidente, nomen Domini, & qui ab ortu ſolis, gloriam eius. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus. Spiritus meus, qui eſt in te* (alloquitur Chriſtum, ſeu Sionem, id eſt, Chriſti Eccleſiam) *& verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodò & vſq; in ſempiternũ.* Quid potuit planius dici? Nunquàm defuerũt aut deerũt prædicatores in Eccleſia, qui ſpiritũ Chriſti habeãt, & veritatem annuncient. Ij ſunt *lux mundi*, ſunt *lucerna in candelabro poſita, quæ lucet omnibus, qui vel in domo ſunt, vel ingredi cupiunt, tota die & nocte non tacent, clamitant in locis notiſſimis, in ciuitatibus florentiſſimis, in capite viarum, in multis gentibus ſimul, quas etiam baptizant, atque illis Myſteria Chriſti diſpenſant.* 1.Cor. 4. Nunquam igitur ad vllum temporis momẽtum tales Paſtores aut deeſſe, aut obſcuri eſſe potuerunt, adeo vt Chriſtus appellet *eos ciuitatem, quæ non poteſt abſcondi:* non poteſt, inquam, abſcondi. Quòd autem hæretici afferunt de Elia, velut in diebus eius Eccleſia latuerit: nec Elias egit de tota militãte Eccleſia (quæ nunquàm latêre tota poteſt) ſed de illa tantùm egit, quæ fuit in Samaria, cùm interim Eccleſia in Ieruſalem & Iudæa minimè latuerit, ſed iam tunc florentiſſima eſſet: nec etiam egit de glorioſa Chriſti Eccleſia, ſed de ſola Iudæorũ Synagoga quæ vmbra tantùm fuit præ luce immẽſa Eccleſiæ Chriſti. Vnde (Iſaiæ 60.) *vocabunt te ciuitatem Domini, Sion Sancti Iſrael. Pro eo quòd fuiſti derelicta, & odio habita* (ſub lege, & ante aduentum Chriſti) *& non erat, qui per te tranſiret, ponã te* (poſt Chriſti aduentum) *in ſuperbiam* (id eſt, in gloriam & magnificentiam) *ſeculorum, & gaudium in generationem & generationem.* Et antè. *Portæ tuæ aperientur iugiter die ac nocte, non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earũ adducantur.* Cùm autem iſta lux, & claritas, & magnificentia, & clamor, & notitia Eccleſiæ neq; Dæmones, neq; Tyrannos, neq; hæreticos lateat, (nam omnes iſti perſequuntur veram Dei Eccleſiam, & eandem propugnant *ſexaginta viri fortes, & mille clypei pendentes ex ea*, hoc eſt, Doctores plurimi & Paſtores: Cant.3.&.4. profectò qui Eccleſiam Chriſti latuiſſe aliquando aſſerit, tùm Scripturis manifeſ-

fuiſſe credidit, vt ad illam, tanquam verè Chriſti Eccleſiam, ipſe ſe transferret, ſed illos potius ad ſe tranſire vellet. Cùm neque ipſe omnia ab illis prodita, neque illi quæ ab ipſo proficiſcebantur, omnia comprobarent: ſed vt illi ſeparatim ſua, ita hic ſeorſum propria propoſuit. Atque ita nouam confuſionem, velut alteram in Occidente Babyloniam condens, ipſo nouitatis nomine ſuos ſectatores, & omnes, qui ex ipſo prodierunt, Eccleſiæ honore ac priuilegijs ſpoliauit.

Paulus Manutius Aldi filius in Præfatione ad librũ Cardinalis Poli De Concilio: *Optimè cõſuluit*
Eccleſiæ ſuæ Deus, atque humano generi vniuerſo, cùm in tanta rerum omnium perturbatione & extremi tam
1996 *periculi metu, Vicarium te ſuum, Pie quarte, inter homines conſtituit, vt omnibus malis prudentia tua mede-*
retur, noſq́; à ſummis difficultatibus, vel impendenti potius exitio erepto, ad ſummam fœlicitatem & optatam
antea magis, quàm ſperatam fœlicitatem traduceres.

Vitellotius Cardinalis in Præfatione ad opera Ioannis de Turre Cremata, ad Pium 4. *Hunc Librũ*
S. V. dedicandum curaui, cùm opus, in quo de Catholicæ Eccleſiæ poteſtate diſſeritur, nulli melius conueniat,
quàm tibi, qui totius Eccleſiæ & omnium Chriſtianorum Caput es, Rector ac Magiſter, vt Chriſti Vicarius, &
1997 *Petri Succeſſor.*

Author libri *de officio pij & Chriſtiani pacis verè amantis viri:* *Plerique ex ijs, qui ſibi ab Euangelio*
nomen ſumpſerunt, eam partem, quæ vetus Catholicorum & Romanæ Eccleſiæ nomen retinet, prorſus aſper-
1998 *nantur, qui quomodo à ſchiſmatis nota eximi poſſint, non video.*

Iacobi Pamelij ſententia de Primatu, deq́; ordine & modo eligendi Romanum Pontificem.

Iacobus Pamelius in Annotation. in Epiſtolam Cypriani 55. *Experientia certè ipſa nos docet, hæreſes*
ſolere ex ſchiſmate, id eſt, ſeparatione voluntaria ab Eccleſia, atq; adeo ab Eccleſiæ Capite, Romano, inquam,
1999 *Pontifice, initium ſumere.*

Idem in Epiſtolam Cypriani 52. *Sæpe variatus eſt mos eligendi Romani Põtificis. Primùm D. Petrus ſuos ſucceſſores deſignauit Linum, Cletum, & Clementem. Anacletus & cæteri vſq; ad ſecundum ſchiſma inter Damaſum & Vrſiſinum, Cleri & populi ſuffragijs creati ſunt, & ab Epiſcopis, ſi qui fortè præſentes eſſent, vt ex hoc loco colligere eſt. Tum autem in electione Damaſi interponi cœpit Imperatorum auctoritas. Et Primùm quidem in ſchiſmate duntaxat, ad ſedandos tumultus, vti à Valentiniano res compoſita eſt inter Damaſum & Vrſiſinum, ab Honorio inter Bonifacium & Eulalium, & à Theodorico Rege inter Symmachum & Laurentiũ. Deinde etiam extra ſchiſma, ne fortè tumultus contingeret. Imò eò res paulatim deuenit, vt ſine illorum aſſenſu conſecrationem ſuſcipere non auderent. Durauit hic mos ad Imperat. Conſtantinum 3. qui ſanctitate Benedicti 2. permotus, permiſit liberam, vti antea, poteſtatem ſoli Clero & populo Romano, eligendi & deſignandi Pontificis. Poſtea Adrianus Papa, conuocata ad hoc Synodo Lateran. Epiſcoporum 153. (quod antea nulli Imperatorum conceſſum fuit) etiam eligendi Pontificis ius (ob pulſos Italia Longobardos) Carolo Magno conceſſit. Illi tamen iuri paulò pòſt filius eius renũciauit, vt patet 63. diſtinct. apud Grat. C. Ludouicus. Sic libera denuò fuit Romanis electio & conſecratio Papæ per multum temporis vſq; ad Leonem 8. Qui cùm ab Othone primo vi & armis in Sede Apoſtolica collocatus eſſet: denuò à Clero & Plebe ad Imperatorem ius omne eligendi Põtificis tranſtulit. Hoc priuilegio vſi ſunt ſucceſſores Othonis, imò abuſi potius ad Henricum 4. vſq;. Quare iuſtiſſimis de cauſis iterum reuocatum eſt id ius ad Romanos à Gregorio 7. etiam paulò ante Pontificatum, ac occaſione ſumpta à ſchiſmate illo inter Benedictum, Silueſtrum & Ioannem, ſub Henrico Imperatore 3. Nam Stephanus 9. Nicolaus 2. & Alexander 2. ſine aſſenſu Imperatoris creati ſunt. Quod quum iterum ſurreptitiè per inſidias impetraſſet à Paſchali 2. Henricus 5. per ipſum Paſchalem denuò reuocatum eſt in Synodo Lateran. Poſtremò ad ſolos Cardinales ius eligendi Pontificis delatum eſt, quod quo tempore cœperit, non perinde conſtat. Nam etſi à Nicolao 2. tale quoddam Statutum promulgatum ſit, poſtea tamen adhuc aliquoties interceſſerunt Populi & Cleri Romani ſuffragia. Porrò Conſtitutiones de electione in Conclaui celebranda, editæ ſunt in Concil. Lugdun. à Gregorio decimo.*

Doctiſſi-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſsio.* | Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperato. Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

Hæreticis non vna, ſed duplex eſt Eccleſia.

b Præterea, duplicē Ecelcſiam excogitârūt Pſeudoëuangelici: vnam, quæ veram doctrinam profitetur, & Saeramētis rectè vtitur, quæ cerni qunq; poteſt, in qua ſunt multi verè pij, in qua ſunt & quidam hypoeritæ, ſed exterius in doctrina & Sacramentorū vſu conſentientes: alteram verè piorum ae electorū, quæ ſit columna & firmamentū veritatis, qui cœtus (inquit Illyricus in lib. de ſermo-

Doctores Catholici.

ſtiſsimis cōtradicit, tùm *portas inferi preualuiſſe* contra Chriſti promiſſum affirmat, tùm ſe illius obſcuræ Synagogæ mēbrum eſſe prodit, de qua Chriſtus dixit (Mat.24.) *Ecce in deſerto eſt, ecce in penetralibus.* Hæc enim ſunt obſeura loca. Sed quid conſulit nobis Chriſtus in iſta tentatione? *Nolite* (inquit) *exire, nolite credere*, nolite in deſertum exire: nolite ijs credere, qui oſtendunt Chriſtum in penetralibus. Chriſtus habitat *in domo Dei, quæ fundata eſt in vertice montium* (Iſaiæ 2.) & *eleuatur ſupra omnes Idololatrarū* & hæreticorum *colles*. Ciuitas eius non poteſt abſcōdi (Math.5.) quia ipſe Agnus Dei *eſt lux mundi* (Ioan.8.) & ille *prædicatus eſt gentibus, creditus eſt in mūdo, aſſumptus eſt in gloria* (1.Tim.3.) *& populi confitētur ei in æternum, & in ſæculum ſæculi.* (Pſal.44.)

Vnicam Chriſti Eccleſiam (in qua boni & mali fideles continentur) eſſe columnam & firmamentum veritatis.

b In Symbolo Nicæno: Confitemur *vnam, ſanctā, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiā.* Quinimò Chriſtus in Euangelio dixit: (Ioan.10.) *Fiet vnum ouile*, (ſeu grex vnus) & *vnus Paſtor.* Præterea Salomon ait Cantic.6. *Vna eſt columba mea.* nee iniuriâ: cùm Ec-

Idem Maximilianus 2.

Idem. Pius 4.

cleſia ſit *regnum*, quòd profectò non niſi vnum eſt: ſit *virgo, vni viro deſponſata*, (1.Cor.11.) ſit *Domus Dei, ſub vno patrefamiliâs Ieſu Chriſto agens* (1.Tim.3.). ſit denique velut vnum corpus, quod vni Capiti Ieſu Chriſto aptatur (1.Cor.12. Epheſ.1.) Cùm igitur ſit vna Eccleſia: quomodo iam dicitur eſſe duplex? Poteſt quidem vna eademq; Eccleſia duplicis eſſe conditionis, vt altera eius pars triumphet, altera militet: vt altera ſit ſana, & altera morbo affecta. Cæterùm iſtæ differentiæ non faciunt ipſam Eeeleſiam duplicem, ſed oſtendunt, alia & alia membra eiuſdem Eccleſiæ diuerſo in ſtatu ad tempus degere, donec malis paulatim à Chriſti cor-
1564 pore, inſtar noxiorum humorum, ſeparatis atq; eiectis, ſoli boni recipiantur in vitam æternam. Sunt, fateor, *mali piſces*, verùm in eodem *reti* cum bonis, Math.13. ſunt *quinque fatuæ virgines, & quinque prudentes*, verùm neq; illæ ſeorſim, neq; iſtæ cōſtituunt regnum cœlorum ſeu Eccleſiam, ſed *omnes decem ſimul.* Ita enim Dominus Matth.25. dixit: *Simile eſt* Regnum *cœlorum decem virginibus, quarum quinque erant fatuæ, & quinque prudentes.* Vnum eſt Regnum cœlorum, quod decem virginibus comparatur: ſed virgines illæ, quibus comparatur, non ſunt omnes eiuſdem pietatis & ingenij. Eodem modo Paulus ait (2.Timoth.2.) *In magna domo ſunt vaſa quædam in honorem, & quædam in contumeliam.* Sed vaſa tantùm ſunt, quæ diſtinguntur: *domus* verò vna, & non niſi vna eſt. Ineptiſsimè igitur hæretici diſtingunt Eeeleſiam, velut iſta ſit duplex: cùm nihil certius ſit, quàm eſſe vnam Chriſti Eccleſiam. ſed in illa vna Eccleſia ſunt etiam mali homines, qui doctrinam vnâ profitentur, & Saeramentis ritè vtuntur, clamantes, *Domine, Domine, aperi nobis*: quos tamen Chriſtus minimè agnoſcit, quia veſtem nuptialem, & oleum in vaſis ſuis, id eſt, charitatem erga Deum & proximum non habent. Sed quæ tandem cauſa eſt, ob quam Pſeudoëuāgelici duplicem iſtā Eceleſiam fingunt? Non alia certè, quàm vt iſta ratione, quoties Eecleſiæ Dei authoritate premuntur, id, quod obijcietur eis, effugere queant. Si enim dicimus illis, *Eccleſiam eſſe columnam & firmamentum veritatis*: reſpondent, hoc rectè affirmari de Eccleſia verè piorum, ſed non de illa Eccleſia, quæ ex bonis & malis conſiſtit, etiamſi ea veram doctrinam profiteatur, & Sacramenta rectè diſpenſet. At hoc ſi ita ſe habet, nihil egit Paulus, quando ad

Doctiſſima interpretatio verborum, quæ Dominus ad Petrum locutus eſt, Matth. 16.

Paulus de Palatio in c. 16. Matthæi, *Ego dico tibi: tu es Petrus*. Hæc Chriſti ad Petrum verba ſex
promiſsiones continent. *Prima: tu es Petrus, id eſt, vt Sainctes Pagninus & doctiſſimi interpretes nomẽ Sy-*
2000 *riacum accipiunt, Tu es Petra, ſeu robur & firmitas. Quo colligitur, Pontificatum Petri fore firmiſſimũ, & nun-*
quàm defecturum. Paulus enim dicit: Spirituali conſequente eos Petra: quaſi diceret, Iudæos in ſua peregrina-
tione ſemper Petram habuiſſe comitem: habebunt ergo & Chriſtiani ſuam Petram, id eſt, Pontificatum Petri
in comitem perpetuum. Philo enim dixit, aquas de Petra percuſſa prodeuntes nunquàm deſeruiſſe Iudæos per
2001 *deſertum. Secundò dictum eſt: Petra refugium herinaceis. Voluit igitur Chriſtus, Sedem Petri fore refugium*
omnibus iniuriam patientibus. Tertiò habet Iſaias: Attendite ad Petram, vnde exciſi eſtis. Igitur Abra-
ham erat Petra, vnde omnes Iudæi exciſi erant ſecundùm carnem: ideò iubentur, vt eum imitentur. Ita pro-
2002 *ponit nobis Dominus alteram Petram, Simonem: vnde exciſi ſunt, ſecundùm fidem, Chriſtiani, quem imitari*
debent. Verbum ergo Domini: Tu es Petra, ſignificat, Tu es Petra in ſeculum duratura: Tu refugium calamito-
ſis: Tu exemplum fidelibus.

Secunda promiſſio Chriſti ad Simonem eſt: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Quod hũc ſen-
ſum habet. Lapis ſuper quo tota ædificij moles ſurgit, primus eſt, & qui ſuper eo lapide non radicantur, ad ædi-
ficium non pertinent. Ita Petrus primus eſt in ædificio Chriſtiano. Quæ Petri maxima laus eſt. Iam qui cũ Pe-
2003 *tro non radicatur, & colligatur, ad ædificium Chriſtianum non ſpectat. Vt igitur Chriſtus lapis offenſionis eſt, in*
2004 *quem qui credit, non confunditur, qui verò offendit, conteritur: ita Sedes Petri Petra eſt, cui qui credit, nõ con-*
fundetur, qui non credit, perit.

Tertia promiſſio: Portæ inferi non prævalebunt. In portis iudices, conſilia, arma, hoc eſt, authoritas & potentia
2005 *vrbis. Deuter. 22. Gen. 22. & 24. Iob. 41. Nunquam ergo Petrus carebit Eccleſia. Siquidem totus infernus*
non prævalebit aduerſus Eccleſiam in Petro fundatam.

Quarta promiſſio: Tibi dabo Claues Regni cœlorum. Clauis vna, eſt authoritas docendi: (Luc. 11.) Tuliſtis cla-
uem ſcientiæ: altera clauis, eſt authoritas gubernandi, Iſaiæ 22. & Apocal. 1. Ergo cùm Dominus dat Claues Pe-
2006 *tro: dat Cathedram docendi, dat & imperium gubernandi in Eccleſia. Igitur omnes difficultates definire, ad eũ*
ſpectat. Habet enim Cathedram, licet ignorantiſſimus fingatur. Ita habetur in Cap. Maiores, de Baptiſmo, & 24.
q. 1. Canon. Quoties. Similiter addere miniſtros in Eccleſiam (à Cardinali ad Acolitum) ad Papam ſpectat, vt
ad Eliacim ſpectabat admittere in Templum. Item norma Miniſterij diuini, Altaris, Sacramentorũ, ad præ-
ſcriptum Papæ ſpectat, vt ad ſummum Eccleſiæ gubernatorem. Latiſſimæ ſunt hæ Claues, & tam latè patent,
2007 *quantum patet Eccleſia. Si enim Petro datur Cathedra: ergo ipſe definiet, quid ſit de fide, quid contra hæreſis.*
Definiet, quid ſit peccatum, quid contrà ſit iuſtum. Si item Petrus habet Eccleſiaſticum imperium, eius mãda-
tis (ſi iuſta ſint) parendum erit. Meditare verò, quòd Dominus dixit: Tibi dabo Claues regni: indicans, Claues
eſſe ſuper humeros, non ſub pedibus. Nam Chriſtus habet imperium ſuper humerum ſuum. Planè qui Clauibus
in ſuum commodum abutitur, is ſui, non Petri vicem gerit. Sicut Rex, qui propriam, & non communem quærit
vtilitatem, non Rex eſt, ſed tyrannus. Rurſum nota: non dicit: Tibi dabo Claues regni terrarum, ſed cœlorum.
Quomodo enim Chriſtus daret (certè quantum ad vſum) Imperium terrenum Petro, quem ipſe habere nole-
bat? Dixit enim: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Scio, Canoniſtas Imperatorem terræ facere Papam, ni-
xi quodam teſtimonio Nicolai Papæ, Tit. de Rom. Eccleſia. c. 1. Sed hanc rem ſi cognoſcere vis, vide Cap. Vnam
ſanctam, de Maior. & Ob. in Extrauagantibus communibus.

Quinta promiſſio eſt: Quodcunq; ligaueris, erit ligatum. Et ſexta promiſſio: Quod ſolueris, erit ſolutum.
Ex dictis habetur, Papam poſſe excommunicare, ex hoc, quòd ligare poteſt. Siquidem Cyprianus Epiſt. 2. Tom. 1.
per ligare, excommunicare intellexit. Secundò habetur, Papam in foro animæ peccata abſoluere, & ligare. Ita
Gelaſius Papa in Tomo de vinculo Anathematis cõfeſſus eſt. Tertiò habetur, Papã poſſe Indulgẽtias ex Chriſti
theſauro concedere. Hac enim ratione ab omni pœna, vel ab eius parte pœnitens abſoluitur. Quòd ſi abſoluitur,
abſolutus erit. Quartò habetur, Papam poſſe ligare pœnitentes, in Sacramento pœnitentiæ, ad pœnam pro pecca-
catis debitam, quicquid recentiores Theologi dicant. Quod enim ligaueris, ligatum erit.

2008 Idem in Argumento. *Me (inquit) ac mea Romanæ Eccleſiæ, & doctis iudicijs libentiſſimè ſubmitto.*

Hector

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1566	232. Pius 5. Alexādrinus Catechiſmum edidit, & Breuiarium ac Miſſale reformauit ex Tridentini Cōcilij Decreto.	Idem Maximilianus 2.

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

ſermone ſacrarum literarum) *magis creditur, quàm corporeis oculis cernitur.* Idē Magdeburgenſes docēt in Centuria 1 c.4.p.171.

Doctores Catholici.

Timotheum illam Epiſtolā ſcripſit, dicēs (1.Tim.3.) *Hæc tibi ſcribo, fili Thimothee, vt ſcias, quomodo te oporteat in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.* Ea igitur ſocietas hominum fuit *columna veritatis*, quacū Timotheus conuerſabatur. Ille verò conuerſabatur cum *ſenioribus, cum viduis, cum coniugatis, cum Iudæis conuerſis, cum gentibus, cum presbyteris, cum Diaconis, cum Neophytis, cum dominis, cum ſeruis* quos videbat & ſciebat. Nam de iſtis omnibus præcepta ſuo Timotheo Paulus dat in illa Epiſtola, docens, quomodo conuerſetur cum domo Dei, quæ eſt columna veritatis. Igitur iſti ipſi, quorum alij luxuriabantur in Chriſto, & alij obſecrandi, alijq́; arguendi erant, & fortè alij erant vaſa in honorem, alij verò in contumeliam: tamen iſti ipſi diffuſi per mundum vniuerſum conſentientes in fide cum fratribus ſuis erant *columna & firmamentum veritatis.* Eccleſia igitur, quæ columna veritatis dicitur, nō eſt illa tantùm, quæ conſtat ex verè pijs, quæq́; non cernitur corporeis oculis, ſed etiā ea ipſa, quam Timotheus & quilibet alius vir fidelis & audit, & cernit, & nouit, & cum illa conuerſatur: quia Catholici omnes illa Eccleſia ſunt, de qua Paulus loquitur. Nam & mali veritatem Euangelij prædicant in Eccleſia (Math. 23.) etiāſi vel ob *lucrum temporale*, (1 Cor.9.) vel ob *inuidiam & contentionē* (Phil.1.) id agāt. Quid quod à recta ratione alienum eſt, vt Eccleſia, quæ non videtur, dicatur *colūna & firmamentum veritatis*? Cui enim vſui veritatem firmaret Eccleſia, ſi ea interim à nemine videretur? Nam veritas, quæ in ſublime erigitur ab Eccleſia, & quæ fundatur & ſtabilitur in illa, certè & aliquibus ſpectāda proponitur, & ob infirmiores confirmādos tam ſtabilem ſedem ſortitur. Verùm ſi Sedes ipſa nō videtur, nec veritas quidem, quæ in ea Sede cōſtituitur, videri poteſt. Nam ſi dicat quis, Chriſtum in vna perſona duas complecti naturas, ſuadeatq́; illam eſſe veritatem, quia Dei Eccleſia illam fidem proponit & ſuſtentat: alius verò dicat, ſed iſta Dei Eccleſia, quæ veritatem ipſam in ſe fundatam habet, cerni oculis corporeis non poteſt, ac propterea neſcimus, vtrum hæc veritas, quam tu ſtatuis, à verè pijs ſuſtentetur & defendatur, nec ne: Nónne hac ratione inanis & ſuperuacanea eſt probatio, quæ ab Eccleſia petitur? Verùm Apoſtolus (1.Cor 15.) cùm reſurrectionem & Chriſti & mortuorum inde probaret, quia *ſic prædicauimus, & ſic credidiſtis*, doceretq́; *fidem Chriſtianorum inanem eſſe non poſſe*: ille profectò veritatem oſtendit in Eccleſia viſibili fundatam & ſtabilitam. Viſibilis igitur Eccleſia ex bonis & malis conſiſtens, eſt colnmna & firmamētum veritatis. Licet quippe neſciamus, qui ſint prædeſtinati: ſcimus tamē eā Eccleſiā, extra quā nullus poteſt eſſe prædeſtinatus.

c Heluetij videntes, Illyrici & Magdeburgenſium opinionem de Eccleſia duplici nō eſſe Scripturis ſacris cōſentaneam, in confeſſione edita an. Domini 1566. c.17. fatentur, vt vnū Deum, & vnum Mediatorem, ſic vnum Paſtorem, vnumq́; Gregem, ſeu Eccleſiam eſſe, & deinde non ipſam, quæ vna eſt, verùm ipſius membra ita diſtingunt,

Eccleſiam Dei ſemper eſſe columnam veritatis, nec eam poſſe Chriſtum deſerere.

c Si verbo Dei, quod abſq; omni adiunctione profertur, conditionem, quæ in eodem Dei verbo non exprimitur, adijcere cuiquam licebit: actum eſt de Scripturarum atq; omni Eccleſiaſtica fide & authoritate. Apoſtolus (1.Tim.3.) dicit, *Domum Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viui, eſſe columnam & firmamentum veritatis.* Tu de tuo loquens (& propterea mendacium loquens, Ioan.8) adiungis, Eccleſiam eſſe columnam veritatis, ſi quidem adhæreat Chriſto: alioqui non eſſe mirum, ſi erret. Atqui Spiritus ſanctus, qui dixit, Eccleſiam *eſſe columnam & ſtabilimentum veritatis*, non hoc ſub conditione protulit: quia & præuidit, &

 prouidit,

Hector Pintus in Ezechielem.c.36. *In vrbe Roma conſtituit Diuus Petrus Cathedram ſuam, Deo ita*
2009 *præcipiente, & Eccleſiam hanc Romanam rexit idem Petrus Apoſtolorum Princeps, eiuſq; ſucceſſores Summi Pontifices.*

Idem c.44. *Si Deus Synagogæ prouidit, tribuens ei Pontificem Maximum, qui vltimam ferret ſententiam, ne tota corrueret Reſpublica illa: qui fieri poterat, vt Eccleſiæ non prouideret, quam ſuo ſanguine acquiſiuit, quā admirabili amore proſequitur, pro qua vitam in Crucis ara profudit? Thronus ille antiquus Cathedræ Apoſtolicæ imaginem gerebat, & ſupremus ille Sacerdos & iudex ſummum noſtrum Pontificem adumbrabat, vniuerſalem totius Eccleſiæ Paſtorem & Magiſtrum, ad quem pertinet, controuerſias de fide & Religione componere & definire. Si nauis abſq; Nauclero gubernari non poteſt, ſi humanum corpus abſque capite non exiſtit, ſi ouile abſq; paſtore direptioni committitur, ſi ciuitas abſq; Gubernatore euertitur & ad excidium & vaſtitatem vocatur: qui fieri poteſt, vt Eccleſia Catholica ſit nauclero, capite, paſtore, & gubernatore deſtituta, cùm ſit nauis, corpus, ouile, & ciuitas ſupra montem ſita, vt litera Diuina teſtantur? Eſt igitur confitendum & profitendum,*
2010 *Romanum Pontificem, qui re vera eſt immediatus Chriſti Vicarius & Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſor, & totius Eccleſiæ Caput, habere ſupremam in Dei Eccleſia poteſtatem & authoritatem: ad ipſumq; eſſe maiores & difficiliores cauſas deferendas, vt ipſe eas definiat & quæſtiones dirimat & abſoluat.*

Gulielmus Lindanus Epiſcopus Ruremundenſis, in Panoplia, lib.4.c.83. *Cùm Diuus Petrus Apoſtolus Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus Romæ 25. annis (ait Hieronymus in Catalogo) Cathedram ſacerdotalem tenuerit: fieri non poteſt, quin Epiſcopus illi mortuo ſuccedens in eadem Cathedra ſacerdotali, in iis prorſus omnibus ſuccedat priuilegiis atque prærogatiuis, quas dudum ex Scriptorum vetuſtiſſimorum Com-*
2011 *mentariis recitauimus, quòd videlicet Romanus Epiſcopus totius familiæ Chriſti ſit Oeconomus, & ſeruus præpoſitus, vti appellat Cyprianus, totiuſq; ouilis Chriſti Paſtor atq; Caput. Quòd enim Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus verè credatur D. Petri Apoſtoli ſucceſſor, hinc liquidò efficitur, quòd veteres Orthodoxi Scriptores ſanctiſſimi non modò hoc illum nomine appellant, vti Hieronymus: Cū piſcatoris ſucceſſore loquor (Epiſt. ad Damaſum) & de Anaſtaſio in Petri Cathedra ſucceſſore (Epiſt. ad Marcum Celed.) vti & Auguſtinus (Epiſt. 162.) ſed illam quoq; indubitatam eſſe credendam docuère Chriſti Domum & Eccleſiam, in qua Romanus Pōtifex præ-*
2012 *ſideret. Romana enim Cathedra nota, tanquam cœlum Sole, cenſuerunt veram Chriſti Eccleſiam in hoc mūdo & agnoſcendam, & à Schiſmaticorum conuenticulis diſcernendam. Si enim eos percunctêris ſuis adhuc in ſcriptis loquentes, vbinam locorum ante annos mille, hoc eſt, ſua ætate, fuerit Domus Dei à Chriſto in terris fundata, veraq; Chriſti Eccleſia Catholica: mox audies, vbi Romanus Epiſcopus præeſt Paſtor. Sic D. Ambroſius ſua ætate domum Dei totam, à Paulo veritatis fundamentum atque columnam dictam, Damaſum gubernaſſe teſtatur, Comment. in Cap.3. ad Timot.1. D. Hieronymus quoq; hunc eundem Damaſum profitetur Petri & fidem, & Sedem tenere, Epiſtola ad eum data.* Pòſt autem c.84 & deinceps probat, *Romani Pontificis Primatum non tantùm ex Epiſcoporum cuiuſque nationis ad Epiſcopum Romanū appellatione, aut improborū excommunicatione, ſimul & electione, atq; electorum confirmatione, ſed ex Conciliorum etiam vniuerſalium tùm approbatione, tùm damnatione, Epiſcoporum quoque vel per Concilia damnatorum abſolutione, ac eiectorum reſtitutione, Patriarcharum deniq; omnium, poſt longa cum illo diſſidia, reconciliatione.*

2013 Gulielmus Eyſengreinius Centenario.1.par.1.Diſtinct.1.de Summis Pontificibus &c. *Doctrina eſt Catholica, ſine Papæ auctoritate Concilium nullum eſſe.* Idem Pio Quinto ſub titulo *Pontificis Maximi* Centenarios ſuos dedicat, & in Epiſtola Dedicatoria Chriſtianorum Rempublicam appellat *Petri nauiculam.*

Catechiſmus Tridentinus de Ordinis Sacramento. *Catholica Eccleſia Romanum Pontificem maximū totius orbis terrarum Patrem & Patriarcham ſemper venerata eſt. Cùm enim in Petri Apoſtolorum Principis Cathedra ſedeat, in qua vſque ad finem vitæ ſediſſe conſtat, ſummum in eo dignitatis gradum, & iuriſdictionis amplitudinem diuinitus datam agnoſcit. Quamobrem omnium fidelium, & Epiſcoporum, cæterorumq;*
2014 *Antiſtitum, quocunque illi munere, & poteſtate præditi ſint, Pater, ac moderator: vniuerſali Eccleſiæ, vt Petri ſucceſſor, Chriſtiq; Domini verus & legitimus Vicarius, præſidet.*

Georgius Ederus in Præfatione Partitionum Catechiſmi Catholici ad Senatum & Academiam Colonienſ. *Accedit huc Pontificis noſtri, & re, & nomine verè Pii, maxima, nec temerè vnquam violanda*
2015 *authoritas: quem vt Principis Apoſtolorum B. Petri agnoſcimus ſucceſſorem: ita diuinitus eum afflictiſſimæ nunc Eccleſiæ in præſidium quoddam ſingulare datum eſſe, minimè dubitamus.*

Alanus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*	*Doctores Catholici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1566	Idem Pius 5.	Maximilianus. 2 Imp.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

gũt, vt alia triumphent, alia militent. Sed cùm ad rem, qua de agimus, hoc eſt, ad columnam & firmamentũ veritatis ventum eſt, ita ſcribũt: *Non errat Eccleſia, quàm diu innititur Petræ Chriſto, & fundamento Apoſtolorum & Prophetarũ. Nec mirum, ſi erret, quoties deſerit illum, qui ſolus eſt veritas.* Illi ergo putãt columnam veritatis errare poſſe, quia putant Eccleſiã poſſe deſerere Chriſtum.

Doctores Catholici.

prouidit, vt Eccleſia ſemper adhæreret Chriſto, vtpote quæ Sponſa ipſius eſt. Iam enim *nõ ſunt duo, ſed vna caro*, imò & *vnus Spiritus*, quia Deus *Spiritũ ſuũ in Eccleſiam diffudit abundè per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Tit.3. *Et quod natum eſt de ſpiritu, Spiritus eſt.* Ioan.3. Iſta igitur Chriſti & Eccleſiæ coniunctio, tã quoad carnẽ, quã Chriſtus accepit de noſtro, quàm quoad Spiritũ, quem nos accepimus de ſuo (nã *de plenitudine eius omnes accepimus*, Ioan.1.) perpetua eſt, nec vllo modo violari aut diuelli poteſt. *Et ſponſabo te mihi in æternum*, ait Dominus ad Eccleſiam, Oſeæ 2. Et, Math.16. *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Et Matth.28. *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſummationẽ ſeculi.* Et, Ioan.16. *Cùm venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ.* Quibus ita cõſtitutis, tã certũ eſt, Eccleſiã errare aut Chriſtũ deſerere nõ poſſe, quàm certũ eſt, Chriſtum fallere, aut mẽtiri nõ poſſe. Illa igitur Eccleſia Chriſti quæ tũ viſibilis, tùm ſemper illuſtris apparet, quæque vna ſola eſt, & ex bonis & malis in hac vita conſiſtit, illa ipſa eſt colũna & firmamentũ veritatis, & ideo errare nõ poteſt. Deinde oẽs Euãgelici concedũt, electorũ Eccleſiã nõ poſſe Chriſtũ deſerere. Sed eadẽ eſt fides electorũ, & eorũ, qui reprobi ſunt, quàm diu manẽt in vna domo, & in vno ouili (*eſt enĩ vnus Dominus, & vna fides*, (Epheſ.4.): certum igitur eſt, quòd illa Eccleſia Dei, in qua ſunt ad tẽpus etiã reprobi (Gal.4. ſicuti Iſmael eſt in vna domo ad tẽpus cũ Iſaac) non poteſt à Chriſto deſeri, ne ſimul cũ paleis deſeratur & triticum. quod fieri nõ poteſt.

[d] Omnes horum temporum hæretici dicunt, veras Eccleſiæ Dei notas eſſe Ver-

Quæcunq; ſunt veræ notæ, per quas Eccleſia Dei cognoſcatur, Proteſtantium & Pſeudoeuãgelicorum Eccleſias nõ poſſe vllo modo veram Dei Eccleſiam eſſe.

[d] Quia multæ ſunt hominum ſocietates in mundo, & penè ſemper fuerunt, quæ appellant ſe veram Dei Eccleſiam: non ſatis ad propoſitum accommodatè loquuntur, qui legitimam Verbi prædicationem, & legitimum Sacramentorum Chriſti vſum, pro notis Eccleſiæ Dei adhibent. Nam quælibet congregatio dicit, ſe vtraque hæc habere & obſeruare. Oportuit igitur & illud explicare, quænam ſit legitima Verbi prædicatio, & quis legitimus Sacramentorum vſus. Nec illud ſuffecerit, vt dicas, oportere Sacramenta ſecundùm Dei Verbum adminiſtrari. Quærimus enim, quódnam ſit Dei Verbum? Si tu Scripturas profers: primùm dico, te omnes non proferre: quia libros Machabæorum, alioſq; multos à Canone Eccleſiaſtico reijcis, quod antiqua Eccleſia non fecit, vt cõſtat ex Canone quem Innocentius Gelaſius, Auguſtinus & multa Concilia olim propoſuerũt, de quibus rebus alibi dictum eſt. Deinde quas profers Scripturas, priuata interpretatione detorques à vero ſenſu, quod facere non licet, 2. Pet.1. Tum autem ſolum ſcriptum Verbum recipis, cùm illud, quod non in codicibus, ſed *in cordibus fideliũ ſcribitur*, & ab Apoſtolis acceptũ per manus traditur nobis, ſit veriſsimũ Dei Verbum. Hier 31 Heb.8 & 10. 2. Theſſal.2. Donec igitur has & alias cõtrouerſias, quæ occurrunt, ita expreſſeris, vt ſtatim appareat, quæ dicatur legitima Prædicatio, & quæ legitima Sacramẽta: nihil attuliſti, quo Eccleſia Dei planè ac perſpicuè internoſci queat. Nos verò ſucceſsionem & concordiam innumerabilium Epiſcoporum ab Apoſtolorũ ætate vſq; ad hæc tempora, in varijs gentibus non ſine ingenti miraculo, per Concilia plurima roboratam & continuatam, dicimus eſſe veram

Eccleſiæ

Alanus Copus in Dialogo 1.c.20. *Nos Catholici firmiter aſſerimus, & omnino contendimus, Chriſtum*
ſuæ vniuerſæ Eccleſiæ ſolum Petrum præfeciſſe, in cuius vicariam poteſtatem Romani Pontifices ſuccedunt. Vnã
2016. *eſſe Chriſti Eccleſiam, quæ & inter ſe, & cum ſuo Paſtore patiſſimùm in fide conſentiat, cum quo reliqua mẽ-*
bra congruere debeant, omnis humana & diuina ratio poſtulat. Quare in rebus fidei controuerſis, & eius do-
gmat ſanciendis, nihil eſt citra eius conſenſum, vel certè nihil omnino contra eius ſententiam conſtituendum.
(Et pòſt) *Omnia rerum terreſtrium & cœleſtium exempla, ad vnam quandam in vniuerſis rebus originem,*
principatumq́; nos deducunt. In homine certe, quem μικρὸν κόσμον *appellant, omnia corporis membra ad vnũ*
capitis imperium reguntur. Et eam demum optimè conſtitutam Rempub. Philoſophi definiũt, quæ ab vno Prin-
cipe adminiſtratur. Vnde & Homerus: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. *Et eo demum tempore*
Chriſtus naſci dignatus eſt, quo vnius ſolius Imperio Romanus orbis gubernabatur. Si dimiſſis Philoſophis, ve-
terum Iudæorum Rempub. à Deo inſtitutam conſyderemus, quæ ſine controuerſia typus noſtra fuit: vnus Ponti-
fex cæteris omnibus Sacerdotibus præerat, cui non paruiſſe, capitale fuit. Si inferiora iſta nihil nos moueãt, quid
dicemus ad primum illud, vt philoſophi appellãt, Mobile, quod ſuo curſu Solem, Lunam, Stellaſq́; ſecum trahit? Id
deniq; in rebus naturalibus veriſſimum eſſe conſtat, vt quò quidq; ſuperius, & eminentius ſit, eò magis ad hãc
vnitatem tendat. Sed altius adhuc erigamur. Inter tot Angelorum millia, ſinguli ſuos ordines, & ſinguli ordines
ſuos Principes habent. Atq; ita tandem omnia, & cœleſtia, & terreſtria ad vnum in cœlis Principem & Deũ
reuocantur. Quid ergo? Cùm omnia in hac vniuerſitate rerum, ſiue in cœlo, ſiue in terra, ad originem & caput
quoddam redigantur: ſolam Chriſti Eccleſiam, quã ſuo ſanguine expiauit, & quam optimo & pulcherrimo or-
dine conſtat eſſe diſpoſitam, tanti boni expertem, & ἀκέφαλον *faciemus? Et cùm ſingulæ familiæ ſuos Domi-*
nos, ſingulæ Reſpublicæ ſuos Principes, ſingulæ Diœceſes ſuos habeant Epiſcopos: tota Eccleſia ſuo in terris Capite
2017. *carebit? Vbi eſt ergo illud in Eccleſia vel Philoſophis tam tritum, bonum commune & latè patens, præſtantius*
& diuinius eſſe, quàm quod in arctum anguſtumq́; concluditur. Solem, Solem certe mundo potius, quàm hũc tã
pulchrum & neceſſarium ordinem Eccleſiæ eripi patiemur: quo omnia gradatim & ordinatim ad Petri in ter-
ris Cathedram, tùm ad Chriſtum ipſum, & Deum deniq; Patrem, tam in terris, quàm in cœlis ſummum Prin-
cipem decurrunt.

Renatus Benedictus in locorum Scripturæ expoſitione in c. Matth. 16. *Cùm Chriſtus in cœlos con-*
ſcenderit, nec viſibiliter in Eccleſia aliquid miniſtret, operæpretium & neceſſarium eſt, in ipſa eſſe aliquẽ Mi-
niſtrum viſibilem qui eius vices ſuppleat, & hominibus corporatis, corporaliter & ſenſibiliter diuina & ſacra
per corporata & ſenſibilia miniſtret. Talis fuit primus B. Petrus, cui etſi reliqui Apoſtoli in Apoſtolatus voca-
tione, & verbi Dei prædicatione pares erant: ipſo tamen in regenda Eccleſia inferiores fuerunt. Hoc dilucidũ
fit ex Actis Apoſtol. in quibus ſcribitur, in Apoſtolorũ conſeſſibus, B. Petrum primùm loqui ſolitum. quod
ita minimè feciſſet, niſi à Domino in Primatum miniſterij ſe vocatum cognouiſſet. Hoc confirmat hic locus, vbi
ſpeciatim dictum eſt ei: Dabo tibi Claues regni cœlorum: &, qui ſcribitur, Luc. 22. vbi ita dicitur: Rogaui pro te,
Petre, vt non deficiat fides tua: tu ergo conuerſus confirma fratres tuos: vt etiam is, qui ſcribitur Ioan. 21. cap.
Vbi poſtquam eum Chriſtus ter interrogauit, an ſe plus quàm alij diligeret, dixit ipſi: Paſce oues meas, paſce
agnos meos. In Eccleſia igitur ex ordinatione Chriſti, quæ eſt ordinatiſſima, eſt quidã primus & præcipuus mi-
2018. *niſter eius Vicarius, quem qui non agnoſcunt: Chriſtum, qui hanc ipſi delegauit poteſtatem, rectè agnoſcere non*
poſſunt. Qui enim miſſum à Deo ſperuit, Deum ipſum ſpernere, aſſerit ſacra Scriptura. Nulla quoq; illorum eſt
ratio, qui dicunt, ſummos Pontifices falsò gloriari de tali Prælatura, quia dictum eſt, Tibi, non autem adiectum
eſt, & Succeſſoribus tuis. Nam talis poteſtas & adminiſtratio data eſt ipſi Petro, non propter ipſum, ſed propter
Eccleſiam, quæ cùm duratura ſit vſq; in finem mundi, certum eſt, talem poteſtatem & adminiſtrationem nunc
in ea requiri non minus, quàm tempore Apoſtolorum. Semper enim ouibus opus eſt paſtore, ignaris Doctore, &
infirmis Directore atq; Gubernatore. (Et pòſt.) *Etſi ſummus Pontifex hodiernus ſucceſſit B. Petro in*
poteſtate gubernandæ Eccleſiæ, non tamen in Apoſtolatu. Nec ſanè illis calculum meum addiderim, qui affir-
marent, Epiſcopos noſtros non à Papa, ſed à ſolo Chriſto immediatè mitti & penoère. Etenim ſi vnus non ſit
in Eccleſia miniſter, cui omnes obediant Chriſtiani, & à quo reliqui Chriſtiani, mittantur & dependeant. non
ſatis ſanè video, qua ratione Eccleſia Catholica vna poſſit dici. Apta eſt huic propoſito figura, quæ præceſſit in
2019. *communicatione Spiritus Sancti, qui erat in Moyſe.*

Martinus Cromerus de falſa Lutheranorũ religione lib. 1. *Omnes Chriſtiani fuerunt ac debent eſſe ſub*
2020. *vno Præſide & Paſtore, non tantum Chriſto, ſed & Papa Chriſti Vicario, & ſucceſſore D. Petri, cui Chriſtus*
(Math. 16.) Claues Regni cœlorum tradidit, & oues agnoſq́; ſuos (Ioan. 21.) paſcendos & regendos commen-
dauit.

Fran-

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1567.	Idem Pius. 5.	Idem Maximilianus. 2 Imp.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

Verbum Dei legitimè annunciatum, & Sacramenta ritè adminiſtrata.

Doctores Catholici.

Eccleſiæ Dei notam: vtpote conſentaneam illi Eccleſiæ ſplendori, quem Prophetas & Euangelia prædixiſſe, paulò antè oſtendimus. Nec enim vlla res tã mirabilis in mundo vnquã permanſit, quàm iſta, aut quæ Incarnationem Chriſti certius & inſignius conteſtetur. Adeo vt Magdeburgenſes etiam inuiti hãc ipſam notam ſequantur in hiſtoria ſua Eccleſiaſtica: & per illam demonſtrent Eccleſiam Dei, ad ſuam ipſorum inexcuſabilem condẽnationem. Sed his hoc tempore omiſsis, illud vnũ dico: quæcunq; prædicatio Verbi, & quicunque Sacramentorum vſus vera Eccleſiæ Dei nota ſit, per illam ipſam notam clariſsimè probari, quòd Proteſtantium Eccleſia non ſit vera. Nam illi non poſſunt oſtendere, quòd Verbum Dei per omnes ætates in multis gentibus fuerit aut bene, aut male, aut omnino, per aliquot ſecula ſecundùm eam fidem, quam illi ſectantur, prædicatum: nec etiam, quòd Sacramenta vllo modo per omnes ætates in multis gentibus adminiſtrata ſint, ſicuti nunc ab illis miniſtrãtur. Dent mihi gentes aliquot, ſi nõ eaſdẽ perpetuò, at certè nunc has, nũc illas, modò ſemper aliquas, quibus prædicatũ ſit, quæq; omni ætate crediderint, & prætulerint, *Euchariſtia celebrationem Sacrificium non eſſe.* Oſtendant Baptiſmũ ſine Oleo, ſine ſigno Crucis, ſine candida veſte, ſine exorcizatione, & alijs eiuſmodi cæremonijs vllibi in mundo per omnia ſecula adminiſtratum. Dent populum Chriſtianũ per omnia ſecula ſine profeſsione ſacrarum virginum, & Sacerdotum: quod ſine controuerſia nunquàm poterunt facere. Fatentur quidem iam illi, Eccleſiam eſſe, ac ſemper fuiſſe viſibilem: Paſtores in illa & Sacramenta nũquàm defuiſſe, in hiſtoria ſua Eccleſiaſtica demonſtrãt. Sed non oſtendũt in tot gẽtibus Græcis, Latinis, Barbaris, quot ibi recenſent, non oſtendunt vllã ſeriẽ hominũ, ac multò minus gentiũ, quæ Baptiſmum in Eccleſia per Chriſti miniſtros abſq; oleo, Cruce, ſale, & lumine, per omnes ætates, imò per vllas ætates adminiſtrauerit. Quid igitur quærimus? Si Eccleſia vera & prædicatione, & Sacramentis indiget, nec iſti poſsint non modò legitimũ, ſed nec vllum omnino Sacramentorum vſum quem ipſi approbent, proferre: vtique ipſi non poſſunt vera Dei Eccleſia vllo modo eſſe.

ᵉ Oẽs Lutherani, Zuingliani, Caluiniſtæ, Anabaptiſtæ, Libertini, Trinitarij vna

Eccleſiam Romanam cum ijs Eccleſijs, quæ manent in ipſius communione, veram Dei Eccleſiam eſſe.

ᵉ Si Eccleſia Domini *Ciuitas eſt in monte ædificata, quæ non poteſt abſcondi* (Matth. 5.) *ſi lucernam in candelabro poſitam habet, quæ lucet tam omnibus, qui in domo ſunt, quàm ijs, qui domum Eccleſiæ ingredi cupiunt* (Lucæ. 8.): ſine omni controuerſia nec fuit vnquàm, nec adhuc eſt vlla multitudo Chriſtianorum vſpiam in mundo cõgregata, quæ iam inde à prima Petri Apoſtolorum Principis ad vrbem Romanam acceſsione vſq; in hodiernum diem tã longè ab omni occultatione abfuit, & tam clarè lumẽ præbuit tùm ijs, qui prius eſſent fideles, tùm barbaris gentibus, quæ ad fidem Chriſtianã deinceps cõuertendæ forent, quàm Eccleſia Romana. Et ſanè Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. 13. c. 13. ſic habet: *Ieremias docet, Eccleſiam Chriſti ipſam eſſe prædictam, quæ omnibus eminet & apparet. Ipſa eſt enim Sedes gloriæ.* Et c. 17. *Propter hos motus paruulorũ, qui poſſunt ſeduci ab hominibus, Dominus* (inquit Auguſtinus) *prouidens ait:* Matth. 5. *Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.* Auguſtinus igitur tã ſecundùm Prophetias, quàm Euangelia, nõ dubitat illã eſſe verã Chriſti Eccleſiã, quæ omnibus ita eminet, vt abſcondi non poſsit. Conſtat verò, Eccleſiã Romanã omnibus ſemper præluxiſſe, hodieq; eminere. Nã illius fides ante annos mille quingẽtos (Ro. 1.) *annunciabatur in vniuerſo mundo.* Illius Pontifex omnium Patriarcharum primus vniuerſi orbis confeſsione habitus eſt in Cõcilio primo Conſtantinopolitano. Illa Eccleſia nũquàm defecit ab Apoſtolica fide: id quod omnes Eccleſiaſticæ hiſtoriæ

Franciſci Vargæ ſententia de Primatu Romani Pontificis.

Franciſcus Vargas in reſponſo de Epiſcoporum iuriſdictone, propoſitione 4. & deinceps. *Pote-*
ſtas iuriſdictionis externa, quæ ad politicam Eccleſiæ gubernationem ſpectat, & ad quam hæc omnia (excom-
municare, ab excommunicatione abſoluere, diſpenſare, caſus reſeruare, Indulgentias, & beneficia, atq; id genus
alia conferre, leges ponere, ſtatuere, punire, pœna & præmio afficere, tandem Eccleſiaſticam Hierarchiam mode-
rari) pertinent & referenda ſunt: eo, dico, poteſtas non modò à Summo Pontifice ad Epiſcopos deriuata cenſe-
2021 *tur, ſed in eo etiam tanquàm in fonte repoſita eſt, ab eoq; ad alios, ſeu per riuulos & canales quoſdam transfun-*
ditur, atq; ab eo immediatè promanat, id quod Catholica veritate, plurimis fundamentis ac confirmationibus
innixi, affirmare cogimur. Primò, quia Petro tãquàm Eccleſiæ fundamẽto, quod ſibi Chriſtus ſubſtituit (Mat. 16)
plenariam pollicitus eſt Clauium poteſtatem, quam Ioannis vltimo contulit. Quapropter Petrus, tanquàm qui
perpetuò futurus erat Caput, eam plenitudinem ſuſcepit, non modò vt Apoſtolus, ſed vt Chriſti Vicarius, cuius
2022 *authoritas permanſura erat in eis, qui in eandem Sedem ſuccederent. Hoc enim Petrus, quemadmodum Theo-*
logi inquiunt, habuit ſingulare, tanquàm Caput, quòd cæteris Apoſtolis data erat poteſtas tantùm perſonalis, non
ſucceſſura ſcilicet in alios, niſi per authoritatẽ Petri. Quò fit, vt etſi Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum dicantur,
2023 *illam tamen authoritatem non ſuſcipiant, niſi per Romanum Pontificem Petri ſucceſſorem: tãtum abeſt, vt po-*
teſtas iuriſdictionis, quæ politicam Eccleſiæ gubernationem ſpectat, Epiſcopis iure proprio abſq; ſummi Pontifi-
cis conceſſione abueniat. Papa enim in Eccleſia Paſtor eſt, Rector & diſpenſator, quem Dominus conſtituit ſu-
per familiam ſuam: eſt idem & Princeps, & tanquàm Rex, & Imperator. Sic enim Chriſtus rem Eccleſiaſti-
cam adminiſtrari voluit, vt ex ijs Reipublicæ formis, quas viri ſapientes iuſtas eſſe tradiderunt, & naturales, nõ
popularem illam, aut eam quæ dicitur Optimatum (vt falſo ab hæreticis prædicatur, qui cæteros Epiſcopos pares
2024 *faciunt Pontifici Romano) ſed eam tãtum, quæ Regia dicitur, potiſſimam omnium, & præſtantiſſimam imita-*
retur, in qua Imperij ſumma ad vnum aliquem virtute præſtantem virum deferretur, qui partim iuſtis le-
gibus, & optima ratione inſtitutis, partim ſua prudentia ſapientibus etiam viris, ſi res poſcat, adhibitis, ciuitates,
ac populos, & rem communem, ac vniuerſam deniq; Eccleſiaſticam Hierarchiam moderetur, ita vt hæc infe-
rior militans, ad exemplar illius triumphantis, inſtituta appareat, dicente Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta,
Apoc. 21. Vidi ciuitatem ſanctam, Hieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo, à Deo paratam ſicut Sponſam or-
natam viro ſuo, & audiui vocem magnam de Throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, &
habitauit cum eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis, erit eorũ Deus. Secundò Apoſtoli neceſſariò
ſucceſſores ex immediata Chriſti inſtitutione minimè relinquere tenebantur. Verùm quia omnis Clauiũ pote-
ſtas in Eccleſia erat permanſura, & Chriſti Vicarius futurus erat perpetuus, vt ſtatim dicemus: fit, vt per illum,
in quo pleniſſima eſſe dignoſcitur, in alios omnes diffundatur. Inquiunt enim Theologi omnes, quòd Chriſtus
non aliter Eccleſiæ, vti bonus paterfamiliâs, rectè conſuluiſſet: ni defuncto Petro, ſimilis eidem fuiſſet ſuffectus
alius, atque alius, & ſic deinceps vſque ad ſeculi conſummationẽ. Atqui neceſſitas hæc relinquendi ſucceſſores
2025 *in Petro peculiare quiddam fuit, non item in Apoſtolis, quamuis eorum loco Epiſcopos in Eccleſia ſurrexiſſe*
videamus. Tertiò, nemo Apoſtolis vnquam in iuriſdictione plenaria, quam illi obtinuerunt in totum orbem,
ſucceſſit præter Rom. Pontificem. Quartò, quòd Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores dicantur, duplici de cauſa
fit: primo quia ſicut Apoſtoli poſt Pentecoſten primi erant in Eccleſia Magiſtratus, ſub Petro tamen eorum
Principe, id quod conſultò ſemper repeto, ita decedentibus illis, ſub Petro eiuſque ſucceſſoribus, primos Magiſtra-
tus Epiſcopi in Eccleſia obtinuerunt. Secunda eſt, quia etſi poteſtas illa Apoſtolorum plenaria & vniuerſalis,
tanquam quid extraordinarium, Chriſtiq; peculiari delegatione conceſſum, ad Epiſcopos non tranſierit, & vnà
cum Apoſtolis, ipſis decedentibus, interierit, vt probatum exiſtit, & veriſſimum eſſe conſtat: erat tamen in eis
alia Epiſcopalis poteſtas, quæ ad ſucceſſores erat deriuanda, nimirum particularium Eccleſiarum cura. Nam &
ſinguli Apoſtoli ſua quoq; Eccleſias obuenerunt, dum ad Epiſcopale munus melius obeundum, vniuerſum or-
bem inter ſe partiti ſunt. In particularibus igitur Eccleſiis cùm in partem ſolicitudinis Epiſcopi tantummodo
vocati ſunt, ſucceſſores meritò appellabuntur, ſed non eo modo, eaq; dignitate, qua Apoſtoli, quemadmodum ſu-
ſius explicabimus. Illi namq; immediatè à Chriſto eam poteſtatem acceperunt: at Epiſcopi non ita, ſed per Pe-
trum eiuſq; ſucceſſores. Quintò, eſt de neceſſitate ſalutis tenendum, quòd Eccleſiaſtica Petri, & aliorum ſum-
2026 *morum Pontificum iuriſdictio, non ab hominibus ſit, ſed à Chriſto Domino immediatè inſtituta, ab quo etiam*
Epiſcoporũ, & aliorũ inferiorũ iuriſdictio in ſua origine, de iure diuino eſt ſic in genere & cõmuniter loquẽdo.
Chriſtus enim Dominus videns, Eccleſiã ſuam per iuriſdictionẽ in vno tantùm Põtifice exiſtentẽ, gubernari
commodè non poſſe, voluit quòd in ea plures Præpoſiti inſtituerentur, quos Petrus eiuſq; ſucceſſores in partem
ſolicitudinis aſſumerent, & prout ſibi in Domino viſum foret, diſtribuerẽt, & demũ iuriſdictionẽ eis cõferrent.
Dixit

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

vna voce clamant, Eccleſiam Romanã minimè eſſe veram Dei Eccleſiam.

conteſtantur. Illa nunquàm caruit Epiſcopo, qui ſucceſſor Petri eſſet, qnocum cæter: per orbem Epiſcopi communicarent. Illam Eccleſiam Imperatores Ethnici præ alijs perſecuti ſunt: eandem Imperatores & Reges Chriſtiani præ alijs coluerunt. Illa Gẽtes plurimas Chriſto lucrifecit. Illa condẽnauit omnes hæreſes, indixit Concilia Oecumenica, ijſdemq́; præfuit. Ad illam difficillimæ quæſtiones omni memoria Maiorũ relatæ ſunt, eius lucem & ſplẽdorem nullæ vnquàm hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, nulla Chronica tacuerunt. Imò ne Magdeburgenſes quidem, qui nihil magis oderunt, quàm Eccleſiæ Romanæ Primatum, vllam Eccleſiam proferre poſſunt, cuius ſplendor cum Romana cõferri vlla ex parte queat. Romana igitur Eccleſia omnibus eminet, & præ cæteris, quæ in terra vnquàm fuerunt, aut ſunt, *Sedes gloriæ Domini eſt*. Illam ergo damnare, nihil eſt aliud, quàm perpetuum Dei miraculum in terris & illuſtriſsimũ Chriſtianæ fidei ſpeculum ac teſtimonium negare. Quod certè vt fiat, non niſi ab Antichriſti ſpiritu promanare poteſt.

Maximilianus 2 Imp.

1568.

De Functio.

f Petrũ nõ fuiſſe Romæ, Functius in Chronologia ſua fabulatur: quod idem Molinæus credit. Lutherus verò & Caluinus in dubiũ id vocari facilè patiuntur, affirmare tamen nõ audẽt.

Idem Pius 5.

Primatum Romanum rectè conſiſtere, etiamſi Petrus Romæ non fuerit.

f Petrum fuiſſe Romæ, tùm ex priore ipſius Epiſtola (c.5.) ſecundùm Papiæ, Hieronymi, & aliorum aliquot Patrum interpretationem, tùm ex omni antiquorum teſtimonio docui ſuo loco in hoc ipſo libro. Illud inſigni animaduerſione dignum eſt, hæreticos aduẽtum Petri ad vrbem nõ ideo negare, quòd ratio aliqua id ipſis perſuadeat: verùm quòd ea ratione putant Romani Pontificis Primatum euerti poſſe. Verùm falluntur hac in re. Nam vt Romanus Pontifex creditur eſſe Vicarius Chriſti, licet fateamur, Chriſtum adhuc viuentem Romæ non fuiſſe: ſic idem Romanus Pontifex Petri ſucceſſor futurus eſſet in Primatu, etiamſi Petrus Romæ nunquàm fuiſſet. Petri enim poteſtas, ſupra quem Eccleſia ædificatur, & qui iubetur confirmare fratres, non poteſt ſucceſſore aliquo carere, quàmdiu fratres in terris confirmandi ſuperſunt. Porrò nec alius quiſpiam in toto orbe vnquàm perinde habitus eſt Petri ſucceſſor, ac Romanus Pontifex: & ille ſemper ita eſt habitus. Itaq; ſi Petrus Romæ agens certum ſibi ſucceſſorem ex Chriſti voluntate nõ delegiſſet, (quod tamen eſt factum) certè Eccleſia Catholica vt hodie alios Dei miniſtros eligit, qui Apoſtolorum Cathedras teneant: ſic etiam primum aliquẽ Epiſcopum elegiſſet, qui Apoſtolorum Principi ſuccederet. Nullum verò vnquàm elegit, aut pro Petri ſucceſſore agnouit, præter Epiſcopũ Romanum. Ille igitur diuino iure primas tenuiſſet, vt hodie tenet, etiamſi Petrus nunquã veniſſet Romã.

g Neq; Papa, neq; Epiſcopus, neq; vllus hoĩm habet ius vnius ſyllabæ cõſtituendæ ſuper Chriſtianũ hominẽ. Luter. in Capt. Babyl.

g Petro dictum eſt (Matt. 16) *Quicquid ligaueris in terris, ligatum erit in cælis.* Qui autem ius ligandi habet, is habet ius conſtituendi leges, quibus ligentur homines. Nam *cùm lex in homine dominetur* (Ro. 7.) eumq́; obliget ad obedientiã (Deut. 17): quem negas ius habere legẽ in te conſtituendi, negas habere ius illo modo te obligandi. At Petro generaliter dictũ eſt: *Quicquid ligaueris*: deinde Paulus conſtituit hanc legem (1. Cor. 7.) *vt coniugem cohabitare volentem, fidelis non dimittat. Ego* (inquit) *dico, non Dominus. Qui reſiſtit poteſtati* (Rom. 13.) *Dei ordinationi reſiſtit*: eſt aũt poteſtas etiã in Eccleſiaſticis Præſidibus. (Mat. 18. Act. 14. 15. 20. 1. Cor. 4. Heb. 13.) Qui ergo legibus, quas illi cõſtituent, nõ obedierit, Dñm ſpernit (Luc. 10.). *Quòd ſi quis non obedierit verbo noſtro* (inquit Paulus 2. Theſ. 3.) per *Epiſtolã hũc notate, & nõ cõmiſceamini cũ illo, vt confundatur.*

Dixit enim: Paſce oues meas. Quas omnes cùm per ſe paſcere non potuiſſet Petrus, debuit ex præcepto, vt Domino obediret, alios item vocare cooperatores, & vt ſic dixerim compaſtores, qui in partē ſolicitudinis vocati, eſſent illi adiumento. Atq; ita eorum iuriſdictio, in genere loquendo, & prout in ſua origine, hoc eſt, in ſummo Pontifice reperitur, iuris diuini eſt, non autem particularis illa iuriſdictio huius, vel illius Sedis, vel perſonæ. Hanc enim Eccleſiaſtici iuris eſſe conſtat, & à Papa profluere atque dependere. Nam per hominis (hoc eſt, Papæ) *ſimplicem iniūctionem datur, & ideo tolli poteſt non ſolùm vſus poteſtatis illius, ſed & eſſentia, quam oblatam eſſe D. Thomas (2.2.q.39.art.3.) affirmat in ſchiſmaticis & hæreticis.*

Iudocus Raueſteyn Tiletanus in Confutatione Confeſsionis Miniſtrorum Antuerpienſ. cap. 23. Pōtificem *Rom. legitimum B. Petri ſucceſſorem à Chriſto inſtitutum eſſe, non quidem Regem aut Dominum,*
2027 *ſed Paſtorem vice Chriſti in Eccleſia, id ſacræ Scripturæ ſolidè & perſpicuè demonſtrat. (Matth. 16. & Ioan. 21.) Et hanc poteſtatem & Præfecturam in his verbis datam Pontifici Romano legitimo, vniuerſi Catholici Patres tam inde ab Eccleſiæ exordio incūctanter teſtantur, tam Græci, quàm Latini. Hanc autem Eccleſiæ gubernandæ formam ſub vno Paſtore Chriſti vices in terris agente præfigurauit Moſaica illa Cathedra, ad quam ſummū Synagogæ iudicium pertinebat, vt pulchrè oſtendit Cyprianus. Similiter hanc formam & œconomiam fuiſſe ad vnitatem & pacem conſeruandam, & ad ſchiſmata tollenda, prorſus neceſſariam idem Cyprianus, & Hiero-*
2028 *nymus copioſe declarant.*

Sixtus Senenſis in Bibliotheca Sancta lib. 6. annotatione 72. *Paſtoralis rerum temporalium poteſtas ea eſt, quam Oecumenicum totius orbis Chriſtiani Paſtorem ex Paſtoralis curæ officio habere decet, pro conſeruatione Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, & adminiſtratione, ac diſpenſatione ſpiritualium Eccleſiæ bonorum. Hanc quidem Romanus Pontifex Apoſtolico iure, & Euangelico præcepto habere cogitur. Cùm enim ei à Chriſto man-*
2029 *datum ſit, vt veluti vniuerſalis Chriſti ouilis Paſtor vniuerſum Chriſti gregem paſcat, eiq; Claues datæ ſint, quibus, ſeu ianitor & claniger cœleſtis Regni, oues ſibi traditas introducat ad æternam fœlicitatem: neceſſarium eſt, vt Principū, Regum & Imperatorū, qui primaria ſunt Chriſtiani gregis oues, curam gerat, & ſummo diligētia annitatur, vt eorum dignitates, Imperia, Regna, cæteraq; terreſtria commoda ſeruiant ad illuſtrandam Chriſti*
2030 *gloriam, ad propagandum Religionis Chriſtianæ cultum, ad firmandam Eccleſiæ quietem, & conſequendā æterni regni beatitudinem: in quam, vt in ſcopum & finem regnandi vltimum, omnia Chriſtianorum Regum regna proſpiciunt. Neceſſe eſt etiam, vt ipſe ingentem, & aſſiduam adhibeat ſolicitudinem, ne ſæcularium Principum negligentia, aut malitia, hæreſes, ſchiſmata, diſſidia, bella, atq; alia his ſimilia inter oues Apoſtolicæ curæ*
2031 *cōmiſſas oriantur: & ſi exorta fuerint, eius partes ſunt, vt Principes Eccleſiaſticæ pacis perturbatores primùm paternè admoneat, & iuxta Pauli & Chriſti legem corrigat, & corripiat: deinde ſi monita neglexerint, eos Eccleſiaſticis animaduerſionibus & cēſuris coërceat. Quòd ſi fortè in reprobū ſenſum traditi, hæc quoq; cōtempſerint: tunc Pontifex (ſi tamen id Eccleſiaſticæ tranquillitati expedire cognoſcet) populos abſoluere poterit à iuramento obedientiæ, quò ſe Dominis illis deuinxerant, cùm adhuc iuſtè imperarent. Ei quoq; licitum erit, ipſos*
2032 *Dominos, vt incorrigibiles & Eccleſiæ rebelles, Principatuum ſuorum iuriſdictione priuare, & eorum iura ad alios orthodoxos Principes transferre, conuocatis etiam, ſi opus fuerit, militaribus piorum Ducum ac Regū Conciliis, ad correptionem rebellantium filiorum. Quod & grauiſsimi Scriptores teſtantur, olim & ſæpe, & iure factum à Romanis Pontificibus.*

Franciſcus Sonnius tunc Buſcoducenſis, nunc Antuerpienſis Epiſcopus, in Demonſtratione errorum confeſsionis Caluiniſticæ. *Triplici vinculo membra Eccleſiæ in faſciculo vnitatis colligantur: vnius & eiuſdem fidei confeſsione:* (Epheſ. 4. & 1. Cor. 1.): *vniformi Sāctorum (id eſt, eorum, quibus Deus ſanctificat animas hominum) communione (in Symbolo Apoſtolorum). ſub præſidentia vnius Pontificis, quem Chriſtus familiæ ſuæ præpoſuit. Romana igitur Eccleſia cum omnibus appendicibus ſibi conglutinatis fidei vnitate, San-*
2033 *ctorum communione, & conſenſu in domo Dei eſt, diciturq; vna, vera, Catholica & Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quomodocunq; per orbem ſit diſperſa. Cui vni Chriſtus promiſit patrocinium & inconcuſſam ſtabilitatem, Matth. 16. & Lucæ 22. & Matth. 28. Vnde Chriſtus dixit Petro: (Ioan. 21) Sequere me, id eſt, præſideas Eccleſiæ, ſicut ego hactenus præſedi. Eadem omnino eſt poteſtas gubernationis Eccleſiæ in Deo, in Chriſto homine,*
2034 *& in Præpoſito Eccleſiæ. In Deo quidem per eſſentiam, in Chriſto verò donatione Patris, in Præpoſito denique, ſubſtitutione Chriſti. Eadem quoque eſt in ſummo Pontifice & reliquis Epiſcopis. Sed in illo per plenitudinem, & ſuper omnem Eccleſiam, omniaq; negotia eius: quod in donatione Clauium Regni cœlorum pulcherrima phraſi exprimitur. Nam quis peregrinaturus quépiam, cui committet Claues Domus ſuæ, non quidem vnam, ac alteram, ſed claues ſimpliciter ac indefinitè, illi plenam, ac omnimodam gubernationem domus cōmiſiſſe intelligitur. In reliquis verò Epiſcopis etiam eſt, ſed non cum ea plenitudine. Nulli enim, excepto Petro, dictū eſt: Tibi dabo Claues Regni Cœlorum: neq; cum ea extenſione. Quiſque enim in ea duntaxat ditione, quæ ſibi in ſortem venit, poteſtatem habet.*

Franciſcus

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſia ſucceſsio.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperato. Rom.
1567	Idem Pius 5.	Idem Maximilianus 2.

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Heretici.*

Hæretici & Pſeudo-prophetæ.

h Nullam coercendi poteſtatem in Epiſcopis, aut alijs Eccleſiaſticis Iudicibus eſſe volunt.

226. De Kemnitio.

i Brentius quidem ante Kēnitium illud oīm acerrimè defendit, ſingulos obligari, vt ſuũ iudicium adhibeant in diſcernēdo cuiuſcunq; Doctoris aut Cōcilij etiam Oecumenici doctrinam, nec aliter eam ſequi debere, quàm ſi ipſe iudi-

Doctores Catholici.

De Iuriſdictione Epiſcoporum & coërtione corporali.

h Paulus (1. Tim. 5.) *aduerſus Preſbyterum accuſationem recipi vetat, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Vbi accuſatio inſtituitur, & teſtes recipiuntur, ibi eſt externum & publicum iudicium. Nō eſt autem vel iudicium ſine iuriſdictione, vel iuriſdictio ſine aliqua coërcitione. Alioqui contēneretur Iudex, qui ſupplicium in delinquentem conſtituere non poſſet. Nec ad pœnas de quolibet crimine expetendas excommunicatio ſufficit, tùm quia grauior pœna eſt, quàm vt ſemper inferri debeat, tùm quia per Iudicem, alijs quàm contumacibus, id eſt, Eccleſiam non audientibus (Matth. 18.) infligi non poteſt. Itaq; *vt Chriſtus eos, qui domum Patris ſui ſpeluncam latronum faciebant, flagello e funiculis facto (Ioan. 2.) eiecit è Templo: vt Paulus Elymam Magum (Act. 13.) cæcitate corporis verbo ſolo inflicta perculſit*: vt idem Paulus fornicatorem Corinthium (1. Cor. 5.) *tradidit Satanæ in interitū carnis*, id eſt, ad ſubeundam corporis vexationem: ita, ſanguinis excepta ſententia, quicquid in vlla corporali pœna infligenda ad ædificationem Eccleſiæ cōducit, Epiſcopis permiſſum, atq; adeò commiſſum eſt, cùm Paulus (2. Cor 13.) dicat, ἐξουσίαν, id eſt, liberrimam & ſummam poteſtatem ſibi traditam, qua *non parcat*, ſed *durius agat*, & *in virga veniat*. 1. Cor. 4.

Quomodo ſpiritus probandi, aut de fide ac doctrina iudicandum eſſe videatur.

i Cēſuris & calūnijs Martini Kemnitij egregiè reſpondit Iudocus Raueſteyn Tiletanus in Apologia, quā pro Cōcilio Tridētino cōtra Kemnitiū ſcripſit. Meo autem iudicio nemo prudēter & rectè iudicat, niſi de eo, quod prius cognouerit. *Qui enim prius reſpondet, quàm audiat* (Prouerb. 18.) *ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum.* Et Ioan. 5. *Sicut audio*, inquit Chriſtus, *iudico: & iudicium meum iuſtum eſt.* Itaq; ſecundùm *auditum fidei* (Rom 10.) iudicare debet qui de fidei cauſa iudicat. Audire autem oportet non modò Chriſtum (Matth. 17.) & eū aliquādo ſine Scripturis loquētem, & operibus ſolis aut miraculis de aliqua re teſtificantē, (Ioan. 5.) ſed & Diſcipulos eius (Luc. 10.) & Paſtores Doctoreſq; Eccleſiæ (Ephe. 4.) & Eccleſiam ipſam (Matth. 18) præcipuè in Concilijs generalibus, quid Spiritui ſancto videatur, aperientem, (Actor. 15.) itemque traditiones Apoſtolicas (2. Theſſalon. 2.) & conſuetudines Eccleſiaſticas, (1. Cor. 11.) communemq; vſum populorum (2. Cor. 3.) vbi fideles Corinthij propter externam fidei ac ſanctitatis ſuæ profeſsionem vocantur *Epiſtola Chriſti, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus.* Per iſta ergo & alia eiuſmodi principia debemus de controuerſijs iudicare. Cæterùm ſi de ipſis principijs iudicaremus, (nempe de Chriſti Apoſtolorum omniūq; Paſtorū, aut Concilij Oecumenici doctrina) fides omnis tolleretur, & vniuſcuiuſq; ratio eſſet prima & ſumma credendi operandiq; regula. Ita igitur *ſpiritus probare* B. Ioannes iubet (1. Ioan. 4.) vt tamen ipſe regulam præſcribat, ſecundùm quam eos probemus. *In hoc* (inquit) *cognoſcitur ſpiritus Dei. Omnis ſpiritus, qui confitetur, Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt.* Si ergo modus probandi ſpiritus, non à nobis ipſis ſumendus, verùm à Paſtoribus Eccleſiæ petendus & accipiendus eſt (*Labia enim Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam*, Malach. 2.) is rectè probat ſpiritus, aut quamcunq; doctrinam, qui per authoritatem Eccleſiæ prius auditam & cognitam (Mat. 18. & 1. Timoth 3) iudicium ſuum poſtea moderatur. In ijs igitur, quæ ab Eccleſia more Maiorum cognoſcente & iudicante, ſemel definita ſunt, non eſt opus alio

 iudicio,

2035 Franciſcus Guthmannus de cœlibatu ſacrorum Miniſtrorum Altaris. *Aduerte, Chriſti Vicarie, quòd poteſtatem accepiſti ſupra vniuerſam Chriſti familiam, non in deſtructionem, ſed in ædificationem.*

Benedictus Arias Montanus in Micheam. c. 2. Pag. 541. *Congregatione congregabo, Iacob, totū te, in vnū reducam reliquias Iſraël, pariter ponam illum quaſi gregem in ouili Hebronè, quaſi oues Boſra. Boſra conſtantiam ſiue valentiam ſignificare dicebamus. Valentiam verò Romam vrbem totius orbis quondam Principem dictam prius fuiſſe, antiqui authores memoriæ prodiderunt. Idem nomē ῥώμη Græcè, quod Latinè Valētia eſt. Atq; hac quidem in parte antiquorum Hebræorum traditionem hactenus recipimus, qui Boſram eandem Romam eſſe dixêre. Habet autem Romana res maximam atque huic rationi accōmodatiſſimam narrationem. Namq; paruis initijs, hoc eſt, ab ouium paſcuis & caulis, à Paſtorum caſulis, ad totius orbis Imperium ingenti litate excreuit. Deinde verò primùs & firmiſſimis apud gentes fundamentis in ea vrbe iactis, Chriſtiana pietas totum ferè orbem in Euangelij ditionem redegit, atq; exiguis initijs ad innumeram multitudinē propagata eſt.*

2036 *In ea autem primus gregis huius Paſtor Petrus Chriſti Domini vice functus eſt, ſuccedentibusq; longa temporum ſerie Paſtoribus, Chriſtiana diſciplinæ ratio ita aucta & illuſtrata eſt, vt prima omnium Mater Eccleſia meritò appelletur, ad quam totius orbis & gentium omnium Catholica communio referenda ſit, in cuius tandem collegium Iſraëlitas cooptandos eſſe, Vates hic prædicit. Vnam enim omnium Eccleſiæ communionem & integram ſanctitatem eſſe oportêre, & vates omnes, & ipſe ſummus omnium atq; vnicus diuinus Paſtor, (vnde cæteris Paſtoribus legitimum ius eſt) teſtati ſunt.*

Anglorum, qui ob fidem Catholicam & Romanæ Eccleſiæ Primatum arma ceperunt, & adhuc in exilio agunt, nomina & conditiones.

Cùm Apoſtolica Sedes Elizabetham ab Eccleſia defeciſſe, totumq; Angliæ Regnū ea re ſchiſmaticum factum eſſe, videret: ſemel & iterum Legatos in Angliam miſit, qui gentem illam ad officium reuocarent. Verùm ijs Legatis ne aditus quidem ad inſulam patuit: tantum abeſt, vt impetrare aliquid potuerint. Quod cùm ita eſſet, poſt decem annorum expectatam, & iam penè deſperatam emendationem: *Pius Quintus Pontifex Maximus* ad vnicam, quæ tam graui morbo adhiberi poterat, medicinam ſe conferens, anno Domini 1569. reuerendum Presbyterum *Nicolaum Martonum Anglum, S. Theologiæ Doctorem*, vnum ex Presbyteris, qui pœnitentijs indicendis Romæ præerant, in Angliam miſit, vt certis Illuſtribus, & Catholicis viris authoritate Apoſtolica denunciaret, Elizabetham, quæ tunc rerū potiebatur, hæreticam eſſe: ob eamq; cauſam omni dominio & poteſtate, quam in Catholicos vſurpabat, iure ipſo excidiſſe, impuneq; ab illis velut Ethnicam & publicanam haberi poſſe: nec eos illius legibus aut mandatis deinceps obedire cogi.

2037

Qua denuntiatione multi Nobiles viri adducti ſunt, vt non ſolùm ſibi ipſis conſulere, verùm etiam de fratribus ab hæreticorum tyrannide liberandis cogitare auderent. Ac ſperabant illi quidē, Catholicos omnes tam pio inſtituto ſummis viribus affuturos eſſe. Verùm etſi aliter, quàm illi expectabāt, res euenit, vel quia Catholici omnes nondum probè cognouerant, Elizabetham iure publico hæreticā declaratam eſſe, vel quia Deus tam grauem eius Regni defectionem grauius punire decreuerat: tamen illorum Nobilium laudanda conſilia erant, quæ certo ſuo eoq; fœlici ſucceſſu minimè caruerunt. Quanquàm enim omnium fratrum ſuorum animas è Schiſmatis puteo educere non potuerunt, tamen & ipſi fidem Catholicam egregiè confeſsi ſunt, & multi eorum animas pro fratribus (qui ſummus eſt charitatis gradus) poſuerunt, & reliqui ſeipſos tùm ex hæreſeos, tùm ex peccati ſeruitute in libertatē vindicarunt eam, qua Chriſtus nos liberauit. Exhortatus fuerat olim D. Bernardus Chriſtianos ad iter Hieroſolymitanū. Nec tamē ex illa profectione Oriētalis Eccleſia liberata eſt, ſed ij potius, qui fratres ſuos à Saracenorū iugo eripere conabantur glorioſam ipſi mortem oppetierunt. *Accidit enim* (vt refert Gotfridus Monachus Clareuallenſis in lib. 3. vitæ S. Bernardi, c. 4) *vbi primùm de Chriſtiani exercitus diſſipatione lamentabilis intra Gallias inſonuerat rumor, vt illuminandum Dei ſeruo filium cæcum offerens pater, multis precibus vinceret excuſantem. Et imponens Sanctus puero manū, orabat ad Dominum, quatenus ſi ab eo verbum prædicationis illius exierat, ſi prædicantis ſpiritus eius affuerat, in illius illuminatione oſtendere dignaretur. Dum verò poſt orationem, orationis præſtolaretur effectum: quid faciam ſum? ait puer. video enim. Attollitur illico clamor aſtantium? Plures enim non modò è fratribus, verùm etiam è ſecularibus aderant, qui vt puerum vidêre videntē, multipliciter conſolati Dei gratias referebant.* Paulò antè verò idem Gotfridus de eadem re præclarè ſcriptum reliquit in hæc verba: *Quòd ſi placuit Deo, tali occaſione plurimorum eripere, ſi non Orientalium corpora à Paganis, at Occidentalium animas à peccatis, quis audeat dicere illi: Quid feciſti ſic?* Quæ verba in eum finem retuli, ne, quis ex ſolo euentu externo rem totam metiatur, cùm multa ſæpe diuinitus ob occultas quidem, ſed tamen grauiſsimas cauſas fiant, de quibus homines iudicium ferre non debeant.

Nam

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*

Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Doctores Catholici.

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

iudicauerit, eam cum Euãgelio cõſentire. Cuius audaciam Kemnitius approbans, nõ exhorruit duos libros cõſcribere, quos *Examen Decretarũ Concilij Tridentini inſcripſit.*

iudicio, quàm vt conferamus cauſam, qua de agitur, cum doctrina Eccleſiæ: vt ſi cũ illa cõſentiat, approbemus eã: ſi repugnet, repellamus. Quòd ſi res eiuſmodi proponatur, quæ nondum fuerit deciſa, tutius erit, etiã noſtrũ iudiciũ ſuſpendere, donec à legitimo iudice decidatur. Si de facto priuato agitur (vtpote, de tentationibus diſcernendis, verbi gratia, vtrum expediat nuptias contrahere cum hac, aut illa, aut ſimile quippiam facere: præter domeſticam deliberationẽ, ſunt etiã *ſpirituales* in Eccleſia, *quorum conſilijs in ſpiritu lenitatis inſtruamur*, Gal. 5. Ita ſemper quidẽ probandi ſunt ſpiritus, ſed per media iam prius approbata: nec vnquã aut noſtræ tantùm prudẽtiæ inniti debemus (Prouer. 3.) aut ita *pueri ſenſibus effici* (1. *Cor.* 14) *vt circũferamur omni vẽto doctrinæ* (*Epheſ.* 4.) *nec doctrinis varijs & peregrinis patiamur nos abduci*, Heb. 13. Inuocanti verò & petenti nunquã deerit diuina gratia & auxiliũ, Luc. 11 *Nemo enim tẽtatur vltra id, quod ferre poteſt*, 1. Cor. 10. Sed tentatio de priuata cauſa per inuocationẽ priuatã tolli poteſt, quia *vnctio nos docet de omnibus*. 1. Ioan. 2. Tentatio autem de cauſa publica (cuiuſmodi eſt fides Chriſtiana & Religio) per inuocationẽ publicam tollenda eſt vt ſic etiã doceat nos vnctio, ſed illa, quæ non ſingulis, verùm toti Eccleſiæ, aut ijs, qui pro Eccleſia in nomine Domini cõueniunt, promiſſa eſt, Math. 16. 18. & 28. Luc. 22. Ioan. 16.

Maximilianus 2. Imp.

1569.

Idem Pius 5.

1570.

230. *De Puritanis.*

[a] Anno Do. 1570. in Surria Comitatu Angliæ apud Banſtediũ, orti ſunt ex Caluiniſtarũ ſecta ſub Writo quodam duce hoies, qui ſe *Puritanos* appellãt. Docẽt aũt, peccare neminem, niſi qui veritatẽ ab ipſis prædicatã non recipit.

[b] Totũ nouũ Teſtamentũ dicunt rerũ futurarũ prædictionẽ eſſe. Itaq; Chriſtũ quẽ ſemel veniſſe non negant, iterũ ante diẽ iudicij rediturum expectant.

[c] Cum ſemel remiſſa ſint peccata, eum non peccare iterum.

[d] Doctis viris oẽm prorſus fidem abrogant.

231. *De Atheis & eorũ generib.*

[e] Atheorũ alij, velut diſſenſionũ, quæ ob fidẽ ſuſcipiuntur, nullã omnino partẽ curant, alij mediã cõditionẽ ſibi ipſis eligunt, alij magis in hanc, quàm in illã partẽ affecti, tamẽ ſimulãt, ſe Religionem amare, quã ode-

[a] 1. Ioan. 1. *Si dixerimus, quoniã peccatũ nõ habemus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Et 1. Ioã. 2 *Qui dicit, ſe noſſe Deũ, & mandata eius nõ cuſtodit, mẽdax eſt, & in eo veritas nõ eſt.* Nõ igitur ſcientia vllius rei, ſed *obſeruatio mandatorũ Dei* ſeruat hoiem à criminib[9] quidẽ in hac vita, nõ tñ à minoribus peccatis.

[b] Multa in nouo Teſtamento res in cœlo futuras prænuntiant, ſed neceſſe nõ eſt, oĩa referre ad res futuras. Verũ iſti per futuras res nõ cœlũ, ſed hanc vitã intelligunt, velut iterum occidendus prænuntietur Chriſtus & iterũ ſit ædificãda Chriſti Eccleſia: quibus rectè dicatur: *Nemo poteſt aliud fundamẽtũ ponere præter id, quod poſitũ, eſt* 1. Cor. 3. *Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit.* Galat. 1. Chriſtus aũt nõ redibit, niſi cũ venerit in ea forma, qua Apoſtoli viderunt eũ euntẽ in cœlũ. Act. 1. Hoc autem fiet, vt deſtruat Antichriſtũ illuſtratione aduentus ſui. 2 Theſſal. 2.

[c] Apocal 2. Epiſcopo Epheſi dicitur: *Charitatẽ tuã primã reliquiſti: memor eſto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiã.* Et 2. Pet. 2. *Poſt agnitã viã iuſtitiæ quidã dicuntur retrorſum conuerſi, velut canes ad ſuũ vomitum.*

[d] Daniel. 12. *Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

[e] Deũ eſſe, ac humanas res curare, id inprimis probat, quòd in tam graui, quæ per totum orbẽ de Religione excitata eſt cõtentione, omnes tamẽ ſectæ nõ Chriſtianæ modò, verùm etiam Ethnicæ, & Deũ aliquẽ agnoſcunt, & eũ propitiũ ſibi eſſe rogant. Cùm enim permulta vera ſint, quæ vnaquælibet ſecta do-

Nam ſi Deus illam Hieroſolymitanam expeditionem, quæ infeliciter ſucceſsit, tamen per miraculum à ſe profectam eſſe declarauit: quis nunc niſi conſiliorum diuinorum ignarus, dicere audeat, illam fi-
2038. dei confeſsionem, quam Nobiles quidam Angli armati ediderunt, à Deo profectam non eſſe? Certè quidem illud miraculo imputetur neceſſe eſt, quòd cùm viri ferè quingenti ex ijs, qui arma pro fide ſumpſerunt, ab hæreticis capti & morte affecti eſſent, nemo illorum repertus ſit, qui aut fidem Catholicam deſeruerit, aut belli eius auctores alicuius culpæ accuſarit. Permulti verò vnitati Eccleſiæ paulò antè reconciliati, ſerò ſibi gratulabantur, quòd è vita prius ipſis exeundum eſſet, quàm nouo aliquo ſcelere pacem nuper acceptam maculaſſent: nec ſe optare in illo regno diutius viuere, quod ipſum iamdiu in Chriſto viuere deſijſſet. Omnes autem ſub ipſa morte precati ſunt, vt inchoata fidei Catholicæ reſtitutio fœliciter abſolueretur.

2039. Inter eos autem facilè princeps fuit Presbyter quidam nomine *Plumtrew*, vir doctus & pius, cui iã ad mortem ducto, cùm vita offerretur, ſi abiurata fide Catholica, hæreſim vellet amplecti, negauit ſe ita velle in mundo viuere, vt interim Deo moreretur. Quapropter fidem ſuam intrepidè confeſſus, mortem in mundo per Dei gratiam pertulit, vt vitam æternam à Chriſto accipere mereretur.

Nobile etiam Martyrium in eadem cauſa ſubierunt duo viri Nobiles de familia Nortonorum, ex
2040. quibus alter dicebatur *Thomas Nortonus*, alter verò *Chriſtophorus*: & Chriſtophorus quidem Thomæ
2041. nepos erat ex fratre, ille autem huic patruus. Qui ambo nec à fide ſua dimoueri, nec vt Elizabetham confiterentur legitimam Reginam adduci potuerunt, etiamſi primùm ſuſpenſi deinde adhuc viuentes diſſectis viſceribus membratim diuiſi eſſent.

Qui autem in Scotiam ſe incolumes receperunt, fidem Catholicam & Romani Pontificis Primatum omnes ad vnum confitentur.

2042. *Thomas Perſeus*, Illuſtriſsimus Comes Northumbriæ dum Scoto cuidam ſe credit, ab illo proditus, Iacobo Spurio (qui Scotiam tunc præter ius omne occupauerat) deditur ab eoq; in carcerem intruſus eſt, vbi vſq; in hodiernum diem viuit, ac valet: Iacobo interim qui eum miſit in carcerẽ, per quendam ex Hamletoniorum familia è medio ſubita morte ſublato.

2043. Anna Somerſeta, Clariſsima fœmina, eiuſdem Comitis Northumbriæ vxor, cùm diu ab Elizabetha grauiſsimas perſecutiones paſſa eſſet, adeò vt nuſquam in vniuerſa Scotia quieſcere permitteretur, tãdem in Belgium appulit, vbi nunc Deum pro mariti ſalute orat.

2044. Carolus Neuellus, Illuſtriſsimus Comes Weſtmerlandiæ, varijs caſibus in Scotia exagitatus, cùm tãdem in Belgium cogitaſſet, in itinere ipſo ad portum quendam littoris Anglicani appulit, in quo certiſsimum, ne prehenderetur, periculum erat, niſi gubernatorem nauis vi metuq; ad vela ventis quàm primùm committenda impuliſſet. qui nunc Louanij cum reliqua familia ſua incolumis agit.

2045. Leonardus Dacrius fortis & Clarus Baro, ex Anglia in Scotiam tardius quàm cæteri exiuit, ſed nũc par in fide profitenda ſtudium adhibens, Mechliniæ cum familia ſua degit.

2046. Chriſtophorus Neuellus, } Patrui ſunt Comitis Weſtmerlandriæ.
2047. Cutbertus Neuellus, }
2048. Egremundus Radcliffus, Inclyti Comitis Suſſexiæ frater.
2049. Ioannes Neuellus, Equeſtris Ordinis vir.
2050. Richardus Nortonus, illorum, qui martyrium pro fide ſubierunt, alteri frater, alteri etiam pater.
2051. Thomas Markenfeldus, Ordinis Hieroſolymitani Eques.
2052. Georgius Markenfeldus,
2053. Edouardus Dacrius, Leonardi Dacrij Baronis frater, in Scotia adhuc agit.
2054. Ioannes Swinbornus, } In Scotia captiui detinentur.
2055. Brianus Palmus, }
2056. Georgius Smithæus, }
2057. Franciſcus Nortonus, 2058. Robertus Tempeſtus, 2059. Gerardus Loderus,
2060. Chriſtophorus Danbius, 2061. Gulielmus Holmes, Presbyter, 2062. Rodulphus Conierus,
2063. Ioannes Trollopus, 2064. Franciſcus Morus, 2065. Michael Tempeſtus,
2066. Thomas Ienius, 2067. Marmadueus Blaxtonus, 2068. Georgius Staffordus,
2069. Robertus Heihingtonus, 2070. Gulielmus Nortonus, 2071. Sampſon Nortonus,
2072. Georgius Nortonus, 2073. Marmaducus Nortonus, 2074. Gulielmus Slingſbius
2075. Antonius Nollothus, 2076. Ioannes Thwingus, 2077. Ingramus Thwingus,
2078. Iacobus Swinous, 2079. Rodulphus Swinous, 2080. Triſtramus Fenicus,
2081. Robertus Carrus, 2082. Cutbertus Armurerus, 2083. Robertus Colinwodus.

Inſigne

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini. | Pontifices Romani. | Imperat. Rom.

Idem Maximilianus 2 Imp.

Idem Pius 5.

1570.

☞ *Hæretici & Pſeudoprophetæ.*

oderunt: & odiſſe, quam magis amant. Alij denique apud ſe conſtituũt, nullum Deum eſſe qui res humanas curet, ſed omnia vel fato, vel caſu regi.

232. *De Pacificatoribus in cauſa fidei.*

f Extat liber inſcriptus, *De officio pij & Chriſtianæ pacis verè amãtis viri, vigẽte hæreſi.* quo in lib. ita ſcriptũ eſt: *Qui Chriſto Capiti & reliquo Eccleſiæ corpori charitatis vĩculo cõnectũtur, nullo modo vt Schiſmatici, et ab Eccleſia alieni habẽdi sũt, etiamſi ab alia Eccleſiæ parte potentiæ, & gubernatione abſtinẽre reiecti, & ab eorũ cõmunione ſeparati videantur. Hæc de ijs tantùm loquor, qui ĩtbus votis pacẽ deſiderant, & à quibus quadã ex parte cõmunione ſeparãtur, fidei tamen & charitatis vinculo coniunguntur.* Itaq; iſte putat, eos, qui ſaluo Apoſtolorũ Symbolo, ſiue Romanã, ſiue Lutheranam aut Caluiniſticã Eccleſiã frequentant, modò eã Eccleſiã, à qua magis diſſentiunt, hæreſeos nõ dãnent, verã Chriſti Eccleſiã eſſe.

233. De

☞ *Doctores Catholici.*

cet: profectò falſum id nunquam eſſe poteſt, in quo omnes omnino conſentiũt. *Hæreſes autem eſſe oportet* (1. Cor. 11.) *vt, qui probati ſunt, manifeſti fiant.* Deinde quoties videmus, nouas hæreſes pullulare, toties confirmatur Euangelij veritas, qua Chriſtus (Matth. 24.) prædixit, *exurrecturos Pſeudoprophetas, qui ſeducerent multos.* Deniq; hoc modo & excitantur ingenia multorũ, & pietas augetur, & firmitas Eccleſiæ Chriſti cõprobatur, *aduerſus quã Inferorũ portæ* (Matt 16.) *non preualent.* Quantum enim eſt miraculum, vt inter tot tamque pugnantes ſectas, vna ſemper eademq; maneat Epiſcoporum ſeries & ſucceſſio, vna fidelium populorum fides & confeſſio?

f In hoc primùm errat incertus iſte auctor, quòd eos, qui ob Religionis alienæ ſtudiũ, ab Eccleſia per Epiſcopos & Præpoſitos iuſtè reijciuntur, nihilominus *charitatis vinculo cum Eccleſia coniungi, pacemq́; omnib⁹ modis deſiderare poſſe*, exiſtimat. Quoties enim articulus fidei aliquis in cõtrouerſiam vocatur, cùm vtraq; contradicentium poſitio ſimul vera eſſe non poſsit ſi Apoſtolorum ſucceſſores exemplo Apoſtolorum (Actor 15.) quid in ea re credendum prædicandumq; ſit, ſemel definierint: non poteſt fieri, vt qui poſteà ſe à ſummi Sacerdotis (Deut. 17.) & Epiſcoporum cum eo communicantium ſocietate ſeparant, ij charitatem ſeruent, pacemq; omnibus modis deſiderent. *Qui enim ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio*, vt olim iubebatur occidi: ſic nũc debet excommunicari, tanquam Ethnicus & Publicanus, *quia Eccleſiã nõ audit.* Matth. 18 Qualis igitur charitas in Ethnico, talis in hæreticæ doctrinæ ſectatore eſt, vtcunq; ſibi videatur amare Eccleſiam, à qua recedit & cuius ſententiæ non paret. Deinde iſta opinio tollit à cultoribus fidei omnem ſpiritus feruorem, cùm tamen Deus eum, *qui nec frigidus eſt, nec calidus* (Apocal. 3.) *euomat*, & tam laudet eum, qui facta Nicolaitarum, quæ Deus oderat (Apocal. 2.) odio habuit, quàm eum increpet, qui permiſit mulierem Iezabel (quæ ſe dicebat Prophetam) docere, & ſeruos Dei ſeducere. Poſtremò iſta hæreſis perturbat & confundit Eccleſiam Dei, ob quam nõ ſolùm intimè coram Deo, verùm etiam exterius per confeſsionem oris ac profeſsionem operis apud homines ab alijs ſectis penitus diſtinguendam olim primò Diluuium, (Geneſis 6.) deinde Circumciſio, (Geneſis 17.) tùm autem Lex Moſaica (Exod. 20.) ac denique Templum Salomonis (3. Reg. 3. & 5.) nunc verò Chriſti Sacramenta, & Paſtores, Doctoreſque Eccleſiæ, velut lucerna in candelabro poſita (Matthæi. 5.) conſtituti ſunt & præfecti, vt omnes in eorum *doctrina & communione perſeuerent*, (Actor. 2.) *nec omni vento doctrinæ circumferantur.* Epheſ. 4. Quapropter qui vel verbis, vel factis ab externa Eccleſiæ communione ſeipſos ſeparant, nec acquieſcunt ſanæ doctrinæ: poſt vnam & alteram correptionem deuitandi ſunt, tanquã homines ſubuerſi, & ſuo iudicio condemnati.

Ponti-

Inſigne martyrium Ioannis Feltoni pro Pontificis Romani Primatu in Anglia ſuſceptum.

Pius Quintus Pontifex Maximus cùm videret, Elizabetham ſupremi Eccleſiæ Capitis locum in
omni Anglia,eiuſdemq; Capitis præcipuam authoritatem atque iuriſdictionem monſtruoſe ſibi vſur-
paſſe,Miſſæ Sacrificium,preces,ieiunia,ciborum delectum,cœlibatum, rituſq; Catholicos aboleuiſſe,
libros manifeſtam hæreſim continentes toto Regno propoſuiſſe,impia myſteria & inſtituta ad Calui-
ni præſcriptum,à ſe ſuſcepta & obſeruata,etiam à ſubditis ſeruari,mandaſſe: Epiſcopos,Eccleſiarū Re-
ctores,& alios Sacerdotes Catholicos ſuis Eccleſijs & beneficijs eieciſſe, ac de illis & alijs rebus Ec-
cleſiaſticis in hæreticos homines diſpoſuiſſe,deq; Eccleſiæ cauſis decernere auſam,Prælatis,Clero, &
populo,ne Romanam Eccleſiam agnoſcerent, néue eius præceptis ſanctionibuſq; Canonicis obtem-
perarent,interdixiſſe: pleroſq; etiam in nefarias leges ſuas venire,& Romani Pontificis authoritatem
atq; obedientiam abiurare, & ſolam in ſpiritualibus & temporalibus Dominam agnoſcere, iureiuran-
do coēgiſſe: Catholicos Antiſtites,& Eccleſiarum Rectores in vincula conieciſſe,vbi multi diuturno
languore confecti extremum vitæ diem finiuiſſent: cumq; dictæ Elizabethæ animum ita obfirmatum
intelligeret, vt nō modò pias Catholicorum Principū de ſanitate ac cōuerſione preces admonitioneſq;
contemneret, ſed ne Sedis quidem Apoſtolicæ nuntios in Angliam traijcere permitteret: præfatus,
dolorē ſe lenire nō poſſe,quòd adduceretur in vnā animaduertere,cuius Maiores de Repu. Chriſtiana
2084 tātopere meriti eſſent,*de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declarauit,prædictā Elizabeth hæreticā,& hære-
ticorum fautricem,eiq; adhærentes in prædictis, Anathematis ſententiam incurriſſe. Quin etiam prætenſo Re-
gni prædicti iure,nec nō omni & quocunq; Dominio, dignitate,priuilegioq; priuatam. Itemq; Proceres, ſubditos
& populos dicti Regni, ac cæteros omnes, qui illi quomodocunque iurauerant, à iuramento huiuſmodi ac
omni prorſus Dominij,fidelitatis & obſequij debito,perpetuò abſolutos,prout illos tunc ſententia ſua authoritate
abſoluit, & priuauit eandem Elizabeth prætenſo iure Regni,alijſq; omnibus ſupradictis. Præcepitq;, & inter-
dixit vniuerſis & ſingulis Proceribus,ſubditis,populis,& alijs prædictis,ne illi,eiúſue monitis,mandatis & le-
gibus auderent obedire. Qui ſecus agerent,eos ſimili anathematis ſententia innodauit.*

Hanc Sententiam cùm Pius Quintus Romæ typis mandari iuſsiſſet, voluiſſetq;, vt earum literarū
exempla Notarij publici manu,& Prælati Eccleſiaſtici,eiúſue Curiæ ſigillo obſignata,indubitatam fidē
in iudicio,& extra illud, vbiq; gentium facerent: ita diuinitus comparatum eſt,vt exemplum quoddā
huius declaratoriæ Sententiæ in Angliam ad Ioannem Feltonum deſerretur, virum & generis nobili-
tate ſatis clarum & animi fortitudine multò clariorē. Is enim Catholicæ fidei ſtudio zeloq; adductus,
cùm penè deſperatam patriæ ſuæ valetudinem non niſi acerbiſsima aliqua medicina reſtitui poſſe ani-
maduerteret,noluit committere,vt hæc ſententia Summi Paſtoris ciues ac proximos ſuos latēret. Ita-
que anno Domini 1570. in ipſo Corporis Chriſti Feſto, dictam Pij Quinti Sententiam in ciuitate Lō-
dinenſi ad fores Epiſcopi iuxta ſummum Templum publicè affixit. Steterunt literæ in loco publico
ſub clara luce,penè vſq; ad horam octauā ſequentis diei,& à plurimis viſæ, à multis lectæ, à nonnullis
etiam trāſcriptæ eſſe dicuntur. Et alius quidem,qui Feltono eas literas affigenti aſtabat, cùm ex Inſula
profugeret,admonuit Feltonum, vt ſibi quoq; per fugam cōnſuleret. Feltonus recuſauit id facere,cō-
teſtatus,ſe in omnem euentum per Dei gratiam paratum fore. Cùm verò de hac re diligētiſsimè quæ-
reretur,Ioannes Feltonus,tandem apprehenſus,dignum ſe Ieſu Chriſti & Primatus ab eo inſtituti te-
ſtem exhibuit. Interrogatus enim,quid ſibi videretur de his literis,paululum cunctatus,tandem reſpō-
dit: *Si verè Pij Quinti Pontificis Maximi literæ eſſent,meritò ſibi eas venerandas videri. Se enim agnoſce-*
2085 *re,illum eſſe Ieſu Chriſti Vicarium in terris.* Qua confeſsione facta,primùm in vincula ductus,ac deinde
in iudicium duodecimuirale productus eſt, vbi de literarum eiuſmodi affixione palàm interrogatus:
Ego (inquit) *libero vos omni vlteriore ſolicitudine & labore,neq; fateor hiſce literis affigendis operam dediſſe.*
Mox vbi acclamatum eſſet,Feltonum eſſe inſignē proditorē, omniū Iudicum ſententiis cōdemnatur.

Die igitur octauo menſis Auguſti, ad ſupplicium trahendus, in ipſo carceris veſtibulo veſtem ho-
loſericam, qua induebatur, exuens, ad populum aſtantem dixit, *ſe ob fidem Catholicam mori*, eò quòd
ſummi Pontificis Primatum confiteretur, negaret verò,prætenſam Reginam ſummum Eccleſiæ Ca-
put eſſe. Moxq; in cratem iniectus, coniecit oculos in cœlum, & Pſalmos Pœnitentiales intentiſsimo
ſtudio recitauit. Vbi ad locum ſupplicij ventum erat è crate leuatur: cumq; pauorem mortis aliquem
ſibi obrepere ſentiret,ſeipſum allocutus: *Quid hoc eſt* (inquit) *Feltone? An mortē times?* Moxq; ſcalam
iuſſus conſcendere,illam ianuam in conſpectu habuit,in qua Sententiam Pij Quinti affixerat,& manu
ad illam extenta: *Verè* (inquit) *ibi literæ Pontificis Maximi contra prætenſam Reginam propoſita fuerūt: &*
nunc

Ciuitas Dei, *ſeu Continuata Eccleſiæ ſucceſſio.*	Ciuitas Diaboli, *ſeu Schiſmatici, Apoſtatæ & Hæretici.*

Anni Domini.	Pontifices Romani.	Imperat. Rom.
1571.	Pius 5. Alexãdrinus, de Eccleſia Dei præclarè meritus (id quod tam Gallia teſtatur, in qua hæreſim Zuinglianã repreſsit, quã Anglia, in qua fidẽ Catholicam reſtituere conatus eſt) ſexto iam ſui Pontificatus anno ſedet, cui vitam in hoc ſeculo diuturnam, in futuro æternam omnes pij exoptant & precantur.	Idem Maximillianus 2. Imp.

Hæretici & Pſeudoprophetæ.

233. *De Henrico Bullingero, ſeu De Antichriſto.*

Henricus Bullingerus in Præfatione ad Homilias ſuas in Apocalypſim aſſeuerat, nullum olim Antichriſtum in orbem eſſe vẽturũ, præter eum, qui iam in Epiſcopis Romanis aduenit.

Doctores Catholici.

Pontificem Romanum non eſſe Antichriſtum, ſed neq; Antichriſtum adhuc veniſſe in mundum.

Chriſtus (Ioan. 5.) ad Iudæos de Antichriſto dixit: *Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* Iudæi ergo accipient Antichriſtum, quod ipſum etiam Paulus 2. Theſſal. 2. inſinuat, dicens: *Eò quòd charitatẽ veritatis non receperunt, vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.* Cõſtat verò, nullam gentem in vniuerſo mundo vſquè adeo ream eſſe nõ receptæ veritatis, ac Iudæi erant. Illis igitur præcipuè hic error infligetur, vt credant *mendacio*, id eſt, Antichriſto. At quis ignorat, Iudæos nondum credidiſſe Romano Pontifici? Deindè Antichriſtus eſt vnus aliquis homo, qui apud Paulum vocatur, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος: certus *Ille* & ſingularis *homo peccati, ille filius perditionis, ille aduerſarius.* Et poſteà, ὁ ἄνομος, *Ille iniquus.* Per Græcum articulum toties repetitum deſignatur inſignis quiſpiam, qui à Ioanne (1. Epi. c. 2.) dicitur ὁ ἀντίχριστος, *Ille Antichriſtus.* Itaq; licet multi ſint Antichriſti, quia nomen capitis communicatur eum membris ipſius: tamen vnus eſt Dux & Princeps omnium. Talem verò vnum inter Epiſcopos Romanos, qui præter cæteros omnes Antichriſtus fuerit, ne Aduerſarij quidem ipſi nominant. Præterea Antichriſtus non veniet, donec Romanũ Imperium de medio tollatur, 2. Theſſ. 2. Verùm iſtud, etſi debile, adhuc tamen aliquod ſupereſt. Tum autem *Ieſus Chriſtus illuſtratione aduentus ſui deſtruet illũ iniquum.* Itaq; ille iniquus in ipſo mundi fine, & non antea, reuelabitur. Nam adhuc *myſteriũ operatur iniquitatis.* Poſtremò quis credat, Petri Succeſſorem, ſupra quẽ poſt Chriſtum ædificata eſt Eccleſia, cui datæ ſunt Claues, cuius fides non defectura promittitur, qui fratres ſuos confirmare, oueſq; & agnos, vt plus alijs amans, paſcere iubetur: quis hunc fore Antichriſtum credat, niſi qui Euangelio non credit? Qui negant, Antichriſtum poſthac in mũdum eſſe venturum, ſine dubio magni eius Præcurſores ſunt, quia eo ipſo corda ſua & ſuorum præparant, vt dum non expectatur venturus, non repellatur cùm venerit, ſed excipiatur tanquam verus Dei Propheta, vel potius tanquam Deus ipſe. Verùm de hac hæreſi velut omnium peſsima ac poſtrema, agetur pleniſsimè in Octauo Libro: vbi Lectori, ſi quid præterea requirat quod huc pertineat, abũdè ſatis factum iri arbitror. Nam cùm tota noſtra diſputatio in hoc Opere de viſibili hac Ciuitatis Dei parte, eiuſq; Monarchiæ ratione fuerit hactenus occupata: non tantùm hæreſes omnes obiter attingendæ fuerunt, quæcunq; huius Eccleſiaſticæ Monarchiæ pacem quoquo modo perturbârunt, ſed accuratior aliqua requiri videbatur tractatio de capitali illo huius Ciuitatis hoſte, hoc eſt, de Antichriſto, ac de eius membris, eiuſdem Sacræ Monarchiæ Aduerſarijs ſempiternis; Vt, quæ peſtilentiſsima tela ab illis in Eccleſiæ ſummos Duces, Satanica planè vi ac fraude immittuntur, eadem in auctorum capita, vnde profecta ſunt, iure optimo retorqueantur.

nunc pro fide Catholica mori paratus ſum. Interpellârunt eum, qui aderant, & admonuerunt, vt veniam à Regina peteret: quibus ille ait: *Nō læſi eā. Sed ſi quem læſi, ab illo* (inquit) *atq; adeo ab omnis mundo veniam peto.* Ita cùm oculos ad cœlum leuaret, ac in Dei manus animam fidelem commendaret, torque in collum iniecto, de ſcala deiectus eſt. Vbi cùm aliquantulum pependiſſet, funis præſcindi iubetur, vt viuus adhuc reliqua tormēta ſubiret. Cui verò id officij commiſſum erat, nonnihil moratus dicitur, vt pœnæ hominis parceret. Verùm vrgente Magiſtratu, viuus in terram demittitur. Ibi amputantur virilia, & in ignem propoſitum conijciuntur. Tum autem venter aperitur, viſcera eruuntur, ipſum cor effoditur, ac neq; adhuc finis. Nam & caput præſcinditur, & membra in partes quatuor diſſecantur. Quo ſpectaculo, ac præſertim tanta nobilis viri conſtantia ſic animi hominum commoti ſunt, vt nulla res æquè aut fidem Catholicam promouere, aut prætenſæ Reginæ cauſam lædere potuerit.

Illuſtre martyrium Ioannis Storæi Angli pro Eccleſiæ Romanæ Primatu.

Ioannes Storæus ab ineunte ætate in ſtudijs literarum tantas progreſsiones fecit, vt tùm Iuris vtri-
2086 uſque Doctor, tùm Regius Profeſſor in Oxonienſi Academia fieret. Vbi cùm ad aliquod tempus magna cum laude, officio ſuo functus eſſet, Londinum euocatus eſt, vt illius vrbis Epiſcopo in Cancellarij munere obeundo inſeruiret. Erat tunc ſtatus rerum Angliæ vſq; adeo perturbatus (propterea quòd Henricus Octauus, repudiata legitima vxore ſua Catharina, in eius adhuc viuentis locum Annā Boleniam ſuppoueret, Monaſteria euerteret, nobiliſsimos quoſq; & optimos viros neci daret) vt Ioannes Storæus & melius ſibi & ſecurius conſultum arbitraretur, ſi viueret in ordine Laicorum, quàm ſi ad Clerum accederet. Accepta igitur in matrimonium honeſtiſsima virgine Ioanna Watſa, cùm ob fidem, ingenium, doctrinam, eloquentiam, & conſtantiam celebris apud omnes meritò eſſet, non difficulter obtinuit, vt quoties publica Regni Comitia indicebantur ipſe velut Decurio præcipui alicuius oppidi, quod ius ſuffragandi habebat, ſententiam ſuam in Comitijs diceret. Vbi tantam in dicendo grauitatem lepôre quodam orationis conditam adhibebat, vt inter omnes minorum gentium Senatores facilè princeps haberetur. Is igitur cùm videret, Henrico iam defuncto, ſub impuberis filij Edouardi ſexti ætate rem in peius ferri, & à manifeſto ſchiſmate ad manifeſtam hæreſim deuenire: huic malo ſummis viribus obſiſtendum ratus, pro fide Catholica doctiſsimè conſtantiſsimeq; perorauit. Qua in oratione audacter libereq; dixit, iam tunc in regno Angliæ impletum eſſe Verbum illud Salomonis *Væ Regno illi denuntiantis, cuius Rex puer eſſet.* Offenderat ea oratio certorum Principum animos, qui per impuberis adhuc Regis Edouardi ætatem ex bonis Eccleſiaſticis creſcendi non paruam ſpem ceperant: quos cùm ſibi valde infeſtos Ioannes noſter haberet, contra morem antiquum, qui ſummam dicendi libertatem omnibus Decurionibus in publicis Comitijs conceſsit, in cuſtodiam conijcitur. Vnde cum ægrè tandem liberatus fuiſſet, tempori cedendum ratus, in Belgium ſe contulit; vbi cùm vſque ad mortem Edouardi Sexti permanſiſſet, regnante demum fœlicis Memoriæ Regina Maria, in patriam reuerſus, & hæreticæ prauitatis Inquiſitor factus, illud munus ita adminiſtrauit, vt impijſsimis quibuſq; ſeuerus Iudex, bonis autem non minus grauis, quàm æquus cenſor videretur. Maria verò ad ſuperos migrante, cùm hæretici, quos publica lege antè cohibuerat, ſumma rerum potiti eſſent: in primis Ioanni Storæo mala omnia intentabant, ac in primis nimiam hominis crudelitatem calumniabātur. De crudelitate verò ſua id in publicis Comitijs Ioannes ipſe regnante iam Elizabetha reſpondit, ſe nulla in re alia peccaſſe, niſi quòd omiſſa radice, neſcio quos ramuſculos præcidiſſet, cùm potius debuiſſet robuſtiſsima quæq; zizania radicitus euelliſſe: quod factum ſi fuiſſet, iam (inquit) non tot ac tāta videremus impietatis germina vbiq; ſtare atq; adeo florere. Sectarij hoc totum de ipſa Regina Elizabetha, quæ radix peccati fuiſſe videbatur, dictū interpretantes, ab illo die nouā criminationis materiam tùm arripere, tùm colligere non deſtiterunt, donec inuictæ conſtantiæ virum ob fidei Catholicæ liberrimam confeſsionem in vincula conieciſſent. Cùm verò aliquot annis in carcere manſiſſet, quadam die oblatam ſibi ſeſe liberandi occaſionem videt, arripuit, erupit, ac tam diu in priuatis amicorum ædibus latitauit, donec in Belgium traijceret. Louanij autem cùm eſſet, diu multumq; ea cogitatione torquebatur, quòd inſignem Martyrij locum, ad quem Deus eum vocaſſe videretur, culpa ſua amiſiſſet. De hac re ſæpius cum vxore, cum amicis aliquando, mecum ſemel ſeriò locutus, quærebat, vtrùm liceret ei ſeſe iterum in poteſtatē hæreticorum tradere, an non? Ego ei non audebam auctor eſſe, vt in cuſtodiam reuerteretur. Dei enim conſilio videri eum eſſe liberatum, nec ſatis tutum fore, vt periculum ſibimet crearet, quem Deus in tuto collocaſſet. Ille verò pœnitentiam ſe acturum profeſſus, locum ei rei aptum apud Carthuſianos Louanij delegit, nec recuſauit, quò minus in Religionem

aliquam

aliquam ingrederetur, ſi vxor eius idem etiam propoſitum ſe ſuſcepturam ſponderet. Illa conditionē recuſante, Storæus tamen in propoſito pœnitentiæ agendæ ita permanſit, vt frequentius apud Carthuſianos, quàm domi ageret: cùm ecce, inopia rei familiaris oppreſſus (præſertim nepote ſuo, ac nepte ad eum ex Anglia tranſmiſsis) cœpit de victu quærendo ſolicitus eſſe. Erigebatur eo tēpore nouus Magiſtratus apud Belgas, qui videret, nequid mercatores exportarent in Angliam, aut etiam inde inueherent contra leges à Catholico Rege latas. Hic magiſtratus cùm Parkero cuidam deferretur, is Ioannem Storæum Iuriſconſultiſsimum virum rogauit, vt ſibi adeſſet, conſilioque ſuo & auxilio hominē iuuaret. Admonebant Storæum amici, nequid iſtiuſmodi tentaret; eſſe enim rem & in ſe odioſam, & ipſius perſona indignam, vt mercium, neſcio quarum, explorator haberetur. Ille tametſi nonnullis reſponderet, ſe ab eo munere alienum fore, tamen lucri (vt videbatur) ſpe illectus, temperare ſibi non potuit, quò minus Parkerum quibus poſſet modis iuuaret. Audiuit ergo, nauim quandam in Zelandia eſſe plenam prohibitarum mercium, quam ſi deprehendiſſet, magno ea res lucro & Parkero, & ſibi futura eſſet. Hac eſca illectus, primò Bergas, inde in Zelandiam ſe conferens, ad eam nauim delatus eſt, quæ certorum hominum conſilio ad hoc ipſum in inſidijs collocata erat, vt ſimul ac Storæus in eā ingreſſus eſſet, vela ventis committeret, hominemq́; carceri, quem ſpontè reliquerat, non inuitum redderet. Quanquam enim eo tempore nihil minus cogitauit, potiuſq́; alios capturum ſe ſperabat, quàm ne ipſe caperetur timebat: tamen poſtquam Anglia ob oculos propoſita, quid actum eſſet intellexit, Deo gratias egit, qui ſe iterum Martyrij loco reſtituiſſet, rogans etiam, vt martyrij locum ſibi palmāq́; concederet. Quid quæris? Hæretici mercatores ingenti gaudio perfunduntur, ſibiq́; de ſuo cōſilio ac ſtratagemate ſupra modū gratulātur. Catholicos verò maióne ſtupor, an dolor teneret, difficile dictu eſt. Storæus Londinum perductus, primò in Lolhardorum, deinde in Londinēſem Turrim includitur. Quæſtio in illum habetur. quid ab initio reſponderit, ignoramus: id tantùm ad nos perlatum eſt, nunquàm vllum ſubditum in Anglia tam liberè & confidenter locutum. Negabat enim, ſe iure in Principis Angliæ, ſed potius in Catholici Regis poteſtate eſſe.

Anno autem Domini 1571. vigeſimo quinto die Menſis Maij, productus in iudicium, perduellionis reus peragitur, velut qui coniurationem cum certis viris apud Belgas in ciuitate Antuerpienſi contra Elizabetham iniuiſſet, religionemque ſchiſmaticam, quæ iam in Anglia regnat, in Catholicam commutare tentaſſet. Facta verò pro ſe dicendi poteſtate, fori tantùm exceptionem propoſuit, negans Iudices ipſos vllam in ſe poteſtatem habere, qui iam non Anglicanæ Principi, ſed potius Regi Catholico ſubiectus eſſet. Interrogatus verò, vtrùm in Anglia natus nō fuiſſet? fatebatur, ſed addebat, ſe iuſtiſsima de cauſa ſolum vertiſſe. Nam & Abrahamum Patriarcham Dei iuſſu de terra ſua & cognatione olim exiſſe, ne peccato Idololatriæ, quo tunc Chaldæa tenebatur, inuolueretur: cuius exemplum ſe imitatum eſſe, eò quòd videret, patriam ſuam ſchiſmatis ac hæreſis peccato implicitam teneri, atq; ideo membrum alterius Reipublicæ factum eſſe. Reges enim defendendi & protegendi populi cauſa primùm conſtitutos fuiſſe. Itaque cùm vidiſſet, Reginam Angliæ adeo ipſum non protexiſſe, vt pro derelicto potius haberet, atque adeò ob id ſolùm, quòd Catholicus eſſet, iniuſtè illum perſequeretur: eo ſe animo in Regis Catholici Prouincias commigraſſe, vt ſub ipſius protectione tam ſibi, quàm fidei ſuæ conſuleret. Inde ſe primùm dolo malo, deinde aperta vi contra ius omne abreptum eſſe, nec legibus iam vllis apud illud Tribunal, reum ſiſti. Iudex verò interlocutus eſt Storæum, niſi quid aliud pro ſe afferret, ſtatim experturum eſſe, non deeſſe leges, quibus in Regno illo condemnaretur. Cùm autem Storæus dixiſſet, ſe quod bonum & æquum videretur prolocutum, nec vllo modo poſſe illius iudicij auctoritatem agnoſcere: mox abſq; vlla criminis vel confeſſione, vel probatione, non tantùm morti velut contumax addicitur, ſed etiam perduellionis nominatim condemnatur. Storæus autem biduo pòſt, cùm ad vxorem Louanij agentem ſcriberet, deq́; huius ſententiæ iniuſtitia quereretur: ſignificauit, perfacile ſibi fuiſſe, ſi apud alios Iudices actū eſſet, id quod de coniuratione contra Elizabetham facta obijciebatur, confutare. Cuius rei teſtes citabat illos ipſos, quibuſcum Antuerpiæ hac de re egiſſe dicebatur. Verùm quia *hoc, quod probè ſciret, neſcire non poſſet:* integrum ſibi non fuiſſe, aliter cauſam dicere, quàm dixiſſet. Intellexit verò ſe probè ſcire, prætenſam Angliæ Reginam per Declaratoriam ſummi Pontificis Sententiam ob hæreſim manifeſtam omni iure Regni Dominioq́; priuatam eſſe, ac propterea Magiſtratum nullum ab illa creatum, eiq́; adhærentem à ſe agnoſci poſſe, ne fortè ipſe etiam eodem Anathemate innodaretur. Vt igitur conſcientiæ ſuæ cōſuleret, ac Summi Pontificis communionem retineret, ſanguinem ſuum profundere non curauit. Ac nimirum in iiſdem literis ad vxorem ſuam non ſolùm gratias agebat Deo, quòd in ea cauſa moriendum ſibi eſſet, verùm etiam vxorem atque amicos omnes congratulaturos ei dicebat, ſi verè noſſent, quanta cum alacritate ad mortem illam properaret, cuius breui compendio ſeptuaginta penè annorū delicta per Dei gratiam expiaturus eſſet.

Pridie autem Calendas Iunij cùm Præfectus carceri à Storæo quæreret, vtrùm antè obitum ſuum conſilio cuiuſpiam ex Dei miniſtris indigeret: ille poſtulauit, ne quis profanus & ſchiſmaticus introduceretur: ſe enim cum nullo tali communicaturum eſſe. Cum Catholico autem Preſbytero libenter ſe colloqui velle. Impetratum igitur eſt, vt Reuerendus Archimandrita Dominus Fecnamus qui eodem in carcere ob fidem Catholicam tenebatur, ad illum accederet, qui per totam propè noctem collocuti eſſe dicuntur de ijs rebus, quæ ad æternã ſalutem pertinebãt. In ipſis ergo Calendis Iunij tantus Dei Martyr iniectus crati, ad locum ſupplicij trahitur.

Inde in currum tranſlatus, fune prius in collum impoſito, dicebat ſe vt moreretur adeſſe, ac fatebatur quidem glorioſa Dei voluntate factum eſſe, vt in Angliam ſubeundi ſupplicij cauſa quod multò grauius peccata ſua merita fuiſſent, perduceretur. Nam alioqui ſe admonitũ non ſemel, quantũ ipſi periculum immineret, nunquam tamen illud proſpicere potuiſſe: nunc autem Deo gratias agere, inimicis ignoſcere, cum omnibus hominibus pacem habere corpusq́; ſuum libentiſsimè carnifici traditurum, vt per breuem pœnam ad æternam gloriam merito ſanguinis Ieſu Chriſti aſpiraret. Porrò de iniquitate iudicij, quod in illum exercuiſſent, deq́; crudelitatis calumnia, cuius ei notam inuſsiſſent, pauca locutus, tandem ſe mori conteſtabatur in ea Catholica fide, in qua baptizatus fuiſſet, quæq́; illi cũ Rege ſuo Philippo, Cæteriſq́; Catholicis Principibus & populis communis eſſet. Adſtantes autem ac præſertim adoleſcentes admonebat, vt vnam Eccleſiam crederent, vnum ouile, Paſtoremq́ue vnum,
1087 & illum D. Petri Succeſſorem, extra cuius Eccleſiæ vnitatem ſeruari nemo poſſet. Interrogatus autẽ à Comite Bedſordiæ, vtrum eſſet ſubditus Reginæ? Non ſum inquit. Tùm Baro de Hunſdeno intulit: At natus es Anglus. Cui Storæus: Naſcitur quiſque liber, eiq́; tota ſuperficies terræ patet, vt ſi vno certo in loco habitare non permittatur, alibi tamen poſsit degere. Tunc quidam ex miniſtris Anglicanæ Synagogæ quæſiuit, vtrùm non crederet, Reginam immediatè ſub Deo ſupremum Caput eſſe Eccleſiarum Angliæ & Hiberniæ? Non diſputandi cauſa (inquit Storæus) huc veni. Nec mea negatio vobis fidem fecerit, aliter ſe rem habere. Vix hoc dixerat, quin illi, qui aderant, veriti ne grauius aliquid
1088 in profanum illum & ſecularem Reginæ Primatum dicturus, aut manifeſtiùs verum Primatũ Romanæ Eccleſiæ confirmaturus eſſet, abduci currum iuſſerunt: atq́; ita cùm ad breue tempus fuiſſet ſuſpẽſus, viuens adhuc in terram demittitur, præciduntur genitalia, aperitur venter, viſcera eruuntur, caput amputatur, membra diſſecantur, ac ne ſic quidem excarnificatus immani ac barbaræ ſpectatorum crudelitati ſatisfecit.

Aderat inter eos ſpectator Cæcilius, qui Elizabethæ à Secretis eſt, & præterea Comites duo, ac vnus Baro. Iſtis ergo cùm talis mors parum acerba viſa eſſet, ſtatim duos libellos ediderunt, in quibus venerandi ſenis ac Sancti Martyris reliquias infamiæ notis aſpergere conati ſunt, vt omnes intelligerẽt, tantas Ioannis Storæi virtutes fuiſſe atque eſſe, vt neque poſt funera eius ipſorũ liuor & inuidia conquieſcat. In his autem duobus fortiſsimorum virorum præclariſsimis martyrijs hunc librum duxi terminandum. Fruſtra enim poſt Dei opera, hominum attexuntur verba.

ARGVMENTVM LIBRI OCTAVI.

QVoniam Proteſtantes nihil frequentius in ore habent, quàm Pontificem Romanum eſſe ipſum Antichriſtum, de quo tàm in Daniele Propheta, quàm in Euangelijs, in Epiſtolis Apoſtolorum, & in Apocalypſi prædicitur: neceſſe habui, de Antichriſto vberius aliquantò diſputare, tùm vt D. Petri ſucceſſorẽ & Ieſu Chriſti Vicariũ huius ignominoſi nominis inuidia liberarẽ, tùm vt ipſos Proteſtantes eiuſdem criminis reos eſſe oſtenderem. Quæ diſputatio quatuor partibus conſtabit. Prima docebit, Papam non eſſe ipſum Antichriſtum. Secunda, ne membrum quidem Antichriſti Papam eſſe: quod ſaltem attinet ad fidem, quam docet, ac ad primum Sacerdotalis Ordinis gradum, quem tenet. Tertia declarabit, Proteſtantes membra eſſe Antichriſti. Quarta demùm patefaciet certas rationes, quibus horum temporum hæretici viam expeditiorem, quàm vlli vnquam alij fecerint, Antichriſto ſternunt. Erit igitur in hoc Libro de vera Dei Eccleſia, deq́ue falſa religione, & Antichriſti Synagoga, tùm ad noſtrum inſtitutum aptiſſima, tùm ad frangendam hæreticorum audaciam & calumnias confutandas peropportuna diſputatio.

DE VI-

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ,

SEV, DE ANTICHRISTO, LIBER OCTAVVS.

Quòd ſit Antichriſtus quidam eximius & minimè vulgaris.

CAPVT PRIMVM.

AVDISTIS (inquit Ioannes, Epiſt.1.Cap.2.) ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, *quòd ille Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt.* Ergo & vnus quidam eximius, & præterea multi ſunt vulgares Antichriſti. De illo eximio agitur apud Danielem c.7.8.9.& 11.apud Matthæum cap.24.apud Paulum 2. Theſſalon.2.apud Ioannē in Euangelio c.5.in Epiſt.1.c.2.& 4. in Apocalypſi c.11.13.17.& 18.Non poteſt ergo dubitari, quin eximius quidam ſit & ſingularis Antichriſtus. Quod cùm nec ipſi Proteſtantes negent, non eſt cur in hac re diutius immoremur.

Quid Antichriſti nomen ſignificet.

CAP. II.

ANtichriſtus eſt is, qui aduerſatur & repugnat *Mediatori Dei & hominum homini Ieſu Chriſto.* Nam vt antequàm Filius Dei carnem aſſumpſerat, Angelus ille præfractus, & in omni vitioſitate obfirmatus, qui ſe primùm Deo Creatori ſuo non dubitauit opponere, accommodatè ab Hebræis dictus eſt *Satan*, hoc eſt, oppoſitus & aduerſarius: ſic poſtquàm *Verbum caro factum eſt*, homo ille, qui ſubornatus ab eodem Satana, palàm præ cæteris aperteque Chriſto auſus fuerit repugnare, appoſitè in Scripturis Diuinis nominatur Antichriſtus: vtpote qui non Deo ſoli, ſed etiam Chriſto Deo & homini hoſtem ſe ac inimicum conſtituit & profitetur. Spiritus eſt Deus: & Satan eſt ſpiritus. Ille æternus: hic factus in tempore. Ille Creator omnium, quæ erant valde bona: hic primùm ſuipſius corruptor, deinde hominum recens iam conditorum ſupplantator. Quid ſit Antichriſtus.

Cùm verò Deus propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, miſiſſet Filium ſuum in mundū, vt omnes, qui crederent in illum, non perirent, ſed ſalui fierent: Satan mox omnes ingenij ſui neruos intēdit, vt Incarnationis Chriſti myſteriū, quoquomodo poſſet, irritū redderet. Chriſtus ad procurandam ſui Euangelij diſſeminationem Apoſtolos & Paſtores miſit in vniuerſum mundum, qui *legatione pro ipſo apud omnes gentes fungerentur.* Satan ergo ſuos etiam adminiſtros in omni gente & loco excitauit, qui oues Chriſti diſpergerent, furarentur, & mactarent. Itaq; vt Satan ſuo nomini perfectè ſatisfaciat, nō tantùm Deo ipſi, verùm omnibus illis modis, quos Deus ad inſtaurandum hominē adhibet, obſtinatè ſe in æternum opponit. Iam verò quemadmodum inter omnes homines, qui Deo viuo & vero ſeruiūt, vnus ille Chriſtus Ieſus ſingulariter vnctus eſt, qui *abſq; vlla rapina iudicans ſe æqualem Deo, formam ſerui accepit*, vt hominem Deo reconciliaret: ſic inter omnes Satanæ miniſtros vnus aliquis homo in ſignis & prodigijs mendacibus ſe extollet ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in Templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Et hic eſt ille, quem propriè vocamus Antichriſtum. Fateor enim, Antichriſti nomen communiter acceptum ad omnes Idololatras, Hæreticos, Pſeudoprophetas & impios homines aut etiā dæmones interdum referri, ſicut etiam Prophetæ Dei nōnunquam in Scripturis ſacris appellantur Chriſti. Nomen quippe vni perſonæ proprium, licet ob aliquam mutuæ ſimilitudinis proportionem ad alios ſæpiſſimè extendi ſoleat: non tamen propterea deſinit in illa prima origine ſua eximiam & eminentem retinere ſignificationem. Sed quia video, hanc rem in quæſtione poſitam eſſe: age, diligentius eam examinemus.

Proteſtantium primus error de illo, qui propriè dicitur Antichriſtus, quem negant, vnum quempiam hominem, aut certam perſonam eſſe.

CAPVT III.

2. Theſſal. 2. 1. Ioan. 2. FAtentur Proteſtantes, non modò multos Antichriſtos, verùm etiam vnum eximiũ præ cæteris eſſe, cui Paulus & Ioannes hoc nomen propriè vendicent. Verùm non ita hũc vnum eximium accipiunt, tanquam is fuerit aut futurus ſit vnus quiſpiã homo, & perſona vna: verùm tanquàm ſit vna quædam ſecta, & certa ſucceſsio hominum, quæ Chriſto acrius, quàm aliæ omnes ſectæ, aduerſetur. Sic Illyricus in lib. de ſermone ſacrarum Literarum ſub verbo Abominationis docet. *Fuerunt* (inquit) *aliæ abominationes ac idololatriæ innumeræ, omnibus temporibus: ſed quæ tantùm damni regno Chriſti dederit, vt hæc* (de qua prædictum eſt Daniel 9. Math. 24. & Marci 13.) *nulla vnquam fuit, nec erit. Alia breui tempore, hæc diutiſſimè regnauit, idq́; magna ex parte potenter ac liberè.* Quando Illyricus dicit, hanc ſingularẽ abominationem *diutiſſimè regnaſſe*, nec aliam poſthac fore, quæ tantum damni regno Chriſti dedit, profectò nõ de vno quopiã homine (nullus enim talis diutiſſimè regnauit) ſed de ordine quodã & profeſsione hominũ loquitur. Itemq́; Henricus Bullingerus in Præfatione ſua in Apocalypſim dicit, *nullum alium Antichriſtum in orbem venturum eſſe, præter eum, qui iam antè in Epiſcopis quibuſdam aduenit.* Seriem ergo certorum Pontificum vult eſſe hunc eximium Antichriſtum. Rodolphus etiam Gualterus Tigurinæ Synagogæ miniſter in Homilijs de Antichriſto, *irridet eos, qui ponunt, certum quendam hominem eſſe Antichriſtũ.* Iam verò Beza in c. 2. poſterioris Epiſtolæ Pauli ad Theſſalonicenſes: *Loquitur* (inquit) *Paulus de Antichriſto, tanquam de vno quopiam homine, cum tamen totum Eccleſiaſticæ tyrannidis*
Nota impudentiam hominis. *corpus intelligat, quam quiſquis occupat, is eſt ille ſceleratus, de quo hic agitur: ſed ita tamen, vt peculiarem aliquam tyrannidem declaret, cui paulatim ſubſeruierunt hæreſes, atq́; etiam per imprudentiam nonnulli ex Sanctis ipſis & orthodoxis Patribus, vt nunc res ipſa patefecit. Itaq́; manifeſtè ſunt hallucinati, quicunque de vno quopiam homine putârunt hoc intelligi.* Denique Magdeburgenſes (Centuria 1. lib. 1. c. 4. tit. de Antichriſto) Antichriſtum vocant *Regnum falſorum Doctorum Chriſti doctrinam obſcurantium.* Et lib. 2. c. 4. Pag. 434 & 435. dicũt, *Apoſtolos docere, Antichriſtum non fore vnam aliquam tantum perſonam.* Sed hæc omnia falsò conſtituunt, vti iam planum fiet.

Secundùm fidem Catholicam & Scripturas ſacras, eximius ille Antichriſtus, eſt vna quæpiam perſona, & non ſedes quædam, vel ſucceſsio hominum.

CAP. IIII.

CAtholici credunt, illum eximium Antichriſtum, qui tam ſignificanter à Chriſto & Apoſtolis deſcribitur, eſſe vnum quendam hominem, qui præ cæteris omnibus Pſeudoprophetis Chriſto ſe in fine ſeculorum opponet, quiq́; illuſtratione aduentus Domini deſtruetur. Quæ Catholica fides certiſsimo verbo Dei nititur & confidit. Chriſtus
Ioan. 5. enim docens, quid inter ſe ac Antichriſtum interſit *Ego* (inquit) *veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* Ille enim alius, qui venit in nomine ſuo, quiq́; ita veniens, à Iudæis excipitur, non quilibet Antichriſtus eſt (nec enim quemlibet Pſeudoprophetam aut Hæreticum, imò nullum omnino hactenus Iudæi acceperunt) ſed ille eximius & vnicus Antichriſtus, quem ſolum Iudæi velut Meſsiam ſuum accepturi ſunt. De Antichriſto enim ſermonem eſſe, tam Græci Patres, quàm Latini, auctores
Lib. 5. cont. Hæreſes. Alius cur dicatur Antichriſtus. ſunt. Irenæus inprimis *Dominum ait de Antichriſto dixiſſe: Cum alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis: aliũ dicens Antichriſtũ, quoniam alienus eſt à* Domino. Chryſoſtomus præterea in Homil. 15. in Ioannẽ: *Quẽ enim* (inquit) *non in nomine Patris venturum dixit? Antichriſtũ.* Hieronymus etiam in Epiſt. ad Algaſiam, quæſt. 11. *de Antichriſto* (inquit) *loquitur ad Iudæos: Si alius venerit in nomine ſuo, illum ſuſcipietis.* Cyrillus Alexandrinus (in Ioan. lib. 3. c. 6.) & Theodoretus (in ſuis Commentarijs in Danielem) eodem modo illa Chriſti verba exponũt. Quid quòd hi omnes hunc Euangelij locum conferunt cum illo Pauli ad Theſſal. cap. 2. vbi conſtat, de Antichriſto agi? Quia enim Iudæi Chriſtum à Deo Patre ſecundùm Prophetias miſſum recusârunt agnoſcere: *ideo* (vt ait Paulus 2. Theſſal. 2.) *mittet illis Deus ſpiritum erroris, vt*

re, vt credant mendacio non cuilibet, ſed τῷ ψεύδει, videlicet, certo cuidam & inſigni mendacio, vtique ipſi Antichriſto. Quemadmodum igitur Chriſtus in Patris ſui nomine veniens, vna certa perſona fuit, quæ homines iuſtificatos per carnem ſuam verbo vnitam Deo recõciliauit: ſic Antichriſtus in nomine ſuo veniẽs, vna certa perſona erit, quæ homines impios per carnem ſuam omni diabolica malitia inſtructam & à Deo abducet & Diabolo ſubijciet. Quod vt planius adhuc fiat, tria hæc, quæ ad ſalutem noſtram inprimis pertinent, ante oculos ponamus, *Deum, Chriſtum, & Eccleſiam*. Deo aduerſatur diabulus, qui ob id appellatur *Satan*, id eſt, aduerſarius. *Chriſto* aduerſatur *Antichriſtus*: quod ipſum ex nomine illius manifeſtum fit. Nihil enim aliud eſt Antichriſtus, quàm contrarius & oppoſitus non Deo tantùm, ſed etiam Chriſto. *Eccleſia* aduerſatur *ciuitas Diaboli*, & corpus Antichriſti. Deus eſt Spiritus: & Satan in ſpiritu ſe opponit Deo. Chriſtus non Deus tantùm & Spiritus eſt, ſed homo & caro. Hinc fit, vt Antichriſtus, præter malitiam Spiritus Satanæ, etiam in humana carne vitiorum omnium fomite homini Chriſto reſiſtere permittatur. Vt ergo Dei Filius præter aliorum hominum miniſteria, quibus ab initio mundi vſus eſt, ſingularem quandam hominis naturam aſſumpſit, quia velut inſtrumento potentiſsimo ad noſtram ſalutem procurandam eximiè vteretur: ſic idem Deus permittit, vt quoniam impij homines Chriſtum recipere noluerunt, alius quidam homo per Satanæ operationem adueniat, in quo dum ſcelerati omnes confidunt, iuſtam mercedem impietatis ſuæ, damnationem æternam percipiant. Itaque vt in Chriſto, ſic etiam in Antichriſto, & veritas naturæ humanæ, & vnitas perſonæ ſtatuenda eſt. Progrediamur nunc ad reliqua.

Eccleſia Dei conſiſtit ex Angelis & hominibus ſanctis: & Diaboli ciuitas ex ſpiritibus nequam, & hominibus impijs conſiſtit. In Eccleſia Dei ante aduentum Chriſti, erat Cathedra Moyſis, & Summorum Sacerdotum Thronus, qui vero Deo myſtica Sacrificia offerebant. Huic ſtabili Cathedræ Diabolus in ſua ciuitate oppoſuit collegia Pontificum, Sacerdotum, Aruſpicum, & Augurum, qui Dijs falſis immolabant. In Eccleſia Chriſti poſt ipſius aduentum eſt *Cathedra Petri* & Succeſſorum illius firmiter ſtabilita, qui per incruentã Corporis Chriſti oblationem & participationem annuntiant veritatem & Incarnationis, & mortis Dominicæ, in qua ſanguinem ſuum pro nobis effudit. Huic Petri Cathedræ à Domino fundatæ (Matth. 16.) diabolus in Antichriſti Synagoga opponit omnium hæreticorum & irriſorum Cathedras (Pſal. 1) qui non Euchariſtiam Deo in mortis Domini commemorationem, ſed vanitatem ſuam diabolo ſacrificãt. Atq; iſto modo ſingula reſpondent ſingulis: ſapientia nempe Dei attingente à fine vſq; ad finem fortiter; & diſponente omnia ſuauiter. Iam ſi ex iſta collatione tollas Antichriſtum ipſum, qui nexus eſt diabolicæ ciuitatis, & velut ſequeſter inter nequam ſpiritus & impios homines, à diabolo malitiam, ab hominibus naturam mutuatus: hunc ergo ſi dicas non vnum quempiam hominem, ſed ſectam quandam Paſtorum, aut Sedem Thronumque eſſe Pontificum, qui doctrinam Chriſti oppugnant: cõfundis & perturbas pulcherrimam Dei fabricam, partemque corporis impiorum hominum in capitis locum ineptè ſubſtituis. Vis enim Antichriſtum nõ eſſe vnum hominem diabolicum, qui vni homini Chriſto aduerſetur, ſed potius vnam Pontificum Sedem: cùm interim quælibet Pontificum Sedes à Diabolo erecta ſecundùm rationem, quam Deus in reliquis rebus obſeruauit, potius alteri Pontificum Sedi per Chriſtum ſtabilitæ, quàm ipſi Chriſto deberet aduerſari. Nam vt corpus Eccleſiæ, quanquàm Chriſti ſit, à perſona tamen Chriſti numero ſaltem perſonarum differt: ſic Antichriſti corpus, hoc eſt, Pſeudoprophetæ quicũque, in quantumuis ſublimi ſolio ſedeant, ſaltem in perſonis differunt ab Antichriſto; qui Caput eſt omnium Pſeudoprophetarum. Negare igitur, Antichriſtum eſſe vnicam perſonã: eſt illam oppoſitionem tollere, quam & Apoſtoli verba indicant, & Chriſtus ipſe in Euangelio ſtatuit, dum ait: *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis*. Chriſtus ait: *Si alius venerit*. Quis obſecro *alius*? Nónne alius homo? Cæterùm tu dicis: Si alia Pontificum Sedes, & alia hominum ſectà venerit. Quid igitur? Verùm Chriſtus aut Sedes quædam, aut ſecta eſt? Antichriſtum quippe ſibi ipſi, ac non tantùm ſectatoribus ſuis Chriſtus opponit. Ex vna enim parte ait: *Ego veni*: ex altera: *Si alius venerit*. Ex vna: *In nomine Patris mei*: ex altera: *In nomine ſuo*. Ex vna: *Non accepiſtis me*: ex altera: *Illum accipietis*. Nónne vt hæc pronomina, *Ego* &, *me*, perſonam Chriſti certam, ſic etiam illa, *alius* &, *ille*, certam Antichriſti perſonam denotant? Non igitur de ſerie quadam & ſucceſsione hominum, ſed de vno potiſsimùm homine agitur, tam ex Chriſti parte, qui

2. Theſſal. 2. Ioan. 5.

vnus homo eſt, quàm ex Antichriſti, quem etiam vnum quendam hominem futurum eſſe, credere debemus. Qualis enim Chriſtus eſt per naturæ humanæ veritatem diuinæ perſonæ vnitam: talis erit & Antichriſtus per naturæ ſimul ac perſonæ humanæ veritatem à Satana omni peccato & malitia inſtructam. Cùm ergo Chriſtus dixerit: *Si alium venerit, illum accipietis:* ſi per *alium*, non alium hominem, ſed alium Thronum, aut aliam Sedem intelligas: profectò neque per Chriſtum intelligere debes certum aliquem filium hominis, ſed Thronum & Sedem neſcio quam. Atqui Paulus Antichriſtum vocat non certè Sedē, Thronum, aut Cathedram, aut ſeriem Pontificum, ſed *hominem*. Sic enim ſcribit (2. Theſſalon. 2.) *Niſi reuelatus fuerit homo peccati.* Non dicit: Niſi reuelati fuerint *homines* peccati, ſed *homo*. Nec dicit: Niſi reuelata fuerit *ſeries hominum, aut certa multitudo Paſtorum*, ſed niſi reuelatus fuerit ὁ ἄνθρωπος, *ille homo*, id eſt, vnus quiſpiam certus homo. Nam & Ambroſius legit: *Niſi reuelatus fuerit homo ille peccati:* vt vim articuli ſignificantius exprimeret.

Bezæ obiectio.

Atque vt illud obiter attingam: articuli Græci adiectio irritam prorſus Bezæ argumentationē facit. Is enim, vt oſtendat, per hominē peccati multos homines, aut corpus quoddā hominum intelligi poſſe: *Neq; verò aliter* (inquit) *Daniel (quicū hoc in loco mirè conſentit Paulus) ſingularibus vrſi, Leonis, Pardi, nominibus multos Reges intelligit in vnum Monarchiæ corpus iunctos.*

Reſponſio.

Atqui, ò bone vir, Daniel neq; multos Reges in vnum Monarchiæ corpus iunctos nominatim vocauit vrſum, Leonem, aut Pardum: neque nominibus illis vrſi Leonis, aut Pardi (ſaltem vbi primùm fecit illorum mentionem) articulum appoſuit. Sic enim ait cap. 7. *Quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari: prima* (ὡσεὶ λέαινα) *quaſi Leæna: alia ſimilis* (ἄρκτῳ) *vrſo: alia quaſi* (πάρδαλις) *pardus*. Non dixit, primam beſtiam fuiſſe Leænam, nec ſecundam fuiſſe vrſum, nec tertiam fuiſſe pardum: ac multò minus dixit, primam beſtiam fuiſſe *hanc* leænam, aut ſecundam ſimilem fuiſſe *huic* vrſo, tertiámue fuiſſe velut *hunc* pardum. Nihil tale apud Danielem reperis. Quod ergo ille per generis aut formæ nomen, cuius eſt multa ſub ſe complecti, enuntiauit, non immeritò ad multos Reges per quaſi Leænam, vrſum, aut pardum ſignificatos, referri poteſt. At longè aliter D. Paulus rem hoc in loco expreſsit. Non enim dicit: *Niſi reuelatus fuerit quaſi homo peccati*, *ſed homo peccati:* nec generaliter & indefinitè *homo*, ſed *ille homo*. Taménne, *cum Daniele Paulus mirè conſentit hoc in loco?* An potius aliter Daniel tres Monarchias, aliter Paulus Antichriſtum deſcripſit? Ille illas generaliter deſcripſit, velut communes pluribus: iſte hunc definitè ac perſonaliter deſignauit, velut qui rem vni perſonæ propriam prædiceret. Næ iſti præclarè conferunt Scripturas, qui res tam diſsimiles pro ſimilibus habent. Verùm vt ad id, quod inſtituebamus, noſtra reuertatur oratio: Antichriſtus nec ſemel, nec bis, ſed ſæpiſsimè per huiuſmodi articulos in Scripturis ſanctis velut indice digito demonſtratur. Etenim apud Matthæum (c. 24) appellatur τὸ βδέλυγμα, illa abominatio. Itemque apud Paulum Antichriſtus vocatur ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος, ὁ ἄνομος, & ſecundū quoſdā ἡ ἀποστασία, & τὸ ψεῦδος, *ille homo peccati, ille filius perditionis, ille aduerſarius, ille iniquus, illa defectio, & illud mendacium.* Apud Ioannē verò nominatim ὁ ἀντίχριστος, *ille Antichriſtus*. Sic

1. Ioan. 2.

enim articulum Græcū ſignificamus, quia Latini articulū, qui Græco propriè reſpondeat, nō habent. Quæ autem ſit articuli Græci vis, ipſi Patres Græci optimè fidem facient. Epiphanius lib. 1. contra hæreſes, ſecta 9. *Si dixerimus, addito articulo, ὁ βασιλεύς, minimè ambiguum eſt ſignificatum. Nam Rex, de quo quæritur, aut de quo dicitur, aut qui cognoſcitur, aut alicuius imperium habens, per articulum indicatur. Et ſi dixerimus, θεός, id eſt, Deus, ſine articulo, quemlibet Deum gentium diximus, non Deum verum. Si autem dixerimus, ὁ θεός: palam eſt, quòd ab articulo verum (Deum) ſignificamus, qui eſt, & cognoſcitur.* Idem præterea ſentit Chryſoſtomus in c. 7. Iſaiæ. *Si de muliere, iuxta communem naturæ legem pariente, fuiſſet ſermo hic: qua gratia id Propheta vocaſſet ſignum, quod quotidie videmus fieri? Sanè ob hoc ſermonem exorſus non ſimpliciter dixit: Ecce virgo, ſed, Ecce hæc Virgo: cum adiuncto articulo, ἡ, hæc: nobis inſinuans, rem eiuſmodi eſſe factam, quæ inſignis ſit, & eadem ſola. Nam quòd eadem acceſsio articuli hoc indicet, nec obſcurè, poteſt quis lectione Euangeliorum edoceri. Ad Ioannem enim Iudæi cùm miſiſſent, vt eum interrogarent: Quis es? non dicebant: Tu es Chriſtus? ſed, Tu es ὁ χριστός, ille Chriſtus? Neque dicebant: Tu es Propheta? ſed: Si tu es ὁ προφήτης, ille Propheta? Quorum vnumquodq; eximium per ſe erat & Prærogatiua ſingularis. Ad id conſignandum etiam Ioannes exorſus Euangelium non dicebat: In principio erat λόγος, Verbum: ſed, ὁ λόγος, illud, vel ſingulare Verbum, & hoc Verbum erat apud Deum.* Cyrillus etiam ſic ait: *Illud apprimè tenendum eſt, quòd*

Græci articuli vis & poteſtas.

Articulus rē ſolam & inſignē notat.

In Iohan. lib. 1. c. 4.

quando

quando diuina Scriptura nominibus, ſecundùm Græca lingua vſum, articulos præponit, tūc & vnū, Vnum & ſolum.
& quod ſolum propriè, atq; verè tale quid dicitur, ſignificat: articulo autem non adiecto, generaliter cuncta deſignat: vt verbi cauſa: Multi vocati ſunt dij, ſed quando cum articulo Græca lingua Deus dicitur, tunc ſolus & propriè Deus deſignatur: quum verò abſq; articulo Deus profertur, qui ad hoc gratia vocatus eſt, intelligitur. Sic quum homo ſine articulo dicitur, homo quiſpiam deſignatur: quando autem articulus accedit, vnicum atq; ſingularem hominem denotat. Ideo videmus, Filium hominis articulo ad vtrumq; nomen præpoſito à Saluatore noſtro proferri, quādo ſe ſolum ab infinita hominum multitudine velit ſignificare. Hæc cùm ita ſe habeant, dicant quæſo, quomodo intelligendū eſt: In principio erat Verbum: cùm huic vocabulo, Verbum, articulus ſit adiectus? Non enim poteſt niſi ad vnum Verbum, quod propriè atque verè in principio erat, articulata referri oratio. Homo cum articulo denotat ſingularem hominem.

Quòd ſi Patres omnium doctiſsimi tantam eſſe vim articuli Græci iudicarunt, vt vbi is hominis, virginis, aut perſonæ alicuius nomini apponeretur, ibi crederent, omni confuſione ſublata, certū hominem, certam Virginem, aut certam perſonam in Trinitate deſignari: cùm Antichriſtus apud Paulum ita deſcribatur, vt ad minimum quinquies eodem in loco articulus appellationi eius præponatur, dū dicitur, *Ille* homo peccati, *Ille* Filius perditionis, *Ille* aduerſarius, *Ille* iniquus, *illud* mēdacium: efficitur profectò, vt per Antichriſtum vſq; adeo ſingulari nota deſcriptum non multitudo aliqua ſine vno certo Principe, ſed ſingularis quæpiā perſona intelligi debeat. Quid quòd Deus per Angelum ſuum apud Danielem Prophetam Daniel.7.
de Antichriſto manifeſtiſsimè loquens, & res geſtas illius velut certi cuiuſdam Principis deſcribens: *Decem* (inquit) *cornua ipſius Regni* (Romani ſcilicet) *decē Reges erunt, & alius* (nimirum Antichriſtus) *conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit, & ſermones contra excelſum loquetur, & putabit, quòd poſſit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius vſquè ad tempus, & tempora, & dimidium temporis*. Iſte alius, qui ſic humiliabit tres ex decem Regibus, & oppugnabit Sanctos, & regnabit tribus annis & ſex menſibus, iſte (inquam) eſt ille vnus & ſingularis Antichriſtus, de quo iam agimus. Atq; ita Danielē interpretantur omnes antiqui Doctores, Irenæus lib. 5. contra Hæreſes, Hieronymus in 7. c. Danielis, Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 20. c. 23. Theodoretus in ſuis Commentarijs in Danielem. Quis ergo dubitet, illum eſſe vnum aliquem certum hominem, cuius & certa conditio, & Regni adminiſtrandi ſpatium, & res geſtæ tam accuratè deſcribūtur? Accedit eòdem, quòd Ioannes Apoſtolus numerum etiam recenſet, quo Antichriſti nomen conſtabit, Apocal. c. 13. *Faciet, ne quis poſſit emere aut vendere, niſi qui characterem, vel nomen beſtiæ, vel numerum nominis eius habeat. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum* (illius) *beſtiæ. Numerus enim hominis eſt, & numerus eius, ſexcēti ſexaginta ſex.* In eo quòd Ioānes Apoſt. dicit, Nomen Antichriſti.
Numerus enim hominis eſt: manifeſtè ſignificat, hominē verū & ſecundùm naturā eū eſſe, de quo agit. Non eſt autem verus homo, qui vnus non eſt. Nam ille homo, qui conſtat ex multitudine quadam, fictus homo eſt, & non verus. Vt meritò Beda in eum Apocalypſis locum ita ſcripſerit: *Numerus* (inquit) *hominis eſt, ne eum putemus iuxta quorundam opinionem vel diabolum eſſe, vel dæmonem, ſed vnum de hominibus, in quo totus Satanas habitaturus ſit corporaliter.* Hæc Beda. Nomen verò ad hoc imponitur cuiq;, vt à cæteris omnibus per illud dignoſci Iſaias 7.
queat. Sic Iſaias de Chriſto dixit: *Et vocabitur nomen eius Emanuel.* Et Angelus ad Mariam, Lucæ 1. *Vocabis nomen eius Ieſum.*

Quemadmodum ergo cæteri Prophetæ ac Apoſtoli, quibus nomina diuinitus vel ab initio donata, vel pòſt commutata ſunt, certi homines fuerunt: ſic & ille Antichriſtus, cuius nomen in Apocalypſi certum eſſe, & certo quodam numero conſtare ſignificatur, non perſona monſtruoſa neſcio quæ, ſed certa & ſingularis erit. Nam quid aliud ſignificat pronomen αὐτὸς, *ipſe*, quod bis ei tribuit Apoſtolus, quàm vnam & ſingularem perſonam? εἰς τὸ ἀποκα- Ipſe
λυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ, *ad hoc vt reueletur ipſe in ſuo ipſius tempore*. Quis, obſecro, eſt qui vocatur *ipſe*, ſi certus aliquis homo non eſt? Aut nunquid Platonis ideam nobis proponit Apoſtolus? Aut quomodo, qui nō eſt, *ſuum tempus*, atque adeo ſuum ipſius habet? Aut quomodo tādem eſt, qui certam perſonam & ſubſtantiam non habet. Iterum etiam Apoſtolus de eodem Antichriſto dicit, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι, *adeo vt ipſe in Templum Dei, tanquàm Deus, ſedeat.* Epiphanius in ſimili ſermone contra Noetum diſputans, qui in ſanctiſsima Trinitate negauerat diſtinctionem Perſonarum, à pronominum, quæ Perſonis Lib 2. hæreſi 54.
diuinis tribuuntur, natura illum confutat, dicens: *Longè clariſſimum eſt hoc: Si abiero, ille veniet Spiritus veritatis:* Ego abeo, & *ille* venit. A voce, *Ego*, & *Ille*, ſignificauit *in ſubſtantia eſſe*

Filium

Filium, ſubſtantiam habere Spiritum ſanctum. Hæc Epiphanius. Nónne igitur eodem modo ſignificat, Paulus illum hominem certam ſubſtantiam, hoc eſt, certam perſonam habere, de quo ait, quòd *ipſe* in Templo Dei ſedeat? Quis *ipſe*, ſi non eſt vnus aliquis homo? Præterea vt Paulus Antichriſto pronomen (ipſum) ſic eidem Chriſtus attribuit pronomen (illum) dicens: *Si alius venerit in nomine ſuo, illum (ἐκεῖνον) recipietis.* Hæc pronomina certam perſonã, & non genus aliquod hominum demonſtrant. Etenim vt nomina ſingulis perſonis tribuuntur, ſic pronomina vicem nominum explent. Cæterùm vt à rebus etiam ipſis hoc aſtruamus:

Solus & ſingularis eſt, qui extollitur ſupra omne quod dicitur Deus

quomodo infert Apoſtolus, quòd Antichriſtus *aduerſatur & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, adeò vt in Templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus:* niſi talis homo ſit, qui nullum alium vel Deum, vel hominem ſibi æqualem agnoſcat? Nam ſi plures homines ſunt eiuſdem conditionis (vtpote plures Epiſcopi) qui ſe inter ſe fatentur æqualis poteſtatis eſſe: non iam is, de quo agitur, *ſupra omne, quod dicitur Deus, extollitur*, cùm permulti alij (ſi aduerſarijs credimus) ex æquo idẽ ipſe Antichriſtus ſint, quorum & quilibet *dicitur Deus, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus*: & tamen nemo eorum ſupra aliũ extollitur, ſed ſe agnoſcit vel æqualem alteri, vel etiam poſteriorem, ſi non officio, tamen ordine temporis. Hæc ineptiora ſunt, quàm vt inter ſe cohæreant. Vnus quiſpiam ſingularis ſit oportet, qui & *Deum ſeipſum oſtendat*, & ſimul *extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus*. Nam ſi alter ex ipſius confeſsione dicitur etiam Deus, illumq́; agnoſcit conſortem ſuũ (vt in iis, qui ſunt eiuſdem ordinis accidit) iam talis homo non extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus.

Lib. 3. ad Quiri. num. 118.
Catech. 15.
In cap. Luc. 21.

Certè D. Cyprianus dicit, *Antichriſtum in hominem venire*: Hyppolitus in oratione de conſummatione mundi ac de Antichriſto, dicit, *Antichriſtum de impura muliere ſub forma hominis prodeuntem*: Cyrillus Hieroſolymitanus deſcribit *Antichriſtum fore quendam hominem à Diabolo inductum, veneficijs, incantationibus & malis artibus inſtructiſſimum*: Ambroſius *tres diſtinguit Antichriſtos*: vnum, qui ſit *Satan*: alterum, qui ſit *quilibet hæreticus*: tertium, *qui ex Scripturis diſputat ſe eſſe Chriſtum*, de quo in c. 2. poſterioris Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes, dicit: *Sicut Filius Dei homo natus, ſic Satanas in homine apparebit.* Chryſoſtomus in eandem Epiſtolam ſcribens, vocat *Antichriſtum hominem quempiam omnem Satanæ energiam adeptum.*

In cap. 7. Daniel.
De Ciuitate Dei lib. 20. cap 19.

Hieronymus de Antichriſto agens *Putemus* (inquit) *vnum eſſe de hominibus, in quo totus Satanas habitaturus ſit corporaliter.* Auguſtinus ſic deſcribit Antichriſtum, vt eum vocet *Principẽ ipſum, ad quem reliqua hominum multitudo pertinebit, & illum nouiſſimum Antichriſtum.* Et iterum ait: *Si de omnibus impijs dici poteſt* (quòd ſint refugæ à Domino) *quantò magis de iſto?* Iſtũ igitur Antichriſtum, de quo potiſsimùm Apoſtolus agit, Auguſtinus non dubitauit, vnum quendam hominẽ, impijſsimũ quidem illũ, ſed tamen vnum eſſe. Theodoretus in Commentarijs ſuis in Danielem: *Sicut* (inquit) *Dominus per humanam naturam apparens, noſtræ ſalutis auctor fuit, ita etiam diabolus, ſumpto ſuæ improbitatis idoneo inſtrumento, per ipſum propriam virtutem oſtendet.*

In Iob. li. 32. cap 12.

Deniq; Gregorius Magnus: *Antiquus* (inquit) *hoſtis illum perditum hominẽ ingreditur, qui ſpecialiter Antichriſtus nuncupatur.* Nõ ſecus igitur hi omnes antiqui Patres Antichriſtum ſemper intellexerunt, vnum certum hominem futurum quàm Chriſtus ipſe vnus fuit. Verùm vt Chriſtus cùm verè ſit vnica perſona, interdum tamen ſignificat totum corpus Eccleſiæ, cuius Caput eſt: ſic interdum Antichriſti nomen ad totum corpus impiorum accommodatur, quamuis ipſe in ſeipſo vnicus tantùm exiſtat, omnium videlicet eorum Caput, qui defecerunt à Deo. Quæ cùm ita ſint, neceſſe eſt, Proteſtantes totó cœlo errare, qui Antichriſtum ipſum putant certam ſedem ſucceſsionemq́; hominum, ac non vnam præ cæteris perſonam eſſe. Huc etiam accõmodari poſſent alia ſanè plurima è ſacris Scripturis petita, quæ poſtea copioſius explicabuntur.

Secundus Proteſtantium error de Antichriſto, quem viuentibus adhuc Apoſtolis occultè ortum fuiſſe dicunt, confutatur. Et quid apud Paulum ſit myſterium iniquitatis.

CAPVT V.

Opinio Proteſtantium.

PRoteſtantes putant, illum ſingularem Antichriſtum, de quo agimus, in mundo iam inde ab Apoſtolorũ tẽporibus fuiſſe, etiamſi nondũ eſſet retectus & reuelatus. Itaq; Illyricus (in lib. de ſermone ſacrarũ literarũ) dicit, per *myſterium iniquitatis (2. Theſſal. 2.) occultam originem Antichriſti & incrementa ſignificari.* Et Beza in explicatione Methodi eiuſdem Epiſtolæ, dicit, *Thronum aliquem apoſtaticum prædici erigendum, quem qui occupat, Antichriſtus ſit. Nam* (inquit) *Apoſtaticæ Sedis prima fundamenta iam ipſis Apoſtolis temporibus iaciebantur,*

ſed ita,

ſed ita, vt homines fallerent. Porrò idem Beza (in 2. Theſſ. 2.) *Manifeſtè* (inquit) *ſunt hallucinati, quicunque de vno quopiam homine putâsunt hoc* (quod Paulus de Antichriſto ſcribit) *intelligi, niſi deus mihi quempiam, qui à Pauli ſæculo ad diem vſque Iudicij ſuperſtes moneat.* Hinc apparet, Proteſtantes putaſſe, Antichriſtum ſub ipſo Pauli ſæculo in mundo fuiſſe, etiamſi adhuc latêret.

Prædicti erroris Confutatio.

Equidem nunquam negabo, *myſterium iniquitatis* , quod Paulo Apoſtolo adhuc viuente *operabatur*, ad Antichriſtum, totius iniquitatis , quæ per homines patranda erat , Principem & Caput, ſpectaſſe. Non quòd Pauli adhuc tempore ortus fuerit Antichriſtus, verùm quia eius operis, quod tunc per Satanam fiebat, ea erat natura & ratio, vt ad Antichriſtum poſtea venturum neceſſariò pertineret. Nam Satanas, qui principatum ſuum per Incarnationem Chriſti vehementer afflictum viderat & conuulſum, cupiebat quidem & ipſe, per alium hominem, cui vim ſuam omnem poteſtatémque donaret, Regnum Chriſti oppugnare. Sciebat enim multum valere apud homines, qui ex carne conſtabant, carnis humanæ operam & miniſterium . Sed quia *Deus ligauerat Satanam vſque ad mille annos*, hoc eſt, conatum eius impediuerat , ne quod facere volebat , efficere poſſet, donec plenitudo temporis aduenisset, in qua hæc poteſtas diabolo concedenda erat : propterea quicquid interim per Satanam adhuc ligatum & impeditum peragebatur , ad Antichriſtum quidem informãdum & velut parturiendum referebatur, ideoque *myſterium iniquitatis* meritò dictum eſt, non tamen ipſum Antichriſtum omnibus numeris ſuis perfectum adhuc producere poterat, Deo nobis melius prouidente . Nec enim multò ante finem mundi naſcetur Antichriſtus , vti ſuo loco declarabitur. Nunc dicimus, *myſterium iniquitatis* eſſe id omne, quod iniquum illum Antichriſtum non adhuc in rerum natura exiſtentẽ, ſed in Dei præſcientia , & in Diaboli voto ac deſiderio abditum & occultatum præfigurat, & ſignificat ijs, qui per Euangelicam Ieſu Chriſti doctrinam admoniti, & credunt , Antichriſtum quandoque venturum, & ne illis imprudentibus obrepat, cauere debent. Quicquid ergo remoratur & impedit Euãgelij progreſſum, quicquid Eccleſiam Chriſti vel intus, vel foris affligit , quicquid veritati Catholicæ fidei, & morum honeſtati aduerſatur : hoc vtique totum ad *myſterium iniquitatis* pertinet. Quod myſterium, Paulo Apoſtolo adhuc viuente, operatum eſſe dicitur, quia iam tum erant & intus falſi fratres, & foris manifeſti perſecutores, & primùm intus, deinde foris Pſeudoprophetæ, *qui ex ipſis Chriſtianis exurgentes, gregi non parcebant, ſed Diſcipulos abducebant poſt ſe.* Hinc fit, vt quidam ex ſanctis Patribus dicant, hæreticos: alij verò, Imperatorem Neronem à Paulo appellatum eſſe *myſterium iniquitatis*. Itaque D. Ambroſius (in 2. Theſſ. 2.) *myſterium* (inquit) *iniquitatis à Nerone inceptum eſt, qui zelo Idolorum Apoſtolos interfecit, inſtigante Patre ſuo Diabolo, vſque ad Diocletianum, & nouiſſimè Iulianum.* Quam interpretationem tam Chryſoſtomus , & Græci penè omnes, quàm Auguſtinus , & alij plerique Latinorum ſequuntur , & approbant. *Ego* (inquit Theodoretus) *exiſtimo, Apoſtolum per myſterium iniquitatis ſignificare hæreſes, quæ exortæ ſunt. Per illas enim multis à veritate abductis, præparat Diabolus exitium deceptionis. Eos autem appellauit myſterium iniquitatis, vt qui haberent celatum iniquitatis laqueum. Ipſe enim* (Antichriſtus) *apertè à Deo abducit homines. Quamobrem etiam reuelationem, eius aduentum vocauit Apoſtolus.* Præclarè annotauit Theodoretus, *reuelationem* opponi *myſterio* apud Apoſtolum. Nam ipſe aduentus Antichriſti vocatur ab Apoſtolo *reuelatio*: quod autem præcedit aduentum eius, dicitur *myſterium*. Nam *myſterium* (inquit) *iam operatur iniquitatis , tantùm vt qui tenet nunc , teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus.* Vide quàm pulchrè omnia inter ſe opponantur : *Tunc*, &, *iam*: itemque, *myſterium*, &, *reuelabitur* : denique *iniquitas*, &, *ille iniquus*. Ait enim, *myſterium iniquitatis operari iam* : Sed *tunc reuelandum eſſe illum iniquum*. Quaſi dicat : Iniquitas quidem Antichriſti iam nunc eſt , ſed ille iniquus nondum eſt . Nam iniquitas Antichriſti latet in mente ac propoſito Diaboli : ſed ipſe iniquus nondum eſt in rerum natura. *Iniquus* enim ille perſonam ſignificat , quæ nondum eſt . Iniquitas verò qualitatem perſonæ demonſtrat , quæ in ipſo Diabolo iam nunc eſt, & ab illo cum Antichriſto , quando is veniet , communicabitur . Quod verò interim per Diaboli ſuggeſtionem à quocunque homine contra Dei Eccleſiam geritur , id propriè dicitur *myſterium iniquitatis* , quia typus

Apocal. 20.

Myſterium iniquitatis.

Actor. 20.

Imperator myſterium iniquitatis.

De Ciuitate Dei lib. 20. cap. 9.

In 2. Theſ. 2. Hæreſes myſterium iniquitatis.

quidam & figura eſt iniquitatis illius, quam ipſe Antichriſtus multò & abundãtius & apertius exercebit.

Antichriſtũ ſub Pauli ſeculo nondum eſſe ortum.

Cæterum veniamus iam ad illas Proteſtantium ineptias, quibus dicunt, Antichriſtũ ſub ipſo D. Pauli ſæculo originem quandam occultam & incrementa ſortitum eſſe. Ac ſanè ſi hanc originem occultam vel in ſola mente Diaboli, vel in ſolis aut hæreticorum, aut Perſecutorum figuris, quæ Antichriſtum vtcunque adumbrabant, conſtituerent: aliquam æqui bonique partem eorum haberet oratio. Sed nunc intelligunt, nullo vnquam tempore aliam fore Antichriſti perſonam, aut alium in rerum naturam aduentum, quàm cuius origo Apoſtolorum temporibus præceſſerit. quod ab omni veritate abhorret. Quomodo alioqui dixit ibidem Apoſtolus: *Deus mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio?* Non dicit, Deum *miſiſſe* illis, neque etiam *mittere*, ſed *miſſurum eſſe illis operationem erroris*, id eſt (vt Oecumenius ibidem annotauit) *illuſionem efficacem & ſeducere potentem*. Sine controuerſia efficax iſta, & quæ ad ſeducendum valet, illuſio, non niſi Antichriſtus eſt. *Is enim venit ſecundùm operationem Satanæ in omni virtute, (ſeu potentia) & ſignis, & prodigijs mendacibus.* Cùm ergo Apoſtolus dicat, Deum *miſſurum eſſe* ijs, qui charitatem veritatis non receperunt, *illuſionem efficacem*, hoc eſt, Antichriſtum, qui habebit in ſe vnde incredulos & impios ſeducere queat: profectò idem Apoſtolus nunquam ea mente fuit, vt Antichriſtum ſuo adhuc tempore miſſum eſſe crederet. Quorſum enim diceret, Deum *miſſurum eſſe* illum, qui iam antè venerat? Myſterium quidem & typus Antichriſti iam venerat, ſed ipſe Antichriſtus adhuc *erat mittendus*, & propterea Paulo adhuc viuente, non erat natus aut ortus. Quo ſemel conſtituto apparet, quàm ineptè Beza illud ſcripſerit: *Niſi* (ait) *dent mihi quempiam, qui à Pauli ſeculo, ad diem vſque Iudicij ſuperſtes maneat.* Qui enim ſub Pauli ſeculo nondum natus erat, ſed adhuc *erat mittendus*, quomodo neceſſe eſt, vt ille *à Pauli ſæculo vſque ad diem Iudicij ſuperſtes maneat?* Irenæus, qui toto ferè vnius ſæculi ſpatio poſterior & iunior Paulo fuit, tamen neque ſuo tempore Antichriſtum veniſſe iudicauit.

Lib. 5. cont. hæreſes ſub fine.

Sæpius enim de Antichriſto loquens, eum vocat *illum, qui venturus eſt*: Et rurſus, *Qui aduenie[t]*. Cyrillus Hieroſolymitanus (in Catech. 15.): *Expectandus* (inquit) *eſt ille inimicus: & iam aliqua ex parte cœpit præmittere ſuos præcurſores, vt paratus deinde veniat ad venationem.* Gregorius etiam Nazianzenus, qui poſt Irenæum duobus ſeculis

Oratio. 5. de Pace.

vixit, Antichriſtum vocat *ignem in expectatione poſitum, qui ſuperuenturus ſit, noſtróſque lapſus & morbos in ſui Principatus occaſionem arrepturus*. Nondum certè venerat, qui tanquam *ſuperuenturus expectabatur*. Nec quiſquam Sanctorum Patrum eſt, qui non loquatur de Antichriſto velut de homine poſt ſuam ætatem in mundum venturo, vtpote quem nondum veniſſe cognouerat. Verba ipſorum hoc in loco proferrem, niſi quod poſteà hoc ipſum ita fiet, vt aliud etiam quippiam eadem opera confirmandum ſit.

Marginal note beside "Non dicit, Deum miſiſſe": πέμψει mittet.

Tertius Proteſtantium error de Antichriſto (quem dicunt ante aliquot ſecula reuelatum fuiſſe) confutatur: & quantopere ipſi Proteſtantes de tempore, in quo reuelatus ſit Antichriſtus, inter ſe diſſentiant.

CAPVT VI.

Cùm reuelatus iam ſit homo peccati (ait Wolfangus Muſculus in locis Communibus de Eccleſia cap. 12.) *qua conſcientia in communione & obedientia illius maneremus? Nec enim culpabilem habet Apoſtaſiam, ſi Eccleſia malignantium vnà cum Antichriſto deſeratur.* Ac eodem modo cæteri Proteſtantes vna voce paſſim affirmant, reuelatum ante aliquot ſecula fuiſſe Antichriſtum.

CONFVTATIO.

QVod non modò factum, ſed etiam reuelatum, & ante aliquot ſecula reuelatum eſſe dicitur: id opinor, ijs quibus reuelatum fuit obſcurum iam deinceps exiſtere non poteſt. Cùm ergo Proteſtantes affirment, Antichriſti aduentum non modò inceptum, ſed præterea iam diu reuelatum fidelibus viris eſſe: par eſt, vt certas perſonas, quibus, pri-

Et Tertullianus in Lib. de Reſurrect. carnis. Nemo adhuc excepit Heliã, nemo adhuc fugit Antichr. ipſũ: nemo adhuc Babylonis exitũ flevit.

bus primùm reuelatus, certumq́ue aliquod tempus & locum, in quo reuelatus fuerit, demonſtrent. Nam vt Chriſtiani fruſtrà Iudæis dicturi eſſent, priorem Chriſti aduẽtum iam reuelatum eſſe, niſi tempus & locum, in quo, itemq́ue perſonas, quibus primùm reuelatus eſt, manifeſtè oſtenderent ac nominarent: ſic Proteſtantes fruſtrà contendent, reuelatum eſſe Antichriſti aduentum, præterquàm ſi perſonas, quibus, locumq́; & tempus, in quo reuelatus eſt, perſpicuè deſignent. Ac Chriſtus quidem anno quadrageſimo ſecundo Imperij Cæſaris Octaui natus eſt in Bethlehem Iudæ, ac eadem nocte eodemq́ue in loco (vt de Maria Matre eius, & Ioſeph nutritio nihil dicam) reuelatus fuit *Paſtoribus, qui cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum.* Luc. 2. Nec ita multò pòſt reuelatus eſt etiam Magis, qui ex Oriente venerunt. Matth. 2. Trigeſimo autem anno ætatis ſuæ incipiente, reuelatus eſt & Ioanni apud Iordanem, Matth. 3. & per Ioannem reliquæ plebi, & præcipuè Diſcipulis ſuis per conuerſionem aquæ in vinum apud Canam Galilææ. Luc. 3. Iohan. 2. Dicant nunc Proteſtantes, quando, quibus, & vbi reuelatus eſt Antichriſtus. Ac de loco quidem agetur poſtea pleniſsimè, quem Romanæ Eccleſiæ Sedem, Thronumq́ue non eſſe, multis argumentis demonſtrabo. Nunc videamus de tempore, in quo, deq́ue perſonis, quibus apparuit. Non enim apparuit aut nunquam, aut nullis, ſi omnino reuelatus eſt. Quo igitur tempore primùm reuelatus eſt Antichriſtus? Neſcitur quo tempore Antichriſtus ſit reuelatus. Si diem aut menſem accuratè non tenent, dicant ſaltem, quo anno ſalutis humanæ ſit reuelatus. At quomodo id dicent, qui vix, ac ne vix quidem de ſeculo ipſo, annorúmue centuria, in qua reuelaretur, ſatis inter ſe conſentiunt? Illyricus (in Catalogo teſtium Pag. 3.) *Paulum ait prædixiſſe, Antichriſtum venturum inclinante in ruinam Regno Romano: ac tum (inquit) Papa cœpit Caput ſuum efferre.* Conſtat verò, inclinationem Regni Romani ab Honorij Auguſti temporibus cœptam eſſe ante annos 1150. An D. ferè 450. Itaque ſecundùm Illyrici mentem Antichriſtus abhinc annis mille & amplius reuelabatur. Quò etiam ſpectat, quod ibidem (Pag. 4.) dicit, *indicaſſe Ioannem in Apocalypſi, Antichriſtum per annos 1260. regnaturum.* Quos enim Scriptura dies vocat, hos pro annis Illyricus accipit. Lutherus verò *in ſupputatione annorum mundi*, ait, *Gregorium Magnum fuiſſe vltimum Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ. Nam ſequentes fuiſſe Pontifices Romanæ Curiæ.* Et mox adiungit, *Bonifacium tertium impetraſſe Primatum à Foca.* An. D. 600. Itaque inſinuat, Antichriſtum circa annum ſalutis *ſexcenteſimum* reuelatum fuiſſe. Nam eo ferè tempore Focas imperauit. Idem circa milleſimum ſalutis annum ait: *Finito iſto millenario, ſoluitur nunc Satan: & fit Epiſcopus Romanus Antichriſtus etiam vi gladij.* An. D. 1000. Ex his duobus locis conijcio, Lutherum ſentire, quòd Antichriſtus primùm gladio tantùm ſpiritali armatus fuit Anno Domini ferè *ſexcenteſimo*: quodq́ue idem Antichriſtus anno ſalutis noſtræ *milleſimo* fuit etiam gladio corporali armatus. Itaque Illyricus vult, Antichriſtum ducentis ad minimum annis prius reuelatum fuiſſe, quàm Lutherus ſtatuerat.

Iam verò Henricus Bullingerus, qui diligentiſsimè hanc rem ſcrutatus eſſe videri vult, in ſuis ad Apocalypſim Homilijs ait, Antichriſtum reuelatum eſſe *circiter annum Domini ſeptingenteſimum ſexageſimum tertium.* An. D. 763. Qui certè numerus annorum tùm ab Illyrici ſupputatione toto cœlo diſtat, tùm præterea & excedit primam, & non aſſequitur ſecundam Lutheri ſupputationem. Etenim ſi priorem Lutheri ſupputationem ſpectamus, pluſquàm totum ſeculum intercedit inter illam reuelationem Antichriſti, quæ Lutheri iudicio circa *ſexcenteſimum* ſalutis annum facta dicitur, & illam, quæ ſecundùm Bullingeri mentem *ſeptingenteſimo demum & ſexageſimo tertio eiuſdem ſalutis anno* facta eſſe creditur. Iam verò ſi poſteriorem ſupputationem expendimus: reuelatio Antichriſti, quæ ſecundùm Bullingeri fidem facta eſt Anno Domini *ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio*, pluribus etiam ſeculis antecedit illam, quæ poſt annum ſalutis *milleſimũ* extitiſſe putatur. Magdeburgenſes verò dicunt, *tempus, quo durat ſpiritale Regnum Antichriſti* (Apocalp. 11.) *eſſe dierum ſeu annorum mille ducentorum & ſexaginta: eiuſdémque Antichriſti temporalem ſtatum, quo gerit vtrũque gladium, eſſe annorum 666.* Apocal. 13. Quæ illorum opinio extat in Cent. 1. lib. 2. ca. 4. pag. 438. Primùm diſtinguunt Antichriſti ſtatum *in ſpiritualem & temporalem.* Deinde in ſpiritualis ſtatus duratione exponenda tam longè abſunt ab omni certa fide (quæ tamen in rebus diuinitus reuelatis deeſſe non debet) vt neſciant, vtrùm ſpiritualis Antichriſti ſtatus per *dies* mille ducentos & ſexaginta, an verò per totidem *annos* continuandus ſit. Certè non paruum inter *diem* & *annum* eſt diſcrimen. Neſciunt ergo iſti, vtrùm ſpiritualis Antichriſti ſtatus temporali diuturnior, an breuior ſit futurus.

Tempus incertiſsimum reuelati Antichriſti, quia initium eius cognoſci nõ poteſt, niſi cognitio prius mundi fine, qui ab hominibus cognoſci non poteſt.

Atqui temporalem volunt eſſe *annorum 666.* Spiritualem verò *vel dierum, vel annorum* (protſus enim dubitant) 1260. Scriptura ſacra manifeſtè vtitur *dierum* vocabulo. (Apocal. 11.) Iſti aiunt, *quaſdam interpretari dies pro annis.* Et hæc opinio (vt antea etiam dixi) placuit Illyrico. Ita enim ſcribit in Catalogo teſtium, pag. 4. *Indicauit Ioannes in Apocalypſi tempus, quo regnabit Antichriſtus, nempe 1260. dies, id eſt, annos, vt Scriptura ſæpe in Prophetijs & typis per diem annum notat.* Hæc Illyricus. Vult igitur, Antichriſti Regnum durare *per annos mille ducentos & ſexaginta.* Quod ita ſi eſt, vtiq; nec Illyricus, nec alius quiſpiam vel ſcire, vel conijcere poterat, quo primùm tempore Antichriſtus fuit reuelatus. Nam cùm ex Paulo cõſtet, *Antichriſtum illuſtratione aduentus Domini abolendum eſſe,* neſciatur autem, vel quo anno, vel quo ſeculo quáue annorum Centuria Dominus venturus ſit, (non eſt enim noſtrum, ſcire tẽpora, vel momenta temporum): efficitur vt ſciri non poſsit, quo primùm anno ſeculóue, vel ſpiritualis (qui ſecundùm iſtos durat annis 1260.) vel temporalis Antichriſti ſtatus (qui durat annis 666.) inchoatus fuerit. Tempus igitur vtriuſque ſtatus adeò non eſt iſtis reuelatum, vt ne conijcere quidem poſsint, quando inchoetur. Relinquamus Lutherum, Bullingerum, Illyricum, & Magdeburgenſes.

Wolfangus Muſculus (in locis Commu. de Eccleſia c. 12.) quemadmodum vult, *Antichriſtum ante ſua tempora fuiſſe reuelatum,* ſic apertè indicat, *ſub D. Bernardi ſeculo fuiſſe adhuc reuelandum.* Poſtquàm enim ea D. Bernardi verba (ex Sermone 6. in Pſal. 96.) recitauerat (*ſupereſt vt reueletur homo peccati*) mox de ſuo Muſculus adiungit: *vnde colligebat (Bernardus) reuelationem Antichriſti eſſe in propinquo? Ex his videlicet, quæ Romæ palàm non Apoſtolico, ſed Apoſtatica geri videbat. Imò, non ſimpliciter geri, ſed tanta impudentia in immenſum creſcere, vt nihil poſſet aliud eſſe præ ſoribus, quàm Antichriſtiana ſedis reuelatio, quæ & noſtra & ætate ſubſecuta.* Hæc Muſculus. Qui certè nõ putat, Antichriſtũ aut ante D. Bernardi ætatẽ, aut in illa, ſed noſtra, & ætate ſubſecuta reuelatũ eſſe. Vbi fateor, me neſcire, vtrũ hæc verba (*ætate ſubſecuta*) retulerit ad ætatem, quæ D. Bernardum, an verò eam, quæ ſuam ipſius conſcriptionem ſubſecuta eſt. Magis adducor, vt putem, eum loqui de ætate, quæ D. Bernardum ſubſecuta eſt. Non igitur aut Lutheri, aut Bullingeri, aut Illyrici, aut Magdeburgenſium opinionẽ in ea re ſecutus eſt Muſculus. Et quomodo Antichriſtus pro reuelato habetur, quum quo tempore potiſsimùm reuelatus ſit, illi ipſi neſciant, qui maximè omnium affirmant, reuelatum iam diu eſſe Antichriſtum? Plures Proteſtantium pugnantes de Antichriſti reuelatione ſententias colligere, facillimum mihi eſſet, ſi plures eorum libros aut vacaret, aut liberet euoluere. Nunc ſatis eſſe putaui, quòd Illyricus Antichriſti reuelationem *in inclinationem Imperij, hoc eſt, in annum Domini quadringenteſimum & fere trigeſimum:* Lutherus autem in annum Domini partim *ſexcenteſimum,* partim *milleſimum* reiecit: Bullingerus verò in annum Domini *ſeptingenteſimum ſexageſimum tertium:* Muſculus poſt annum Domini *milleſimum centeſimum & fere triceſimum:* Magdeburgenſes in tempus adeò incertum, vt tamen ſtatum eius temporalem (qui nunquam obſcurus eſſe poteſt) voluerint eſſe *annorum 666.* ſpiritualem verò *annorum 1260.*

Muſculus putat. Antichriſtum reuelatum poſt an. Dom 1130

Itaque cùm iſti omnes & Antichriſtum iam diu reuelatum eſſe contendant, & ne de ſeculo quidem, nedum de anno, menſe aut die, in quo primùm reuelaretur, conſentiant, ſed alius aliud ſeculum proponat, hic incertum, ille certum, hic vnũ, ille aliud, ac tertius etiam aliud: hinc opinor, non immeritò concludam, non eſſe adhuc reuelatum Antichriſtum. Alioqui certiſsimè tenerentur & tempus reuelationis, & perſonæ, quibus primùm reuelatus fuit. Ego enim non tantùm quæro, quo tempore, ſed etiam *quibus perſonis* ab initio apparuit, aut manifeſtatus fuit Antichriſtus. Proferantur aliquot homines quarti, & quod excurrit, aut ſexti, aut ſeptimi poſt Chriſti Natiuitatem ſeculi, aut etiam decimi, qui dicantur vidiſſe Antichriſtum, & eum pro Antichriſto habuiſſe. Ex tot Græcis, Latinis, Barbaris, qui tunc in mundo fidem Catholicam confeſsi ſunt, vel pauci nominentur, qui (velut olim Paſtores quidam in Iudæa, velut Magi ex Oriente profecti, aut velut Diſcipuli fideles) aut ipſi, aut alij pro ipſis quoquo modo teſtatũ reliquerint, quòd Antichriſtus (circa annũ Domini ſiue quadringenteſimum & eò amplius ſeu ſexcenteſimum, aut integro præcedente, aut etiam ſubſequente ſeculo, alijſue annis aut ſeculis ſuperius deſcriptis) vel ipſis, vel alijs fide dignis teſtibus apparuit. Si nullum eiuſmodi teſtimonium producitur, ſi neque Scriptura ſacra, neque Catholica traditio, neque ſignatæ tabulæ, neque hiſtoria quæpiam probata id confirmat: quænam hæc reuelatio eſt, quam nullus mortalium ſciatur vidiſſe? Aut nunc demum reuelatur noſtris Pro-

Quib' perſonis reuelatus fuerit Antichriſtus. Proteſtantes neque dicunt, neque ſciũt.

ſtris Proteſtantibus, quid ante annos mille, vel etiam octingentos atq; eò amplius, factũ fuerit? Nunc igitur primùm, & non annis ab hinc mille aut octingentis reuelatus eſt Antichriſtus. Tu dicis, eum fuiſſe reuelatum aliquot ab hinc ſeculis. Dic igitur: Cuinã fuit reuelatus? Verùm toti mundo? An teſtibus præordinatis? Non toti mundo. Alioqui omnes Eccleſiaſticæ hiſtoriæ mentionem rei tam nouæ, tam ſtupendæ, tamq́ue diu expectatæ feciſſent. At nũc apud omnes hiſtorias de hac re mirum eſt ſilentium. Si paucis tantùm reuelatus fuit, tantò magis opus eſt, vt hi pauci nominentur, vtq́; oſtendatur auctoritate aliqua graui, hoc ita verè geſtum eſſe. Nam vt dicas, Antichriſtum ante octingentos aut nongentos annos reuelatũ eſſe, & neminem earum ætatum proferas, cui reuelatus fuit: hoc quid aliud eſt, quàm id impudenter dicere, quod verum eſſe demonſtrare non queas? Daniel docet, Antichriſtum *poſt decem* Reges *conſurgentem, & tres ex illis humiliaturum, & ſeptem alijs potentiorem futurum.* Si ergo reuelatus iam eſt Antichriſtus, reuelati ſunt & *decem illi* Reges: & præterea ex illis decem *aliqui tres*, quos Antichriſtus præter cæteros humiliauit. At quinam ſunt iſti?

Daniel 7.
Illa certa & reuelata nõ eſſe quæ ſub Antichriſto iam reuelato ſient.

Scio, *Fridericum Secundum* in Epiſtola ſua nominaſſe olim Reges decem, atq; in illis *tres*, qui potiſsimùm humiliati ſunt. Dicit enim, decem cornua (ſeu Reges) eſſe *Turcas, Græcos, Ægyptios, Afros, Hiſpanos, Gallos, Anglos, Germanos, Siculos, & Italos, qui Romanas (inquit) Prouincias poſſident.* Hæc Fridericus. Qui, neſcio, cur *Perſas, Arabes, Gothos, Dacos, Bulgaros, Dalmatas, Hungaros, Bohemos, Polonos, Heluetios, Normannos, Luſitanos, Cypri, Creta, Sardiniæ, Rhodi aliarumq́; inſularum* Reges *& Dominos prætermiſit*, quos omnes conſtat quaſdam Prouincias poſſediſſe, quæ olim paruerant Romanis. Præterea cur Afros velut vnum Regem enumerat, cùm in Africa & tunc fuerint hodieq́ue ſint permulti Reges? Certè Bullingerus (in Apocal. Serm. *76.*) *Dalmatiam & Hungariam* inter cornua ſeu regna illa decem, non dubitauit recenſere. Cùm igitur nulla ratio proferatur, ob quam credamus, illos decem Reges, quos *Fridericus* nominat, potius quàm alios aliquot à Daniele intelligi, adhuc ſatis apertè reuelatũ fuiſſe non videtur Antichriſti myſterium. Accedit eòdem, quòd *decem Reges dicuntur vna hora* (ſeu eodem tempore) *poteſtatem accepturi cum beſtia.* Verùm Angli non vna hora cũ Turcis acceperunt poteſtatem, ſed permultis antea ſeculis, id quod illi non ignorant, qui verſati ſunt in hiſtorijs. Præterea Bullingerus (in Apocal. Serm. 57. & 61.) ait, per *decem Reges* nõ præciſe *decem*, ſed in toto genere *multos* Reges ſignificari. At *Irenæus*, & *Hieronymus* in Danielem nominatim vrgent numerum *denarium*. Vtcunque id ſe habeat, ſaltem illud animaduerſione dignum eſt, aliud *Friderico*, & aliud *Bullingero* hac in re placuiſſe: cùm tamen in ea re, quæ reuelata eſt, hoc non debuer[illegible]ngere. Qui enim diuinæ reuelationi fidem non habet, infidelis eſt, & à Chriſti E[illegible] ſeparandus. Deinde quidnam eſt, quod Daniel ait, Antichriſtum *tres ex decem Regibus humiliaturum*? Quinam ſunt *tres iſti* Reges? Aut quomodo, & à quo humiliati ſunt? Nam neq; hoc poſt reuelationẽ Antichriſti iam deinceps ignorari poteſt. Fridericus in eadem Epiſtola reſpondet, *Siciliæ, Italiæ & Germaniæ regna* eſſe illa, quæ Antichriſtus coëgerit ſibi potiſsimùm ſeruire. Atqui Daniel Propheta de Antichriſto in typo quodam loquens: *Mittet* (inquit) *manum ſuam in terras, & terra Ægypti non effugiet: per Lybiam quoq; & Æthiopiam tranſibit.* In quibus verbis antiquiſsimi Patres illa eadem tria regna deſignari putarũt, quæ Antichriſtus ſibi præcipuè ſubijceret. Vndè Hieronymus: *Dicamus* (inquit) *quòd omnes Scriptores Eccleſiaſtici tradiderunt: In conſummatione mundi, quando Regnum deſtruendum eſt Romanorum, decem futuros Reges, qui orbem Romanum inter ſe diuidãt, & vndecimum ſurrecturum eſſe Regem paruulum, qui tres Reges de decem Regibus ſuperaturus ſit, id eſt, Ægyptiorum Regem, & Aphricæ, & Æthiopiæ, ſicut in conſequentibus manifeſtius dicemus. Quibus interfectis, etiam ſeptem alij Reges victori colla ſubmittent.* Si AEgyptus, Africa, & AEthiopia ſunt illa regna, quæ Antichriſtus humiliabit: certè *Fridericus* non rectè pro illis ſuppoſuit *Siciliæ, Italiæ, & Germaniæ regna.* Imò hinc probatur, Antichriſtum adhuc ſub Friderico nõ fuiſſe reuelatũ. Alioqui res ipſa docuiſſet ipſum, quænam fuiſſent tria hæc Regna.

Apocal. 7.
Iren. lib. 5.
Quinã ſint tres Reges.
Daniel. 11.
In cap. 7. Daniel.

Sed omiſſa Danielis Prophetia, conferamus nos ad manifeſtiora D. Pauli verba. *Is* (2. Theſſal 2) ait, *aduentum Antichriſti eſſe in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus.* Vos dicitis, Antichriſtum iamdiu reuelatum eſſe. Quæro igitur, *quæ ſint prodigia & ſigna, in quibus venit?* Magdeburgenſes (Cent. 1. lib. 2. c. 4. pag. 436.) *Huiuſmodi* (inquiunt) *miracula erunt apparitiones animarum fabulantium de Purgatorio, petẽtium pro ſe Miſſas celebrari, ſanationes morborum, quæ accident colentibus ſtatuas & venerantibus Sanctos.* O præclaros Antichriſti reuelatores! Illa enim ſigna & prodigia nobis proferunt, quæ non modò cum alijs Patribus Latinis,

Propria Antichriſti prodigia nondũ reuelata ſunt.

verùm etiā cū Græcis,& illis quidē antiquiſsimis,cōmunia ſunt. Quis neſcit, quid Euſebius
Eccleſi. hiſt. lib.7.cap.14. *de imagine Chriſti ſcribit, quam mulier ob ipſo Filio Dei profluuio ſanguinis liberata, ei ex aere ſtatuit, ad cuius ſtatuæ fimbriā, cùm herba propè enata excreuiſſet, morbis cuiuſque generis medicādi vim habebat.* Hæc igitur ſtatua morbis omnibus medicinā faciens, nunquid inſigne Antichriſti fuit? Nam & illa ſtatua edidit ſigna, morboſque curauit. In Paleſtina igitur, non in vrbe Roma educatus eſt Antichriſtus. Signum etiam Crucis Dominicæ mulierem penè mortuam priſtinæ reſtituit valetudini ſub Conſtantini Magni temporibus, vt eſt apud Sozomenum lib. 2. c.1. Nunquid & ibi fuit Antichriſtus? Edeſſa ciuitas per imaginem Saluatoris, quam ipſe Abgaro miſerat, ab ingenti periculo, & regis Choſroës obſidione liberata eſt, auctore Euagrio, lib.4.c.26. Si ergo talia ſigna ſæpe in Oriente facta leguntur, quomodo per illa tam crebrò alibi oſtenſa, certus quiſpiam ordo Pontificum Romanorum declaratur eſſe Antichriſtus, præſertim cùm tot eius generis prodigia Romæ nō euenerint, quot in alijs regionibus Chriſtiani orbis? Nam *de apparitionibus animarum, & Purgatorio plura legimus apud Bedam in hiſtorio gentis Anglorum*, quàm vllus Pontifex Romanus aut feciſſe, aut tradidiſſe commemoretur. An non igitur quilibet animaduertat, quàm longè à veritate iſti abſint, qui talia ſigna enumerant, vt Pontificem Romanum probent eſſe Antichriſtum, qualia omnibus ex æquo non Epiſcopis tantùm, ſed etiam Doctoribus Chriſtianis conueniunt?
Cap.13. In Apocalypſi traditur, Antichriſtum facturum eſſe, *vt ignis de cælo deſcendat in terram in conſpectu hominum.* Quærimus ab ijs, qui reuelatum eſſe credunt Antichriſtum, quis Pontificum Romanorum hoc præſtiterit? Reſpondet Bullingerus in eundem locum, hoc eos facere, *qui dicunt ſe dare Spiritum ſanctum, qui verè eſt ignis de cælo deſcendens.* Optimè. Sed hoc Apoſtolis quidem accidit, vt dum ij manus baptizatis imponerent, aut etiam Dei verbum prædicarent, caderet Spiritus ſanctus ſuper fideles in conſpectu hominum. Actor. 8.10.& 19. Sed nullus Romanorum Pontificum tale aliquid in conſpectu hominum feciſſe legitur. Tale igitur ſignum Proteſtantes excogitârunt, quod potius Apoſtolos Chriſti, quàm Pontifices Romanos demonſtret eſſe Antichriſtum. Nam quòd Bullingerus eam doctrinam, quæ tradit, Spiritum ſanctum in Sacramento Confirmationis & Pœnitentiæ per Chriſti Miniſtros dari, ſolius Antichriſti doctrinam ait eſſe: facilè apparet, D. Cyprianum, Dionyſium, Ambroſium, Auguſtinum, omneſque adeò Catholicos Patres, qui Nouatianis & Catharis ſe oppoſuerunt, eiuſmodi Antichriſtos fuiſſe; id quod in libro ſuperiore planum feci. Iſti ſanè per ſuam ineptiſsimam opinionē ea tribuunt Antichriſto, quæ non minus in quoſlibet ſanctos Patres, quàm in Romanos Pontifices cadunt.

Omittamus iam reliqua, de quibus poſtea dicendi opportunior ſe offeret occaſio: nunc agemus tantùm de *numero nominis beſtia*. Nec enim dubium eſt, quin poſtquàm reuelatus
Neſcitur adhuc Antichriſti nomē Apocal.13. fuerit Antichriſtus, & nomen eius, & numerus nominis debeat manifeſtiſsimè reuelari, præſertim cùm Spiritus Sanctus dicat: *Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtia. Numerus enim hominis eſt: & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.* Irenæus verò in fine lib. 5. contra hæreſes: *Oportet* (inquit) *tales diſcere, & ad verum recurrere nominis numerum, vt non in Pſeudoprophetarum loco deputentur. Sed ſcientes firmum numerum, qui à Scriptura annuntiatus eſt, id eſt, ſexcentorum ſexaginta ſex, ſuſtineant primùm quidem diuiſionem Regni in decem: pòſt deinde, illis regnantibus, & incipientibus corrigere ſua negotia, & augere ſuum regnum, qui de improuiſo aduenerit, regnum ſibi vendicans, & terrebit prædictos, habens nomen continens prædictum numerum, hunc verò cognoſcere eſſe abominationem deſolationis.* Ex quibus Irenæi verbis intelligimus, numerum nominis Antichriſti latêre non poſſe, cùm ſemel apparuerit. At Proteſtantes cùm dicant, iam ſex aut ſeptem ſecula eſſe, quòd reuelari cœpit Antichriſtus, tamen nec adhuc quidem ſciunt, quod ſit nomen beſtiæ. Bullingerus ſanè (tam in Præfatione ſua, quàm in ſermone 61. in Apocalypſim) ad *poſtremum dicit, hunc numerum (666.) pertinere ad oſtendendum illud tempus, quo poſt conſcriptam Apocalypſim Antichriſtus* (ex ipſius iudicio) *reuelari debuit.* Quod ergo verbum Dei palàm aperteq; dicit, *numerum hominis eſſe*, id Bullingerus vult eſſe potius *temporis numerum*, quàm hominis. Nam Apocalypſim rectè dicit Ioanni reuelatam eſſe ad finem Imperij Domitiani, quod accidit poſt Chriſti Natiuitatem annis ferè 97. quibus ſi addantur anni *ſexcenti ſexaginta & ſex*, erit annus Domini *ſeptingenteſimus ſexageſimus tertius.* At mox totum hoc, quod ædificauerat, deſtruens, negat annum Domini *ſeptingenteſimum ſexageſimum tertium* accuratè ſpectādum eſſe, verùm alios aut non ita multum præcedentes, aut paulò pòſt ſubſecutos, in quibus neſcio

neſcio quid eueniſſe dicit. Obſecro te, Bullingere, ſolétne annus aliquis nominatim deſignari, vt non potiſsimùm is ipſe, verùm alius aliquis multò magis conſyderari debeat? Quænã hæc ratio eſt? Si numerum aliquem magnum & capitalem, vtpore ex ſolis *millenis*, aut etiã *centenis* conſtantem Scriptura poſuiſſet: meritò fortè dixiſſes, paucorum annorum nullam eſſe habitam rationem. At nunc non ſolùm numerantur *ſexcenta*, ſed & *ſexaginta*, & præterea *ſex anni*: & tu cùm de ijs annis diuinitus præſcriptis nunc tollas *quindecim aut ſexdecim*, nunc rurſus addas *ſeptem aut duodecim*, pro tuo libito (ſic enim facis, vt tua ratio cõſtare videatur) tamen putas te rectè ſcindere Verbũ Dei? Erras, ſi id credis. An ignoras, quòd qui vnum in ratione numerandi vel demit, vel apponit, totam numeri ſpeciem commutat? An oblitus es, Ioannem ita clauſiſſe librum illum Apocalypſis, vt diceret: *Conteſtor omni audienti verba Prophetiæ libri huius: Si quis appoſuerit ad hæc: apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri Prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de Ciuitate ſancta, & de his, quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Dicit, qui teſtimoniũ perhibet iſtorum.* Quid quòd, ſi eas hiſtorias, quæ in illos Domini annos à te poſitos inciderunt, commemorare vellemus: facillimum nobis eſſet oſtendere, nihil in illis rebus geſtum fuiſſe, quod Pontificem Romanum vel minimo argumento probet Antichriſtum eſſe.

Bullingerus omiſſo numero, quem Scriptura poſuit, aliũ proponit.

Cap. 22.

Verùm non eſt opus, vt nos futiles Bullingeri nænias confutemus, cùm ipſi Magdeburgenſes tã parum huic eius ſomnio acquieuerint, vt ipſi longè aliter ſentiendũ eſſe iudicauerint. Quos enim annos Bullingerus, antequàm reuelaretur Antichriſtus, præterijſſe voluit: hos non niſi ab Antichriſti prima reuelatione incipiendos, Magdeburgici putant. Ita enim ſcribunt in Centur. 1. *Tempus, quo d*[illegible] *debeat externus Antichriſti ſtatus, qui gerit vtrumque gladium, expreſſum videtur in* [illegible] *Apocal. 13.* Nunc ſi opinionem Bullingeri conferas cum opinione Magdeburgen[illegible]ebis, quàm belle iſti de re (vt ipſi Proteſtantes dicũt) apertiſsima, vtpote iamdiu reue[illegible] & cognita, inter ſe conſentiant. Si enim reuelatus eſt Antichriſtus circa annum Domini 763. & ſecundùm Magdeburgenſes externus ſtatus Antichriſti gerentis vtrumq; gladium, durabit annis 666. profectò iam ante annos centum finitus eſt & extinctus Antichriſti ſtatus. Nam ſi ad 763. adiungas 666. hi duo numeri omnino efficiunt annos 1429. Itaq; cùm iam annus Salutis 1571. agatur: ſtatus Antichriſti ante annos centum quadraginta & amplius expirauit. Verùm ipſi Magdeburgenſes ibidem dicũt, Regnum Antichriſti reuelatum, vſque ad ſecundum aduentum Chriſti manſurũ, quia Chriſti aduentu abolendus eſt Antichriſtus (2. Theſſal. 2.) Igitur Antichriſtus non circa annum Domini 763. ſed multò poſtea reuelatus eſt. Nam alioqui ante diem Iudicij conſummaretur. Ad hanc ſummam omnia, quæ hactenus dixi, referamus. Prophetiæ omnes, poſtquàm ita impletæ ſunt, vt res, de quibus prædictum eſt, reuelatæ eſſe ſtatuãtur, mox claræ ſunt & manifeſtæ, ſicuti perſpicuè videmus eueniſſe in Natiuitate, Morte, & Reſurrectione Chriſti, in Monarchijs, in vocatione gentium ad fidem in Chriſtum, atq; in alijs eiuſmodi rebus. Cæterùm Prophetiæ de Antichriſto loquentes, nondum ita illuſtres & perſpicuæ euaſerũt, vt ipſi Proteſtantes conſtituere poſsint vel tempus certum, in quo primùm apparuerit, vel perſonas certas quibus ea ætate reuelatus ſit, vel quando tria illa Regna humiliârit, de quibus Daniel prædixit, vel quæ ſigna & prodigia ſecundùm Apoſtoli doctrinam ediderit, vel quo nomine ſecundùm Ioannis Euangeliſtæ Prophetiam appellatus fuerit: imò de his omnibus rebus Proteſtantes inter ſe in infinitum litigant & contendunt. Non eſt ergo reuelatus adhuc Antichriſtus. Quod ipſum certiſsimis præterea demonſtrationibus euincã, ſi prius quartum errorem Proteſtantium propoſuero. Pleraq; enim illorum, quæ oſtendent, Pontifices Romanos non eſſe Antichriſtũ, oſtendent etiam, Antichriſtũ adhuc nõ eſſe reuelatũ.

O præclarã Proteſtantiũ cõcordiam.

Lib. 2. c. 4. Pag. 428.

Pag. 418.

Quartus Proteſtantium error de Antichriſto, quem tradunt eſſe Pontifices Romanos.

CAP. VII.

CVM Proteſtantes tùm ex antiquorum Patrum doctrina, tùm ex rebus ipſis didiciſſent, quantum ſemper in Eccleſia Chriſti Pontificibus Romanis delatum eſſet, viderentq; tam immobilem Petram nullis humanis viribus aut ab initio conſtitui, aut tot ſeculis continuari potuiſſe, nec tamen in animum inducere vellent, vt huic Principis Apoſtolorum præſtanti Cathedræ, velut à Chriſto erectæ & ſtabilitæ, ceruices ſuas ſubijcerent:

ad id

Pridie autem Calendas Iunij cùm Præfectus carceri à Storæo quæreret, vtrùm ante obitum ſuum conſilio cuiuſpiam ex Dei miniſtris indigeret: ille poſtulauit, ne quis profanus & ſchiſmaticus introduceretur: ſe enim cum nullo tali communicaturum eſſe. Cum Catholico autem Preſbytero libenter ſe colloqui velle. Impetratum igitur eſt, vt Reuerendus Archimandrita Dominus Fecnamus qui eodem in carcere ob fidem Catholicam tenebatur, ad illum accederet, qui per totam propè noctem colloquti eſſe dicuntur de ijs rebus, quæ ad æternã ſalutem pertinebãt. In ipſis ergo Calendis Iunij tantus Dei Martyr iniectus crati, ad locum ſupplicij trahitur.

Inde in currum tranſlatus, fune prius in collum impôſito, dicebat ſe vt moreretur adeſſe, ac fatebatur quidem glorioſa Dei voluntate factum eſſe, vt in Angliam ſubeundi ſupplicij cauſa quod multò grauius peccata ſua merita fuiſſent, perduceretur. Nam alioqui ſe admonitũ non ſemel, quantũ ipſi periculum immineret, nunquam tamen illud proſpicere potuiſſe: nunc autem Deo gratias agere, inimicis ignoſcere, cum omnibus hominibus pacem habere corpuſq; ſuum libentiſsimè carnifici traditurum, vt per breuem pœnam ad æternam gloriam merito ſanguinis Ieſu Chriſti aſpiraret. Porrò de iniquitate iudicij, quod in illum exercuiſſent, deq; crudelitatis calumnia, cuius ei notam inuſsiſſent, pauca locutus, tandem ſe mori conteſtabatur in ea Catholica fide, in qua baptizatus fuiſſet, quæq; illi cũ Rege ſuo Philippo, Cæteriſq; Catholicis Principibus & populis communis eſſet. Adſtantes autem ac præſertim adoleſcentes admonebat, vt vnam Eccleſiam crederent, vnum ouile, Paſtoremque vnum,
1087 & illum D. Petri Succeſſorem, extra cuius Eccleſiæ vnitatem ſeruari nemo poſſet. Interrogatus autẽ à Comite Bedſordiæ, vtrum eſſet ſubditus Reginæ? Non ſum inquit. Tùm Baro de Hunſdeno intulit: At natus es Anglus. Cui Storæus: Naſcitur quiſque liber, eiq; tota ſuperficies terræ patet, vt ſi vno certo in loco habitare non permittatur, alibi tamen poſsit degere. Tunc quidam ex miniſtris Anglicanæ Synagogæ quæſiuit, vtrùm non crederet, Reginam immediatè ſub Deo ſupremum Caput eſſe Eccleſiarum Angliæ & Hiberniæ? Non diſputandi cauſa (inquit Storæus) huc veni. Nec mea negatio vobis fidem fecerit, aliter ſe rem habere. Vix hoc dixerat, quin illi, qui aderant, veriti ne grauius aliquid
1088 in profanum illum & ſecularem Reginæ Primatum dicturus, aut maniſeſtiùs verum Primatũ Romanæ Eccleſiæ confirmaturus eſſet, abduci currum iuſſerunt: atq; ita eùm ad breue tempus fuiſſet ſuſpẽſus, viuens adhuc in terram demittitur, præciduntur genitalia, aperitur venter, viſcera eruuntur, caput amputatur, membra diſſecantur, ac ne ſic quidem excarnificatus immani ac barbaræ ſpectatorum crudelitati ſatisfecit.

Aderat inter eos ſpectator Cæcilius, qui Elizabethæ à Secretis eſt, & præterea Comites duo, ac vnus Baro. Iſtis ergo cùm talis mors parum acerba viſa eſſet, ſtatim duos libellos ediderunt, in quibus venerandi ſenis ac Sancti Martyris reliquias infamiæ notis aſpergere conati ſunt, vt omnes intelligerẽt, tantas Ioannis Storæi virtutes fuiſſe atque eſſe, vt neque poſt funera eius ipſorũ liuor & inuidia conquieſcat. In his autem duobus fortiſsimorum virorum præclariſsimis martyrijs hunc librum duxi terminandum. Fruſtra enim poſt Dei opera, hominum attexuntur verba.

ARGVMENTVM LIBRI OCTAVI.

QVoniam Proteſtantes nihil frequentius in ore habent, quàm Pontificem Romanum eſſe ipſum Antichriſtum, de quo tam in Daniele Propheta, quàm in Euangelijs, in Epiſtolis Apoſtolorum, & in Apocalypſi prædicitur: neceſſe habui, de Antichriſto vberius aliquantò diſputare, tùm vt D. Petri ſucceſſorẽ & Ieſu Chriſti Vicariũ huius ignominoſi nominis inuidia liberarẽ, tùm vt ipſos Proteſtantes eiuſdem criminis reos eſſe oſtenderem. Quæ diſputatio quatuor partibus conſtabit. Prima docebit, Papam non eſſe ipſum Antichriſtum. Secunda, ne membrum quidem Antichriſti Papam eſſe: quod ſaltem attinet ad fidem, quam docet, ac ad primum Sacerdotalis Ordinis gradum, quem tenet. Tertia declarabit, Proteſtantes membra eſſe Antichriſti. Quarta demùm pateſaciet certas rationes, quibus horum temporum hæretici viam expeditiorem, quàm vlli vnquam alij fecerint, Antichriſto ſternunt. Erit igitur in hoc Libro de vera Dei Eccleſia, deque falſa religione, & Antichriſti Synagoga, tùm ad noſtrum inſtitutum aptiſsima, tùm ad frangendam hæreticorum audaciam & calumnias confutandas peropportuna diſputatio.

DE VISIBILI MONARCHIA Eccleſiæ,

SEV, DE ANTICHRISTO,

LIBER OCTAVVS.

Quòd ſit Antichriſtus quidam eximius & minimè vulgaris.

CAPVT PRIMVM.

AVDISTIS (inquit Ioannes, Epiſt.1.Cap.2.) ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, *quòd ille Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt.* Ergo & vnus quidam eximius, & præterea multi ſunt vulgares Antichriſti. De illo eximio agitur apud Danielem c.7.8.9.& 11. apud Matthæum cap.24. apud Paulum 2. Theſſalon.2. apud Ioannē in Euangelio c.5. in Epiſt.1.c.2.& 4. in Apocalypſi c.11.13.17.& 18. Non poteſt ergo dubitari, quin eximius quidam ſit & ſingularis Antichriſtus. Quod cùm nec ipſi Proteſtantes negent, non eſt cur in hac re diutius immoremur.

Quid Antichriſti nomen ſignificet.

CAP. II.

ANtichriſtus eſt is, qui aduerſatur & repugnat *Mediatori Dei & hominum homini Ieſu Chriſto.* Nam vt antequàm Filius Dei carnem aſſumpſerat, Angelus ille præfractus, & in omni vitioſitate obfirmatus, qui ſe primùm Deo Creatori ſuo non dubitauit opponere, accommodatè ab Hebræis dictus eſt *Satan*, hoc eſt, oppoſitus & aduerſarius: ſic poſtquàm *Verbum caro factum eſt*, homo ille, qui ſubornatus ab eodem Satana, palàm præ cæteris aperteque Chriſto auſus fuerit repugnare, appoſitè in Scripturis Diuinis nominatur Antichriſtus: vtpote qui non Deo ſoli, ſed etiam Chriſto Deo & homini hoſtem ſe ac inimicum conſtituit & profitetur. Spiritus eſt Deus: & Satan eſt ſpiritus. Ille æternus: hic factus in tempore. Ille Creator omnium, quæ erant valde bona: hic primùm ſuipſius corruptor, deinde hominum recens iam conditorum ſupplantator. Quid ſit Antichriſtus.

Cùm verò Deus propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, miſiſſet Filium ſuum in mundū, vt omnes, qui crederent in illum, non perirent, ſed ſalui fierent: Satan mox omnes ingenij ſui neruos intēdit, vt Incarnationis Chriſti myſteriū, quoquomodo poſſet, irritū redderet. Chriſtus ad procurandam ſui Euangelij diſſeminationem Apoſtolos & Paſtores miſit in vniuerſum mundum, qui *legatione pro ipſo apud omnes gentes fungerentur.* Satan ergo ſuos etiam adminiſtros in omni gente & loco excitauit, qui oues Chriſti diſpergerent, furarentur, & mactarent. Itaq; vt Satan ſuo nomini perfectè ſatisfaciat, nō tantùm Deo ipſi, verùm omnibus illis modis, quos Deus ad inſtaurandum hominē adhibet, obſtinatè ſe in æternum opponit. Iam verò quemadmodum inter omnes homines, qui Deo viuo & vero ſeruiūt, vnus ille Chriſtus Ieſus ſingulariter vnctus eſt, qui *abſq; vlla rapina iudicans ſe æqualem Deo, formam ſerui accepit*, vt hominem Deo reconciliaret: ſic inter omnes Satanæ miniſtros vnus aliquis homo in ſignis & prodigijs mendacibus ſe extollet ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. ita vt in Templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Et hic eſt ille, quem propriè vocamus Antichriſtum. Fateor enim, Antichriſti nomen communiter acceptum ad omnes Idololatras, Hæreticos, Pſeudoprophetas & impios homines aut etiā dæmones interdum referri, ſicut etiam Prophetæ Dei nōnunquam in Scripturis ſacris appellantur Chriſti. Nomen quippe vni perſonæ proprium, licet ob aliquam mutuæ ſimilitudinis proportionem ad alios ſæpiſſimè extendi ſoleat: non tamen propterea deſinit in illa prima origine ſua eximiam & eminentem retinere ſignificationem. Sed quia video, hanc rem in quæſtione poſitam eſſe: age, diligentius eam examinemus.

Proteſtantium primus error de illo, qui propriè dicitur Antichriſtus, quem negant, vnum quempiam hominem, aut certam perſonam eſſe.

CAPVT III.

2. Theſſal. 2. 1. Ioan. 2. FAtentur Proteſtantes, non modò multos Antichriſtos, verùm etiam vnum eximiū præ cæteris eſſe, cui Paulus & Ioannes hoc nomen propriè vendicent. Verùm non ita hūc vnum eximium accipiunt, tanquam is fuerit aut futurus ſit vnus quiſpiā homo, & perſona vna: verùm tanquàm ſit vna quædam ſecta, & certa ſucceſsio hominum, quæ Chriſto acrius, quàm aliæ omnes ſectæ, aduerſetur. Sic Illyricus in lib. de ſermone ſacrarum Literarum ſub verbo Abominationis docet. *Fuerunt* (inquit) *aliæ abominationes ac Idololatriæ innumeræ, omnibus temporibus: ſed quæ tantùm damni regno Chriſti dederit, vt hæc* (de qua prædictum eſt Daniel 9. Math. 24. & Marci 13.) *nulla vnquam fuit, nec erit. Aliæ breui tempore, hæc diutiſsimè regnauit, idq; magna ex parte potenter ac liberè*. Quando Illyricus dicit, hanc ſingularē abominationem *diutiſsimè regnaſſe*, nec aliam poſthac fore, quæ tantum damni regno Chriſti dedit, profectò nō de vno quopiā homine (nullus enim talis diutiſsimè regnauit) ſed de ordine quodā & profeſsione hominū loquitur. Itemq; Henricus Bullingerus in Præfatione ſua in Apocalypſim dicit, *nullum alium Antichriſtum in orbem venturum eſſe, præter eum, qui iam antè in Epiſcopis quibuſdam aduenit*. Seriem ergo certorum Pontificum vult eſſe hunc eximium Antichriſtum. Rodolphus etiam Gualterus Tigurinæ Synagogæ miniſter in Homilijs de Antichriſto, *irridet eos, qui ponunt, certum quendam hominem eſſe Antichriſtū*. Iam verò Beza in c. 2. poſterioris Epiſtolæ Pauli ad Theſſalonicenſes: *Loquitur* (inquit) *Paulus de Antichriſto, tanquam de vno quopiam homine, cùm tamen totum Eccleſiaſticæ tyrannidis* Nota impudentiam hominis. *corpus intelligat, quam quiſquis occupat, is eſt ille ſceleratus, de quo hic agitur: ſed ita tamen, vt peculiarem aliquam tyrannidem declaret, cui paulatim ſubſeruierunt hæretici, atq; etiam per imprudentiam nonnulli ex Sanctis ipſis & orthodoxis Patribus, vt nunc res ipſa patefecit. Itaq; manifeſtè ſunt hallucinati, quicunque de vno quopiam homine putârunt hoc intelligi*. Denique Magdeburgenſes (Centuria 1. lib. 1. c. 4. tit. de Antichriſto) Antichriſtum vocant *Regnum falſorum Doctorum Chriſti doctrinam obſcurantium*. Et lib. 2. c. 4. Pag. 434 & 435. dicūt, *Apoſtolos docere, Antichriſtum non fore vnam aliquam tantum perſonam*. Sed hæc omnia falsò conſtituunt, vti iam planum fiet.

Secundùm fidem Catholicam & Scripturas ſacras, eximius ille Antichriſtus, eſt vna quæpiam perſona, & non ſedes quædam, vel ſucceſsio hominum.

CAP. IIII.

CAtholici credunt, illum eximium Antichriſtum, qui tam ſignificanter à Chriſto & Apoſtolis deſcribitur, eſſe vnum quendam hominem, qui præ cæteris omnibus Pſeudoprophetis Chriſto ſe in fine ſeculorum opponet, quiq; illuſtratione aduentus Domini deſtruetur. Quæ Catholica fides certiſsimo verbo Dei nititur & confidit. Chriſtus Ioan. 5. enim docens, quid inter ſe ac Antichriſtum interſit *Ego* (inquit) *veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis*. Ille enim alius, qui venit in nomine ſuo, quiq; ita veniens, à Iudæis excipitur, non quilibet Antichriſtus eſt (nec enim quemlibet Pſeudoprophetam aut Hæreticum, imò nullum omnino hactenus Iudæi acceperunt) ſed ille eximius & vnicus Antichriſtus, quem ſolum Iudæi velut Meſsiam ſuum accepturi ſunt. De Antichriſto enim ſermonem eſſe, tam Græci Patres, quàm Latini, auctores Lib. 5. cont. Hæreſes. Alius cur dicatur Antichriſtus. ſunt. Irenæus inprimis *Dominum ait de Antichriſto dixiſſe: Cum alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis: aliū dicens Antichriſtū, quoniam alienus eſt à Domino*. Chryſoſtomus præterea in Homil. 15. in Ioannē: *Quēnnam* (inquit) *non in nomine Patris venturum dixit? Antichriſtū*. Hieronymus etiam in Epiſt. ad Algaſiam, quæſt. 11. *de Antichriſto* (inquit) *loquitur ad Iudæos: Si alius venerit in nomine ſuo, illum ſuſcipietis*. Cyrillus Alexandrinus (in Ioan. lib. 3. c. 6.) & Theodoretus (in ſuis Commentarijs in Danielem) eodem modo illa Chriſti verba exponūt. Quid quòd hi omnes hunc Euangelij locum conferunt cum illo Pauli ad Theſſal. cap. 2. vbi conſtat, de Antichriſto agi? Quia enim Iudæi Chriſtum à Deo Patre ſecundùm Prophetias miſſum recuſârunt agnoſcere: *ideo* (vt ait Paulus 2. Theſſal. 2.) *mittet illis Deus ſpiritum erroris, vt*

ne, vt credant mendacio non cuilibet, ſed τῷ ἰδίῳ, videlicet, certo cuidam & inſigni mendacio, vtique ipſi Antichriſto. Quemadmodum igitur Chriſtus in Patris ſui nomine veniens, vna certa perſona fuit, quæ homines iuſtificatos per carnem ſuam verbo vnitam Deo recōciliauit: ſic Antichriſtus in nomine ſuo veniēs, vna certa perſona erit, quæ homines impios per carnem ſuam omni diabolica malitia inſtructam & à Deo abducet & Diabolo ſubijciet. Quod vt planius adhuc fiat, tria hæc, quæ ad ſalutem noſtram inprimis pertinent, ante oculos ponamus, *Deum, Chriſtum, & Eccleſiam*. Deo aduerſatur diabolus, qui ob id appellatur *Satan*, id eſt, aduerſarius. *Chriſto* aduerſatur *Antichriſtus*: quod ipſum ex nomine illius manifeſtum fit. Nihil enim aliud eſt Antichriſtus, quàm contrarius & oppoſitus non Deo tantùm, ſed etiam Chriſto. *Eccleſia* aduerſatur *ciuitas Diaboli*, & corpus Antichriſti. Deus eſt Spiritus: & Satan in ſpiritu ſe opponit Deo. Chriſtus non Deus tantùm & Spiritus eſt, ſed homo & caro. Hinc fit, vt Antichriſtus, præter malitiam Spiritus Satanæ, etiam in humana carne vitiorum omnium fomite homini Chriſto reſiſtere permittatur. Vt ergo Dei Filius præter aliorum hominum miniſteria, quibus ab initio mundi vſus eſt, ſingularem quandam hominis naturam aſſumpſit, qua velut inſtrumento potentiſsimo ad noſtram ſalutem procurandam eximiè vteretur: ſic idem Deus permittit, vt quoniam impij homines Chriſtum recipere noluerunt, alius quidam homo per Satanæ operationem adueniat, in quo dum ſcelerati omnes confidunt, iuſtam mercedem impietatis ſuæ, damnationem æternam percipiant. Itaque vt in Chriſto, ſic etiam in Antichriſto, & veritas naturæ humanæ, & vnitas perſonæ ſtatuenda eſt. Progrediamur nunc ad reliqua.

Eccleſia Dei conſiſtit ex Angelis & hominibus ſanctis: & Diaboli ciuitas ex ſpiritibus nequam, & hominibus impijs conſiſtit. In Eccleſia Dei ante aduentum Chriſti, erat Cathedra Moyſis, & Summorum Sacerdotum Thronus, qui vero Deo myſtica Sacrificia offerebant. Huic ſtabili Cathedræ Diabolus in ſua ciuitate oppoſuit collegia Pontificum, Sacerdotum, Aruſpicum, & Augurum, qui Dijs falſis immolabant. In Eccleſia Chriſti poſt ipſius aduentum eſt *Cathedra Petri* & Succeſſorum illius firmiter ſtabilita, qui per incruentā Corporis Chriſti oblationem & participationem annuntiant veritatem & Incarnationis, & mortis Dominicæ, in qua ſanguinem ſuum pro nobis effudit. Huic Petri Cathedræ à Domino fundatæ (Matth. 16.) diabolus in Antichriſti Synagoga opponit omnium hæreticorum & irriſorum Cathedras (Pſal. 1) qui non Euchariſtiam Deo in mortis Domini commemorationem, ſed vanitatem ſuam diabolo ſacrificāt. Atq; iſto modo ſingula reſpondent ſingulis: ſapientia nempe Dei attingente à fine vſq; ad finem fortiter; & diſponente omnia ſuauiter. Iam ſi ex iſta collatione tollas Antichriſtum ipſum, qui nexus eſt diabolicæ ciuitatis, & velut ſequeſter inter nequam ſpiritus & impios homines, à diabolo malitiam, ab hominibus naturam mutuatus: hunc ergo ſi dicas non vnum quempiam hominem, ſed ſectam quandam Paſtorum, aut Sedem Thronumque eſſe Pontificum, qui doctrinam Chriſti oppugnant: cōfundis & perturbas pulcherrimam Dei fabricam, partemque corporis impiorum hominum in capitis locum ineptè ſubſtituis. Vis enim Antichriſtum nō eſſe vnum hominem diabolicum, qui vni homini Chriſto aduerſetur, ſed potius vnam Pontificum Sedem: cùm interim quælibet Pontificum Sedes à Diabolo erecta ſecundùm rationem, quam Deus in reliquis rebus obſeruauit, potius alteri Pontificum Sedi per Chriſtum ſtabilitæ, quàm ipſi Chriſto deberet aduerſari. Nam vt corpus Eccleſiæ, quanquàm Chriſti ſit, à perſona tamen Chriſti numero ſaltem perſonarum differt: ſic Antichriſti corpus, hoc eſt, Pſeudoprophetæ quicūque, in quantumuis ſublimi ſolio ſedeant, ſaltem in perſonis differunt ab Antichriſto; qui Caput eſt omnium Pſeudoprophetarum. Negare igitur, Antichriſtum eſſe vnicam perſonā: eſt illam oppoſitionem tollere, quam & Apoſtoli verba indicant, & Chriſtus ipſe in Euangelio ſtatuit, dum ait: *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis*. Chriſtus ait: *Si alius venerit*. Quis obſecro *alius*? Nōnne alius homo? Cæterùm tu dicis: Si alia Pontificum Sedes, & alia hominum ſecta venerit. Quid igitur? Verùm Chriſtus aut Sedes quædam, aut ſecta eſt? Antichriſtum quippe ſibi ipſi, ac non tantùm ſectatoribus ſuis Chriſtus opponit. Ex vna enim parte ait: *Ego veni*: ex altera: *Si alius venerit*. Ex vna: *In nomine Patris mei*: ex altera: *In nomine ſuo*. Ex vna: *Non accepiſtis me*: ex altera: *Illum accipietis*. Nōnne vt hæc pronomina, *Ego* & *me*, perſonam Chriſti certam, ſic etiam illa, *alius* & *ille*, certam Antichriſti perſonam denotant? Non igitur de ſerie quadam & ſucceſsione hominum, ſed de vno potiſsimùm homine agitur, tam ex Chriſti parte, qui

2. Theſſal. 2. Ioan. 5.

vnus homo eſt, quàm ex Antichriſti, quem etiam vnum quendam hominem futurum eſſe, credere debemus. Qualis enim Chriſtus eſt per naturæ humanæ veritatem diuinæ perſonæ vnitam: talis erit & Antichriſtus per naturæ ſimul ac perſonæ humanæ veritatem à Satana omni peccato & malitia inſtructam. Cùm ergo Chriſtus dixerit: *Si alius venerit, illum accipietis:* ſi per *alium*, non alium hominem, ſed alium Thronum, aut aliam Sedem intelligas: profectò neque per Chriſtum intelligere debes certum aliquem filium hominis, ſed Thronum & Sedem neſcio quam. Atqui Paulus Antichriſtum vocat non certè Sedē, Thronum, aut Cathedram, aut ſeriem Pontificum, ſed *hominem*. Sic enim ſcribit (2. Theſſalon. 2.) *Niſi reuelatus fuerit homo peccati.* Non dicit: Niſi reuelati fuerint *homines* peccati, ſed *homo*. Nec dicit: Niſi reuelata fuerit *ſeries hominum*, aut *certa multitudo Paſtorum*, ſed niſi reuelatus fuerit ὁ ἄνθρωπος, *ille homo*, id eſt, vnus quiſpiam certus homo. Nam & Ambroſius legit: *Niſi reuelatus fuerit homo ille peccati:* vt vim articuli ſignificantius exprimeret.

Bezæ obiectio. Atque vt illud obiter attingam: articuli Græci adiectio irritam prorſus Bezæ argumentationē facit. Is enim, vt oſtendat, per hominē peccati multos homines, aut corpus quoddā hominum intelligi poſſe: *Neq; verò aliter* (inquit) *Daniel (quicū hoc in loco mirè conſentit Paulus) ſingularibus vrſi, Leonis, Pardi, nominibus multos Reges intelligit in vnum Monarchiæ corpus iunctos.*

Reſponſio. Atqui, ò bone vir, Daniel neq; multos Reges in vnum Monarchiæ corpus iunctos nominatim vocauit vrſum, Leonem, aut Pardum: neque nominibus illis vrſi, Leonis, aut Pardi (ſaltem vbi primùm fecit illorum mentionem) articulum appoſuit. Sic enim ait cap. 7. *Quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari: prima* (ὡσεὶ λέαινα) *quaſi Leæna: alia ſimilis* (ἄρκτῳ) *vrſo: alia quaſi* (πάρδαλις) *pardus.* Non dixit, primam beſtiam fuiſſe Leænam, nec ſecundam fuiſſe vrſum, nec tertiam fuiſſe pardum: ac multò minus dixit, primam beſtiam fuiſſe *hanc* leænam, aut ſecundam ſimilem fuiſſe *huic* vrſo, tertiámue fuiſſe velut *hunc* pardum. Nihil tale apud Danielem reperis. Quod ergo ille per generis aut formæ nomen, cuius eſt multa ſub ſe complecti, enuntiauit, non immeritò ad multos Reges per quaſi Leænam, vrſum, aut pardum ſignificatos, referri poteſt. At longè aliter D. Paulus rem hoc in loco expreſsit. Non enim dicit: *Niſi reuelatus fuerit quaſi homo peccati*, *ſed homo peccati:* nec generaliter & indefinitè *homo*, ſed *ille homo*. Taménne, *cum Daniele Paulus mirè conſentit hoc in loco?* An potius aliter Daniel tres Monarchias, aliter Paulus Antichriſtum deſcripſit? Ille illas generaliter deſcripſit, velut communes pluribus: iſte hunc definitè ac perſonaliter deſignauit, velut qui rem vni perſonæ propriam prædiceret. Næ iſti præclarè conſerunt Scripturas, qui res tam diſsimiles pro ſimilibus habent. Verùm vt ad id, quod inſtituebamus, noſtra reuertatur oratio: Antichriſtus nec ſemel, nec bis, ſed ſæpiſsimè per huiuſmodi articulos in Scripturis ſanctis velut indice digito demonſtratur. Etenim apud Matthæum (c. 24) appellatur τὸ βδέλυγμα, illa abominatio. Itemque apud Paulum Antichriſtus vocatur ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος, ὁ ἄνομος, & ſecundū quoſdā ἡ ἀποστασία, & τὸ ψεῦδος, *ille homo peccati, ille filius perditionis, ille aduerſarius, ille iniquus, illa defectio, & illud mendacium.*

1. Ioan. 2. Apud Ioannē verò nominatim ὁ ἀντίχριστος, *ille Antichriſtus.* Sic enim articulum Græcū ſignificamus, quia Latini articulū, qui Græco propriè reſpondeat, nō habent. Quæ autem ſit articuli Græci vis, ipſi Patres Græci optimè fidem facient.

Græci articuli vis & poteſtas. Epiphanius lib. 1. contra hæreſes, ſecta 9. *Si dixerimus, addito articulo, ὁ βασιλεύς, minimè ambiguum eſt ſignificatum. Nam Rex, de quo quæritur, aut de quo dicitur, aut qui cognoſcitur, aut alicuius imperium habens, per articulum indicatur. Et ſi dixerimus, θεός, id eſt, Deus, ſine articulo, quemlibet Deum gentium diximus, non Deum verum. Si autem dixerimus, ὁ θεός, palam eſt, quòd ab articulo verum (Deum) ſignificamus, qui eſt, & cognoſcitur.* Idem præterea ſentit Chryſoſtomus in c. 7. Iſaiæ. *Si de muliere, iuxta communem naturæ legem pariente, fuiſſet ſermo hic: quæ gratia id Propheta vocaſſet ſignum, quod quotidie videmus fieri? Sanè ob hoc ſermonem exorſus non ſimpliciter dixit: Ecce virgo, ſed, Ecce hæc Virgo: cum adiuncto articulo, ἡ, hæc:*

Articulus rē ſolam & inſignē notat. *nobis inſinuans, rem eiuſmodi eſſe factam, quæ inſignis ſit, & eadem ſola. Nam quòd eadem acceſſio articuli hoc indicet, nec obſcurè, poteſt quis lectione Euangeliorum edoceri. Ad Ioannem enim Iudæi cùm miſiſſent, vt eum interrogarent: Quis es? non dicebant: Tu es Chriſtus? ſed, Tu es ὁ χριστός, ille Chriſtus? Neque dicebant: Tu es Propheta? ſed: Si tu es ὁ προφήτης, ille Propheta? Quorum vnumquodq; eximium per ſe erat & Prærogatiuæ ſingularis. Ad id conſignandum etiam Ioannes exorſus Euangelium non dicebat: In principio erat λόγος, Verbum: ſed, ὁ λόγος, illud, vel ſingulare Verbum, & hoc Verbum erat apud Deum.*

In Iohan. lib. 4. c. 4. Cyrillus etiam ſic ait: *Illud apprimè tenendum eſt, quòd*

quando diuina Scriptura nominibus, ſecundùm Græca lingua vſum, articulos præponit, tūc & vnū, & quod ſolum propriè, atq; verè tale quid dicitur, ſignificat: articulo autem non adiecto, generaliùs cuncta deſignat: vt verbi cauſa: Multi vocati ſunt dij, ſed quando cum articulo Græca lingua Deus dicitur, tunc ſolus & propriè Deus deſignatur: quum verò abſq; articulo Deus profertur, qui ad hoc gratia vocatus eſt, intelligitur. Sic quum homo ſine articulo dicitur, homo quiſpiam deſignatur: quando autem articulus accedit, vnicum atq; ſingularem hominem denotat. Ideo videmus, Filium hominis articulo ad vtrumq; nomen præpoſito à Saluatore noſtro proferri, quādo ſe ſolum ab infinita hominum multitudine velit ſignificare. Hæc cùm ita ſe habeant, dicant quæſo, quomodo intelligendū eſt: In principio erat Verbum: cùm huic vocabulo, Verbum, articulus ſit adiectus? Non enim poteſt niſi ad vnum Verbum, quod propriè atque verè in principio erat, articulata referri oratio. Vnum & ſolum. Homo cum articulo denotat ſingularem hominem.

Quòd ſi Patres omnium doctiſsimi tantam eſſe vim articuli Græci iudicarunt, vt vbi is hominis, virginis, aut perſonæ alicuius nomini apponeretur, ibi crederent, omni confuſione ſublata, certū hominem, certam Virginem, aut certam perſonam in Trinitate deſignari: cùm Antichriſtus apud Paulum ita deſcribatur, vt ad minimum quinquies eodem in loco articulus appellationi eius præponatur, dū dicitur, *Ille* homo peccati, *Ille* Filius perditionis, *Ille* aduerſarius, *Ille* iniquus, *illud* mēdacium: efficitur profectò, vt per Antichriſtum vſq; adeo ſingulari nota deſcriptum non multitudo aliqua ſine vno certo Principe, ſed ſingularis quæpiā perſona intelligi debeat. Quid quòd Deus per Angelum ſuum apud Danielem Prophetam de Antichriſto maniſeſtiſsimè loquens, & res geſtas illius velut certi cuiuſdam Principis deſcribens: *Decem* (inquit) *cornua ipſius Regni* (Romani ſcilicet) *decē Reges erunt, & alius* (nimirum Antichriſtus) *conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit, & ſermones contra excelſum loquetur, & putabit, quòd poſsit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis*. Iſte alius, qui ſic humiliabit tres ex decem Regibus, & oppugnabit Sanctos, & regnabit tribus annis & ſex menſibus, iſte (inquam) eſt ille vnus & ſingularis Antichriſtus, de quo iam agimus. Atq; ita Danielē interpretantur omnes antiqui Doctores, Irenæus lib. 5. contra Hæreſes, Hieronymus in 7. c. Danielis, Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 20. c. 23. Theodoretus in ſuis Commentarijs in Danielem. Quis ergo dubitet, illum eſſe vnum aliquem certum hominem, cuius & certa conditio, & Regni adminiſtrandi ſpatium, & res geſtæ tam accuratè deſcribūtur? Accedit eòdem, quòd Ioannes Apoſtolus numerum etiam recenſet, quo Antichriſti nomen conſtabit, Apocal. c. 13. *Faciet, ne quis poſsit emere aut vendere, niſi qui characterem, vel nomen beſtiæ, vel numerum nominis eius habeat. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum* (illius) *beſtiæ. Numerus enim hominis eſt. & numerus eius, ſexcēti ſexaginta ſex.* In eo quòd Ioānes Apoſt. dicit, *Numerus enim hominis eſt:* manifeſtè ſignificat, hominē verū & ſecundùm naturā eū eſſe, de quo agit. Non eſt autem verus homo, qui vnus non eſt. Nam ille homo, qui conſtat ex multitudine quadam, fictus homo eſt, & non verus. Vt meritò Beda in eum Apocalypſis locum ita ſcripſerit: *Numerus* (inquit) *hominis eſt, ne eum putemus iuxta quorundam opinionem vel diabolum eſſe, vel dæmonem, ſed vnum de hominibus, in quo totus Satanas habitaturus ſit corporaliter.* Hæc Beda. Nomen verò ad hoc imponitur cuiq;, vt à cæteris omnibus per illud dignoſci queat. Sic Iſaias de Chriſto dixit: *Et vocabitur nomen eius Emanuel.* Et Angelus ad Mariam, Lucæ 1. *Vocabis nomen eius Ieſum.* Daniel. 7. Nomen Antichriſti. Iſaiæ 7.

Quemadmodum ergo cæteri Prophetæ ac Apoſtoli, quibus nomina diuinitus vel ab initio donata, vel pòſt commutata ſunt, certi homines fuerunt: ſic & ille Antichriſtus, cuius nomen in Apocalypſi certum eſſe, & certo quodam numero conſtare ſignificatur, non perſona monſtruoſa neſcio quæ, ſed certa & ſingularis erit. Nam quid aliud ſignificat pronomen αὐτὸς, *ipſe*, quod bis ei tribuit Apoſtolus, quàm vnam & ſingularem perſonam? εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ, *ad hoc vt reueletur ipſe in ſuo ipſius tempore*. Quis, obſecro, eſt qui vocatur *ipſe*, ſi certus aliquis homo non eſt? Aut nunquid Platonis ideam nobis proponit Apoſtolus? Aut quomodo, qui nō eſt, *ſuum tempus* atque adeo ſuum ipſius habet? Aut quomodo tādem eſt, qui certam perſonam & ſubſtantiam non habet. Iterum etiam Apoſtolus de eodem Antichriſto dicit, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι, *adeo vt ipſe in Templum Dei, tanquàm Deus, ſedeat.* Epiphanius in ſimili ſermone contra Noëtum diſputans, qui in ſanctiſsima Trinitate negauerat diſtinctionem Perſonarum, à pronominum, quæ Perſonis diuinis tribuuntur, natura illum confutat, dicens: *Longè clariſsimum eſt hoc: Si abiero, ille veniet Spiritus veritatis:* Ego abeo, & *ille* venit. A voce, *Ego*, & *Ille*, ſignificauit *in ſubſtantia eſſe* Ipſe Lib. 2. hæreſi 56.

Filium

Filium, ſubſtantiam habere Spiritum ſanctum. Hæc Epiphanius. Nónne igitur eodem modo ſignificat, Paulus illum hominem certam ſubſtantiam, hoc eſt, certam perſonam habere, de quo ait, quòd *ipſe* in Templo Dei ſedeat? Quis *ipſe*, ſi non eſt vnus aliquis homo? Præterea vt Paulus Antichriſto pronomen (ipſum) ſic eidem Chriſtus attribuit pronomen (illum) dicens: *Si alius venerit in nomine ſuo, illum (ἐκεῖνον) recipietis.* Hæc pronomina certam perſonã, & non genus aliquod hominum demonſtrant. Etenim vt nomina ſingulis perſonis tribuuntur, ſic pronomina vicem nominum explent. Cæterùm vt à rebus etiam ipſis hoc aſtruamus:

Solus & ſingularis eſt, qui extollitur ſupra omne quod dicitur Deus

quomodo inſert Apoſtolus, quòd Antichriſtus *aduerſatur & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, adeò vt in Templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus:* niſi talis homo ſit, qui nullum alium vel Deum, vel hominem ſibi æqualem agnoſcat? Nam ſi plures homines ſunt eiuſdem conditionis (vtpote plures Epiſcopi) qui ſe inter ſe fatentur æqualis poteſtatis eſſe: non iam is, de quo agitur, *ſupra omne, quod dicitur Deus, extollitur*, cùm permulti alij (ſi aduerſarijs credimus) ex æquo idẽ ipſe Antichriſtus ſint, quorum & quilibet *dicitur Deus, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus*: & tamen nemo eorum ſupra aliũ extollitur, ſed ſe agnoſcit vel æqualem alteri, vel etiam poſteriorem, ſi non officio, tamen ordine temporis. Hæc ineptiora ſunt, quàm vt inter ſe cohæreant. Vnus quiſpiam ſingularis ſit oportet, qui & *Deum ſeipſum oſtendit*, & ſimul *extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus.* Nam ſi alter ex ipſius confeſsione dicitur etiam Deus, illumq; agnoſcit conſortem ſuũ (vt in ijs, qui ſunt eiuſdem ordinis accidit) iam talis homo non extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus.

Lib. 3. ad Quirinum 118.

Certè D. Cyprianus dicit, *Antichriſtum in hominem venire*: Hyppolitus in oratione de conſummatione mundi ac de Antichriſto, dicit, *Antichriſtum de impura muliere ſub forma hominis produturum*:

Catech. 15.

Cyrillus Hieroſolymitanus deſcribit *Antichriſtum fore quendam hominem à Diabolo inductum, veneficijs, incantationibus & malis artibus inſtructiſsimum*:

In cap. Luc. 21.

Ambroſius *tres diſtinguit Antichriſtos*: vnum, qui ſit *Satan*: alterum, qui ſit *quilibet hæreticus*: tertium, *qui ex Scripturis diſputat ſe eſſe Chriſtum*, de quo in c. 2. poſterioris Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes, dicit: *Sicut Filius Dei homo natus, ſic Satanas in homine apparebit.* Chryſoſtomus in eandem Epiſtolam ſcribens, vocat *Antichriſtum hominem quempiam omnem Satanæ energiam adeptum.*

In cap. 7. Daniel.

Hieronymus de Antichriſto agens *Putemus* (inquit) *vnum eſſe de hominibus, in quo totus Satanas habitaturus ſit corporaliter.*

De Ciuitate Dei lib. 20. cap 19.

Auguſtinus ſic deſcribit Antichriſtum, vt eum vocet *Principẽ ipſum, ad quem reliqua hominum multitudo pertinebit, & illum nouiſsimum Antichriſtum.* Et iterum ait: *Si de omnibus impijs dici poteſt* (quòd ſint refugæ à Domino) *quantò magis de iſto?* Iſtũ igitur Antichriſtum, de quo potiſsimùm Apoſtolus agit, Auguſtinus non dubitauit, vnum quendam hominẽ, impijſsimũ quidem illũ, ſed tamen vnum eſſe. Theodoretus in Commentarijs ſuis in Danielem: *Sicut* (inquit) *Dominus per humanam naturam apparens, noſtræ ſalutis auctor fuit, ita etiam diabolus, ſumpto ſuæ improbitatis idoneo inſtrumento, per ipſum propriam virtutem oſtendet.*

In Iob. li. 32. cap 12.

Deniq; Gregorius Magnus: *Antiquus* (inquit) *hoſtis illum perditum hominẽ ingreditur, qui ſpecialiter Antichriſtus nuncupatur.* Nõ ſecus igitur hi omnes antiqui Patres Antichriſtum ſemper intellexerunt, vnum certum hominem futurum quàm Chriſtus ipſe vnus fuit. Verùm vt Chriſtus cùm verè ſit vnica perſona, interdum tamen ſignificat totum corpus Eccleſiæ, cuius Caput eſt: ſic interdum Antichriſti nomen ad totum corpus impiorum accommodatur, quamuis ipſe in ſeipſo vnicus tantùm exiſtat, omnium videlicet eorum Caput, qui defecerunt à Deo. Quæ cùm ita ſint, neceſſe eſt, Proteſtantes totó cœlo errare, qui Antichriſtum ipſum putant certam ſedem ſucceſsionemq; hominum, ac non vnam præ cæteris perſonam eſſe. Huc etiam accõmodari poſſent alia ſanè plurima è ſacris Scripturis petita, quæ poſtea copioſius explicabuntur.

Secundus Proteſtantium error de Antichriſto, quem viuentibus adhuc Apoſtolis occultè ortum fuiſſe dicunt, confutatur. Et quid apud Paulum ſit myſterium iniquitatis.

CAPVT V.

Opinio Proteſtantium.

PRoteſtantes putant, illum ſingularem Antichriſtum, de quo agimus, in mundo iam inde ab Apoſtolorũ tẽporibus fuiſſe, etiamſi nondũ eſſet retectus & reuelatus. Itaq; Illyricus (in lib. de ſermone ſacrarũ literarũ) dicit, per *myſterium iniquitatis (2. Theſſal. 2.) occultam originem Antichriſti & incrementa ſignificari.* Et Beza in explicatione Methodi eiuſdem Epiſtolæ, dicit, *Thronum aliquem apoſtaticum prædici erigendum, quem qui occupat, Antichriſtus ſit. Huius* (inquit) *Apoſtaticæ Sedis prima fundamenta iam ipſius Apoſtoli temporibus iaciebantur,*

ſed ita,

ſed ita, vt homines fallerent. Porrò idem Beza (in 2. Theſſ. 2.) *Manifeſtè* (inquit) *ſunt hallucinati, quicunque de vno quopiam homine putârunt hoc* (quod Paulus de Antichriſto ſcribit) *intelligi, niſi dent mihi quempiam, qui à Pauli ſæculo ad diem vſque Iudicij ſuperſtes maneat.* Hinc apparet, Proteſtantes putaſſe, Antichriſtum ſub ipſo Pauli ſæculo in mundo fuiſſe, etiamſi adhuc latéret.

Prædicti erroris Confutatio.

Equidem nunquam negabo, *myſterium iniquitatis*, quod Paulo Apoſtolo adhuc viuente *operabatur*, ad Antichriſtum, totius iniquitatis, quæ per homines patranda erat, Principem & Caput, ſpectaſſe. Non quòd Pauli adhuc tempore ortus fuerit Antichriſtus, verùm quia eius operis, quod tunc per Satanam fiebat, ea erat natura & ratio, vt ad Antichriſtum poſtea venturum neceſſariò pertineret. Nam Satanas, qui principatum ſuum per Incarnationem Chriſti vehementer afflictum viderat & conuulſum, cupiebat quidem & ipſe, per alium hominem, cui vim ſuam omnem poteſtatémque donaret, Regnum Chriſti oppugnare. Sciebat enim multum valere apud homines, qui ex carne conſtabant, carnis humanæ operam & miniſterium. Sed quia *Deus ligauerat Satanam vſque ad mille annos*, hoc eſt, conatum eius impediuerat, ne quod facere volebat, efficere poſſet, donec plenitudo temporis aduenisſet, in qua hæc poteſtas diabolo concedenda erat: propterea quicquid interim per Satanam adhuc ligatum & impeditum peragebatur, ad Antichriſtum quidem informãdum & velut parturiendum referebatur, ideoque *myſterium iniquitatis* meritò dictum eſt, non tamen ipſum Antichriſtum omnibus numeris ſuis perfectum adhuc producere poterat, Deo nobis melius prouidente. Nec enim multò ante finem mundi naſcetur Antichriſtus, vti ſuo loco declarabitur. Nunc dicimus, *myſterium iniquitatis* eſſe id omne, quod iniquum illum Antichriſtum non adhuc in rerum natura exiſtentẽ, ſed in Dei præſcientia, & in Diaboli voto ac deſiderio abditum & occultatum præfigurat, & ſignificat iis, qui per Euangelicam Ieſu Chriſti doctrinam admoniti, & credunt, Antichriſtum quandoque venturum, & ne illis imprudentibus obrepat, cauere debent. Quicquid ergo remoratur & impedit Euãgelij progreſſum, quicquid Eccleſiam Chriſti vel intus, vel foris affligit, quicquid veritati Catholicæ fidei, & morum honeſtati aduerſatur: hoc vtique totum ad *myſterium iniquitatis* pertinet. Quod myſterium, Paulo Apoſtolo adhuc viuente, operatum eſſe dicitur, quia iam tum erant & intus falſi fratres, & foris manifeſti perſecutores, & primùm intus, deinde foris Pſeudoprophetæ, *qui ex ipſis Chriſtianis exurgentes, gregi non parcebant, ſed Diſcipulos abducebant poſt ſe.* Hinc fit, vt quidam ex ſanctis Patribus dicant, hæreticos: alij verò, Imperatorem Neronem à Paulo appellatum eſſe *myſterium iniquitatis*. Itaque D. Ambroſius (in 2. Theſſ. 2.) *myſterium* (inquit) *iniquitatis à Nerone inceptum eſt, qui zelo Idolorum Apoſtolos interfecit, inſtigante Patre ſuo Diabolo, vſque ad Diocletianum, & nouiſſimè Iulianum.* Quam interpretationem tam Chryſoſtomus, & Græci penè omnes, quàm Auguſtinus, & alij plerique Latinorum ſequuntur, & approbant. *Ego* (inquit Theodoretus) *exiſtimo, Apoſtolum per myſterium iniquitatis ſignificare hæreſes, quæ exortæ ſunt. Per illas enim multis à veritate abductis, præparat Diabolus exitium deceptionis. Eos autem appellauit myſterium iniquitatis, vt qui haberent cœlatum iniquitatis laqueum. Ipſe enim* (Antichriſtus) *apertè à Deo abducit homines. Quamobrem etiam reuelationem, eius aduentum vocauit Apoſtolus.* Præclarè annotauit Theodoretus, *reuelationem* opponi *myſterio* apud Apoſtolum. Nam ipſe aduentus Antichriſti vocatur ab Apoſtolo *reuelatio*: quod autem præcedit aduentum eius, dicitur *myſterium*. Nam *myſterium* (inquit) *iam operatur iniquitatis, tantùm vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus.* Vide quàm pulchrè omnia inter ſe opponantur: *Tunc*, &, *iam*: itemque, *myſterium*, &, *reuelabitur*: denique *iniquitas*, &, *ille iniquus*. Ait enim, *myſterium iniquitatis operari iam*: Sed *tunc reuelandum eſſe illum iniquum.* Quaſi dicat: Iniquitas quidem Antichriſti iam nunc eſt, ſed ille iniquus nondum eſt. Nam iniquitas Antichriſti latet in mente ac propoſito Diaboli: ſed ipſe iniquus nondum eſt in rerum natura. *Iniquus* enim ille perſonam ſignificat, quæ nondum eſt. Iniquitas verò qualitatem perſonæ demonſtrat, quæ in ipſo Diabolo iam nunc eſt, & ab illo cum Antichriſto, quando is veniet, communicabitur. Quod verò interim per Diaboli ſuggeſtionem à quocunque homine contra Dei Eccleſiam geritur, id propriè dicitur *myſterium iniquitatis*, quia typus

Apocal. 20.

Myſterium iniquitatis.

Actor. 20.

Imperator myſterium iniquitatis.

De Ciuitate Dei lib. 20. cap. 19.

In 2. Theſ. 2. Hæreſes myſterium iniquitatis.

quidam & figura eſt iniquitatis illius, quam ipſe Antichriſtus multò & abundàtius & apertius exercebit.

Antichriſtū ſub Pauli ſeculo nondum eſſe ortum.

Cæterum veniamus iam ad illas Proteſtantium ineptias, quibus dicunt, Antichriſtū ſub ipſo D. Pauli ſæculo originem quandam occultam & incrementa ſortitum eſſe. Ac ſanè ſi hanc originem occultam vel in ſola mente Diaboli, vel in ſolis aut hæreticorum, aut Perſecutorum figuris, quæ Antichriſtum vtcunque adumbrabant, conſtituerent: aliquam æqui bonique partem eorum haberet oratio. Sed nunc intelligunt, nullo vnquam tempore aliam fore Antichriſti perſonam, aut alium in rerum naturam aduentum, quàm cuius origo Apoſtolorum temporibus præceſſerit. quod ab omni veritate abhorret. Quomodo alioqui dixit ibidem Apoſtolus: *Deus mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio?* Non dicit, Deum *miſiſſe* illis, neque etiam *mittere*, ſed *miſſurum eſſe illis operationem erroris*, id eſt (vt Oecumenius ibidem annotauit) *illuſionem efficacem & ſeducere potentem.* Sine controuerſia efficax iſta, & quæ ad ſeducendum valet, illuſio, non niſi Antichriſtus eſt. *Is enim venit ſecundùm operationem Satanæ in omni virtute, (ſeu potentia) & ſignis, & prodigijs mendacibus.* Cùm ergo Apoſtolus dicat, Deum *miſſurum eſſe* ijs, qui charitatem veritatis non receperunt, *illuſionem efficacem*, hoc eſt, Antichriſtum, qui habebit in ſe vnde incredulos & impios ſeducere queat: profectò idem Apoſtolus nunquam ea mente fuit, vt Antichriſtum ſuo adhuc tempore miſſum eſſe crederet. Quorſum enim diceret, Deum *miſſurum eſſe* illum, qui iam antè venerat? Myſterium quidem & typus Antichriſti iam venerat, ſed ipſe Antichriſtus adhuc *erat mittendus*, & propterea Paulo adhuc viuente, non erat natus aut ortus. Quo ſemel conſtituto apparet, quàm ineptè Beza illud ſcripſerit: *Niſi (ait) dent mihi quempiam, qui à Pauli ſeculo, ad diem vſq; Iudicij ſuperſtes maneat.* Qui enim ſub Pauli ſeculo nondum natus erat, ſed adhuc *erat mittendus*, quomodo neceſſe eſt, vt ille *à Pauli ſæculo vſque ad diem Iudicij ſuperſtes maneat?* Irenæus, qui toto ferè vnius ſeculi ſpatio poſterior & iunior Paulo fuit, tamen neque ſuo tempore Antichriſtum veniſſe iudicauit. Sæpius enim de Antichriſto loquens, eum vocat *illum, qui venturus eſt*: Et rurſus, *Qui aduenietCyrillus Hieroſolymitanus (in Catech. 15.): *Expectandus* (inquit) *eſt ille inimicus: & iam aliqua ex parte cœpit præmittere ſuos præcurſores, vt paratus deinde veniat ad venationem.* Gregorius etiam Nazianzenus, qui poſt Irenæum duobus ſeculis vixit, Antichriſtum vocat *ignem in expectatione poſitum, qui superuenturus ſit, noſtróſque lapſus & morbos in ſui Principatus occaſionem arrepturus.* Nondum certè venerat, qui tanquam *superuenturus expectabatur.* Nec quiſquam Sanctorum Patrum eſt, qui non loquatur de Antichriſto velut de homine poſt ſuam ætatem in mundum venturo, vtpote quem nondum veniſſe cognouerat. Verba ipſorum hoc in loco proferrem, niſi quod poſteà hoc ipſum ita fiet, vt aliud etiam quippiam eadem opera confirmandum ſit.

πέμψει mittet.

Lib. 5. cont hæreſes ſub fine.

Oratio. 3. de Pace.

Tertius Proteſtantium error de Antichriſto (quem dicunt ante aliquot ſecula reuelatum fuiſſe) confutatur: & quantopere ipſi Proteſtantes de tempore, in quo reuelatus ſit Antichriſtus, inter ſe diſſentiant.

CAPVT VI.

Cùm reuelatus iam ſit homo peccati (ait Wolfangus Muſculus in locis Communibus de Eccleſia cap. 12.) *qua conſcientia in communione & obedientia illius manemus? Nec enim culpabilem habet Apoſtaſiam, ſi Eccleſia malignantium vnà cum Antichriſto deſeratur.* Ac eodem modo cæteri Proteſtantes vna voce paſſim affirmant, reuelatum ante aliquot ſecula fuiſſe Antichriſtum.

CONFVTATIO.

QVod non modò factum, ſed etiam reuelatum, & ante aliquot ſecula reuelatum eſſe dicitur: id opinor, ijs quibus reuelatum fuit obſcurum iam deinceps exiſtere nō poteſt. Cùm ergo Proteſtantes affirment, Antichriſti aduentum non modò inceptum, ſed præterea iam diu reuelatum fidelibus viris eſſe: par eſt, vt certas perſonas, quibus, pri-

Tertullianus in Lib. de Reſurrect. carnis. Nemo adhuc excepit Heliā, nemo adhuc fugit Antichriſtū: nemo adhuc Babylonis exitū flevit.

bus primùm reuelatus, certumq́ue aliquod tempus & locum, in quo reuelatus fuerit, demonſtrent. Nam vt Chriſtiani fruſtrà Iudæis dicturi eſſent, priorem Chriſti aduẽtum iam reuelatum eſſe, niſi tempus & locum, in quo, itemq́ue perſonas, quibus primùm reuelatus eſt, manifeſtè oſtenderent ac nominarent: ſic Proteſtantes fruſtrà contendent, reuelatum eſſe Antichriſti aduentum, præterquàm ſi perſonas, quibus, locumq́; & tempus, in quo reuelatus eſt, perſpicuè deſignent. Ac Chriſtus quidem anno quadrageſimo ſecundo Imperij Cæſaris Octaui natus eſt in Bethlehem Iudæ, ac eadem nocte eodemq́ue in loco (vt de Maria Matre eius, & Ioſeph nutritio nihil dicam) reuelatus fuit *Paſtoribus, qui cuſtodiebant vigilias noctu ſuper gregem ſuum.* Nec ita multò pòſt reuelatus eſt etiam Magis, qui ex Oriente venerunt. Trigeſimo autem anno ætatis ſuæ incipiente, reuelatus eſt & Ioanni apud Iordanem, & per Ioannem reliquæ plebi, & præcipuè Diſcipulis ſuis per conuerſionem aquæ in vinum apud Canam Galileæ. Dicant nunc Proteſtantes, quando, quibus, & vbi reuelatus eſt Antichriſtus. Ac de loco quidem agetur poſtea pleniſsimè, quem Romanæ Eccleſiæ Sedem, Thronumq́ue non eſſe, multis argumentis demonſtrabo. Nunc videamus de tempore, in quo, deq́ue perſonis, quibus apparuit. Non enim apparuit aut nunquam, aut nullis, ſi omnino reuelatus eſt. Quo igitur tempore primùm reuelatus eſt Antichriſtus? Si diem aut menſem accuratè non tenent, dicant ſaltem, quo anno ſalutis humanæ ſit reuelatus. At quomodo id dicent, qui vix, ac ne vix quidem de ſeculo ipſo, annorúmue centuria, in qua reuelaretur, ſatis inter ſe conſentiunt? Illyricus (in Catalogo teſtium Pag. 3.) *Paulum ait prædixiſſe, Antichriſtum venturum inclinante in ruinam Regno Romano: ac tum (inquit) Papa cœpit Caput ſuum efferre.* Conſtat verò, inclinationem Regni Romani ab Honorij Auguſti temporibus cœptam eſſe ante annos 1150. Itaque ſecundùm Illyrici mentem Antichriſtus abhinc annis mille & amplius reuelabatur. Quò etiam ſpectat, quod ibidem (Pag. 4.) dicit, *indicaſſe Ioannem in Apocalypſi, Antichriſtum per annos 1260. regnaturum.* Quos enim Scriptura dies vocat, hos pro annis Illyricus accipit. Lutherus verò *in ſupputatione annorum mundi*, ait, *Gregorium Magnum fuiſſe vltimum Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ. Nam ſequentes fuiſſe Pontifices Romanæ Curiæ.* Et mox adiungit, *Bonifacium tertium impetraſſe Primatum à Foca.* Itaque inſinuat, Antichriſtum circá annum ſalutis *ſexcenteſimum* reuelatum fuiſſe. Nam eo ferè tempore Focas imperauit. Idem circa milleſimum ſalutis annum ait: *Finito iſto millenario, ſoluitur nunc Satan: & fit Epiſcopus Romanus Antichriſtus etiam vi gladij.* Ex his duobus locis conijcio, Lutherum ſentire, quòd Antichriſtus primùm gladio tantùm ſpiritali armatus fuit Anno Domini ferè *ſexcenteſimo*: quodq́ue idem Antichriſtus anno ſalutis noſtræ *milleſimo* fuit etiam gladio corporali armatus. Itaque Illyricus vult, Antichriſtum ducentis ad minimum annis prius reuelatum fuiſſe, quàm Lutherus ſtatuerat.

Luc. 2.

Matth. 2.

Matth. 3.

Luc. 3.

Iohan. 2.

Neſcitur quo tempore Antichriſtus ſit reuelatus.

An D. ferè 450.

An. D. 600.

An. D. 1000.

Iam verò Henricus Bullingerus, qui diligentiſsimè hanc rem ſcrutatus eſſe videri vult, in ſuis ad Apocalypſim Homilijs ait, Antichriſtum reuelatum eſſe *circiter annum Domini ſeptingenteſimum ſexageſimum tertium.* Qui certè numerus annorum tùm ab Illyrici ſupputatione toto cœlo diſtat, tùm præterea & excedit primam, & non aſſequitur ſecundam Lutheri ſupputationem. Etenim ſi priorem Lutheri ſupputationem ſpectamus, pluſquàm totum ſeculum intercedit inter illam reuelationem Antichriſti, quæ Lutheri iudicio circa *ſexcenteſimum* ſalutis annum facta dicitur, & illam, quæ ſecundùm Bullingeri mentem *ſeptingenteſimo demum & ſexageſimo tertio eiuſdem ſalutis anno* facta eſſe creditur. Iam verò ſi poſteriorem ſupputationem expendimus: reuelatio Antichriſti, quæ ſecundùm Bullingeri fidem facta eſt Anno Domini *ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio*, pluribus etiam ſeculis antecedit illam, quæ poſt annum ſalutis *milleſimũ* extitiſſe putatur. Magdeburgenſes verò dicunt, *tempus, quo durat ſpiritale Regnum Antichriſti* (Apocalp. 11.) *eſſe dierum ſeu annorum mille ducentorum & ſexaginta: eiuſdémque Antichriſti temporalem ſtatum, quo gerit vtrũque gladium, eſſe annorum 666.* Apocal. 13. Quæ illorum opinio extat in Cent. 1. lib. 2. ca. 4. pag. 438. Primùm diſtinguunt Antichriſti ſtatum *in ſpiritualem & temporalem.* Deinde in ſpiritualis ſtatus duratione exponenda tam longè abſunt ab omni certa fide (quæ tamen in rebus diuinitus reuelatis deeſſe non debet) vt neſciant, vtrùm ſpiritualis Antichriſti ſtatus per *dies* mille ducentos & ſexaginta, an verò per totidem *annos* continuandus ſit. Certè non paruum inter *diem* & *annum* eſt diſcrimen. Neſciunt ergo iſti, vtrùm ſpiritualis Antichriſti ſtatus temporali diuturnior, an breuior ſit futurus.

An. D. 763.

Tempus incertiſsimum reuelati Antichriſti, quia initium eius cognoſci nõ poteſt, niſi cognito prius mundi fine, qui ab hominibus cognoſci non poteſt.

Atqui temporalem volunt eſſe *annorum 666.* Spiritualem verò *vel dierum, vel annorum* (prorſus enim dubitant) 1260. Scriptura ſacra manifeſtè vtitur *dierum* vocabulo. (Apocal. 11.) Iſti aiunt, *quoſdam interpretari dies pro annis.* Et hæc opinio (vt antea etiam dixi) placuit Illyrico. Ita enim ſcribit in Catalogo teſtium, pag. 4. *Indicauit Ioannes in Apocalypſi tempus, quo regnabit Antichriſtus, nempe 1260. dies, id eſt, annos, vt Scriptura ſæpe in Propheciis & typis per diem annum notat.* Hæc Illyricus. Vult igitur, Antichriſti Regnum durare *per annos mille ducentos & ſexaginta.* Quod ita ſi eſt, vtiq; nec Illyricus, nec alius quiſpiam vel ſcire, vel conijcere poterat, quo primùm tempore Antichriſtus fuit reuelatus. Nam cùm ex Paulo cõſtet, *Antichriſtum illuſtratione aduentus Domini abolendum eſſe*, neſciatur autem, vel quo anno, vel quo ſeculo quáue annorum Centuria Dominus venturus ſit, (non eſt enim noſtrum, ſcire tẽpora, vel momenta temporum): efficitur vt ſciri non poſsit, quo primùm anno ſeculóue, vel ſpiritualis (qui ſecundùm iſtos durat annis 1260.) vel temporalis Antichriſti ſtatus (qui durat annis 666.) inchoatus fuerit. Tempus igitur vtriuſque ſtatus adeò non eſt iſtis reuelatum, vt ne conijcere quidem poſsint, quando inchoetur. Relinquamus Lutherum, Bullingerum, Illyricum, & Magdeburgenſes.

Wolfangus Muſculus (in locis Commu. de Eccleſia c. 12.) quemadmodum vult, *Antichriſtum ante ſua tempora fuiſſe reuelatum*, ſic apertè indicat, *ſub D. Bernardi ſecula fuiſſe adhuc reuelandum.* Poſtquàm enim ea D. Bernardi verba (ex Sermone 6. in Pſal. 96.) recitauerat (*ſupereſt vt reueletur homo peccati*) mox de ſuo Muſculus adiungit: *vnde colligebat (Bernardus) reuelationem Antichriſti eſſe in propinquo? Ex his videlicet, quæ Romæ palàm non Apoſtolica, ſed Apoſtatica geri videbat. Imò, non ſimpliciter geri, ſed tanta impudentia in immenſum creſcere, vt nihil poſſet aliud eſſe præ foribus, quàm Antichriſtiana ſedis reuelatio, quæ & noſtra & ætate ſubſecuta.* Hæc Muſculus. Qui certè nõ putat, Antichriſtũ aut ante D. Bernardi ætatẽ, aut in illa, ſed noſtra, & ætate ſubſecuta reuelatũ eſſe. Vbi fateor, me neſcire, vtrũ hæc verba (*ætate ſubſecuta*) retulerit ad ætatem, quæ D. Bernardum, an verò eam, quæ ſuam ipſius conſcriptionem ſubſecuta eſt. Magis adducor, vt putem, eum loqui de ætate, quæ D. Bernardum ſubſecuta eſt. Non igitur aut Lutheri, aut Bullingeri, aut Illyrici, aut Magdeburgenſium opinionẽ in ea re ſecutus eſt Muſculus. Et quomodo Antichriſtus pro reuelato habetur, quum quo tempore potiſsimùm reuelatus ſit, illi ipſi neſciant, qui maximè omnium affirmant, reuelatum iam diu eſſe Antichriſtum? Plures Proteſtantium pugnantes de Antichriſti reuelatione ſententias colligere, facillimum mihi eſſet, ſi plures eorum libros aut vacaret, aut liberet euoluere. Nunc ſatis eſſe putaui, quòd Illyricus Antichriſti reuelationem *in inclinationem Imperij, hoc eſt, in annum Domini quadringenteſimum & fere trigeſimum*: Lutherus autem in annum Domini partim *ſexcenteſimum*, partim *milleſimum* reiecit: Bullingerus verò in annum Domini *ſeptingenteſimum ſexageſimum tertium*: Muſculus poſt annum Domini *milleſimum centeſimum & fere triceſimum*: Magdeburgenſes in tempus adeò incertum, vt tamen ſtatum eius temporalem (qui nunquam obſcurus eſſe poteſt) voluerint eſſe *annorum 666.* ſpiritualem verò *annorum 1260.*

Muſculus putat, Antichriſtum reuelatum poſt an. Dom 1130.

Itaque cùm iſti omnes & Antichriſtum iam diu reuelatum eſſe contendant, & ne de ſeculo quidem, nedum de anno, menſe aut die, in quo primùm reuelaretur, conſentiant, ſed alius aliud ſeculum proponat, hic incertum, ille certum, hic vnũ, ille aliud, ac tertius etiam aliud: hinc opinor, non immeritò concludam, non eſſe adhuc reuelatum Antichriſtum. Alioqui certiſsimè tenerentur & tempus reuelationis, & perſonæ, quibus primùm reuelatus fuit. Ego enim non tantùm quæro, quo tempore, ſed etiam *quibus perſonis* ab initio apparuit, aut manifeſtatus fuit Antichriſtus. Proferantur aliquot homines quarti, & quod excurrit, aut ſexti, aut ſeptimi poſt Chriſti Natiuitatem ſeculi, aut etiam decimi, qui dicantur vidiſſe Antichriſtum, & eum pro Antichriſto habuiſſe. Ex tot Græcis, Latinis, Barbaris, qui tunc in mundo fidem Catholicam confeſsi ſunt, vel pauci nominentur, qui (velut olim Paſtores quidam in Iudæa, velut Magi ex Oriente profecti, aut velut Diſcipuli fideles) aut ipſi, aut alij pro ipſis quoquo modo teſtatũ reliquerint, quòd Antichriſtus (circa annũ Domini ſiue quadringenteſimum & eò amplius ſeu ſexcenteſimum, aut integro præcedente, aut etiam ſubſequente ſeculo, alijſue annis aut ſeculis ſuperius deſcriptis) vel ipſis, vel alijs fide dignis teſtibus apparuit. Si nullum eiuſmodi teſtimonium producitur, ſi neque Scriptura ſacra, neque Catholica traditio, neque ſignatæ tabulæ, neque hiſtoria quæpiam probata id confirmat: quænam hæc reuelatio eſt, quam nullus mortalium ſciatur vidiſſe? Aut nunc demum reuelatur noſtris Pro-

Quib' perſonis reuelatus fuerit Antichriſtus, Proteſtantes neque dicunt, neque ſciũt.

ſtris Pro-

ſtris Proteſtantibus, quid ante annos mille, vel etiam octingentos atq; eò amplius, factũ fuerit? Nunc igitur primùm, & noo annis ab hinc mille aut octiogentis reuelatus eſt Antichriſtus. Tu dicis, eum fuiſſe reuelatum aliquot ab hinc ſeculis. Dic igitur: Cuinã fuit reuelatus? Vtrùm toti mundo? An teſtibus præordinatis? Non toti mundo. Alioqui omnes Eccleſiaſticæ hiſtoriæ mentiouem rei tam nouæ, tam ſtupendæ, tamque diu expectatæ feciſſent. At nũc apud omnes hiſtorias de hac re mirum eſt ſilentium. Si paucis tantùm reuelatus fuit, tantò magis opus eſt, vt hi pauci nominentur, vtq; oſtendatur auctoritate aliqua graui, hoc ita verè geſtum eſſe. Nam vt dicas, Antichriſtum ante octingentos aut nongentos annos reuelatũ eſſe, & neminem earum ætatum proferas, cui reuelatus fuit: hoc quid aliud eſt, quàm id impudenter dicere, quod verum eſſe demonſtrare non queas? Daniel docet, Antichriſtum *poſt decem Reges conſurgentem, & tres ex illis humiliaturum, & ſeptem alijs potentiorem futurum.* Si ergo reuelatus iam eſt Antichriſtus, reuelati ſunt & *decem illi Reges*: & præterea ex illis decem *aliqui tres*, quos Antichriſtus præter cæteros humiliauit. At quinam ſuot iſti?

Daniel 7. Illa certa & reuelata nõ eſſe quæ ſub Antichriſto iam reuelato ſient.

Scio, *Fridericum Secundum* in Epiſtola ſua nominaſſe olim Reges decem, atq; in illis *tres*, qui potiſsimùm humiliati ſunt. Dicit enim, decem cornua (ſeu Reges) eſſe *Turcas, Græcos, Ægyptios, Afros, Hiſpanos, Gallos, Anglos, Germanos, Siculos, & Italos, qui Romanas (inquit) Prouincias poſſident.* Hæc Fridericus. Qui, neſcio, cur *Perſas, Arabes, Gothos, Dacos, Bulgaros, Dalmatas, Hungaros, Bohemos, Polones, Heluetios, Normannos, Luſitanos, Cypri, Cretæ, Sardiniæ, Rhodi aliarumq; inſularum Reges & Dominos prætermiſit*, quos omnes conſtat quaſdam Prouincias poſſediſſe, quæ olim paruerant Romanis. Præterea cur Afros velut vnum Regem enumerat, cùm in Africa & tuoc fuerint hodieque ſint permulti Reges? Certè Bullingerus (in Apocal. Serm. 76.) *Dalmatiam & Hungariam* inter cornua ſeu regna illa decem, non dubitauit recenſere. Cùm igitur nulla ratio proferatur, ob quam credamus, illos decem Reges, quos *Fridericus* nominat, potius quàm alios aliquot à Daniele intelligi, adhuc ſatis apertè reuelatũ fuiſſe non videtur Antichriſti myſterium. Accedit eòdem, quòd *decem Reges dicuntur vna hora* (ſeu eodem tempore) *poteſtatem accepturi cum beſtia.* Verùm Angli non vna hora cũ Turcis acceperunt poteſtatem, ſed permultis antea ſeculis, id quod illi non ignorant, qui verſati ſunt in hiſtorijs. Præterea Bullingerus (in Apocal. Serm. 57. & 61.) ait, per *decem Reges* nõ præciſe *decem*, ſed in toto genere *multos* Reges ſignificari. At *Irenæus*, & *Hieronymus* in Danielem nominatim vrgent numerum *denarium*. Vtcunque id ſe habeat, ſaltem illud animaduerſione dignum eſt, aliud *Friderico*, & aliud *Bullingero* hac in re placuiſſe: cùm tamen in ea re, quæ reuelata eſt, hoc non debuer[illegible]ngere. Qui enim diuinæ reuelationi fidem non habet, infidelis eſt, & à Chriſti Eccleſia ſeparandus. Deinde quidnam eſt, quod Daniel ait, Antichriſtum *tres ex decem Regibus humiliaturum*? Quinam ſunt *tres iſti* Reges? Aut quomodo, & à quo humiliati ſunt? Nam neq; hoc poſt reuelationẽ Antichriſti iam deinceps ignorari poteſt. Fridericus in eadem Epiſtola reſpondet, *Siciliæ, Italiæ & Germaniæ regna* eſſe illa, quæ Antichriſtus coëgerit ſibi potiſsimùm ſeruire. Atqui Daniel Propheta de Antichriſto in typo quodam loquens: *Mittet* (inquit) *manum ſuam in terras, & terra Ægypti non effugiet: per Lybiam quoq; & Æthiopiam tranſibit.* In quibus verbis antiquiſsimi Patres illa eadem tria regna deſignari putârũt, quæ Antichriſtus ſibi præcipuè ſubijceret. Vndè Hieronymus: *Dicamus* (inquit) *quod omnes Scriptores Eccleſiaſtici tradiderunt: In conſummatione mundi, quando deſtruendum eſt Romanorum, decem futuros Reges, qui orbem Romanum inter ſe diuidant, & vndecimum ſurrecturum eſſe Regem paruulum, qui tres Reges de decem Regibus ſuperaturus ſit, id eſt, Ægyptiorum Regem, & Africæ, & Æthiopiæ, ſicut in conſequentibus manifeſtius dicemus. Quibus interfectis, etiam ſeptem alij Reges victori colla ſubmittent.* Si AEgyptus, Africa, & AEthiopia ſunt illa regna, quæ Antichriſtus humiliabit: certè *Fridericus* non rectè pro illis ſuppoſuit *Siciliæ, Italiæ, & Germaniæ regna.* Imò hinc probatur, Antichriſtum adhuc ſub Friderico nõ fuiſſe reuelatũ. Alioqui res ipſa docuiſſet ipſum, quænam fuiſſent tria hæc Regna.

Apocal. 17.

Iren. lib. 5.

Quinã ſint tres Reges.

Daniel. 11.

In cap 7. Danie.

Sed omiſſa Danielis Prophetia, conferamus nos ad manifeſtiora D. Pauli verba. *Is* (2. Theſſal 2) ait, *aduentum Antichriſti eſſe in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus.* Vos dicitis, Antichriſtum iamdiu reuelatum eſſe. Quæro igitur, *quæ ſint prodigia & ſigna, in quibus venit?* Magdeburgenſes (Cent. 1. lib. 2. c. 4. pag. 436.) *Huiuſmodi* (inquiunt) *miracula erunt apparitiones animorum fabulantium de Purgatorio, petẽtium pro ſe Miſſas celebrari, ſanationes morborum, quæ accident colentibus ſtatuas & venerantibus Sanctos.* O præclaros Antichriſti reuelatores! Illa enim ſigna & prodigia nobis proferunt, quæ non modò cum alijs Patribus Latinis,

Propria Antichriſti prodigia nondũ reuelata ſunt

verùm etiã cũ Græcis,& illis quidẽ antiquiſsimis,cõmunia ſunt. Quis neſcit, quid Euſebius *de imagine Chriſti ſcribit, quam mulier ab ipſo Filio Dei profluuio ſanguinis liberata, ei ex ære ſtatuit, ad cuius ſtatuæ fimbriã, cùm herba propè enata excreuiſſet, morbis cuiuſque generis medicinã di vim habebat.* Hæc igitur ſtatua morbis omnibus medicinã faciens, nunquid inſigne Antichriſti fuit? Nam & illa ſtatua edidit ſigna, morboſque curauit. In Paleſtina igitur, non in vrbe Roma educatus eſt Antichriſtus. Signum etiam Crucis Dominicæ mulierem penè mortuam priſtinæ reſtituit valetudini ſub Conſtantini Magni temporibus, vt eſt apud Sozomenum lib. 2. c. 1. Nunquid & ibi fuit Antichriſtus? Edeſſa ciuitas per imaginem Saluatoris, quam ipſe Abgaro miſerat, ab ingenti periculo, & regis Choſroës obſidione liberata eſt, auctore Euagrio, lib. 4. c. 26. Si ergo talia ſigna ſæpe in Oriente facta leguntur, quomodo per illa tam crebrò alibi oſtenſa, certus quiſpiam ordo Pontificum Romanorum declaratur eſſe Antichriſtus, præſertim cùm tot eius generis prodigia Romæ nõ euenerint, quot in alijs regionibus Chriſtiani orbis? Nam *de apparitionibus animarum, & Purgatorio plura legimus apud Bedam in hiſtoria gentis Anglorum*, quàm vllus Pontifex Romanus aut feciſſe, aut tradidiſſe commemoretur. An non igitur quilibet animaduertat, quàm longè à veritate iſti abſint, qui talia ſigna enumerant, vt Pontificem Romanum probent eſſe Antichriſtum, qualia omnibus ex æquo non Epiſcopis tantùm, ſed etiam Doctoribus Chriſtianis conueniunt?

Eccleſi. hiſt. lib. 7. cap. 14.

Cap. 13.

In Apocalypſi traditur, Antichriſtum facturum eſſe, *vt ignis de cœlo deſcendat in terram in conſpectu hominum.* Quærimus ab ijs, qui reuelatum eſſe credunt Antichriſtum, quis Pontificum Romanorum hoc præſtiterit? Reſpondet Bullingerus in eundem locum, hoc eos facere, *qui dicunt ſe dare Spiritum ſanctum, qui verè eſt ignis de cœlo deſcendens.* Optimè. Sed hoc Apoſtolis quidem accidit, vt dum ij manus baptizatis imponerent, aut etiam Dei verbum prædicarent, caderet Spiritus ſanctus ſuper fideles in conſpectu hominum. Actor. 8. 10. & 19. Sed nullus Romanorum Pontificum tale aliquid in conſpectu hominum feciſſe legitur. Tale igitur ſignum Proteſtantes excogitàrunt, quod potius Apoſtolos Chriſti, quàm Pontifices Romanos demonſtret eſſe Antichriſtum. Nam quòd Bullingerus eam doctrinam, quæ tradit, Spiritum ſanctum in Sacramento Confirmationis & Pœnitentiæ per Chriſti Miniſtros dari, ſolius Antichriſti doctrinam ait eſſe: facilè apparet, D. Cyprianum, Dionyſium, Ambroſium, Auguſtinum, omneſque adeò Catholicos Patres, qui Nouatianis & Catharis ſe oppoſuerunt, eiuſmodi Antichriſtos fuiſſe; id quod in libro ſuperiore planum feci. Iſti ſanè per ſuam ineptiſsimam opinionẽ ea tribuunt Antichriſto, quæ non minus in quoſlibet ſanctos Patres, quàm in Romanos Pontifices cadunt.

Neſcitur adhuc Antichriſti nomẽ Apocal. 13.

Omittamus iam reliqua, de quibus poſtea dicendi opportunior ſe offeret occaſio: nunc agemus tantùm de *numero nominis beſtiæ*. Nec enim dubium eſt, quin poſtquàm reuelatus fuerit Antichriſtus, & nomen eius, & numerus nominis debeat manifeſtiſsimè reuelari, præſertim cùm Spiritus Sanctus dicat: *Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt: & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.* Irenæus verò in fine lib. 5. contra hæreſes: *Oportet* (inquit) *tales diſcere, & ad verum recurrere nominis numerum, vt non in Pſeudoprophetarum loco deputentur. Sed ſcientes firmum numerum, qui à Scriptura annuntiatus eſt, id eſt, ſexcentorum ſexaginta ſex, ſuſtineant primùm quidem diuiſionem Regni in decem: pòſt deinde, illis regnantibus, & incipientibus corrigere ſua negotia, & augere ſuum regnum, qui de improuiſo aduenerit, regnum ſibi vendicans, & terrebit prædictos, habens nomen continens prædictum numerum, hunc verò cognoſcere eſſe abominationem deſolationis.* Ex quibus Irenæi verbis intelligimus, numerum nominis Antichriſti latère non poſſe, cùm ſemel apparuerit. At Proteſtantes cùm dicant, iam ſex aut ſeptem ſecula eſſe, quòd reuelari cœpit Antichriſtus, tamen nec adhuc quidem ſciunt, quod ſit nomen beſtiæ. Bullingerus ſanè (tam in Præfatione ſua, quàm in ſermone 61. in Apocalypſim) ad *poſtremum dicit, hunc numerum (666.) pertinere ad oſtendendum illud tempus, quo poſt conſcriptam Apocalypſim Antichriſtus* (ex ipſius iudicio) *reuelari debuit.* Quod ergo verbum Dei palàm aperteq; dicit, *numerum hominis eſſe*, id Bullingerus vult eſſe potius *temporis numerum*, quàm hominis. Nam Apocalypſim rectè dicit Ioanni reuelatam eſſe ad finem Imperij Domitiani, quod accidit poſt Chriſti Natiuitatem annis ferè 97. quibus ſi addantur anni *ſexcenti ſexaginta & ſex*, erit annus Domini *ſeptingenteſimus ſexageſimus tertius*. At mox totum hoc, quod ædificauerat, deſtruens, negat annum Domini *ſeptingenteſimum ſexageſimum tertium* accuratè ſpectãdum eſſe, verùm alios aut non ita multum præcedentes, aut paulò pòſt ſubſecutos, in quibus

neſcio

neſcio quid eueniſſe dicit. Obſecro te, Bullingere, ſolétne annus aliquis nominatim deſignari, vt non potiſsimùm is ipſe, verùm alius aliquis multò magis conſyderari debeat? Quænã hæc ratio eſt? Si numerum aliquem magnum & capitalem, vtpote ex ſolis *millenis*, aut etiã *centenis* conſtantem in Scriptura poſuiſſet: meritò fortè dixiſſes, paucorum annorum nullam eſſe habitam rationem. At nunc non ſolùm numerantur *ſexcenti*, ſed & *ſexaginta*, & prætere *ſex anni*: & tu cùm de ijs annis diuinitus præſcriptis nunc tollas *quindecim aut ſexdecim*, nunc rurſus addas *ſeptem aut duodecim*, pro tuo libito (ſic enim facis, vt tua ratio cõſtare videatur) tamen putas te rectè ſcindere Verbũ Dei? Erras, ſi id credis. An ignoras, quòd qui vnum in ratione numerandi vel demit, vel apponit, totam numeri ſpeciem commutat? An oblitus es, Ioannem ita clauſiſſe librum illum Apocalypſis, vt diceret: *Conteſtor omni audienti verba Prophetiæ libri huius: Si quis appoſuerit ad hæc: apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri Prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de Ciuitate ſancta, & de his, quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Dicit, qui teſtimoniũ perhibet iſtorum.* Quid quòd, ſi eas hiſtorias, quæ in illos Domini annos à te poſitos inciderunt, commemorare vellemus: facillimum nobis eſſet oſtendere, nihil in illis rebus geſtum fuiſſe, quod Pontificem Romanum vel minimo argumento probet Antichriſtum eſſe.

> Bullingerus omiſſo numero, quem Scriptura poſuit, aliũ proponit.

> Cap. 22.

Verùm non eſt opus, vt nos futiles Bullingeri nænias confutemus, cùm ipſi Magdeburgenſes tã parum huic eius ſomnio acquieuerint, vt ipſi longè aliter ſentiendũ eſſe iudicauerint. Quos enim annos Bullingerus, antequàm reuelaretur Antichriſtus, præterijſſe voluit: hos non niſi ab Antichriſti prima reuelatione incipiendos, Magdeburgici putant. Ita enim ſcribunt in Centur. 1. *Tempus, quo d... debeat externus Antichriſti ſtatus, qui gerit vtrumque gladium, expreſſum videtur in ...* *Apocal. 13.* Nunc ſi opinionem Bullingeri conferas cum opinione Magdeburgen... ...ebis, quàm belle iſti de re (vt ipſi Proteſtantes dicũt) apertiſsima, vtpote iamdiu reue... & cognita, inter ſe conſentiant. Si enim reuelatus eſt Antichriſtus circa annum Domini *763.* & ſecundùm Magdeburgenſes externus ſtatus Antichriſti gerentis vtrumq; gladium, durabit annis *666.* profectò iam ante annos centum finitus eſt & extinctus Antichriſti ſtatus. Nam ſi ad *763.* adiungas *666.* hi duo numeri omnino efficiunt annos 1429. Itaq; cùm iam annus Salutis 1571. agatur: ſtatus Antichriſti ante annos centum quadraginta & amplius expirauit. Verùm ipſi Magdeburgenſes ibidem dicũt, Regnum Antichriſti reuelatum, vſque ad ſecundum aduentum Chriſti manſurũ, quia Chriſti aduentu abolendus eſt Antichriſtus (2. Theſſal. 2.) Igitur Antichriſtus non circa annum Domini 763. ſed multò poſtea reuelatus eſt. Nam alioqui ante diem Iudicij conſummaretur. Ad hanc ſummam omnia, quæ hactenus dixi, referamus. Prophetiæ omnes, poſtquàm ita impletæ ſunt, vt res, de quibus prædictum eſt, reuelatæ eſſe ſtatuãtur, mox claræ ſunt & manifeſtæ, ſicuti perſpicuè videmus eueniſſe in Natiuitate, Morte, & Reſurrectione Chriſti, in Monarchijs, in vocatione gentium ad fidem in Chriſtum, atq; in alijs eiuſmodi rebus. Cæterùm Prophetiæ de Antichriſto loquentes, nondum ita illuſtres & perſpicuæ euaſerũt, vt ipſi Proteſtantes conſtituere poſsint vel tempus certum, in quo primùm apparuerit, vel perſonas certas quibus ea ætate reuelatus ſit, vel quando tria illa Regna humiliãrit, de quibus Daniel prædixit, vel quæ ſigna & prodigia ſecundùm Apoſtoli doctrinam ediderit, vel quo nomine ſecundùm Ioannis Euangeliſtæ Prophetiam appellatus fuerit: imò de his omnibus rebus Proteſtantes inter ſe in infinitum litigant & contendunt. Non eſt ergo reuelatus adhuc Antichriſtus. Quod ipſum certiſsimis præterea demonſtrationibus euincã, ſi prius quartum errorem Proteſtantium propoſuero. Pleraq; enim illorum, quæ oſtendent, Pontifices Romanos non eſſe Antichriſtũ, oſtendent etiam, Antichriſtũ adhuc nõ eſſe reuelatũ.

> O præclarã Proteſtantiũ cõcordiam. Lib 2 c. 4. Pag. 438.

> Pag. 439.

Quartus Proteſtantium error de Antichriſto, quem tradunt eſſe Pontifices Romanos.

CAP. VII.

CVM Proteſtantes tùm ex antiquorum Patrum doctrina, tùm ex rebus ipſis didiciſſent, quantum ſemper in Eccleſia Chriſti Pontificibus Romanis delatum eſſet, viderentq; tam immobilem Petram nullis humanis viribus aut ab initio conſtitui, aut tot ſeculis continuari potuiſſe, nec tamen in animum inducere vellent, vt huic Principis Apoſtolorum præſtanti Cathedræ, velut à Chriſto erectæ & ſtabilitæ, ceruices ſuas ſubijcerent:

ad id

ad id neceſſariò confugerunt, vt dicerent, hanc Pontificum Romanorum ſucceſſionem & auctoritatem eſſe quidem ſtupendam & admirabilem, ſed tamen eam, quæ in Scripturis ſacris Antichriſto deferenda eſſe prædicebatur. Hac enim ſpecie Diabolus eorum corda ſeduxit, vt quod pluſquàm humani roboris eſſet, id Satanæ operationi potiſsimùm tribuerent. Ac nimirum ſi hoc eis ante omnia perſuaſum non fuiſſet, vix vnquam commiſiſſent, vt ab Eccleſiæ Romanæ fide atque doctrina recederent. Romanos ergo Pontifices Antichriſtum eſſe, tradidit Lutherus in ſupputatione Temporum, Illyricus in Catalogo teſtium, Magdeburgenſes in Centur. 1. lib. 2. c. 4. pag. 436. Wolfgangus Muſculus in Locis commun. tit. de Eccleſia c. 12. Henricus Pantaleon in Chronologia & Martyrologio, Beza in Annotation. ad 2. Theſſal. 2. Rodolpus Gualterus in Homil. de Antichriſto, Ioannes Foxus in Commentarijs Rerum in Eccleſia geſtarum: Quin etiam Henricus Bullingerus (qui plurimum operæ in hac repoſuit) in ipſa Præfatione ad ſuas in Apocalypſim Homilias, dicit, nullũ alium Antichriſtum ante ſeculi conſummationem expectandum eſſe, præter Pontificem Romanum. Quæ inſana hæreſis nunc, ſi Deus volet, plurimis argumentis & demonſtrationibus confutabitur, ſi prius quid inter vrbem Romã, Imperiũq; Romanũ & Cathedram Petri, Eccleſiamq; Romanam interſit, explicauero. Multi enim parum animaduertentes harum rerum differentias, mox vt audijſſent Romæ nomen, putârunt, hoc totum, quod de vrbe regia dicebatur, ad ipſam quoque Eccleſiam Romanam pertinere.

Etiamſi vrbs Roma ob Imperium Romanum, quod in illa originem accepit, in Apocalypſi dicebatur Babylon, & in ea vel ſederint aliquando Tyranni Sanctorum perſecutores, vel poſtea forte ſeſſurus eſſet ipſe Antichriſtus: nihil tamen hoc at[illegible] eandem vrbem iam Imperio ſpoliatam, aut ad Eccleſiam Romanam & Petri Cathe[illegible] ito interuallo differt ab vrbe Roma, & Imperio Romano. Vbi etiam inſignia quædam [illegible] & Hieronymi loca de Babylone (cuius in Apocalypſi fit mentio) [illegible]xplicantur.

CAPVT VIII.

De reg. Iuris cap. 66. EA *eſt natura cauillationis, quam Græci σωφισμα appellant* (inquit Iulianus) *vt ab euidenter veris per breuiſsimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.* Hoc

Apocal. 17. ab exemplo, quod nunc de vrbe Roma & Eccleſia Romana proponemus, illuſtrius fiet. Scriptum eſt: *Vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineã, plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & in fronte eius nomen ſcriptum, myſterium, Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ, & vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum, & de ſanguine Martyrum Ieſu.* (Et pôſt.) *Septẽ capita, ſeptem montes ſunt, ſupra*

In Catalog. Teſtium Pag. 4. *quos mulier ſedet.* Et ad extremũ Capitis: *Mulier, quam vidiſti, eſt Ciuitas magna, quæ habet Regnum ſuper reges terræ.* Indicauit Ioannes in Apocalypſi (ait Illyricus) *locum, vbi præcipuè habitabit Antichriſtus, nempe Romam: quam tametſi Babylonem vocat, tamen & ipſi Papiſtæ per Babylonem in nouo Teſtamento Romam intelligunt. Vt verò minus dubites, de qua Ciuitate loquatur, addit & hoc indicium, quòd ea ciuitas ſit extructa ſuper ſeptem colles, & habeat dominiũ orbis terrarum, quorum vtrumque de Roma tunc verè dictum eſt.* Hæc Illyricus in eum finẽ protulit, vt oſtenderet, *Papam eſſe ipſum Antichriſtum.* Bullingerus etiam & alibi ſæpè, & in Præfatione ad ſuas Homilias in Apocalypſim, dicit, *Tertullianum & Hieronymum Propheſiã D. Ioãnis in Apocalypſi, quæ ad Babylonem ſpectabat, omnino de Roma interpretari.* Et hoc iſti dicunt, vt inſinuent, Romam eſſe Antichriſti ſedem: & mox per breuiſsimam mutationem ab vrbe Roma ad Eccleſiam Romanam, quæ in vrbe Roma ex parte quadam eſt, diſputationem ſuam perducentes, cauillantur, *Eccleſiam Romanam eſſe Antichriſti ſedem.* Explicandum igitur mihi eſt, quid inter vrbem Romam, ſeu orbem aut Imperium Romanum, & Eccleſiam Romanam, Petrique Cathedram interſit.

Vrbs Roma. Tit. de ſtatu hominis. Paulus Iureconſultus de verborum ac rerum ſignificatione agens: *Vrbis* (inquit) *appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificijs finitur.* At Vlpianus ab vrbe Roma ad orbem Romanum ſe conferens: *In orbe* (inquit) *Romano qui ſunt, ex conſtitutione Imperatoris Antonini ci-*

Orbis Romanus. *ues Romani effecti ſunt.* Eſt igitur & vrbs Roma, & orbis Romanus. *Vrbis* appellatio non excedit muros, *Romæ* autem appellatio vſq; ad continentia ædificia extendebatur: ſed *or-*

Eccleſia Romana. *bis Romani* appellatio tam latè patebat, quàm Imperium Romanum. Iam verò *Eccleſia Romana* neque murorum ambitu, nec ædificiorum continentium finibus, nec orbis Imperiiue

Romani

Romani terminis continetur. Nam & Ambroſius de obitu fratris, & Hieronymus in Apologia aduerſus Ruffinum, non aliam interpretantur vel Eccleſiam, vel fidem Romanã, quàm quæ Catholica ſit. Catholicam verò Eccleſiam conſtat non ſolis Imperij Romani finibus concludi, ſed multò latiùs patêre. Itaq; Proſper Aquitanicus: *Roma* (inquit) *per Apoſtolici Sacerdotij Principatũ amplior facta eſt arce Religionis, quàm ſolio poteſtatis.* Itemq; in Carminibus: De voc. gẽt. lib. 2. ca. 16.

Sedes Roma Petri, quæ Paſtoralis honoris

Facta caput mundo, quicquid non poſſides armis, Religione tenet.

Leo Magnus in Sermone 1. in Natiuitate Petri & Pauli: *Petrus* (inquit) *& Paulus ſunt viri, per quos tibi Euangelium Chriſti Roma reſplenduit, & quæ eras Magiſtra erroris, facta es diſcipula veritatis. Iſti ſunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt ſis gens ſancta, populus electus, Ciuitas ſacerdotalis, & regia per ſacram B. Petri Sedem Caput orbis effecta, latius præſideres religione diuina, quàm dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs, ius Imperij tui terra mariq; protuleris, minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdidit, quàm quod pax Chriſtiana ſubiecit.* Et pòſt: *Beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici Ordinis, ad arcem Romani deſtinatur Imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium gentiũ reuelabatur ſalutẽ, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mũdi corpus effunderet.* Petrus ergo Romã miſſus eſt, nec ſolius vrbis, nec ſolius Imperij Romani, ſed omnium gentium totius orbis cauſa, cuius caput Roma tũc erat. Liberatus etiã Diaconus Carthaginenſis: *Cùm Syluerius* (inquit) *Papa ob veræ fidei conſtantiam à Iuſtiniano cogeretur apud Patarã Liciæ exulare, venerabilis Epiſcopus Pataræ venit ad Imperatorẽ, & iudicium Dei conteſtatus eſt de tanta Sedis expulſione, multos eſſe dicens in hoc mundo Reges, & non eſſe vnum, ſicut ille Papa eſt, ſuper Eccleſiam mundi totius à ſua Sede expulſus. Quem audiẽs Imperator, reuocari Romam Syluerium iuſſit.* Hæc omnia perſpicuè declarant, non modò aliam eſſe vrbem Romam, Imperiumque Romanum, quàm vel Sedes Apoſtolica, vel Eccleſia Romana ſit, ſed præterea latius extendi Eccleſiæ Romanæ, quàm Imperij, auctoritatem. Præterea Imperiũ Romanũ (vt à Daniele prædictũ eſt) diuidetur primùm in decem Reges, ac deinde prorſus de medio tolletur. Sed cùm Eccleſia Romana ſit Petra fidei, & Petri Sedes: prorſus implebitur quod à Dño de illa dictũ eſt: *Super hanc Petrã ædificabo Eccleſiã meã, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eã.* Vnde tam Hieron. dicit, *ſe ſcire, Eccleſiã ædificatã ſuper Petrã Apoſtolica ac Romana Cathedra.* quàm Augu. (in Pſal. cõt. partẽ Donati) dicit, *ſuperbas inferorũ portas non victuras Apoſtolica ac Romana Cathedra Petrã & ſucceſſionẽ.* Quæ cùm ita ſint, videamus iã, quẽadmodũ intelligenda ſint vel quæ Tertullianus, vel quæ Hieronymus de Babylone, cuius in Apocalypſi Ioannis fit mẽtio, locuti ſunt. Tertullianus in lib. aduerſus Iudæos, & in lib. 3. aduerſ. Marcion. *Babylon* (inquit) *apud Ioannẽ noſtrũ Romanæ vrbis figura eſt, proinde magnæ, & regno ſuperbæ, & ſanctorũ Dei debellatricis.* Vbi tres veriſſimas cauſas affert, cur per Babylonẽ Roma intelligi queat. Prima cauſa eſt *magnitudo Romanæ vrbis,* quæ Babyloni, maximæ omnino ciuitati, ea in parte reſpõdit. Secunda cauſa eſt, *ſuperbia Imperij Romani,* quod etiã adæquabat, imò & antecedebat Regnũ Babyloniũ. Tertia cauſa eſt, *perſecutio,* quã & olim Babylonij Reges mouebant aduerſus Iudæos, veterem Dei populũ: & tam Apoſtolicis, quàm proximè ſecutis temporibus Romani Cæſares mouebant aduerſus Eccleſiã Romanã, & reliquos Chriſtianos. Cùm ergo Roma Babylonẽ retulerit in magnitudine vrbis, in ſuperbia Imperij, & in perſecutione ſanctorũ Dei: magna ratione adductus eſt Tertullianus, vt ſub appellatione Babylonis Romã apud Ioannẽ intelligi exiſtimaret. Cæterùm ſi tres iſtæ rationes, ob quas Roma Babyloni ſimilis olim habebatur, iam diu ceſſârunt: ſi iam multæ ſunt aliæ vrbes maiores & ampliores Romana (vt Mediolanum in Italia, Lutetia Pariſiorũ in Gallijs, Colonia Agrippinæ in Germania inferiore, Cõſtantinopolis in Græcia, Cayrus in Aegypto, & aliæ alibi) ſi & vrbs Roma receſſit à ſeptẽ mõtibus, & Romanũ Imperiũ prorſus receſſit ab vrbe Roma, & vel ſuperbire, Sanctoſque perſequi deſijt, qua parte cũ Romana Eccleſia in humilitate Chriſtianæ fidei cohæret, vel qua parte in Græcia, in Aſia, in Aegypto, ſub Turcarum Regno ſuperbit, Sanctoſque adhuc perſequitur, extra Eccleſiam Romanam degit: nónne meridiana luce clarius eſt, nihil iam ipſius Tertulliani iudicio ad Eccleſiæ Romanæ ſtatũ attinere, quæ D. Ioannes olim de Roma ſub figura Babylonis cõſcripſit? Satis enim eſt, tũ ad auctoritatẽ Prophetiæ, tũ ad Doctorũ interpretationẽ tuendã, quòd ſemel Roma, dũ in ſeptẽ mõtibus inſidebat, maxima fuit, ſuperbijt, regnum habuit ſuper Reges terræ, Sanctorumq; Martyrum ſanguine redundauit. Iam verò de montibus in valles atq; in planiciem campi Martij deſcendit, Imperium in Reges terræ

Latiùs præſidet Eccleſia Romana, quam Imperiũ Romanũ.

Breuiar. c. 22. Papa eſt ſuper Eccleſiã mundi totius, cum multi ſint Reges in mundo.

2. Theſſ. 2.

In Epiſto. ad Damaſum. Tom. 7

Roma dicitur Babylon ob magnitudinem, ſuperbiam & perſecutionẽ quam Ethnici Imperatores aduerſus Eccleſiam Romanam & Catholicã commouebant.

non habet, magnitudine mediocri eſt, Sanctos Dei amat, obſeruat, & colit: tantum abeſt, vt eos amplius perſequatur. Taménne hodie Roma Babylon illa erit, quam Ioannes velut Sedem Antichriſti futuram deſignauit? Nihil minus. Vbi enim eſt Imperij ſuperbia, vbi magnitudo Regiæ vrbis, vbi Chriſtianorum perſecutio viget: ibi certè *Babylon*, ibi *ciuitas magna eſt*, ibi *mulier illa ſuper populos, gentes, & linguas ſedet, cum qua Reges terræ fornicãtur, & de vino proſtitutionis eius ebrij ſunt*. Dum ergo Romæ ſedit Tiberius Auguſtus, qui San-

Quàm diu Roma fuerit Babylon.

ctum Dei Ieſum Chriſtum per Pontij Pilati miniſterium Cruci affixit: dum Romæ Nero imperauit, qui Petrum & Paulum neci dedit: dum Romæ habitabat Domitianus, qui Ioannem Euangeliſtam Apocalypſis auctorem, in Pathmos Inſulam relegauit: dum Traianus, Antoninus, Seuerus, Maximinus, Decius, Valerianus, Diocletianus, & Maximianus Romano Imperio potiti, ac in vrbe verſati, Sanctos Pontificès Romanos & alios Ieſu Chriſti Martyres perſecuti ſunt: tanto quidem tempore vrbs Roma (non tamen Eccleſia Romana) Babylon fuit, & Sedes ac Thronus, qui & Chriſto iam tunc aduerſabatur, & viam ſternebat maximo illi & nouiſſimo Antichriſto, qui ex eiuſdem Imperij iam diuiſi brachijs ſuccreſcet. Tertullianus igitur, velut exemplo quodam, quid per Babylonem ſignificaretur, declarans, Romam, quæ verè tunc ſic erat, vocauit Babylonem. Verùm Auguſtinus to-

In Pſal. 26. Auguſtini & Aretæ iudicium de Babylone.

tam rei naturam in ſe perpendens, multò verius & aptius ſcribit: *Eſt quædam ciuitas, quæ Babylonia dicitur. Ciuitas iſta ſocietas eſt omnium impiorum ab Oriente vſque in Occidentem. Ipſa habet regnum terrenum.* Et iterum: *Omnes, qui felicitatem terrenam Deo præferunt, ad vnam illam ciuitatem pertinent, quæ dicitur Babylonia myſticè, & habet Regem Diabolum*. Sic

In Pſal. 61.

igitur de Babylone ſentiendum eſt, ſi nolumus in Babylonis definitione falli. Præclarè omnino Aretas: *Babylon* (inquit) *hic corruptibilis mundus dicitur, tāq; deſignat dictio magna, quæ ſubijcitur. Babylon magna venit in memoriā ante Deū.* Et iterū: *Cecidit Babylon magna.* Sequitur

In Apoc. 14. In cap. 17.

iam, vt D. Hieronymi ſententiā de Babylone expēdamus. Is verò: *Romanū* (inquit) *imperiū ipſi, qui imperant, æternū putant, vnde ſecundū Apocalypſim Ioannis, in fronte purpuratæ meretricis ſcriptū eſt nomē blaſphemiæ, id eſt, Roma æterna.* Purpuratā igitur meretricē, in cuius frōte nomē blaſphemiæ ſcriptū eſt, vocat *Romā*, nō certè ob Petri Cathedrā ibi cōſtitutā, ſed ob vanā opinionē, quā Gentiles velut oraculo deorū confiſi, de imperij Romani æternitate habebāt. Quā interpretationē Hieron. hauſit ex 18. c. Apocal. Ibi enim Babylon refertur in corde ſuo dicere: *Sedeo Regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo.* Ac nimirum etiam pueris notum erat, quid apud Poëtam Iupiter promiſiſſet Romanis, cùm diceret:

Quæſt. 11 ad Algaſiam.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi.

Cùm igitur illi ciues Romani, qui fidem Chriſti nondum ſuſceperant, palàm præ ſe ferrent, Romanum Imperium, quod omnium Deorum ſuperſtitionem coleret, nullo vnquam tempore delendum eſſe (Ammianus enim Marcellinus Romam quoq; vocat *æternam vrbem*) Hieronymus tam Danielis Prophetia quàm Ioannis Apoſtoli reuelatione inſtructus, quemadmodum animaduertit, Romanum *Imperium* eſſe meretricem magnam, quæ multos Reges & populos vino proſtitutionis ſuæ inebriauerat: ſic nullum inſignius blaſphemiæ nomen in eius fronte deſcriptum vidit, quàm quòd ſtatum ſuæ illius Monarchiæ immortalē atq; æternum prædicabat. Quid autem hoc ad Petri Cathedram & fidem Romanam ſpectat? niſi quòd Proteſtantes putant, rudem & ignaram plebem, quæ *vrbem Romam ab Eccleſia Romana* diſcernere non poteſt, mox audito Romæ vocabulo, id Eccleſiæ fideiq; Romanæ attributuram, quod non niſi de Romanis Idola colentibus dictum erat. *Ecce* (clamant Proteſtantes) *Roma vocatur ab Hieronymo purpurata meretrix.* At quæ Roma? Non illa, quæ Chriſtum confitetur Filium Dei, ſed quæ *Iouem* vocat *Diuûmq; hominúmque potentem.* Quid quòd ipſe Hieronymus hanc ipſam cauillationem grauiſſimo teſtimonio ſuo detegit & reuelat? Sic enim Romam alloquitur: *Ad te* (inquit) *loquar, quæ ſcriptam in fronte blaſphemiam, Chriſti confeßione deleſti, vrbs potens, vrbs orbis Domina, vrbs Apoſtoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen eſt apud Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos. Serua quod diceris. Virtus te excelſam faciat, non voluptas humilem. Maledictionē, quam tibi Saluator in Apocalypſi comminatus eſt, potes effugere per pœnitentiam: habes exemplū Niniuitarum.* Hæc ille. Tantum ergo abeſt, vt Hieronymus putârit, Romanam Eccleſiam aut Petri Cathedram eſſe meretricē purpuratam, quæ gerit in fronte ſua nomen blaſphemiæ, vt dicat potius, *Romam Chriſti confeßione ſcriptam in fronte blaſphemiam deleſſe.*

Li. 2. aduer. Iouinian. in fine. Chriſti confeſſio facit, vt Roma nō ſit Babylon.

Fides

Fides enim Chriſti fecit, vt Roma crederet, ſuum Imperium breui ruiturum, ac ſolius Chriſti Regnum fore æternum. Alibi etiam Hieronymus vrbem Romam ab Eccleſia Romana ſeparans, Marcellam, vt Roma relicta commigret Bethleem, his verbis inuitat: *Præſepe locus ſanctior eſt Tarpeia rupe, quæ de cælo ſæpius fulminata oſtendit, quòd Domino diſpliceret. Lege Apocalypſim Ioannis, & quid de muliere purpurata, & ſcripta in eius fronte blaſphemia, ſeptem montibus, aquis multis, & Babylonis cantetur exitu, contuere. Exite, inquit Dominus, de illa populus meus: & ne participes ſitis delictorum eius: & de plagis eius non accipiatis. Fugite de medio Babylonis, & ſaluate vnuſquiſque animam ſuam. Cecidit enim, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmonum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi. Eſt quidem ibi ſancta Eccleſia, ſunt trophæa Apoſtolorum & Martyrum, eſt Chriſti vera confeſſio, eſt ab Apoſtolo prædicata fides & gentilitate calcata, in ſublime ſe quotidie erigens vocabulum Chriſtianum.* Sancta eſt Romana Eccleſia.

Cùm ex his D. Hieronymi verbis perſpicuum ſit, eum ob ſolam gentilitatem, quæ in vrbe adhuc ſuo tempore aliqua reſtabat, Romam vocaſſe *Babylonē*, quantoq; longius à gentilitate recedebatur, tantò magis eum iudicaſſe *deletam blaſphemiam, quæ in fronte meretricis inſcribebatur*: quo ſupplicio digni erunt, qui tunc demum aiunt, Romam verè factam eſſe *meretricem purpuratam*, quando calcata prorſus omni gentilitate, ſolius Chriſti nomen ac fidem profeſſa eſt? Quo enim tēpore Bonifacius Pontifex (à Magno Gregorio quartus) impetrauit à Foca Cæſare, vt eliminata Idolorū omni ſpurcitia, Pantheon in Sanctæ Dei Genitricis omniumq; Martyrum Chriſti honorem dedicaretur: hoc ferè ipſo tempore Proteſtantes volunt, in vrbe, atq; adeò in Eccleſia potiſsimùm Romana non extitiſſe modò, verùm etiā reuelatū fuiſſe Antichriſtū. Etenim quoniam Bonifacius tertius ab eodem Foca petierat, vt Conſtantinopolitani Patriarchæ, qui ſe vniuerſalem Epiſcopum ſcripſerat, iniuſto conatu repreſſo, *Romana Eccleſia (in qua ſemper Apoſtolica Cathedra viguit Principatus) omnium Eccleſiarum Caput diceretur*: hāc vocem à Catholicis Patribus ſæpiſsimè antea vſurpatam (vt ex libri ſuperioris auctoritatibus cuiuis conſtare poteſt) Proteſtantes vocârunt *blaſphemiam in fronte meretricis inſcriptam*. Et cùm nouo more hoc dicant, tamen non pudet eos, Tertullianum & Hieronymum huius rei auctores laudare: quaſi verò illi Apoſtolicam Sedem putauerint fuiſſe Babylonem, aut Principatum eiuſdem Sedis, blaſphemias in fronte meretricis inſcriptam appellârint. Ergóne Tertullianus, *qui Africanis Eccleſiis auctoritatem à Romana præſto eſſe dixiſſet*, quiq; *fælicem illam, ob doctrinam & ſanguinem Apoſtolorum vocauit*, Babylonem tunc, & meretricem purpuratam adorabat? Quàm clarè, quàm apertè Hieronymus clamat: *Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt? Super illam Petram ædificatam Eccleſiam, ſcio. Et aduerſus Ruffinum: Miror, quomodo probauerit Italia, quod Roma cōtempſit, Epiſcopi ſuſceperint, quod fides Apoſtolica condemnauit. Scito Romanā fidem, etiamſi Angelus aliter annuntiet, quàm ſemel prædicatum eſt, Pauli authoritate munitam non poſſe mutari*. Fidem ergo Romanam, Sedem Apoſtolicam, Petri Cathedrā ſummo ſemper honore Hieronymus proſequebatur, nec blaſphemiā eſſe putauit, ſi ea Sedes omnium Eccleſiarum Caput crederetur, quam ipſe dixit, *Petram exiſtere, ſupra quam non tantùm opinaretur, ſed ſciret, Eccleſiam eſſe ædificatam*, imò & *domum eſſe, extra quam Agnus ſanctè comedi non poteſt*, & *velut arcam Noë eſſe, in qua ſi quis non fuerit, peribit regnante diluuio*. Quid eſt autem Petri *Cathedra*, ſeu *Petra* Eccleſiam ſuſtinens, niſi caput reliqui totius ædificij? Quid eſt *domus, in cuius communione Agnus neceſſariò comedendus eſt*, niſi Caput omnium fidelium Eccleſiarum? Quid eſt arca Noë extra quam non eſt ſalus, niſi vna illa Romana Eccleſia, in cuius ſocietate neceſſariò omnes ſe continere debent, ſi ab hæreſum diluuio liberari volunt?

Tertul. in præſcriptio. aduerſ. hær. Hieronym. Epiſtol. ad Damaſum.

Epi. ad Damaſum.

Idem eſt Petra & Caput.

Cùm igitur Eccleſia Romana ſemper à Catholicis Patribus habita ſit *Caput omnium Eccleſiarum*, nec ob Primatum Romanæ Sedis, verùm ob Imperij Romani ſuperbiam & crudelitatem Roma olim dicta ſit *Babylon* & purpurata meretrix: cumq; iam Romanum Imperium ab vrbe Roma penitus alienum ſit: certè deinceps Antichriſtus non Romæ, ſed inter Imperij Romani reliquias & fragmēta expectandus eſt. Ex quibus ſi aliquis fortè Rex poſthac Romam veniret, ibiq; tyrannidem ſuam exerceret: ea res non magis imputanda erit Sedi Apoſtolicæ, aut Eccleſiæ Romanæ, quàm Neronis, aut Diocletiani perſecutio eidem Eccleſiæ olim aſcribebatur. Vbicunque enim ſederit Antichriſtus: fides Eccleſiæ Romanæ Sediſque Apoſtolicæ nec deficere poteſt, *cùm Petra ſit, aduerſus quam inferorum portæ nō præualebunt*: nec obſcura eſſe, cùm & præcipua lucerna ſit, *quam Dominus poſuit in candelabro, vt luceat omnibus qui in domo ſunt*: & *ciuitas ſit in vertice montium poſita, quæ non poteſt*

abſcondi. Reſpóderem hoc in loco illi alteri Proteſtantium argumento,quo dictitant,*ſeſſurum in Templo Dei*,& in medio Eccleſiæ Antichriſtum: hoc eſt (vt illi rem interpretantur) in Eccleſia Romana: niſi quòd ea res proprium poſtea locum longè opportuniorẽ ſibi védicabit. Quibus ita diſpoſitis,demonſtremus iam ſolidiſsimis rationibus,Romanum Pontificem non eſſe Antichriſtum.

Prima Demonſtratio,quòd Papa non ſit Antichriſtus ille inſignis, qui vnus tantùm homo eſt,cùm plusquàm ducenti Pontifices Romani fuerint.

CAPVT IX.

IAM antè multis argumentis declaraui (quod tamen hîc repetendum eſt, vt ad id, quod iam inſtituimus,accommodetur) Antichriſtum illum inſignem,de quo agimus, vnã certam perſonam,ac non Sedem quandam aut ſucceſsionem hominum eſſe. Primùm enim

1. Ioan 5. 1.Ioan 2. Chriſto,qui vna certa perſona eſt, & omnium iuſtorum Caput, Antichriſtus velut Aduerſarius vnus inſignis,& omnium impiorum hominum caput opponitur Deinde à Ioanne ap-

2. pellatur ὁ ἀντίχριστος, *ille Antichriſtus*, velut vnus eximius inter multos. Tum autem per

3. articulum hominis nomini appoſitum ab Apoſtolo deſcribitur, dum vocatur ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, *homo ille peccati*. Articulus enim talis, de homine quopiam certo ac ſingulari ſermonem eſſe,demonſtrat.

4. Præterea in Apocalypſi (c.13) proprium nomen habiturus prædicitur,quod contineat *666*. Nomina verò propria non niſi perſonis certis & ſingu-

5. laribus imponi ſolent. Quintò, per pronomẽ(*ille*, & *ipſe*)tùm in Euangelijs,tùm in Epiſtolis

Ioan 5. 2.Theſſal. 2. Pauli deſignatur,quæ pronomina certiſsimam illius, de quo agunt,perſonam demonſtrant.

6. Sextò,*extollet ſe*(vt Apoſtolus ait)*ſupra omne,quod dicitur Deus,aut quod colitur*.Non poteſt igitur fieri,vt plures conſortes habere ſe fateatur,qui eodem modo ſeſe efferant. Alioqui non extolleret ſe ſupra omne,quod colitur,quia ſocij eius futuri eſſent in eodem ſuperbiæ gradu ex ſua ipſius confeſsione. Cæterùm ſi nouiſsimus ille Antichriſtus Creatorẽ cœli & terræ non agnoſcit æqualem ſibi: quis putet, eum eſſe Antichriſtum illum inſignem, qui alios permultos agnoſcit tam prædeceſſores,quàm ſucceſſores ſuos in eodem officio?quod certè Romani Pontifices hodie faciunt, ac ſemper fecerunt. Neceſſariò ſolus eſt,qui tanta

7. ſuperbia effertur,vt ſupra omne numen ſe extollat. Denique omnes ſancti Patres,Græci, Latini,Syri,qui per tot ſecula vel in Oriente,vel in Occidente,vel in Aquilone,vel in Meridie vixerũt,ſecundùm fidem ac traditionem ab Apoſtolis acceptam,de Antichriſto locuti ſunt velut de homine vno: cuius & certam patriam,& certam Tribum, & res geſtas vni perſonæ proprias,& regnum breuiſsimũ,& finem exitumq; ſubitaneum ita ſecundùm Scripturas deſcripſerint,vt hæc omnia non potuerint præterquàm ad vnum certum hominem referri.Cùm igitur tot modis conſtet,Antichriſtum eſſe vnam ſolam perſonam, Pontifices autem Romani vna ſola perſona non fuerint, ſed ſeries quædam & ſucceſsio plurium perſonarũ:vel ex eo ipſo efficitur,vt Pótifices Romani minimè potuerint eſſe ille inſignis Antichriſtus,quem nunc inquirimus. Hanc rationem multò pluribus argumentis confirmare liceret,niſi quòd nolo ea,quæ ad alium locum pertinent,in hunc vnum accumulare.

Quæ ſint cauſæ aduentus Antichriſti: à quarum vltima petitur hæc ſecunda ratio,quæ demonſtrat, quòd Pontifex Romanus non ſit,ac neq; poſsit eſſe Antichriſtus,quia Sancti Patres Romanæ fidei & Eccleſiæ ſocij,cùm ſemper maximè fideles fuerint, minimè omnium debuerunt permitti,vt per ſuæ communionis Principem à fide Chriſti ſeducerentur,& Antichriſti Præcurſores fierent.

CAPVT X.

SI hoc optimè ſcimus,cuius cauſas certiſsimè cognitas & exploratas habemus: non abs re erit exquirere,quænam ſint cauſæ aduentus Antichriſti.Nam illis primùm perſpectis

Cauſæ Antichriſti. & conſideratis,faciliùs poſtea deprehendemus, vtrùm Papa ſit Antichriſtus,nec ne. Cauſa prima, quæ Antichriſtum oriri permittit, eſt Deus iuſtus & rectus: qui ex ea re tùm Satanæ & membrorum eius malitiam,tùm Chriſti potentiam & Eccleſiæ ſuæ conſtantiam manifeſtabit. Cauſa verò proxima efficiens & operans aduentum Antichriſti,eſt Diabolus: qui per Antichriſtum efficaciter ſeducet homines impios. Cauſa materialis eſt ipſe

Anti-

Antichriſtus vera hominis natura præditus: formalis verò, eſt ſumma impietas & omnis potẽtia Diaboli, qua præditus erit, itemq́; ſigna & prodigia mendacia, quibus inſtruetur & apparabitur. Cauſa vltima, ob quam permittitur Antichriſtus ad ſeducendos homines venire hæc eſt, vt ij iuſtè condemnentur & puniantur, qui non receperunt veritatem ipſam Chriſtum Ieſum ſed conſenſerunt iniquitati & crediderunt mendacio. Hæc omnia in poſteriore D. Pauli ad Theſſalonicẽſes Epiſtola cap. 2. habentur. Cùm enim de Antichriſto ageret: *Eius* (inquit) *eſt aduentus ſecundùm operationem Satanæ* (ecce proximam efficientem cauſam) *in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt, eò quòd charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati*. Hæc Apoſtolus. Eſt autem certiſsima illa diſputatio, quæ ipſas rerum cauſas inquirit, præſertim quoties eas non ex cõiectura humana, ſed ex Dei Verbo addiſcit, quod neminem vnquàm fefellit, aut fallere poteſt.

Dico igitur, cum his cauſis nullo modo conſiſtere, vt Pontifex Romanus ſit Antichriſtus: id quod primùm clariſsimè apparet ex fine ipſo, qui eſt potiſsimus omnium cauſarum. Permittitur Antichriſtus venire, *vt iudicẽtur, qui non receperunt Chriſtum Ieſum*. Sed ex omni orbe terrarum nulli homines verius receperũt Chriſtum Ieſum, quàm ij fideles, qui permanſerunt, & adhuc permanent in fide Romanæ Eccleſiæ (id quod ſtatim planiſsimùm faciã) Ad nullos igitur minus, quàm ad Romanæ fidei ſocios mitti debuit Antichriſtus. ad illos verò iudicandos præcipuè mitteretur, ſi Pontifex Romanus eſſet Antichriſtus. Nulli enim magis recipiunt Pontificem Romanũ, quàm qui permanent in communione Romanæ Eccleſiæ. Prorſus igitur cauſæ vltimæ, ſeu diuinæ iuſtitiæ, per Apoſtolum reuelatæ repugnat, vt Pontifex Romanus ſit Antichriſtus. Nihil hîc dubium eſt præter id vnum, *an ſocij Romanæ fidei maximè omnium receperint Chriſtum Ieſum*. Hoc autem ita confirmo. *Gratias ago Deo meo* (inquit Paulus ad Rom. 1.) *quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo*. Sed in illa fide quam Romani ab Apoſtolis acceperunt, & ipſi vſque ad hodiernum diem, & ij omnes, atq; ij ſoli permanent, qui communicant cum fidelibus Romanis: igitur nulli melius receperunt Chriſtum Ieſum, quàm ſocij Romanæ fidei. Quod quidem ita factum eſſe, ij ſanctiſsimi Patres affirmant, qui præcipua Eccleſiæ Chriſti lumina omni ætate non apud Catholicos tantùm, ſed etiam apud ipſos Proteſtantes habita ſunt.

Ob quem finem veniat Antichriſtus.

Status quæſtionis.

Paulus circiter an. Dom. 50.

Ignatius Apoſtolorũ Diſcipulus in ipſa inſcriptione Epiſtolæ ſuæ ad Romanos, appellat Eccleſiam Romanam *caſtiſsimam, & eam quæ præſidet in loco regionis Romanorum*. Et pòſt: *Alios* (inquit) *docuiſtis: Velim ego ea vt firma ſint & rata, quæ docentes præcipitis.* Huic proximus Polycarpus tam ex animo communicauit cum Eccleſia Romana, vt Euſebius (lib. 5. c. 24) dicat, *cum permiſſu Aniceti Sacrum ibi peregiſſe.* Hunc ſecutus Irenæus lib. 3. c. 3. dicit, *fidem ab Apoſtolis annũtiatam per ſucceſsiones Epiſcoporum, & per ſummũ Romana Eccleſia perueniſſe vſq; ad ſuam ætatem.* Tertullianus (in lib. de Præſcript. aduerſ. hæret.) *E Roma* (inquit) *nobis quoq; authoritas præſto eſt. Fœlix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt. Videamus, quid didicerit, quid docuerit.* Origenes eandem Eccleſiã cupiebat videre, *vtpote antiquiſsimam*, teſte Euſebio lib. 6. c. 12. Cyprianus. lib. 1. Epiſt. 1. *Eccleſia omnis Romana confeſſa eſt. Claruit fides, quam de vobis Apoſtolus prædicauit.* Et iterum Epiſt. 3. *Ad Romanos perfidia non poteſt habere acceſſum.* Concilium Sinueſſanum Epiſcoporum ferè ducentorum (aut etiam, vt alijs videtur, trecentorum) Romanæ Eccleſiæ Cathedram appellat *Primam Sedem*, eamq́; *negat à quoquam iudicari.* Ad Romanã Eccleſiam velut *ad portum communionis Catholicæ*, tùm Athanaſius & Petrus Alexandrinus, tùm Paulus & Chryſoſtomus Patriarchæ Conſtantinopolitani, atq; alij permulti Præſules confugerunt. Ambroſius de obitu fratris agens, *Catholicos Epiſcopos* interpretatur eos, *qui conueniunt cum Eccleſia Romana.* Idem ad Syricium: *Symbolum* (inquit) *Apoſtolorum Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat.* *Eſt Roma* (inquit Hieronymus ad Marcellam) *ab Apoſtolo prædicata fides.* Et aduerſus Ruffinum: *Scito, Romanam fidem Pauli authoritate munitam non poſſe mutari.* Optatus gloriatur, ſe *in communione ſocium habere Syricium Petri ſucceſſorem.* Auguſtinus *prædicandam in Domino* vocat *Romanorum fidem.* Cyrillus Alexandrinus Neſtorium neque condemnare auſus eſt abſque Celeſtini Pontificis Romani authoritate: neque poſtea voluit eundem indemnatum relinquere, ne vlla in re diſſentiret ab Eccleſia Romana, quam Eccleſiam Proſper tam in libro de vocatione Gentium, quàm in Car-

Ignatius an. Do. 100.
Polycar. an. Do. 120.
Irenæus an. Do. 150.
Tert. 180.
Orig. 250.
Cyp. 250.
Synod⁹ Sinueſſana circiter an. Do. 300.
Athanaſ. an. Do. 350.
Amb. 370 Epiſt. 81.
Hier. 380.
Opt. 390. Lib. 2 cont. Parmenian.
Aug. 420 De pecc. orig. cont. Peleg. lib. 2. c. 8
Cyr. 430. Epiſt. ad Celeſt.
Proſ. 440

Arn. 460. in Carminibus de Ingratis vocat. *Caput mũdi, ob Petri Sedẽ.* Arnobius Afer, *perire ſiti eum ait,*
In Pſal 106. *qui foras ab Eccleſia Petri exit.* Eugenius Epiſcopus Carthaginis nullã de fide admiſit diſpu-
Eug. 510. tationem (vt Victor ait) abſque Romanæ Eccleſiæ voluntate, quoniam *ea Caput eſſet omnium*
Lib. 2. de perſ. Vandal. *Eccleſiarũ.* Primaſius in Epiſtolam Pauli ad Rom. c. 1. *Verè vbique clara eſt fides Romanorum.*
Primaſi⁹ Procopius lib. 1. de bello Goth. *Chriſtiana fides diſciplinam, ſi alij vnquam, Romani præcipuè*
540. *ſunt venerati.* Apud Gregorium quiuis Epiſcopus à ſchiſmate reuerſus, *iurat, & ſub Ana-*
Procopi⁹ *thematis obligatione promittit, ſe in communione Romani Pontificis ſemper & ſine dubio per-*
an. Do. 550. *manſurum.* Iſidorus in Præfatione ad opus Conciliorum, *nullam Synodum ratam eſſe agno-*
Gregor. *ſcit, quæ non fuerit Apoſtolica Sedis authoritate congregata vel fulta.* Centum & viginti quinq;
590. Epiſcopi contra Monothelitas congregati, in Epiſt. quæ extat in Act. 4. ſextæ Synodi: *Ve-*
Lib. 10. Indi. 5. Epi. 31 *ram* (inquiunt) *& Apoſtolicam confeſsionem nunc vſq; nobiſcum Sancta Romana ſeruat Eccle-*
Iſido. 610. *ſia.* Oſwy rex (inquit Beda) intellexerat veraciter, *quia Romana eſſet Catholica & Apoſto-*
Synodus *lica Eccleſia.* Theodorus Studienſis, homo Græcus, in Dogmatica de adoratione Sanctarũ
Epiſcopo Imaginum: *Tanta eſt Romanorum fides, vt & illic infracta videatur eſſe Petra fides, nimirum iu-*
rum 125. *xta Verbum Domini fundata.* Beda in Sermone de Benedicto Abbate Anglicano, ait: *Tantæ*
an. D. 650 *Eccleſia Caput eximium, Roma per ſummos Apoſtolos eminere.* Regino in 2. lib. Chronicorũ
Oſwi. 670 ait. *Petri Sedem nunquam ab aliqua hæreſi aut prauo dogmate falli potuiſſe.* Mieſlao Principe,
Lib. 3. hiſt. Anglic. c. 29 Polonia fidem & Epiſcopos ab Epiſcopo Romano petit. Lanfrancus in lib. aduerſus Be-
rengar. ait, *hæreticum eſſe omnem hominem, qui à Romana & vniuerſali Eccleſia in fidei doctri-*
Theo. 730 *na diſcordat.* Rupertus Tuitienſis lib. 2. de Diuinis Officijs c. 22. *Romana Eccleſia ſuper Apo-*
Beda 740 *ſtolica fidei Petram altius fundata firmiter ſtetit, & tam Græcia, quàm totius orbis hæreticos ſem-*
Regino *per confutauit.* Bernardus in Epiſt. 190. ad Papam Innocentium. *Hæc huius Prærogatiua Se-*
890. *dis, vt ibi non poſſit fides ſentire defectum.* In Concilio Lateranenſi cùm mille & penè tre-
Mieſlaus centi Antiſtites adeſſent, omnes confeſsi ſunt, *Romanam Eccleſiam, Domino diſponente, ſuper*
990. *omnes alias ordinaria poteſtatis obtinere Principatum: vtpote Matrem vniuerſorum Chriſti fi-*
Lãfrãcus *delium, & Magiſtram.* Atq; vt ſemel finiam, non aliud ſenſerunt Concilia Oecumenica,
1050. *Lugdunenſe primum, & ſecundum, Viennenſe, Conſtantienſe, Florentinum, & noſtra ætate Tri-*
Rupertus *dentinum.*
1100.

Ber. 1140. Nec in his rebus mihi fidem haberi poſtulo, niſi & ipſi Magdeburgenſes, qui Eccleſiam Chriſti per omnes ætates in Centurijs ſuis demonſtrare conantur, eoſdem illos Patres pro
Synodus luminibus Eccleſiæ habeant, quos ego iam fidei Romanæ laudatores declaraui. Quòd ſi
magna La nec Aduerſarij quidem hos teſtes pro hæreticis aut falſarijs habere audẽt, quidni ſtatuamus,
teranẽſis. vt eos Dei ſpiritu præditos fuiſſe, ſic etiam verum de Romana Eccleſia teſtimonium dixiſ-
1215. C. 5. ſe? Omnes autem per omnium ſeculorum generationes conteſtantur, fidem Eccleſiæ Ro-
Lugdun. manæ ſemper integram & immaculatam permanſiſſe: illam Eccleſiam ſemper obtinuiſſe
1245. 1272. Principatum ſuper omnes alias: in eius communione permanendum neceſſariò eſſe, nec fi-
Viẽn. 1301 dem eius potuiſſe mutari aut deficere. Quod adeo verum eſt, vt neque ipſi Proteſtantes in
Conſtan- tãta hæreticorum ſerie vllam hæreſim ab Eccleſia Chriſti condemnatam proferre poſsint,
tien. 1414 quã Romana Eccleſia vel ad vnã horã publicè defenderit, ac prædicarit. Nec vllus in orbe
Florenti- terrarũ Epiſcopus, Presbyter, Imperator, populus, aut vir priuatus extitit, qui Catholicus vel
na 1438. ſua, vel in ætate ſubſecuta habitus ſit, quin idẽ & vixerit, & mortuus fuerit in fide & cõmu-
Tridenti- niõe Romanæ Eccleſiæ: vt quæ totius Eccleſiaſticæ cõmunionis caput & principiũ ſemper
na 1545. & vbiq; habita ſit. Quæ cùm ita ſe habeant, fieri non poteſt, vt illa Eccleſia, quæ Chriſti fi-
Fideliſsimæ Eccleſiæ Antichriſtus præeſſe non poteſt. dem optimè omnium aliarum propugnauit, grauiſsimè omnium per Antichriſti Præfecturã puniatur: cùm Antichriſtus non niſi ob eos iudicandos permittatur venire, qui propterea *credere mẽdacio* ſinũtur, quia *noluerũt credere veritati.* Atq; hæc ſanè eſt certiſsima & inconcuſſa huius rei demõſtratio. Nã ſi Romana Eccleſia ſedes Antichriſti eſt, Antichriſto teſtimoniũ perhibuit Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, Ignatius, Polycarpus, Irenæus, Cyprianus Martyres Chriſti, Athanaſius, Ambroſius, Hieron. Chryſoſtom. Auguſtinus, Cyrillus Proſper, Iſidorus, Beda, Theodorus, Regino, Lãfrancus, Rupertus, Bernardus Cõfeſſores Chriſti. Et quis erit verus teſtis pro Chriſti Eccleſia, ſi tot ac tanti Patres pro ſede Antichriſti contra Chriſtũ dixerũt tam inſignia teſtimonia? Sed apage has nugas. Cœlũ & terra tranſibũt: Verbum Domini non tranſiit: ſed manet in æternum, quo dixit, ſe *cum Apoſtolis eſſe omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Nec vnquàm vel Proteſtantium iudicio præclariores Apoſtolorum imitatores fuerunt, quàm ij, quos nunc recenſui.

Non eſt

Non eſt igitur Eccleſia Romana ſedes Antichriſti, nec Pontifex Romanus eſt ipſe Antichriſtus. Nam ſi Antichriſtus in vllius Eccleſiæ ſucceſsione expectari poſſet, certè debebat potius in Conſtantinopolitanana Eccleſia quæri, quàm in Romana. Etenim cùm Paulus teſtetur, Antichriſtũ mitti, *vt hi iudicentur, qui non crediderũt veritati*: cõſtet verò ex Eccleſiaſtica hiſtoria, Epiſcopos Cõſtantinopolitanos ex omnibus qui vnquã fuerũt, Epiſcopis, *minimè crediſſe veritati*: cùm in ea Sede præfuerint non modò Ariani, & Eutychiani permulti, ſed etiam *Macedonius* Archihæreticus, qui Spiritus ſancti Diuinitatem negauit: *Neſtorius*, qui Chriſtum in duas perſonas diuiſit: *Sergius, Pyrrhus & Paulus*, Monothelitæ: *Ioannes*, qui ſeipſum primus vniuerſalem Epiſcopum nominauit: multi etiam nuper, qui Spiritum ſanctum à Filio procedere, pertinaciter negarunt: profectò vbi maximè abũdauit hæreſis & mendacium, ibi potiſsimùm expectari debebat Antichriſtus. Verùm licet Antichriſtus in Eccleſiam seſſurus ſit, non tamen velut ſucceſſor cuiuſquàm ſedebit, qui potius efferet ſe *ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur*. Quò minus euenire poteſt, vt in Principis Apoſtolorum Cathedra ſedeat, cui plus alijs amãti, & fratres ſuos confirmaturo Chriſtus oues & agnos ſuos commiſit, & quacum omnia Eccleſiæ lumina omni ætate communicârunt, vtpote cum ea Cathedra, quæ nunquàm credidit vllius Pſeudoprophetæ mendacio, ſed ſemper conſenſit veritati, & aduerſus quam non præualuerunt aliquando inferorum portæ.

2. Theſſal. 2.

Tertia Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quia non Satanas, ſed Chriſtus Cathedram Petri & primùm Romæ conſtituit, & in æternum cuſtodiuit.

CAPVT XI.

VIdimus, finem, ob qnem Antichriſtus venire permittitur, nullo modo cohærere cum ea opinione, vt Papa ſit Antichriſtus. Nam qui communicârunt omni ætate cũ Papa, fuerunt præcipua totius Eccleſiæ lumina, quæ minimè omnium permitti debuerunt, vt ab Antichriſto ſeducerentur. Is enim venit, vt non niſi eos, qui pereunt quiq́ue veritatẽ non recipiunt, per ſigna mendacia ſeducat. Nunc ordo poſtulat, vt cauſam efficientem Antichriſti ob oculos etiam ponamus. Aduentus ergo Antichriſti eſt *ſecundùm operationẽ Satanæ*, (2. Theſſalon. 2.) & in Apocal. c. 13. *Draco* dicitur *dediſſe illi virtutem ſuam*. Romani autem Pontificis aduentus non erat *ſecundùm operationem Satanæ*, ſed ſecundùm Chriſti operationem: Papa igitur non eſt Antichriſtus. *Eccleſia Romana* (inquit Irenæus) *à glorioſiſsimis duobus Apoſtolis, Petro & Paulo, fundata & conſtituta eſt, qui Lino Epiſcopatum Eccleſiæ adminiſtrandæ tradiderunt. Succedit ei Anacletus, poſt quem tertio loco ab Apoſtolis Epiſcopatum ſortitur Clemens. Huic ſuccedit Euariſtus, Euariſto Alexander, ac deinceps Sixtus, Teleſphorus, Higinus, Pius, Anicetus, Soter, & nunc duodecimo loco ab Apoſtolis Epiſcopatum habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſsione, ea, quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia, traditio & veritatis præconiatio peruenit vſq; ad nos.*

Lib. 3. c. 3. Non diaboli, ſed Apoſtoli Ieſu Chriſti fundarunt Eccleſiã Romanã.

Qui verba Irenæi rectè perpenderit, animaduertet, eandem rationem, quæ ab ipſo ponitur, noſtris etiam temporibus valere. Nam vt illa ſucceſsio Pontificum Romanorum, quæ Irenæi temporibus floruit, vſque ad nos perdurauit: ſic in eadem ſucceſsione *permanſit etiam ea, quæ ab Apoſtolis eſt, traditio & veritatis annunciatio*. Nec verò vllum tempus nominari poteſt, in quo quiſpiam Romanus Pontifex quicquam decreuerit pro Catholica fide habẽdum, quod Maiores ipſius velut hæreticum aut impium abieciſſent. Itaque tam Optatus, quàm Auguſtinus Pontificum Romanorum ſeriem ad ſua vſque tempora deducunt, vt ex ea re oſtendant, quæ ſit vera fides & Eccleſia. Idem in ſuis Chronicis Euſebius primùm, deinde Hieronymus tum autem Proſper, pòſt Beda & demum Regino, Marianus Sotus, Shafnaburgenſis, Zonaras, Nicephorus, Cedrenus Sigebertus, Gotfridus, Viterbienſis, Trithemius, alijq́ue permulti fecerunt, quorum nemo Eccleſiam Romanam vllius hæreſeos ſub vllo vſpiam Pontifice accuſat. Imò Hieronymus ad Damaſum ſcribit: *Tuæ beatitudini, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior. Super illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunq; extra hanc domum Agnum comederit, profanus eſt. Quicunq; tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.* Tantum igitur abeſt, vt Papa ſit Antichriſtus, *vt ille potius Antichriſti ſit, qui non communicat cum Papa.* Itemq; Auguſtinus in Pſalmo contra partem Donati, ſic ait: *Venite, fratres, ſi vultis, vt inſeramini in vite. Dolor eſt, cum vos videmus præciſos ita*

Lib. 2. contra Parme. Auguſtin. Epiſt. 165.

Super Cathedram Petri ædificatur Eccleſia.

ſos ita iacere. Numerate Sacerdotes vel ab ipſa Petri Sede, & in ordine illo Patrum quis cui Succeſſio Cathedræ Petri eſt inuicta Petra. *ſucceſſit, videte. Ipſa eſt Petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ.* Super Cathedrã igitur Petri Hieronymus *ſcit Eccleſiam ædificatam:* & ibi iam ſedet Antichriſtus? Atqui cõtra Petram à Domino conſtitutam non præualet Antichriſtus. *Succeſſio Pontificum Romanorum* (inquit Auguſtinus) *eſt Petra, quam ſuperba inferorum porta non vincunt:* & nunc vicit eam Diaboli filius Antichriſtus? Ergòne *Diuina prouidentia ideo Petrum Romam deduxit*, vt Euſe- Lib. 2 ca. 13. bius teſtatur, ne Antichriſtus glorioſa & illuſtri Sede careret, imò vt per Chriſti & Apoſtolorũ Principis nomen, Eccleſiam Dei efficacius falleret ac ſeduceret? Quæ opinio quid aliud quàm Chriſto id attribuit, quod propriè diaboli opus eſt.

Antichriſtus venit *ſecundùm Satanæ operationem*. Sed ſi Proteſtantes verum dicunt Antichriſtus venit ſecundùm operationem Chriſti, quia venit in illam Sedem, & authoritatem capit ab illa Sede, quã Chriſtus per Petrũ & Paulum Apoſtolos ſuos Romæ fixit. Chriſtus igitur ſecundùm Proteſtãtes eſt Satanas. O vocem horrendã, ſed neceſſariò verã, ſi Papa eſt Antichriſtus. Aut dicant mihi: quis Petrũ aut Paulũ deduxit Romã? Nónne Chriſtus? Quis illos Eccleſiam ibi fundare, & Epiſcopatum conſtituere iuſsit? Nónne Chriſtus? Ille enim *cum Apoſtolis & eorum poſteris docentibus & baptizantibus omnes gentes erat omnibus diebus* Math. 28. Apoc. 1. & 2. (ſicut promiſerat) *vſq; ad conſummationem ſeculi.* Ille *candelabra Epiſcoporum* vel mouit de loco ſuo, ſi à veritate deflexerunt, vel immobilia cuſtodiuit, ſi manſerunt in veritate. Cúmque minoris virtutis non ſit, quæſita tueri, quàm ea, quæ nondum habeas, comparare: profectò vt prima erectio Cathedræ Petri neceſſariò fuit Chriſti, & non Satanæ opus: ſic eiuſdẽ Cathedræ confirmatio, & perpetua ſtabilitas, Chriſti, & non Satanæ opus eſt. Qui ergo di- Confirmatio Cathedræ Petri eſt opus Chriſti. cunt, Antichriſtum ſedere in Cathedra Petri: vel Chriſtum in Satanam, vel Satanam in Chriſtum conuertunt. Quomodo enim Satanas eripuit Chriſto illam Cathedrã, quæ certè ſemel Chriſti fuit, & ita fuit Chriſti Cathedra, vt omniũ prima in toto orbe haberetur? In Hymno de S. Laurentio. *Petrus* (inquit Prudentius) *Cathedram poſſidens primam, recludit creditas æternitatis ianuas.* Et *in Eccleſia Romana* (inquit Auguſtinus) *ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus.* Epiſt. 162. Hanc igitur primam Cathedram, hũc Apoſtolicæ Eccleſiæ Principatum Satanas Chriſto abſtulit? Nec in alia Sede vlla, quàm in ipſo Capite omnium Eccleſiarum, quam Filius Dei per duos glorioſiſsimos Apoſtolos inſigniter præparauit, Antichriſtus ipſe conſedit? Quid eſt hoc aliud, quàm portas inferorum præualuiſſe aduerſus Petram, ſupra quam Chriſtus ædificauit Eccleſiam? Hoc factum eſſe credant Proteſtantes, ſi Euangelio non credunt. Nobis non licet, Sedem Chriſti & Petri, vel Satanæ, vel Antichriſto concedere.

Cur Petri Cathedra non poſsit eſſe Antichriſti Cathedra. Prior demonſtratio negat, ad illos Eccleſiæ Romanæ ſocios & obſeruatores ſeducendos potuiſſe mitti Antichriſtum, qui omnium optimi & ſemper maximè Catholici fuerunt. Hæc verò negat, Cathedram Petri aut Satanæ opus fuiſſe, aut à Satana occupari poſſe, idque ob multas cauſas. Primùm, quòd ea Cathedra, omnium Catholicorũ Patrũ iudicio, ſit à Chri-
1. ſto fundata, & cuſtodita, velut Petra immobilis, aduerſus quam non præualent inferorum
2. portæ. Deinde, quòd honor & gloria nominis Chriſti minimè patiatur, vt prima omnium
3. Cathedrarũ Chriſti, in manus Antichriſti tradatur. Præterea, quòd aliquam Doctrinæ mutationem in Eccleſia Romana vnquam extitiſſe, ex nulla Eccleſiaſtica hiſtoria, quæ digna
4. fide ſit, comprobetur. Huc addi poſſet illa etiam ratio, quòd nullum opus Satanæ tot ſeculis conſiſtere, ac valere permittatur, quot ſeculis, vel Proteſtantium iudicio, Eccleſia Romana Acto. 5. Primatum ſupra omnes Eccleſias obtinuit. Verum enim eſt, quod Gamaliel dixit: *Si eſt ex hominibus conſilium hoc aut opus, diſſoluetur.* Ex hominibus autem eſſe dicitur, quod ex Satana eſt, qui ſeducit homines. Cùm igitur Cathedra Petri ſteterit, atque etiam floruerit per annos mille quingentos, & amplius, quanto ſanè temporis ſpatio nulla vnquàm Monarchia immobilis permanſit: cumque nec Aduerſarij negent, eandem Petri Cathedram per annos ad minimũ ſeptingẽtos ſtetiſſe, ac floruiſſe, quot ſanè annis neque Perſarum, neque Græcorum Monarchia dominata eſt: ſine omni controuerſia non ex hominibus aut ex Satana eſt hoc opus, verùm ex Deo, & ideo per homines diſſolui non poteſt. Antichriſti verò aduentus eſt per Satanæ operationem. Papa igitur, qui ſedet in illa immobili & firma Petri Cathedra, non eſt Antichriſtus.

Ratio diſpoſitionis eorum, quæ de Antichriſto dicenda reſtant.

CAPVT XII.

EXplicato iam fine vltimo, & proxima cauſa efficiente aduentus Antichriſti: locus ipſe admonet, vt illa, quæ ad perſonam, & res geſtas tam politicas, quàm religioſas huius impij hominis ſpectant, deinceps nobis ob oculos proponentes, quæramus primùm, quando potiſsimùm expectandus ſit Antichriſtus: deinde à quibus expectetur: tum autem, vnde originem trahet, quibus initiabitur ſacramentis, quo in templo Dei ſedebit, quem ſe dicet eſſe, quæ ſigna & prodigia edet, quam religionem aut ſtabiliet, aut euertere conabitur, quantam perſecutionem excitabit, & quis demùm ei ſe opponet. Cumque de ſpirituali eius ſtatu ad hunc modum egerimus, deinceps ad ſecularem eius ſtatum orationem conuertentes, inueſtigabimus, cuius ab initio conditionis erit, quibus ſtudijs creſcet, quos in bello vincet, denique quanto tempore florebit & regnabit. Quæ omnia ſic ad propoſitum, quod tractandum iam ſuſcepi, accommodabo, vt ex ſingulis penè rebus demonſtraturus ſim, Romanum Pontificem non eſſe illum inſignem Antichriſtum, de quo hanc inſtituimus diſputationem.

Quarta Demonſtratio, quòd Pontifex Romanus non eſt Antichriſtus, quia ille non adueniet, niſi deleto penitus Romano Imperio, quod adhuc ſtat.

CAPVT XIII.

CVM Apoſtolus dixiſſet: *Nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis* (qui mortui ſunt) *in nubibus obuiam Chriſto in aëra:* Theſſalonicenſes arbitrati ſunt, dum adhuc eſſent in corpore, Chriſtũ in ſua Maieſtate venturum. *Cui errori* (ait Hieronymus) *medetur Apoſtolus, & exponit, quæ ante aduentum Chriſti debent præſtolari. Niſi* (inquit) *venerit diſceſsio primùm, quod Græcè dicitur ἀποστασία, vt omnes gentes, quæ Romano Imperio ſubiacent, recedant ab eis: niſi fuerit Romanum imperium ante deſolatum, & Antichriſtus præceſſerit, Chriſtus non veniet: tantùm vt Romanum Imperiũ, quod nunc vniuerſas gentes tenet, recedat, & de medio fiat, & tunc Antichriſtus veniet.* Hæc Hieronymus ex mente Apoſtoli, quo ſeculis aliquot antiquior Tertullianus: *Eſt & alia* (inquit) *maior neceſsitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiã pro omni ſtatu Imperij, rebuſq́; Romanis, quod vim maximam vniuerſo orbi imminentem, ipſamq́; clauſuram ſeculi acerbitates horrendas comminantem, Romani Imperij commeatu ſcimus retardari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Romanæ diuturnitati fauemus.* Quibus verbis quid aliud ſignificat Tertullianus, quàm ſtãte Romano Imperio, nec Antichriſtũ affuturũ, nec mundi conſummationẽ adhue expectandam? Ambroſius etiam in eadem Apoſtoli ad Theſſalonicenſes verba ſcribens dicit, *poſt defectum & abolitionẽ regni Romani appariturum Antichriſtũ.* Porrò Chryſoſtomus ibidem ait: *Quando è medio ſublatum fuerit Romanum Imperium, tunc veniet Antichriſtus.* Et iterum. *Quando illud fuerit deſtructum Imperium, vacantem Imperij principatum* (Antichriſtus) *inuadet, & tentabit ad ſe rapere & hominum, & Dei imperiũ. Quemadmodum enim Regna illa deſtructa ſunt, quæ ante Romanum Imperium fuerunt, vt poſte Regnum Medorum à Babylonijs, Babyloniorum à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis: ita & regnum Romanorum ab Antichriſto, & ille à Chriſto, & poſtea non amplius obtinebit.* Deniq; Auguſtinus de ciuitate Dei, lib. 20. c. 19. *Tãtùm qui modò imperat, imperet, donec de medio fiat, id eſt, de medio tollatur, & tunc reuelabitur Iniquus, quem ſignificari Antichriſtũ, nullus ambigit.* Omitto cæteros Patres: nam vel hæc teſtimonia ſatis ſunt, vel neſcio quid erit ſatis.

1.Theſſal. 4.

Quæſt. 11. ad Algaſiam.

Antichriſtus non venit niſi poſt Imperium Romanum

1 Deſolatũ

In Apolog. aduerſus Gentes.

2. Abolitũ

3. E medio ſublatum:

4. Deſtructũ

5. Vacans.

Hæc ſumma rei eſt: antequàm Chriſtus ſecundò aduenerit, veniet primùm *diſceſsio à Romano Imperio*: deinde, ipſum Romanum Imperium *de medio tolletur*: tum reuelabitur Antichriſtus, ac ita demum Chriſtus aderit. Non igitur ſatis eſt, defectionem aliquam fieri à Romano Imperio, vt Antichriſtus adueniat (quod ſolum tamen Proteſtantes vrgent, perinde ac ſi nihil amplius dictum eſſet): niſi & ipſum Romanum Imperiũ (vt Apoſtolus loquitur) *de medio fiat*: (vt Hieronymus ait) *fuerit ante deſolatum*: (vt Chryſoſtomus habet) *de medio ſublatum fuerit.* (vt Auguſtinus rem deſcribit) *è medio tollatur.* At hodie Romanũ Imperium non eſt adhuc è medio ſublatum: non igitur adhuc reuelatus eſt Antichriſtus, nedum Pontifex Romanus poterit Antichriſtus eſſe. Si dicas, Romanum Imperium è medio iam ſublatũ

[illegible] eſſe, quia

Reſpondetur obiectio ni Proteſtātium.

eſſe, quia nullus Imperator iam obtinet Romanam vrbem: licet hac ratione dicas, Honorium non fuiſſe Imperatorem Romanū, quia nec ille tunc vrbē Romanam obtinuit, quando eam expugnauit Alaricus ſeu Athauaricus Gothorū Dux. Imò hac ratione non video quomodo Theodoſius, dū ſolius Orientis Imperator eſſet, Romanus Imperator dici potuit, cùm Romanæ vrbi, viuente adhuc Valentiniano Auguſto, non imperaret. Cæterùm quis vnquā dubitauit, quin tam Orientis, quàm Occidētis Imperatores ex æquo Romani Imperatores & fuerint, & habiti ſemper ſint? adeo vt Græci per Imperatorē Romanū, verius Orientis, quàm Occidentis Imperatorem intellexerint, quod in eorum Hiſtorijs paſsim obſerues. Vt ergo ſit aliquis Romanorum Imperator, ſatis eſt, vt Imperium ſuum aliqua legitima ratione vel ad aliquem Romanum Imperatorem, qui ſociū in Imperio ſibi aſſumpſerit, vel ad populum Romanum, aut etiam Legiones Romanas referat. Nec ſemper neceſſe eſt, ipſam Romanam vrbem intra Imperij ambitū contineri. Quaſi verò ſi Dux Venetiarum ex ipſis Venetijs ita eijceretur, vt Cretam, Cyprum, Hyſtriam, Patauium, Veronam, Bergomum retineret, propterea Ducatum ipſum vnà cum ciuitate amiſiſſe dici poſſet. Quāquam enim Regnum aliquod à Ciuitate quapiam eximia denominetur, non tamen ſi expugnetur illa Ciuitas, cotinuò regnum totum amittitur. Teſtatur ſanè omnium Scriptorum vſus, & Gētium vbique omnium conſuetudo, Romanum Imperium adhuc ſtare: quia quotquot res geſtas Imperatorum Germaniæ conſcribunt, aut eorum mentionem faciunt, ſiue Græci, ſiue Latini, ſeu Barbari ſint, pro Romanis Imperatoribus, atque etiam pro Cæſaribus Auguſtis illos habent: vtpote quos tā Pontifex, quàm populus Romanus Imperatores ab initio ſalutauit, & poſtea ſemper ea poteſtate præditos agnouit. Quapropter cùm ſecundū Apoſtoli verba Antichriſtus nō veniat, niſi Romanum Imperiū antè fuerit deſolatum, & è medio ſublatum, cùm iam Maximilianus ſecundus more Maiorum electus, in ſolio Cæſarū ſedeat: fieri non poteſt, vt Pontifex Romanus, qui hactenus fuit, aut adhuc eſt, verè ſit ille Antichriſtus, quem omnes Chriſtiani ſecundùm Scripturas, non niſi deleto prius Imperio Romano, reuelandum expectant.

Vide Platinam in vita Leonis PP. 3.

Quinta Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quia Euangelium nondum eſt in tota mundo prædicatum.

CAPVT XIIII.

Matth. 24.

CHriſtus ait: *Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio. Cùm ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta ſtātem in loco ſancto, qui legit intelligat: tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.* Quanquā nonnulli Patres hæc verba de Heroſolymorum euerſione per Titum & Veſpaſianum intellexerint: tamen D. Hieronymus teſtatur, ea *melius intelligi de conſummatione mundi.* Quod idem D. Hilarius ſenſit, vbi etiam dicit, Antichriſtum vocari *abominationem deſolationis.* Prius ergo *prædicabitur Euangelium Regni in vniuerſo mundo,* ad redargutionem omnium Gentium, quàm abominatio deſolationis in loco ſancto ſtet, hoc eſt, quàm veniat Antichriſtus. Itaque Theodoretus: *Cùm* (inquit) *didiciſſet diuinus Apoſtolus, dixiſſe Dominum, oportere Euangelium prædicari in omnibus gentibus, & tūc finem futurum, videret autem, adhuc vigere cultum Idolorum: dixit, ſequens doctrinam Domini, fore, vt prius euertatur ſuperſtitio, & impius Dæmonum cultus, & vbiq; fulgeat Diuina prædicatio, & tunc appareat veritatis Aduerſarius.* Hoc idē etiā Auguſtin. tradit: *Dominus dicit in Euangelio, cùm per omnes gentes Euangelium fuerit prædicatum, tunc finem eſſe venturum.* Porrò in lib. de ciuit. Dei 20. c. 8 & 19. docet, Satanam non niſi in fine mundi ſoluendum, & hoc futurū eſſe in aduentu Antichriſti. Non igitur prius venturum credidit Antichriſtum, quàm Euangelium per omnes gentes prædicatum eſſet. Item Damaſcenus: *Oportet* (inquit) *primū prædicari Euangelium omnibus gentibus, quemadmodum inquit Dominus* (Matth. 24.) *& tunc veniet Antichriſtus in redargutionem aduerſariorum Dei Iudæorum.* Hæc ille. Cùm ergo ante annos ſeptingentos nondum fuerit Euangeliū omnibus gentibus prædicatū, (nam poſt illud tempus Poloni, Hungari & Pruteni ad fidē ſunt conuerſi) imò cùm Euangelium ne hodie quidem adhuc ſit vbiq; diſſeminatum, ſed iam nunc nouæ Indiæ reuelentur, quarum latiſſimis Prouincijs & Regnis aut nunc primùm, aut nondum etiā Chriſti Euangelium annuntiatum ſit: profectò nec adhuc quidem venit Antichriſtus. quò minus credi poteſt, Pontificem Romanum eſſe ipſum Antichriſtum.

In Cap. 24. Matth. Canone. 25. in Matth.

2. Theſſal. 2.

De Agon: Chriſt. c. 29.

Lib. 4. de orth. fid. c. 27

Sexta Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quoniam Antichriſtus non venit ante ipſam conſummationem ſæculi.

CAPVT XV.

Apud Matthæum Chriſtus ſermonem de Antichriſto & mundi conſummatione coniunxit, dicẽs: *Tunc veniet conſummatio. Cum ergo videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto: qui legit, intelligat.* Quaſi dixiſſet: quia in mundi conſummatione apparebit abominatio deſolationis, tunc prudenter animum aduertat, qui hæc legit. Vnde Hilarius appellat abominationem deſolationis *indicium ſecundi aduentus Chriſti*. Sed omnium clariſsimè D. Ioãnes hoc ipſum docet: *Filioli, nouiſsima hora eſt: & ſicut audiſtis, quia* (ille) *Antichriſtus venit, & nũc Antichriſti multi facti ſunt. Vnde ſcimus quia nouiſsima hora eſt.* Ratiocinatur Apoſtolus in hunc modum: Antichriſtus in nouiſsima hora venit. Sed nunc multi ſunt Antichriſti: nunc igitur nouiſsima hora eſt. *Ipſa nouiſsima hora* (inquit Auguſtinus) *diuturna eſt, tamen nouiſsima hora eſt. Horam enim pro tempore poſuit non ſtatuto, ſed in nouiſsimis temporibus veniet Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Sed dicturi ſunt aliqui: Quomodo nouiſsimum tempus? Quomodo nouiſsima hora? Certè prius veniet Antichriſtus, & tunc veniet dies Iudicij. Vidit Ioannes cogitationes iſtas, ne quaſi ſecuri fierent, & ideo non eſſe horam nouiſsimam putarẽt, quòd venturus eſſet Antichriſtus.* Dixerat Ioannes nouiſsimam horam eſſe. Cui verbo illud obſtare videbatur, quòd ante nouiſsimæ horæ finem vẽturus eſſet Antichriſtus, qui nõdum veniſſe credebatur. Huic argumento reſpondet B. Ioãnes, dicens: imò ex eo ſcimus, nouiſsimam horam eſſe, quia iam nunc venit Antichriſtus, non quidem ipſe in ſeipſo, ſed *nunc multi facti ſunt Antichriſti* præcurſores vtiq; & adminiſtri magni illius Antichriſti, qui omnium Antichriſtorum vltimus aderit: & ideo apud Auguſtinum appellatur *Ille nouiſsimus Antichriſtus.* Nam multos illos Antichriſtos, de quibus Ioannes agit, ad *myſterium iniquitatis*, quod Paulus commemorauit, pertinere Auguſt. ibidẽ aſſerit. Hæc igitur ſumma rei eſt: *Antichriſtus venit in hora nouiſsima.* Hæc autẽ hora multas minutas partes habet, in quarũ penultima venit vltimus & omnium maximus Antichriſtus. In priore autem eiuſdem horæ parte veniunt alij minores Antichriſti, ex quorũ præſentia intelligitur, horã illã nouiſsimã inchoatã eſſe, quæ perficietur in ipſa Domini Ieſu glorioſa reuelatione. Itaq; Tertul. *In ſepulchris* (ait) *paulìſper requieſcere habebunt, qui in finibus ſeculi ſub vltimo iro per Antichriſti vim exceſſerint, & poſt Antichriſti eradicationẽ agitabitur reſurrectio.* Et Theodoretus: *Statuit* (inquit) *vniuerſorũ Deus, vt appareat Antichriſtus in ipſo tẽpore conſummationis.* Gregorius etiã Magnus: *Diabolus* (inquit) *in vltimis temporibus illud vas perditionis ingreſſus, quod Antichriſtus vocabitur, nomen ſuũ longè lateq; diffundere conatur.* Papa verò, etſi eum ſpiritualẽ ſtatũ, quem iã tenet, per mille quingẽtos annos verè tenuerit: tamẽ ex Proteſtantiũ cõfeſsione eundẽ tenuit per ſeptingentos annos & amplius. Papa igitur nõ eſt Antichriſtus ille, qui ſolùm in ipſa mũdi cõſummatione reuelabitur. Nec enim mũdus ante aliquot ſecula conſummatus fuiſſe videri poteſt.

Matth. 24.
In Matth. Can. 25.
1. Iohan. 2.
Tractat. 3. in 1 Iohan.
De Ciuit. Dei lib. 20. cap. 19.
2. Theſſal. 2.
Lib. de reſur. carnis.
In 2. Theſſ. 2.
In c. 18. Iob. lib. 14. c. 11.

Septima Demonſtratio, quòd Pontifex Romanus neque fuerit aliquando, neque adhuc ſit Antichriſtus: quia Iudæi ſuſcepient Antichriſtum velut Meſsiam ſuum, qui Papam eo modo nunquam ſuſceperunt.

CAPVT XVI.

Audiuimus quando venturus ſit Antichriſtus: nimirum poſt Imperij Romani deſolationem, poſt Euangelium in vniuerſo orbe prædicatum, denique in ipſo conſummationis mundi tempore. Sequitur iam, vt declarẽmus, qui potiſsimùm expectent eum. Nec enim venire omnino permitteretur, niſi eſſent aliqui, quorum impietati hoc tam graue ſupplicium velut merces quædam perſolui deberet. Chriſtus autem ad Iudæos dixit: *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* Illum alium, qui veniet in nomine ſuo, Antichriſtum eſſe, tùm res ipſa loquitur (quia Chriſtum alium, præter Mariæ Filiũ, Iudæi expectant) tùm authores ſunt Irenæus, Chryſoſtomus, Hieronymus, Cyrillus Alexandrinus & Theodoretus, quos antè laudauimus. Addam⁹ iã Cyrillũ Hieroſolymitanũ, qui (Cathecheſi 12.) *Verum* (inquit) *Chriſtũ Iudæi negauerunt, falſum aũt ipſi errantes recipient. Qua de re Saluator verè dixit: Si alius venerit in proprio nomine, illum recipietis.* Hilarius etiam ait: *Antichriſtus à Iudæis ſuſceptus loco ſanctificationis inſiſtet & proprius iſte Iudæorum erit error, vt qui veritatem reſtituerunt, ſuſcipiant falſitatem.* Ecce Iudæorũ proprius error eſt, proprius, inquam, vt Antichriſtum ſuſcipiant. Ephrem præterea Syrus in ſermone de An-

Iohan. 5.
In huius libri c. 3.
Can. 25. In Matth.
Iudæi ſuſcipient Antichriſtum.

ex Chryſostomi verbis paulo ante relatis liquido apparet, vltimam huius mundi Monarchiam erit illa Antichriſti: quã ceteræ mundi Christi proximo subsequente

Præſtolantur aduentum eius.

de Antichriſto)narrat, *Antichriſtum præcipuè honoraturum gentem Iudæorum. Ipſi quippe illius præſtolantur aduentum.* Ac ſanè ſi rectè Apoſtolus animaduertit, *illis mittendam operationem erroris, qui charitatem veritatis* (id eſt, Ieſum Chriſtum) *non receperũt vt ſalui fierent.* cùm inter omnes conſtet, nullos perinde peccaſſe in Chriſto non recipiendo ac Iudæos, qui per Prophetas tot antea ſæculis admoniti ſunt, vt Chriſtum expectarent, qui locum vbi naſceretur nouerunt, qui prædicantem audierunt, & miracula operantem viderunt: neceſſe eſt, vt illi potiſsimùm meriti ſint, qui ſeducerentur ab Antichriſto, quem tanquàm Chriſtum & Meſsiam ſuum habituri ſunt. Ita enim ſcribit Ambroſius: *Iudæi verum Chriſtum negauerunt. Vnde conſequens erit, vt credant verum eſſe, qui falſus eſt.* *Quia enim Iudæi* (ait Theodoretus) *pro Deo vtique pugnantes, Dominum tanquàm Dei aduerſarium Cruci affixerunt, maxima impietatis eorum confutatio erit Antichriſti præſentia.* Cyrillus verò Alexandrinus tã Chriſtum (Ioan. 5.) quàm Apoſtolum (2. Theſſal. 2.) ait, de Iudæis & Antichriſto locutum. Atque ad poſtremum ita concludit: *Hæc ratio* (de Antichriſto venturo, qui nomini ſuo cũcta tribuet) *à Saluatore dicta prophetice, tempore ſuo re ipſa veritatem habebit.* Gregorius etiam Magnus: *Iudæa* (inquit) *erroris ſui laqueis capta, pro Chriſto Antichriſtum expectat.*

In Luc li. 10. cap. 21. Credent Antichriſtũ eſſe verum Meſsiam. Decret. lib. 5. In Iohan. lib. [illegible] c. 5. In c. 39. Iob. Lib. 31. c. 10.

Iudæa expectat Antichriſtum

Quemadmodum igitur Chriſtus Iudæis prius, ac deinde per eorum ſemen & reliquias (Apoſtolos videlicet ac Diſcipulos Chriſti) Gentibus reuelatus eſt: ſic Antichriſtus à Iudæis primùm recipietur, ac illorum viribus copijsq́; inſtructus Gentes Chriſtianas oppugnabit. Ad quos enim prius veniret Antichriſtus, quàm ad Iudæos? Nam Chriſtianæ gentes adeò illum non exoptant, vt metuant potius, ne illis imprudentibus veniat. Idololatræ verò, etſi fortè illum recepturi ſunt, tamen quia nullum eiuſmodi hominem expectant, vtpote de quo nihil aut parum audierunt, non ſtatim ab initio fidem ei habebunt. At Iudæi & Meſsiam ſemper expectârunt, & quia verum Meſsiam impiè occiderunt, Antichriſtum pro Meſsia libentiſsimè ſuſcipient. Vnde Hieron. *Quia* (inquit) *tacita quæſtio poterat moueri, cur conceſſit Deus, Antichriſtũ omnẽ habere virtutẽ, ſigna atq; prodigia, per quæ ſeducantur, ſi fieri poteſt, etiã electi Dei: ſolutione præuenit quæſtionẽ, & quod opponi poterat, antequàm opponatur, abſoluit. Faciet* (inquit) *hæc omnia, nõ ſua virtute, ſed cõceſſione Dei propter Iudæos: vt qui noluerunt recipere charitatem veritatis, hoc eſt, ſpiritum Dei per Chriſtum: quia charitas Dei diffuſa eſt in corda credentium: & ipſe dicit: Ego ſum veritas, de quo in Pſalmis ſcriptum eſt: Veritas de terra orta eſt. Qui ergo charitatẽ & veritatẽ nõ receperũt, vt Saluatore ſuſcepto, ſalui fierent: mittet illis Deus non operatorẽ, ſed ipſam operationem, id eſt, fontẽ erroris, vt credãt mẽdacio, quia mẽdax eſt ipſe, & pater eius. Et ſiquidẽ Antichriſtus de virgine natus eſſet, & primus veniſſet in mundũ: poterant Iudæi habere excuſationem, & dicere, quòd putauerint veritatem, & idcirco mendacium pro veritate ſuſceperint. Nunc autem ideo iudicandi ſunt, imò proculdubio condemnãdi, quia Chriſti veritate contempta, poſtea mendacium, id eſt, Antichriſtum ſuſcepturi ſunt.* Non Hieronymi tantùm, ſed (ipſius iudicio) hæc etiam Apoſtoli mens eſt, Antichriſtum in pœnam præcipuè Iudæorum venire, & ab illis maximè ſuſcipiendum eſſe. Quod ita ſi eſt, cùm longè clariſsimum ſit, Iudæos nondum ſuſcepiſſe Pontificem Romanum vt verum Meſsiam ſuum, ſed illum non ſecus, quàm alium quemlibet Chriſtianum, imò illum eò grauius, quò ſublimior Chriſti miniſter eſt, odiſſe: clariſsimum etiam eſt, Pontificem Romanum non eſſe illum inſignem Antichriſtum in id miſſum, vt qui noluerunt Chriſto credere, credant mendacio. Aut nunquid aliqui Iudæi Papam crediderunt eſſe Meſsiam ſuum? Certè nec vnus quidem Iudæus à condito ſeculo Romanum Pontificem pro Meſsia vnquàm habuit. Non eſt igitur Pontifex Romanus ille falſus Chriſtus, quem in ſuo nomine venientem Iudæos recepturos eſſe, Chriſtus prædixit. Quæ demonſtratio tam certa eſt, vt ne ſpecies quidem aliqua iuſtæ defenſionis Proteſtantibus relicta ſit.

Quæſt. 11. ad Algaſiam.

Antichriſtus faciet prodigia propter Iudæos.

Octaua Demonſtratio, quòd Pontifex Romanus non ſit Antichriſtus: quia ille naſcitur ex Iudæis, de Tribu Dan. quod idem Pontificibus Romanis non accidit.

CAPVT XVII.

CErtum iam eſt ex præcedente demonſtratione, Iudæos Antichriſtum velut Meſsiam ſuum recepturos eſſe. Ioan. 5. & 2. Theſſalon. 2. Illi autem non recipient aliũ in Meſsiam ſuum, niſi quem Iudæum ex Iudæis natum credant. Dixerunt enim, *Chriſtum eſſe Filium Dauid.* Itaque cùm ex genere Dauidis Chriſtum ſuum expectent, licet confuſæ

Math. 22.

iam ſint Tribuum familiæ apud Hebræos : tamen ſaltem Iudæus habendus eſt, qui ab illis recipietur. Vnde Hieronymus: *Antichriſtus* (inquit) *naſciturus eſt de populo Iudæorum*. Quæ res adeo & Scripturis ſanctis, & rationi rectæ cõuenit, vt ſancti Patres Tribum etiam in Sacris literis deſignatã dicant ex qua Orietur Antichriſtus. Nec enim Deus patitur illũ ex regia Tribu Iudæ originẽ ducere. Itaq; D. Irenæus: *Hieremias* (inquit) *Tribũ, ex qua veniet Antichriſtus, manifeſtauit, dicens : Ex Dan audiuimus vocẽ velocitatis equorũ eius. A voce hinnitus decurſionis equorũ eius cõmouebitur tota terra, & veniet, & mãducabit terrã, & plenitudinẽ eius, & ciuitatẽ, & qui habitãt in ea. Et propter hoc non annumeratur Tribus hæc in Apocalypſi cum his, quæ ſaluantur.* Hactenus Irenæus. Cui etiã aſſentitur Hyppolitus in Oratione de conſummatione mundi. *Antichriſtus* (ait) *certo naſciturus eſt ex Tribu Dan, & veluti Rex tyrannus actem ex aduerſo inſtructurus eſt iudex ſeuerus ac Diabolus. Quemadmodum enim è Tribu Iuda natus eſt Chriſtus : ita naſcetur è Tribu Dan Antichriſtus. Nam per omnia ſeductor ille vult imitari Filium Dei. Leo Chriſtus, Leo quoque Antichriſtus. Ex Hebræis ortus eſt Chriſtus: hic quoq; naſcetur ex Iudæis.* Ambroſius etiam dicit, *Antichriſtum futurum ex tribu Dan, ſæuum Iudicem, immanem Tyrannum.* Denique Auguſtinus: *Cùm Iacob* (inquit) *filios ſuos benediceret, talia dixit de iſto Dan, vt de ipſa Tribu exiſtimetur exurrecturus Antichriſtus.* Cùm ergo tam Græci, quàm Latini Patres ex ipſis Scripturis eam ſententiam hauſerint, quòd Antichriſtus ex Iudæis naſciturus ſit, conſtet verò, Pontifices Romanos non ex Iudæis, verùm ex gentibus eſſe natos, & alios quidem ex alijs regionibus, pleroſque verò ex Italis, nec vllus eorum, ac multò minus omnes, qui per hos ſeptingentos annos vixerunt, de Tribu Dan exurrexerint: profectò ab omni Sacrarum literarum ſenſu abhorret, vt dicamus, Papam eſſe illum Antichriſtum, qui potiſsimùm ad conuincendam Iudæorum perfidiam ex Iudæis natus ad Iudæos mittetur.

Antichriſtus naſcetur ex Iudæo. In cap. 11. Daniel. Iren. lib. 5. Antichriſtus de Tribu Dan. Gen. 49 & Hierem. 8. De Benedic: Patriarc. c. 7. Gen. 49. Deute. 33. Quæſt. ſuper Ioſue, c. 22.

Quibus Sacramentis initiabitur Antichriſtus : ſeu nona Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus: quia iſte circumcidetur, & Sabbata colet, cùm nullus vnquam Papa circumcidi ſe permiſerit, aut Sabbatum ritusq́; Iudaicos celebrauerit.

CAPVT XVIII.

SI verè dixit Chriſtus, *Iudæos alium in ſuo nomine venientem ſuſcepturos eſſe*, nec illi quenquam pro Meſsia ſuſcepturi ſint, qui non & ex Iudæis originem trahat, & legem eorũ obſeruet (*in lege enim requieſcunt, in Scripturis putant ſe vitam æternam habere, in Moyſe gloriantur, & æmulationem Dei habent, licet non ſecundùm ſcientiam*): profectò nec illud poteſt dubitari, quin Sacramenta, quibus primùm initiabitur Antichriſtus, illi cum Iudæis futura ſint cõmunia. Itaq; cùm Circumciſio, quæ non tantùm ex lege, verùmetiam *ex Patribus eſt*, omnium Sacramentorum Dei longè antiquiſsimum ſit : non temerè ſcripſit Ambroſius, *Antichriſtũ ex Circumciſione, aut circumciſum venire ſperandum eſſe, vt ſit Iudæis credendi illi fiducia.* Eòdem pertinet quod Gregorius Magnus ait : *Quia Antichriſtus Iudaizare populũ compellit, vt exteriorem ritum Legis reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat, coli vult Sabbatũ.* Denique Hieronymus ita ſcribit: *Antichriſtus ſimulabit, ſe ducem eſſe fœderis, hoc eſt, legis & Teſtamenti Dei.* Nec dicant Proteſtantes (vt ſolent) hæc omnia præter Scripturas dici. Nam ſi ex Scripturis conſtat, Iudæos expectaſſe Meſsiam omni tempore, atque adhuc expectare: ſi non recipient niſi amicum ac ſtudioſum legis Moſaicæ : profectò ſatis clarè conſequitur ex ipſis Scripturis, vt Antichriſtum oporteat *Circumciſionem ac Sabbata colere*. Cùm verò ipſe vſus rerum abundè teſtetur, nullũ Pontificem Romanũ aut ſeipſum circumcidiſſe, aut Sabbata Iudæorum celebraſſe, aut alios legis Moſaicæ ritus coluiſſe : quis non videt, cum Scripturis Diuinis penitus pugnare, vt Papa dicatur eſſe ipſe Antichriſtus?

Ioan. 5. Rom. 2. Iohan 5. Rom. 10. Ambroſ in 2. Theſſal 2. Antichriſtus circumcitus. In Regiſt. lib. 11. Ind 6 Epi. 3. Hieron. in 11 c. Daniel. Iohan. 4.

De ſtudijs & doctrina Antichriſti: ſeu decima Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quia Papa non negat, Chriſtum Ieſum incarnatum eſſe, quod tamen Antichriſtus faciet.

CAPVT XIX.

QVicquid ad fidem authoritatémue apud homines, ac præſertim Iudæos, conciliandam ſpectat, id non prætermittet Satanas organo huic ſuo Antichriſto tùm perſuadere, tùm inſpirare. Et quia *mendax eſt Diabolus, mendaciiq́; pater*, & Antichriſtus etiam *mendax ille* appellatur, ac *in prodigijs mendacibus* venturus dicitur: non eſt dubium, quin ab

Ioan 8. 2 Ioan. 2.

 initio

Cathe 14. Antichriſtus hypocrita. Ephrem. Serm de Antichriſto.

initio aget hypocritã,ſimulabitq; virtutũ omniũ ſtudia & amorẽ. Vnde Cyrillus Hieroſolymitanus rectè dixit. *Antichriſtum ab initio ſimulaturum temperantiam & humanitatem.* Nec minus aptè Ephrem Syrus: *Vt omnes* (inquit) *fallere poſsit falſus atque falſiloquus, humilem ſe ſimulabit & blandum, iniuſtitiam aſpernantem, præferentem pietatem, benignum, pauperem, ſtudioſum, ſpecioſum vltra omnem admirationem, placidum, hilarem ad omnes: placere omnibus nitetur, vt etiã à populis ambiatur ametur q́.* Ad hanc hypocriſim Antichriſti pertinere videtur, quod Daniel ſcribit, eum tam *in concupiſcentijs fœminarum non futurum, quàm futurũ.* Nam (vt eo in loco Hieronymus annotauit) verba Danielis ita ſunt poſita, vt liceat vtrumque intelligere. Nam & in corde ſuo erit in concupiſcentijs fœminarum, & tamen quia nouit, caſtitatem magnum quoddam donũ eſſe, ſimulabit ſe non eſſe in cõcupiſcentijs fœminarũ. Hæc igitur ab initio conſectabitur Antichriſtus. Verùm vbi paululum inſinuauerit ſe, animoſq; hominum ſibi deuinxerit: tunc demum virus illud ſuum euomet, quod ab ipſo Diabolo hauſtum ab ineunte ætate imbiberat. Inuidens enim Chriſti gloriæ & Chriſtianorum ſaluti, negabit, illum *eſſe Chriſtum* ſeu Meſsiam, qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt, quique die tertia ſurrexit, & iam ſedet in gloria Dei Patris. Hic eſt præcipuus ſcopus, ad quem Antichriſti doctrina tendit, quod ipſum per ſanctum Dei Spiritum præuidens Ioannes Euangeliſta, cùm dixiſſet: *Audiſtis, quia Antichriſtus venit:* Et, *Omne mendacium non eſt ex veritate: quis eſt* (inquit) *ille mendax, niſi qui negat, quòd Ieſus non eſt Chriſtus? Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem & Filium.* Et (c.4.) *Omnis ſpiritus, qui ſoluit* (ſeu, qui non cõfitetur) *Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt. Et hic eſt* (ſpiritus) *Antichriſti, de quo* (ſpiritu) *audiſtis, quòd venit* (potenter in Antichriſto ipſo) *& nunc iã in mundo eſt* (per Antichriſti mẽbra & præcurſores). Etenim ſpiritus Antichriſti fuit in mundo etiam Apoſtolorum tempore, quia Satanas, qui conditus eſt in principio rerum omnium, quiq; Chriſto poſt Incarnationem eius præcipuè inuidet, hunc malitiæ ſpiritum & alijs antè, & tandem eximio illi ſuppeditat Antichriſto. Præclarè igitur Hilarius ait: *Hæc interim loquitur planè per aduentus ſui Prophetas ac præuios ipſe ille, qui poſtea erit in Antichriſto locuturus: Salutarẽ fidei confeſsionem his tentamentis nouis inquietans, vt primùm conſcientia noſtra, quo iſto credimus, intelligentiam Filij naturalis euellat: deinde ipſum illud, quod adoptiuũ erit, reliquum nomẽ, excludat.* Docet Hilarius, vltimũ Satanæ ſcopũ eſſe, vt per Antichriſtũ, Chriſti nomẽ in vniuerſum excludat: ad quam rem ſuo tẽpore inſtituendã, non parũ adiumenti attulerũt Ariani Præcurſores Antichriſti, dum negârũt, Chriſtũ eſſe Filiũ Dei naturalẽ. Sed quod Satanas, qui eſt velut anima & ſpiritus Antichriſti, per alios adminiſtros ſuos ſæpè tẽtauit, hoc multò potentius efficier, cùm ipſe ille Antichriſtus venerit, qui non verbis modò affirmabit, ſed operibus etiam prodigioſis conabitur perſuadere, quòd Ieſus Nazarenus non eſt Chriſtus, ſeu Meſsias verus.

1. Iohan. 2. Antichriſtus negabit Ieſum eſſe Meſſiam.

Lib. 6 de. Trinit.

Hæc ratio conuincit, Antichriſtũ vere negaturum, quod Ieſus ſit Meſſias in lege prædictus.

Ac nimirum niſi Antichriſtus abſque vllis ambagibus negaturus eſſet, Ieſum Nazarenum, in quem tot annis credidimus, illum Meſsiam eſſe, de quo Prophetæ prædixerunt, quòd redempturus eſſet genus humanum: fruſtra Iudæi nouum Meſsiam expectarent, quod tamen eos facere, nemo, qui aliquid de Iudæorum ſpe nouit, ignorat. Quapropter tametſi in multis alijs rebus, Antichriſtus Deo ſe opponet, tamen ob nullam cauſam verius appellatur *Aduerſarius & Antichriſtus*, quàm quòd ipſam Chriſti perſonam & aduentum vniuerſum oppugnabit, negans Chriſtum operatum eſſe Redemptionem & ſalutem noſtram.

Papa confitetur. Chriſtum in carne veniſſe.

Cùm igitur hic ſit proprius Antichriſti ſpiritus, *vt neget, Chriſtum in carne veniſſe*: manifeſtum verò exiſtat, Pontifices Romanos tam longè ab hoc ſpiritu & olim abhorruiſſe, & hodie abhorrere, vt non modò confiteantur quotidie in Symbolis Apoſtolorum, Niceno, & Athanaſij, Chriſtum veniſſe in carne, verùm etiam nunquàm receperint, atq; adeo ſemper abiecerint, & deteſtati ſint eas hæreſes, quæ vel Diuinitatem Chriſti per Arianos, vel incarnationem per Marcionitas & Manichæos, vel earundem naturarũ vnionem per Neſtorianos, vel perſeuerãtiam in cœlo per Eutychianos & Monothelitas oppugnârunt, adeò vt nulla Eccleſia in vniuerſo mundo Chriſti aduentũ verius, aut ipſa tùm verbis, tùm ſcriptis, tùm Sacramentorũ celebrationibus cõfeſſa fuerit, aut ab alijs cõfitendũ curauerit: prorſus cũ expreſſo Dei Verbo pugnat, vt Romani Põtifices dicantur ipſe Antichriſtus. Hoc enim perinde eſt, ac ſi dicatur: Is qui ritè ſedet in ea Eccleſia, quæ maximè omnium confitetur, Ieſum eſſe Chriſtum, quæque fidẽ Diuinitatis & Incarnationis Chriſti præcipuè tuetur, is eſt ipſe idem Antichriſtus, qui ſoluit Ieſum, & negat eum in carne veniſſe. O ſtupidã hæreticorũ mentẽ, qui ſeriò dicũt, ſeriò cõcionãtur, ſeriò ſcribũt, repetũt, inculcãt, Romanũ

Pontifi-

Pontificem eſſe ipſum Antichriſtum! Ergóne ipſe Antichriſtus corde credit, ore cõfitetur, & Sacramentorum frequentatione agnoſcit, Ieſum eſſe Chriſtum? Nec ad rem facit, quod vt ſuam cauſam tueantur, Proteſtantes obtendunt.

Obiectio Proteſtantium in Centur.1.c.4.Pag.436.

Scripturæ oſtendunt, quòd illi, qui ſedent in Templo Dei, hoc eſt, Epiſcopi Romani deficient á fide, & negabunt, Ieſum Chriſtũ in carne veniſſe, hoc eſt, ſolũ Ieſu Chriſti ſanguinem emundare nos ab omni peccato. (Et póſt:) quòdq; non ſola fide in Chriſtum iuſtificemur, ſed quòd noſtra bona opera etiam aliquid conferant ad ſalutem coram Deo.

RESPONSIO.

Sedet quidem Antichriſtus in Templo Dei: ſed non omnes, qui ſedent in Dei Templo,
ſunt etiã Antichriſtus, aut deficiũt á fide. Nã ſi omnes, qui ſedẽt in Tẽplo Dei, deficerẽt á fi-
de, iam quis eſſet fidelis, cùm fideles potiſsimùm *ſint Templũ Dei*, & in eorũ cordibus habitet 2.Cor.6.
Chriſtus? qui etiam corpus ſuum appellauit *Templum* quoddam, certè non niſi Dei. Quòd ſi Iohan.2.
omnes, qui ſedent in Templo Dei, neceſſariò non deficient á fide: quàm inepta eſt hæc in-
terpretatio Proteſtantiũ: *Qui ſedent in Templo Dei, hoc eſt, Epiſcopi Romani deficient á fide?*
Etenim ſi alij ſedentes in Templo Dei (vt quondam Aaron & Poſteri eius ſederunt ſuper
Cathedram Moſis) poſſunt manere in fide: cur non etiam Romani Epiſcopi fidem rectam
ſeruauerint, etiamſi ſedent in Tẽplo Dei? Non poteſt illa interpretatio certa conſtitui, quæ Matth 23.
neceſſaria nõ eſt: nec eſt neceſſaria, quæ poteſt aliter ſe habere. Sed pergũt Magdeburgẽſes:
Negabunt Epiſcopi Romani, Ieſum Chriſtum in carne veniſſe. Quî ſcitis, eos id negaturos? *Scri-
ptura* (inquiunt) *hoc dicunt*. Quo tandem in loco? Iam citant Caput 17. Apocalypſis, de quo
dictum eſt antea in huius lib. c.8. citant. 2. Theſſal. 2. de quo poſtea dicetur. Certè nullibi di-
cunt Scripturæ, Pontifices Romanos Incarnationem Chriſti negaturos. Abſit, vt mendacij
accuſentur Scripturæ ſacræ. Mentitur enim qui dicit, Pontifices Romanos vnquàm negaſſe
aduentum Chriſti in carne. Ergo vt huic vulneri medicinã faciant Magdeburgẽſes, per al-
legoriam interpretantur verba Scripturarũ, & aiunt, eos negare, Ieſum Chriſtũ in carne ve-
niſſe, *qui negant, ſolum Ieſu Chriſti ſanguinem emundare nos ab omni peccato*. Quid ergo? Vtrùm
ipſi dicunt, ſolum Chriſti ſanguinem abſque vlla fide emundare nos? Certè ſi pretiũ ac me-
ritum, cuius vi redempti & mundati ſumus, conſideramus: vnà cum illis credimus, abſq;
operum atq; etiã fidei noſtræ vel merito, vel pretio nos per ſolum Chriſti ſanguinem emun-
datos eſſe. Verùm ſi modũ & rationem aſpicimus, qua ſanguis Chriſti (qui ſolus vi dignita-
tis ſuæ meretur noſtram emundationem) nobis fructuoſus euadit: iam & *fide per dilectionẽ* Gal.5.
operãte opus eſt, *quæ purificet corda noſtra, & operibus bonis, quæ Deus præparauit, vt in illis am-* Actor. 15.
bulemus, quæ adeo conferunt aliquid ad ſalutem noſtram corã Deo, vt *niſi mãdata ſeruemus,* Bonorum operum neceſſitas.
& *voluntatem Patris faciamus, & pœnitentiam egerimus, & iugum Chriſti tollamus ſuper nos, &*
ſpiritu facta carnis mortificauerimus, & perſeuerauerimus vſq; in finem, vitam æternam adipiſci nõ Epheſ.2.
poſsimus. Contrà verò qui *non auditor obliuioſus, ſed factor eſt operis, hic beatus in facto ſuo erit.* Matth.19. Matth.7.
Illa igitur doctrina, quæ negat, nos ſola fide iuſtificari, quæq; ſtatuit, opera bona coram Deo Matth 11.
ad ſalutẽ aliquid conferre, adeo non negat, Ieſum Chriſtũ in carne veniſſe: vt qui aliter do- Rom.8. Matth 24.
cent, Chriſto ipſi cõtradicant, *qui vitam æternam* ijs reddit, *qui eſurientes pauerunt, nudos co-* Iacob 2.
operuerũt, & in carcere poſitos, aut infirmitate aliqua preſſos viſitarunt. Non ergo negat, Chri- Matth.25.
ſtum in carne veniſſe, qui docet, opera bona fidelibus neceſſaria eſſe ad ingrediendũ in vitã
æternam. Sed ponamus, hanc doctrinam de bonorum operum neceſsitate (quæ Proteſtanti-
bus *ad omne opus bonum reprobis* tam grauis videtur) veram non eſſe: ac illos, qui eã tuentur,
ab æterna vita, quæ Incarnationis Chriſti fructus eſt, excludere. Verùm qui docet, aut facit
aliquid, ex quo fit, vt Incarnatio Chriſti haud quaquàm ei proſit, idcirco ſtatim ille ipſe An-
tichriſtus eſt, de cuius aduentu Chriſtus & Apoſtoli tam ſolicitè prædixerunt? Nihil minus.
Alioqui iam inde ab initio mundi plus quàm mille Antichriſti fuiſſent: Antichriſtus verò
palàm, abſque vllo inuolucro dicet, *Ieſum non eſſe Chriſtum, neque carnem accepiſſe, nec verum*
Meſsiam eſſe. Hoc autem non docet Papa, nec docuit aliquando: Papa igitur non eſt An- 1.Ioh.2.&4.
tichriſtus.

De impie-

De impietate Antichriſti ſeipſum aſſerentis eſſe Chriſtum: & vndecima Demonſtratio, quòd Papa, qui nihil tale de ſe dicit, imò contrarium vbiq; profitetur, non ſit Antichriſtus.

CAPVT. XX.

PArum ſibi feciſſe Antichriſtus videtur, ſi tantùm neget, Ieſum eſſe Chriſtum, aut carnem de Maria virgine accepiſſe: niſi etiam ſeipſum in Chriſti locum ſurroget, ac dicat ipſe de ſe, *Ego ſum Chriſtus*. Quod enim alij multi Pſeudoprophetæ (vt Simon Magus, Menander, Manes & alij aliquot) non ſatis fœliciter conati ſunt facere, vt ſeipſos ſecũdùm
Matth. 24. Chriſti prædictionẽ vocarent Chriſtũ & Meſsiã: hoc Antichriſtus in ſe ita ſuſcipiet, vt nõ diffidat, ſe egregium aliquod facinus ex ea re perpetraturum. Perſuadebit enim Iudæis, ſe
Ioan. 5. Chriſtum eſſe, quemadmodum Chriſtus ipſe dicebat: *Si alius venerit in nomine meo, illum*
Lib. 5. *recipietis*. Quare Irenæus Antichriſtum ait *tentaturum, vt ſeipſum oſtendat eſſe Chriſtum*. Et
In cap. 21. Luc. Ambroſius: *Antichriſtus* (inquit) *ex Scripturis diſputabit ſe eſſe Chriſtũ. Et ſeiẽ*: (inquit) *Satanas,*
In 2. Theſſ. 2 *venturum Dominum ad ſe comprimendum, nomen eius* (id eſt, Chriſti Domini) *ſibi vſurpabit, & vt Regnum eius verum videatur, attrahet ſecum qui ſimul cum eo pereant. Seipſum* (vt ait ibidẽ Theodoretus) *Chriſtum nominabit*. Hæc faciet Antichriſtus. Verùm nemo Pontificum Romanorum dixit vnquam, ſe Chriſtum ipſum, aut liberatorem humani generis eſſe, nemo illorum id ex Scripturis probare conatus eſt: Papa igitur non eſt Antichriſtus.

Duodecima Demonſtratio, quòd Papa, qui mori ſe & reſurgere non ſimulat, (ſicut Antichriſtus faciet) minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XXI.

NOn verbo tantùm dicet Antichriſtus, Meſsiam ſe eſſe, verùm etiam ſimulabit, ſe propria Meſsiæ opera facere, & Prophetarum Scripturas, quæ de Meſsia extant, imple-
Luc. 24. re. Cumq; in omnibus veteris Teſtamenti Scripturis mors Chriſti & reſurrectio prædicta ſit: Antichriſtus vt ſe verum eſſe Meſsiam ex operibus ipſis demonſtret, mori ſe fin-
Apocal. 3. get ac reſurgere. Vnde Ioannes in Apocalypſi ait: *Vidi vnum de capitibus beſtiæ quaſi occiſum in mortem, & plaga mortis eius curata eſt*. Beſtia (inquit Auguſtinus) *ipſa impia ciuitas in-*
De Ciuitate Dei lib. 20. cap. 9. *telligitur, & populus infidelium contrarius populo fideli & ciuitati Dei*. Vnum ergo, ſeu primum de capitibus Beſtiæ, optimè intelligitur ipſe Antichriſtus: qui narratur *quaſi occiſus*, propterea quòd non verè, ſed ſimulatè morietur. Iam verò *plaga mortis eius curata* dicitur, quia fictæ reſurrectionis medicina fictæ mortis vulnus curabit. Hinc non temerè ſcripſit S. Gre-
Lib. 11. Indict. 6. Epi. 3. gorius, *Antichriſtũ ſimulaturũ ſe mori & reſurgere*, & in ſuæ reſurrectionis honorẽ, facturũ, *vt dies Dominicus in veneratione habeatur*. Beda etiam in eundẽ Apocalypſis locum ita ſcribit: *Antichriſtus ad capita regni terreni pertinens, imitatione veri capitis noſtri ſe quaſi occiſum reſurrexiſſe, & pro Chriſto, qui hoc verè perfecit, ſuſcipiendum audet exhibere*. Idipſum Haymo ibidem affirmat. Quæ interpretatio nec Aretæ quidem Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopo diſplicet, etiamſi minus conſtanter eam proponat. Certè nec affert vllam interpretationem probabiliorem, & iſta ipſa confirmatur ex eo, quod mox adiungitur: *Admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam, dicentes: Quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum beſtia?* Opinio enim reſurrectionis Antichriſti rapiet homines in ſtuporem tam vehementem, vt fruſtra cũ illo pugnaturi videantur, qui non ſolùm alia ſua vulnera, verùm etiam *ipſum mortis plagam curare potest*. Nunquam verò ſimulauit quiſpiam Romanorum Pontificum ſe mori & reſurgere: nemo igitur Pontificum Romanorum eſt Antichriſtus.

De intolerabili ſuperbia & blaſphemia Antichriſti extollentis ſe ſupra omnem Deum, & decimatertia Demonſtratio, quòd Papa, qui ſe non extollit ſupra Deum verum, non ſit Antichriſtus.

CAPVT. XXII.

IMpius cùm venerit in profundum peccatorum, contemnet, ait Salomon. Et quis magis
Prouerb. 18. impius, quàm Antichriſtus? Is igitur cùm & Ieſum negauerit eſſe Chriſtum, & ſeipſum dixerit Meſsiam verum eſſe, eamq; rem Iudæis probari ſuamq; doctrinam recipi viderit:
2. Theſſ. 2. prorſus non homines tantùm, ſed etiam Deum contẽnet, ſeq; ipſum (vt Apoſtolus ait) *extollet ſupra*

let ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Quanquã enim verus Meſsias & Chriſtus 2. Theſſal. 2.
haberi vult, non tamen Chriſti humilitatem imitabitur. Nam Chriſtus *venit in nomine Pa-* Iohan 5.
tris ſui, velut à Patre miſſus, quem ſe maiorem eſſe tùm ob naturam aſſumptæ carnis, tùm Iohan. 14.
ob rationem originis, qua genitus eſt a Patre, ſemper & vbique agnouit. Verùm Antichriſt⁹
venit *in ſuo ipſius nomine*, hoc eſt, nullum agnoſcit principium, à quo generatus ſit, nullum
Deum, à quo in carnem ſit miſſus: verùm (vt Chryſoſtomus ait) *omnem ſibi poteſtatem ty-* Homil. 40.
rannicè vindicabit, ſe omnium Deum profitebitur, ſe Maximum Deorum eſſe gloriabitur. Quod in Iohan.
ipſum Haymo animaduertens, rectè dicit, *quòd Antichriſtus ſupra ſanctam Trinitatem ſe ex-* Io 2. Theſſ. 2
tollet. Non enim agnoſcet ſaltem Deum Patrem ſupra ſe, in cuius nomine veniat, ſed ſeipſum
appellabit principium ingenitum, quod aliundè non ſit. Ob hanc blaſphemiam Daniel vo
cat Antichriſtum *impudentem facie, qui contra Principem Principum conſurget: & aduerſus* Daniel. 8.
Deum (inquit) *loquetur magnifica*. Et in Apocalypſi appellatur *meretrix magna plena nomini-* Cap 11.
bus Blaſphemiæ, mater illa fornicationum & abominationum terræ: adeo vt Chryſoſtomus, & eũ Apocal. 17.
ſecutus Theodoretus dicant, *nec ipſum Neronem tam perfricto fronte, & impudenter egiſſe,* In 2. Theſſ. 2
quàm acturus eſt Antichriſtus: itaq; Neronis perſecutionem vocatam eſſe *myſterium iniqui-*
tatis, aduentum verò *Antichriſti* dictum eſſe *reuelationem*: quia iſte ſuam impudentiam non
conabitur tegere, aut occultare. Perſpicuum verò eſt, Pontifices Romanos nihil tale de Papa non ſe
ſeipſis docere aut ſentire, imò paſsim ſe agnoſcunt *indignos illo miniſterio, quod illis à Chriſto* extollit ſupra
impoſitum ſuſtinent. peccata presbyteris & conſeruis ſuis cõfitentur velut Chriſti miniſtris, Deum.
& in eo ſeſe hominibus ſubijciumt: tantum ab eo abſunt, vt ſe extollant ſupra Deum ipſum,
aut ſupra ſanctiſsimam Trinitatem. Quid in hac re tam clara & manifeſta habent Proteſtan-
tes, quod dicant, aut obtendant?

Illyricus in Catalogo teſtium. Pag. 3.

Efferre ſe ſupra Deum & eius cultum, Chriſtus ita declarat, *In nomine Chriſti venire*. Matth 24.
Certum autem eſt, Papam ſeſe pro Vicario Chriſti venditaſſe.

RESPONSIO.

Si quoquo modo in Chriſti nomine venire, hoc eſſet, efferre ſe ſupra Deum, & eius
cultum: omnes Apoſtoli extuliſſent ſe ſupra Deum & eius cultum. Omnes enim venerũt
in Chriſti nomine, hoc eſt, velut ab eo miſsi, virtutemq; & authoritatẽ prædicandi & ope-
randi ab eo capientes, *baptizabant, & miracula operabantur in nomine Ieſu Chriſti*. Sed Matth. 24.
Chriſtus eos appellauit Pſeudoprophetas, qui non quoquo modo venirent in nomine
eius, verùm, qui præterea venturi eſſent in proprio nomine, atque ob id dicturi eſſent,
Ego ſum Chriſtus: & ita venirent, non quidem in Chriſti nomine, velut eius Vicarij, ſed
velut eius hoſtes, negantes eum fuiſſe, aut eſſe Chriſtum, aut Meſsiam verum, quia ipſi
potius id eſſent, ſicut Simon Magus dixit. Illyricus igitur planè & falſarium, & Sophi- Illyricus ver-
ſtam egit hoc in loco: falſarium, quia Euangelij verba vitioſe interrupit. Chriſtus enim ba Euange-
dixit, *Multi venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus*. Vnde apparet, Chriſtũ non de lij corrupit.
illo egiſſe, qui diceret ſe Vicarium Chriſti. Nam is adeo non dicit, ſe Chriſtum eſſe, vt
niſi alius præter ipſum Chriſtus exiſteret, is vices eius gerere non poſſet. Illyricus ergo
non rectè fecit, cùm ea Euangelij verba omiſit, quæ declarabant, quidnam Chriſtus appel-
laret in nomine Chriſti venire. Cùm enim tã is veniat in nomine Chriſti, qui legatione pro
Chriſto fungitur, quàm is, qui nominat ſe Chriſtum ſeu Meſsiam: cumq; Chriſtus nõ prio- 2 Cor. 5.
rem eius verbi ſententiam, ſed poſteriorẽ reprehenderet: Illyricus in hoc egit Sophiſtam, Illyrici ca-
quòd Papã, qui venit in nomine Chriſti, legatione fungens pro Chriſto, vult videri à Chri- lumnia.
ſto reprehenſum eſſe, cùm Chriſtus non niſi eũ reprehenderit, qui nominat ſe Meſsiã. Quid
quòd Chriſtus non tantùm egit de Antichriſto ipſo, verũ etiã de omnibus Pſeudoprophe- Matth. 24.
tis? Vnde etiã dicit, *multos in nomine ipſius venturos*. Antichriſtus verò vnus eſt. Itaq; tãetſi 1. Iohan 2.
is, qui extollit ſe ſupra Deũ, poſsit etiã venire in Chriſti nomine, & dicere, ſe Chriſtũ ipſum
eſſe: tamen plus in Antichriſto notauit Apoſtolus, quando dixit, illũ ſe extollere ſupra oẽm,
qui dicitur Deus. Falſum igitur eſt, quòd Illyricus dicit, *Chriſtũ declarare, quid ſit apud Paulũ*
efferre ſe ſupra Deũ. Quinimò Paulus Chriſti verba potius interpretatur. Nã quòd Chriſtus
breui quadam oratione perſtrinxit, dicens: *Cùm videritis abominationẽ deſolationis ſtantẽ in* Matth. 24.
loco ſancto, qui legit intelligat: hoc Paulus longiore quadã oratione explicauit, cùm ita ſcri-
beret: *Reuelabitur homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod*

Hilarius in Matth. Can. 25. abominatio

dicitur Deus aut quod colitur, ita vt in Templo Dei ſedeat, oſtendẽs ſe tanquã ſit Deus. Nihil enim aliud hæc omnia Pauli verba explicant, quàm id quod Chriſtus vnico *abominationis* vocabulo ſignificauerat. Præclarè enim Hilarius ait: *Antichriſtus ex eo dictus eſt abominatio, quòd aduerſus Deum veniens, honorẽ ſibi Dei vendicet.* Duo hîc ſunt notanda: vnum, quòd *Antichriſtus venit aduerſus Deum:* alterũ, quòd *ſibi honorem Dei vendicet.* Omnes enim Pſeudoprophetæ veniunt aduerſus Deum: ſed non omnes Dei honorem ſibi vendicarunt. Iſta propria eſt Antichriſti blaſphemia. Papa igitur, qui nec ſe Meſsiam aſſerit, nec ſe effert ſupra Deum verum, non eſt Antichriſtus.

Obiectio Illyrici in Catalogo Teſtium. Pag. 3.

Papa maiorem ſibi poteſtatem vſurpat, quàm Filius Dei. Nam Chriſtus ſe ſemper Scripturæ ſubiecit, & dixit, ſe, quæ faceret, & pateretur, facere & pati, vt Scriptura impleretur. At Papa dixit, ſe poſſe diſpenſare contra Apoſtolum & Euangeliſtam, poſſe recta facere praua, & contrà.

RESPONSIO.

Illyrici mendacia.

Quid ſit diſpenſare contra Apoſtolũ.

1. Cor. 7.

In re tam ſeria, hoc eſt, in cauſa fidei & ſalutis æternæ, non tantùm cauillari, ſed etiã prudentẽ ſcientẽq; mentiri, hoc illius hominis eſt, qui ſe Antichriſti, hoc eſt, mẽdacij mancipiũ mauit eſſe, quàm Chriſti, hoc eſt, veritatis ſeruũ & cultorẽ. Papa *nunquã dixit, ſe poſſe recta facere praua,* aut etiam, quæ per naturam praua eſſent, facere recta. Nec ſibi vnquam ſumpſit, vt diſpenſaret contra Euangelium Chriſti, nec ſe, authoritatẽmue ſuam Scripturis ſacris antepoſuit. Solet quidem in quæſtionem vocari, *Vtrùm Papa nõ poſsit diſpenſare cõtra Apoſtolum?* Sed nulla eſt alia eius quæſtionis mens aut ſententia, quàm *vtrũ nõ liceat ſummo Paſtori ob iuſtam & grauem cauſam aliter aliquando facere, fieriue permittere, quàm Apoſtolus in re ſolùm indifferente, at non ſimpliciter neceſſaria præceperit & conſtituerit.* Verbi gratia: Apoſtolus dixit: *Iis, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere. Quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo recõciliari, & vir vxorem non dimittat.* Contra hoc præceptũ nec Papa, nec quiſquam hominũ diſpenſare poteſt. Itaq; Proteſtantes qui viro dimittenti vxorem ſuam ob fornicationem permittunt alteram vxorem ducere, peccant contra hoc Domini præceptum: quia cùm in Matrimonio, quod ex vtriuſq; pari conſenſu initur, par ſit cauſa viri & vxoris, adeo vt *neuter ſui corporis, verùm alter alterius poteſtatem habeat:* quicquid in matrimonio non licet mulieri, nec viro licere poteſt. Itaq; Proteſtantes, qui contra hoc Domini præceptum diſpenſant, Chriſto ſe anteponunt, & ideo Antichriſti ſunt. Verùm Papa in tali re non diſpenſat, ſed mox apud Apoſtolum ſequitur: *Cæteris ego dico, non Dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam.* Si hoc eſt Pauli, & nõ Domini preceptum: certè hoc præceptũ ad ius non merè diuinum, ſed quodãmodo humanũ pertinet. De hoc igitur præceptorũ genere quæritur, *an Papæ non liceat diſpenſare cõtra Apoſtolũ?* id eſt, contra illud ius, quod Apoſtoli quidem conſtituerunt, non tamen velut legem Dei, quæ neceſſariò ſemper omnes homines obligaret (nunquam enim talia eſſe poſſunt hominum præcepta) ſed quæ plerumq; maximæ hominum parti vtilia eſſent, atq; ideo mutari nõ deberent, niſi ob cauſam peculiarẽ, in qua ob alias concurrentes cauſas & rationes, æquius foret, illam humanam legem etiãſi ab Apoſtolis ipſis propoſitam mutari, quàm præfractè, vbi hoc ipſum Apoſtoli fieri nollent, vrgeri, & importunè, ac interdum etiam iniquè, obſeruari.

Cauſa in qua videtur contra Apoſtolũ diſpenſari poſſe.

Ponamus igitur, Principem Chriſtianũ, qui magni alicuius Regni Gubernator ſit, vxorẽ habere infidelem, quæ conſentit habitare cum illo, cui tamen Principi aliundè offeratur iſta cõditio, vt ſi mulierẽ alterã, quæ nõ minori etiã Regno præſit, in matrimoniũ accipiat, illa cũ vniuerſo Regno ſuo, quod hacten⁹ idola coluit, ad Chriſti fidẽ acceſſura ſit. Hic quærim⁹, vtrũ ſi Põtifex hoc ita verè ſe habere cõpererit, permittere nõ poſsit iſti Prĩcipi, vt relicta vxore infideli, quæ cõſentit habitare cũ illo accipiat nouã vxorẽ, cũ tot animarũ Chriſto acquirendarũ immenſa dote? Hac ergo in re ſi Pontifex cum iſto Principe diſpẽſat, hoc vtiq; appellamus *cõtra Apoſtolũ,* id eſt, contra legẽ humanã ab Apoſtolo conſtitutã diſpenſare. Ego putarẽ, ipſum Apoſtolũ, ſi viueret, nolle ſe difficilem in ea cauſa præbere. Nã & ipſe ibidẽ dicit: *Chriſtianũ huic ſeruituti ſubiectũ non eſſe, vt vxorem cohabitare volentẽ retinere cogatur:*

& quan-

& quando vxor cõſentit cum illo habitare, ob eã cauſam vult illã nõ dimitti, *quia neſcit, an eã poſſet a ſainam & fidelem facere poſſit, nec ne.* Si ergo lex ab Apoſtolo propoſita eiuſmodi eſt, vt ob incertam, ſed tamen ſperatam, vnius animæ ſalutem, nolit vxorẽ infidelem cũ viro habitare conſentientẽ dimitti: certè vbi ea dimiſſa multò maior ſpes, & certior foret, infinitas animas Chriſto lucriſaciendi: cõtra mentẽ Apoſtoli nõ fieret, etiamſi mulier infidelis cohabitare volens dimitteretur à Principe Chriſtiano, vt is aliam vxorẽ ducat, quæ mox & ipſa fidem Chriſti accipiat, & ſubditis eandem perſuadeat. Præterea vetat Apoſtolus, *Neophytũ fieri Epiſcopum.* Contra hoc præceptũ velut non ſimpliciter diuinum, ſed potius humanum, diſpẽſare Pontifex poſſet, vbi talis Neophytus eſſet, qui ſummã vtilitatem Eccleſiæ allaturus exiſtimaretur nec ab elatione & ſuperbia eius periculum vllum fore appareret. Talis erat D. Ambroſius apud Latinos, talis D. Nicolaus apud Græcos. Certè Lutherus adhuc Neophytus præfuit Eccleſiæ Proteſtantiũ, non per Pontificiam, ſed per ſuam ipſius contra Apoſtolum diſpenſationem: quod peſſimi omnino exempli fuit.

Ratio Apoſtolici præcepti.

1. Timoth. 3.

Quibus ita declaratis, liquidò apparet, totam Illyrici accuſationẽ nihil eſſe, niſi merã calumniã. Nã Papa nunquã ſibi arrogauit vllã poteſtatẽ ſupra Chriſtũ, aut ſupra Scripturas ſacras, aut ſupra Ius naturale, aut ſupra Cõſtitutiones Apoſtolicas. Verùm in ijs tantùm cauſis aliquando ius dixit contra non mentem, ſed ſonũ & ſpeciem verborũ Apoſtoli: idq; ex æquo & bono, vbi Apoſtoli ius idem dicturi erant, ſi eodem tempore vixiſſent, eandemq; cauſam ritè ac legitimè cognouiſſent. Quod verò Illyricus dixit, *Chriſtum ſe Scripturis ſubiecisſe:* ille ſanè Scripturas impleuit, non velut minor illis, (creaturæ enim ipſius illæ ſunt, neq; vnquàm poteſt Creator ſua creatura minor eſſe) verùm vt appareret, tam Prophetas ipſos à Deo fuiſſe qui res tanto poſtea tempore gerẽdas adeo definitè prædixiſſent, quàm ſe quoq; à Patre miſſum eſſe, & cum Prophetis conſentire, qui eorum prædictiones tam accuratè præſtaret, atq; impleret. Caput erat, quòd Iudæi, *putantes ſe vitam æternam in Scripturis habere, & ſermonem propheticum firmiorem eſſe,* nõ poterant ſine grauiſſimo peccato illũ reijcere, atque aſpernari, cuius verba & facta cum Scripturis tam eximiè conſentire viderentur. Verùm alioqui (vt Chryſoſtomus & alij Patres præclarè ac ſæpe admonent) non tam Chriſtus illa ſua vel docuit, vel fecit, quia ſic prædixiſſent Prophetæ, ac ita ſcriptum eſſet in ſacris literis: quàm Prophetæ illa Chriſti opera præſignificârunt, quia ille talia facturus erat. Nec enim tam Scripturæ cauſa fuerunt operum Chriſti, quàm Chriſti opera fuerunt cauſa Scripturarum: quia mens diuina, quæ omnium rerum prima cauſa eſt, prius opera Chriſti, quàm Scripturas prædeſtinauit, & has voluit honorificũ teſtimoniũ futuris operibus Chriſti præbere. Chriſtus igitur omnia ſua fecit, & paſſus eſt, *vt Scripturas impleret*, non velut ſubiectus illis, ſed velut Dominus illarum, qui eas voluit oſtendere fidele obſequium ſibi præſtitiſſe. Papa verò ſubijcitur Scripturis, velut Dei organis, quæ voluntatem Dei tùm cõtinent, tùm ſignificant. In cuius rei ſignum, *reuerenter oſculatur Euangeliũ librum*, quod ipſum Proteſtantes recuſant facere Sed nihil interim oſtenditur quod probet, Papam ſupra Deũ, aut ſupra Chriſtum ſeſe efferre: Papa igitur non eſt Antichriſtus.

An Chriſtus ſubiecerit ſe Scripturis?

Decima-quarta Demonſtratio, quòd Papa non eſſet Antichriſtus, etiamſi falſo diceret, ſe Chriſti Vicarium eſſe: quia ne ſic quidem ſupra Chriſtum ſeſe efferret.

CAPVT XXIII.

VVOlfgangus Muſculus præclarum aliquid ſe excogitaſſe putauit, cùm diceret, *Antichriſtum eſſe nõ modo illum, qui aduerſatur Chriſto, verùm etiam illum, qui pro Chriſto Eccleſiæ ſeſe obtrudit. Nam vt Antiſtrategos* (inquit) *non is tantùm vocatur, qui Duci ſeſe opponit, ſed & is, qui pro Duce cùm non ſit, militibus ſeſe obtrudit & venditat, propterea quòd præpoſitio ἀντὶ Græcis & contra, & pro ſignificat: ita & Antichriſtus eſt is, qui & aduerſarius eſt, & Vicarius Chriſti.*

In locis cõmunib. de poteſtate Miniſtrorum.

RESPONSIO.

Si de quocunque Antichriſto ſermo eſſet: non diffitẽrer, quin is, qui præter ius & fas pro Vicario Chriſti ſeſe obtruderet, Antichriſtus quidam eſſet. Verùm nunc non quærimus, quid præpoſito ἀντὶ Græcis, verùm quid illius eximij *Antichriſti* vocabulum Chriſtianis & Scripturis ſacris ſignificet. In Scripturis *Antichriſtus definitur is eſſe, qui extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Talem Antichriſtum negamus Papam eſſe poſſe, etiãſi abſq; authoritate legitima pro Vicario Chriſti ſe gereret: quod tamen eum non facere, in

ſuperioribus libris abundè teſtatum reliqui. Etenim cùm Papa ſeipſum vocet *Vicariũ Chriſti*,& agnoſcat,ſe ab ipſo Chriſto mitti,& per Petrum Apoſtolorũ Principem, Chriſti verò Diſcipulum,quicquid habet authoritatis,accepiſſe: neq; cogitari poteſt,quomodo talis Vicarius efferret ſe ſupra ipſum Chriſtum,à quo ſe miſſum profitetur. Veritas enim ipſa dicit,
Iohan.13. *non eſſe Apoſtolum ſeu Legatum maiorem eo,qui miſit illum*.Cùm ergo Antichriſtus ſecũdum Scripturas *efferatur ſupra omne,quod dicitur Deus,aut quod colitur*, atque ideo efferatur etiam
Pſal.44. Iohan.14. Ro.9. Gal 1. Heb.1. ſupra Ieſum Chriſtum, qui Deus vtique dicitur tam in Scripturis ſacris, quàm in corde & ore fidelium:Papa verò non extollatur ſupra Chriſtum(quem credit & confitetur Deo Patri conſubſtantialem eſſe, ab eoq; ſuam poteſtatẽ ſe habere agnoſcit) & hæc omnia ſint tam manifeſta & certa, vt nec aduerſarij quidem ea ignorent: certè Papa hæc ſentiens & aſſerens, non poſſet Antichriſtus eſſe, tametſi verè non eſſet Chriſti Vicarius. Aliud enim eſt quoquo modo mentiri, quod tamen Papa non facit, & aliud inſignem illum mendacem eſſe de quo Ioannes ait: *Quis eſt ille mendax,niſi qui negat Ieſum eſſe Chriſtum?* Qui verò nominat ſe Vicarium alicuius, eo ipſo agnoſcit,illum ſeipſo maiorem eſſe, in eo ſaltem munere, quod vice illius exercet.

De Antichriſto ſupra Maiores ſuos, imò ſupra Sanctos ipſos,& Eccleſiam Vniuerſalem ſeſe efferente, & Decima quinta Demonſtratio, quòd Papa, qui hoc idem non facit, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XXIIII.

QVI animaduertit, Apoſtolum docuiſſe, quòd *Antichriſtus extollit ſe ſupra omnẽ Deũ, & omne quod colitur*: facilè videt, eundem etiam ſeſe efferre ſupra Maiores ſuos, ſupra Sanctos,& ſupra vniuerſalem Eccleſiã, quæ certè maior Deo ipſo eſſe non
Daniel.11. poteſt. Et hoc videtur eſſe quod Daniel dixit: *Deum Patrum ſuorum nõ reputabit*. Hoc enim tã alienũ fuit ab Antiocho Epiphane,Iouẽ nõ ſecùs,ac fecerant patres eius,adoráte: vt neceſſe ſit ad ſolũ Antichriſtũ iſtud verbũ pertinere. Antichriſtus igitur cũ fuerit reuelatus, non habebit vllã rationẽ Maiorũ ſuorũ,aut Eccleſiæ,quæ ipſius ætatẽ anteceſſit: verũ,vt in
Apocal 13. Apocal.dicitur,*blaſphemabit Tabernaculũ Dei,& eos,qui in cælo habitant: Deũ verò,quẽ ignorauerunt Patres eius,colet,& Deum Maozim* (vti Daniel teſtatur) *in loco ſuo venerabitur*. Seipſum enim tanquàm Deum fortiſsimum venerabitur in eo loco, quem in ſui nominis honorem eriget, quemq; à ſe cognominabit. Antichriſtus ergo nihili ducet quamcunq; Re-
Papa non cõtemnit Maiores ſuos. ligionem,quæ ab ipſo excogitata non ſit. Cæterùm in Papa nihil tale notari poteſt. Imò ſi qua ſedes aut Eccleſia vnquam in pretio habuit Maiores ſuos,& veſtigia eorum ſecuta eſt: illa ſine controuerſia Romanæ Sedis & Eccleſiæ propria eſt gloria: adeo vt Pontifices Romani paſsim ſcribant in ſuis literis, *Prædeceſſorum noſtrorũ veſtigijs inſiſtentes*. Et certè licet credamus, in re dubia maiorem eſſe Petræ à Domino ſtabilitæ ac Summi Paſtoris (pro cuius fide Chriſtus orauit, quemq; fratres ſuos confirmare iuſsit) authoritatem & priuilegiũ, quàm ſit reliquæ militantis Eccleſiæ, quæ ſaltem ad finem Summo Paſtori obedire: tamen adeò non licet vlli Romano Pontifici, Maiorum ſuorum legitima Decreta in articulis fidei, aut naturæ præceptis declarãdis,mutare: vt ſi quis id palam facere conetur, atq; in ea re authoritatem Sedis Apoſtolicæ interponere velit, eo ipſo iudicandus ſit poteſtate ſua excidiſſe, tanquàm deficiens à fide, & ideo infidelis,cui pertinaciter in errore ſuo perſiſtenti, alius Papa ſubſtitui debeat. Multum quippe intereſt,vtrùm dicamus, aliquem eſſe Caput Eccleſiæ tantùm militantis (quod Papæ tribuimus) an verò etiam vniuerſalis Eccleſiæ, quæ ab initio mundi, vſque ad finem perſeuerat, quod Papæ non damus, ſed ſolius Chriſti proprium eſſe credimus. At & hoc, & illud ſibi vendicat Antichriſtus. Papa multos agnoſcit ſibi æquales: Antichriſtus neminem. Ille numerat anteceſſores ſuos & vacuũ ſucceſſoribus locum relinquit: hic neque Anteceſſores, neque ſucceſſores habet. Ille minor eſt,non tantùm Chriſto ſed etiam Apoſtolis & Principe Apoſtolorũ,cuius Cathedram ſe tenere in Domino gloriatur: hic non modò nullos Chriſti Apoſtolos,verùm neq; Chriſtum aliquem,præter ſeipſum,confitetur. Quapropter ſi Papa & Deum,& Sanctos,& fidem Maiorum ſuorum neceſſariò amplectitur (alioqui enim mox deſinit eſſe Papa) cùm Antichriſtus interim *ne Deum quidem Patrum ſuorum curet*, fidem verò nullam omnino vlli rei deferat: nullo modo fieri poteſt, vt Papa ſit Antichriſtus.

De Anti-

De Antichriſto aſpernante Idôla: & decima ſexta Demonſtratio, quòd Papa, qui re vera Deum verum adorat, ex ipſorum Proteſtantium confeſsione Antichriſtus non ſit, quia (licet falſa) tamen illi dicunt, eum colere idôla.

CAPVT XXV.

DE Antichriſto Daniel ita ſcribit: *Eleuabitur, & magnificabitur aduerſus omnem Deum: nec quenquam Deorum curabit, quia aduerſum vniuerſa conſurget*. D. Paulus etiam teſtatur, Antichriſtū nō modò efferre ſeipſum ſupra Deū, ſed etiā *ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur*. Quo verbo ſignificat, Antichriſtum ſupra numen omne, ſeu verū, ſeu falſum, ſemet efferre: nec aut verum Deum, aut Idôlum aliquod adorare, adorandúmue proponere præter ſeipſum. Quam eſſe veram Apoſtoli mentem Irenæus docet, his verbis: *Antichriſtus exiſtens Apoſtata & latro, quaſi Deus vult adorari, & cùm ſit ſeruus, Regem vult præconari. Ille enim omnem ſuſcipiens Diaboli virtutem, veniet, nō quaſi Rex iuſtus, nec quaſi in ſubiectione Dei legitimus, ſed impius & iniuſtus, & ſine lege, quaſi Apoſtata, & iniquus, & homicida, quaſi latro, diabolicam Apoſtaſiam in ſe recapitulans, & Idôla quidem ſeponens, ad ſuadendum, quòd ipſe ſit Deus, ſe autem extollens vnum Idôlum, habens in ſemetipſo reliquorum Idolorum varium errorem, vt hi, qui per multas abominationes adorant diabolum, hi per hoc vnum Idôlum ſeruiant ipſi, de quo Apoſtolus in Epiſt. quæ eſt ad Theſſal. 2. ait ſic: Quoniam niſi venerit abſceſsio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollit ſe ſupra omne, quod dicitur Deus, aut colitur, ita vt in Templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquàm ſit Deus. Manifeſtè igitur Apoſtolus oſtendit aduentum eius, & quoniam extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, vel quod colitur, ſuper omne Idôlum. Hi enim ſunt, qui dicuntur ab hominibus, non ſunt autem Dij.* Irenæo aſtipulâtur cæteri Doctores, tam Græci, quàm Latini. Hyppolitus de conſummatione mundi: *Antichriſtus Idololatriam non admittet*. Cyrillus Hieroſolymitanus: *Idôla odio habiturus eſt Antichriſtus*. Ephrem in Sermone de Antichriſto: *Aſpernabitur Idôla*. Chryſoſtomus: *Antichriſtus eſt homo, qui extolletur ſuper omnem, qui dicitur Deus, aut numen. Non enim ad Idololatriam abducet ille, ſed* [illegible] *quiſpiā erit, quoſuis Deos peſſundans, iubebitq́; ſeipſum pro Deo coli ac venerari*. Hieronymus: *Antichriſtus cunctarum gentium Deos, ſiue probatam omnem Religionem, ſuo calcabit pede*. Theodoretus: *Deos, qui vocantur, Satanas per Antichriſtum falſos eſſe arguet, quorum ipſe falſitatem proteritis temporibus confirmabat.*

Daniel. 11.
Irenæus in fine lib. 5.
Antichriſtus vnum Idolū ſtatuet, ſeipſū.
Catech. 15.
In 2. Theſſ. 2.
Quæſt. 11. ad Algaſiam.
In 2. Theſſ. 2.

His ita poſitis: duas potiſsimùm res inferam. Quarum prior eſt, Papam non ſe efferre aduerſus Deum verum, ſicuti Antichriſtus facit, de qua re ſatis antea dictum eſt. Poſterior autem à Proteſtantium confeſsione pendet. Illi enim falſò quidem, ſed tamen illi ſcribunt, Papam non tollere, ſed ſtatuere Idôla quædam, & ea præter ſeipſum. Quod ita ſi eſt, eâdem opera confitentur Papam non eſſe Antichriſtum. Scriptura enim ſolui nō poteſt, quæ tùm apud Danielem, tùm apud Paulum teſtatur, Antichriſtum non permittere Idola. *Effert enim ſe aduerſus omnem Deum* (inquit Daniel) *nec quenquam Deorum curabit*. Extollitur (inquit Paulus) *ſupra omnem, qui dicitur Deus, aut quod colitur*. Quòd autem Proteſtantes fateantur, Papam Idôla non auerſari, ſed ſtatuere, paſsim ex ipſorum verbis confirmatur. Caluinus in Inſtitution. *Papiſtæ* (inquit) *Idololatriam habent craſsiorem Iſraelitica*. Magdeburgenſes in Centur. 1. dicunt, Epiſcopos Romanos *adorare Draconem, ſtatuas, & imagines, & horrendam exercere idololatriam*. Beza in ſua Confeſsione fidei Chriſtianæ affirmat, Papiſticos *Cœnam Domini in execrandum idôlum* (ô nebulonem) *commutaſſe: quod ipſum Sacramentum Altaris vocent*. Wolfgangus Muſculus in explicatione ſecūdi Præcepti, vocat *Papiſtas cultores idolorū*. Cùm ergo tam Lutherani, quàm Zuingliani dicant, Papiſtas idôla colere, à Papiſtarum autē numero Papam non excludant, per idôla verò Sacramentum Altaris, & Sanctorum tam inuocationem, quàm Imagines intelligant (quæ ſunt alia, præter ipſum Papam): neceſſe eſt, vt dicant etiam Pontifices Romanos idôla quædam, præter ſeipſos, colere. Verùm Scripturæ dicunt, Antichriſtum non colere, aut colendum proponere Idôlum vllum, præter ſeipſum: Papa igitur, ſecundùm ipſorum Proteſtantium doctrinam, non eſt Antichriſtus. Quid hîc reſpondebunt Proteſtantes? Verùm Papam colere idôla? Papa igitur non eſt Antichriſtus. Mentiuntur illi, cum dicunt, eum Idôla colere. Imò ſimul in duobus mendacijs deprehenduntur. Vno, dum aiunt, Papam idôla colere: altero, dum eundem aiunt Antichriſtum eſſe. Quicquid enim veritas eſt, Idôlū eſſe non poteſt, quia idolum eſt mendaciū & *nihil in mūdo*.

An Papa ſtatuat idôla.
Daniel. 11. 2. Theſſal. 2.
Cap. 8. num. 10.
Lib. 2. c. 4.
Pag. 416.
Cap. 7.
Idoli natura. 1. Cor. 8.

Imagines verò Chriſti & Sanctorum, ac multò magis Sacramentum Altaris, veritatis cuiuſdam ſigna ſunt: nec aliter à nobis honore aliquo afficiuntur, quàm vt ſigna ſunt rerũ earum, quæ tùm veræ, tùm ſanctæ ſunt. Non poteſt ergo fieri, vt colentes veritatem, aut ſignum aliquod veritatis in eo gradu, quo ſignum eſt, eâdem opera colamus idôlum.

Iam verò non ſolùm mentiti ſunt Proteſtantes, ſed etiã ſibijpſis contradixerunt. Nã nec
Contradictio Proteſtantiũ. idôla præter ſeipſum poteſt colere Antichriſtus, niſi Scripturæ nos fallerẽt, & Proteſtantes dicunt, Papam & colere Idôla præter ſeipſum, & ſimul eſſe ipſum Antichriſtũ. Sed nũc videamus, quomodo effugiant hanc ſuam contradictionem. Certè corrumpunt Scripturas, &
Cent. 1. lib. 2. cap. 4. Pag. 416. ita putant ſe poſſe euadere. Sic enim ſcribunt mendaces Hiſtorici noſtri Magdeburgenſes: *Scripturæ oſtendunt, quòd efferentur Epiſcopi Romani aduerſus prædicatum Deum, hoc eſt, corrumpent ſanam de Deo doctrinam. Deinde efferent ſeſe etiã aduerſus cultum, hoc eſt, Sacramẽta à Chri-*
2. Theſſ. 2. *ſto inſtituta.* Hæc illi. Paulus dixit, quòd Antichriſtus *extollitur ſuper omnem Deum, aut numen*, vt plerique Græci codices hodie legũt: vt verò Latini codices habent, *ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Vtraq; lectio eòdem tẽdit, vt ſignificetur Antichriſtus efferre ſe aduerſus oẽm Deum aut numen. Magdeburgenſes verò Paulum interpretantur, tanquã ſi dixiſſet: Antichriſtus extollitur aduerſus *eũ, qui eximiè dicitur Deus*, & aduerſus cultũ. Ita enim loquũtur: *Aduerſus prædicatum Deũ, & aduerſus cultus.* Græca verò habent, ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα. Effertur ſupra omnẽ, qui dicitur Deus, aut numen.
Verbum è Scripturis per Proteſtantes ſublatum. Magdeburgeñ. vertunt, *effertur contra prædicatum Deũ & cultum.* Primùm ergo verbũ illud (πάντα, *omnem*) prorſus tollunt de medio, deinde λεγόμενον (qui dicitur) nõ referunt ad eum, qui vulgò apud Gentiles dicitur Deus, ſed potius ad eum, qui apud fideles creditur Deus. Itaq; non retinent proprietatẽ verbi & naturã. Tum aũt θεὸν (Deum) quæ vox abſq; articulo ponitur, & ideo *quemcunq; Deũ ex æquo ſignificat*, ita cõuertunt, velut ea vox, cũ articulo
Lib. 1 cont. Hæreſ ſect. 9 poſita, Deum, qui ſolus verus eſt, ſolũ indicaret. At Epiphanius ait: *Si dixerimus*, θεὸς, *i. Deus, ſine articulo: quemlibet Deũ gentium diximus, non Deũ verum.* Poſtremò cùm Paulus dixerit, ἢ σέβασμα, aut quod colitur, illi verterunt potius actiuè, *& cultũ.* Licet enim Græca vox tã venerationẽ ipſam ſignificet, quàm id quod colitur: tamen ex eo quod agitur, apparet, Paulũ voluiſſe dicere, quòd Antichriſtus *efferet ſe ſupra omnem, qui dicitur Deus aut numen.* Etenim vt Dei vox nõ reſpicit actionẽ Antichriſti, ſed rẽ ſupra quam effertur: ſic & illud σέβασμα non ita debemus interpretari, velut veneratioem alicuius hominis ſignificet, ſed potius *rem ab hominibus adoratam & quæ colitur.* Ac antiquus quidem Latinus interpres legiſſe videtur nõ πάντα λεγόμενον, ſed πᾶν τὸ λεγόμενον *omne quod dicitur*, quo etiã modo Hieronymus legit in Quæſt. 11. ad Algaſiam. Iam ergo poſſet etiam repeti vox illa (dicitur) vt intelligamus Paulum docere, quòd *Antichriſtus efferet ſe ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod dicitur numẽ,* ſeu, adorandum. Vtcunq; ſit, inſignis eſt Magdeburgenſiũ audacia in eo, quod prætermittũt πάντα omnẽ, & Scripturas pro libidine ſua corrumpunt, ne quid in illis deprehendatur, quod hæreſes ipſarũ confutet. Videntes enim, ſuã doctrinã ſimul conſtare non poſſe, vt & Papam dicant idôla præter ſeipſum colere, & tamen eundem dicant Antichriſtum eſſe, qui nõ colet idôla: propterea ſuſtulerunt ex Paulo vocem illam, quæ maximè proderet ipſorum dementiam, & pro *Omnem* qui dicitur Deus, legunt, *prædicatum Deum:* velut illum, qui ſingulariter & ſolus dicitur Deus. Certè quantum intereſt inter omnem, qui dicitur Deus, & eum, qui ſolus eſt Deus, tanto interuallo abſunt Lutherani à veritate Euangelij.

De Antichriſti Seſſione in templo Dei, & decima-ſeptima Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quoniam Antichriſtus (vt multi Sanctiſſimi Patres tradiderunt) ſedebit Heroſolymis in Templo Dei: cùm Papa nec id fecerit vnquam, nec adhuc faciat.

CAPVT XXVI.

INter cæteras Antichriſti blaſphemias, illam velut non vulgarem enumerat Apoſtolus,
2. Theſſal. 2. dum dicit, *eum in Templo Dei ſedere.* Hoc autem licet variè interpretati ſint ſancti Patres, nulla tamen eorum interpretatio eò tendit, vt Pontifex Romanus ex ea colligi poſſit Antichriſti perſonam obtinere. Ac prima & omnium maximè obuia eſt illa ſententia, quæ ſtatuit, Antichriſtum *in Templo Hieroſolymitano, quod Salomon erexit, ſeſſurum eſſe velut Meſſiam Iudæorum, cui Templum illud inſeruire debuerit.* Irenæus igitur in fine libri 5. contra hæreſ. Cùm (inquit) *Antichriſtus ſederit in Templo Hieroſolymis, tunc veniet Dominus de cælis in nubibus in gloria Patris.* Et paulò antè: *Hieroſolymis Templum per diſpoſitionem veri Dei factum eſt.*

Ipſe enim

Ipſe enim Apoſtolus ex ſua perſona definitiuè Templũ illud dixit Dei. Oſtendimus aũt & in lib. 3. nullũ ab Apoſtolo ex ſua perſona Deũ appellari, niſi eum, qui verè ſit Deus, Patrem Domini noſtri, cuius iuſſu hoc, quod eſt in Hieroſolymis, factũ eſt Templũ, in quo Aduerſarius ſedebit, ſicut & Dominus ait: Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt per Danielẽ Prophetã ſtantẽ in loco ſancto: qui legit intelligat. Hyppolit⁹ in Oratione de cõſummatione mũdi ait, *Antichriſtũ Hieroſolymis ſuſcitaturum eſſe Templũ lapideũ.* Cyrillus Hieroſolymitanus: *Antichriſtus* (inquit) *in Templo Dei ſedet. Quale aũt Templũ dicis? In Templo, quod reliquum eſt Iudæorum. Abſit enim, vt in hoc id fiat, in quo ſumus. Propterea dicimus, vt nõ videamur gratificari illis. Si enim tanquàm Chriſtus ad Iudæos veniet, à Iudæis ſanè adorari volet, vt illos maximè decipiat. Studioſiſſimum ſe eſſe oſtendet illius Templi, vt ipſe de progenie Dauid eſſe videatur, qui Templũ à Salomone olim extructũ, ipſe ſit reædificaturus. Veniet aũt Antichriſtus in Templũ Iudæorum, quando lapis ſuper lapidẽ non manebit, ſecũdùm Saluatoris prædictionẽ. Cùm enim vel ruina vetuſtatis, vel prætextu ædificationis, vel quacũq; alia de cauſa, eiuſmodi reliquiarũ Templi ſequetur diſſolutio: ita vt oẽs lapides tollantur, non dico de exterioris ambitus lapidibus, ſed de tẽpli interioris, in quo erãt Cherubim, tũc veniet ille.* Hilarius: *Antichriſtus à Iudæis ſuceeptus, loco ſanctificationis inſiſtet, vt vbi Sanctorũ precibus Deus inuocabatur, illic ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis ſit. Et quia proprius iſte Iudæorũ erit error, vt qui veritatẽ reſpuerunt, ſuſcipiãt falſitatẽ: Iudæã deſeri monet, & transfugere in montes, ne admixtione plebis illius Antichriſto creditura, vis aut cõtagio afferatur.* Ambroſ. *Antichriſtus* (inquit) *ſedet iuxta hiſtoriã in Templo, vt ſibi diuina vindicet ſoliũ poteſtatis* Chryſoſt. Hieron. Auguſt. approbãt eandẽ ſententiã, nec à veritate aberrare putãt, *quòd Antichriſtus in Tẽplo Hieroſolymitano ſedebit*, licet alteri⁹ præterea interpretationis meminerint. Accedit eódẽ, quòd in Templo Hieroſolymitano ſæpius velut in figurã Antichriſti poſita eſt *abominatio* quædam, nempe Cæſaris imago, quam Pilatus ibi erexit. Itemq; (Chryſoſtomo auctore) illa, quam is ibi ſtatuit, *qui vrbem expugnauit*. Præterea *Hadriani equeſtris ſtatua, quæ in ipſo ſancto Sanctorũ loco, vſq; in præſentem diem* (inquit Hieronymus) *ſtetit*. Quid quòd ſecta etiã impij Mahumetis in eodẽ Tẽplo nõ immeritò ſediſſe dicitur, quia ibi exercetur cultus & ſuperſtitio Mahometica? Vt nõ ſine graui cauſa in eodẽ quoq; Tẽplo expectari poſſit Antichriſti præſentia, & doctrina. Etenim vt qui fuerat quondã populus Dei per fidẽ verã, nũc factus eſt per incredulitatẽ Diaboli populus: ſic nihil vetat, Tẽplũ illud, quod ab initio Dei erat, nũc ad Satanæ miniſteriũ cõuerti: præſertim cùm illud exterius templũ imago quædã & figura fuerit interioris tẽpli, quod in cordibus fideliũ Deo ſtatuitur. Itaque ſi cor ipſum, quod verũ Dei templũ erat, à Deo ad Antichriſtũ defecit: quid miri eſt, ſi externa etiã ſtructura Tẽpli Hieroſolymitani cõcedet in locũ prædicationis Antichriſti. Vtcũq; ſit, de hac primùm cauſa dicamus id, quod noſtro inſtituto cõuenit: Si Antichriſtus in Tẽplo Hieroſolymitano ſeſſurus eſt, (id quod tot ac tanti Patres nõ ſine magnis rationibus verũ exiſtimant) profectò Papa, qui nunquã hactenus in illo Iudaico Tẽplo iuxta hiſtoriam ſedit, nunquàm hactenus fuit Antichriſtus, ac neq; adhuc eſt.

Irenæus locum ſanctũ (Matth. 24.) interpretatur Templũ Hieroſolymitanũ.

Catech. 15.

Com. 25. in Matth.

In 21. Lucæ.

In 2. Theſ. 2.

Quæſt. 11. ad Algaſiam.

De ciui. Dei li. 20. ca. 19.

In 24. Matt.

Decima-octaua Demõſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, etiamſi Templum Dei accipiatur pro Eccleſiis Dei, quia nullus Pontificum Romanorum ſedit vnquàm in Templo Dei, tanquàm Deus (id quod Antichriſtus faciet) ſed tanquàm Dei miniſter & Vicarius Chriſti. CAPVT XXVII.

QVanquàm nemo Sanctorum Patrum illam priorem interpretationem velut falſam accuſet, quæ ſtatuit, Antichriſtum iuxta hiſtoriam in loco ſancto atq; in Templo Dei Hieroſolymitano ſeſſurum: tamen & alij aliquot aliter Dei Templum accipiunt, & Hieronymus *verius arbitratur*, Templum Dei apud Apoſtolum non de Hieroſolymitano Templo, ſed potiùs *de Eccleſia* accipiendum eſſe, in qua ſedet Antichriſtus, non velut legitimus Iudex, ſed velut Tyrannus, qui partim dolo, partim vi eum locum occupat. Auguſtinus etiam rectè admonet, Græcè legi, filium perditionis ſedere non ſolùm *in Templo*, ſed etiam *in Templum Dei*, tanquàm ipſe eum ſuis membris *ſit Templum Dei, quod eſt Eccleſia*. Cùm enim negauerit, veram eſſe Chriſtianorum Eccleſiam, eum honorem ſibi potius ac ſuis vendicabit, nec alij cuiquam Deo, præterquam ſibi, Templum aliquod legitimè dedicari poſſe contendet. Itaque Chryſoſtomus dicit, Antichriſtum *iuſſurum, ſe in Templũ Dei collocari, non Hieroſolymitanum ſolùm, ſed & in Eccleſias* quod ipſum etiam Theodoretus ſenſit. Secundùm quam interpretationem Antichriſtus dicitur ſeſſurus non tantùm in Templo Hieroſolymitano, ſed præterea in quolibet alio templo ſeu Eccleſia.

Quomodò Antichriſtus in Eccleſia ſedeat.

In templum ſedere.

Vnde

Vnde Proteſtantes inferunt, Papam eſſe Antichriſtum, quia Papa in *Eccleſia Dei ſedet.* Quaſi verò quia Antichriſtus tyrannico modo ſedet in Eccleſia Dei, propterea quicunq; in Eccleſia Dei quocunque modo ſedet, ob id ipſum ſit etiam Antichriſtus. Licebit hac ratione vt Apoſtolos & omnes eorum ſucceſſores appellemus Antichriſtos, quia illi quoque ſuo

Math. 23. 1. Cor. 5. Præpoſiti ſedent in Eccleſia Dei & iudicant. De Ciuit. Dei Lib. 20. cap. 9.

modo ſederunt in Eccleſia Dei. Nam *ſederunt ſuper Cathedras ſuas*, certè non extra Eccleſiã Dei, ſed in ea. De his enim, qui intus, id eſt, in Eccleſia Dei ſunt, iudicârunt. Deniq; Ioãnes in Apocalypſi *vidit Sedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis.* Quæ verba Auguſtinus in hunc modum interpretatur. *Non hoc putandum de vltimo iudicio dici, ſed Sedes Præpoſitorum, & ipſi Præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiẽdum videtur, quàm id quod dictum eſt: Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt & in cælo, & quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo. Vnde & Apoſtolus: Quid enim mihi eſt (inquit) de his, qui foris ſunt, iudicare? Nam de his, qui intus ſunt, vos iudicatis.* Si ergo Præpoſiti, per quos Eccleſia nunc gubernatur, ſedent ſuper Sedes ſuas in Eccleſia Dei: non eſt continuò Antichriſtus, quicunque in Eccleſia Dei ſedet. Quid ergo eſt? Vtique Antichriſtus non tantùm ſedet in Eccleſia, ſed etiam *ſedet ibi, vt Deus.* Ita enim Paulus ſcribit

ὡς θεὸν

ſecũdùm Græcos codices: *Adeo vt tanquàm Deus in Templo Dei ſedeat, oſtentans ſe, quòd ſit Deus.* Nos autem negamus, Papam *oſtentare ſe Deum*, aut *ſedere tanquàm Deum in Eccleſia.*

Proteſtantiũ mala fides.

Sedet enim in Eccleſia quidem, ſed vt miniſter Dei, non *vt Deus*. Hoc verbum (*vt Deus*) aduerſarij prætermittunt ſuo more, quando iniuſtiſsimè accuſant Papam, qui ſeipſum non modò miniſtrum Dei agnoſcit, verùm etiam fatetur, ſe *illo ſublimi & excelſo miniſterio indignum eſſe.* Antichriſtus verò apud Paulum appellatur primùm *Homo peccati*, vt in vera illius hominis natura, peccati etiam malitia ineſſe intelligatur. Sed cùm hoc videretur eſſe commune cum multis, pergit Apoſtolus ad deteriorem ipſius conditionem, & eum appellat *Filium perditum.* Sed in quo genere perditum? In eo ſanè, quòd *aduerſatur*. Et cui, obſecro, aduerſatur, niſi Deo, & Chriſto eius? Sed in quo gradu aduerſatur? In omnium peſsimo: nimirum *in extollendo ſe ſupra omnem Deum & omne numen.* Adeo vt non ſtet modò, ſed etiam *ſedeat*, non in aliquo inferiore domus loco, ſed *in ipſo Dei Templo*, id eſt, in ſummo faſtigio Domus Dei: & id non tanquàm miniſter, ſed *tanquam Deus*: nec hoc, velut qui verbo tenus ſimulet ſe Dei miniſtrum, & interim re vera Dei honorem ambiat, ſed vltro præ ſe ferens, & ſignis prodigijſq; *oſtentans ſe quòd ſit Deus.* Imò cùm ſoli Deo templa erigantur: Antichri-

In Daniel. 11. Antichriſtus ſibi ipſi eriget templa.

ſtus templa ſibi ipſi eriget, vt præclarè notauit Theodoretus. *Deum Maozim in loco ſuo venerabitur: & faciet, vt muniat Maozim cum Deo alieno, quẽ nouit.* Antichriſtus (inquit Theodoretus) *ſeipſum appellabit Deum Maozim, id eſt, fortem & potentem. Illud enim (in loco ſuo) pro (ſeipſum) poſuit. Eriget enim ſibi Templa, & argento & auro, & lapidibus pretioſis ipſa ornabit.* Certum verò eſt, nullum vnquàm Põtificem Romanũ ſibi ipſi tanquàm Deo tẽpla erexiſſe, & ita ſediſſe in illis, vt Diuinitatis honorem ex ea re ſibi arrogaret. Itaq; ſi prima cum poſtremis coniungimus, Antichriſtus vocatur aduerſarius omnium perditiſsimus, & ſuperbiſſimus, vt qui apertè profitetur, ſe aduerſarium eſſe Chriſti, & adeo nõ eſſe miniſtrum illius, vt Eccleſiam Chriſti velit ſuam ipſius Eccleſiam fieri, eò quòd ipſe non ſolùm velit tacita quadam opinione Deus haberi, ſed etiam rebus ipſis *oſtentet ſe quòd ſit Deus*, ac templa ſuo nomini dedicanda curaturus ſit. Quæ cùm ita ſint, videamus quàm bellè hinc probent Aduerſarij, Papam eſſe Antichriſtum.

Illyricus in Catalogo teſtium Pag. 3.

Quis alius ſe in Eccleſia Dei extulit, exaltauit, & oſtentauit, quàm Papa?

RESPONSIO.

Si nemo alius adhuc ſe ita extulit in Eccleſia Dei, vt Scripturæ ſacræ teſtantur facturum eſſe Antichriſtum: illud non probat, Papam eſſe Antichriſtum, ſed potius declarat, Antichriſtum nõdum eſſe reuelatum. Papam verò negamus inſtar Antichriſti ſeipſum extuliſſe, quia nimirum non ille ſeipſum, ſed Chriſtus illum extulit, dicens ad Petrum (cui Papa ſucceſsit) *Tu vocaberis Cephas, tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo Claues regni cælorum, & tu conuerſus confirma fratres tuos, & amas me plus his? Paſce oues meas.*

Si ergo

Si ergo negem, Papam in Eccleſia Dei ſeipſum extuliſſe, dicam verò, Chriſtum eſſe, qui extulerit Papam: ſtatim corruit hæc Proteſtantium fabrica, quã ipſi velut præclarum aliquod opus admirantur, & ſuſpiciunt. Sed præterea vt probent, Papam eſſe Antichriſtum, non ſatis eſt dicere, illũ *ſe extuliſſe, exaltaſſe, & oſtentaſſe in Eccleſia Dei.* Nam hoc etiam Paulus ab aduerſarijs prouocatus, fecit. Verùm oportet addere, quòd *aduerſetur* Chriſto, idque in ſummo gradu, videlicet *in extollendo ſe ſupra omnem Deum, & ſedeat in templo Dei tanquam Deus, oſtentans ſe, quòd ſit Deus.* Hæc omnia ſi patefecerint, iam fatebimur, Papam eſſe Antichriſtum. Nunc autem non ſolùm dico, nihil omnino adferre Proteſtantes, quod Papam conuincat *ſe extuliſſe ſupra omnem Deum, aut ſedere in Eccleſia tanquàm Deum:* ſed etiam ipſi probè ſciunt, Papam non ſibi aliquam Diuinitatem tribuere aut vendicare. Qui verò non ſedet in Eccleſia, tanquam Deus, ille non eſt Antichriſtus. Nec tamen putandum eſt, quòd Eccleſia Dei vnquam habitura eſt Antichriſtum pro vero Deo. Ille enim ſedebit in Eccleſia velut Tyrannus, cui omnes fideles & Catholici, præcipuè autem Eccleſia Romana contradicet. Hæc enim eſt Petra, aduerſus quam non præualent portæ inferorum. Itaq; Cyrillus rectè negat, Antichriſtũ in Chriſti Eccleſia ſeſſurũ, quia videlicet Eccleſia Chriſti, quæ in eius fide manſerit, non agnoſcet Antichriſtum pro legitimo Iudice.

Galat. 1. & 2. itemque 2. Corin. 10. 11. & 12.

Catech. 15.

De ſignis & prodigijs Antichriſti: & decima-nona Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quia nihil ſtupendum & prodigioſum hactenus in eum finem geſſit, quem Antichriſtus præcipuè ſibi proponet.

CAPVT XXVIII.

QVoniam finis cauſarum omnium præcipua eſt: antequam de ipſis Antichriſti prodigijs loquar, finem ipſum exquiram, ad quem illa prodigia ab Antichriſto diriguntur. Is verò cùm ſe extollat ſupra omnẽ Deum, atq; oſtentet ſe, quòd ſit Deus: liquidò apparet, eum ſigna & prodigia ſua in finem eum operari, vt Diuinitatis ſuæ opinionem confirmet. Vnde Ambroſius ait: *Antichriſtus imitabitur Deum: vt ſicut filius Dei Diuinitatẽ ſuã homo natus vel factus ſignis ac virtutibus demonſtrauit, ita & Satanas in homine apparebit, vt virtutibus mendacij oſtendat ſe Deum.* Pontifex autem Romanus hac in re nihil commune cum Antichriſto habet. Nec enim quiſquã Pontificũ Romanorũ miracula quæpiã in eum finem operatus vnquam eſt, vt ex ea re Deum ſe credi vellet. Alioqui huius eorũ conatus aliquod ſaltem veſtigium aliquando vel ab ipſis editum, vel ab alijs deprehenſum fuiſſet. Nunc autẽ ne aduerſarij quidem tale aliquid confingere poſſunt, nedum cordatis viris idipſum probabunt. Si quid ergo admiratione dignum Papæ geſſerunt, cùm in eũ finem, qui potiſſimùm propoſitus fuit Antichriſto, id non geſſerint: nihil hoc ad rem, qua de agitur, ſpectat.

In 2. Theſ. 2.

In quem finẽ miracula operatur Antichriſtus.

Vigeſima Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quia in alterius nomine Antichriſtus, in alterius verò Pontifices Romani miracula ſua ediderunt.

CAPVT XXIX.

NEgari non poteſt, Pontifices Romanos mirabilia quædam opera interdum feciſſe. Verùm illi omnia fecerunt in Ieſu Chriſti nomine, Chriſtum agnoſcentes earum rerum operatorem, ſe autem miniſtros tantum eſſe. Tale eſt, quod Gregorius Magnus de S. Ioanne Papa narrat, quem refert *ad auream portam Conſtantinopolitanæ vrbis in cõſpectu omniũ roganti cæco lumẽ reddidiſſe, & manu ſuperpoſita oculorũ tenebras fugaſſe.* Ille enim Papa Ioannes adeo in Chriſti nomine hoc miraculum fecit, vt etiam pro Chriſti nomine vitam poſtea impenderit. Nã idem Gregor. ait, *Theodoricum Regem Africanum Ioannem Papã iniuſte iudicando & affligendo in cuſtodia occidiſſe.* Præterea idem Gregorius refert, Agapitum Papam poſt Miſſarum ſolẽnia, *curaſſe mutum & claudum in virtute Domini ex adiutorio Petri.* Similia de alijs Pontificibus Romanis alij etiam Hiſtorici recenſent. *Victorem ſecundum* Lambertus Schafnaburgenſis narrat, *tam diu ad orationem cum populo, inter Miſſarum ſolennia proſtratum eſſe, donec Subdiaconus paulò antè à dæmonio correptus liberaretur.* Idem Lambertus refert, ſigna & prodigia per orationes Gregorij Papæ Septimi frequentius facta eſſe. Idem de illo teſtatus eſt & Gulielmus Hiſtoricus, Vincentius Gallus, & Martinus Polonus. Celeſtinum etiam quintum miraculis claruiſſe, Platina teſtatur. Sed hi omnes, & quicunq; alij Pontifices Romani res mirandas vel viui, vel cum Chriſto in cœlis agentes, patrârunt: certè patrârunt eas *in Chriſti nomine*, quod & inuocârunt ſemper, & confeſſi ſunt.

Dial li. 3. c. 2.

Papa operatur in Chriſti nomine.

Dialog. li. 4. cap. 30.

Dial. li. 3. c. 3.

An. D. 1054.

Antichriſtus nihil facit in Ieſu Christi nomine. 1. Iohan. 2. & 4. At verò Antichriſtus non faciet ſua ſigna & prodigia in nomine Ieſu Chriſti Nazareni. Quomodo enim hoc faceret, *cùm negaturus ſit, Ieſum eſſe Chriſtum?* Cùm ergo Pontifices Romani ſub ſolo Chriſti nomine omnia ſua miracula ediderint, ſub cuius nomine Antichriſtus nihil faciet: ex hac etiam re conſtat, Papam non eſſe Antichriſtum. Magdeburgenſes fatentur, Pontifices Romanos miracula ſub nomine Chriſti edere. Sic enim ſcribunt: Cent. 1. lib. 2. c. 4. Pag. 436 *Vt autem his fidem faciant* (Pontifices Romani) *edēt miracula virtute diaboli, nihilominus ſub nomine Chriſti.* Quòd dicunt Epiſcopos Romanos *edituros miracula ſub nomine Chriſti:* accipimus quod dant, & verū eſſe cōfitemur. Quòd verò addūt, illos ea miracula edituros *virtute diaboli:* negamus, diabolum dare virtutem iis rebus, quæ ſub nomine Chriſti fiunt. Hoc enim eſſet ſuum Regnum deſtruere, & Chriſti Regnum corroborare. *Si Satanas* (inquit Chriſtus) Matth. 12. *Satanam eycit, aduerſus ſe diuiſus eſt.* Itaque videant Proteſtantes, ne *peccent in Spiritum ſanctum*, dum miracula ſub Chriſti nomine facta, diaboli virtute fieri dicunt. Abſque omni controuerſia Satanas nunquàm Ieſu Chriſto (cuius vel nudam nominis vmbram ferre non poteſt) eum honorem deferet, vt ſub nomine illius miracula ſit editurus. Lib. 4. c. 27. Nam (vt rectè dicit Damaſcenus) *non pro Chriſto veniet, ſed aduerſus Chriſtū & eos qui ſunt Chriſti: propter quod & Antichriſtus dicitur.* Si autem ſub nomine Chriſti miracula ederet, non eſſet aduerſus Chriſtum, ſed pro Chriſto. Luc. 9. Nam cùm Ioannes diceret ad Ieſum: *Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eycientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum: ait ad illum Ieſus: Nolite prohibere. Qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt.* Nota. Chriſtus negauit, illum eſſe aduerſum ſe, qui eijceret dæmonia in ipſius nomine. Satanas verò eſt aduerſus Chriſtum: igitur in Chriſti nomine Satanas nunquàm eijcit dæmonia. Quod autem Satanas non facit in prodigijs edendis: nec Antichriſtus faciet. Nam 2. Theſſal. 2. in Satanæ virtute Antichriſtus edet prodigia ſua. Papa igitur, qui ea miracula, quæ facit, in Chriſti nomine facit, non eſt Antichriſtus.

Vigeſima-prima Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quia Papa non edit miracula per artem Magicam in conſpectu hominum, vt Antichriſtus faciet.

CAPVT XXX.

2. Theſſal. 2. Triplex Satanæ potētia. ADuentus Antichriſti (ait Paulus) *eſt in omni virtute* (ſeu potentia) *in ſignis & prodigijs mendacibus.* Potentia verò Satanæ, quæ tota conferetur Antichriſto, partim veneficа eſt & ementita, nō aliqua veritate, ſed ſola ſpecie conſtans: partim prodigioſa eſt, quæ occultas naturæ vires non excedit; partim denique tyrannica & violenta eſt, quæ vim corporibus, non item animis, infert. Quod ad ementitam & fucatam Satanæ potentiam attinet, illa talis eſt, qualem in præſtigiatoribus videmus eſſe. Et in hac quidem tùm Satanas excellit, tùm Antichriſtus primas feret. Vnde Theodoretus in illa Pauli verba ſcribens: *Ea* (inquit) *quæ futura ſunt, Paulus docet, non fore vera miracula. Talia autem faciunt & præſtigiatores. Oſtendunt enim aurum, quod verè aurum non eſt.* Ad hoc genus miraculorum Aretas illud refert, quod in Apocalypſi de Antichriſto ſcribitur: Apocal 13. *Et fecit ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cælo deſcendere in terram in conſpectu hominum.* Vbi Aretas verba illa (*in conſpectu hominum*) ſic interpretatur, *intuentium oculos faſcinando.* quodque ſequitur: *Datum eſt illi, vt daret ſpiritum imagini beſtiæ, & vt loquatur imago beſtiæ:* Aretas putat, imaginem beſtiæ re vera locuturam eſſe, ſicuti olim per Apollonium Magum, aliósque eiuſmodi artifices tùm arbores, tùm aquæ dicuntur loquutæ. Quapropter myſtica illa interpretatio, quam Bullingerus & cæteri Proteſtantes his locis accommodant, vt ea Romano Pontifici quoquo modo conuenire perſuadeant, non eſt propria huius loci, cùm hîc agatur non de ſpiritali & interna poteſtate, quam Antichriſtus nullam habet, ſed de illa, quæ *in conſpectu & auribus hominum* neceſſariò exercetur, vt per iſtos ſenſus externos, opinionem quandam de poteſtate & Diuinitate Antichriſti multitudo imbibat. Nunquàm verò legitur quiſpiam Romanorum Pontificum conatus eſſe, vt ignem in conſpectu hominum deſcendere in terram faceret. Nunquàm eorum quiſpiam curauit, vt imago beſtiæ loqueretur. Nunquam illi præſtigiatricem illam artem in conſpectu hominum exercuerunt. Nam ſi quis fortè illorum curioſitate iſta priuatim delectatus

lectatus eſt, tamen neq; *in conſpectu hominũ* quippiã eiuſmodi fecit, neq; gloriã inde & famã aucupatus traditur, imò timuit potius infamiã, & ideo lucẽ fugit. Caput eſt, quòd cùm Antichriſtus artẽ Magicam, qua præcipuè vtetur, condemnare nõ poſsit: tamen inter oẽs conſtat, Pontifices Romanos nec vnquã artẽ Magicam & præſtigiatricẽ approbaſſe, ſed potius eam velut impiam execratos eſſe, & oẽs libros, qui illam artem docent, inter prohibitos & hæreticos retuliſſe: nec in iſta facultate principes & oĩm hominũ peritiſsimos habitos eſſe. Certum verò eſt, quòd Antichriſtus omni Satanæ potentia inſtructus, quicquid faciet, ita illud in ſuo genere omnibus numeris abſoluet, vt nihil poſsit à quoquã mortalium fieri excellentius. Non ita verò excelluerunt Romani Pontifices in arte præſtigiatrice, quam ſemper oderunt, & deteſtati ſunt: non ſunt igitur illi Antichriſtus.

Vigeſima-ſecunda Demonſtratio, quòd Papa, qui per ſecretas naturæ vires aliqua prodigia non operatur, non ſit Antichriſtus.

CAPVT. XXXI.

ALtera via & ratio, qua per Satanæ potentiã prodigia quædã operabitur Antichriſtus, ea eſt, dum occultas rerũ cauſas (quas Angeli & Dæmones accuratius nouerunt) in lucẽ certis quibuſdã modis producet. Cùm enim Diabolus optimè perſpectũ habeat, quàm ſtupendas res illa velut ſecreta naturæ cõtineant, quidq; elementorũ cõmixtiones, & variæ aliarum eiuſmodi rerum ſeminariæ rationes efficere queãt, hanc oẽm facultatẽ (Deo permittente) Antichriſto ſuo tradet. Atque huc ſanè referri poſſunt illa miracula, quæ Sapientes & Magi Pharaonis operati ſunt in illa ſua contentione cum Moyſe & Aarone. Certum quippe non eſt, quòd illi Magi ſolùm præſtigias ſpectantium oculis adhibuerint, cùm Scriptura dicat, *Magorum etiam virgas in dracones verſas eſſe, & eos quoq; aquam vertiſſe in ſanguinem. Et, eduxiſſe ranas ſuper terram AEgypti.* Quod autẽ Scriptura factũ eſſe narrat, difficile eſt, vt nos negemus factum eſſe, aut in ſpecie ſola, & nullo modo re ipſa factum eſſe dicamus. Itaq; Auguſtin. de iſtis rebus diſputans: *Inſunt* (inquit) *corporeis rebus per omnia elementa mũdi quadam occulta ſeminaria rationes, quibus cũ data fuerit opportunitas temporalis atq; cauſalis, prorumpunt in ſpecies, debitas ſuis modis & finibus.* Quæ etiã de re multò latius tractat in Lib. 3. de Trin. c. 7. & 8. Hæc aiũt potentia, quæ naturalem Satanæ intelligentiam non ſuperat, quæq; per eũ Antichriſto cõmunicabitur in ſummo gradu, non ita eſt communicata Pontificibus Romanis, vt ij ſoli vicerint oẽs mortales in hac occulta Philoſophia. Quin potius Agrippa, & Cardanus, & Paracelſus, & multi præterea tùm Græci, tùm Latini Scriptores, vel ſinguli hac in re plus & laborãrũt, & profecerũt, quàm oẽs ſimul Romani Pontifices, qui ab ætate D. Petri vſq; ad hunc diem in Eccleſia Romana ſederũt. Itaq; cùm certiſsimum ſit, Antichriſtum in hac prodigioſa facultate omnes, qui vſpiam ſunt, aut fuerint, à tergo relicturum: alij verò permulti Romanos Pontifices in hac arte vicerint, imò nullus Romanorum Pontificum vel tenuiter in ea verſatus eſſe reperiatur: ſatis perſpicuè vel inde elucet, Papam non eſſe Antichriſtum. Reſtabat iam, vt de violenta & tyrãnica poteſtate Antichriſti agerẽ, niſi quòd in opportuniorẽ locũ ea diſputatio differetur.

Exod. 7 & 8.

In quæſt. ſuper Exo c. 21.

Vigeſima-tertia Demonſtratio, quòd Papa, qui non intelligit ænigmata inſtar Antichriſti, nequaquam ſit Antichriſtus.

CAPVT XXXII.

DAniel ait: *Cùm creuerint iniquitates, conſurget Rex impudens facie, & intelligens propoſitiones, ſiue ænigmata.* Quibus verbis docemur, Antichriſtum illa ſeculari ſcientia refertum fore, quam curioſiſsimi quiq; viri maximè admirantur. Ille enim exponet Virgilianum illud ænigma, & alia eiuſmodi: Daniel 8.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cæli ſpatium, non amplius, vlnas.

Horum quippe ænigmatum ſcientia coram hominibus peritum hominem inflat, cùm reuera nihil magnum in receſſu habeat. Cùm verò abundè conſtet, Papam non æquare, nedũ excellere vel mediocres Grãmatiſtas, aut Philoſophaſtros in hac arte: conſtat etiam, illum non eſſe Antichriſtum.

Vigeſima-quarta Demonſtratio, quòd Papa, qui miniſtros & tortores miracula operantes non habet, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XXXIII.

Apocal. 13. IN Apocalypſi non modò Antichriſtus ipſe docetur ſigna editurus, verùm etiã *beſtia* ſeu
multitudo impiorum, quæ paret Antichriſto. Vnde etiã Chriſtus: *Exurgent* (inquit) *Pſeu-*
Matth. 24. *dochriſti & Pſeudopropheta, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem mittantur, ſi*
fieri poteſt, etiam electi. Pſeudoprophetæ autem iſti quanquam per ſingula ferè ſecula extitiſſe
leguntur, in maxima tamen copia ſub Antichriſto erunt: quo tempore etiã tortores ipſi, &
carnifices Antichriſti, miracula faciẽt. *Penſemus* (inquit Gregorius) *quæ erit humanæ mentis*
In Iob. lib. 32 cap. 12. *illa tentatio, quando pius Martyr & corpus tormentis ſubyciet, & tamen ante eius oculos tortor mi-*
raculo fortit? Cuius tunc virtus non ab ipſo cogitationum fundo quatitur, quando is, qui flagris cru-
ciat, ſignis coruſcat? Talia ſigna in Romani Pontificis tortoribus (quos tamen nullos habet) nõ
elucent: qui more cæterorum totius Eccleſiæ Antiſtitum & fidem, quam accepit, prædicat,
& Sacramenta ſolenni Maiorum more adminiſtrat: nec aut ipſe, aut miniſtri eius in ſigno-
norum potentia confidunt.

Vigeſima-quinta Demonſtratio, quòd Papa, cuius Apoſtolatus ſigna omnes naturæ vires longo interuallo ſuperant, non ſit Antichriſtus.

CAPVT XXXIIII.

AVdiuimus, cuiuſmodi futura ſunt prodigia, quæ Antichriſtus operabitur. Videamus iã,
qualia ſint illa miracula quæ Antichriſtus operari non poterit. Niſi enim eſſent quæ-
dam talia, quæ neminem fallere aut ſeducere poſſent, non dixiſſet Filius Dei: *Ipſa opera,*
Iohan. 5. & 10. *quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me, & ſi mihi non vultis credere, ope-*
ribus credite: vt cognoſcatis, & credatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre. Quæcunq; igitur
miracula per ſolam poteſtatẽ Diuinam ſuper totius naturæ vires fiunt, ea non poteſt facere
2. Theſſal. 2. Antichriſtus, quia is *non venit in nomine Dei Patris*: hoc eſt, cum aliqua Diuina poteſtate,
ſed ſecundùm operationẽ Satanæ in proprio nomine & authoritate. Quid ergo Pontifices
Romani? Verùm aliqua miracula operati ſunt, quæ ſolùm Diuina poteſtate fieri potuerint?
Fecerunt quidem talia nonnulli eorum, vt Ioannes Papa, Agapetus, Gregorius Magnus, &
alij permulti. Sed cùm mihi iam non ſit in animo, ſingulorum (quibus hæc gratia diuinitus
tributa eſt) res geſtas percurrere: tantùm illa recenſebo, quæ ad totã Pontificum ſeriem ex
Verum Dei miraculum æquo pertinent. Res admiranda meritò viſa eſt ſanctis Patribus, quòd duodecim idiotæ
neq; armis, neque ſcientia, neque eloquentia humana præditi, mundo vniuerſo perſuaſerunt,
vt Dijs omnibus, ac ſuperſtitioni auitæ, vt luxuriæ, ambitioni, auaritiæ, cæteriſque volupta-
tibus ſeculi renũtians, in Crucifixum crederet, pœnitẽtiam ageret, per anguſtam viã intrare
cõtenderet, ac deniq; in humana carne Angelicam vitam agens, inuiſibilia ijs, quæ videban-
tur, anteferret. Si hoc erat ſolius Dei, & non Satanæ opus: quis neget, illos Pontifices Roma-
nos, qui per annos mille quingentos in vinea Domini tã fructuoſe hanc ipſam rem ab Apo-
ſtolis inchoatam, continuârunt, & ſarctam tectam hactenus tutati ſunt, Dei ſolius, & nullo
modo Satanæ adminiſtros fuiſſe?

Principio cùm duodecim Apoſtoli debuerint aggredi vniuerſum orbẽ, caput orbis tunc
erat vrbs Roma, ob Imperium potentiſsimum, quod ibi vigebat. Caput igitur Apoſtolorum
Petrus, ad caput Romani deſtinatur Imperij, vt cuius Apoſtolici chori ſingula membra in-
feriores quaſdã gentes Chriſto ſubijcere debebant, eiuſdẽ chori Princeps principẽ locũ ſuo
Domino ſubiugãdum ſortitò caperet. Petrus verò etſi cũ Coapoſtolo & adiutore ſuo Pau-
lo præclariſsima huius victoriæ fundamẽta in vrbe Roma iecerat, non tamẽ vniuerſam vrbẽ
reliquit Chriſtianã: vt ne putares, Apoſtolos tantùm, ac non etiam ſucceſſores eorum Chri-
ſto hac in cauſa vtile miniſterium præbuiſſe. Cùm igitur Succeſſores Petri eam fidem, quæ
in vrbe Roma primùm ab Apoſtolis prædicata eſt, paulatim ſemper diſſeminârint & auxe-
rint, donec vniuerſam vrbẽ, nec vrbẽ tantùm, ſed præterea totũ Occidentẽ & Septentrionẽ,
deturbatis vbique idôlis, Chriſto ſubiugarent: certumq; ſit, nõ aliũ dediſſe incrementũ huic
operi, quàm eum, à quo primùm diuinitus inchoatum erat: negari non poteſt, quin latiſsima
1. hæc fidei Catholicæ per Italiã, Siciliã, Gallias, Hiſpanias, Britãnias, Gothiã, Daniam, Germa-
niamq; omnẽ diffuſio & propagatio, quæ Pontificũ Romanorũ opera potiſsimùm facta eſt, &
conſer-

conſeruata, verū Chriſti miraculū, & non fictū aut mēdax Antichriſti portentū exiſtat. Ro- [Vera Pontificum Romanorum miracula.]
mani ergo Pōtifices miniſtri ſunt Chriſti, & non præcurſores Antichriſti, multoq; minus
ipſe Antichriſtus. Quàm præterea ſtupendum illud atq; admirandum eſt, quòd cùm cæte-
rorū Apoſtolorū ſucceſsiones vbiq; defecerint: ſola tamē Eccleſia Romana tot ſeculis im- 2.
mota perſeuerās, pluſquā ducentos & 30. Pontifices enumerat, quorū neminē aut Archihæ-
reticū viderit, aut hæreſin aliquā è Cathedra Petri docentē audiuerit? aut ſi fortè quiſpiam
vnus prauū aliquid vel ſecretò ſenſiſſe, ac literis mādaſſe dicebatur: illū in ea re vel imitata
ſit, vel patienter vnquā tulerit, ſed vſq; ad generis humani, & totius orbis notitiā reſtiterit
ſemper, ac reclamarit, donec diſperſa & prorſus effugata omni erroris nebula, Catholicæ
veritatis lux tùm in candolabro Eccleſiæ Romanæ palàm cōſtitueretur, tùm inde omnibus,
qui in domo Dei eſſent, perſpicuè reluceret. Hoccine Antichriſti opus aut prodigiū fuit?
Quid ergo ſimile Chriſtus fecit? Perpende mihi iam & iſtud, quòd nullus vnquàm illuſtris 3.
Epiſcopus aut Paſtor fuit, vel de Græca olim, vel vnquàm de Latina Eccleſia, qui non & vi
xerit, & mori elegerit in cōmunione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ? Qui tamen omnes ab An-
tichriſto abhorrebant, quia Chriſtum ſuper omnia dilexerunt. Certè conſenſus ille tot vi-
rorum tam inſignium non niſi à Spiritu ſancto eſſe poterat, qui facit *vnanimes in domo, &*
idipſum ſapere in Domino. Hæc igitur vera Ieſu Chriſti miracula cùm in Eccleſia Romana
effulgeant: vereor, ne illi peccent in Spiritum ſanctum, qui res tam diuinas non dubitant in-
ter fucata & ementita Antichriſti portenta collocare. Nobis autem, qui credimus, *omne da-* [Iacob. 1.]
tum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſſe, ac deſcendere à Patre luminum, neceſ-
ſe eſt confiteri, quòd cùm in Eccleſia Romana ſit perpetua & nunquàm interrupta iam in-
de ab Apoſtolis ad nos vſque tam doctrinæ Apoſtolicæ, quàm Pontificum ſucceſsio, cùm
ibi ſemper fuerit, hodieq; ſit donum cōuertendi Paganos, cùm nulla vnquā hæreſis illic re-
cepta & approbata fuerit: cùm omnes Catholici Patres eandem omni ætate coluerint, &
obſeruarint: illius Eccleſiæ Pontifices nullo modo poſſunt eſſe ipſe Antichriſtus.

Vigeſima-ſexta Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quia Enoch & Helias nondum reſtiterunt Papæ, qui tamen Antichriſto reſiſtent, cùm is aduenerit.

CAPVT XXXV.

ENoch & Elias prædicuntur adſuturi ſub Antichriſti temporibus, vt aduerſus tētatio-
nes eius diabolicas populum Dei muniant. Et ſanè de Elia manifeſtæ ſunt Scripturæ
ſacræ: *Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequàm veniet dies Domini magnus*
& horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam, [Malach. 4.]
& percutiam terram Anathemate. Chriſtus etiam dixit: *Elias cùm venerit primò, reſtituet om-* [Marc. 9.]
nia. Vnde Chryſoſtomus cùm dixiſſet, Antichriſtum horribilem futurum à poteſtate, à cru- [In 2. Theſ. 2.]
delitate, & ab iniquis mandatis, mox ſubiūxit: *Ne metuas. In iis, qui pereūt, habebit vires. Nam*
& Helias tum veniet, vt fideles communiat. Eôdem etiam accomodantur ea D. Ioannis verba [Apocal. 11.]
Dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis. In quē
locum Aretas ſic habet: *Fertur ex traditione Præconum Chriſti, quod inuariabiliter in Eccleſia* [Inuariabiliter hoc recipitur à Catholicis, non autem à Proteſtantibus.]
recipitur, Enoch venturum cum Elia Theſbite. Venient enim ambo, vt proteſtentur iis, qui tunc
erunt, ne fallacibus Antichriſti ſignis fidem adhibeant, & in hoc ſuo teſtimonio agent ad tempus
trium annorum & dimidij. Nam mille ducenti ſexaginta dies tantum explent temporis ſpatium.
Gregorius etiam Magnus: *Antichriſti*, inquit, *viam non ſolùm Elias & Enoch, ſed etiam om-* [In Iob. li. 14. cap. 16.]
nes electi arguunt. Quapropter cùm Enoch & Elias nondū venerint, ac multò minus Epiſco-
pis Romanis ſe oppoſuerint: certum etiam eſt, Epiſcopos Antichriſtum non eſſe. Nā quòd
Lutherani quidā volunt, Lutherum velut Eliam quendam extitiſſe, præterquam quòd illi
ipſi nō credunt, eum fuiſſe Eliam Theſbitem qui expectatur: etiam Zuingliani & Caluini-
ſtæ negabunt, eum fuiſſe omnino Prophetam aut Apoſtolum Chriſti.

Vigeſima-ſeptima Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quia hæretici, qui ſunt exercitus Antichriſti, non pugnant pro Papa, ſed potius contra illum.

CAPVT XXXVI.

ANtichriſtus exercitu quodam ſuo munitur & roboratur, ſecundùm quod ſcriptum eſt:
Et veniet in multitudine magna, vt conterat & conficiat plurimos. Atq; huc ſanè pertinet [Danielis 11.]
abominatio illa deſolationis, quæ in diebus Apoſtolorū velut in typo quodā præceſsit,

quando Hieruſalem terrena circundata eſt ab exercitu Romanorum. Quod enim dicitur apud Matthæum: *Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto:* idipſum D. Lucas explicat his verbis: *Cum videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote, quia appropinquauit deſolatio eius.* Exercitus ergo Romanus circundans Ciuitatem ſanctam, fuit typica quædam abominatio deſolationis: ſed exercitus Antichriſti circundans Eccleſiam, eſt vera deſolationis abominatio. *Exercitus autem Antichriſti,* ait Chryſoſtomus, *ſunt omnes hæreſes.* Imò *omnes,* inquit Ambroſius, *ſunt Antichriſti, qui prauo nos interpretatione ſeducunt, & ideo qui legit intelligat.* Ac ſanè Chriſtus ita miſcet *Pſeudoprophetorum* nomen cum *abominatione deſolationis:* vt facilè appareat, vtramq; rem non multum ab altera differre. Itaq; Hieronymus ibidem ait, *Abominationem deſolationis intelligi poſſe omne dogma peruerſum.* Cùm ergo hæreſes atq; hæretici meritò habēdi ſint ſpiritalis quidā exercitus Antichriſti: certè quò quiſque longius abeſt ab hæreſibus & hæreticis, eò minus communicat cum Antichriſto. Nulla verò Eccleſia in toto mundo nominari poteſt, quæ ſit ac ſemper fuerit ab hæreſibus immunior, quàm Romana Eccleſia, quæ nunquàm hæreſim vllam recepit à Simone Mago vſque ad Martinum Lutherum & Zuinglīū. Romanæ autem Eccleſiæ Paſtor & Rector Papa eſt. Papa igitur ab hæreſi, & ideo etiam ab Antichriſto longiſsimè abeſt: nedum ipſe Papa eſt Antichriſtus.

Matth. 24.
Luc. 21.
Exercitus Antichriſti
In Oper. imperfecto. Homil. 49.
Ambroſ. in Luc. lib. 10. cap. 21.

De ſeculari ſtatu Antichriſti, & vigeſima-octaua Demonſtratio, quòd Papa non ſit Antichriſtus, quoniam Papa non eſt Rex terrenus, qui oritur ex humili & obſcuro loco, vt de Antichriſto prædictum eſt.

CAPVT XXXVII.

Antichriſtus eſt terrenus Rex.

HActenus ſpiritualem Antichriſti ſtatum vtcunque ex Scripturis ſanctis decerpſimus. Nunc verò cùm de ciuili & ſeculari eiuſdē ſtatu acturi ſimus, ab eo primùm incipiemus, quod ſcribitur in c. 7. Daniel. *Beſtia quarta habebat cornua decē. Conſiderabā cornua, & ecce cornu aliud paruulū ortū eſt de medio eorū. Porrò decē cornua ipſius Regni decē Reges erūt, & alius conſurget poſt* eos. Et c. 8. *Idē Antichriſtus* appellatur à Daniele *Rex.* Hinc verò colligimus, Antichriſtū eſſe Regē terrenū, quia cōnumeratur cū decē terrenis Regibus, in quos Imperiū Romanū diuiditur, & in medin eorū oriri dicitur: ideoq; appellatur à Hieronymo *vndecimus Rex.* Papa verò etſi temporale quoddam dominiū habet, tamen neque ab origine Papatus ſui fuit terrenus Princeps, nec vnquàm *Regū* nomen ſibi vendicauit, nec territorium ei ſubiectum appellatur *Regnum,* ſed *Patrimonium D. Petri.* Deniq; merum Imperiī ſeu gladij poteſtatem ipſe in ſeipſo velut Papa non exercet, verùm per alios exerceri iubet: eo ipſo agnoſcens, illam quoq; ſeculi poteſtatem, velut ſpirituali ſuæ poteſtati vtilem & ſubſeruientem non illegitimè per operam aliorum adminiſtrari poſſe. Longè igitur ab eo abeſt Papa, vt ſit aut tantùm, aut potiſsimùm Rex terrenus, ſicuti Antichriſtus erit.

In cap. 7. Daniel.

Vigeſima-nona Demonſtratio, quòd Papa, qui ſubitò ad Regnum de obſcuro loco non aſcendit, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XXXVIII.

Daniel. 7.
Apocal. 13.
Daniel. 11.

PRæterquàm quòd Daniel appellat Antichriſtum *Cornu paruulum,* quia principium Regni eius obſcurum erit: etiam liber Apocalypſis dicit, eum *aſcendere de terra,* veluti qui filius terræ ob generis ſui humilitatem habendus ſit. Daniel etiam ſic de eo loquitur: *Stabit in loco eius* (id eſt, in loco Regio) *deſpectus, & non tribuetur ei honor Regius.* Quæ verba licet Porphyrius de Rege Antiocho voluerit intelligi: tamen D. Hieronymus ibidē ait: *Noſtri* (id eſt, Eccleſiaſtici Scriptores) *melius interpretantur, & rectius, quòd in fine mundi hæc ſit facturus Antichriſtus, qui tam humilis erit atque deſpectus, vt ei non detur honor Regius.* Præterea Irenæus dicit, Antichriſtū *de improuiſo venire, & Regnum ſibi vendicare.* Papa verò nō aſcendit de terra, velut paruulum Cornu, ſed poteſtatem ſuam de cœlo, velut magnus ouiū Chriſti Paſtor per Petrum Apoſtolorum Principem traxit, cui Filius Dei claues Regni cœlorum dedit. Nec etiam de *improuiſo venit,* vtpote qui iam per aliquot ſecula Romæ in Cathedra D. Petri conſederat, priuſquàm Patrimonium D. Petri aut Dominium aliquod magnum accepiſſet. Denique nunquàm ſtetit Papa in loco Regio, ac multò minus illo tempopore deſpectus fuit, in quo Dominiū temporale primùm obtinuit. Imò ſemper illum & ob-

In fine lib. 5.

ſeruarunt

ſeruârunt fideles (vt ex omnium ætatum teſtimonijs in lib. 7. huius operis declaraui) & timuerunt Pagani, etiam Imperatores ipſi, vt conſtat ex D. Cypriani verbis, quæ etiam ego citaui in lib. 7. ſub numero marginali 61. Quid multis? Nihil omnino Pontificibus Romanis cum Antichriſto commune eſt. Lib. 4. Ep. 4.

Trigeſima Demonſtratio, quòd Papa, qui neque per dolum, neque per vim obtinuit Regnum, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XXXIX.

Daniel ait de Antichriſto: *Veniet clàm* (ſeu in dolo) *& obtinebit regnum in fraudulentia, & brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & côterentur. Inſuper & Dux fœderis. Et poſt amicitias, cum eo faciet dolum, & aſcendet, & ſuperabit in modico populo, abundantes & vberes vrbes ingredietur.* In quibus verbis ſecundùm Eccleſiaſticos Scriptores (vt Hieronymus ibidem atteſtatur) Antichriſtus docetur ad Regnum aſpiraturus partim dolo, partim vi. Neutro autem modo Papa Patrimonium D. Petri obtinuit, ſed tantùm *ex gratuita Imperatorum liberalitate*, quod nec ipſi Proteſtantes negant. Neque enim aut bello Pontifex illas vrbes, quæ Patrimonium D. Petri dicuntur, ab initio, aut blanditijs & fraudulêtia quæſiuit, vti Antichriſtus dicitur facturus. Nihil igitur eorum, quæ Prophetæ de Antichriſto ſcribunt, ſatis aptè in Pontificem Romanum cadit. Daniel. 11.

Trigeſima-prima Demonſtratio, quòd Papa, qui tres Reges non deleuit, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XL.

A *Facie paruuli Cornu tria de cornibus primis euulſa ſunt*. Quod Angelus poſtea ſic interpretatur, vt conſtet, Antichriſtum *tres de illis decem Regibus* (in quos Romanum Imperium diuidetur) *humiliaturû*. In fine autem Capitis 11. Daniel ſignificat, tria illa Regna, quæ per Antichriſtum humiliabuntur, eſſe Aegyptum, Lybiam, & Aethiopiam. Vnde Hieronymus: *Dicamus* (inquit) *quod omnes Scriptores Eccleſiaſtici tradiderût, vndecimum ſurrecturum eſſe Regem paruulum, qui tres Reges de decem Regibus ſuperaturus ſit, id eſt, Ægyptiorum Regem, & Africæ, & Æthiopiæ, ſicut in conſequentibus manifeſtius dicemus*. Papa verò, qui nullos tres Reges, nedum illos Aegyptiorum, Africæ, ac Aethiopiæ ſuperauit, non eſt proculdubio Antichriſtus. Daniel. 7. In cap. 7. Danielis.

Trigeſima-ſecunda Demonſtratio, quòd Papa, qui ſeptem Regibus potentior non eſt, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XLI.

NOn tantùm tres de Regibus decem Antichriſtus ſuperabit, verùm etiam ſeptem reliquis potentior erit. Daniel enim ait: *Decem cornua ipſius Regni decem Reges erunt, & alius conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus*. Quo in loco Hieronymus ex omnium Scriptorum Eccleſiaſticorum traditione dicit: *Interfectis tribus Regibus, etiam ſeptem alij Reges victori* (Antichriſto) *colla ſubmittent*. Non eſt autem Pontifex Romanus in temporali ſtatu ſuo (de quo iam agitur) potentior vllis ſeptem Regibus, qui regiones vllas poſsident, quæ vnquam ſub Romano erant Imperio: ac propterea non eſt Antichriſtus.

Trigeſima-tertia Demonſtratio, quòd Papa, qui nunquàm in orbe toto velut Monarcha terrenus regnauit, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XLII.

POſtquam Antichriſtus ex decem Regibus, qui ſuberant Romano Imperio, tres deleuerit, ac ſeptem reliquos ad ſuas conditiones perduxerit: ipſe velut nouus Monarcha in Orbe toto regnabit. Nam & Daniel eum inter Monarchas annumerat: *Roborabitur* (inquit) *fortitudo eius, & proſperabitur, & faciet, & dirigetur dolus in manu eius, & cor ſuum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos*. Et, *Faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius*. In quæ verba Hieronymus: *Nullus* (inquit) *Iudæorum abſq; Antichriſto in toto vnquã Orbe regnauit*. Itê D. Chryſoſtomus Antichriſtũ collocat Daniel. 8. & 11.

inter

In 2. Theſſ. 2 inter Monarchas. Nam *vt Regnum Medorum à Babylonijs, Babyloniorum à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis deſtructũ eſt: ita Romanorum ab Antichriſto deſtruẽdum eſſe ait, ac deniq. Antichriſtum à Chriſto delendum eſſe.* Ac ſanè iuſtum Dei iudicium poſtulare videtur, vt cùm carnales Iudæi ſemper exiſtimârint, Meſſiam ſuum in orbe toto dominaturum, cumq; ob illam ſpem Regnum æternum amiſerint: iuſtum (inquam) Dei iudicium videtur poſtulare, vt illa ſua temporali quadam Monarchia non priuentur. Num. 11. Nam vt Deus ijs, qui carnes nimium cupidè flagitabant, coturnices iratus conceſſit, licet dum adhuc eſca foret in ore illorum, ira Dei deſæuiret ſuper eos: ſic etiamſi Monarchia Antichriſti magnam ad extremum pœnam perfidis Iudæis paratura ſit, tamen vota eorum tot ſeculis continuata, nõ videntur omni effectu ſuo caritura. Iam verò Pontifices Romani Monarchiã temporalẽ neque expectant, neque exoptant: tantum abeſt, vt inſtar Antichriſti eandem exerceant.

Trigeſima-quarta Demonſtratio, quòd Papa, qui non perſequitur Sanctos (vt Antichriſtus faciet) minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XLIII.

Cap. 7. S*ancti* (vt ait Daniel) *tradentur in manus cornu paruuli,* (hoc eſt, Antichriſti) *& Sãctos Altiſſimi conteret.* Et (c. 8.) *interficiet robuſtos & populum Sãctorum ſecundùm voluntatẽ ſuam.*

Matth. 24. Chriſtus etiam ait: *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mũdi, neq. fiet.* Deniq. Apocal. 20. Ioannes dicit, Satanam, qui per mille annos ligatus erat, *poſt hoc ſoluendum de carcere ſuo: & exiturum & ſeducturum gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ.* Et c. 13. *Datum eſt illi bellũ facere cum Sanctis, & vincere eos.* Si ergo Sanctos tam immaniter tractabit Antichriſtus, ob hoc ipſum quia ſancti ſunt: non eſt dubium, quin quò ſanctiores erunt, eò grauius illos perſequetur. Quos verò poſt illud tempus, in quo reuelatum fuiſſe Antichriſtum Proteſtantes dicunt, ſanctiſſimos, integerrimos, & omniũ doctiſſimos fuiſſe cõſtat, eos nunquàm eſt perſecutus Papa, ſed duplici potius honore affecit. Hi autem erant *Hilarius Caſorienſis, Beda venerabilis Angloſaxo, Hayma Alberſtatenſis, Hilduinus Abbas S. Dionyſii, Walafridus Strabo, Ionas Aurelianenſis, Berno Augienſis, Humbertus, Lanfrancus Contuarienſis, Regino Hiſtoricus, Rupertus Tuitienſis Abbas, S. Malachias in Hybernia Epiſcopus, S. Bernardus Clareuallenſis, Petrus Abbas Cluniacenſis, Petrus Lombardus, Gratianus, Petrus Comeſtor, S. Dominicus, S. Franciſcus, S. Thomas Cantuarienſis, Hugo de S. Victore, Albertus Magnus, Alexander Alenſis, S. Thomas de Aquino, S. Bonauentura, Ludolphus Saxo, Baldus Peruſinus, Nicolaus Lyranus, Thomas Waldenſis, Ioannes Gerſon, S. Bernardinus, S. Antoninus Archiepiſcopus Florentiæ, Beſſarion Epiſcopus Nicænus, Dionyſius Ricelius Carthuſianus, Ioannes Roffenſis, Thomas Morus, Petrus à Soto, Staniſlaus Hoſius,* & alij penè innumerabiles, quorum neminem Papa vnquam perſecutus eſt, ſed omni potius obſeruantia coluit: cùm tamen ſi vllos omnino Sanctos tyrannide aliqua oppreſsiſſet, hos omniũ Sanctiſsimos præterire non debuerit. Nam quòd Bonifacius Octauus *Fraticellos & Dulciniſtas,* ac alij fortè Pontifices Romani alios, qui promiſcuos cõcubitus & exercebãt, & approbabant, perſecuti eſſe leguntur, nõ puto quenquã, qui ſanctus ipſe haberi velit, eiuſmodi monſtra in Sanctorum numero habiturum. Certũ igitur eſt, Papam, qui Sanctos non eſt perſecutus, non eſſe Antichriſtum. Ioannem verò Hus & Hieronymum Pragenſem non tam Papa, quàm Synodus Cõſtantienſis Magiſtratui ſeculari tradidit: alioſque infinitos Lolhardos, & Sacramẽtarios, qui nuper in tota Europa ignibus traditi ſunt, nõ Papa & Epiſcopi, ſed politici magiſtratus & Chriſtiani Reges neci dederunt. Papa enim vitæ ac necis poteſtatem in eos, qui extra eius territorium degunt, nõ habet, nec talẽ aliquam poteſtatẽ Eccleſia vllibi exercet. Cùm igitur Antichriſtus ob cædẽ corporalem Sanctorũ præcipuè infamis habeatur; Papa verò nec Sãctos vllo modo perſequatur, nec vllos omnino per Eccleſiaſticam poteſtatem ſuam interficiat: longiſsimè ab eo abeſt, vt ipſe Antichriſtus ſit.

Trigeſima-quinta Demonſtratio, quòd Papa, qui non prohibet aliquos baptizari, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XLIIII.

AD perſecutionem Antichriſti hoc vel maximè pertinet, vt non patiatur, Baptiſmum Chriſti vel paruulis, vel adultis adminiſtrari: vnde Hyppolitus putat, Antichriſti ſigillum tale fore, vt quiſque cogatur dicere: *Nego Baptiſma.* Auguſtinus etiam: *Nonnulla* (inquit).

(inquit) *qualis ia eſt, vtrùm quando Satanas ſolutus totis viribus ſæuiturus eſt, aliquis, in qua non fuerat, ſit acceſſurus ad fidem? Sed quid fiet de paruulis? Id verò potiùs eſt credendū, quòd tā fortes erunt & parentes pro baptizandis paruulis ſuis, & hi, qui tunc primitùs credituri ſunt, vt illum fortem vincant etiam non ligatum, id eſt, omnibus, qualibus antea nunquàm, vel artibus inſidiantem, vel vrgentem viribus.* Hic tametſi Auguſtinus rectè definit, Antichriſtum non obtenturum in ſua perſecutione, quin parentes boni quocunq; modo perducturi ſint paruulos ſuos ad Baptiſmum: tamen manifeſtiſsimè ſignificat, Antichriſtum omni ſtudio, & omnibus viribus, atq; artibus (quod in ſe eſt) curaturum, vt Baptiſmus Chriſti nullis omnino detur. Ac nimirum quis dubitet, quin is, qui aduerſatur Chriſto in ſummo gradu, ſupra modum cupiat, vt ianuam ipſam Sacramentorum omnium occludat, neminemque amplius in Chriſti Eccleſiam introire patiatur? *Quotquot enim baptizantur, Chriſtum induunt*, & eius nomen in hoc mundo illuſtre ac glorioſum reddunt. Papa verò nunquam in vlla gente, vllo tempore conatus eſt impedire, quò minus Chriſti Baptiſmus quàm primùm & paruulis quandocunque, & adultis poſt Catechiſmum ritè traditum, adminiſtretur. Quid quòd tam Lutherus in Homilia de Baptiſmo, & Caluinus in ſuis Inſtitut. quàm Beza in ſua Confeſsione c.7. fatentur, *Deum noluiſſe tantùm licère Satanæ in Papatu, vt Baptiſmum illic aboleret, cùm ibi quoque baptizetur in nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti?* Cùm igitur Proteſtantes fateantur, Baptiſmum in medio Papatu ſatis legitimè adminiſtratum eſſe, non ſit autem è re Antichriſti, vt Baptiſmus in Regno ipſius aut legitimè, aut omnino adminiſtretur: fieri non poteſt, vt Papa ſit Antichriſtus.

De ciuit. Dei lib.20.c.8.

C.17.num.16

Trigeſima-ſexta Demonſtratio, quòd Papa, qui Sacrificium Euchariſtiæ tuetur, & colit, non ſit Antichriſtus.

CAPVT XLVI.

QVO propius Euchariſtia (quæ Chriſti Corpus eſt & dicitur) ad Chriſtū pertinet, eò magis neceſſe eſt illū, qui Chriſto ſummis viribus aduerſatur, Corporis etiā & Sanguinis illius Sacramentū deteſtari. Eſt aūt Euchariſtia ſummus noui Teſtamenti cultus, & Sacrificiū: vti perſpicuè teſtatur & Chriſtus (qui eā loco veteris Agni Paſchalis ſubſtituit, Luc.22.) & Apoſt. 1.Cor.10. Ibi enim confert Euchariſtiā cū Iudæorū & gentiliū Sacrificijs: & 1.Cor.11 ſignificat, Chriſtianos *conuenire* ad Euchariſtiæ celebrationem, velut ad cultum externum, in quo potiſsimùm ſe Chriſtianos eſſe profitentur. Hoc aūt fieri ſolet in Sacrificijs publicis. Porrò Daniel prædixit, quòd *in dimidia hebdomadis deficiet hoſtia & Sacrificiū, & erit in Templo abominatio deſolationis, & vſq; ad conſummationē & finē perſeuerabit deſolatio.* Et c.11. *Brachia ex eo ſtabūt, & pollueni Sanctuariū fortitudinis & auferēt iuge Sacrificiū, & dabūt abominationē in deſolationē: & impij in teſtamentū, ſimulabunt fraudulenter: populus aūt ſciens Deū ſuū, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos.* Et ca.12. *A tēpore tùm ablatum fuerit iuge Sacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta.* In quibus verbis deſtructio Templi Hieroſolymitani & Iudaici cultus ita cōmiſcetur cū totius mundi conſummatione, quā illa Templi deuaſtatio deſignauit; vt vtraq; vaſtitas iiſdem verbis ſimul prædicta ſit, quod etiam ipſe Chriſtus obſeruauit, dum de Tēpli & mundi fine tùm ipſe velut vno eodemq; ſermone diſſeruit, tùm Danielem hæc vtraq; ſimul prædixiſſe admonuit. Quemadmodum verò Chriſtus Moſaicæ legi finem impoſuit, auferens veterem ſacrificandi ritum, qui erat imperfectus, & nouum ſtatuens, qui ob exhibitum & repræſentatum Chriſti ſanguinem, vim habet remittēdi peccata: ſic Antichriſtus Euangelio finē imponere conabitur, ablatoq; iugi Sacrificio Chriſtianorum, in eius locum abominationem ſuam execrabilem ſubſtituet. Sed quia Chriſtus Moſaicæ legis ritum & cultum nō tam abſtulit, vt ne omnino eſſet, quàm impleuit, vt vmbra in corpus, & figura trāſiret in veritatē: idcirco Templi & cultus Iudaici abolitionem voluit eſſe perpetuam, cuius deſolatio perſeueraret vſque ad finem. Quod quidem facilè obtineri potuit, quia deſtructo ſemel Templo, in quo ſolo fas erat Sacrificium immolare, iam nullus in Orbe locus reſtabat, vbi Leuitica ſacrificia ritè incenderentur.

Daniel 9.

Antichriſti brachia auferent iuge ſacrificium.

Matth.24.

Heb 7.

Cæterùm vt legis Euangelicæ robur & firmitas omnibus patêret, permittitur Satanæ ac miniſtro eius Antichriſto, triū annorū & ſex menſiū liberrima perſecutio, intra quod tēpus oēs dolos ſuos, omnem potētiam, & vim exeret contra iugem cultū, quē Chriſtus inſtituit.

illud potius, quod ſecundùm noui Teſtamenti ritum ab ipſo Chriſto inſtitutum, externo miniſterio publicè in Eccleſia offertur, ablaturus dicitur. Nam quod Malachias *mundam oblationem* vocauit, *quæ* non in ſola Iudæa, ſed *in omni loco*, per eos Sacerdotes, qui ex gentibus aſſumuntur (*Iſaia 66.*) offertur Deo: id ipſum Irenæus iam appellauit *Purum Sacrificium:* & per oblationem mundam ſeu purum Sacrificium nihil aliud intellexit, quàm Euchariſtiæ oblationem, quam hodie Miſſam dicimus. Nolo vt mihi hac in re fides habeatur, niſi ipſe Irenæus hoc ipſum affirmauerit. Sic autem ſcribit: *Chriſtus ſuis Diſcipulis dans conſilium Primitias Deo afferre ex ſuis creaturis, (non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi, nec ingrati ſint) eum, qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit dicens: Hoc eſt corpus meum. Et Calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundùm nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui Teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat, Primitias ſuarum munerum in nouo Teſtamento, de qua in duodecim Prophetis Malachias ſic præſignificauit: Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris, quoniam ab ortu Solis vſque ad occaſum nomen meum glorificatur inter Gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & Sacrificium purum: quoniam magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus omnipotens: manifeſtiſſimè ſignificans per hæc, quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo: omni autem loco Sacrificium offertur Deo, & hoc purum: nomen autem eius glorificatur in gentibus.* Huc vſque Irenæus.

Cap 1. — Lib. 4. cap. 32. — Sacrificium purum.

Si ergo Euchariſtia noui Teſtamenti noua oblatio eſt, ſi Malachias eandem appellauit *Sacrificium purum*, quod in omni loco inter Gentes offertur, & Antichriſtus dicitur *fugaturus Sanctos*, id eſt, Chriſtianos, *qui purum Sacrificium offerunt Deo*: efficitur, vt Antichriſtus oblationē Euchariſtiæ tollat per annos tres & ſex mēſes; vt meritò etiam ſcripſerit Hippolytus in Oratione de conſummatione mundi: *Tunc*, id eſt, tempore Antichriſti, *Eccleſiarum ædes ſacræ inſtar tugurij erunt, pretioſumq́; Corpus & Sanguis Chriſti non extabit in diebus illis. Liturgia extinguetur, Pſalmorum decantatio ceſſabit, Scripturarum recitatio non audietur.* Hieronymus verò in cap. 12 Danielis hæc habet verba: *Hos mille ducentos nonaginta dies, Porphyrius in tempore Antiochi, & in deſolatione Templi dicit completos, quam & Ioſephus, & Machabæorum (vt diximus) liber, tribus tantùm annis fuiſſe commemorant. Ex quo perſpicuum eſt, tres iſtos & ſemis annos de Antichriſti dici temporibus, qui tribus & ſemis annis, hoc eſt, mille, ducentis, nonaginta diebus, Sanctos perſequuturus eſt, & poſtea corruiturus in mōte inclyto & ſancto. A tempore igitur* ἐνδελεχισμοῦ, *quod nos interpretati ſumus, Iuge Sacrificium, quando Antichriſtus orbem obtinens, Dei cultum interdixerit, vſque ad internecionem eius, tres & ſemis anni, id eſt, mille ducenti & nonaginta dies complebuntur.* Perſpicuè igitur affirmat Hieronymus, quòd Antichriſtus orbem obtinens, *Dei cultum interdicet per annos tres, ac dimidium.* Theodoretus etiam in ſuis Commentarijs ad caput 12. Danielis: *Abominationem* (inquit) *deſolationis ipſum vocat Antichriſtum: mutationem continuitatis vocat Eccleſiaſtici cultus ordinem ab Antichriſti inſania & rabie diſſipatum & abolitum.* Poſtremò Chryſoſtomus (in Opere imperfecto) *Antichriſtus* (inquit) *dicitur abominatio deſolationis, quia multas Chriſtianorum animas facturus eſt deſolatas à Deo. Nam antequàm caperent Romani Hieruſalem, in dimidia hebdomadis Chriſtus per ſuam doctrinam, tulit de medio iuge Sacrificium Iudæorum. Nam dicitur tribus annis & ſex menſibus docuiſſe: qui numerus facit dimidium ſeptem annorum, vt illud Sacrificium, quod iugiter fuerat in vſu, tolleretur de medio, & offerretur Sacrificium laudis in voce, & Sacrificium iuſtitiæ in operibus, & Sacrificium pacis per Euchariſtiam. Vſque ad finem autem ſeculi tumultus eſt, quia Iudaica conſuetudo de ſacrificijs offerendis nunquàm eſt reparanda. Item in dimidia hebdomadis, hoc eſt, tribus annis & ſex menſibus, hoc Sacrificium Chriſtianorum tollendum eſt ab Antichriſto, confugientibus Chriſtianis ante eum per loca deſerta, non erit qui aut in Eccleſiam intret, aut oblationem afferat Deo.* Sat, opinor, teſtimoniorum audiuimus (recentiores enim Doctores omitto, ne Proteſtantes putent, nos res nuper excogitatas in medium afferre) quòd Antichriſtus Chriſtiani cultus, hoc eſt, Euchariſtiæ Sacrificium interdicturus ſit. Certè quidem Papa non prohibet Euchariſtiam, velut noui Teſtamenti nouam oblationem, offerri Deo: imò ſummam cultus externi Religionem in Euchariſtia meritò conſtituit, conſtituendamque docet. Papæ igitur opera cum Antichriſti operibus nullo modo conueniunt, ſed planè contraria ſunt.

Danielis Propheſia de auferendo iugi Sacrificio non eſt impleta per Antiochum, ſed tantùm per Antichriſtū. — Dei cultus interdicitur. — In Matth. Homil. 49. — Sacrificium pacis per Euchariſtiā offertur.

ff ij *Trigeſimo*

Trigeſima-ſeptima Demonſtratio, quòd Papa, qui tempora & leges mutare non conatur, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XLVI.

Cap.7. ANtichriſtus (authore Daniele) *putabit, quòd poſſit mutare tempora et leges*, hoc eſt, inquit Hieronymus, *in tantam erigetur ſuperbiam, vt leges Dei et caremonias mutare conetur, Religionem cunctam ſua ſubijciens poteſtati.* In eandem ſententiam Theodoretus ibidem ſcribit: *Antichriſtus opinabitur, poſſe ſe pietatem, quæ tunc vigebit, funditus euertere, optimámque ipſius Rempublicam commutare. Hæc enim innuit, cùm dixit: Cogitabit mutare tempora et legem, hoc eſt, eam Rempublicam, quæ tunc res adminiſtrabit.* Non ergo Baptiſmum modò & Euchariſtiam, ſed præterea vniuerſum Reipublicæ Chriſtianæ ſtatum Antichriſtus euertere tentabit. Ac per *tempora* quidem nihil aptius, aut magis propriè intelligi poſſe puto, quàm dies feſtos Chriſtianorum, in quibus memoriam Natiuitatis Dominicæ, Ieiunij quadraginta dierum, Paſsionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Spiritus ſancti in Apoſtolos aduenientis, anniuerſaria ſolennitate celebrant. Hæc enim ſunt illa inſignia *tempora*, quæ ad cultum Dei potiſsimùm ſpectant; non quòd dies & annos velut ex quadam ſuperſtitione contra Apoſtoli præceptum obſeruemus, verùm quòd hæc tum ſignificationis ſanctæ, tùm doctrinæ noſtræ, tùm etiam myſterij cauſa ex Apoſtolorum traditione cuſtodiamus, quemadmodum Auguſtinus annotauit in Epiſt. 118. Cùm igitur conſtet, Papam adeo nunquam conatum eſſe mutare dies feſtos ab Apoſtolis inſtitutos, aut Reipublicæ Chriſtianæ ſtatum, aliáſue leges & cæremonias fidelium, vt potius eadem ſacra tempora, cæremoniaſque omnes tùm ipſe perpetuò coluerit, tùm alijs fidelibus, vt idem facerent, mandârit: nihil à vero alienius cogitari poteſt, quàm vt Papa ſit Antichriſtus. Nam quòd Proteſtantes Papam dicunt cæremonias in immenſum auxiſſe, hoc quidem non eſt, eas, quæ olim erant inſtitutæ, mutare, ſed potius per nouos ritus, qui adijciuntur, veteres illas magis ſanctas & munitas efficere. Non dicitur autem Antichriſti proprium eſſe, vt *adijciat leges et tempora*, ſed vt *mutet*, nec vt conſtituat Sacrificium, ſed vt *auferat*. Quàm igitur longè abeſt à cæremoniarum mutatione & ablatione, qui nouas inſtituit, tam longè ab eo abeſt Papa, vt ſit Antichriſtus. Præterea præcipuæ Chriſtianorum cæremoniæ, quibus tam in Baptiſmo, quàm in Euchariſtia celebranda vtuntur, non ſunt à Papa vel ſolùm, vel potiſſimùm inſtitutæ, ſed vel ab Apoſtolis traditæ, vel à ſanctis Concilijs decretæ, vt conſtat ex Conſtitutionibus Apoſtolicis D. Clementis: itemque ex Tertulliano De Corona Militis, ex Baſilio in lib. De Spiritu ſancto, ac denique ex Liturgijs Græcorum, & Conciliorum ſacris Canonibus. Quem verò ſtatum Reipub. Chriſtianæ Chriſtus & ipſe inſtituit, dum viueret, & ad Patrem abiens nobis reliquit (qui ſolus ipſe præfuit Eccleſiæ, dum adeſſet, ac poſtea cùm diſceſſurus eſſet, Petrum ſuæ viſibilis præſentiæ Vicarium conſtituit, vt Capite inter duodecim conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio) eundem ſtatum Eccleſia Catholica & Romana ſemper obſeruauit, in qua reperitur vnus Paſtor, & Epiſcopus Primus, velut alter Petrus, quocum cæteri Apoſtolorum ſucceſſores neceſſario communicant. Nec igitur tempora, nec cæremonias, nec ſtatum Reipub. Chriſtianæ Papa mutauit, & ideo nec Antichriſtus eſt.

Tempora (margin, beside "ſtus euertere tentabit")
Cap.27. (margin, beside "De Corona Militis")

Trigeſima-octaua Demonſtratio, quòd Papa, qui neque Regibus malis, neque mercatoribus impijs gratus vnquam fuit, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT. XLVII.

Apocal.18. IOannes in Apocalypſi dicit, *Reges terræ cum Babylone* (quæ ſedes & ciuitas Antichriſti eſt) *fornicatos eſſe, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites factos eſſe.* Et iterū: *Plangent ſuper Babylonem Reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt, & in delitijs vixerunt, & negotiatores terræ flebunt ſuper illam, & lugebunt, quoniam merces eorum nemo emet amplius, mercem auri, & argēti, & lapidis pretioſi, et margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici, & coccini, & omne lignum Thyinum, & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide pretioſo, & æramenta, & ferro, & marmore, & cinamomum, et amomum, et odoramentorum, et vnguenti, et thuris, et vini &*

ni, et olei, et ſimila, et tritici, et iumentorum, et ouium, et equorum, et rhedorum, et mancipiorum, & animorum hominum. Et omnis gubernator, & omnes, qui in lacum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longè ſteterunt, lugentes & dicentes: Væ væ Ciuitas illa magna, in qua diuites facti ſunt omnes, qui habebant naues in mari, de pretijs eius. Hic fletus Regum & mercatorum, & nautarum ſignificat fletum non modò hominum iſtius ordinis, verùm etiam omnium impiorum, qui (vt Beda in hunc locum rectè admonet) *cunctas mundi pompas, & ea, quæ vel ſenſibus corporis ſuauia, vel externis ſint vſibus accommoda, deficere lugent. Species enim metallorum ad viſum, odoramenta ad olfactũ, vnguenta ad tactum, vinum, triticum, & oleum ad guſtum pertinent. Iumentorum porrò et mancipiorum vocabulo, cætera humanitatis auxilia perire queruntur.* Hæc Beda. Reges autem & mercatores præ omnibus hominibus tùm delicias cõſectantur, tùm iniuriã proximis inferunt: Reges quidem, dũ immanẽ ſæuitiã exercent, dum bella iniuſta inferunt, & tributa iniqua ſubditis imponunt: mercatores verò, dum & monopolia conſtituunt, & vſuras exigunt, & merces adulterinas pro veris vendunt, atque vt vno verbo dicam, dum *volunt diuites fieri*, quos Apoſtolus ait *incidere in tẽtationem, et in laqueum*, non quòd nulli ſint aut Reges, aut mercatores boni (abſit) ſed quòd ſtatus iſtorum periculis maximis ſubiectus ſit. Reges ergo & mercatores primi omnium adorabunt Antichriſtum, partim quia vident eum obtinere diuitias & potentiam ſeculi (quas res vt ipſi ſupra modum amant, ita per Antichriſtum ſe votis fruituros ſperant) partim etiam quia timent, ne ab eo ſpolientur opibus ſuis, ſi nimium tardè ad eum confluant. 1. Timot. 6.

Inueſtigemus iam, vtrùm iſti Reges terreni & mercatores cum Pontifice Romano potiſsimùm negotiati ſint, nec ne?, Principio conſtat, Reges omnium hominum poſtremos ad fidem Chriſti acceſsiſſe. Nam quarto demum poſt Chriſtum ſeculo, Euangelium publicè profiteri cœperunt. Deinde omnium grauiſsimè oppreſſerunt Eccleſiam Romanam, non modò illi decem primi Perſecutores, verùm etiam poſtea Conſtantius, Iulianus, Valens, Anaſtaſius, Theodoricus, Longobardorum Reges, & Imperatores Conſtantinopolitani penè omnes, ac poſtea etiam Henrici, Friderici, & alij quidam Germaniæ Reges. Ac profectò ſi temporum ſuperiorum Annales diligenter euoluerimus, facilè videbimus, non niſi optimum quemque Regem & Imperatorem Pontifici Romano vllum honorem ſponte ſua detuliſſe; cuiuſmodi erant Conſtantinus Magnus, Theodoſius Maior, Martianus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, Ottones primi, & alij eorum ſimiles. Neque magnopere miror, ſi Reges & mercatores impij minus amant Pontificẽ Romanũ, cùm ſciam, leges Pontificias illorum ſtudijs penitus aduerſari. Vetat enim Pontifex ſub grauiſsima cenſura, ne quis Chriſtianorum Principum noua & iniqua tributa ſubditis ſuis imponat; nec permittit illis, aut dona Spiritus ſancti pecunia venundare, aut bona Eccleſiaſtica diripere, aut legitimas vxores repudiare, & eiſdem viuentibus, nouas ducere. Prohibet etiam, ne mercatores vſuras & monopolia exerceant. Ob quas cauſas nec Tyranni, nec iniuſti mercatores amant Papam: qui tamen Antichriſtum amant, & ruinam eius deplorant: Papa igitur non eſt Antichriſtus.

Trigeſima-nona Demonſtratio, quòd Papa, qui non habet nomen, quod contineat 666. minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XLVIII.

ANtichriſtus ab humili & obſcura origine, primùm blanditijs & ſimulatione, tandem vi & dolo, poſtremò autem opinione Diuinitatis, eò potentiæ aſpirabit, vt prohibiturus ſit, ne quiſquàm emat vel vendat, Apocal. 13. niſi *qui habeat characterem nominis beſtiæ, aut nomen, aut numerum nominis eius. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ, numerus enim hominis eſt. Et numerus eius, ſexcenti ſexaginta ſex.* Græci autem elementis & literis in numeris ſuis conficiendis vtuntur. Itaque cùm D. Ioannes Græcè ſcripſerit, veriſimillimum eſt, tale nomen Antichriſto fore, quod ſecundùm morem numerandi Græcorum, contineat ſexcenta ſexaginta ſex. Si autem Romanus Pontifex fuiſſet Antichriſtus, cùm is tot ſeculis Eccleſiæ præfuerit: non difficile ſapienti viro futurum erat, vt oſtenderet, quódnam eſſet hoc Antichriſti nomẽ. Si enim deſignandi

hominis cauſa nomen imponitur, nec in Eccleſia vnquàm deſit vir aliquis ſapiens, qui ſpiritum Dei habeat (eſt enim Chriſtus cum ſucceſſoribus Apoſtolorum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi) vix intelligi poteſt, quomodo tot ſeculis ab Antichriſti reuelatione nomen eius ne iis quidem ipſis notum eſſet, qui dicunt, eum ſibi reuelatum eſſe. Proteſtantes verò nullum eiuſmodi nomen aut ordini vniuerſo Romanorum Pontificum, aut cuipiam vni attributum fuiſſe demonſtrant: adeo vt Henricus Bullingerus numerum huius nominis ab homine (cui per Dei Verbum adſcribitur) ac tempus tranſtulerit, dicens; Antichriſtum ſexcentis ſexaginta ſex annis poſt hanc reuelationem Ioanni factam fuiſſe reuelatum: & id per huius nominis characterem indicari. Cæterùm & idem Bullingerus, & Illyricus, aliiq́ue Proteſtantes permulti, licet minus conſtanter, tamen etiam illud interdum nobis obiicere ſolent, quod iam ſub ipſorum verbis proferam.

Math. 28.

Illyricus in Catalogo. Pag. 4.

Ipſum nomen Antichriſti (Apocal. 13) Irenæus (lib. 5.) interpretatur eſſe Latinum, quo diſertè Papa notatur. Nam is in Latio dominatur.

RESPONSIO.

Irenæus non interpretatur, quòd Latinus ſit ipſum nomen Antichriſti. Mendax in hac re Illyricus eſt, ſicut etiam in cæteris. *Sed &* λατεῖνος (inquit Irenæus) *ſexcentorum ſexaginta ſex numerum* (habens) *valde veriſimile eſt, quoniam veriſſimum Regnum hoc habet vocabulum. Latini enim ſunt, qui nunc regnant. Sed &* τεῖταν *prima ſyllaba per duas Græcas vocales* ε *&* ι *ſcripta, omnium nominũ, quæ apud nos inueniuntur, magis fide dignum eſt. Etenim prædictum numerum habet in ſe, & literarũ etiam ſex, ſingulis ſyllabis ex ternis literis conſtantibus & vetus & ſemotũ: neq; eorum Regum, qui ſecundùm nos ſunt, aliquis vocatus eſt Titan. Nanque eorum, quæ publicè adorantur, Idolorum apud Græcos, & Barbaros, habet vocabulum: & diuinum putatur apud multos eſſe hoc nomen, vt etiam Sol Titan vocetur, ab his qui nunc tenent: & oſtentationem quandam continet vltionis, & vindictam inferentis, quòd ille ſimulat, ſe malè tractatos vindicare. Tale autem, & antiquum, & fide dignum, & regale, magis autem & tyrannicum nomen. Cùm igitur tantum ſuaſionum habeat hoc nomen Titan, tamen habet veriſimilitudinem, vt ex multis colligamus, ne fortè Titan vocetur qui veniet: nos tamen non periclitabimur in eo, nec aſſeuerantes pronuntiabimus, hoc eum nomen habiturum, ſcientes, quoniam ſi oporteret manifeſtè præſenti tempore præconari nomen eius, per ipſum vtique editum fuiſſet, qui & Apocalypſim viderat.* Huc vſque Irenæus. Adeo igitur non dicit, quòd *Latinum* nomen ſit Antichriſti, vt longè potius dicat, quòd τεῖταν ſit eius nomen, quanquàm neque hoc ipſum affirmare audeat. Deinde *Latinus* vocabulum, niſi per ει dipthongum ſcribatur (quod etiam Aretas in Apocalypſim annotauit) minimè continebit numerum ſexcentorum ſexaginta ſex. Propria verò eius vocabuli forma nec apud Græcos, nec apud Latinos talis eſt, vt per diphthongum, ſed tantùm per Iota ſcribi debeat.

Tertiò, nullus Pontificum Romanorum vnquàm nominatus eſt *Latinus*. Nam quòd hoc nomen proprium ſit, Aretas eum locum Apocalypſis interpretans, clariſsimè atteſtatur his verbis: *Non intempeſtiuum fuerit exercitii gratia, huc reducere nomina tam propria, quàm appellatiua, quæ numerum hunc conficiunt. Propria quidem, vt* λαμπέτις, τεῖταν, *& à futuro* τιῶ *(ſicut etiam à* σπορῶ, σπορὸς*)* λατεῖνος *ſimiliter per diphthongum. Appellatiua verò* ὁ νικητὴς*, id eſt, Victor: fortaſſis enim ita ſeipſum appellabit.* Vt ergo Victor nomen eſt appellatiuum, ſic Aretæ iudicio *Latinum* nomen eſt proprium. At enim *Papa* (inquit Illyricus) *in Latio dominatur*. Non hoc ſpectauit Irenæus (Illyrice) quis oppida in Latio conſtituta moderaretur: ſed quis *Imperium orbis terrarum* obtineret. Atque ideo dicebat: *Latini enim ſunt, qui nunc regnant. Et hoc vocabulum* (Latinus) *habet veriſſimum regnum.* Si ergo niteris authoritate Irenæi (quod facere videri vis) perpende rationem Irenæi, quæ huiuſmodi eſt. Vbi regnum veriſimũ eſt, vbi Reges & Monarchæ degunt præſertim alieni à Chriſtiana fide, qui etiam acerrimè illam perſequuntur: ibi valde veriſimiliter quæri & expectari poteſt Antichriſtus. & ſubinfert: *Latini autem ſunt, qui nunc regnant.*

Ratio inueſtigandi nominis Antichriſti.

Simulq;

Simulq́; addendũ eſt illud ex hiſtoria illius tẽporis, quòd Latini, qui tũc regnabant, Chriſtianos acerbiſsimè affligebãt & vexabãt. Vnde ex Irenæi coniectura concludas licet, Antichriſtum inter tales Latinos Reges & Imperatores veriſimiliter expectandũ eſſe. Quo ita cõparato, nomen hoc (Latinus) poteſt veriſimiliter eſſe nomen Antichriſti. Hæc eſt ratio Irenæi, quæ illius ætate probabilis vtcunque fuit. Nunc autem cùm tota ratio eius rei commutata ſit, cùm Illyricus ad minimum annis mille quadringentis poſt Irenæum viuat, locumq́; Imperij certò ſciat eſſe commutatum, nec iam aut Latinos Monarchiã tenere, aut à fide Chriſti alienos eſſe videat, ſed tùm in ordinem ante plura etiam ſecula radactos, tùm Chriſtiana fide imbutos eſſe non ignoret; ſi nunc tamen ex Irenæi mente oſtendere conabitur, illum Chriſtianum, imò Chriſti Vicarium, qui pauca oppida, quæ ex alterius dono accepit, in Latio ſanctiſsimè gubernat, ob nominis Latini iam diu Regno exuti neſcio quas reliquias veriſimiliter, imò vere Antichriſtum eſſe: facilius ſeipſum probabit Sophiſtam, & cauillatorem, quàm vlli cordato viro id, quod affirmat, perſuaſerit.

Si enim tanquàm homines ratione præditi ſcribere ac diſputare, mentemq́; aliorum bona fide exquirere debemus, ita nunc ex Irenæi coniectura oportebit argumentari. In Antichriſti nomine indagando habenda eſt ratio eius loci & regionis, quæ Imperium tenet. Nunc autem Conſtãtinopolitanus Rex latiſsimè imperat, Latini verò vix obſcuriſsima etiã veſtigia veteris Imperij retinent: nomen ergo Antichriſti potius quærendũ eſt inter Græcos, quàm inter Latinos: Conſtantinopoli potius, quàm Romæ: apud Turcos potius quàm Chriſtianos. Papa verò non eſt Græcus, non Imperator, non Turca: quapropter ne quærendum quidem eſt Antichriſti nomen in Eccleſia Romana, multò minus firmiter ſtatuẽdum eſt, ipſum Antichriſti nomen in Papam cadere. Quòd autem Bullingerus Characterem Antichriſti vult eſſe *vel conſignationem fidelium in fronte per manus Epiſcopi, dum ſacro Chriſmate baptizatos inungit*, vel confeſsionem Chriſtianæ fidei, quam Sacroſancta Romana Eccleſia illibatam ſemper conſeruauit: non videt inſanus homo, Characterem iſtum non tam ad Papam ſpectare, quàm ad ſanctiſsimos Apoſtolos, Martyres, & Cõfeſſores, qui iam inde ab initio Eccleſiæ tùm Sacramentum Confirmationis agnouerunt, tùm fidem communionemq́; Eccleſiæ Romanæ & admirati ſunt & imitati. Itaq; cùm iſte deberet propriã aliquã Romanæ Eccleſiæ notã oſtendere, talem profert, quæ ſola demonſtrat, Papam, quocum oẽs Catholici Patres tam in Sacramẽtis Chriſti, quàm in fidei cõfeſsione ſemper cõmunicarunt, nullo modo poſſe Antichriſtum eſſe. Quantò rectius feciſſent Proteſtantes, ſi antiquorũ Patrum fidem & doctrinam ſtudioſe amplexi, dixiſſent cum Hyppolito, Characterẽ Antichriſti eſſe, partim vt *lingua ſua neget Deum Creatorem cœli & terra, neget Baptiſma, neget adorationem à ſe Deo præſtari ſolitam*: partim verò *vt manu ſua non pingat pretioſam Domini Crucem in fronte, aut in vllo membrorum ſuorũ*. Hic eſt character Antichriſti, hoc ſigillum: à quo genere Characteris cùm Papam abhorrere cõſtet, vtpote qui Crucem Domini venerandam & in fronte, & in manu pingẽdam docet: vel hinc etiam patet, Papam non eſſe Antichriſtum.

Serm. 61.

Acto. 8. & 19.

In Orat. de conſumm. mundi. Character Antichriſti.

Quadrageſima Demonſtratio, quòd Papa, qui pluſquàm tres annos & ſex menſes à reuelatione ſua Eccleſiæ Dei præfuit, minimè ſit Antichriſtus.

CAPVT XLIX.

Breue ſpatium temporis, quo Antichriſtus regnabit, nullo modo patitur, vt dicamus, Pontificem Romanum, qui multò diutius in Eccleſiæ Dei præfuit, Antichriſtum eſſe. Primùm Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi ait: *Poſt annos mille oportet Diabolum ſolui modico tempore*. Verùm quia poterat iterum quæri, quodnam ſit hoc *modicum tempus*: alibi Spiritus ſanctus eam rem apertiſsimè explicauit. Daniel enim Propheta ait: *Sanctos in manu Antichriſti tradendos per tempus* (id eſt, annum vnum) *& tempora* (id eſt, annos duos) *& dimidium temporis* (id eſt, ſex menſes). Et cap. 9. *In dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & Sacrificium, & erit in Templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & ad finem perſeuerabit deſolatio.* Abominatio deſolationis Antichriſtus eſt, ipſo Chriſto interprete. Iam verò idem Daniel dicit: *Quouſque finis horum mirabilium?* Et reſponſum eſt: *In tempus & tempora, & dimidium temporis*: id eſt, (omnium interpretum conſenſu) ad tres annos & dimidium. Et pòſt: *A tempore cùm ablatum fuerit iuge Sacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta*: qui dierum numerus non multum excedit annos tres &

Apocal. 20. modicum tempus.

Daniel. 7. Tres anni & ſex menſes

Matth. 24. Daniel. 12.

Dies. 1290.

ſtudioſiſſimè docuit annis ferè tribus & dimidio (nimirum ab anno vitæ ſuæ trigeſimo, vſque ad Paſchatis Feſtum in anno 33.) *ſic etiam eadem doctrina eodem ſpatio temporis vehementiſſime per Antichriſtum oppugnaretur.* Idem porrò de triennio & ſemiſſe perſecutionis Antichriſti docuit Theodoretus in Danielem, Primaſius, Beda, Haymo, Aretas, & Thomas de Aquino in Apocalypſim, omnéſq; adeò Græci & Latini Patres. Quæ cum ita ſint, manifeſtum eſt, falſa eſſe omnia, quæ Proteſtantes de Pontificibus Romanis garriunt, quos per annos ferè iam octingentos volunt regnaſſe vt verum & reuelatum Antichriſtum. Ac tanto ſanè odio in hos Chriſti vicarios feruntur, vt inuidia occæcati, nihil eorum videant aut intelligant, quæ tùm Chriſtus *de breuiandis diebus Antichriſti*, tùm Daniel, *de tribus annis & dimidio*, tùm Ioannes Apoſtolus, *de menſibus quadraginta duobus, deq́; diebus mille ducentis & nonaginta conſcribit.* Dicat Deus per Prophetam Danielem, Dicat Chriſtus in Euangelio, dicat Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi, quicquid velint, numerent annos tres & dimidium, promittant dies paucos, ſeu tempus breue, computent menſes quadraginta duos, aut dies mille ducentos, & ſiue ſexaginta, ſeu nonaginta, concurrat ratio quantacunque, & proportio temporis, quo Chriſtus prædicauit, conſentiant Græci Latiniq́; Doctores: tamen ſi Proteſtantes aliud quippiam ſomniauerint, omnia ſunt figurata, dies pro annis ponitur, menſes certi pro incertis, & anni paucißimi, pro ſeculis valde multis. Poſt annos verò tres & ſex menſes *Dominus Ieſus interficiet* Antichriſtum *ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.* Angelus enim apud Danielē: *Iurauit per viuentem in æternum, quòd in tempus & tempora, & dimidium temporis erit finis horum mirabilium.* Quapropter cùm Papa in oculis omnium permultis etiam ſeculis vltra tres annos & ſex menſes Eccleſiæ Dei præfuerit: non errabit, neque falſi quippiam dicet, qui per viuentem in æternum iurauerit, Papam non eſſe Antichriſtum.

Math. 24. Danielis 7. & 12. Apocal. 11. & ſequent. Cæcitas cordis Proteſtantium.

Danielis 12.

Pontificem Romanum, quà Pontifex eſt, quaq; ad Primatum & Eccleſiæ Romanæ doctrinam attinet, ne membrum quidem Antichriſti eſſe, multò minus ipſum Antichriſtum.

CAPVT. L.

QVI ab Eccleſia Catholica defecerunt, quando ſe authoritate Scripturarū ita premi vident, vt non audeant amplius profiteri, *Papam eſſe ipſum Antichriſtum*: eò ſaltem ſe conferunt, vt dicant, Papam eſſe vnum ex membris Antichriſti. Supereſt igitur, vt ne hoc quidem ita ſe habere oſtendam. Nemo poteſt ſimul Chriſti & Antichriſti membrum eſſe: *Nemo ſimul duobus dominis contraria præcipientibus ſeruire poteſt. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? aut quæ conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?* 1. Corint. 6.
Papa verò eſt membrum Eccleſiæ Catholicæ, quæ corpus eſt Chriſti; non poteſt igitur Antichriſti membrum eſſe. Ephes. 5.
Quòd autem Papa ſit membrum Eccleſiæ Catholicæ: plurimis argumentis demonſtrari poteſt. Quicquid enim eximium & ſingulare vel per Prophetas Dei, vel in noui Teſtamenti Scripturis de Eccleſia Chriſti prædictum eſt, hoc totum in Eccleſia Romana (cuius Paſtor & Epiſcopus Papa eſt) tam perſpicuè cernitur, vt neceſſe ſit, aut nullam in terris Eccleſiam Chriſti per aliquot ſecula extitiſſe, quæ Scripturarum prædictionibus plenè reſponderit, aut eam potißimùm fuiſſe Romanam Eccleſiam. Vt de cæteris hoc tempore taceam, ſex egregiæ & ſingulares Prærogatiuæ in Scripturis ſacris Eccleſiæ Chriſti aſsignantur. Prima eſt eius altitudo, & ſublimitas: Secunda, eius ſplendor & claritas: Tertia, eius latitudo & immenſitas: Quarta, eius ſucceſſio & perpetuitas: Quinta, eius vnitas & conſenſio: Sexta, eius inuicta fides & conſtantia. Quas omnes prærogatiuas tam excellenter in Eccleſia Romana concurrrere aſſeuero, vt alia nulla Eccleſia cum hac vna in ijs rebus conferri queat, nedum anteferri.

Sex præcipuæ dotes Eccleſiæ Chriſti.

De ſublimitate Eccleſiæ Chriſti prædixerunt Iſaias cap. 2. & Micheas cap. 4. *Erit in nouißimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles.* Cùm ſciret Propheta, Templum Domini fundatum eſſe in monte Sion, & per Templum illud, Eccleſiam Chriſti præfiguratam eſſe: meritò dixit, non modò præparandam eſſe *domum Domini* (quæ ſecundùm interpretationem Apoſtoli, *eſt Eccleſia Dei viuentis*) verùm etiam *montem domus Domini* præparandum eſſe, idq́; *in nouißimis diebus*, nimirum in tempore gratiæ; tanquam ſi dixiſſet: Præparabitur Eccleſia Chriſti, & præparabitur etiam mons & ſublimitas eiuſdem Eccleſiæ. Vbi tandem? *In vertice montium, &*

1. Sublimitas Eccleſiæ.

1. Timoth. 3.

elevabitur ſuper colles. Quibus verbis Propheta ſignificat, non modò ſublimem & in altũ erectam fore Chriſtianam Religionem, ſed præterea ſublimiorem quouis alio cultu futuram.
3. Regum 3. Ioan. 4. 2 Paralip. 3. Vulgus enim colebat Idola ſua *in excelſis & in collibus.* Samaritani *adorabãt in mõte Garizim.* Iudæorum Templum ædificabatur *in monte Moria.* Ad iſtam igitur conſuetudinem Propheta reſpiciens, prædicit, præparandum eſſe *montem Eccleſiæ Chriſti adeo ſublimem, vt ſiet in vertice altorum montium, & eleuetur ſupra colles,* tam Iudæorum, quàm gentilium. Itaque
Iſaiæ 61. idem Iſaias alibi quoque ad Apoſtolos & Sacerdotes loquitur: *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum ſuperbietis,* ſeu, exaltabimini. Quo ex loco intelligimus, magnam partem ſublimitatis Eccleſiæ conſiſtere *in exaltatione Sacerdotum* & Epiſcoporum. Hanc etiam ſublimita-
Ieremiæ 17. tem Ieremias Propheta ſignificauit, cùm diceret: *Solium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ,* hoc eſt, Eccleſia & cœtus fidelium (qui locus eſt, in quo ſanctificamur, dum ibi fidem in Deum & per Miniſtros Chriſti diſcimus, & per Sacramenta confitemur) eſt tanquã Solium ab ipſo exordio ſuo excelſum & ſublime. Denique hoc illud eſt,
Matth 5. quod Chriſtus in Euangelio ſignificat, dum de *Ciuitate in monte poſita* loquitur. Ciuitas enim Chriſti eſt Eccleſia ipſius. Mons autem eſt locus ſublimis & immobilis, in quo Eccle-
Mons. Eccleſiæ. Ezechiel. 14. Prouerb. 14. ſia Chriſti collocatur. Quis autẽ eſt iſte mons excelſus & ſublimis, in quo ponitur Eccleſia Chriſti, niſi maxima quæq; & celeberrima hominũ multitudo? Ex hominibus enim conſtat Eccleſia Chriſti. *Et in multitudine populi* (ait Salomon) *dignitas Regis.* Maxima verò & celeberrima hominũ multitudo in ampliſsimis quibuſq; Regnis & florẽtiſsimis vrbibus reperitur. Cùm igitur nullum Regnum poſt Chriſti aduentum ſublimius Romano fuerit, nulla verò ciuitas in Romano Imperio ipſa vrbe Roma, quæ Caput Imperij erat, excelſior co-
Vrbs Roma præcipuus mons Eccleſiæ. gitari potuerit; quo tempore Chriſtiana Religio in vrbe Roma ponebatur, tũc ſingulariter impletæ ſunt Prophetiæ tam Iſaiæ & Micheæ, quàm Ieremiæ: quia *præparatus eſt mons domus Domini in vertice montium, & eleuatus eſt ſupra colles. Tunc etiam locus ſanctificationis Chriſtianorum factus eſt Solium excelſum: tunc ciuitas Chriſti conſtituta eſt in monte,* id eſt, in loco ſublimi. Addamus iam ad iſta, quòd cùm Chriſtus multos haberet Diſcipulos, ex qui-
Lucæ 10. Marci 3. bus elegit ſeptuaginta, quos mitteret ante ſe, cùm præterea duodecim Apoſtolos haberet, qui coniũctiores ipſi erant, quàm reliqui Diſcipuli: cùm ex ipſis duodecim Apoſtolis Pe-
Matth. 17. & 26. Matth. 16. Ioan. 21. Lucæ 22. Sublimitas Cathedræ Petri. trum, Iacobum, & Ioannem, cæteris plus diligeret, imò cùm inter hos tres, Petro Claues regni cœlorum præcipuo quodam iure promiſerit, eundemque plus alijs amantem, & ideo iã ſolum & ſingularem, iuſſerit paſcere oues & agnos ſuos, atq; etiam fratres ſuos confirmare, ob eaſq; cauſas Petri Sedes cuiuſuis alterius Apoſtoli ſede neceſſariò ſublimior fuerit: addamus iam ad vrbis Romæ ſublimitatem, aliam ſublimitatem Cathedræ Petri, vt dum nec mons excelſior ipſo capite mundi, nec ſedes excelſior ipſa Principis Apoſtolornm Cathedra, eſſe aut cogitari poteſt, interim certò ſciamus, non poſſe vllibi perfectius impleri Prophetias Iſaiæ, Micheæ, Ieremiæ, atque etiam ipſius Chriſti, quàm in Eccleſia Romana impletæ ſunt. Nam ſi dicas, hanc non eſſe veram Chriſti Eccleſiam, cùm tamen negare non poſsis, quin hæc Romana Eccleſia ſingulari modo *ſit poſita in vertice montium, & eleuata ſuper colles:* profectò nullibi omnino impletæ ſunt illæ Prophetiæ; quo nihil abſurdius dici poteſt. Non eſt enim, nec vnquàm fuit ſublimior locus in orbe terrarum, in quo Prophetarum oracula perfectius implerentur.

2. Claritas Eccleſiæ. Pſal 88. Diximus de ſublimitate Eccleſiæ Chriſti: ſequitur iam, vt de ſplendore ac claritate eius dicamus. Hanc enim tantam fore Dauid in ſpiritu videbat, vt diceret in perſona Dei Patris: *Et Thronus* (Chriſti) *ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta* (id eſt, plena) *in æternum, & teſtis in cœlo fidelis.* Thronus etiam Chriſti eſt Eccleſia ipſius, quæ hîc promittitur in æternum tam illuſtris fore, quàm Sol aut Luna eſt in plenilunio. Quod ipſum Iſaias
Iſaiæ 61. Scietur in medio populorum. tam certum eſſe præuidit, vt poſtquàm dixerat, *Sacerdotes & Miniſtros Dei exaltandos in gloria gentiũ,* mox ſubiecerit: *Scietur in gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.* Non tantùm igitur ipſi Apoſtoli, verùm & *ſemen,* hoc eſt, ſucceſſores eorum *cognoſcentur,* nõ tan-
Omnes cognoſcent. Cap. 62. tùm in angulis & penetralibus, verùm etiã *in medio populorũ,* & ita cognoſcentur, vt *omnes, qui viderint eos, cogniturı ſint, quòd illi ſint ſemen, cui benedixit Dominus.* Et iterũ ad Eccleſiã dicit: *Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui. Nõ vocaberis vltrà derelicta, & terra tua non vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in ea.* Quid

argumentor?

argumentor? Ipſe Chriſtus, qui dixit, Apoſtolos *lucem eſſe mundi*, adiecit, *Ciuitatem ſupra* Matth. 5.
montem poſitam non poſſe abſcondi. Quapropter Auguſtinus quærens, *quod ſit manifeſtum in-* Cont Fauſt. Manich. lib. 13 c. 14.
dicium veritatis, ait, *ipſam eſſe Eccleſiam, quæ omnibus eminet & apparet*, quæ propter ſub-
limitatem omnibus eminet, quæ propter ſplendorem omnibus apparet. Quæ regula mul- Eccleſia omnibus apparẽs, veritatis index eſt.
tis præterea Scripturæ Sacræ locis cõfirmari poſset, Prouerb. 1. & 8. Cantic. 1. Matth. 24. Phi-
lippen. 2. Si ergo ſplendor & claritas Eccleſiæ ſpectanda eſt, quænam Eccleſia in toto
mundo tam illuſtris ac ſplendida ſemper fuit, ac Romana? cuius fidem Apoſtolus dixit
annuntiari in vniuerſo mundo: cuius obedientiam diuulgari dixit in omni loco: quam Eccle- Claritas Romanæ Eccleſiæ.
ſiam Irenæus *omnibus cognitam* eſſe dixit. Nec iniuriâ. *Nam quæ vſquã Gentes* (inquit Leo
in Sermone de Petro & Paulo) *ignorarent, quod Roma didiciſſet?* Sed quid moror? Verùm Rom 1. & 16. Lib. 3. c. 3.
ipſe vſus & rerum magiſtra experientia, hoc ita ſe habere, non docuit? Verum Græcia tota
Pontificum Romanorum vel nomina, vel doctrinam, vel certamina pro fide ſuſcepta, vel
præſidendi ſpatium non reuiuit? An hoc ſilent Chronica Euſebij? An Socrates, Sozome-
nus, Theodoretus, Euagrius, Nicephorus, Photius, Zonaras, Cedrenus hoc ipſum igno-
rauerunt? Aut alia vlla Eccleſia in Orbe terrarum fuit, cuius origenes, progreſsiones, fa-
cta, dicta, conſilia tam exactè deſcripſerunt? Imò nunquid ea, quæ pertinebant ad Eccle-
ſiam Romanam, omnibus etiam Orientalium rebus geſtis antepoſita non ſunt? Verùm
Euſebius de ſucceſsione Eccleſiarum ex propoſito agens, ante omnia non perſequitur
Eccleſiæ Romanæ acta & ſucceſsionem? Nam illud certè minus mirum eſt, ſi Hierony-
mus, Proſper, Gregorius Turonenſis, Paulus Diaconus, Beda, Ado, Regino, Marianus
Scotus, Lambertus Schaſnaburgenſis, Abbas Vrſpergenſis, Sigebertus, Gotfridus Viter-
bienſis, Platina, Trithemius res Pontificum Romanorum & primo in loco proponunt, &
accuratiſsimè perſpectas habuerunt. Quid quòd ne Proteſtantes quidem in ſuis Anna-
libus & Chronologijs, Pontificum Romanorum aut vitam, aut Decreta prætermittunt?
cuiuſmodi ſunt Lutherus, Functius, Pantaleon, Carion, & alij eiuſdem farinæ homines: ni-
hil vt certius eſſe poſsit, quàm nullam in mundo Eccleſiam in ſplendoris & claritatis ma-
gnitudine cum Romana comparari poſſe. Neque mirum. Ad hoc enim Deus Monar-
chiam potentiſsimam in vrbe Roma erexerat, vt per eam rem, Solium illuſtrius & glorio-
ſius prępararet, vnde Ieſu Chriſti Euangelium maiore cum authoritate in Orbem vni-
uerſum propagaretur. Quod ipſum Diuus Eucherius in Epiſtola ad Valerianum multò la-
tius exponit.

Poſtulat iam ordo, vt de propagatione etiam & latitudine Eccleſiæ nonnihil ex Sacris 3.
literis decerpamus. Deus quidem dixerat Abrahæ: *Benedicentur in nomine tuo omnes gentes* Propagatio & latitudo Eccleſiæ.
terra. Semen verò Abrahæ Chriſtus eſt. Benedicuntur autem omnes gentes in Chriſto, dũ
credẽtes in eum, fiunt membra eius. Eòdem pertinet, quod in perſona Dei Patris ad Chri- Gen. 22.
ſtum dicitur: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terra*. Iſaias Gal 3. Pſal. 2.
præterea clamat: *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientis*. Et iterum: Ca. 11. & 60.
Suges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis. In Euangelio etiam Dominus ait: *Oporte-*
bat prædicari in nomine Chriſti pœnitentiam, & remiſsionem peccatorum in omnes gentes. Et
Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Actor. 1.
Ac nimirum Paulus *Ab Hieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuit Euangelium* Rom. 15.
Chriſti. Iam verò præterquàm quòd ex Scripturis didicimus, gentes, quæ Chriſto dan-
tur in hæreditatem, nunquàm ita poſſe fidem Chriſti amittere, quin ſemper multæ ſimul
eam profiteantur & obſeruent, ſecundùm id, quod (in Pſalmo 44.) ſcriptum eſt: *Populi*
confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum ſeculi: etiam Donatiſtæ, qui aliter docebant, hæ-
retici ob eam rem iam olim habiti ſunt. Si ergo Eccleſia Chriſti fidem veram per gentes
plurimas diffundere debebat: quæ alia Eccleſia in mundo latius fidem Chriſti propaga- Romana Eccleſia fidem latiſſime propagauit.
uit, quàm Romana? Inde *Alexandria* Euangelium fidemque accepit per Beatum Mar-
cum Euangeliſtam Diui Petri Diſcipulum. Inde Tertullianus (in præſcript. aduerſus hæ-
reticos) fatetur *præſto fuiſſe authoritatem Africanis Eccleſiis*. Inde Italia fidem accepit
per Sanctum Apollinarem, Proſdocimum, & Aſprenum. Inde Gallia per D. Martialem,
Dionyſium, Maternum, Valerium, & Eucharium. Inde Britanni per Damianum & Fuga-
tium ab Eleutherio miſſos. Inde Scoti ſub Victore Papa & Celeſtino. Inde Hyberni per
S. Patritium Inde Angli per Auguſtinum & Melitum. Inde Germani per Boniſacium Mar-
tyrem. Inde Friſij per Willebrordum. Inde Bohemi per Cyrillum, Poloni per Adalbertum,

Hungari per Aſtricum, Roxolani per Vilibaldum, Prochorium, & alios; Pomerani per Ottonem Epiſcopum Babinbergenſem. Denique Indorum latiſsimæ gentes fidem Chriſti ab eadem Romana Eccleſia noſtris temporibus, per Franciſcum Xauier, & alios tùm de Societate Ieſu, tùm de Ordine B. Franciſci ac Dominici ad eas ab Epiſcopo Romanò miſſos, acceperunt; certiſsimum vt ſit, poſt ætatem Apoſtolorum nullam Eccleſiam in orbe terrarum fidem Chriſti tam longè lateque diffudiſſe, quàm Romanam. Neq; mirum. Ad hoc enim cæteris prælata eſt Eccleſiis, vt & fidem confirmaret, vbi iam antè ab Apoſtolis fundata fuerat; & diſſeminaret, vbi adhuc ſuperſtitio vigebat, adeo vt eadẽ omnino habita ſit *Romana & Catholica Eccleſia* tùm Ambroſio (de obitu fratris) tùm Hieronymo (in Apologia aduerſus Ruffinum) tùm Victori in hiſtoria Vandalica, tùm aliis prætereа multis Patribus. Nulla igitur Eccleſia verius implet Prophetias de omnium gentium acceſsione ad Chriſtum, quàm illa, quæ plurimas gentes ad fidem Chriſti & primùm conuertit, & antea conuerſas in ſuo ſinu fouit atque educauit.

Ad Valerianum. *Putáſne* (inquit Eucherius) *nationes & Regna ob aliud in ditionem ac ius ceſsiſſe Romanum, & ob aliud magnam partem generis humani in vnum tranſiſſe populum, niſi vt facilius tanquàm medicamentũ per corpus vnũ iſto per vnam gentem fides infuſa penetraret, & vt capiti ingeſto, velociter ſe per membra diffunderet? Alioqui non ita cucurriſſet inter crebras & diſcrepantes ritibus linguiſq; gentes, nec tã longè per nouorum ſemper graduum obiecta tranſiſſet. Denique B. Paulus per hunc eundem* (Romanum) *populum diſterminans fidem, ſcribit ſe ab Hieroſolymis vſque ad Illyricum, Euangelio Chriſti cuncto repleſſe. Quando autem iſtud inter nationes aut multitudine innumeras, aut immanitate barbaras extitiſſet? Inde eſt, quòd nunc terra à Solis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari Chriſtum reſonat, quòd ad vitam omnia mundi latera concurrunt, dum fidem Thrax, fidem Lybis, fidem Syrus, fidem receptat Hiſpanus.* Si Regnum Romanum adhuc infidele, tamen dilatando Chriſti Euangelio tam vtile fuit: quid putamus eueniſſe, quãdo in capite eius Regni Caput Apoſtolorum Petrus, vnicam & ſingularem Cathedram ſuam ex Dei voluntate collocauerat? Nunquid Eccleſia Romana, cuius fides annuntiabatur in vniuerſo mundo, minus vtilitatis ad propagandum Chriſti Euangelium attulit, quàm Imperium Romanum, quod adhuc eidem Euangelio non obediuerat?

4. Succeſsio & perpetuitas Eccleſiæ. Quarta Eccleſiæ Chriſti Prærogatiua eſt ſucceſsio & perpetuitas eius; de qua Dauid prædixit: *Vſque in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generationem Sedem tuam.* Pſalm 88. Pſalm 118. Iſaiæ 59. *Ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & Thronum eius ſicut dies cœli.* Quemadmodum igitur *Dei ordinatione perſeuerat dies*, quæ continuo curſu alia alii ſuccedit: ſic perſeuerat Eccleſia Chriſti per continuas Paſtorum & plebium ſucceſsiones. Vide apud Iſaiam: *Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus. Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodò, & vſque in ſempiternum.* Cap. 33. *Si irritum* (inquit Ezechiel) *poteſt fieri pactum meũ cum die, & pactum meum cum nocte, vt non ſit dies & nox in tempore ſuo; & pactum meum irritũ eſſe poterit cũ Dauid ſeruo meo, vt nõ ſit ex eo filius, qui regnet in Throno eius, & Leuitæ, & Sacerdotes miniſtri mei.* Promittitur ergo non tantùm Eccleſiæ in toto genere, ſed præterea Leuitarum & Sacerdotum perpetua, & ea tam certa ſucceſsio, quàm certum eſt, diem diei ſuccedere, & noctem nocti. Itaque Chriſtus ipſe cùm iuſsiſſet Apoſtolos ſuos *docere & baptizare omnes gentes*, mox adiecit: *Ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.* Succeſsione Romanæ Eccleſiæ nihil inſignius. Si ergo perpetua nõ Eccleſiæ tantùm, ſed Paſtorum & Doctorum ſucceſsio quæritur: quæ vnquàm Eccleſia fuit, quæ tam admirabilem vel populorum fidem in eadem ciuitate conſpexit, vel Pontificum ſucceſsionem ab vlla origine traxit, quàm Romana trahit, non à quouis Domini Diſcipulo, verùm ab ipſo Principe Apoſtolorum D. Petro? Huius Eccleſiæ ſucceſsionem, dum adhuc vix duodecim vices impleuerat, teſtẽ veritatis Catholicæ citauit Irenæus: eandẽ Optatus, & Auguſtinus contra Donatiſtas produxerunt annis ferè quadringentis poſt Chriſti aſcenſionem. Quid ergo nunc dicerent, ſi poſt annos mille quingentos, vidiſſent Clerum Clero, plebem plebi, Pontificem Pontifici, non ſecùs ac diem diei, per omnes mundi generationes inter tot aduerſarios, qui Eccleſiam illam oppugnant, fortiter & continenter in eadem ſemper fide & confeſsione ſuccedere? Tenuit Auguſtinum in Eccleſia Catholica & Romana, *ſucceſsio quadraginta Pontificum tam inde ab ipſa Petri Sede.* Et nos ducentorum ac penè quadraginta Pontificum in eadem Sede Petri ſucceſsio, in eadem Catholica & Romana Eccleſia non tenebit?

Quæcũque autem Eccleſiæ per vniuerſum orbem fidem & doctrinam Eccleſiæ Romanæ
tenent, & ſequuntur: etiã retinent in ſuis Cathedris firmas & ſtabiles Epiſcoporũ ſucceſſio-
nes. Quæ verò Eccleſiæ (iam nõ amplius Chriſti Eccleſiæ) Sedẽ Eccleſiæ Romanæ contẽ-
pſerunt, (vti Africanis, Aſiaticis, & Græcis accidit) illi non poſſunt eãdem Epiſcoporum
continuam ſucceſſionem demonſtrare: nimirum quia non colligunt cum Chriſto, qui pro-
miſit, *vnum ouile futurum, & vnum Paſtorem.* Extra vnum igitur quicquid eſt, ſchiſmaticum Ioan. 10.
eſt. Et ideo non miror, ſi Chriſtus cum ſchiſmatica Eccleſia non manet omnibus diebus
vſque ad conſummationem ſeculi. Cæterùm vt quod agimus, hoc abſoluamus, cùm perpe-
tua Sacerdotum & Paſtorum ſeries per Prophetas & Chriſtum ipſum velut magna Eccle-
ſiæ dos promittatur; nec ſit alia in mundo Eccleſia, quæ habet tam inſignem vel Paſtorum
vel plebis ſucceſſionem, quàm Eccleſia Romana: quid aliud eſt, hanc ipſam Eccleſiam vo-
care membrum Antichriſti, quàm dicere, Scripturas omnes laudaſſe illas dotes, & pro ma-
gnis Dei donis commendaſſe, quæ potiſſimùm Antichriſti propriæ ſunt?

Quinta Eccleſiæ Prærogatiua eſt, eius vnitas & conſenſio, de qua Dauid ait: *Deus in loco* 5.
ſancto ſuo, Deus qui habitare facit vnius moris in domo. Et Ieremias c. 32. *Dabo eis cor vnum, &* Vnitas & cõſenſio Eccleſiæ
viã vnam, vt timeant me vniuerſis diebus. Et Ezech. 11. *Dabo eis cor vnum.* Deniq; Actor. 2.
erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum vnanimiter, & multitudinis credentium erat cor Pſal. 67.
vnum, & anima vna. Qui diuerſa hominum ingenia, mores, linguas, ritus & leges exactè
perpenderit: planè videbit, nihil admirabilius in tota Eccleſia eſſe, quàm quòd in tot genti-
bus tantopere diuiſis inter ſe, tamen eadem fides velut vno corde creditur à populis, velut
vno ore prædicatur à Paſtoribus, & velut vna manu à ſanctis Doctoribus conſcribitur. Por-
rò hæc vnitas tam inſigniter elucet in Eccleſia Romana, vt præterquàm quòd omnes Ro-
mani Pontifices vnum ſemper in Domino ſapiunt, (quoties ſaltem officium ſuum agunt, vel Vnitas & cõſenſio
in fidem docendo, vel in cauſas difficiles ritè atque ordine diiudicando) etiam illi ipſi non Eccleſiæ
minima cauſa & ratio ſunt, vt cæteri omnes populi vnitatem ſpiritus in vinculo pacis con- Romanæ.
ſeruent. Vnde magna Synodus Chalcedonenſis ad Leonem Papam ſcribens, accuſat Dioſ-
corum, eò quòd excommunicationem meditatus eſſet contra Leonem Papam *cui vinea,*
id eſt, Eccleſiæ *cuſtodia à Saluatore commiſſa erat, & qui corpus Eccleſiæ vnire feſtinabat.* Pontifex
Ac ſanè dum omnes humiliter audiunt vocem Paſtoris primi, quem plus alijs amantẽ, Chri- Romanus vnit corpus
ſtus tam ouibus, quàm agnis præfecit: omnes velut vnus homo fiunt, & ita neceſſariò, quod Eccleſiæ
vnitatis & pacis eſt, cogitant. Quid quòd omnes omnino Chriſtianæ gentes, etiam illæ, quas Iohan. 21.
Romana Eccleſia minimè ad fidem conuerterat, tamen cum eadem Romana velut cũ pri-
ma Sede, quam Chriſtus tanquam immobilem Petram conſtituiſſet, ſemper communica-
runt? ſicuti manifeſtè conſtat per Epiſcopos & Doctores omnium fidelium Eccleſiarum;
qui ſemper & maiores cauſas ad Sedem Apoſtolicam retulerunt, & eam ſolam Synodum
pro vniuerſali & rata habuerunt, quæ fuiſſet ab Epiſcopo Romano confirmata. Quis enim
neſcit, Irenæum communicaſſe cum Victore Papa, Cyprianum cum Cornelio & Stephano,
Synodum Nicænam cum Syluestro, Athanaſium cum Iulio, Baſilium cum Liberio, Cõſtan-
tinopolitanam Synodum, & Hieronymum cum Damaſo, Ambroſium cum S. Syricio, Chry-
ſoſtomum cum Innocentio, Auguſtinum cum Zozimo & Bonifacio, Cyrillum & Synodum
Epheſinam cum Celeſtino, Proſperum cum Sixto, Flauianum Martyrem & Synodũ Chal-
cedonenſem cum Leone, Synodum ſeptuaginta Epiſcoporum cum Gelaſio, Primaſium,
Aratorem, & Synodum Quintam cum Vigilio, Caſſiodorum cum Pelagio, Leandrum &
Synodum Romanam cum Gregorio Magno, Synodum centum & quinque Epiſcoporum
cum Martino, Synodum ſextam cum Agathone, ſeptimam cum Adriano, octauam cum Ni-
colao primo, Lanfrancum & Anſelmum cum Gregorio ſeptimo, S. Bernardum cum Inno-
centio 2. & Eugenio 3. Magnam Synodum Lateranenſem cum Innocentio 3. Lugdunen-
ſem cum Innocentio 4. Viennenſem cum Clemente 5. Conſtantienſem cum Martino 5.
Florentinam cum Eugenio 4. Lateranenſem alteram cum Iulio 2. & Leone 10. Tridentinam
cum Paulo 3. Iulio. 3. & Pio. 4. Quis etiam neſcit, Italiam, Siciliam, Sardiniam, Galliam
Hiſpaniam, Belgas, Polonos, & Magnam Germaniæ partem cum Pio 5. communicare, qui
nunc in Petri Cathedra ſedet? Cùm ergo vnitas & conſenſio multarum gentium in eadem
fidei Doctrina, ſit prorſus admirabile donum Dei, eaq; vnitas tam excellenter in Eccleſia
Romana reperiatur, vt non modò ſecum ipſa per omnes ætates conſenſerit, ſed etiam alias
gentes in vnum ouile aggregatas, vnius mentis ac volũtatis effecerit: cumq; extra Eccleſiã

Romanam nulla ſit omnino vnitas aut concordia in cauſa Religionis, ſed aliud Lutherani, aliud Zuingliani, aliud Anabaptiſtæ, aliud Caluiniſtæ ſentiant, imò cùm ante annos mille & penè ducentos Optatus ſcripſerit, *Schiſmaticũ & peccatorẽ eſſe, qui contra vnam & ſingularem Petri Cathedram, in qua vnitas ab omnibus ſeruaretur, alteram collocaret:* meritò ſanè affirmauerim, Eccleſiam Romanam, quæ tantam vnitatis Prærogatiuam diuinitùs accépit, Antichriſti membrum non eſſe.

Lib. 2. cõtra Parmenian.

6. Poſtrema Eccleſiæ Prærogatiua eſt, vt vincat ſemper aduerſarios ſuos, & quò magis deprimitur, eò magis erigat ſe in altum. Sicut filij Iſrael quò grauius affligebantur, *eò magis multiplicabantur & creſcebant.* Dauid etiam in perſona Eccleſiæ ait: *Sæpe oppugnauerunt me à iuuentute mea, veruntamen non præualuerunt mihi.* Chriſtus enim *velut vir ſapiens ædificauit Domum ſuam ſuper petram, aduerſus quam* promiſit, *non præualituras inferorum portas.* Vnde & Paulus Eccleſiam dixit *eſſe columnam & firmamentum veritatis.* Porrò tam eximiè hoc etiã donum in Eccleſia Romana effulget, vt nihil ſimile in alia quapiã Eccleſia vel vnquàm auditũ ſit. Nã nec alia vlla Eccleſia tãtas perſecutiones tã diu ſuſtinuit, propterea quòd decẽ illi primi Perſecutores in vrbe Roma degerent, ac non minus moleſtè audirent (Cypriano teſte) *conſtitui Romæ Dei Sacerdotẽ, quàm leuari aduerſus ſe æmulũ Principẽ:* nec vlla alia Eccleſia eaſdẽ perſecutiones aut patientius pertulit, aut fortius vicit. Poſtquàm tyranni omnia tormenta ſua exhauſerant, nõ modò non potuerunt efficere, vt vel Romani de fide ſua diſcederent, vel Pontifices in Cathedra Petri non ſederent; vt potius eorundem Imperatorum filij, quorum Patres tantopere humiliauerant Pontifices & ciues Romanos, ſecundum Prophetiam Iſaiæ *adorarent veſtigia pedum eorũ*, & relicta Sede Imperij atq; vrbe Regia, imò etiã Palatio ſuo in templũ Saluatoris & in habitationẽ Romani Pontificis dedicato, in alias orbis terrarum regiones habitatum cõmigrarent: & cùm mundi totius Domini Pontificem inermem Sede ſua non poſſent abdicare, inermis ille Pontifex ſola Chriſti potentia fretus ipſos Imperatores non ſolio tantùm, ſed & vrbe, & domo exegit. Neget hoc eſſe miraculum, qui negare poteſt, hoc eſſe factum. Aut ſi Romam Imperatores iam non tenere, omnibus perſpicuum eſt: dicant, quibus inde armis, quo exercitu, qua vi, & potẽtia pulſi fuerint, præterquàm Dei voluntate, & ipſius Chriſti perſuaſione. Si ergo Chriſtus hoc miraculum operatus eſt, vt Romanam Sedem charam ſibi eſſe oſtenderet: quis es tu, qui nunc eandem Sedem audes membrum Antichriſti appellare? Quid quòd idem Romanus Pontifex ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis iniuſtè vexatus, eos etiam abſq; vllis armis, Italiæ atq; Occidentis Imperio exuit, cùm ſolo penè verbo Carolum Magnum Occidentis Imperatorem deſignaſſet? Non fuit hæc Satanæ aut Antichriſti potentia, qui armis potiſſimùm & fraudibus nititur, ſed Chriſti potius, qui prædixit, *Reges Eccleſiæ ſuæ miniſtraturos, gẽteſq; & Regna, quæ illi non ſeruirent, peritura.* Vnde cùm ijdem Conſtantinopolitani Cæſares recuſarent, Eccleſiæ Romanæ in cauſis fidei ſeruire, tam ipſi, quàm Regna eorũ, ſicut à Prophetis Domini prædictum erat, perierunt; niſi fortè non perierint, quæ in manus Turcorum tranſlata ſunt. Cæterùm nulla vis terrena præualuit aduerſus Petram à Domino in Eccleſia Romana ſtabilitam, multoque minus vis aliqua ſpiritualis eandem Petram euertere potuit. Ex ducẽtis enim hæreſibus, quæ velut agmine facto, vt reliqua Eccleſiæ membra, ſic potiſſimùm caput ipſum inuaſerunt: nulla tamen, vel vi vel minis cogere, vel dolis & argumẽtis perſuadere potuit, vt à Romana Eccleſia in communionem reciperetur. Itaque per annos mille quingentos & amplius, nulla dies, aut etiam hora, nominari poteſt, in qua oſtendatur Eccleſia Romana, hoc eſt, cœtus ille Fidelium, cui Pontifex Romanus in vrbe ipſa præerat, vel cum Nicolaitis, vel cum Manichæis, vel cum Arianis, vel cum Donatiſtis, vel cum Pelagianis, vel cum vllo alio hæretico in ipſa hæreſi communicaſſe. Quod profectò nulla Eccleſia in orbe terrarum verè de ſe affirmare poteſt, præterquàm ſi adhæſit ſemper Eccleſiæ Romanæ: id quod multas Eccleſias, in Occidente præſertim, feciſſe puto: vt Eccleſiam Neapolitanam, Patauinam, Treuerenſem, Pariſienſem, & alias eiuſmodi. Nec igitur poteſtas gladij, nec hæreſum, vincere potuit Eccleſiam Romanam.

Victrix Eccleſiæ fides.
Exod. 1.
Pſal. 128.
Matth. 7.
Matth. 16.
1. Timoth. 3.
Eccleſię Romanæ inuicta cõſtantia
Lib. 4. Ep. 2.
Iſaiæ. 60.
Nulla hęreſis vicit Romanam fidem.

Iam reſtat vt videamus, an ſaltem peccata morũ & crimina id efficerint. Ac illa quidem in Pontificibus Romanis minimè defuiſſe, facilè concedo. Pro fide enim Petri, & in eo pro Succeſſorum eius fide, non etiam pro charitate, Dominus rogauerat. Cæterũ quãtacunq; crimina in Pontificibus fuerunt, ea non poterant ita præualere aduerſus Eccleſiã Romanam, vt

Nulla peccata vicerunt Romanam fidem.

nam, vt vel publica lege lata, non crimina, ſed virtutes haberentur: vel etiam vt Romanorũ Pontificum vel ſucceſsionem in Petri Cathedra tollerent, vel authoritatem apud fideles populos imminuerent. Sciebant enim, Dominum dixiſſe de iis, qui ſederunt in Cathedra Moyſis: *Quæ dicunt facite, quæ autem* (ſecus quàm dicunt) *faciunt, nolite facere.* O inuictam Sedem: quam vis terrena oppugnans, euexit potius, quàm depreſsit: ad quam externæ hæreſes nunquàm potuerũt acceſſum habere, nedum eam opprimere & ſubiugare: cuius intima viſcera licet grauiſsima interdum crimina corroſerint, tamen Ieſu Chriſti manus ita opportunè ſemper medicinam adhibuit, vt etiamſi homo periret, tam Sedes & ſucceſsio, quàm fides & doctrina incolumis permaneret. Si ergo ſublimitas, ſplendor, latitudo, ſucceſsio, conſenſio & victoria Eccleſiæ Chriſti à Prophetis & Chriſto ipſo vnicè prædicta eſt, ſi hæ ſunt præcipuæ dotes Eccleſiæ: ſi Romana Eccleſia fuit ſemel eximium quoddam membrũ Eccleſiæ Catholicæ, ipſo Apoſtolo id atteſtante, ſi eadem Eccleſia locum tam ſublimem ſemper obtinuit, vt mons ille domus Domini, qui in vertice montium conſtituitur, fuiſſe videatur, ſi tam clara ſemper & illuſtris extitit, vt tanquàm ciuitas in monte poſita nunquàm abſcondi potuerit: ſi latiſsimè diffudit fidem Chriſti, & in orbem vniuerſum prædicatores Euãgelij miſit, ſi perpetuam Pontificum ſeriem iam inde à Petro edit & exhibet, ſi omnes omnium ætatum Patres & Paſtores cum ea neceſſariò ſibi communicandum eſſe perſuaſerit, ſi tyrannidem Perſecutorum, perfidiam hæreticorum, & malitiam vitæ in ipſis Pontificibus Romanis, ac multò magis in alijs omnibus Catholicis, vicit ac ſuperauit: quomodo fieri poteſt, vt quæ Eccleſia tot præcipuas Sponſæ Chriſti dotes præ alijs omnibus obtinet, eadem interim ſit membrum Antichriſti, & prima Synagogæ diaboli ſedes? Sex Eccleſiæ dotes in Romanam Eccleſiam ſingulariter cadũt. Rom. 1.

Addamus iam ad ſex iſtas præclariſsimas dotes hanc vnam rationem, quæ certè cũ ſingulis earũ, & præcipuè cum quarta communis eſt: addamus, inquam, hoc vnum, quòd ſublimitas illa, quòd claritas, quòd dilatatio, quòd ſucceſsio, quòd communio, quodq; inuicta fides Eccleſiæ Romanæ per hos mille quingentos annos ita continenter manſit, & perſeuerauit, vt vel ob ipſam temporis longitudinem prorſus impoſsibile ſit, hanc Eccleſiam eſſe membrum Antichriſti. Gamaliel enim cùm per exemplum *Theudæ & Iudæ Galilæi*, demonſtraſſet, eas ſectas & factiones, quæ humano ingenio fuerant excitatæ, ſubitò perditas fuiſſe ac deletas: tunc demum de Chriſti Euangelio ſententiam ſuam intulit, dicens: *Si eſt ex hominibus conſilium hoc aut opus, diſſoluetur. Si verò ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, ne fortè & Deo repugnare videamini.* Cùm igitur certũ ſit, conſiliũ illud & opus, quo Papa velut Chriſti Vicarius in Eccleſia Dei præfuit (etiam ex Proteſtantium confeſsione) per hæc ſeptem aut octo ſecula; ex noſtra verò fide, per hæc quindecim ſecula non fuiſſe diſſolutum: neceſſe eſt, vt ſtatuamus, talem Præfecturam non niſi à Deo fuiſſe. Cumq; Antichriſti membra inde neceſſariò ſint, vnde ipſe Antichriſtus procedit, certũ verò ſit, Antichriſtũ venire ſecũdùm operationem Satanæ; Papæ autẽ Primatus, qui tot ſeculis tanto Eccleſiæ cõſenſu approbatus fuit, non poſsit à Satana, aut ab humano conſilio eſſe: relinquitur, vt Romani Pontifices non poſsint membra eſſe Antichriſti. 7. Longitudo temporis, quo iſtæ dotes in Eccleſia Rom. extiterunt, demonſtrat, Papam non poſſe Antichriſtum, aut Antichriſti membrũ eſſe. Actor. 5.

Præterea tùm Paulus *negauit, eos, qui reſiſtunt veritati, amplius profecturos: quoniã inſipientia eorum manifeſta futura eſſet omnibus hominibus, ſicut eorum manifeſtata eſt, qui reſtiterunt Moyſi:* tùm Petrus ait, *Pſeudoprophetarum perditionem non dormitare.* Quid quòd exitus ipſe rerum hoc verbum Domini confirmat? Nulla enim vnquàm hæreſis vel Simonianorum, vel Nicolaitarum, vel Cherinti, vel Marcionis, vel Manichæorum, vel Donatiſtarum, vel Arianorum, vel Monothelitarum fuit, quæ vel vno ſeculo, aut etiam quarta ſeculi parte, ita ſtetit ac floruit, vt interim nullo Dei aut miniſtrorum eius externo & viſibili opere, diſſolueretur? Nam vel ab Epiſcopis eius loci, in quo hæreſis orta eſt, vel certè ab Epiſcopo Romano, vel etiam à Concilio quopiam Prouinciali, aut Oecumenico, vel à Paſtoribus & Doctoribus Eccleſiæ, ſtatim publicè confutata eſt, atq; anathemate percuſſa. Percurre omnes omnium temporum hiſtorias, & hoc ita eſſe reperies. Imò ipſi Magdeburgenſes, hoc ita eueniſſe, per ſingulas Centurias docent. Ipſi enim eas perſonas & quidem inſignes recenſent, qui mox contradixerunt cuicunq; hæreticæ doctrinæ. Verùm iam inde ab ipſis Apoſtolorum temporibus & ipſi Pontifices Romani, & Patres tam Græci, quàm Latini docuerunt, *præſidere Eccleſiam Romanã, potentiorem eſſe eius Principalitatem, eſſe Cathedram Petri, & Eccleſiã principalẽ, ſemper in ea viguiſſe Apoſtolicæ Cathedræ Principatũ eſſe, Caput omniũ Eccleſiarũ eſſe, vineæ Domini cuſtodẽ*, & quæ ſunt eius generis: nec tamẽ eã doctrinã velut hæreticam quiſquàm hominum 2. Timoth. 3. 2. Petr. 2. Quomodo fit, vt hæreſes non proſperentur.

hominum olim accuſauit, nemo contradixit, nemo ſe oppoſuit velut murũ pro altera parte.
Iſaiæ.62. Non igitur fuit hæc falſa, nedum hæretica doctrina. Deus enim *conſtituit Cuſtodes ſuper mu-
ros Ieruſalem* (id eſt, Eccleſiæ) *qui tota die & tota nocte in perpetuum non tacent.* Tacuerunt
verò antiqui Patres, nec aut Pium, aut Victorem, aut Dionyſium Romanum, aut Iulium, aut
Damaſum, aut Innocentium, aut Leonem, aut Gregorium Magnum hæreſis alicuius accu-
ſarunt, quos tamen oẽs apertiſsimè Primatũ ſibi vendicaſſe, in libro ſuperiore demonſtraui.
Nõ igitur fuit, aut adhuc eſt hæretica doctrina, vt dicamus, Papã eſſe primũ Paſtorẽ Eccle-
ſiæ, & ſummũ Iudicẽ oĩm Chriſtianorum. Quòd ſi homines potuiſſent hunc errorem diſsi-
Iſaiæ.62. mulare, quod tamen ipſum non euenturũ, Scriptura prædixit: certè Deus nõ diſsimulaſſet.
Ille enim, qui ſuſtulit hæreſes antiquas, qui Arianos deleuit, qui Monothelitas extinxit, qui
cætera eiuſmodi mõſtra penitus ex Eccleſiæ finibus exterminauit, nunquã paſſus eſſet, hæ-
reſim oĩm grauiſsimam (ſi Proteſtantes verũ dicunt) in medio Eccleſiæ non modò ſtare, ſed
etiã ſedere & regnare. Nã quòd Antichriſtus dicitur in Templo Dei ſeſſurus; eius perſecu-
tionis dies in breuitatẽ contrahendos fore, Dominus ipſe in Euãgelio promiſit, *ne alioqui nõ*
Matth.24. 1.Cor.10. *fieret ſalua omnis caro.* Apoſtolus etiã docuit, *Dominum eſſe fidelẽ, qui nõ patitur quenquã tentari
vltra id, quod ferre poteſt.* Si autem hæreſis hæc de Primatu Pontificis Romani, per quinde-
cim, aut per ſeptem, aut quinq; , aut duo ſecula ſine contradictione authoritatis grauiſsimæ
regnaſſet: planè fuiſſet intolerabilis tentatio. Quod enim ſuperat memoriã hominũ, quodq;
ab omnibus, aut præcipuis quibuſq; Eccleſiæ Paſtoribus pro vero creditur, & abſq; grauio-
ris authoritatis cõtradictione prædicatur: hoc ſinguli fideles ita ſequi & approbare tenen-
tur, vt ſi falſum ſit, eam planè tentationem rudes & indocti ferre nõ poſsint. Verùm vt nihil
Actor.5. tale timeremus, muniuit nos Scriptura ſacra, quæ dicit, *opus diaboli diſſoluendum*, nec aliud
aliquo tempore ſtare, præterquàm quod *à Deo conſtitutum ſit ac ſtabilitum.* Quamobrem ſi
omnes Prærogatiuæ Eccleſiæ Chriſti non modò iam conueniunt, ſed perpetua omnium ſe-
culorum ſerie ſemper conuenerunt Eccleſiæ Romanæ: abſq; omni controuerſia Pontifex
Romanus, quocum Eccleſia Romana communicat, membrum aliquod Antichriſti eſſe
(quod ſaltem ad fidem & doctrinam attinet) nullo modo poteſt.

*Romanam Eccleſiam, quæ ſemel Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ membrum fuit,
nec amiſiſſe, nec vnquam mutaſſe fidem ſuam, & ideo non eſſe
membrum Antichriſti.*

CAPVT LI.

HOc in loco non ago de Romani Pontificis Primatu, ſed tantùm de communione,
quam fideles omnes inter ſe, ac propterea etiam cum Romana Eccleſia, ſi & ea fide-
lis eſt, habere debeant. Satis enim mihi eſt hoc tempore, ſi probauero, Sedem Roma-
nam agnoſcendam eſſe ſaltem vt præcipuum quoddam membrum Eccleſiæ Catholicæ.
Nec Proteſtantes negare poſſunt, quin Romana Eccleſia fuerit aliquando veræ Dei Ec-
Rom.1. cleſiæ præcipuum quoddam membrum. Paulus enim *gratias egit Deo per Ieſum Chriſtum pro
omnibus Romanis, quia fides illorum annunciabatur in vniuerſo mundo.* Et iterũ: *Veſtra obediẽ-*
Rom.16. *tia in omni loco diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis.* Nunc autem nego, Romanos ab illa die in
hanc vſque, fidem ſuam aut Eccleſiam mutaſſe. Nam ſi eam mutaſſent, fieri nõ potuit, quin
ea res literis eorum proderetur, qui tunc vixiſſent quando ea mutatio facta eſſet. Etenim
cùm Roma in oculis oĩm poſita fuerit, nec vllus vnquàm tam obſcurus Pontifex in ea præ-
fuerit, cuius vita & res geſtæ non ſint memoriæ poſterorum mandatæ: cumque mutatio fi-
dei res omnium maxima ſit, maximaſque turbas cõcitare ſoleat, nec vlla ſit ætas poſt Chri-
ſti Aſcenſionem, quæ Scriptoribus Eccleſiaſticis non abundauerit; nullus autem omnino
mentionem aliquam fecerit de mutatione fidei Romanæ: certiſsimum id argumentum eſt,
fidem Romanam non aliam nunc eſſe, quàm Apoſtolorum tempore fuerit. Vtcunque enim
certæ cæremoniæ in Eccleſia Romana mutari potuerint (quod ipſum ſcripta Eccleſiaſti-
Lib.3.c.3. ca non tacent) certè fides ipſa eadem omni ætate manſit. Ac Irenæus quidem teſtatur, *Ec-*
De præſcript. hæret. & ad- *cleſiam Romanã à duobus Apoſtolis Petro & Paulo fundatam, conſeruaſſe eam, quæ ab Apoſtolis*
uerſ. Marc. lib.4. *erat, traditionem.* Tertullianus etiam enumerat Romanam Eccleſiam inter eas, quæ ſint
Lib.1.Ep.3. teſtes veritatis Diuinæ. Cyprianus *principalem Eccleſiam* appellat. Baſilius communionem
Epiſt.52. eius adeo non recuſat, vt opem ab ea flagitet. Theodoſius & Gratianus fidem in vrbe Roma
Cod. de ſum. Trinitate. à Petro Apoſtolo vſque ad Pontificem Damaſum conſeruatam, atteſtantur. Romanã fidem

& com-

& cõmunionem Hieronymus laudat Auguſtinus admiratur, Victor à Catholicis Africæ Epiſcopis retentã docet, Iuſtinianus Auguſtus veneratur & cõſulit. Deniq; oẽs Oecumenicæ Synodi, nec ſolùm quatuor illæ primæ, verùm etiã quinta & ſexta, cõmunicârunt cum Romana Eccleſia velut cum ea, quæ Catholicã fidem illibatam ſemper obſeruaſſet. Ad Principiã virginem. Epiſt. 103. Li 2. de perſecut. Vand. Ad Ioannem Papam C. De ſumma Trinit.

Iam ventum eſt ad Gregorij Magni atque ad Agathonis Papæ tempora, de quibus, & iis, quæ poſtea ſequebantur, ſumma contentio eſſe ſolet. Nam nec ipſi ferè Proteſtantes negãt Romam ad eum vſq; diem rectam fidem tenuiſſe. Quæro igitur, vtrùm aut ſub Gregorio Magno, aut poſtea fidem Apoſtolicam Roma depoſuerit, nouamq; ſibi aſſumpſerit? Sub Gregorio aut nulla Chriſti Eccleſia fidem profeſſa eſt in terris, aut ea cum Gregorio Magno communicauit. Quod ipſum Epiſtolæ eius docent, quæ cùm ad Eccleſias tam Orientales, quàm Occidentales, ac ad omnes propè nationes, quæ ſub cœlo erant, conſcribantur: vnam in omnibus fidem teſtantur fuiſſe, præterquàm quòd Epiſcopi Conſtantinopolitani arrogantia reprehẽdebatur, qui ſe œcumenicum & vniuerſalem Patriarchã inſcribebat. Cum ergo ſolus ille in hac vna re à B. Gregorio diſſenſerit: aut Epiſcopus Conſtantinopolitanus veram fidem in ea cauſa tuebatur (quod Proteſtantes nunquam dicent) aut Gregorius ipſe veræ Eccleſiæ membrum fuit. Nam nec nulla Eccleſia potuit vnquàm eſſe, nec alia tunc fuit, præter illam, quacum Gregorius Pontifex Romanus conſenſit. Si ergo tota Chriſti Eccleſia cum Gregorio Magno communicauit, eáq; ſemper ſit *columna & firmamentum veritatis, quã qui non audit, tanquã Ethnicus & publicanus nobis eſſe debeat*: videamus, quæ ſit Gregorij doctrina & fides. Ac primùm quidẽ ait de Sede Romana & ſua: *Sedes Apoſtolica omnium Eccleſiarum Caput eſt.* Et alibi: *Quòd ſe Byzancenus* (hoc eſt, Conſtantinopolitanus Archiepiſcopus) *dicit Sedi Apoſtolicæ ſubijci: ſi qua culpa in Epiſcopis inuenitur, neſcio quis ei Epiſcopus ſubiectus non ſit.* Præterea teſtatur, morem Eccleſiæ Romanæ ante ſua tempora fuiſſe, *vt Subdiaconi cum vxoribus non miſcerentur: ab antiquis prædeceſſorum ſuorũ temporibus Pallium accepiſſe Arelatenſem Epiſcopum.: Claues Apoſtoli Petri ſuper agros poſitas multis ſolere miraculis coruſcare*: Imagines ſacras, quæ in Eccleſiis erant, frangi non debuiſſe. Tum autem de miraculo *per ſignum Crucis* facto, & de *aqua benedicta mirabiliter ſanitatem homini læſo reſtituente*, mentionem facit. Refert, Sanctos etiã viuentes in hoc mundo (ac multò magis regnãtes cũ Deo) corda hoĩm videre, iſiq; anguſtam eſſe oẽm creaturam: In ipſis quoq; patrocinijs Martyrum nõ tanta *per corpora ſua, quanta beneficia per Reliquias oſtendi.* Agapetũ Anteceſſorem ſuũ *Miſſarum ſolennia exorſum, Sacrificiũ in cõſpectu Dei Omnipotentis immolaſſe.* Quo peracto, ab Altari exeuntem Corpus Dominicũ in os muti miſiſſe, atque ita linguã diu mutam ad eloquendũ ſolutam eſſe. *Sãctimoniales non nubere: Deum per veſtem S. Euticij ante ſua tempora dignatũ eſſe operari, dum ciues eius tunicã leuare, atq; in conſpectu Domini cũ precibus offerre cõſueuerant: cum quã dum per agros pergerẽt exorantes, repente pluuia tribuebatur. Credendũ eſſe, quòd de quibuſdam leuibus culpis eſt ante Iudicium Purgatorius ignis.* Quid multis? Plena ſunt opera Gregorij rerũ iſtiuſmodi: quas oẽs cùm Proteſtantes irrideant, non poteſt quidẽ fieri, vt illorũ Eccleſia cum illa Romana conſentiat, quæ ſub Gregorio Magno vixit: ſed ſatis eſt nobis, vt Romana Eccleſia ſecũ ipſa conſenſerit. Perpendant ſecum paulìſper, Gregoriũ non fuiſſe vnquã de hæreſi aliqua, aut errore in fide vel leuiter ſuſpectũ: eum ſe non egiſſe vitã priuatam, aut cõſuetudinũ Orientalis, ac multò minus Occidentalis Eccleſiæ ignarũ extitiſſe: cùm *pro explendis* (vt ipſe teſtatur) *Eccleſiæ reſponſis ad Principem Conſtantinopolitanũ tranſmiſſus ſit*: & nõ modò antiquorum Patrum libros diligẽnter legerit, verùm etiam ipſe plurimos Pontifices Romanos cognouerit, cũ ijs vixerit, & nõnullis in publico miniſterio inſeruierit: fuiſſe ſumma humilitate, modeſtia & charitate præditum, adeò vt ipſius diligentia tùm *Gothi in Hiſpania fierent ex Arianis Catholici*, tùm *Saxones in Britannia ex Idololatris efficerentur Chriſtiani.* Tãtus ergo vir in nulla re ab antiquis Eccleſiæ inſtitutis recedens, aut membrum Eccleſiæ Catholicæ fuit, aut nulla fuit prorſus illis temporibus Eccleſia Catholica. Omnes enim Epiſcopi & Fideles per vniuerſum Orbem cum Gregorio communicârunt. Porrò ne fingi quidem poteſt, Eccleſiam ſeu plebem Romanam aliter quippiam credidiſſe, quàm ille prædicauit, cùm & in Pontificem eum elegerit, & ſemper eum in maximo habuerit honore. Vt autẽ non ante Gregoriũ, ſic nec ab illius diebus fidem priſtinam Eccleſia Romana mutauit. Nã oẽs Romani Pontifices cũ tota Eccleſia ſua in hunc vſq; diẽ illa ipſa credunt & docẽt, quæ iã antea Gregoriũ docuiſſe oſtendi; quæq; nuper hæretici falſa & vana eſſe cõtendunt.

Anno Domini 600. In Regiſtris. 1 Timoth. 3. Matth 18. Lib. 11. c. 54. Li 7. Ep 64. Lib 1 Ep 42. Lib. 11. Ep. 9. Lib 1 Ep. 25. Li 7. Ep 109. Lib 1. Dial. cap. 10. Lib. 2. c. 20. & 35. Ibid. cap. 17. Lib 3 cap. 36 Dial li 3 c. 14 Dialog li. 4 cap. 39. Dial. li 3 c 38 Dial l 1. c. 31. Bed in hiſt. Ang. l. 2. c. 1. Gregorius Turonenſis lib 10. hiſtoriarum.

Deinde in omni mutatione fidei, ac in omni defectione ab antiqua & Catholica Eccle-
1. ſia hæc ſolent interuenire: Dux primùm aliquis, aut ſaltem perſonæ, ſi non ex proprio no-
mine, at ex loco, ex certis rebus aut moribus deſcriptæ, vt olim Simon Magus, Manichæus,
2. Arius, Neſtorius, Cathari, Quartadecimani, Cataphryges. Deinde certa ſunt dogmata,
quæ iſti Duces defendunt, vt: eſſe duo principia, vnum bonum, alterum verò malum: aut
3. Filium Dei non eſſe Patri conſubſtantialem, & quæ ſunt eius generis. Tum autem notiſ-
ſima ſunt tempora, in quibus orti ſunt eiuſmodi Pſeudoprophetæ: vt Nicolaitæ Apoſtolo-
rum tempore ſchiſma fecerunt: Marcion autem ſub Higino Pontifice Romano: Arius
4. ſub Conſtantino Magno, ac eodem modo in reliquis. Nec vnquàm defuerunt viri Apo-
Tertullian. de præſcrip. Hieronym. in Catalog. ſtolici, qui reſiſterent ijs hæreticis. Nam Petrus Simoni Mago ſe oppoſuit, Ebionitis Ioan-
nes Euangeliſta, Nouatianis Cornelius Papa & Cyprianus, Ario Athanaſius, Neſtorio Cy-
rillus, Donatiſtis Optatus, Pelagianis Auguſtinus, deniq; omnibus hæreticis Sedes Romana
5. omni ætate fortiſsimè reſtitit. Collationes etiam, & Synodi ſemper interceſſerunt, poſt-
Vide Photiũ de Synodis. quàm Imperatores Chriſtiani effecti, Epiſcopos conuenire paſsi ſunt. Ita reſtitit Arianæ
hæreſi Nicena Synodus, Macedonianæ Conſtantinopolitana, Neſtorianæ Epheſina, Euty-
6. chianæ Chalcedonenſis. In his tumultibus, inſigniores aliquæ Ciuitates aut etiã Regio-
nes erant, quæ tam hinc quàm inde ſe alterius dogmatis ſtudioſas, maiore ſaltem ex parte
iactitabant. Ab Arianis ferè Nicomedia & Alexandria cum magna parte Orientis ſtetit:
ex aduerſo autem ſtetit Eccleſia Romana, & Mediolanenſis cum reliqua Italia & Gallia.
Epiſtol 70. & 72. Baſilius enim teſtatur, *ſanam fuiſſe Occidentis partem, alterã verò partem fuiſſe ægrotam pro Catho-
lica Eccleſia per totum Orbem diffuſa.* Porrò Schiſmatici ipſi in ſectas iterũ ferè diuideban-
7. Epiphanius hæreſ.73. tur: vt Ariani in tres partes, itẽq; Donatiſtæ in plures. Caput verò eſt, quòd pauci erant
ab initio quicunq; hæretici *præ multitudine vnitatis, à qua* (vt Auguſt. ait) *omnes exierũt*. Itaq;
8. quo primùm tempore ab Eccleſia deficiunt, plures in domo Dei relinquunt, quàm poſt ſe
In Pſal. 106. abducunt. Accedit eodem, quòd D. Paulus de omnibus hæreticis in vniuerſum dixit:
9. 2. Timot.3. *Sed vltrà non proficient: inſipientia enim eorũ manifeſta erit omnibus*. Et Petrus: *Perditio* (in-
2. Petri 2. quit) *eorum non dormitat*. Poſtremò ſecundùm Prophetiam Iſaiæ, fideles populi non ſo-
10. Ir. tin. 66 c. Iſaiæ. lùm *ter in anno*, vt olim ſub lege, verùm etiam *ſingulis menſibus*, atque adeo *Sabbatis veniẽt,
vt adorent coram facie Domini*. Adorare autem coram facie Domini eſt, ſecundùm phra-
Exod.23. ſim Hebraicam, in loco illius nomini dedicato adorare, atque ibi cultum Dei profiteri.

Quibus ita conſtitutis: ſi Eccleſia Romana poſt Gregorij tempus, aut etiam antea, fidem
1. mutauit, atq; ab antiqua & vera Dei Eccleſia defecit: oſtendant nobis Proteſtantes Ducem
2. huius mutationis aut defectionis, ſi non vnum quempiam nominatim, at certè cõgregatio-
3. nem aliquam certi nominis & qualitatis: oſtendant dogmata, in quibus à reliquis fidelibus
4. tunc primùm diſſenſerunt: oſtendant ſi non menſem aut annum, certè Olimpiadem, aut
5. luſtrum, in quo hæc mutatio ſit facta. Oſtendant, quiſnam ſe illis Schiſmaticis pro Eccleſia
6. Catholica oppoſuerit: quæ diſputatio, collatio, Synodus congregata ſit cõtra illos: vbi vixe-
7. rint Schiſmatici, vbi reliqui Catholici egerint: in quas iterum ſectas dicti ſchiſmatici Ro-
8. mani per tot ſecula diſceſſerint: vbi remanſit illa multitudo vnitatis, a qua omnes hæretici
9. exeunt. Oſtendant, quòd perditio Romanæ Eccleſiæ non dormitauerit ſed quòd ita ſit de-
preſſa, confuſa, & euerſa propter ſectas & hæreſes, quemadmodum Alexandrina, Antio-
chena, aut Conſtantinopolitana Eccleſia. Vel potiùs oſtendant ſic non eſſe amplius in Or-
be Romanos, quemadmodum non ſunt iamdiu Manichæi, Ariani, aut Monothelitæ.
10. Poſtremò deſignent ex tot Baſilicis, aut ſacris ædibus, quot per vniuerſum Orbẽ Chriſtiani
prius habebant, vel vnã aliquam, in qua illi fideles Deũ coluerint, qui iam inde à Gregorij
tempore Eccleſiam Romanam, & alios Epiſcopos in Romanæ Eccleſiæ communione
manentes aut hæreſis, aut ſchiſmatis, aut alicuius erroris accuſarunt.

1. Hæc ſingula de hæreſibus, quæ noſtra ætate ortæ ſunt, facillimè demonſtrabo. Lutherus
2. huius factionis Dux fuit. Is docuit rẽ à ſeculo inauditã: videlicet, Euchariſtiam non eſſe pu-
blicũ Sacrificium Eccleſiæ Chriſti, quod per externos Sacerdotes offerri debeat. Itémque
Vide Ambroſ. de pœnitentia lib 1.c.2 & 7 & Aug. de hæreſ.53. & 82. renouauit antiquas hæreſes, vt illã Nouatiani, Præsbyteros nõ poſſe peccata remittere: illas
Aërij, nec orandũ eſſe pro mortuis nec ieiunandũ ſtatutis diebus: illam Iouiniani, virgini-
tatẽ nõ eſſe maioris meriti, quàm coniugalẽ caſtitatẽ. Cœpit verò promulgare has hæreſes
ſuas, An. D. 1517. Reſtitit ei ſtatim Pontifex Rom. omneſq; Epiſcopi Occidentis, itẽq; Co-
3. 4. clæus, Eckius, Roffenſis Epiſcopus, Thomas Morus, Caietanus, alijq; propè infiniti viri op-
timi & doctiſsimi.

Collatio

Collatio habita eſt inter Lutheranos & Catholicos Lipſiæ primùm anno 1519. Deinde 5.
Auguſtæ 1530. Synodus contra Lutheranos primùm Romæ habita eſt ſub Leone Decimo:
deinde Tridenti, ſub Paulo Tertio, Iulio Tertio, & Pio Quarto.

A Luthero Wittemberga ſtetit, & non ita multò pòſt Lipſia, itemq; aliæ quædam Ciui- 6.
tates Saxoniæ & Sueuiæ. Pro Eccleſia Catholica ſteterunt integræ Nationes, Italia, Gal-
liæ, Hiſpaniæ, Polonia, Hungaria, atq; etiã magna pars ipſius Germaniæ, videlicet Auſtria,
Bauaria, Brabantia, Flandria, Hollandia, Friſia, Hannonia, & aliæ prouinciæ vtriuſq; Ger-
maniæ. Ex Lutheranis exierunt ſexennio ferè poſt inchoatum ſchiſma, Zuingliani, & ex
Zuinglianis poſtea Caluiniſtæ, ex illis in Polonia Trinitarij, in Anglia nuper orti ſunt Puri- 7.
tani. Et hi omnes ſchiſmatici à paruis initijs orti, & radices ſuas reliquerũt ſeipſis ab ini- 8.
tio diffuſiores, & omnes ad vnum comparati cum Eccleſia Catholica (quæ per Italiam, Si-
ciliam, Gallias, Hiſpanias, Luſitaniam, multas Germaniæ Regiones, Poloniam, Hungariam,
Heluetios, Corſicam, Sardiniam, Corcyram, Cyprum, Cretam, Græciam, Britannias, Hiber-
niam, Gades, per Aſſyriam, Aethiopiam, nouasq; Indias diffuſa eſt, perangusta quædã por-
tio Chriſtiani orbis ſunt. Nec enim ad Arrianæ hæreſis magnitudinem vel media ex parte
factio iſta excreuit, quam tamen hæreſim Arrianam præ Catholicæ Eccleſiæ (quæ à fini-
bus vſq; ad extremos terminos erat) *paruam partem* Baſilius appellauit. Lutheranorum Epiſt.74.
ſecta non profecit, poſtquàm Zuingliani orti ſunt, nec Zuingliani poſt Caluiniſtarum ori- 9.
ginem. Porrò & has, & omnes alias huius temporis ſectas Oecumenica Synodus Triden-
tina euertit, ſimul ac earum inſipientiam toti Eccleſiæ per ſapiẽtiſsima Decreta patefecit.

Poſtremò poſt iſtarum hæreſum promulgationem Catholici per Italiam, Gallias, Hi- 10.
ſpanias, & per ipſas adeo Germanias in illis Baſilicis & ſacris ædibus Deum publicè, non
modò ſingulis menſibus, verùm etiam ſingulis Sabbatis, hoc eſt, feſtis diebus coluerunt,
quas Maiores ipſorum in illis gentibus ad honorem Dei ædificauerant.

Cùm igitur tot hæc hæreſum & ſchiſmatum ſigna ferè in ſingulis, & certè in maiori-
bus quibuſq; hæreſibus reperiantur: iure optimo poſtulamus, vt aliquot ſaltem eorũ nobis
in illa magna Romanæ Eccleſiæ hæreſi & defectione (quam fingunt Proteſtãtes) exponan-
tur. Quò enim maior eſt hæc Romanæ Eccleſiæ defectio (quæ ſi vlla eſt, per vniuerſum
orbem diffuſa eſt) quóque longiore tempore (nimirum per annos iam propè mille) duraſ-
ſet, ſi vlla eſſet: eò plura oportebat eius hæreſeos & ſchiſmatis ſigna concurrere. At cùm 1.
ea prorſus nulla ſint, nec aut nomen ſeductoris primi, aut dogmata certa nominàtim ſcian- 2. 3.
tur, nec aut quo primùm tempore, aut quo in loco promulgata ſint, nec quæ lumina Ec- 4.
cleſiæ illis reſtiterint, quæue Synodi aut collationes ob eam rem factæ ſint, oſtendi queat, 5. 6.
nec quæ Ciuitates aut Regiones Catholicæ Romanis aut amicæ, aut aduerſæ fuerint, nec 7.
an vlla inde nata ſint ſchiſmata, nec denique ſciatur, vbinam genti im illi Catholici man- 8.
ſerint, à quibus Eccleſia Romana deficeret; eadémque adeo non defecerit, aut ceſſarit à
pubico Dei cultu his mille annis, vt quotidie (quod nulli vnquàm hæreſi tam eximiè 9.
contigit) Idololatras, & infideles, ac Barbaros non ſine miraculorum authoritate ad Chri- 10.
ſtum conuerterit, nouáſque gentes occuparit (vt Anglos, Germanos, Bohemos, Hun-
garos, Flandros, Brabantos, Pruthenos, ac nouiſsimè in diebus iſtis tam Orientales, quàm
Occidẽtales Indos, latiſsimè dominãtes) atq; in his gẽtibus Baſilicas nouas cũ alijs antiquio-
ribus & Apoſtolicis in cultu Dei cõſentientes erexerit: prorſus apparet, Eccleſiã Rom. ſem-
per manſiſſe in fide, quã ab Apoſtolis primùm acceptã vſq; ad noſtra hæc tẽpora illibatã cõ-
ſeruauit. Quod enĩ Proteſtãtes nolint cõcedere, nihil eſt aliud, quod hoc in loco reſpondeãt,
quàm errores noſtros & ſuperſtitiones (quas vocant) non ſimul vniuerſas in Eccleſiã Ro-
manam inuectas eſſe, verùm paulatim ſingulas, dũ Paſtores Eccleſiæ dormirent, irrepſiſſe,
donec omnium animos occuparent, atq; ita pro Catholica fide haberẽtur. Sed hoc ſomniũ
iſtorum nullo modo poteſt cum veritate Sacrarum literarum, ac promiſsionibus Dei con-
ſiſtere. Quid enim refert, verùm ex errore paulatim obrepente, an ex manifeſta hære-
ſi Eccleſiæ Dei fides corrumpatur, & ita portæ inferi præualeant: cùm Chriſtus in vni-
uerſum dixerit: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum*
in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere? Vtique Spiritus veritatis
non manet cum Apoſtolorum ſucceſſoribus in æternum, ſi omnes Epiſcopi per vniuerſum
mundum falſæ doctrinæ aſſentiuntur. Omnes autem cum Gregorio Magno, & cum Ante-
ceſſoribus, Succeſſoribusq; illius communicarunt.

Hi populi per Auguſtinum, per Bonifaciũ, per Cyrillũ, per Vvillebrordum, & alios ſedis Apoſtolicæ legatos cõuerſi ſunt.

Obiectio Lutheranorumq;

Reſponſio Catholica.

Iohan. 14.

Deinde Spiritus ſanctus Eccleſiam ſuam lectulo Salomonis & turri Dauid comparat. Canticor. 3. *En* (inquit) *lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* Per ſexaginta fortes plurimi illi Patres ac Doctores Eccleſiæ intelligũtur, qui per ſingulas ætates etiam dormienti, hoc eſt, pacificè & quietè agenti Eccleſiæ aſsiſtunt, nec id tantùm per diem, ſed etiam per noctem, idq; ad propellendos *timores nocturnos*, hoc eſt, ſuperſtitiones & occultas hæreſes. Nec vnquã imparati ſunt hi *fortiſsimi ex Iſrael*, ſed omnes habent gladios ſuos in promptu, vt à latronibus & Pſeudoprophetis Eccleſiam ſecuram reddant. Nam (vt Canticor. 4. etiã ſequitur in iiſdem Canticis) *Collum Sponſæ eſt ſicut Turris Dauid, quæ ædificata eſt cũ propugnaculis. Mille* (ſeu, omnes) *clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiũ.* Ex tot propugnaculis & clypeis ſi nec vnus quidem per tot ſecula in Eccleſiæ defenſionem contra ictus hæreticorum arreptus eſt, ne clypei quidem iſti erant. Atque ita Spiritus ſanctus mendacij ab improbis nebulonibus arguitur. Non eſt enim clypeus, qui corpus non tegit, ac tuetur aduerſus hoſtes. Sin mille clypei pendebant ex collo Eccleſiæ, hoc eſt, ſi multi viri doctiſsimi nõ obſcurè latentes ſub veſtimentis, ſed circa ipſum Eccleſiæ *Collum* eminentes cernebantur, nunquàm ita potuit ſomnus cunctis ſimul Paſtoribus obrepere, vt non aliquis, atque adeò plures vocem Sponſi Chriſti tùm audirent ipſi, tùm alijs proponerent. Nam præclarè in hanc ſententiam Cyprianus ad Stephanum Pontificem Romanum: *Idcirco enim, frater chariſſime, copioſum corpus eſt Sacerdotum, concordiæ mutuæ glutino atque vnitatis vinculo copulatum, vt ſi quis ex Collegio noſtro hæreſim facere & gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentauerit, ſubueniãt cæteri, & quaſi Paſtores vtiles & miſericordes, oues Dominicas in gregem colligant.* Sed reuertamur ad Prophetas.

Lib 3. Epiſt. 13.

Iſaiæ 62. Cùm Dominus apud Iſaiam dixiſſet: *Quale gaudium eſt Sponſi ſuper Sponſam, tale gaudium eſſe Dei ſuper Eccleſiam ſuam:* ne dici poſſet, hoc gaudium non fore perpetuum, quia caſtitas Eccleſiæ eſſet quandoq; violanda: *Super muros* (inquit) *tuos, Ieruſalem, conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* Potuitne aliquid clarius dici? Cuſtodes Eccleſiæ non tacebunt aut die aut nocte. Nec tantùm aliqua pars noctis erit, in qua nõ tacebunt, ſed *tota nocte* non tacebunt, idq; *in perpetuum*. Et quiſquã putat, per aliquot ſecula tacuiſſe Cuſtodes murorum Eccleſiæ? Aut adeò impudens eſt, vt Deum in faciem mendacij accuſet? Aut forte Iſaias hoc de Chriſti Eccleſia non eſt locutus? Cui ergo dictum Ibidem. eſt illud, præterquàm Eccleſiæ Chriſti: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, & eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui. Non vocaberis vltrà derelicta, & terra tua non vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis, Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur, quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur.* At noſtri Pſeudoprophetæ ita vaticinantur de viſibili hac & illuſtri Eccleſia Chriſti: *Per mille prope annos non fuiſti corona gloriæ in manu Domini, nec diadema Regni in manu Dei tui: vocaberis magis derelicta, quàm vnquàm Synagoga vocata eſt.* Nam illa poſtquàm ſub Moyſe primùm cœpit, non niſi per annos ſeptuaginta vocabatur derelicta: tu verò per annos ad minimum ſeptingentos vocaberis, hoc eſt, verè eris derelicta & deſolata. Nec nomen tuum erit *voluntas Dei in te*, ſed *voluntas Antichriſti Romani in te*. Et terra tua non inhabitabitur, nec Domino complacuit in te. Nec eſt quòd hic dicant, ſe non Eccleſiam Chriſti, ſed Romanam accuſare erroris. Non enim cognita fuit alia Catholica Chriſti Eccleſia in terris, præter illam Romanam: cùm tamen Eccleſia Chriſti adeò illuſtris omni ætate eſſe debuerit, Matth. 5. vt, tanquàm *Ciuitas ſupra montem poſita, non poſſet abſcondi.* Quod vt melius ob oculos ipſis ponam, inexcuſabileſq; eos in æternum reddam, vide quem in modum concludam. Si quo tempore verè Magnus ille Gregorius libros Dialogorum perſcripſit, eóſq; doctrina ſuperſtitioſa (vt iſtis neceſſariò dicendum eſt) repleuit, aliqua fuit alia Chriſti Eccleſia in terris, præter illam, quæ cum Gregorio Magno communicauit: eius Eccleſiæ *fortes, qui lectulum* Cantic. 3 & 4 *Salomonis ambiebant, quique mille clypei erant ad collum Eccleſiæ pendentes, ac femore ſuo cinxiſſent gladio, ac de Turre Dauid clypeos*, vt plebem fidelem aduerſus Romanæ ſedis Primatum ac iuriſdictionẽ in oẽs Epiſcopos, aquæ benedictæ ſigni Crucis Sacrificij Miſſæ, Ignis purgatorij, Inuocationis Sanctorum, pallij Archiepiſcopalis, cœlibatus Subdiaconorũ in Latina Eccleſia, honoris Reliquiarũ, atq; alias eiuſdem modi falſas ſuperſtitiones & erroneas doctrinas, (vt iſti dicũt) munirent. Cæterũ per totũ terrarũ orbẽ nullus oppoſuit ſe Gregorij Magni doctrinæ: imò totus orbis Chriſtianus eũ tanquàm ſemper veneratus eſt & admiratus. Nemo

Pſeudoprophetarum vox.

per tot

per tot ſecula vſq; ad Lutherum Dialogos illius falſæ doctrinæ accuſauit: ſed in toto orbe, quotquot erant docti & boni, eũ laudabant & prædicabãt, atq; adeo de illius Cõmentarijs in ſuos libros permulta cõſcribebant. Si interrogemus per ſingula ſæcula doctiſsimos viros & fortiſsimos propugnatores Eccleſiæ, quid de Gregorio ſenſerint: *Mauritius* primùm Imperator reſpõdebit, ſe tanti hominẽ feciſſe, *vt ei adhuc Diacono filiũ ſuum ex ſacro lauacro ſuſcipiendum daret*, atq; Epiſcopatum Romanũ, quem Gregorius vehemẽter fugiebat, inire cogeret. Deinde *Eulogius Patriarcha Alexandrinus Diuum Petrum in Cathedra Romana vſque ad id tempus per Succeſſores ſuos ſedentem in Gregorio agnouit*. Conſtantinopolitanus quamuis improbè vniuerſalem ſe Patriarcham ſcriberet, *ſe tamen Sedi Apoſtolicæ ſubiecit*. Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus eum appellauit *Os Domini, & Lucernam, quòd loquendo multis eum prodeſſe, multiſq; poſſe lucere perſtiberet*. Quin imò ipſe *Gregorius* cùm literas communicatorias ſimul ad Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Hieroſolymitanum Patriarchas ſcriberet, *Petrum, authore Deo, ſanctæ Eccleſiæ Principatum tenuiſſe aſſerit, & quia* (inquit) *corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem, ſicut ſancti Euãgelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor. Quintum quoque Concilium pariter veneror.* Vbi & ſe cum tota Eccleſia Catholica, quæ ante illum fuit, communicare fatetur, & (quoad fidem) cum omnibus Patriarchis, qui tunc viuerent; quanquàm à ſuperbo nomine quod Conſtantinopolitanus Epiſcopus vſurpabat, vir humillimus & mitiſsimus abhorreret. Iam verò qui ætatem Gregorij Magni per totius Eccleſiæ decurſum ſecuti ſunt, in ſummo eum honore ſemper habuerunt.

Gregorius Turonenſ. lib hiſtor. 10.
Greg. lib. 6. Epiſt. 37.
Greg lib 7. Epiſtol. 64.
Idem lib. 6. Epiſt. 25.
Idem lib. 1. Epiſtol. 24.
Rom. 10.

Auguſtinus Anglorum Apoſtolus ab eo in Inſulam miſſus, meritò authorem ſuæ poteſtatis agnouit & tutatus eſt. Gregorius Turonenſis eiuſdem cum eo ætatis hoc ei teſtimonium dicit: *Quia Eccleſia Dei abſq; Rectore eſſe non poterat, Gregorium Diaconum plebs omnis elegit. Hic enim de Senatoribus primis, ab adoleſcentia deuotus Deo, in rebus proprijs ſex in Sicilia Monaſteria congregauit, ſeptimum intra vrbis Romæ muros inſtituit: quibus tantam delegans terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum præbendum ſufficeret, reliqua vendidit cũ omni præſidio domus, ac pauperibus erogauit: & qui antè ſerico contextu ac gẽmis micantibus ſolitus erat per vrbem procedere trabeatus, nunc vili contectus veſtitu, ad Altaris Dominici miniſterium conſecratur, ſeptimuſq; Leuita ad adiutorium Papæ adſciſcitur. Tantáque ei abſtinentia in cibis, vigilantia in orationibus, ſtrenuitas in ieiunijs erat, vt infirmato ſtomacho vix conſiſtere poſſet. Literis Grammaticis, Dialecticiſque ac Rhetoricis ita erat inſtitutus, vt nulli in vrbe ipſa putaretur eſſe ſecundus. Hunc apicẽ honoris fugere tentans, ne quod prius abiecerat, rurſum ei in ſeculo de adepto honore iactantia quædam ſubreperet: vnde factum eſt, vt Epiſtolam ad Imperatorẽ Mauritium dirigeret, cuius filium ex lauacro ſancto ſuſceperat, coniurans, & multa prece poſcens, ne vnquàm conſenſum præberet populis, vt hunc huius honoris gloria ſublimaret. Sed Præfectus vrbis Romæ germanus eius, anticipauit nuncium, & comprehenſo, diſruptis Epiſtolis, conſenſum, quem populus fecerat, Imperatori direxit. At ille gratias Deo agens pro amicitia Diaconi, quòd reperiſſet locum honoris eius, data præceptione, ipſum iuſsit inſtitui.* Hæc Turonenſis. *Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus* B. Gregorium maiorem in modum veneratus eſt, libroſq; eius in Iob ſumma cum diligẽtia conquiſiuit. Paulus Diaconus Longobardus fatetur, ſe vitam eius conſcripſiſſe. Beda Monachus ex genere Anglorum Saxonum, ſummum honorem ei detulit, viuceq; admiratus eſt. Accuſaſſe verò eius doctrinam nec Primaſius, nec Damaſcenus, nec Theophilactus, nec Euthymius, nec Haymo, nec Strabus, nec aut Græcorum ante ſchiſma, aut Latinorum ante Lutheranam hæreſim, quiſquàm legitur. Aluredus Anglorum Rex Dialogos Gregorij ante ſexcentos annos in patrium ſermonem conuertit. Ergo Ægyptij, Syri, Græci, Galli, Hiſpani, Longobardi, Angli, deniq; omnes qui vſpiam erant Catholici, Pontificem Gregorium pro longè optimo & doctiſsimo ſuæ ætatis viro habuerunt. Ac ſanè poſt Petri Longobardi tempora, tantum Gregorio delatum eſſe conſtat, vt nullus ei Sanctorum Patrum præferatur. Si ergo D. Gregorius tam impia & ſuperſtitioſa ſcripſit, quàm Proteſtãtes ea volunt haberi, nec ei tamen quiſquã ſe oppoſuit velut murum pro Euangelij veritate, atque vt errores à fidelium plebe arceret: inde efficitur, vt vel verbum Dei falſo promiſerit *Cuſtodes murorum Eccleſiæ in æternum*, vel ſaltem ea fuerit veritas Euangelij, quam Gregorius à Maioribus acceptam poſteris in libris ſuis teſtatam reliquit. Quod cùm ita ſit, doctrina Romanæ Eccleſiæ, cuius Pontifices per hos mille annos Gregorij fidem & doctrinam retinuerunt, non alia nunc eſt, quàm & illius ætate, & ab ipſis Apoſtolorum temporibus

Beda in hiſt. Angl. lib. 1.
Gregorius. Turonenſ. hiſtor. lib. 10.
Altaris Dominici miniſterium.
Paulus in vita Mauritij.
Beda hiſtor. Anglorum lib. 2 c. 1.
Polydorus Anglic. hiſt. lib. 5.
Iſaiæ 62.

ſemper fuit. Cùm enim ex tot ſchiſmatum & errorum ſignis nullum omnino in Eccleſiam Romanam cadat, neceſſe eſt, illam nunquàm defeciſſe à Catholica & Apoſtolica fide, quam ab Apoſtolis Petro & Paulo primùm didicit. Cùm igitur certiſsimum ſit, Eccleſiam Romanam illo tempore, quo fidem ab Apoſtolis accepit, & in illorum obediẽtia permanſit, Antichriſti membrum non fuiſſe, nec ab illo die in hunc vſq; fidem ſuam mutauerit: neceſſe eſt, vt credamus, eãdem Eccleſiam nec hodie quidem Antichriſti membrum eſſe. Imò ſi qua Eccleſia in mundo & Antichriſto, & Antichriſti mẽbris conſtanter ſe opponit, illa eſt Eccleſia Romana, vt quæ adhæret illius Cathedræ, cui dictum eſt à Domino: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.*

Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Puritanos, Anabaptiſtas, & alios einſmodi Sectarios, Antichriſti membra eſſe: idq́; ex eo primùm apparere, quoniam non mittuntur à Deo, ſed in ſuo ipſorum nomine veniunt.

CAPVT LII.

HActenus Pontificem Romanum neque Antichriſtum ipſum, neq; Antichriſti membrum eſſe (quod ad fidem attinet) planum feci. Nunc quia *æquum eſt, vt quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur*: non moleſtè ferre debent Proteſtantes, ſi eos viciſsim Antichriſti membra eſſe, patefecero. Ex ea enim re hoc lucri acquirent, vt cùm nouerint, quàm peſsimo in loco res ipſorum ſint, ad ſaniorem mentem per Dei gratiã redire queant. Quemadmodum igitur Antichriſtus ipſe non mittitur à Deo, ſed *ſecundùm*
2. Theſſ. 2. Iohan. 5. *Satanæ operationem in ſuo nomine venit*: ſic Antichriſti membra non mittuntur à Deo, ſed impellente illos Diabolo à ſeipſis veniunt, ſicut Scriptum eſt: *Non mittebam Prophetas, &*
Ierem. 23. Iohan. 10. *ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* Et: *omnes, quotquot venerunt ante me, fures ſunt & latrones*. Quòd autem Proteſtantes & Sectarij omnes à Deo non ſint miſsi, hoc vnum abundè probat, quia nullum afferunt idoneum ſuæ miſsionis teſtimonium, quo fidem Eccleſiæ Dei faciant, ſe diuinitus ad eam eſſe miſſos. Cùm enim vnius hominis teſtimonio, quod in alterum dicitur, vllo modo credi lex vetet; ac multò minus ſerẽdum ſit, vt cuiquàm
Deuter. 17. in ſua ipſius cauſa credatur: oportet eum, qui à Deo ſe miſſum aſſerit habere teſtimonium aut planè diuinum, quod ſupra naturam ſit, aut certè humanum, *quod ſtet in ore duorum aut trium teſtium*. Diuinum teſtimonium, aut ſcriptum eſt, aut non ſcriptum: quo vtroq; Chri-
Iohan. 5. ſtus munitus fuit. Nam de vno dixit: *Scrutamini Scripturas: illæ teſtimonium perhibent de me.* De altero autem: *Opera, quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio, teſtimoniũ perhibent de me, quia Pater miſit me, & qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me.* Porrò cùm quodlibet horum inſtrumentorum ſuffeciſſet ad fidem de miſsione Chriſti fa-
Iohan. 1. Iohan. 5. ciendam: nihilominus ex abundanti aliud etiam teſtimonium ſibi dici voluit. *Ioannes enim venit, vt teſtimonium perhiberet de lumine*. Et Chriſtus ipſe de Ioanne ad Iudæos ait: *Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati.* Vbi notandum eſt, Iudæos teneri ex ſua ipſorum confeſsione. Dum enim miſerunt ad Ioannem, cui etiam Scripturæ teſtimonium
Iſaiæ 40. & Malach. 3. perhibebant: non poterant eius teſtimonium, quem ipſi iudicem elegerant, recuſare. Hæc
Neceſſariũ eſſe, vt qui ſe miſſum dicit, id ipſum comprobet. autem eſt ſumma rei: Si Chriſtus ipſe non putauit ſatis eſſe, vt diceret, ſe miſſum à Deo Patre, niſi etiam tam per opera mirabilia, quàm per Scripturas, & præterea per *Prophetæ atque adeo pluſquàm Prophetæ* aſſeuerationem, ſe miſſum eſſe à Patre ſuo, probaret: quis iam deinceps dubitabit, neminem mortalium pro Apoſtolo, aut Propheta, aut omnino pro Dei nuntio habendum eſſe, qui non poſsit aliquo probato & recepto more fidem facere de ſua miſsione? *Nõ enim ſemetipſum clarificauit Chriſtus, vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad ipſum.*
Heb. 5. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquàm Aaron.* Notum eſt autem, quo modo Aaron in conſpectu totius populi à Moyſe in Sacerdotem inunctus eſt.

Rom. 10. Quemadmodum igitur *nemo rectè prædicare poteſt, niſi mittatur*: ſic miſſus eſſe non putabitur, niſi qui miſsionis ſuæ teſtimoniũ afferat. Quo modo autẽ in Eccleſia Chriſti, Prædicatores & Paſtores mitti debeant, Chriſtus exemplo ſuo declarauit, dicens ad Apoſtolos:
Iohan. 20. *Pax vobis: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cùm dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum*. Itaque licet Paulus *non ab homine, neque per hominem, ſed per Ieſum*
Acto. 9. & 13. *Chriſtum ad Apoſtolatum* de cœlo *vocatus eſſet*: tamen tùm ab Anania *manibus impoſitis baptizatus eſt, tùm à Prophetis & Doctoribus Antiochenis per impoſitionem manuum ſegregatus eſt ad opus, ad quod Chriſtus vocauit eum*. De hac manuum impoſitione Paulus loquebatur, cùm di-

cùm diceret: *Manus citò nemini impoſueris.* Quid quòd Apoſtoli ſeriò conqueſti ſunt, quòd 1. Timoth. 5.
quidam ex ipſis exeuntes, turbaſſent Eccleſiam verbis, euertentes animas fidelium, & Circumci- Actor. 15.
ſionem Chriſtianis præſcribentes, *quibus* (inquiunt) *non mandauimus*: hoc eſt, qui à ſeipſis
hoc dixerunt, quiq; vel nō ab Apoſtolis oīno, vel certè non ad tale quid prædicādum ab illis
miſſi ſunt. Nā hæc ferè ſunt paria, vel prædicare ſine oī mādato, vel prædicare aliter, quàm
is voluerit, à quo mandatū legitimū accepiſti. Ac ſanè tantū abeſt, ne priuatus quiſquā ſibi ho
norē ſacrū arroget, vt *Azarias* Sacerdos rectè ad ipſum regē (à Deo alioqui conſtitutū) di-
xerit: *Non eſt tui officij, Ozia, vt adoleas incenſum Domino: ſed Sacerdotū, hoc eſt, filiorū Aaron,* 2 Paralip.
qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſterium. Porrò non tantum ſacrificij oblatio, verùm cap. 26.
etiam prædicatio Euangelij ſacerdotalis officij pars eſt, ac ea ſanè permagna. Vnde & Paulus Leo in Ep. 62 ad Maxi.
gratiam ait ſibi datam eſſe à Deo, vt ſit miniſter Chriſti Ieſu in gentibus ſanctificans (ſeu ſacrifi Antiochenũ.
cans) *Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata in Spiritu ſancto. Per quod* Rom 15
(inquit Origenes) *oſtenditur, ſacrificale opus eſſe annunciare Euangelium.* Si ergo rectè dixit Lib 10 in 15. ad Rom.
Hieronymus, *vt ſciamus traditiones Apoſtolicas ſumptas de veteri Teſtamento, quod Aaron &* [illegible]
filij eius, atque Leuitæ in Templo fuerunt, hoc ſibi Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi in Eccleſia Tom 2 ad Euagrium
vendicent: profectò vt in veteri Teſtamento non niſi *Aaron & filij eius conſtituebantur ſu-*
per cultum ſacerdotij: ſi quis autem externus ad miniſtrandum acceſſiſſet, mori debebat. ſic etiam Num. 3.
in nouo Teſtamento, ſi quis vllam partem ſacerdotalis muneris aut in miniſtrando publi-
cè Sacramenta, aut in prædicando Euangelium ſibi arrroget, qui neque Epiſcopus, neque
presbyter, neque Diaconus legitimè creatus ſit: is in æternæ mortis certiſſimum peri-
culum ſeſe inijcit.

Iam verò quemadmodum olim non alij ſacerdotes legitimè creati putabantur, quàm qui
ex Tribu Leui & familia Aaronis per generis propagationem deſcendentes, à Templi mi-
niſterio nunquàm poſtea per ſchiſma defeciſſent: ſic in hoc tempore non alij debent putari
ad prædicandum cum authoritate Euangelium legitimè aſſumi, præterquàm ſi ab Apoſtolis
& eorum ſucceſſoribus in vnitate Eccleſiæ Catholicæ perſeuerātibus ad eum honoris gra-
dum *per impoſitionē manuū* Epiſcopi alicuius ordinentur, atq; in eiuſdem Eccleſiæ pace ac
vnitate in æternum perſeuerent. Hoc enim eſt quod ait Tertullianus, *Romanam Eccleſiam* De præſcript. hæretic.
edere, id eſt, per publica inſtrumenta demonſtrare, *Clementem à Petro ordinatū*. Quodq; Cy- Lib. 5. Ep. 8. Matth. 16.
prianus ait, *Dominum, cum Epiſcopi honorem & Eccleſiæ rationem diſponeret, dixiſſe Petro: Ego*
dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non
vincent eā, & tibi dabo Claues Regni cælorū, & quæ ligaueris ſuper terrā, erunt ligata & in cælis,
& quæcunq; ſolueris ſuper terrā, erunt ſoluta & in cælis. Inde per temporum & ſucceſſionum vices
Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit, vt Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituatur, & omnis
actus Eccleſiæ per eoſdem Præpoſitos gubernetur. Itemq; alibi ſic ſcribit: *Chriſtus dicit ad Apoſto-* Lib. 4 Ep. 9.
los, ac per hoc ad omnes Præpoſitos, qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt: Qui audit vos, me
audit, & qui me audit, audit eum, qui me miſit. Et contrà de hæreticis ait: *Hinc ſunt, qui ſe vltrò* De vnitate
apud temerarios conuenas ſine diuina diſpenſatione præficiunt, qui ſe Præpoſitos ſine vlla ordinatio- Eccleſiæ.
nis lege conſtituunt, qui nemine Epiſcopatum dante, Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt, quos deſignat in
Pſalmis Spiritus ſanctus, ſedentes in peſtilentiæ Cathedra, peſtes & lues fidei. Denique Hierony- In cap 1. ad
mus ſcribit: *Paulatim verò tempore procedente, alij ab ijs, quos Dominus elegerat, ordinati ſunt* Galat.
Apoſtoli, ſicut ille ad Philippenſes ſermo declarat, dicens: neceſſarium autem exiſtimaui, Epaphro- Philipp. c. 2.
ditum fratrem cooperatorem & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum & miniſtrum
neceſſitatis meæ mittere ad vos. Ordinationem iſtam & legitimam miſsionem in Luthero atq;
in omnibus Sectarijs deſideramus. Vos enim (Proteſtantes) poteſtatem prædicandi Euā-
gelium à quo tandem accepiſtis? Vtrùm à Spiritu ſancto, ſicut olim Ioannes Baptiſta? Ve-
rùm præterquàm quòd, quis Prophetarum de vobis prædixerit (quod tamen Ioannes fecit) Iohan. 1.
proferre non poteſtis: etiam poſt Chriſti apparitionem & conſummatam operationem in
carne, fruſtra ſpiritum Dei per aliam rationem vendicatis, quàm per intermediam Chriſti
carnem, hoc eſt, per viſibiles quoſdam modos ordinationum, quales decuit à filio hominis
hominibus tradi, Eccleſiaſticis Sacramentis ad hoc ipſum diuinitus conſtitutis. Deinde ſi à
Dei Spiritu aut Lutherus, aut Caluinus miſſus eſt, oportuit illam miſsionem, ſi non per pro-
pheticam prædictionem, at certè per miraculum aliquod viſibile confirmatum eſſe, quem-
admodum Moyſes legationem ſuam ad filios Iſraēl per multa miracula facilè probauit. At Exod. 4
nihil tale in Luthero aut Caluino vidimus.

Præterea qui mittuntur extra ordinem à Deo, non poſſunt in doctrina ſua errare vnquã aut labi. Lutherus verò tam turpiter & fœdè ſe etiam poſt publicationem nouæ ſuæ fidei lapſum fatetur, vt ſæpe optarit, nihil tale à ſe ſcriptum eſſe, atq; idipſum ſeriò reuocarit. (Vide Præf. Lutheri in Tom. 1.) *Dabis* (inquit) *omnem errorem, vel (vt ipſi calumniantur) Antilogiam, ſeu potiùs imperitiam meam. Solus primo eram, & certè ad tantas res tractandas ineptiſsimus & indoctiſsimus. Caſu enim, non voluntate nec ſtudio in has turbas incidi, Deum ipſum teſtor.* Hæc ipſe Lutherus. Poſtremò ſi Chriſtum ſolum excipimus (quem omnis Lex & Prophetæ venturum & prædicabant, & expectabant, quiq; aduentum ſuum per miraculorum operationem teſtatus eſt) (Lucæ 24. Ioan. 5. & 10) nunquàm ab orbe condito Deus miſit aliquem alium, qui populum abduceret à ſolitis & conſuetis ritibus, quos ab ordinarijs Paſtoribus didiciſſet. Nec vnquàm Deus per Prophetam aliquem auocauit populum ſuum à *Sacerdotibus Leuitica Tribus*, & à Templo, quod erat in Ieruſalem. Et meritò. Ipſe enim eos conſtituerat Paſtores gregis ſui, populumq; eos audire, & illis obedire iuſſerat. (Deuter. 17.) Lutherus autem ita miſſus eſt, ſi tamen (quòd probari nunquam poteſt) omnino eſt miſſus, vt abduceret nos ab omnium Apoſtolorũ Cathedris, ab omnibus Epiſcopis & Paſtoribus, qui erant in vniuerſo mundo, ab omnibus Concilijs, ab vniuerſali omnium fideliũ conſenſu & conſuetudine: vt neceſſe ſit, aut nullum fuiſſe in mundo Chriſtianum Paſtorẽ ante Lutheri aduentum, aut quemadmodum olim Synagogam ad Chriſtum, ita omnes Chriſtianos ad Lutherũ cõuerti debere, nouãq; ab ipſo fidẽ & Religionẽ ſuſcipere. Hæc ſi cũ Scripturis rectè nõ cohærent, ſi neq; Propheta de Lutheri aduentu prædixit, neq; ipſe miracula edidit, neq; ab Apoſtolorũ ſucceſſoribus ritè atq; ordine miſſus eſt, neq; in doctrina ſua ſibi cõſtitit, neq; Chriſtianã Religionẽ mutare potuit: profectò non à Deo Lutherus eſt miſſus, ſed à ſeipſo venit. Nã quod à Magiſtratu, aut ſaltẽ à plebe poteſtatẽ prædicãdi ſe dicit accepiſſe, id fieri nullo modo poterat. Debuit enim authoritate præditus eſſe Lutherus, quando primùm cœpit prædicare. Illo autem die neque Magiſtratus, neque plebs fidem veram profitebatur, ſi tamen illa fides vera fuit, quam Lutherus poſtea promulgauit. Plebs enim & Magiſtratus, qui fidem alienam à veritate profitetur, alium ad prædicandum mittere nõ poteſt. At Lutherus omnium primus & Magiſtratum, & plebem ad eam fidem conuertit, quã nunc Lutherani veram eſſe affirmant. Ab illis igitur, quos ad nouum Dei cultum conuertit, authoritatem ita prædicandi accipere non potuit, quià nec ipſi eam fidem habebant, nec alium ad fidem non ſuam prædicandum mittere poterant, etiamſi Deus illis poteſtatem mittendi Prædicatores dediſſet. Nunc verò non eſt Magiſtratus officium, ac neq; plebis euiuſquàm, vt *mittat operarios in meſſem Domini*, ſed filiorum Aaron, hoc eſt, eorum, qui ab Apoſtolis eam authoritatem acceperunt. Cùm enim Deus Chriſtum, Chriſtus Apoſtolos, illi Epiſcopos & Presbyteros ad hoc opus deſtinarint: nec omnino ſit ouium ipſarum, quæ alieno gubernaculo indigent, ſibi Paſtorem cooptare, ſed Domini potius, ad oues ſuas idoneum Paſtorem mittere: fruſtrà vel Magiſtratui, quem Dominus ipſe ouium non ad hoc miſit, vel plebi, quæ vnà cum Magiſtratu, ouium potius, quàm Paſtorum loco haberi debet, hanc ordinationem veſtram arrogatis. Nihil ergo aliud ſupereſt, niſi vt Sectarij omnes à ſeipſis veniant, & ideo Antichriſti membra ſint; cùm interim Pontifex Romanus more Maiorum electus & conſecratus, in Cathedra Petri ſecundùm ordinationem legitimam ſedeat, *vocatus à Deo tanquàm Aaron.*

Proteſtantes Antichriſti membra eſſe, eò quod cùm ex Eccleſia Romana exiuiſſent, ad nullam tamen antiquiorem Eccleſiam in terris agentem ſe contulerint, ſed nouam Synagogam erexerint.

CAPVT. LIII.

IOãnes Apoſtolus Antichriſtos multos, hoc eſt, magni illius & nouiſsimi Antichriſti mẽbra depingens: (1. Iohan. 2.) *Exierunt* (inquit) *ex nobis.* Vnde Auguſtinus (Homil de Paſtorib.) *exire* ait *hæreticorum eſſe.* Verùm quia Proteſtantes dicent, ſe, quando ex Eccleſia Romana exiuerunt, non ex vera Eccleſia, ſed ex Antichriſti ſynagoga exiuiſſe; quanquã perſpicuè iam oſtenderim, Romanam Eccleſiam ſecundùm Scripturas ſanctas veriſsimam Dei Eccleſiam eſſe, & ideo qui ex illa exiuerunt, heretici habendi ſint: tamen vt non cogar amplius quod actum eſt agere, non tã hoc tempore quærã, vnde Proteſtãtes exierint, quàm quò ſe cõtulerint. Nã & Antichriſtus non modò veterẽ Eccleſiam contemnet, verùm etiam nouam eriget. Lutherus autem (qui Dux hæreticorum noſtri temporis fuit) etiamſi Romanam Eccleſiam non ap-

probaſſet

probaſſet: tamen cùm nec ipſi extra omnem Eccleſiam degere, nec nouam condere licuerit: prius debuit veriorem aliam Chriſti Eccleſiam in terris alicubi degentem vidiſſe, quàm ex Romana Eccleſia exiret. Tutius enim erat, in Romana manere, quæ aliqua ſaltem Eccleſia eſt, quàm aut in nulla omnino Eccleſia eſſe, aut nouam erigere. Nam & Diuus Auguſtinus cùm à Manichæis fuiſſet ſeductus, non prius ex illorum ſocietate exiuit, quàm veriorem Chriſti Eccleſiam alibi degentem conſpexiſſet. Videns enim Syricium Papam deducere originem ſuam ab ipſo Principe Apoſtolorum Diuo Petro: videns præterea Diuum Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum, & cæteros innumerabiles Eccleſiæ Catholicæ Paſtores & Sacerdotes, vnà cum Syricio communicare; (cùm interim Manichæi & nuper orti, & non tam latè diffuſi eſſent) meritò ſocietatem Manichæorum deſerendam ſibi ſtatuit, vt Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ adhæreret. Cæterùm Lutherus cùm eandem Romanam Eccleſiam, quacum cæteri per Occidentem Epiſcopi communicabant, deſeruiſſet: ad quos tandem Epiſcopos & Sacerdotes, qui multas gentes in Chriſti nomine docerent, & baptizarent, ſe recepit? Etenim Chriſtus promiſit, ſe *omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi cum illis futurum, qui docerent & baptizarent omnes gentes.* Ad quos igitur eiuſmodi Paſtores & Doctores extra Eccleſiam Romanam officio ſuo fungentes, iuit Lutherus? Oportuit quidem in multis gentibus poſt tantam Eccleſiæ propagationem iſtos Paſtores & Epiſcopos non paucos fuiſſe. At ego nec vnum quidem noui, quem tanquam *pro Chriſto legatione fungentem. Lutherus adiuerit, ac illius ſocietati ſeſe adiunxerit.*

Auguſtinus cùm diſceſsiſſet à Manichæis, ad Ambroſium ſe contulit, à quo Baptiſmi Sacramentum accepit. Lutherus à Catholicæ & Romanæ Eccleſiæ Presbytero Iſlebij in Saxonia baptizatus, non quidém Baptiſmi cauſa debuit ad aliquem Eccleſiæ Paſtorem ſe aggregare; debuit tamen vel viſibili quopiam ſigno, vel ſaltem verbo teſtatum facere, quòd ab Eccleſia Romana exiens, in hanc alteram Eccleſiam ſeſe aggregaret. Sed cur dico alteram, quæ nulla omnino fuit? Erant tunc in Orbe terrarum nonnulli Græcorum, erant & Aethiopum Epiſcopi, erant etiam Huſsitæ, quanquàm ſine Epiſcopo. Verùm Lutherus cum Græcis neque ratum habuit Sacrificium pro defunctis, neque proceſsionem Spiritus ſancti à Filio reprobauit. Cum Aethiopibus non recepit Circumciſionem: cum Huſsitis neque Monarchiam Papæ admiſit, neque Magiſtratum quemlibet, ob quoduis mortale peccatum, officio excidiſſe dicebat, neque Euchariſtiam honoris cauſa per plateas circumferri poſſe conceſsit. Imò ipſe Lutherus de ſeipſo ſcribit: *Non rectè faciunt, qui me Huſsitam vocant: Non enim mecum ille ſenſit, Ioannes Hus non repugnare videtur, quò minus ſit Monarchia Papæ: hoc tantùm agit, impium Pontificem non eſſe membrum Eccleſiæ.* Hæc Lutherus, vt videre licet tùm alibi, tùm apud Roffenſem. Lutheri verba de Hus. Articul. 30.

Quod autem de Græcorum, Aethiopum, & Huſsitarum Eccleſijs dixi: hoc de omnibus alijs, quæ in mundo fuerunt, intelligi volo, quarum nulli ſe Lutherus tanquàm veræ Chriſti Eccleſiæ ſe adiunxit; verùm Neophytus cum eſſet, prorſus nouam Eccleſiam inſtar Antichriſti procreauit. Cogitans enim apud ſe, quid verbo Dei conſentaneum videretur, non dubitauit, ſpreta qualibet alia Eccleſia, quæ in terris ageret, ſecundùm idæam in ſua mente conceptam & formatam, Diſcipulos colligere, & illis tùm verbo, tùm exemplo præire, in Eccleſia noua erigenda. Hoc autem eſt ipſiſsimum Antichriſti myſteriũ & figura. Porrò quicunque Lutheri defectionem ſecuti ad eum confugerunt, participes eiuſdem defectionis facti, cœperunt eo ipſo membra eſſe Antichriſti. Ibi erat ab initio Zuinglius, ibi Bernardus Rotman, & Carolſtadius, ibi deniq; hæretici & Antichriſti multi.

Proteſtantes Antichriſti membra eſſe, quia Chriſtum in deſerto, & in penetralibus per aliquot ſecula quærendum fuiſſe docuerunt.

CAPVT LIIII.

SI *dixerint vobis* (inquit Chriſtus) *Pſeudochriſti & Pſeudoprophetæ: Ecce* (Chriſtus) *in deſerto eſt, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere.* Pſeudoprophetarum igitur eſt, docere Chriſtum, poſt Euangelij ſui promulgationem, *in deſerto*, aut, *in penetrali-* Chriſtus poſt promulgationem Euangelij ſui nõ eſt in deſerto aut penetralibus.

Matth. 28.

bus latitare. Verùm quid aliud docent Lutherani & Caluiniſtæ omnes, qui Eccleſiam Chriſti *in deſerto & in penetralibus*, per tot generationes latitaſſe affirmant? Eſt enim Chriſtus in Eccleſia ſua quærendus & expectandus, *in qua regnat in æternum*. Si ergo in deſerto, in penetralibus aut in latebris quibuſdam agit Chriſti Eccleſia, ibidem agit etiam Chriſtus. Proteſtantes verò paſsim docent, Eccleſiam Chriſti *ad deſertum & ad penetralia* redactam fuiſſe: adeo vt Lutherus negauerit, vel *vnum Epiſcopum ſub Papa regno* (quod ipſe fatetur ſeculis ad minimum quinq; duraſſe) *ſuo officio functum, aut vnum Concilium extitiſſe, in quo de rebus pietatis tractatum ſit. Verùm ſub ijs* (inquit) *Deus ſeruauit ſuam Eccleſiam, ſed vt non diceretur Eccleſia.* Eccleſiam ſub Epiſcopis & Concilijs impijs ita ſeruari, *vt non diceretur Eccleſia*, nihil eſt aliud, quàm *in deſerto & penetralibus* tot ſeculis latitaſſe Eccleſiam; quæ tamen à Chriſto vocatur *Ciuitas ſupra montem poſita, quæ non poteſt abſcondi*. Præterea Iſaias prædixit, Eccleſiam Chriſti ſemper dicendam eſſe illius Eccleſiam. *Vocabitur tibi nomen nouum, quod Os Domini nominauit. Non vocaberis vltrà Derelicta, ſed vocaberis Voluntas mea in ea.* Chriſtus verò hanc prophetiam in Euangelio adimplens, dixit ad Petrum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Eccleſia igitur Chriſti*, ſupra Petrum ædificata, eſt *Nomen nouum, quod Os Domini nominauit*: quæ Chriſti Eccleſia *non vocabitur vltrà Derelicta, nec præualebunt aduerſus eam portæ inferi.* Quod idem Hieronymus in cap. 62. Iſaiæ ſcripſit: *Nequaquàm vocabitur Hieruſalem & Sion, ſed nomen nouum accipies, quod os Domini impoſuerit, ducens ad Apoſtolum Petrum: Tu es Petrus*, & quæ ſequuntur. Non ergo alia vocabitur Eccleſia Chriſti, & alia erit; ſed quæcunque erit Chriſti Eccleſia, etiam ſic vocabitur.

Lucæ 1.
Tom. 2. De ſeruo arbitr.
Lutherus negat, Eccleſiã Chriſti dictã eſſe Chriſti Eccleſiam.
Iſaiæ 62.
Matth. 16.

Ac dignum ſanè omni animaduerſione eſt, Chriſtum eo primùm tempore nomen illud *Eccleſia* populo ſuo impoſuiſſe, quo eiuſdem Eccleſiæ primum ſub ſe Paſtorem deſignauit, tanquàm ſi dixiſſet: *Portæ inferi non præualebunt aduerſus meam Eccleſiam, quæ ſupra Petrum ædificabitur.* Ita, vt vbi hæc duo concurrunt, *Petrus & Eccleſia Chriſti*; certiſsimè credamus, *illam Eccleſiam, quæ ſupra Petrum, aut Petri Succeſſorem ædificabitur, vinci non poſſe ab ipſis inferorum portis.* Verùm de his alibi actum eſt: nunc id ſolùm vrgemus, quòd Lutherus Eccleſiam veram voluerit multis etiam ſeculis *in deſerto & penetralibus* egiſſe. Idem quoque aſſerit Beza in Confeſsione ſua cap. 5. § 9. his verbis: *Accidit plerumque, vt Deus lucis ſuæ radios quodamtenus occultet, adeo vt nonnunquàm Eccleſia funditùs perijſſe videatur.* Et poſtea dicit: *Fidelium gregem vni penè Deo interdum eſſe cognitum.* An hoc non eſt, Chriſtum ad deſertum & penetralia redigere? *Deus* (inquit Auguſtinus in Pſalm. 18.) *in manifeſtatione poſuit Eccleſiam ſuam, non quæ lateat, non velut operta, ne fortè fiat ſicut operta ſuper greges hæreticorum. In Sole poſuit tabernaculum ſuum: quid tu hæretice, fugis in tenebras? Quid per angulos fugis? Quid latitare conaris? Ipſe Sponſus poſuit in Sole, hoc eſt, in manifeſtatione, tabernaculum ſuum, hoc eſt, Sanctam Eccleſiam ſuam.*

Beza dicit, Eccleſiã videri nonnunquã funditus perijſſe.

At Apologia Eccleſiæ Anglicanæ dicit, *in medijs illis tenebris exoriri primùm cœpiſſe & lucere radium aliquem ignotæ tum & inauditæ veritatis, cùm Martinus Lutherus, & Huldericus Zuinglius præſtantiſſimi viri, & ad illuſtrandum Orbem terrarum à Deo dati, primùm acceſsiſſent ad Euangelium.* Quis non exhorreſcat, cum audit *medias tenebras*, & *ignotam tum inauditámque veritatem*? O deſertum hæreticum, ô penetralia Lutherana & Zuingliana! Veritas Chriſti non potuit eſſe ignota illis temporibus & inaudita, niſi præualuiſſent contra Eccleſiam eius inferorum portæ. Nam ille promiſit, ſe *affuturum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi*, non cum ijs, qui ſub modio abſconderentur, & prædicarent in deſerto & in penetralibus, ſed cum ijs, *qui docerent & baptizarent omnes gentes*. Erat Baptiſmus in Eccleſia Romana, erat doctrina Euangelij in multis ſimul gentibus ante Lutheri aut Zuinglij exortum: erat igitur Chriſtus cum ijs, qui docebant & baptizabant multas gentes, perſeuerantes in communione Sedis Petri, aduerſus quam non præualebunt inferorum portæ. Non erat autem Eccleſia illa in Orbe terrarum, quæ nunc dicitur Lutherana & Zuingliana, nec ſic olim dicebatur; nec baptizabat & docebat multas gentes; ſed aut nulla fuit, aut *in deſerto & penetralibus* egit. Erat igitur Triphonij ſpecus, aut Antichriſti antrum, & non lucerna illa, quam Chriſtus in candelabro poſuit, vt luceret omnibus qui in domo ſunt.

Veritas dicitur inaudita fuiſſe ante Lutheri exortum.
Matth. 5.

Proteſtantes

Proteſtantes membra eſſe Antichriſti, propterea quòd Lutheranorum, Zuinglianorum ſeu Caluiniſtarum nomen ab authoris priuato dogmate impoſitum habent, quod illos accuſat, & ab Eccleſia Chriſti diuiſos eſſe teſtatur.

CAPVT LV.

CHaracter, quem Antichiſtus faciet ſectatores ſuos in fronte & in manu habere, nõ ma-
le intelligitur nomen aliquod eſſe ab Antichriſto ipſo aut aſſumptũ, aut impoſitũ, quo- Apocal. 13.
dũ Diſcipuli eius appellantur, ſe declarabunt doctrinæ ipſius aſſentire, à Chriſti autem
Euangelio diuiſos eſſe. Quod præuidens Apoſtolus Paulus, nullo modo paſſus eſt, Chri-
ſtianos ne in Apoſtoli quidem alicuius, nedum in alterius cuiuſpiam proprio nomine glo-
riari. Cùm enim ex Corinthijs alius diceret, *Ego ſum Pauli:* alius autem, *Ego ſum Apollo:* 1. Corinth 3.
Quid (inquit Apoſtolus) *eſt Apollo? quid verò Paulus? Miniſtri eius, cui credidiſtis.* Et ite- Galat. 6.
rum: *Volunt vos circuncidi, vt in carne veſtra glorientur*, hoc eſt, vt dicantur hunc & illum
circuncidiſſe, velut ex ea re plures Diſcipulos acquiſierint, & *plures ipſi fiant Magiſtri*, quod Iacobi 3.
ipſum D. Iacobus vetat. Denique Paulus ad Epheſiorum presbyteros ait: *Scio, quoniam*
intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipſis ex- Actor. 20.
urgent viri loquentes peruerſa, vt abducant Diſcipulos poſt ſe. Quis autem veriùs abducit Di-
ſcipulos poſt ſe, quàm qui homines tam ſui ſtudioſos inuenit, vt in illius verba iurare non
dubitent, ſeque ab illo cognominari non recuſent? *Sunt* (inquit Iuſtinus Martyr) *& fue-* In Triphone
runt multi, qui docent dicere & facere impias res & contumelioſas in Deum: cùm tamen in no-
mine Ieſu veniant. Et ſunt inter nos diſtincti cognominibus, denominati à quibuſdam viris, vt
quiſque fuit author alicuius nouæ doctrinæ & ſententiæ. Et pòſt: *Ex ijs alij vocantur Mar-* Noua doctrina.
ciani, alij Valentiniani, alij Baſilidiani, alij Saturniani, alij alio vocabulo quiſque à primo inuen-
tore ſui dogmatis. Itemq; Irenæus: *Habent* (inquit) *& vocabula à Principe impijſſimæ ſenten-* Lib. 1. c. 20.
tiæ Simone dicti Simoniani, à quibus falſi nominis ſcientia accepit initia, ſicut ex ipſis aſſertio-
nibus eorum adeſt diſcere.

Animaduerte, ſtudioſe Lector, tunc demum ſectam eſſe atque hæreſim, cùm fideles
præter commune Chriſtianorum nomen, aliud priuatum capiunt, & id non ex certa in-
ſtitutione morum & vitæ (vt fit in Auguſtinianis & Benedictinis) verùm ex affectu
nouæ doctrinæ, quam certus quiſpiam homo iam primùm inuenit & promulgauit. Ex
eoque Proteſtantes nihil dubitauerim hæreticos affirmare: quòd vt olim ab Arrio Ar-
riani: ſic hodie illis à Luthero nomen imponitur, vt dicantur & verè ſint *Lutherani*. Idq;
non quia modum quendam arctioris vitæ ab illo præſcriptum ſectentur, ſed quia nouam
eius doctrinam Orbi Chriſtiano prius incognitam pro vera & Euangelica venditant. Vn-
de quod olim Lactantius de alijs hæreticis retulit: *Cùm Marcionitæ aut Ariani nominantur,* De vera ſapientia lib. 4
Chriſtiani eſſe deſierunt: id in Proteſtantes perbellè cadit, vt cùm Lutherani aut Caluini- cap. 10.
ſtæ nominentur, Chriſtiani eſſe deſinant. Sanè Chryſoſtomus cùm ad Scripturarum le-
ctionem ſuos inuitaret, hi autem obijcerent, aliter eas ab alijs enarrari: Sanctus ille vir
daturus regulam, qua certò dinoſceremus falſos Interpretes & Doctores à veris: *Vt* (in- In Act. Apo. Homil. 33.
quit) *manifeſtius dicam, illi* (hoc eſt, hæretici) *habent quoſdam, à quibus appellantur. Prout*
enim Hereſiarchæ nomen, ita & ſecta vocatur. Et pòſt de Catholicis ita ſubijcit: *Nunquid*
ſcindimur ab Eccleſia? Nunquid hæreſiarchas habemus? Num ab hominibus cognomen habemus?
Nunquid nobis Dux quidam, ſicut illi Marcion, & illi Manichæus, huic Arius, alteri verò ali-
us hæreſeos dux?

Ac ne quis opponeret nobis, Papiſtarum nomen à Proteſtantibus nuper confictum, De Papiſtarũ nomine.
(cùm tamen noſtra fides, ac Papæ authoritas vel ex ipſorum confeſſione multis etiam
ſeculis eodem nomine antiquior ſit:) audiat porrò, quid Chryſoſtomus ibidem adijciat.
Quòd ſi & nos agnominationem cuiuſdam ſortimur, ſed non vt ab hæreſium Principibus, ſed vt Non eſt turpe nominari
ab ijs, qui præſunt nobis & gubernant Ecceleſiam. Ecce Papiſtarum nomen antequàm adhuc ab ijs, qui gu-
impoſitum eſſet, excuſatur, vtpote quod ab officio eorum, qui gubernant Ecceleſiam, & bernant Eccleſiam.
non à perſona quapiam infami tractum eſt. Officium verò Papæ cùm diuinitus conſtitutum
ſit, nulla nos infamia ex ea re afficimur. Addit verò Chryſoſtomus: *Non habemus Doctores*
ſuper terram: abſit. vnum habemus in cœlis. Et illi (inquit) hoc eſt, hæretici, *eadem prætexunt:*
videlicet ſe non habere Doctorem ſuper terram. Sed reſpondet doctiſsimus vir: *Aſsiſtit*
nomen accuſans illos.

Auditiſne, ô Proteſtantes, accuſari vos perpetuò ab ipſo nomine Lutheranorum, atque inde probari, Doctorem veſtrum ſuper terram, ac non in cœlis eſſe? Nolo ad ſingula doctrinæ capita nunc deſcendere: illa ſuo loco tractata ſunt. Id tantùm rogo, vtrum vobis probetur Lutheri dogma, nec ne? ſi non probatur; cur eſtis diuiſi vnà cum illo ab Eccleſia Romana? Sin illud vobis probatur, habetis Doctorem ſuper terram; quia de terra ortus eſt Lutherus, nec de ſinu Patris deſcendit, vt Chriſtus, nec ordinariè ad prædicandum miſſus eſt, vt Apoſtoli & eorum ſucceſſores. Reſpondebitis (ſat ſcio) Lutherum habuiſſe dogmata ſua de cœlo. Sic enim glorioſè iactitat, cōtra Henricum Angliæ noſtræ Regem ſcribens. At hoc ſi verè ita eſſet, nunquàm ab illo denominationem accepiſſetis. Illa enim cœleſtis doctrina iam olim mundo per Chriſtum & Apoſtolos eius tradita fuit; nihil vt opus eſſet nouo quopiam Doctore, qui veterem Eccleſiæ fidem antiquaret, ac nouam introduceret. *Si cubi audieris* (inquit Hieronymus) *eos, qui dicuntur Chriſti, non a Domino Ieſu Chriſto, ſed à quopiam alio nuncupari, vt puta Marcionitas, Valentinianos, Montenſes, ſiue Campates: ſcito, non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Ex hoc enim ipſo, quòd poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænunciauit. Nec ſibi blandiantur, ſi de Scripturarum Capitulis videntur ſibi affirmare quod dicunt, cùm & Diabolus de Scripturis aliqua ſit locutus, & Scripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo.* Nec ab hoc tanto clariſsimorum Patrum conſenſu abeſſe poterat Auguſtini ſuffragium. *Quod* (inquit) *quærentibus ſatis eſt, vna eſt Catholica Eccleſia, cui hæreſes aliæ diuerſa nomina imponunt, cùm ipſæ ſingulæ proprijs vocabulis, quæ negare non audeant, appellentur.* Cùm igitur Proteſtantes non tantùm à Domino Ieſu Chriſto, ſed à Luthero, aut Zuinglio, aut Caluino varijs nominibus ſecundùm ſui quiſque authoris priuatum dogma, nuncupentur; cumque hæc Lutheranorum & Zuinglianorum priuata vocabula non tam ex libidine aduerſariorum, quàm ex rei neceſsitate imponantur, vt doctrinæ ſingulorum ſeorſim deſignentur, adeò vt ipſi Proteſtantes ſeipſos inter ſe his nominibus appellent: non eſt dubium, quin ſub his Sectarum nominibus character quidam & ſigillum Antichriſti contineatur, quod prodat illos Antichriſti membra eſſe.

Aduerſus Luciferianos. prope finē.

De vtilitate credendi, ad Honoratum. cap 7.

Proteſtantes Antichriſti membra eſſe, quia ſpirituale Regnum Chriſti, quod eſt Eccleſia, regno temporali ſubijciendum eſſe affirmant.

CAPVT LVI.

CVM Antichriſtus *de terra*, imò & *de abyſſo aſcendat*: nihil miror, ſi terrena ſpiritualibus anteponit: quem illi proculdubio imitantur, qui ex duplice poteſtate, quam Deus hominibus contulit quarum vna ſpiritualis eſt, quam adminiſtrant Epiſcopi & Præſbyteri: altera ſecularis, quam Reges & Imperatores exercent; ſecularem ſpirituali docent præferendam. Quid enim aliud Lutherani & Caluiniſtæ docēt, quando & Brentius (in ſuis Prolegomenis aduerſus Petrum à Soto) & Monhemius (in Dialogo de fide) & Apologia Eccleſiæ Anglicanæ affirmant, Reges, Imperatores, ac Magiſtratum ciuilem tùm debere negligentiam Epiſcoporum & Sacerdotum in Eccleſia expurganda ſupplere, tùm Epiſcopalibus Concilijs præeſſe, & Epiſcopos quid agendum ſit inſtituere, tùm Epiſcopos ipſos ſua ſententia pro hæreticis condemnare, eoſq; de illo gradu Eccleſiæ deijciendos eſſe cenſere? An hoc non eſt ſpiritualem poteſtatem ſeculari, & Eccleſiam Chriſti, quæ regnum cœlorum ac ſpirituale eſt, regno temporali ſubijcere? Nam quòd Reges & Principes Chriſtianos volunt etiam ſpirituali quadam poteſtate præditos eſſe; habent quidem ratione fidei & regenerationis ſuæ hanc ſpiritualem poteſtatem, vt filij Dei nominentur & ſint: verùm non habent miniſterium paſcendi oues, ac multò minus paſcendi & regendi Epiſcopos qui ſunt Paſtores ouium Chriſti. Imò ob hoc ipſum, quòd Chriſtiani ſunt, Epiſcoporum poteſtati, & Clauibus Regni cœlorum ſubiecti ſunt; tantum abeſt, vt ipſius fidei ratione Epiſcoporū iudicijs præeſſe, ipſoſq; Epiſcopos abdicare magiſtratu poſsint. Vnde Athanaſius: *Quis* (inquit) *videns Conſtantiū* (Imperatorē) *a decernēdo Principem ſe facere Epiſcoporū, & præſidere iudicijs Eccleſiaſticis, nō merito dicat, illum eſſe ipſam abominationē deſolationis eſſe quā à Daniele prædicta eſt? Nam cùm circumamictus ſit Chriſtianiſmo, & in loca ſancta penetret, & in his conſiſtens deuaſtat Eccleſias, abrogans Canones, vi cogens vt ſua obtineant: quis vnquam audebit dicere, hoc tempus Chriſtianis pacatum eſſe, & nō perſecutionis tempus eſſe,*

Apocal. 13.

Lutherani & Caluiniſtæ ſecularē poteſtatem ſpirituali præferunt.

Epiſt. ad ſolitar. vitam agent.

Abominatio deſolationis.

taleмq;

talemq́; perſecutionem, qualis nec antea fuerit, & qualem fortaſſe nemo vnquam fecerit, niſi filius ille iniquitatis? Quid verò dixiſſet, aut quid potius non dixiſſet Athanaſius, ſi noſtrum hoc ſeculum attigiſſet, ſi non ſolùm *Angliæ Regem*, ſed & Regem *impuberem*, atq; adeo *Reginam*, hoc eſt, fœminam, vidiſſet *ſummum Eccleſiæ Anglicanæ Caput in omnibus cauſis, etiam ſpiritualibus, immediatè ſub Christo & dici, & ſcribi, & è ſuggeſtu prædicari, & à ſingulis ciuibus & ſubditis Anglicanis ſub pœna capitis & fortunarũ omnium iuratò credi & præ ſe ferri?* Miratur ſanè Ambroſius, *qualis ille Epiſcopus ſit, qui Laicis ius Sacerdotale ſubſternit*. Tales aũt ſunt Lutherani & Caluiniſtici Superintendentes. Sunt igitur Antichriſti mẽbra, & ea quidẽ præcipua. O abominationem deſolationis. Epiſt. 32.

Proteſtantes Antichriſti membra eſſe, quia multas hæreſes ab aliis Antichriſti membris excogitatas, & ab Eccleſia Catholica iam olim damnatas renouarunt.

CAPVT LVII.

ANtiquos hæreticos non minimum robur & præſidium Antichriſti extitiſſe, iam antè oſtendi. Cum illis ergo hæreticis qui communicat, neceſſe eſt, & ipſum de Antichriſti exercitu eſſe, & propterea inter Antichriſti mẽbra numerari. Nulla verò ſecta in mũdo vnquã fuit, quæ tot hæreticorũ placita recepit & approbauit, quot hodiè ab illis rata habentur, qui nuper ex Eccleſia Romana exierunt. Nec iam de omni genere Sectariorũ huius ætatis dicam: hoc quippe eſſet infiniti laboris. Inſigniores tantùm hæreſes recenſebo, quas iam olim ſepultas aut Lutherani, aut Zuingliani & Caluiniſtæ iterum ex inferno ſuſcitarũt.

Simon Magus (Authore Irenæo *negabat, homines ſaluari ſecundùm operas iuſtas*. Negant hodiè tam Lutherani, quàm Caluiniſtæ, etiam illos, qui credunt in Chriſtum, per operas iuſtas ſaluari. 1. Lib. 1. c. 20.

Idem Simon Magus (Authore Clemente) *liberum negabat arbitrium*, quod etiam Manichæi poſtea fecerunt. Negat hoc idem Lutherus. 2. Li. 3. Recog.

Quidam Pſeudoapoſtoli dicebant, *ſolam fidem ſufficere ad ſalutem*: contra quos Petrus Iacobus, Ioannes, & Iudas, imò & Paulus ſcripſit, vt Auguſtinus teſtatur in lib. de fide & operibus c. 14. & de vnico Baptiſmo contra Petil. cap. 10. Hodiè tam Lutherani, quàm Caluiniſtæ dicunt, *ſolam fidem ſufficere ad ſalutem*. 3. Gal. 3.

Quidam hæretici ſub Ignatij ætatem (Teſte Theodoreto) *non confitebantur, Euchariſtiam eſſe carnẽ Saluatoris, quæ paſſa eſt pro nobis*. Hoc ipſum Zuingliani & Caluiniſtæ nõ cõfitẽtur. 4. Dialog. 3.

Iudaizantes quidam (vt refert Epiphanius) *reiecerunt interpretationem 72*. Reijciunt eam penè omnes Lutherani & Caluiniſtæ. 5. Lib. de menſ.

Pepuziani *honorabãt mulieres Sacerdotio, vt* Auguſtinus ait. Et Anglicani Caluiniſtæ ſummum etiam Sacerdotium, atque adeo Primatum ſupra omnes Epiſcopos Angliæ & Archiepiſcopos deferunt cuicunque mulieri apud eos regnanti. 6. Hæreſ. 27.

Proclus aſſeruit (apud Epiphanium) *peccatum in renatis viuere, ſeu concupiſcentiam in illis verè peccatum eſſe, nec peccatum radicitus tolli per Baptiſmum, ſed ſopiri per fidem*. Proſus hæc eadem Lutheranorum & Caluiniſtarum hæreſis eſt. 7. Hæreſ. 64.

Nouatianus (vt refert Euſebius) *poſt Baptiſmum recuſauit tum cæteras ceremonias, quàm ſigillo Domini ab Epiſcopo obſignari*. Nouatianum in ea re imitantur Lutherani & Caluiniſtæ. Præterea Nouatiani omnes negabãt, *Sacerdotes Eccleſiæ & miniſtros Chriſti poſſe illis peccata remittere, qui poſt baptiſmum crimen aliquod admiſiſſent*. Teſtatur hoc Cyprianus lib. 4. Ep. 2. & Socrates lib. 1. cap. 7. Idem ipſum docent Zuingliani & Caluiniſtæ omnes, & pleriq; etiam Lutherani, Pœnitentiæ Sacramentum negantes. 8. Lib. 6. c. 33.

Manichæi (teſte Auguſtino) publicum nullum Sacrificium *præter ſolas orationes* admittebant. Conſentiunt hac in re cum illis etiam Lutherani & Caluiniſtæ, qui negant, vllum eſſe in Eccleſia externum & publicum Sacrificium. Manichæi etiam non tulerunt vllas Chriſti externas Imagines, id quod ibidem ſignificat Auguſtinus. Nec eas ferunt Caluiniſtæ. Manichæi negabant, memorias Martyrum frequentandas, aut eos eſſe inuocandos. Hoc idem Lutherani & Caluiniſtæ negant. Die Dominica ieiunabant illi: audio & quoſdam ex Proteſtantibus hoc factitare. 9. Lib. 20. cont. Fauſt.

Donatiſtæ *contemnebant Chriſma, fregerũt Altaria, vt Optatus declarat*. Quibus in rebus imitatores habent Lutheranos & & Caluiniſtas. 10. Lib. 6.

Donatiſtæ dicebant, *Catholicam Eccleſiam de orbe terrarum periſſe*, & in ſola Aphrica inter 11.

Donati ſectam remanſiſſe. Lutherani & Caluiniſtæ dicunt, Eccleſiam de toto orbe perijſſe, & nullibi omnino (quoad externam profeſsionem & Sacramentorum legitimá celebrationem) per aliquot ſecula remanſiſſe. Nam quòd cogitant, aliquos ipſorum ſimiles in antris neſcio quibus latuiſſe, hoc eos nō adiuuat, cùm nec talem Eccleſiam ſcripturæ nobis depingāt, nec talē aliquā fuiſſe ipſi apertè probent. Sunt igitur hac in re multò peiores Donatiſtis.

12. Euſtachiani (vt conſtat ex Concilio Gangrenſi) *contemnebant loca & Baſilicas Sanctorum Martyrum*. Contemnunt & Lutherani, ac multò magis Caluiniſtæ. Can 5. 6. & 20.

13. Conſtantius Arianus edixit, *nihil fidei addendum, quod non eſſet in diuinis Scripturis*. Quod edictum Hilarius in lib. contra eundem Conſtantinum confutauit. Hodie tamen omnes Lutherani & Caluiniſtæ idem ipſum paſsim vrgent.

14. Hæreſi 54. Eunomius (auctore Auguſtino) *nihil cuiquam obeſſe dicebat quorumlibet perpetrationem ac perſeuerantiam peccatorum, ſi eius, quæ ab illo docebatur, fidei particeps eſſet.* Viderint Lutherani & Caluiniſtæ, ſi hoc idem non dicunt, quando *fidem ſolam* iuſtificare ſtatuunt.

15. Aërius *negauit, orandum aut offerendum pro defunctis*. apud Auguſtinum hæreſi. 53. Negant hoc quoque Lutherani & Caluiniſtæ.

16. Iulianus Apoſtata *Chriſti ſtatuam deiecit*. Sozomen. lib. 5. cap. 20. Chriſti etiam ſtatuam deijciunt hodie Caluiniſtæ.

17. Iulianus ſignum Crucis deſpexit. Socrat. lib. 3. cap. 3. deſpiciunt idem ſignum Caluiniſtæ.

18. Meſſaliani dicebant, *neque baptiſmum excindere peccati radicem* (Theodoretus hæret. fab. lib. 4.) *neque Euchariſtiam animi ſordes expiare, nec in Clericorum ordinatione Spiritū ſanctum ſuſcipi*. Hoc illud eſt, quod hodie Lutherani & Caluiniſtæ dicunt, verè manere peccatum in renatis: & Sacramenta Chriſti gratiam non conferre. Imò etiam Ordinis vllum eſſe ſacramentum, plerique eorum negant. Damaſc. Hæreſ. 80.

19. Iouinianus dicebat, *Mariam pariendo fuiſſe corruptā:* Auguſt. hære. 82. Dicunt hoc ipſum Bucerus & Molinæus, &, vt puto, cæteri Proteſtantes.

20. Idem Iouinianus (ſicut & Heluidius) *æquabat nuptias virginitati.* Auguſt. hær. 82. Faciunt idem Lutherani & Caluiniſtæ.

21. Iouinianus ieiunia *indicta contemnebat:* contemnunt eadem Lutherani & Caluiniſtæ.

22. *Omnium in cælo par volebat eſſe præmium:* volunt id quoque Proteſtantes.

23. Martianus Nouatianus *permittebat vniquique feſtum Paſchatis celebrare pro libito ſuo.* Sozom. lib. 7. cap. 18. Idem permittendum Lutherani docent: quia res indifferens ſit ſecundùm illos, & parui momenti.

24. Vigilantius *Cleri cælibatum, Reliquiarum venerationē, Sanctorum inuocationem, eleemoſynas in loca pia collatas, & votum religionis impugnabat* (vt in lib. Hieronymi aduerſus Vigilātium perſpicere licet) quæ omnia Lutherani etiam & Caluiniſtæ impugnant.

25. Pelagiani *paruulis, etiam non baptizatis promittebant vitam æternam*: Promittunt hoc idem Caluiniſtæ paruulis, qui ex Chriſtianis parentibus naſcuntur.

26. Neſtorius *veterum ſcripta perdiſcere dedignatus eſt*, Socrates lib. 7. cap. 32. Dedignantur & Proteſtantes.

27. Xenaias Perſa dixit, *Chriſti & Sanctorum imagines non eſſe venerandas*: quem etiam imitati ſunt Iconomachi omnes. Nicephorus lib. 16. cap. 27. Dicunt hoc idem Lutherani & Caluiniſtæ omnes.

28. Lampetiani *liberum vitæ inſtitutum etiam in Monachis, tam in veſtitu, quàm in alijs rebus permittebant:* permittunt idem Lutherani & Caluiniſtæ. Imò permittunt etiam vt Monachi eſſe deſinant.

29. Hær. 100. Mahometani *Crucem Chriſti, ſeu ſignum S. Crucis abominantur*, vt eſt apud Damaſcenum. Eandem etiam Caluiniſtæ abominantur. *Deum dicunt omnis mali authorem eſſe: Latroneſque & veneficos à Deo ad hoc certo conſilio deſtinari*. Notauit Cedrenus in vita Heraclij. Caluiniſtæ & Bezani idem docent.

30. Claudius Taurinenſis præter hæreſim Arianam (vt videre eſt in libro Ionæ Aurelianenſis de cultu imaginum) *picturas rerum ſacrarum, Cruces, Reliquias, Peregrinationes, inuocationem Sanctorum*, velut res minus vtiles cauillabatur. Superant eius impietatem hac in parte Lutherani & Caluiniſtæ.

31. Schiſmatici Græci negabant, vt Spiritus ſancti proceſsionem à Filio, ſic & *Primatum Romanæ Eccleſiæ*: ne ſi hanc ſuſcepiſſent, ab hæreſi ſua recedere *neceſſe* haberent, Græcorum

ſchiſma

ſchiſma & hæreſim, quoad receſsionem à Romana Eccleſia, Lutherani & Caluiniſtæ imitātur. Nec tamen eundem exitum timent, in quem Græcos diuinitus incidiſſe vident.

Berengarius dicebat, *ſupereſſe in Altari poſt conſecrationem, ſubſtantiam panis & vini.* Idem 32. Lutherani & Caluiniſtæ dicunt. Sed addebat Berengarius, non adeſſe Chriſti Corpus: Hoc Lanfran. lib. aduers. Berengar. recipiunt Zuingliani & Caluiniſtæ, non item Lutherani.

Bogomili (de quibus Euthim. in Panoplia) *Baptiſmū Chriſtianorū, qui per aquā fit, dicebant* 33. *eſſe Ioannis Baptiſmū.* Caluiniſtæ etiam dicunt, non aliū eſſe Chriſti, quàm Ioannis Baptiſmū. Par. 2. tit. 23.

De Henricianis & Petrobuſianis & Apoſtolicis (contra quos tam D. Bernardus, quàm 34. Petrus Cluniacenſis ſcripſerunt) itemq; de Paterenis, Waldenſibus, Albigenſibus, Almarico, Deſiderio, Marſilio Patauino, Fratricellis, Lolhardis, Flagellantibus, Wicleſiſtis, Huſſitis, quid dicam? Poſt annos enim mille Satanas videtur ſolutus eſſe. Et quanquàm iſti omnes cum Lutheranis & Caluiniſtis in permultis articulis conſentiant, in quibuſdam tamen longè aliter docebant; id quod ſigillatim oſtendi in lib. 7. huius Operis. Serm. 66. in Cant. Apocal. 20.

Cùm ergo Proteſtantes tot antiquas hæreſes, quas vniuerſalis Eccleſia tam in Synodis œcumenicis, quàm alibi ſæpiſsimè condemnauit, abſq; vlla verecundia reuocauerint: neceſſe eſt, aut nullam in mūdo Eccleſiam Chriſti ante hoc tempus extitiſſe, aut Patres & Doctores antiquos fuiſſe hæreticos, ac interim illos, qui habebantur hæretici, fuiſſe veram Dei Eccleſiam: aut cùm nihil horum ita ſe habere potuerit, Lutheranos quoque & Caluiniſtas non minus hæreticos nunc, & propterea de Antichriſti exercitu eſſe, quàm olim hæretici fuerunt Simoniani, Sacramentarij, Nouatiani, Donatiſtæ, Pelagiani, Iouinianus, Eunomius, Neſtorius, Vigilantius, Heluidius, Xeniaias, & cætera huiuſmodi monſtra.

Proteſtantes Antichriſti membra eſſe, quia potiſsimum opus eorum in deſtruendo & auferendo, non autem in ædificando & ſtabiliendo verſatur. nec tam ipsi aliquid ponunt, quàm doctrinæ Catholicorum contradicunt; imò fundamentum doctrinæ ipſorum, ſola contradictio eſt.

CAPVT LVIII.

CVm Antichriſtus non tam ab eo, quod ipſe ſit, quàm ab eo, cui contrarius ſit, appelletur (nihil enim eſt aliud Antichriſtus, quàm is, qui opponitur Chriſto), cumq; ob eam cauſam dicatur *ille Aduerſarius, illud mendacium, & homo ille peccati*, cumque Daniel Daniel. 8. dicat, eum *ſuprà quàm credi poteſt, vniuerſa vaſtare*; quæ omnia declarant, totum Antichriſti negotium in eo eſſe, vt veritatem auferat, mendacium, ſeu, id quod non eſt, ſtatuat, & peccatum incredulitatis confirmet: inde animaduertere licet, illa etiam potiſsimùm eſſe Antichriſti membra, quæ potius in euertendo aliena, quàm in ſtabiliendo ſua verſantur, imò quorum præcipuum, atque adeo vnicum ſtudium eſt, contradicere, aduerſari, detrahere, id quod eſt in Eccleſia tollere, & id quod penitus non eſt, in eius locum ſupponere. Ego tam in veteribus hæreticis, quàm in iis, qui ſeſe Proteſtantes hodie atque Euangelicos nominant, illud iamdiu obſeruaui, non tam promptum huic hominum generi expeditumque eſſe, quid ipſi ponant aut firmiter ſtatuant, quàm quid ab Eccleſia Dei firmiſsimè conſtitutum audacter conuellant & pertinaciter oppugnent. Neque mirum. Non enim, ſicut Catholicis facere in more eſt, ſuum aliquid fixum & ſtabile velut fundamenti loco primùm ſubſternūt, à quo nūquàm poſtea diſcedant; imò cuius vi & robore id, quod ab aliis aliter docetur, labefactent ac ſubuertant: verùm ante omnia in noſtris euertendis occupantur, atq; ita demum ſupra quædam noſtri ædificij falſò conficta rudera, quæ ipſi opinantur ſe demolitos eſſe, ſua qualiacūque exædificant; meritò vt ſcripſerit Tertullianus in ſuis aduerſus hæreticos Præſcriptionibus: *Ipſum opus hæreticorum non de ſuo proprio ædificio venit, ſed de veritatis deſtructione. Noſtra ſuffodiunt, vt ſua ædificent. Sic fit, vt ruinas potius operentur ſtantium ædificiorum, quàm extructiones iacentium ruinorum.* Hæc ille. Opus hæreticorum eſt veritatis deſtructio.

Porrò vt iſta res per exempli appoſitionem illuſtrior fiat, Apoſtoli à Domino acceperūt & nobis tradiderunt, Chriſtum accepto pane, cùm benedixiſſet, fregiſſe, ac dediſſe Diſcipulis ſuis, dicentem: *Accipite, & manducate: hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.* Supra quod fundamentum ab ipſo Chriſto ritè iactum Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationis doctrinam neceſſariò ædificat, credendamq; omnibus tùm in Patrum libris, tùm in Synodorū Canonibus proponit. Cùm enim de verbo Magiſtri ſui, eo præſertim, quod faciēdi atq; operādi maximi Sacramenti cauſa tā ſeriò cū interpoſita Tranſubſtantiationis fundamentum.

benedictione

benedictione locutus eſt,dubitare nullo modo poſſit; audiat verò;cū dixiſſe,id quod à Diſcipulis manducatum eſt,corpus ſuum eſſe, & id *Corpus, quod pro nobis datum ſeu immolatū eſt*; videat verò,panē ab initio acceptū eſſe,qui tota ſubſtātia & natura disiunctus ſit à Corpore Domini; ſciatq; panē triticeum Corpus Domini fieri non poſſe abſq; eiuſdē panis mutatione: videat verò,eiuſdē panis ſpeciē, adhuc eandē perſeuerare, nec ignoret, Chriſti Corpus
Lev... vbicūq; exhibeatur & ſit,vnicā pro peccatis noſtris hoſtiā eſſe; omni aūt Sacrificio cōuerſionē aliquā optimo vtiq; optimā, maximo maximā; & myſtico myſticam vnicè conuenire intelligat; Euchariſtiæ verò celebrationem, qua mortis Domini verè propitiatorium ſacrificium iubetur cōmemorari, neceſſariò Sacrificium ſoo modo propitiatorium eſſe credat; idque ſecundùm ordinem Melchiſedech, in cuius ſacrificio panis & vinum adfuerit, cùm interim verus panis noſter non niſi Chriſti caro,vinumq; noſtrum verum ſolus Chriſti ſanguis exiſtat: ex his inter ſe collatis ſumma ratione concludit,panis accepti ſolam ſubſtantiā vi benedictionis diuinæ,in ſubſtantiam Corporis Chriſti cōuerſam eſſe ob cōmemorandam conuerſionē illam propitiatoriā in Cruce Domini factā,qua & humana vita eius in mortē, & poſtea conditio mortalis in immortalitatē tranſiuit. Tranſubſtantiatio igitur, quā Catholici credunt & docent,fundata eſt in verbo & facto Domini Ieſu, in ſacrificij publici natura,quā ex Scripturis didicimus,in doctrina Maiorū,ac deniq; in fide totius Eccleſiæ. Nō ergo hac in cauſa ædificat Eccleſia Chriſti ſupra id qood non eſt,verū ſupra id,quod eſt,ſupra verbū,atq; adeo ſupra factū Chriſti,ſupra naturā & rationē eius,quod agebatur, ſupra doctri-
1 Cor 15. Oppugnādæ tranſubſtantiationis fundamēta. nā Patrū,atq; Eccleſiæ fidē; quorū nihil inane ac ſuperuacaneū eſſe poteſt. Contrà verò Lutherus hanc Tranſubſtantiationis doctrinam omni ſtudio ſibi oppugnandā ſuſcepit. At qua tandem modo? Vtrùm ita,vt prius aliū præſentiæ Chriſti certiorem magiſq; conuenientem modum ſtabiliret ac poneret? Nihil minus; alioqui tùm ipſe Lutherus,tùm Lutherani omnes illum alium præſentiæ Chriſti modum velut fundamentum immobile prius fixiſſent, à quo nunquàm poſtea diſceſſuri eſſent. Nunc autem neq; Lutherus, neque Diſcipuli eius fundamentum aliud in hac quidem controuerſia vnquàm iecerunt, præter hoc vnum, quo *negant, vllam fieri tranſubſtantiationem*. Non fit(inquiunt)in Euchariſtiæ celebratione tranſubſtantiatio illa,quam Romana Eccleſia ſtatuit & prædicat. Hoc Lutheranæ doctrinæ fundamentum eſt. Supra hoc fundamentum ædificat Brentius, ædificat Heſhuſius, ædificat Kemnitius,ædificat Carolſtadius,ædificat Swencfeldius,ædificat Zuinglius,ædificat poſtremò Caluinus. Quomodo autem iſti omnes ædificent, operæpretium eſt cognoſcere.

Poſito enim prius fundamento(quòd vera tranſubſtantiatio nō fiat)deinde quærunt,quo alio modo Chriſti Corpus adeſſe queat. Et Brentius quidem Chriſti Corpus ideo in Euchariſtia adeſſe dicit, *quia poſt Domini reſurrectionem vbique ſit*; Suenckſeldius autem, *quia in Diuinitatem ſit conuerſum*: Heſhuſius verò, *quia per ſacramentalem quandam vnionem cum pane coniungatur*: Kemnitius nō multū curare ſe ait,quo tandē modo adeſſe putetur, modò reipſa adſit,ſaluo ipſorum fundamento, hoc eſt; abſque tranſubſtantiatione. Carolſtadius, Zuinglius,Caluinus, Beza, & eorum Diſcipuli omnes conſtantiſsimè affirmant, non poſſe quidē Chriſti Corpus reipſa & corporaliter in Euchariſtiæ ſacramēto adeſſe(vt reliqui Lutherani volebant) *quin tranſubſtantiatio ſtatueretur*: ſed tamē ſe nolle fundamentū à Luthero poſitum conuellere: atque ideo cogi, *vt negent, Chriſti Corpus reipſa adeſſe*, verùm adeſſe quidem vel in ſpecie viſibili(vt Carolſtadius dicebat) vel in ſigno tantùm, vel in efficacia ſpiritali. Nam Carolſtadius ea Domini verba *(hoc eſt Corpus meum)* ita interpretatus eſt, vt ad verum & viſibile Corpus Domini,quod menſæ aſsidebat, referrentur: Zuinglius verò ea retulit ad panem,velut qui ſignificaret abſens Domini Corpus: Caluinus autem retulit ea verba ad panem qoidem,velut ad viſibile ſignum: ad Corpus autem ipſum,velut ad rē ipſam ſpiritui noſtro efficaciter exhibitam. Itaque ſi quæras,quidnam iſti omnes ponant; tot ſententias eorum inuenies,quot ſunt capita. Nec enim aut Zuinglius *vbiquitatem* Brentij, aut Heſhuſius *ſignificantiam* Zuinglij,aut Brentius *efficacitatem* Caluini approbabit vnquàm.

At rurſum ſi quæras,quid iſti omnes negent,quidúe demoliantur & diruant; vna voce, vnoque ſpiritu cōſentiunt in eo, quod non eſt quidem aliqua veritas in rerum natura ſubſiſtēs, ſed tantùm eſt mera negatio & idolum,quod ſibi ex errore quodā ſuo finxerunt; nimirum *quòd non fiat in Euchariſtia Sacramento aliqua tranſubſtantiatio*. Hoc idolum(non eſſe videlicet,nec omnino fieri vllam tranſubſtantiationem) iſti omnes adorant. Itaq; priuſquàm ſcirent,quid ipſis de Euchariſtia credendum aut prædicandum eſſet; prius, inquam, ad illud

In negatione conſentiunt Proteſtantes, non autem in aliqua re ponenda.

animos

animos obfirmarũt, vt trãſubſtantiationem prorſus tollerẽt. Quorſum iſta? Certè vt oſtẽderẽ, *opus hæreticorũ nõ niſi opus peccati, opus Idoli, opus mẽdacij eſſe.* Peccatũ enim, Idolũ, & mẽdaciũ cùm nõ ſubſiſtat in ſeipſo, nec aliud oĩno ſit, quàm boni alicuius damnũ & diminutio: neceſſe eſt, vt tùm circa bonũ aliquod minuendũ auferendúmue perpetuò verſetur, tùm ex boni tantùm defectu & priuatione agnoſcatur. Cõtrà verò quod verũ & bonũ eſt, vt per ſe in rerũ natura ſubſiſtit: ſic in ſe clarè cognoſci, & facillimè demonſtrari poteſt. Quapropter ſi quod Proteſtantes docent ac defendunt, verũ bonúmq; eſſet; nõ primùm à negatione inchoaretur, ſed ex ipſa veritatis vi & natura liquidò appareret, tùm quidnã in ſeipſo eſſe, tũ quo fundamẽto niteretur, & cõſideret. Nunc aũt ſi rẽ vſq; ad fundamentũ retexas, inuenies totũ, quod ſubſternũt, nõ eſſe rẽ aliquã, verùm eſſe rei alicuius iã antè creditæ ac prædicatæ deſtructionẽ ac ruinã. Quemadmodũ igitur malũ verſatur circa bonũ: ſic hæreſis circa veritatẽ; & vt malũ nihil propriè ponit, ſed aliquid de bono primùm demit, ac deinde in hominis intelligentia videtur ponere aliquid, cùm in rerum natura nihil vnquàm ponat: ſic hæreſis nihil ab initio aliud molitur, quàm vt partem aliquam Catholicæ veritatis euertat, & ideo ſemper in veri alicuius negatione fundatur. Pòſt autem, dum rationes oppugnandæ eiuſdem veritatis quærit, videtur quidem homini parum cauto ponere aliquid, ſed reuerà ædificat ſupra id quod non eſt, quodque ipſa negat eſſe, cùm interim nihil omnino ponat vel ædificet, ſed tantùm deſtruere conetur Catholici ædificij partem aliquam. Et hoc illud eſt quod probat, Proteſtantes Antichriſti membra eſſe. Nam ille non appellatur ab eo quod eſt, verùm ab eo cui aduerſatur, cui opponitur, & contradicit. Cuius rei conſyderatio quoniam vtiliſsima eſt, alio adhuc exemplo eam illuſtrabimus.

Catholici rectè credunt, Ieſum Chriſtum vni Petro plus alijs amanti agnos & oues ſuas ita commendaſſe, vt illas eodem modo alijs Apoſtolis eo tempore commendaſſe, intelligi non potuerit. Ratio enim, cur Petro ſingulariter commendatæ ſint, fuit non ſolus amor, quo Petrus Chriſtum proſecutus eſt, verùm ille ſingularis amor, quo Petrus Chriſtum, *plusquàm reliqui Apoſtoli* amauit. Simon Ioannis (inquit) *amas me plus his?* Paſce oues meas. Si ob rationem maioris amoris Paſtor ouium fuit; vtique Petrus *plus alijs* amans, maiorem paſcendi authoritatem accepit, quàm alij omnes. Petrus autem cùm Romam veniſſet, ibique Cathedra poſita, martyrium diuino iuſſu ſubiuiſſet, ac ſucceſſorem ſibi Clementem cooptaſſet: Eccleſia Dei meritò ſemper eiuſdẽ Eccleſiæ Romanæ Põtificẽ pro Petri ſucceſſore habuit, cui velut plus alijs amanti oues Chriſti, quæ nec vnquàm in terris deſunt, nec Paſtore carere poſſunt, cum maiore quadam authoritate paſcendæ in æternũ commẽdatæ ſint. Fundamentũ igitur Eccleſiaſtici Primatus in amore, quo Chriſtus erga Eccleſiã ſuã afficitur, in rei veritate, qua Petrus Romã venit, in oĩm Patrũ authoritate & Eccleſiaſtica traditione (qua Petri Cathedrã Romæ poſitam, ſucceſſoremq; Petri Põtificẽ Romanũ eſſe docent) præclarè opinor, iactũ eſt & conſtitutũ. Iã verò Euãgelici quid tandẽ aiunt? Certè quidem aduerſantur, contradicunt, & negant, Pontificẽ Rom. totius militantis Eccleſiæ primùm ſub Chriſto Ieſu Paſtorẽ eſſe. Nec deſunt etiã ex illis, qui negẽt, Petrũ Romã vllo vnquã tempore veniſſe. Verùm ad illud mihi, obſecro, vt reſpondeãt, vtrũ hoc ideo negent, quia prius aliquod aliud gubernationis Eccleſiaſticæ genus, ſi non à Catholicis populis, at ſaltẽ ab ipſis poſitũ eſt & ſtabilitũ, ob quod Primatus iſte Romani Pontificis cõſiſtere non debeat; an potiùs ipſum opus conſtructionẽq; ſuã à noſtri tantũ ædificij ſupplantatione ordiantur? Cùm autem nondum eò audaciæ venerint, vt dicere audeant, Eccleſiam Chriſti prorſus inordinatam eſſe, verùm aliquo viſibili modo eã gubernari debere fateantur: debuerunt ante omnia conſiderare, dempta vnius Præfectura, quodnã aliud regiminis genus in Eccleſia Chriſti ponendum conſtituendumq; eſſet. Omitto quòd eiuſmodi regimen ab ipſis iam poſitum & affirmatum, per ſucceſsionem ab Apoſtolis ipſis ad eos perueniſſe, docere debuerunt. Aut ſi hoc oſtendere non poſſent, ſaltem quo primùm tempore illud ſuum Eccleſiaſtici regiminis genus in Monarchiam commutatum erat, planum feciſſe illos oportuit. Verùm id tantùm iam vrgeo. Si Primatus illis diſplicuit, nec tamen volebant Eccleſiam ſine aliquo regimine agere: oportuit prius illud aliud regimen, ſaltem nunc primùm conſtitutum fuiſſe, quàm Primatus oppugnaretur. Nunc autem dico, nihil tale ab illis factum eſſe. Primatum oppugnarunt, non quaſi obſiſtentem alij gubernationis formæ etiam ab ipſis poſitæ, verùm ob hoc ipſum, quia Primatus erat. Fundamentum igitur huius hæreticæ machinæ aliud non erat, quàm mera iſta negatio: vi-

Fundamẽta Primatus Eccleſiaſtici.

Fundamentũ doctrinæ Proteſtantium.

kk delicet

delicet, *Primatus Pontificis Romani à Chriſto inſtitutus non eſt.* Supra hoc fundamẽtum ædificãt Schiſmatici omnes huius temporis. Alioqui Lutherus & Lutherani omnes pro illa Eccleſiaſtici regiminis forma, quam ipſi iudicaſſent ſtatuendam, vno conſenſu pugnaſſent & contendiſſent; cùm tamen etſi ſecundùm varias rerum occaſiones de alijs gubernationũ modis perſæpe agant, nunquàm tamen in alio fundamento conſenſerint, quàm quòd Primatus Romani Pontificis *non ſit* à Chriſto inſtitutus. Itaquè omnes paſsim ſumma conſenſione ſcribunt aduerſus Papatum, ſed in alijs gubernationum formis conſtituendis non perinde conſentiunt. Nam Illyricus formam regiminis Eccleſiaſtici tam in libello ſuo de Epiſcoporum electione, quàm de locutionibus Scripturæ ſacræ, *popularem* eſſe vult. At Caluinus ad *Ariſtocratiam* potiùs rem trahit. Andreas verò Modrenius etiam *vnum præeſſe* debere contendit, quem tamen ipſum non vult eſſe Pontificem Romanum; ſed alium ab vniuerſali Eccleſia electũ. Quid quòd ſi libris & verbis relictis, ad mores Proteſtantium noſmet conferimus; manifeſtè reperiemus, eos omnes nihil niſi Primatum in vſu & factis quotidianis exercuiſſe? Quod aliud regimen ſtatuit vnquam Lutherus in ſua ſynagoga, præter Primatum? An ipſe omnibus ſuis Vitenbergæ non præfuit? An fortè conſortem in imperio ferre potuit? An plebem ſibi præeſſe paſſus eſt? An Carolſtadium etiam abſente ipſo non nihil innouantem è Pathmo ſuo rediens de omni gradu non deturbauit, atq; in exilium ire coegit? Quid loquor de Vitenberga? Vtrùm in toto orbe Chriſtiano ſibi Primatũ Lutherus nõ vendicauit? An ſuſtinere potuit, vt Zuinglius Tiguri aliud doceret, quàm quod ipſe Vitenbergæ promulgaſſet? An eos qui ſuæ doctrinæ cõtradicerent, nõ excômunicauit? An ipſi Proteſtantes *contra Saxonicũ illum Primatũ*, libellos non ediderunt? Quanquã enim verbo iſti nõ dixerint, ſe Epiſcoporũ Epiſcopos eſſe, & ſummos in Eccleſia iudices: tamen reipſa palã publiceq; illa fecerunt, quæ oſtenderẽt, eos nullum in terris vel parem, nedum ſuperiorem agnoſcere. De Canonicis libris Scripturarum iudicarunt ſoli & ſinguli, prout cuiq; viſum eſt. De interpretatione verò & ſentẽtia earundẽ, ſingulos etiam laicos & priuatos voluerũt iudicandi poteſtatẽ habere iure diuino. Verùm ad capita Proteſtantium reuertamur.

Proteſtantes non conſentiunt in eo, quod ponũt, ſed tantũ in eo quod negant.

Mortuo Luthero, vtrùm alius Vitenbergæ, quàm Melancthon; an alius Geneuæ, quàm Caluinus; aut alius in Regiomonte, quàm Oſiander, rerum Sacrarum ſummam adminiſtrauit? An *Henricus Octauus in Anglia ſolum ſe Caput ſummum Eccleſiæ Anglicanæ dici & credi ſub pœna capitis non edixit*? An illo mortuo, idem ius Edouardus impubes ſibi non arrogauit? Nônne hoc ipſo tempore *Elizabetha fœmina eiuſdem Eccleſiæ Anglicanæ ſupremam Gubernatricem in omnibus cauſis etiam ſpiritualibus ſeipſam ſcribit, & ſub pœna capitis ita iurari præſcribit*? Quod enim aliud regiminis genus hæc omnia ſunt, quàm Primatus Eccleſiaſticus? Non igitur aliam gubernationis Eccleſiaſticæ formam in moribus ipſorum Proteſtantium vſurpatam videmus, quàm Primatum. Quæ cùm ita ſint, Proteſtantes non ideo tollunt Primatum Romanum, tanquàm cõtrarium alij formæ ab ipſis præſcriptæ, ſed tantùm exercent ſeipſos in parte quadã Eccleſiaſtici ædificij labefactanda & deſtruenda. Hoc aũt vt antea declaraui, teſtatur, illos male operari, mendacijs niti, & Idola fabricare. Non enim ſic argumentantur: Chriſtus inſtituit Democratiam, aut Ariſtocratiam. & ideo Primatus non eſt ferendus. Verùm ita potius; Primatus certiſsimè non eſt ferendus: ideo quæramus iam quod aliud regiminis genus aut inſtitutum videatur, aut excogitari queat. Nam ſiue Democratia ſit à Chriſto inſtituta, ſeu Ariſtocratia, ſeu vtraque, ſeu neutra: ſine cõtrouerſia Primatus non eſt ferendus: alioqui cùm primus Eccleſiæ Paſtor nos iudicauerit hæreticos, actum de nobis eſt. Hoc idem poſſet per infinita exempla tùm antiquarum, tùm recentium hæreſum demonſtrari. Sed nunc ſummatim percurramus præcipuos quoſq; articulos, quibus Proteſtantes contradicunt. Primam iuſtificationem per charitatem vnà cum fide in cordibus noſtris infuſam diuinitus effici, eandem verò iuſtificationẽ per opera bona certam fieri & augeri, Catholica Eccleſia credit. Proteſtantes in prima iuſtificatione *charitatem* prorſus excludunt, ac ſolam fidem iuſtificare dicũt. Opera verò nihil corã Deo ad iuſtitiam cœleſtem conferre mentiuntur. Charitas (inquiunt) nõ eſt vna ex cauſis primæ iuſtificationis, ſed ſola fides. Opera fidelem non iuſtificant magis ac magis, ſed ſola fides. Vtrobique autem ſupra meram negationem ædificant ſuam doctrinam. Eodem planè modo *negant*, iuſtitiam à Chriſto infuſam nobis inhærere. *Negant*, Sacramenta Chriſti gratiã cõtinere, aut cõferre. *Negant*, Baptiſmũ ijs paruulis, qui ex Chriſtianis parẽtibus nati ſunt, ad remiſsionẽ peccatorũ obtinẽdã neceſſariũ eſſe. *Negant* Euchariſtiæ celebrationẽ (quæ vi

Negationes Proteſtantiũ ſunt fundamẽta doctrinæ ipſorum.

operis

operis externi & publici neceſſariò ſignificat, & ideo etiam participat naturam Sacrificij Crucis) externum tamen & publicum Sacrificium eſſe. Negant hi quidem, adeſſe reuerà Domini Corpus; illi autem adorandum eſſe, etiamſi adſit: negant, vnam ſpeciem ſufficere illi ad ſalutem, qui non omnino conficit Sacrum, ſed tantùm participat de Euchariſtia. Negant Sacrum Chriſma conficiendum, Altaria erigenda, Inuocationem Sanctorum tolerandam (quos etiam mortuos appellant, cùm illi viuant in Chriſto) Reliquias Martyrum honorandas, preces pro fidelibus defunctis peragẽdas, Crucis ſignum, aut Chriſti, Sanctorumq; imagines venerandas, denique multos Sacræ Scripturæ libros de Canone eſſe negant, Conciliorum generalium authoritatem, & Eccleſiæ viſibilis & vniuerſalis perpetuã conſtantiam ac firmitatem negant. Quemadmodum igitur Antichriſtus Ieſum Chriſtum, præter quem nemo aliud fundamentum ponere poteſt, labefactare & loco ſuo mouere conabitur: ſic interim iſti, cùm ſint præcurſores Antichriſti, omnia illa paulatim remouere conantur, quæ tot ſeculis Eccleſia Chriſti ſupra fundamentũ ipſum ædificauit; vt cùm Antichriſtus nihil præter fundamentum ſupereſſe viderit, facilius illi ſit, hoc ipſum iam quaſi nudũ & inerme aggredi. Verùm vt aduerſus Eccleſiam Chriſti nõ præualent mẽbra Antichriſti; ſic neq; Antichriſtus ipſe aduerſus fundamentũ Eccleſiæ, quod eſt Ieſus Chriſtus, præualebit.

Celeris Proteſtantium perditio, & breue regnum, quod ratione ſectarum ex ipſis quotidie exurgentium obtinent, declarat, eos membra eſſe Antichriſti.

CAPVT LIX.

VT Antichriſti regnum (quia violentũ eſt, & ſecundùm operationem Satanæ erectũ) non fore diuturnum, iam antè ex Prophetis & nouo Teſtamento declaraui: ſic etiã violenta Proteſtantium exurrectio, breuis gloria, & celeris perditio abundè probat, eos Antichriſti membra eſſe. Quemadmodum enim opus, quod ex Deo eſt, diſſolui nõ poteſt: ſic quod omnino diſſoluitur, ex Deo non fuiſſe manifeſtatur. Exurrexit Lutherus circiter annum Domini 1517. Et primo quidem atque altero anno (inſtar Antichriſti) potius dolo & ſimulata humilitate circumuenire Pontificem Romanũ, quàm apertis viribus oppugnare tentauit. Verùm An. Dom. 1519. poſtquàm ſe tùm Magnatibus quibuſdam, tùm nonnullis de infima plebe gratum eſſe intellexit; ſubitò cœpit dilatare fimbrias ſuas, adeo vt nullũ in terris Iudicẽ, nec quenquã ſeipſo maiorẽ agnoſceret. Elatus igitur intolerabili ſuperbia, Regnũ ſibi in Eccleſia Dei arripuit, & Cathedrã ſchiſmaticã cõtra ſingularẽ D. Petri Cathedrã erexit. Cũq; ſicut de Antichriſto prædictũ erat, *ſuprà quàm credi poteſt, vniuerſa vaſtaret*, cũ progrederetur, cùm ſcriberet, cùm prædicaret, ac proſperè illi cũcta ſuccederẽt; vix dũ tres annos & ſex mẽſes (in figurã ſui capitis Antichriſti) cõpleuerat, cùm ecce Zuinglius ipſius Lutheri diſcipulus, circiter annũ Domini 1522. Magiſtrũ ſuũ Lutherũ ſupplãtauit, & de manibus eius magnã regni male acquiſiti partẽ eripuit. Cùm enim Lutherus doceret, vnà cũ ſubſtantia panis triticei verã Corporis Chriſti ſubſtantiã in Euchariſtia repræſentari & coniungi: Zuinglius negans, veram Corporis Chriſti ſubſtantiam aliter in Euchariſtia cõtineri poſſe, quàm ſi panis triticei ſubſtantia in illam conuerteretur; & tamen trãſubſtantiationem recuſans cõfiteri, aſſeruit, panem Euchariſtiæ, abſentis Dominici corporis ſignum & figurã, non autem ipſius corporis veritatem eſſe. Qua ex re factum eſt, vt cùm Zuinglius magnam gregis Lutherani partem ſecum abduxiſſet; regnum Lutheri *iam in ſe diuiſum ſtare non poſſet. Omnis enim ciuitas vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit*. Simul atq; igitur is, qui Chriſtũ diuidere conatus eſt, ipſe quoq; à ſuis diuidi cœpit; paulatim quotidie labefactatum eſt & diſſolutum eius regnum, donec ad poſtremum Anabaptiſtis, Oſiandrinis, Swẽcfeldianis, Maioriſtis, Libertinis, Caluiniſtis, Puritanis, Vnctis, Trinitarijs, & alijs atq; alijs ſectis emergentibus, omnino periret, ac funditus euerteretur. Vix enim vllus iam in Germania locus reſtat, vbi Euangelium ita prædicatur, vt non permultum à Lutheri præſcripto diſceſſum fuerit.

Actor. 5.

Danielis 8.

Matth. 12.

Porrò Zuinglij etiam pars, quam Oecolampadius corroborare nitebatur, per Caluinum & Bezam in tantas anguſtias redacta videtur, vt haud ſciam, an ſaltem Tiguri ſalua remanſerit. Certè in Gallijs, in Anglia, in Scotia, in Polonia nihil obtinet auctoritatis. Iam verò Caluini principatum in Polonia Trinitarij, in Anglia Puritani, & Vncti vſque adeo labefactarunt, vt diu ſtare nec ille poſſit. Vidit hoc ipſum Caluinus, & ideo in ſua Præfatio-

Caluini vaticiniũ de ſuæ ſectæ interitu. ne ad Catechiſmum Eccleſiæ Geneuenſis, ita ſcribit: *In hac tam horrendo Chriſtiani Orbis vaſtitate neceſſe eſt, paucos Eccleſias, quæ Deum ritè inuocent, & eas quidem diſperſas, & vndiq; circumſeptas, prophanis Antichriſti Synagogis, hoc Sancta coniunctionis ſymbolum dare viciſſim & accipere. Quod ſi hoc adeo eſt hodie neceſſarium, quid de poſteritate ſentiemus? de qua ego ſic ſum anxius, vt tamen vix cogitare audeam: niſi enim mirabiliter Deus è cœlo ſuccurrerit, videre mihi videor extremam barbariem impendêre Orbi. Atque vtinam non paulò pòſt ſentiant filij noſtri, fuiſſe hoc verũ potius vaticinium, quàm coniecturã. Quò magis elaborandũ nobis eſt, vt qualeſcunq; Eccleſiæ reliquias, quæ poſt mortẽ noſtrã reſtabunt, vel etiã emergẽt, ſcriptis noſtris colligamus.* Hactenus Caluinus. Qui certè non debebat tantopere ſuæ Eccleſiæ timere, ſi eandẽ credidiſſet verã eſſe Chriſti Eccleſiã. Is enim de ſua Eccleſia ſecuros nos fecit, negãs præualituras aduerſus eam inferorũ portas. Verùm Caluinus dũ & ſectas, quæ præceſſerant, & quæ poſt mortem eius exurrecturæ eſſent, conſiderabat (nulla enim ædificatio extra Petram à Domino conſtitutam ſtabilis eſſe poteſt) meritò prædixit, eandem vaſtitatem, quam ipſe aliorum ſectis intuliſſet, ſuæ etiam ſectæ reddendam eſſe, vt impleatur verbum

Math. 7. Chriſti, quo dixit: *In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis; & qui gladio percuſſerit,*

De Agone Chriſtiano cap. 29. *gladio peribit. Gladius enim & diſcordiaſam linguam* (Authore Auguſtino) *ſignificat.* Facillimum mihi eſſet, plures etiam modos enumerare, quibus Proteſtantium res euertũtur. Proficere enim amplius non poſſunt, quorum inſipientia per Summorum Pontificum ſententiam, per doctiſsimorum hominum conciones & libros, per Sacroſanctæ Synodi Tridentinæ grauiſsima Decreta, & inuictam authoritatem Orbi Chriſtiano manifeſtata eſt. Sed quoniam ſemper in Eccleſia Dei obſeruatum hoc fuit, vt hæretici, qui vnitatem Eccleſiæ primùm violaſſent, nulla magis ratione ſubuerterentur, quàm dum ipſi in alias iterum atq; alias ſectas diſcederent: idcirco faciendum putaui, vt oſtenderem, ſequentis cuiuſque ſectæ originem prioris interitum fuiſſe. Ita olim perierunt Simoniani, dum *Baſilides & Satur-*

Lib. 1 cap. 23 & cap. 28. *ninus* ambo cùm eſſent diſcipuli Simonis Magi, *diſtantes doctrinas* (authore Irenæo) tradiderunt. Idem Irenæus de Valentini Diſcipulis ait: *Diſcrepant adinuicem & doctrina, & traditione, & qui recentiores eorum agnoſcuntur, affectant per ſingulos dies nouum aliquid adinuenire, & fructificare, quod nunquàm quiſquam excogitauit.* Eodem modo Auguſtinus de Do-

Hæreſ. 69. natiſtis ait: *Multa inter ipſas facta ſunt ſchiſmata. & ab eis ſe diuerſi cœtibus, alij atque alij ſeparârunt.* Et in lib. De Agone Chriſtiano: *Sicut Donatus Chriſtũ diuidere conatus eſt, ſic: ipſe*

Cap 29. Hær 73. *à ſuis quotidiana conciſione diuiditur.* Epiphanius etiam declarat, Arianos *in tres ſectas fuiſſe diuiſos*. Porrò Neſtorianos & Eutychianos in duodecim ad minimum ſectas abijſſe, Nicephorus teſtatur. Nec verò vnquam hæreſis hæreſim parere deſtitit, donec omnia illa ſchiſmata in impudentem Mahometis blaſphemiam deſijſſet.

Quis autem non miretur, cùm infinitæ hæreſes ex vna & eadem Eccleſia Catholica & Romana exierint, omnes eandem Catholicam & Romanam Eccleſiam oppugnârint, omnes breui tempore à ſeipſis perditæ atque extinctæ fuerint: tamen Eccleſiam interim Catholicam & Romanam neque diſceſsione earum, neque perſecutione ita vel deprimi, vel obſcurari potuiſſe, vt quanquàm interdum grauius quàm aliàs afflicta fuerit, nunquàm omnino vel defecerit, vel multis Cathedris Epiſcoporum in multis ſimul gentibus caruerit, quæ ſemper fidem veram confiterentur. Pereunt igitur omnes hæreſes: ſola non perit, ſed in æternum floret Catholica & Romana Eccleſia.

Scio, Proteſtantes hoc in loco mihi oppoſituros eſſe Apoſtolorũ & antiquorum Patrum inter ſe diſſenſiones. Verùm illæ diſſenſiones partim nõ tam de ipſa fide Chriſtiana fuerũt, quàm de Chriſtianorum conuerſatione, partim etiam ſi qua de fide incidit quæſtio, *ſtatuerũt*

Galat. 2. Actor. 15. *vt aſcenderent ad Apoſtolos & Presbyteros in Ieruſalem ſuper ea quæſtione.* Atque ita Iudicem ſummum in terris agnouerunt, à cuius ſententia vt diſcederent, fas ſibi eſſe non putabant. At verò Proteſtantes cùm de cauſa fidei grauiſsimas lites commoueant; neque alter eorũ alteri vnquàm cedit, nec ambo aſcendunt ad ſucceſſores Apoſtolorum, vt audiant, quid Spiritus ſanctus per illos reſpõſurus ſit. Lutherus enim à Zuinglio, Bullingerus à Brentio, Weſtfalus à Beza vſque adeo diſſentit, vt nemo eorum aut alteri cedere, aut vllum in terris Iudicem ſummum agnoſcere velit. Itaque Magnus Leo præclarè ſcripſit: *Aliud ſunt humana*

In Epiſt. ad Anatolium. *etiam inter Catholicos ſimultates, aliud diabolici, quos fides Catholica damnat, errores.* Sectæ igitur iſtæ Proteſtantium pluribus modis demonſtrãt, ipſos Proteſtantes Antichriſti membra eſſe. Primùm, quia Deus, *qui eſt auctor pacis*, non amat diſſenſiones vllas; maximeq; omniũ

eas, quæ

eas, quæ infinitæ ſunt, nec vnquàm in hac vita per Iudicem aliquem decidi poſſunt, odio habet. Hoc enim ipſum, non acquieſcere vllius iudicio, conuincit; pertinacem eſſe & immortalem hæreticorum ſuperbiam. Talis autem diſſenſio inter Catholicos inueniri nõ poteſt. Deſinit enim Catholicus eſſe, & ex Eccleſia eijcitur, qui recuſat Eccleſiam audire. Matth. 18.
Deinde Proteſtantium ſectæ oſtendunt, eos veterum hæreticorum ſimiles, ac propterea etiã hæreticos eſſe. Denique proxima quæque ſecta priorem breui temporis ſpatio perimit, cùm nullæ vnquam ſectæ Catholicam & Romanam Eccleſiam extinxerint. Perit autem Antichriſtus cum ſuis membris; Sponſa verò Chriſti cum Sponſo ſuo regnat in æternum.

Quòd Proteſtantes per doctrinam ipſorum viam Antichriſto præſtruant.

CAPVT LX.

VIam alteri præſtruit non ſolùm is, qui nominatim edicit, eum breui affuturum, quiq; vt ſtudioſè expectetur, & humaniter excipiatur, monet (hac ratione Prophetæ Chriſto, & infideles Iudæi Antichriſto viam præparârunt): verùm is etiam, qui vel tollit impedimenta, quæ alioqui obſtarent, vel quoquo modo id agit, quod eius inſtituto, qui aduenier, vſui eſſe queat. Ac aliter amico, aliter hoſti viã ſternimus. Hoſti ſæpe & imprudẽtes & inuiti: amico aũt imprudentes aliquãdo, inuiti nunquã. Tametſi ergo probè ſciã, Proteſtãtes non adhortari quenquam, vt beneuolè ſuſcipiat Antichriſtum, nec etiam putem, eos prudentes & ſciẽtes id agere, quod Antichriſti cauſam commendet; tamen quia certiſsimò remouent ea impedimenta, quæ Antichriſto potiſsimum obſtant, vtcunque id vel prudentes, vel inuiti faciant: non immeritò dixerim, eos eſſe Antichriſti Præcurſores.

Quod autem præcipuè impedit & retardat aduentum Antichriſti, eſt fidei & Religionis Chriſtianæ per omnes gentes latiſsima diffuſio & propagatio. Quandiu enim mundo perſuaſum eſt, Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum & Meſsiam verum; fruſtra in mundum venturus eſt Antichriſtus, quia mundus eum non recipiet. Contrà verò qui diuidit Eccleſiã, qui diſpergit oues, qui Sacramenta Chriſti vel mutat, vel tollit, qui Catholicum nomen ſuperſtitionis, aut idololatriæ accuſat: is dum labefactat eas res, quæ Ieſu Chriſti aduentum conteſtatum reddebant, viam vtique Antichriſto præparat. Vnde Auguſtinus præclarè ſcribit: *Chriſtus venit colligere: tu venis ſoluere. Quomodo non negas Chriſtum in carne veniſſe, qui dirumpis Eccleſiam, quam ille congregauit? Contra Chriſtum ergo venis: Antichriſtus es.* His ita In Iohan. Tractat. 6.
poſitis, iam deinceps oſtendam, quibus modis Proteſtantes aduentũ Antichriſti promouent. Principiò tam Lutherani, quàm Caluiniſtæ omnes affirmant, Antichriſtum ipſum iam hiſce multis ſeculis in mundo fuiſſe, nec alium eſſe, præter Pontificem Romanum. Hæc autem doctrina nemini magis, quàm ipſis Proteſtantibus nocebit. Dum enim alius Antichriſtus ab illis neque expectatur, neque timetur, præter Pontificem Romanum: eueniet, vt verus ille Antichriſtus, qui ſecundùm Scripturas poſt ſublatum è medio Romanum Imperium, in ipſo tantùm ſeculi fine adueniet, Proteſtantes ipſos penitus incautos oppreſſurus ſit. Quomodo enim caueri poteſt, quod certò creditur non eſſe venturum? Deinde tanquàm parum eſſet, Romanum Pontificem vocare Antichriſtum: inſinuant etiam Proteſtantes, D. Petrum Antichriſti velut parentem, authoremq; extitiſſe. Cæterùm ne iſtud per calumniam à me confictum videatur, cuiuſmodi hoc totum ſit, iam inueſtigemus.

Primus modus, quo Proteſtantes viã præparant Antichriſto.

Proteſtantes non obſcurè inſinuare, quòd D. Petrus fuerit fundamentum Sedis illius Apoſtaticæ, quam ipſi Antichriſtum vocant, & quàm ignominioſa Chriſto, Satanæq; glorioſa exiſtat illorum opinio de Antichriſti ſede.

CAPVT. LXI.

EO tandem peruenerunt Proteſtantes, vt affirment, Antichriſtum (quem volunt ſedẽ quandam & thronum. Pſeudoprophetarum eſſe) non modò ipſis Apoſtolorum temporibus ortum, ſed præterea iam diu mundo reuelatum fuiſſe, & non alium eſſe, quàm ipſum Pontificem Romanum. Hanc doctrinæ ipſorum viam & rationem ſi accuratè conſyderemus; facilè videbimus, non alium potuiſſe huius Antichriſti caput & fontem exiſtere, quàm ipſum Petrum Apoſtolorum Principem. Si enim (vt Beza in explicatione methodi 2. Theſſalon. 2 verſu 6. ait) *iam ipſius Apoſtoli temporibus prima Apoſtaticæ ſedis fundamenta iaciebãtur*; Apoſtatica verò illa ſedes non alia omnium Proteſtantium iudicio ſit, quàm Apo-

Secundus modus, quo Proteſtantes viam præſtruunt Antichriſto.

ſtolica Eccleſiæ Romanæ Cathedra & Sedes; Romanæ verò Cathedræ gloria non aliunde,
quàm à D. Petri Primatu deducatur: quomodo potuerũt ipſius Pauli temporibus, prima ſe-
dis Apoſtaticæ fundamenta iacta eſſe, præterquam ſi Petrus, qui primum Romanæ Cathe-
dræ in terris fundamentum fuit, huios Apoſtaticæ ſedis fundamentum etiam habeatur? Nec
enim alius quiſquam Pauli temporibus vixit, ad quem Romanæ ſedis Primatus perinde re-
ferri potuerit, ae ad D. Petrum Apoſtolorum Principem. Nam quicquid in mundo vel hæ-
reſum, vel ſchiſmatum, vel Idololatriæ fuit; hoc omne tam longè aberat ab Eccleſiæ Roma-
næ Cathedra ſtabilieoda, vt nihil perinde aut oppugnarit eam Sedem, aut ab eadem op-
pugnatum ſit, ac hæreſes, Idolorum cultus, & omnia ſchiſmatum genera. Nunquam enim
reeepit Romana Sedes vel Simonis Magi & Menãdri præſtigias, vel Nicolaitarum libidi-
nes, vel Cherinti & Ebionitarum errores. Fundamenta igitur prima Romanæ Cathedræ
non alia Diabolus, qui Bezæ magiſter fuit, intellexit, quàm D. Petri Apoſtolieum Primatũ,
in cuius Cathedra videri ſucceſsiſſe, hoc tam Satanæ glorioſum & illuſtre; quàm Chriſto
infame & ignominioſum eſt. Nam cùm diabolus nondum permittatur in ipſo Dei Templo
ſedere, & ſeſe oſtentare, tanquàm ſit Deus: quid interim ei potuit honorifieentios contin-
gere, quàm vt prima in toto mundo Sedes illi per Proteſtantes vendieetur? Hoc igitur ho-
noris Proteſtantes, licet imprudentes, Diabolo exhibent, vt Chriſti ſummam in terris Ca-
Annot. in 2. Theſſal 2. verſ. 3. — thedram fingant eſſe Cathedram Satanæ, & Antichriſti ſedem. Ac ne parũ hoe videretur,
Beza etiam addit, *nonnullos ex Sãctis ipſis & orthodoxis Patribus huic Antichriſti throno per*
imprudentiam inſeruiſſe. Voluit enim Diabolus, qui per Bezã loquitur, talem videri thronum
ſuum, qui & à Principe Apoſtolorum pararetur, & cui Patres orthodoxi ſubſeruirent.
Sanctos inſeruire Antichriſto Beza dicit.

Sed cùm nos *Chriſtum veniſſe in mundum ſciamus, vt diſſolueret opera Diaboli*; nunquàm
committemus, vt Chriſti Sedem in Satanæ thronum eonuertamus. Nec enim fieri poteſt,
Matth. 24. — vt electi ſeducantur. Seducerentur autem, ſi Antichriſto inſeruirent. Id autem video, men-
tes Proteſtantium ita à Satana præparatas eſſe, vt omni ex parte fictum illius Principatum
ornent, ac ſtultis hominibus commendent. Nam ſi Cathedra Petri ſedes diaboli eſt, *eiúſque*
ſedis fundamenta iam ipſius Pauli temporibus iaciebantur: quid præterea tam pulchrum &
Iſaiæ 60. — ſpectabile Chriſto in terris relinquitur? Dominus apod Iſaiam ad Eccleſiã Chriſti loquitur:
Cap. 17. — *Ponam te in magnificentiam ſeculorum.* Idem Dominus apud Ieremiam ait: *Solium gloriæ alti-*
tudinis à principio locus ſanctificationis noſtræ Idem Dominus in Euãgelio dicit ad Apoſtolos:
Matth. 5. — *Vos eſtis lux mundi, & Ciuitas ſupra montem conſtituta, non poteſt abſcondi.* Quo etiam in lo-
lo ſignificat, *ſe accendiſſe lucernam, non quidem vt ſub modio, ſed vt in candelabro eam poneret,*
quò luceret omnibus, qui in domo ſua eſſent. Idem Dominus in Apocalypſi per Aogelũ ſuum
Apoc. 1. & 2. — declarat, *Eccleſias velut candelabra eſſe, Angelos verò ſeu Epiſcopos*, qui præſunt iiſdem Ec-
cleſijs, velut *lucernas*, imò velut *ſtellas eſſe*, quæ lueẽt in Eccleſia, tanquàm in firmamento.
Cùm igitur in Ciuitate Chriſti ſint Eeccleſiæ velut candelabra, ſint Epiſcopi velut ſtellæ:
certiſsimum autem exiſtat, nullam Eccleſiam vel magis in monte conſtitutam eſſe, vel mi-
nus abſeondi potuiſſe, quàm Romanam: ſi eius Eccleſiæ Angelus & Epiſcopus non modò
præcurſor Antichriſti quidam, ſed ipſe Antichriſtus eſt: ſi hoc Solium gloriæ ſplẽdidiſsimæ,
ſi locus hic ſanctificatioois Domini, ad Satanæ honorem tranſijt: quæ, obſeero, lucerna
in candelabro Chriſti per tot ſecula remanſit, vt luceret omnibus, qui in magna domo Dei
Lib. 3. c. 3. — verſabantur? Quæ magnifieentia Filio Dei, aut quis honor nomini eius defertur? Aut fuit
Lib. 1. Ep. 3. Epiſt 77. — vſpiam in terris vlla Eccleſia vni Romanæ par atque æqualis? quam Irenæus *maximam &*
Epiſt. 16. Lib 2. — *glorioſiſſimam*, Cyprianus *Cathedram principalem*, Baſilius *Caput vniuerſalis Eccleſiæ*, Hierony-
Epiſt. 162. — mus *tutiſſimum portum communionis Catholicæ*, Optatus *Cathedram ſingularem & vnicam*,
Epiſt. ad Renatum. — Auguſtinus *Principatum Apoſtolicæ Cathedræ*, Theodoretus *tenentem gubernacula cuncti orbis*
Eccleſiarum, Theodorus Studienſis *Petram fidei* appellat. Si ergo nulla in mundo Eccleſia
Dogmatic. de Imagin. — par eſt aut vnquàm fuit Romanæ; adeo vt Conſtantinopolitanus Patriarcha nihil optaret
Con. 1 Conſtantinopol. — maios, quàm vt *poſt Romanum Pontificem primas teneret*: ſi Romanom Pontifieem tradis
Aotichriſto; quod Solium æquè magnifieum addieis Chriſto? Nec magnificũ dico Solium
tam ob ſplendorem & magnitudinem vrbis, quàm ob Catholicæ fidei confeſsionem, ob Pe-
tri Apoſtolorum Principis Succeſsionem, ob hæreſum & ſchiſmatum extirpationem, atque
ob Euangelij tam in proximas regiones, quàm in vltimas orbis terrarum partes propaga-
tionem. Tale Solium ſi Chriſto abſtoleris, idemq; Antiehriſto aſsignaris; audacter dico, fi-
delem Satanæ adminiſtrum te eſſe, Chriſti verò impium perduellem & proditorem.

Cæterùm

Cæterùm ne in ſolum Bezam hæc mea oratio ferri videatur: Illyricus etiam, qui Eccleſiæ Romanæ gloriam à Petro pendêre non ignorabat, tam inſolenter atque inuerecundè D. Petri pudenda non modò acerrimè contemplatus ipſe deriſit, ſed etiã deridenda alijs propóſuit, mox in ipſo *Catalogi teſtium* initio, vt cùm nihil intemperantius fieri potuiſſe videatur, tamen id tanquam cumulum ad ſuam maledicendi libidinem adiecerit, vt & cætera D. Petri errata impudenter exaggerarit, & eundem noui criminis atque hactenus inauditi homo nefarius iniuſtè accuſarit. *Parum* (inquit) *acriter Pſeudoapoſtolorũ peruerſitati ac impietati Petrus reſtitit qui de Petro tanquam ſuo præceptore, maioriſq; authoritatis Apoſtolo cæteris, corã omnibus Eccleſijs gloriabãtur.* Ecce & Petrũ videri vult *Pſeudoapoſtolorũ quaſi præceptorẽ* fuiſſe, & eum ait *parum acriter illorum impietati reſtitiſſe.* Vbi hoc legeras, inſignis hypocrita? Quis hoc in Petro notauit vnquàm? Parùm tibi fuit, vetera immodeſtè traducere: niſi etiã noua crimina maledicentiſsimè confingeres? Dicis eodem in loco, *Petrum in cogitatione, ſpe ac cupiditate humanæ potentiæ, quam ex regno Meſsiæ ſperabat, totum fuiſſe immerſum.* Qui hoc ſcis? Profectò in Euangelio audis, *Petrum reliquiſſe omnia, & ſecutum eſſe Chriſtum:* & tu ais, *totum fuiſſe immerſum in ſpe ac cupiditate humana potentiæ?* Quid ſi errore quodam ductus, putabat Chriſtum humana potentia vſurum fuiſſe, ad Euangelij ſui promulgationem? An propterea *totus in cogitatione, ſpe, ac cupiditate humanæ potentiæ immerſus erat?* Certum eſt, Satanæ conſilia eò tendere, vt Petrum velit haberi ſuum potius, quàm Chriſti adminiſtrum vtque Sedem eius malit ſibi quàm Chriſto dedicari. Illyrici blaſphemia in S. Petrum.

Eôdem pertinet illa Magdeburgenſium velut interiecta ſuſpicio, qua dicunt: *Neceſſe eſt, aut Petrum non vniuerſalem Eccleſiæ Epiſcopum diuinitus conſtitutum, aut ipſiſsimum Antichriſtum fuiſſe.* Certè qui rem certiſsimam & exploratiſsimam (qualis eſt Primatus Petri & vniuerſalis Eccleſiæ Præfectura) ſic enuntiant, vt vel eam negent veram fuiſſe, vel Petrum dicant *ipſiſsimum Antichriſtum fuiſſe:* illi parum aut nihil ab eo abſunt, vt velint, D. Petrum haberi *pro ipſiſsimo Antichriſto.* His enim gradibus via Satanæ & filio perditionis Antichriſto callidiſsimè præparatur, ſi primũ Petri Cathedra, deinde Petrus ipſe de cordibus Chriſtianorum tollatur, vt ita facilius negetur aut Chriſtus veniſſe, aut Apoſtolos in mundum ſub duce & præceſſore vno diſſeminandi Euangelij cauſa miſiſſe: Tollitur Cathedra Petri de cordibus Chriſtianorum, ſi Antichriſtus in ea ponatur ſedere, quod iam permultis Proteſtantibus ſeriò perſuaſum eſt. Tollitur Petrus ipſe de cordibus eorundem, ſi credatur & ipſe vel occultum Antichriſti fundamentum, vel *ipſiſsimus Antichriſtus* fuiſſe; quò ſanè tẽdunt Proteſtantium verba. Sublata verò Cathedræ Petri authoritate, cuius perpetua & nũquàm intermiſſa ſucceſsio, Chriſti priorem aduentum & optimè teſtatur, & diligentiſsimè propagat: ſublata etiam Petri Apoſtolorũ Principis eximia poteſtate, qui primus & Iudæis, Actor. 2.
& gentibus Euangelium Chriſti prædicauit: quis non poſtea in dubium reuocabit, an omnino cætera, quæ de Chriſto feruntur, vera ſint, nec ne? Qui autem dubitat, paulo momento in deteriorem partem flectitur, vt ſuſpicetur, Chriſtum non veniſſe, cuius nulla iam veſtigia in terris reliqua eſſe videt. Nam cùm cæterorum Apoſtolorum ſucceſsiones iam olim extinctæ ſint, ſi neque Petri & Pauli ſucceſsio in Eccleſia Romana perdurat, imò ſi Petrus ipſe videatur fuiſſe aut Antichriſtus, aut fundamentum Antichriſti: quod eſt præterea ſolidum & immobile ſaxum, quæ rupes firma, quæ viſibilis Petra, cui Fideles (qui lapides viui ſunt) ſecurè adhæreant? In hac animorum hæſitatione ſi Antichriſtus emerſerit, ſignaq; & prodigia ſtupenda ediderit, in Templo Dei ſedeat, ac Deum ſe oſtentet; quis non videt, ingens periculum fore, ne ſeducantur plerique? Via igitur Antichriſto per iſtas impudentiſsimas Proteſtantium calumnias præſtruitur. Sed iam pergamus in eo quod inſtituimus. Act. 10. & 15.

Quibus præterea modis Proteſtantes viam præparant Antichriſto.

CAPVT. LXII.

SAcrificium Euchariſtiæ, quod mortem Chriſti & neceſſariò cõmemorat, quia eſt ipſum Corpus datum pro nobis; & nobis commendat, quia inſignem Chriſti erga nos amorem reſtatur: hoc Sacrificium iſti prorſus auferunt, eo ipſo viam illi ſternentes, qui negaturus eſt, Ieſum eſſe verum Meſsiam pro nobis mortuum. *Quando hæretici dicunt* (ait Chryſoſtomus) *vnde patet immolatum Chriſtum fuiſſe? Præter alia multa, hæc etiam myſterio afferentes, ora ipſorũ conſuimus. Si enim mortuus Ieſus non eſt, cuius ſymbolũ ac ſignum hoc Sacrificiũ eſt?* Tertius modus, quo Proteſtantes viam præſtruunt Antichriſto. In Matth. Homil. 83.

Si ergo

Si ergo Sacrificium Euchariſtiæ probat mortem Chriſti: nónne qui hoc Sacrificium negat (negant autẽ Lutherani & Caluiniſtæ) mortem Domini eatenus incertiorem reddit, quia id Sacrificium, quod mortem eius præcipuè teſtatur, de medio tollit? Præterea ipſum hoc iuge Sacrificium ab Antichriſto auferendum eſt, vt paulò antè demonſtraui. Nónne igitur ſingularem Antichriſti miniſtrum ſe exhibet, qui quod tandem ab Antichriſto auferendum erat, ipſe prius aufert, vt ita minus negotij Antichriſto ſuperſit?

Quartus modus. Accedit eòdem, quòd cùm Antichriſtus Baptiſmum etiam Chriſti debeat abrogare; Lutherani & Caluiniſtæ omnes eatenus gratificantur Antichriſto, vt interim negent, Baptiſmum Chriſti radicitus tollere peccata, gratiámue conferre. Quid quòd etiam Caluiniſtæ negant Baptiſmi neceſsitatem in ijs paruulis, qui ex parentibus Chriſtianis procreati ſunt? Quod ergo nec paruulis neceſſarium eſſe, nec adultis gratiam conferre docetur: id quàm leui brachio velut cærimonia quædam inutilis ab Antichriſto remouebitur?

Quintus modus. Iam verò vt Antichriſtus *non curat Deum Patrum ſuorum*, ita nec Proteſtantes vllam rationem habent anteceſſorum ſuorum, qui tùm Romæ iam inde ab ipſo Petro, tùm alibi ab ipſis Apoſtolis ad nos vſque ordine certo & perſpicuo ſucceſſerunt. An hæc etiam ſucceſſio Epiſcoporum, quæ Chriſti aduentum mirabiliter confirmauit, à Proteſtantibus cõtempta, non proderit Antichriſto, vt eò citius fidem Proteſtantibus faciat, ſe, qui de improuiſo exurgit, poſſe verum Meſsiam eſſe? Nam ſi Lutherus nemini ſuccedens, verùm à ſeipſo veniens *exurrexit*, & nouã fidem ſubitò prædicauit: ſi *exurrexit* Zuinglius, & plus diuinæ lucis hauſit, veriorq́; Propheta habitus fuit, idemq́; Caluino & Oſiandro accidit: cur non credant etiam iſtorum Diſcipuli, poſſe & alium adhuc inopinatò ſurgere, qui Maiores ſuos cõtemnens, veritatem nudam hominibus reuelet? Hæc autem ratio de homine in hominem progrediens, viam tandem expeditam Antichriſto præparabit.

Sextus modus. Si Antichriſtus conabitur *mutare tempora & leges*, vt antè declaraui: nónne Lutherus, qui leges Eccleſiaſticas omnes contemnere auſus eſt, qui iuris Canonici libros Diſcipulis ſuis applaudentibus palàm combuſsit, qui antiquiſsimas cærimonias Baptiſmi & Euchariſtiæ mutauit, qui nouos Apoſtolos in orbem miſit, qui Monarchiam Eccleſiæ conuertit in Democratiam: nónne iſte vir inſignis Antichriſti præcurſor fuit?

Septimus modus quo Proteſtantes viam præſtruunt Antichriſto. Cùm Antichriſtus Chriſtianæ religionis omnia monumenta aboliturus ſit, atque ob eam cauſam appelletur *abominatio vaſtans & deſolans omnia*, adeo vt ad ſtuporem ſit homines adducturus præ incredibili exitio & deſtructione, quam ſacris omnibus inferet: auſim dicere, ab orbe condito nunquàm fuiſſe vllam ſectam perinde ad euertenda omnia Religionis ſigna deditam, ac hodie Caluiniſtæ ac Puritani ſunt, quorum omnis cogitatio in eo defixa eſt, vt Altaria Chriſto dicata deturbent, Templa Dei ſubuertant, ſacras Imagines confringant, Monaſteria ſpoliẽt, Xenodochia diripiãt, ſcholas publicas diſsipent, Reliquias Martyrum profanent, memorias Sanctorum violent, ſepulchra mortuorum aperiant, cœmiteria diſturbent, cærimonias tollant, Sacramenta irrideant, Sacrificium tremendum conculcent. Quid eſt viam ſternere Antichriſto, ſi hoc non eſt? Dicam, quod plurimis in locis factum non audiui tantùm, ſed hiſce oculis vidi: Regnante in Anglia Edouardo ſexto, vel potius ſub impubere adhuc Rege Caluiniſmo regnante; ſacra Imago Crucifixi Ieſu Chriſti (ex cuius vtroque latere B. Mariæ, & D. Ioannis Euangeliſtæ imagines collocari ſolebant) è Templis deiecta eſt tanquàm idolum & id quod rem non veram deſignaret, in eiuſq́; locum ſurrogata ſunt R*egis inſignia*, ex quorum vtroque latere Canis & Draco depingebatur. Ita in Chriſti locum, Leones; in B. Mariæ, Canis; in D. Iohannis, Draco ſucceſſerat. Vtrùm hoc non erat, Antichriſti figuram gerere? Cùm enim Antichriſtus templa Dei omnibus alijs ornamentis, quæ Chriſtum quoquo modo referunt, ſpoliarit: tum denique *ſedebit ipſe in Templo Dei*, ſuamq́ue imaginem adorandam proponet, cui *Draco*, id eſt, Diabolus omnem ſuam poteſtatem dabit, vt abſque vllo impedimento ſeſe oſtentet tanquàm ſit Deus. Hæc ſanè ſunt valde horrenda, ſed maius eſt, quod ſequitur.

Octauus modus. Cùm Antichriſtus ab Apoſtolo dicatur *homo ille peccati:* neceſſe eſt, illos, qui peccati regnum propagant, eo ipſo patefacere, ſe Antichriſti non vulgaria quædam membra eſſe. Proteſtantes verò non ſolùm omnia externa rerum ſacrarum ſigna polluunt & contaminant; ſed ipſam præterea internam Sanctitatem vel penitus tollunt, vel quibus poſſunt modis impediunt, longè lateq́ue diffuſo iniquitatis & peccati regno. Quando autem *abundabit* Matth. 24. *iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum*: tunc vt certum eſt Antichriſti regnum appropinquare, ſic

quare: ſic dubitari non poteſt, quin illi ſint Antichriſti membra, quorum opera potiſſimùm fiet, vt tantopere abundet iniquitas, & refrigeſcat multorum charitas. Nunquam verò poſt primam Euangelij promulgationem adeo vel abuudauit iniquitas, vel refriguit charitas, ac his ipſis diebus, idque in his locis potiſſimùm, vbi Proteſtantium ſectæ ſummam rerum occupârunt.

Cùm enim charitatis ſit, diſperſa cougregare, & congregata vnire, adeo vt omnia Domini mandata in his duobus pendeant, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum*: imò cùm hæc etiam duo redigantur ad vnum dilectionis proximi præceptum, ſicut ſcriptum eſt, *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*: & ideo Apoſtolus dicat, *Qui diligit proximum, legem impleuit: plenitudo enim legis eſt dilectio*: cùmque is, *qui vnum de mandatis Domini violauerit, omnium ſit reus*, quia nimirum omnia in vna charitate coniunguntur & ſolidantur; cùm præterea Deus, *qui charitas eſt*, voluerit & nos inter nos per mutuam dilectionem, & præterea cum illo per eandem charitatem vnum fieri: neceſſe eſt, vt ibi multorum charitas maximè refrigeſcat, vbi eſt minima pax & vnitas, maximáque ſententiarum atque animorum diuiſio. Conſtat verò, maiorem eſſe animorum & ſententiarum diuiſionem, vbi ſolæ Proteſtantium ſectæ vigent; quàm ſit, vbi ſola Catholica fides prædicatur. Diuiſio autem, quæ propter fidem diuerſam contingit, omnium eſt maxima, & acerbiſsima. Ioannis 15. Rom. 13. Iacob. 2. 1. Ioan. 3.

Cùm igitur nulla vnquam hæreſis in tot partes abierit, quot ex vna Lutheri Schola dicuntur prodijſſe; adeo vt alij triginta, alij multò plures ſectas enumerent, quæ initio à Lutheri defectione ducto, in Germania & Britannia pullularunt: cùmque hæ omnes ſectæ ſeſe mutuò petant & oppugnent, cùm Lutherani Zuinglianos, Oſiandrini Lutheranos, Vbiquitarij ſeu Brentiani Caluiniſtas, Caluiniſtæ Anabaptiſtas & Swenckfeldianos, Libertini Maioriſtas, Trinitarij hos omnes perſequantur: quî poteſt fieri, vt inter tot diſſentientes de Religione ſententias, charitas multorum non refrigeſcat? Minus enim diligit proximum ſuum, qui credit illum alienum eſſe à Deo, in quo ſolo diligi debet, quàm is, qui eandem cum proximo ſuo fidem ac ſpem habet.

Magis igitur eorum, qui ab Eccleſia Romana defecerunt, refrigeſcit charitas; quàm Catholicorum inter ſeipſos. Nam qui defecerunt ab Eccleſia Romana, litigant ſine vlla ſpe futuræ vnquàm pacis aut conciliationis, quia nullum Iudicem audire volunt, cuius ſententia litibus eorum finis imponatur.

Verùm Catholici partim omnes in qualibet fidei cauſa id ipſum ſapiunt; partim, ſi fortè qua in re diſſenſerint, Iudicem viſibilem admittunt, nempe Romanum Pontificem, aut Concilium Oecumenicum, cuius ſententiæ ſub pœna æternæ damnationis obediendum ſibi eſſe credunt. Itaque cùm nullæ ſint omnino Catholicorum hæreſes, quia nulla eſt eorum pertinax diſſenſio: charitas inter illos minus refrigeſcit, quàm inter Proteſtantes.

Iam quòd ad vitam & mores attinet, certiſsimum etiam eſt, minore cum Dei metu apud Proteſtantes, quàm apud Catholicos agi. Eſt autem *initium Sapientiæ timor Domini*. Et quanquam *perfecta charitas timorem* illum ſeruilem *foras mittat*: tamen vbi timor ille non præceſsit, nec ſubſequi perfecta charitas (quia initio ſuo caruit) nec eum timorem, qui nullus erat, foras mittere poteſt. Non eſt autem Domini timor, quoad operationem vllam, apud Proteſtantes; quia ſimul ac in Deum credunt, certò ſibi promittunt, ſe propter Chriſtum ſaluatos, & ſtatim ex prædeſtinatis eſſe, quicquid quantumlibet iniquè delinquant. Quapropter etiámſi fornicentur, homicidia & adulteria committant, blaſphement & maledicant Deo atque hominibus: tamen ſi credant, Chriſtum pro ipſis ſpecialiter eſſe mortuum, ſtatim per eam fidem expiari ſe dicunt à peccatis illis. Timendum ergo id tantùm putant, ne fortè non firmiter credant in Chriſtum. Atqui oportebat non ſolùm de fide, verùm etiam de operibus timere, quia iubemur *operari ſalutem noſtram: operari* (inquam) *in timore & tremore*. Nam Deus *reddet vnicuique ſecundùm opera ſua*. Quod quoniam Proteſtantes non credunt, ideo apud illos abundat iniquitas, & refrigeſcit charitas. Præterea quoniam opera nihil coram Deo, quod æternum ſit, mereri putant: idcirco ſolicitè non operantur quaſi *coram Deo*, ſed tantùm Roman. 2.

fictè & ſimulatè quaſi coram hominibus.

Quò etiã pertinet, quòd ſecretã illam Confeſsionẽ, quæ maximè omniũ rerũ impediebat regnum peccati, & iniquitatem ſuſtulit, iſti minimè neceſſariã eſſe dicũt. Sancti quidẽ & perfecti iubemur eſſe, ſicut Pater noſter cœleſtis perfectus eſt, qui ſanè perfectus & ſanctus eſt, nõ credẽdo, ſed faciendo. *Qui enim facit iuſtitiã* (inquit Ioannes) *iuſtus eſt, ſicut &* 1.Iohan.3. *ille iuſtus eſt*. Quòd ſi quis in crimen aliquod incidat, pœnitentiã agere debet, & *contriſtari* 2.Cor 7. *ſecundùm Deum, quæ res ſalutem ſtabilẽ operatur*. Non poteſt verò modus inſignior excogitari, quo de peccato veram triſtitiam ſuſcipiamus, quàm ſi eò vſque fœditatem peccati magnitudinemq; conſideremus, vt quicquid in illo contra charitatem Dei & proximi exiſtit, sd numero, pondere, menſuraque ſua examinemus, accurateque perſpectum habeamus. Quod vtique eximiè fit, dum verè credimus, nos debere peccata noſtra Miniſtro Chriſti apertè ac plenè exponere, vt ab illo & fidele conſilium, & medicinam cœleſtem capiamus, qua nos à vinculis Diaboli abſoluat, & Chriſto iterum conciliet. Nam qui Deo ſolo peccata ſua exponenda eſſe ſtatuit, nec facilè tam ſolicitus erit, vt de illorum numero, vel pondere altè cogitet, quia Deum intima ſua melius ſe noſſe non ignorat, & præterea non abſoluetur omnino à peccatis ſuis: quia Miniſtrum reconciliationis à Chri- Iohan.20. ſto datum contemnit, à quo tamen quicquid non ſoluitur in terris, id ligatum manet in cœlis. Ex iſta particulari Confeſsione coram Dei Sacerdote neceſſariò facienda, & dolor verus de peccatis oritur, & verecundia peccanti non inutilis, & ſalutaris accuſatio ſuiipſius, & eius quod ablatum eſt, debita reſtitutio, & cautio maior abſtinendi deinceps à peccatis; &, quod omnium caput eſt, confertur abſolutio Sacramentalis: vt meritò dixerim, nulla vnquã re aut magis reſtrictũ eſſe iniquitatis & malitiæ, aut magis dilatatum charitatis & iuſtitiæ regnum, quàm ex hac ſecreta confeſsione, quam Proteſtantes omnino ſuſtulerunt. Quid multis? Quæcunque aut iniquitatem cohibent, aut charitatem promouent, ſiue illa ſint ieiunia, orationes, eleemoſynæ, ac Sacrificium Euchariſtiæ, ſeu pœnitentia, Confeſsio, & Satisfactio: ea omnia irrident & contemnunt Proteſtantes. Vnde fit, vt ſumma ſit apud illos impunitas peccandi, ſumma libidinum laxatio, ſumma iniquitatis abundantia, charitatis autem maxima reſtrictio: neceſſe vt ſit, Proteſtantes hac potiſsimùm ex re deprehendi ad Antichriſti ſocietatem pertinere.

Nouus modus. Ex omnibus, quæ in hoc mundo teſtimonium perhibent de Chriſto, nihil eſt, quod cum Eccleſia ipſius iure conferri debeat. Illa enim Sponſa eſt Vnigeniti, vtpote *caro de carne, & os de oſsibus eius*. Propter illam, Sacra omnia inſtituta, & chariſmata diuina de cœlo in terras demiſſa ſunt. Cùm ergo Proteſtantes illam Chriſto eripere conentur, Veræ Eccleſiæ ſigna. dicentes eam Eccleſiam, quæ in gentibus multis tot iam ſeculis regnauit, quæ tot Epiſcoporum Cathedras tam ſtabiles tanto ſpatio exhibuit, quæ in Concilijs Oecumenicis toties conuẽnit, quæque Chriſtum Deum & hominem tanto conſenſu, tam diu in ouili vno, ſub vno Paſtore primo confeſſa eſt, non eſſe veram Dei Sponſam, verùm aliam neſcio quam nuper è terra natam, aut etiam ex abyſſo erutam, quæ nunquàm prius viſa, nunquàm cognita eſt; quæ nec gentes multas obtinuit nec varias Epiſcoporum Cathedras poſſedit, nec generalia Concilia congregauit, nec ouile vnum, aut vnum Paſtorem primum in terris habuit, aut etiam habere debuit, quæ perturbata eſt & confuſa, quæ Sacrificio publico & Sacerdote caret, quæ nec à peccatis verè expiatur, nec iuſtitiam inhærentem habet, ſed verè fœda & deformis, poſt Chriſti etiam Sacramenta dignè ſuſcepta, perſeuerat: cùm ergo Proteſtantes pulcherrimam illam Sponſam Chriſto auferre, & hanc diſtortam ſubſtituere conentur: dico, eos nihil amplius Antichriſto faciendum relinquere, quàm vt Chriſtum ipſum nominatim oppugnet. Etenim cùm ſint duo in carne vna, Chriſtus & Eccleſia, & hæc illi teſtimonium perhibeat, memoriámque eius renouet in vniuerſo mundo, ſecundùm quod ſcriptum eſt (Ioan. 15.) *Vos teſtimonium perhibebitis de me*. Et, (Actor. 1.) *Eritis mihi teſtes vſque ad vltimum terræ*: cumque Eccleſia (Pſalm. 44.) Chriſto ſpondeat, *Memor ero nominis tui, Domine, in omni generatione & generationem: propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum ſeculi* nunc tamen aſpectabilem illam atque vniuerſalem Eccleſiam à Chriſti latere diuellere, & aliam inuiſibilem ac priuatam pro illa ſupponere; hoc tantæ vel contumeliæ, vel iniuriæ plenum eſt, vt nihil addi poſsit, præter illam blaſphemiam, quæ ipſius Antichriſti propria exiſtit, *vt neget, Ieſum Nazarenum eſſe omnino generis humani Liberatorem.*

Dicebant

Dicebant quidem Donatiſtæ, *periſſe Eccleſiam de tota Orbe terrarum, & in ſola Donati parte remanſiſſe.* Nunquàm tamen eò audaciæ peruenerunt, vt dicerent, Eccleſiam Chriſti vel vno momento adeo ignotam extitiſſe, vt omnino videri aut demonſtrari non poſſet. Habebant enim trecentos Epiſcopos & amplius in Africa ſuæ factionis; habebant etiam aliquot in vrbe Roma, licet non cum Eccleſia Romana communicantes; vt Optatus annotauit. Verùm Proteſtantes tam miſeram Eccleſiam nobis iam obtrudunt, quæ ante Lutheri ſchiſma nullam habebat in mundo gentem, aut Prouinciam, imò nullum templum, aut domum, in qua Chriſtum coleret, nullum Epiſcopum, qui euangelizaret ac præſideret, nullum Presbyterum, qui baptizaret aut Euchariſtiam conficeret, nullum Diaconũ, qui miniſtraret, nullum hominem, qui verbum Dei audiret, qui Sacramenta ſuſciperet aut fidem confiteretur. *Miſerabilis Proteſtantium Eccleſia.*

Poſtremò talem Chriſto Eccleſiam Proteſtantes attribuunt, vt ſi (quod valde veriſimile videtur) illis adhuc in terra degentibus aduenìat Antichriſtus; neceſſe habeant confiteri, ſuam iſtam non eſſe veram Meſsiæ Eccleſiam, ac propterea parati ſint nouum Meſſiam cum noua eius Eccleſia ſuſcipere. Sic enim ex Scripturis cum Proteſtantibus diſputabit Antichriſtus, vt multa legis & Prophetarum teſtimonia producturus ſit, vnde probet, Eccleſiam Meſsiæ magnam, illuſtrem, & conſpicuam eſſe debere. Ac ſanè Prophetæ paſsim teſtantur de omnium gentium acceſsione ad Chriſtum, déque ſublimitate & ſplendore Eccleſiæ Chriſti. Deinde inferet Antichriſtus: At talis (ô Proteſtantes) veſtra Eccleſia nec iam eſt, nec vnquàm fuit. Non enim aut iam in Græcia, in Aſia, in Syria, in Africa, aut in nouis Indijs cognoſcitur, aut in ipſa Germania & Anglia, antè hos ſexaginta annos, cognita fuit. Porrò vbi hoc manifeſtiſsimum ex Annalibus temporum præteritorum fecerit, mox adijciet: Romanam Eccleſiam, quæ talis videbatur fuiſſe, qualem Prophetæ deſcribunt, vos ipſi probè noſtis, veram Dei Eccleſiam non eſſe. Ita enim iam diu edocti eſtis, & ita in hodiernum diem creditis. Aliquam verò Eccleſiam eſſe debere, omnino fatemini. Venite ergo ad me, & oſtendam vobis Eccleſiam, quæ nunquàm defecit, ſed in multis etiam gentibus perpetuò floruit. Iudæi enim iam inde ab euerſione Templi ſui in multas gentes diſperſi retinuerunt ſemper verum Sacramentum Circumciſionis. Illi ſemper habuerunt Synagogas & in Syria, & in Aegypto, & in Europa. Illi per tot ſecula expectârunt Meſsiam ſuum & veſtrum, qui nunc demum aduénit, qui nunc etiam in gentibus glorioſam ſibi Eccleſiam acquiret. Huius igitur Eccleſiæ membra ſi fueritis, æternam ſalutem vobis promitto. Sin illam recuſaueritis; certiſsimè ſcitote, vos æternis ſupplicijs afficiendos eſſe. Hæc ſi dixerit nouus ille Meſsias, cùm Proteſtantes negare non potuerint, quin veriſsimum ſit, ipſorum Eccleſiam defendi non poſſe: aut cogentur ad Romanam Eccleſiam redire (quod faxit Deus) aut ad Antichriſtum ſe conferent, *hominem illum peccati, filium perditionis, quem Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.* Vt autem clarius appareat, quàm difficulter Proteſtantes hanc Antichriſti argumentationem effugere queant, quàmque abſurda ſit, & à Scripturis aliena cogitatio illa, quam de Chriſti Eccleſia conceperunt: non abs re erit; inſtituere aliquam hac de re diſputationem. Quæro igitur, vtrùm Eccleſia Proteſtantium non ſit obſcurior, & vilior, quàm Iudæorum Synagoga vnquàm fuerit, aut adhuc ſit? Quoniam autem reſponſio paulò prolixior erit; age, proponamus breuiter, quod poſtea pluribus verbis confirmaturi ſumus. *Diſputatio Antichriſti cum Proteſtantibus.*

Cùm Eccleſia Chriſti ſecundùm Prophetias debuerit illuſtrior eſſe, quàm Synagoga Iudæorum: tamen ſi Lutheranorum, aut Caluiniſtarum Eccleſia vera eſſet, ea fuiſſet multò miſerabilior & fœdior, quàm vnquàm Iudæorum Synagoga fuit: quodque illa Eliæ verba (Ego relictus ſum ſolus) nõ de Regno Iudæ, aut fidelibus qui vſpiam eſſent, ſed tantùm de populo decem Tribuum accipienda ſunt.

CAPVT LXIII.

NEmini vel mediocriter in Sacris literis verſato ignotum eſſe poteſt, duplex omnino eſſe Teſtamentum: vnum Vetus, alterum verò Nouum. Illud per Moyſen Synagogæ Iudæorum: hoc verò per Chriſtum Chriſtianorum Eccleſiæ datũ eſt. In vetere Teſtamento præfigurabatur nouũ: in nouo aũt finitur & completur Teſtamentũ vetus. *Gal 4. Heb. 8. & 9. Iohan 1. 1. Corint. 10.*

In vtroq; cùm timor & amor Dei ſit; tamen *in vetere timor, in nouo amor præualet.* Illic tem
Auguſt. De morib. Eccl. Cathol. li. 1. cap 28. poralia bona tanquàm carnalibus & paruulis promittebantur, in quibus occultabatur etiam æterna: hic tanquàm adultis & ſpiritualibus promittuntur æterna bona, quibus ornamenti cauſa externæ quædam dotes adiunguntur. Ibi non deerant quidam boni & iuſti: neque hic deſunt mali quidam & impij. Iuſtis omnibus eadem vtrobique fidei charitatiſq; interna dona tribuuntur. Earum autem virtutum & donorum cauſæ inſtrumentales & Sacramenta viſibilia ibi alia erant, & hic alia ſunt. Ibi tot numero, & tam grauia obſeruatu ſecundum
Actor. 15. literam, *vt vix quiſquã ea poſſet portare.* Corporali enim labore potiſsimùm implebantur, &
Rom 3. ideo ad *legem factorum* pertinebant: hic verò tam pauca numero ſunt, & ea tam efficacia in conferendo gratiam, vt ſpirituali potius ſuauitate, quàm corporali fatigatione impleãtur, & ideo ad *legem fidei* pertinent. Licet enim tam in vetere Teſtamento fides viua, quàm in nouo etiã perfecta opera neceſſariò requirantur: tamẽ ibi Lex vetus, quæ opera & facta impera-
Galat. 3. bat, fidem viuam ſimul dare non poterat. Vnde illa *velut Pædagogus ad Chriſtum duxit, ipſa*
Hebr 7. *verò nihil ad perfectum adduxit*: hîc autẽ lex noua (quæ per Spiritum ſanctum diffuſa eſt in
Galat. 5. cordibus noſtris) *fidem, quæ per charitatem operatur*, gratis ante omnia dans, gratiam faciendi quod iubetur, à Deo per Chriſtum impetrat. Per gratiam verò Chriſti Decalogum ſeu legem mandatorum impleri, pauci olim ſciebant, nunc omnes Chriſtiani ſciunt: quamuis non omnes rem in opus deducant, *quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines tene-*
Ioan. 3. *bras magis, quàm lucem.*

Iſaiæ ca. 11. & 60. Quæ cùm ita ſint, meritò Iſaias de hoc noſtro acceptabili tempore clamat: *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes: & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.* Nam & illa non minima eſt differẽtia inter vetus & nouum Teſtame-
Exod. 24. tum, quòd vetus cum vno populo Iudæorum, hoc eſt, cum poſteris Iacob feriebatur; nouum verò cum omnibus gentibus & linguis feritur, quæ crediture ſunt in Chriſtum. Quantum ergo inter Moyſen & Chriſtum, inter legem & gratiam, inter vnam gentem & omnes, inter Paleſtinam & vniuerſum Orbem terrarum intereſt: tantò maior eſt & gloria, & multitudo eorum, qui legem fidei ſub Chriſto, quàm eorum, qui legem factorũ ſub Moyſe profitebãtur: adeò vt maior hodie ſit etiam impiorum gloriatio, quoad externam Sacramentorum participationem, quàm olim iuſtorum fuit. Nam vetus teſtamentum ſanguine hircorum & vitulorum confirmabatur, eoq; populus eſt aſperſus: nouum autẽ ipſius Chriſti ſanguine ſancitur, idq; nobis etiam in teſtimonium & *commemorationem mortis Domini* relinquitur. *Bibite* (inquit) *ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Nam hoc tantum Sacramentum Deus ad tempus conceſsit etiam impijs, qui in Chriſti Eccleſia viuunt, non ob ipſorum, ſed ob Chriſti gloriam, cuius fidem profitentur. Quòd ſi Deus filium, Chriſtus verò ſanguinem ſuũ nobis in Sacramẽto dedit; quid putandũ eſt de reliquo? Quàm glorioſam illic putabimus fore Eccleſiã, vbi nõ tantùm Dei nomen (vt olim in templo Hieroſolymitano) ſed etiã Sanguis Filij Dei ponitur, & reipſa participatur? Iámne latibula, & deſertũ, & penetralia, & Aegypti ſeruitutem, & decies plus quàm Babylonicam captiuitatem expectabimus? Talem enim Chriſti Eccleſiam fingunt Lutherani: ſed nõ talem deſcribunt Prophetæ, Lex & Euãgelia.
Iſaiæ 49. *Parum eſt* (inquit Pater ad Filium) *vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas Tribus Iacob & fæces Iſrael conuertendas? Ecce dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* Et
Iſaiæ. 54. iterum ad Eccleſiã ex gentibus congregandam exclamat: *Lætare ſterilis, quæ non paris;*
Galat. 4. *erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij deſertæ magis, quàm eius, quæ habet virum.*
Rom. 7. Ephes. 5. *Vir autem Synagogæ lex Moſaica fuit*, at noſtræ Eccleſiæ Sponſus & vir Chriſtus ipſe eſt. Quãtò ergo Chriſtus Moyſi, hoc eſt, Dominus ſeruo præſtat; tantò Chriſti Eccleſia pia Syna-
Hebr. 2. & 3. goga illuſtrior eſt, & tam intus quàm foris ornatior. Vnde Apoſtolus de gloria eius miniſterij, quod noui Teſtamenti propriũ eſt, agens; glorioſam quidem Synagogam in ſuo genere fuiſſe, non negat; ſed obſcuram tamen & ignobilem, præ gloria Eccleſiæ Chriſti.
2 Cor. 3. *Quòd ſi miniſtratio* (inquit) *mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt nõ poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?*

Ne verò totum hoc tantùm de gloria intrinſeca, hoc eſt, de fide, ſpe & charitate dictum putes; animaduerte, quòd agitur de miniſterio ipſo noui Teſtamenti, quod externum eſt. Ibi enim ait: *Idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu.* Et poſtea: *Ideo*

habentes

habentes hanc miniſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus, ſed ab- 2. Cor. 4.
dicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in ma-
nifeſtatione veritatis commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo.
De prædicatione ergo miniſtrorũ noui Teſtamenti agitur, quæ illuſtrior multò in Eccleſia
Chriſti debet eſſe, quàm vnquam fuit in Synagoga. Vnde ibidem Apoſtolus ait: *Epiſtola no-*
ſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus. Hæc eſt verè 2. Co. 3.
noui Teſtamenti gloria, vt præter intrinſecas animi virtutes, *etiã in omnem terram exeat ſo-* Pſal. 18.
nus prædicatorum, & in fines terræ verba eorum, vtq; quod Iſaias de Baptiſmo Eccleſiæ Chri- Rom. 10.
ſti ait, ſemper impleatur: *Aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt affera-* Iſaiæ. 60.
tur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur. Gens enim & regnum, quod non ſeruierit
tibi, peribit. Cùm igitur vna gens & vnum regnum ſeu populus vnus perpetuò ſeruierit Sy-
nagogæ: infinitis partibus plures gentes & populi perpetuò ſeruient Eccleſiæ Chriſti; nec
vnquam ceſſabit in ea aut clariſſima prædicatio, *quæ ſcitur ab omnibus hominibus*, aut Ba-
ptiſmus, per quem iugiter gentes intrent in Eccleſiam. *Loquens locutus ſum* (ait Dominus 1. Reg. 2.
ad Heli) *vt Domus tua, & Domus patris tui* (hoc eſt, Sacerdotes Synagogæ) *miniſtrarent in*
conſpectu meo vſque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc a me, ſed quicunque
honorificauerit me, glorificabo eũ: qui aũt contemnũt me, erũt ignobiles. Ecce dies veniũt, & præci- Qui contemnunt Chriſtum, erunt ignobiles.
dam brachium tuum. Et pòſt. *Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem* (hoc eſt, Chriſtum Ieſum,
qui per Sadoch figuratur) *qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & ædificabo ei domum*
fidelem (id eſt, Eccleſiam, ſeu miniſtros noui Teſtamenti) *& ambulabit* (domus illa) *coram*
Chriſto meo cunctis diebus. Hic ipſe Chriſtus opponitur Heli, domuſque ſeu miniſtri Chri-
ſti, domui Heli ſeu Leuitarum. Iſti ceſſabunt à miniſterio, adueniente Chriſto: at Miniſtri
Chriſti nõ ceſſabunt à miniſterio noui Teſtamenti, donec mundus finiatur. Quis hic nõ vi-
det, Eccleſiam ſeu miniſtros noui Teſtamenti tantò magis præferri Leuitarum miniſtris,
quantò ipſe Chriſtus præfertur Aaron Sacerdoti aut poſteris eius? Ac domus quidẽ Aaron
potuit fortè infidelis eſſe; ex eoque Sacerdotium ab vna familia in aliam, ab Abiathar in 3. Reg. 2.
Sadoch tranſlatum eſt. At Ieſu Chriſti domus in perpetuum fidelis erit, & *ambulabit coram*
Chriſto cunctis diebus.

Eòdem pertinet, quod cùm populus Iſraël à Babylone reuerſus inciperet quidem ædifi-
care Templum Domini, non videret autem illud in gloria ea, quam habuit, quandò primùm
à Salomone ædificatum erat: tunc Aggeus Propheta fidelem populum ſperato aduẽtu veri
Meſsiæ conſolans: *Adhuc* (inquit) *vnum modicum eſt, & ego commouebo cælum & terram,* Aggæi 2. Heb. 12.
& mare & aridam: & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo
domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit
Dominus exercituum: magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ plusquàm primæ, dicit Dominus
exercituum. Et in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. Si rem propoſitam rectè
perpendas, animaduertes, non de materiali domo agi, ſed de Chriſti Eccleſia, quæ ſpiritualis
Domus Dei eſt; vt hic ſit ſenſus Prophetæ: Maior erit gloria Eccleſiæ Chriſti, quàm Syna-
gogæ fuit, quæ in typum & figuram eius præceſsit. Ac ſanè quis dubitaret, veritatem ima-
gini, ac multò magis vmbræ duntaxat, præferendam eſſe?

Si ergo maior eſt Eccleſiæ, quàm Synagogæ, externus etiam ſplendor: nunc reſtat, vt
quantus fuerit ſplendor Synagogæ accuratè perpendamus. At Synagogam conſtat ab exitu
filiorum Iſraël ex AEgypto incipientem ad Chriſtum vſque ita perduraſſe, vt nullum præ-
terierit temporis momentũ, in quo populus Dei vel digito demonſtrari non potuerit. Vixit
enim populus Iſraël ſub Moyſe primùm in deſerto, mox ſub Ioſue vſq; ad ingreſſum in ter-
ram Chanaan. Deinde verò in eadem terra ſub Iudicibus, & Regibus de Tribu Iudæ, vſque
ad captiuitatem Babylonicam. In ipſa etiam captiuitate egit in Babylone tam apertè, vt ne-
mo vicinorum ignoraret, ibi eſſe tùm Prophetas, tùm Sacerdotes, & populum reliquum,
qui profitebatur cultum vnius Dei ſecundùm legem Moyſis. Imò inde etiam populus re-
dijt vnà cum ordinarijs Ducibus ſuis *Zorobabele filio Salathiel Duce Iudæ, & Ieſu filio Ioſedech* Aggæi 1. & 2.
Sacerdote magno. Itemque poſtea cum Scribis, *Eſdra & Nehemia.* Porrò à captiuitate vſque Eſdræ 1. & 2.
ad Chriſti aduentum ſemper egit Dei populus in terra Chanaan, primùm ſub Pontificibus
& Ducibus, deinde ſub Regibus, ita vt Chriſtus iam adueniens non modò in Templo Sa-
lomonis, tanquàm in ſuo, doceret, verùm etiam diceret, *Salus ex Iudæis eſt.* Qui- Ioan. 4.
bus ita poſitis; efficitur, vt Synagoga nunquàm latuerit, aut cognitionem hominum effu-

gerit à primo exitu filiorum Iſraël ex Aegypto vſq; ad Chriſti aduentum, qui nouam ex gen-
Epheſ. 2. tibus Eccleſiam reliquijs Iudæorum inſeruit, *faciens duos populos in ſemetipſa angulari lapide.* Multò igitur minus vlla ratione fieri potuit, vt Eccleſia Chriſti per vllum tempus etiam minimum latuerit, aut cognitionem hominum effugerit ab ipſius primo aduentu, vſque ad ſecundum, *in quo reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.*

Percurre ſingulas generationes à Moyſe vſque ad Chriſtum, quod fuit ſpatium annorum circiter mille quingentorum. In hoc toto ſpatio nullus menſis aut dies pertranſiit, in quo non facillimè oſtenderim populum Dei. Nam ſi quæras de quolibet menſe, die, aut hora illius temporis, vbi hoc aut illo tempore erat Dei populus? reſpondebo, aut in deſerto erat (ſi de illis 40. annis agatur) aut in ipſo ingreſſu eſt, aut in ipſa terra Chanaan, aut in Babylone, idq; aut ſub illo, aut hoc tyranno, aut nominatim ſub hoc Iudice, Rege, Sacerdote. Deinde cùm multi fuerint & in terra Chanaan, & in Babylone alieni à Deo: facilè reſpõdebo, illũ eſſe populũ Dei, qui Tribum Leui ſectatur, qui circa Arcã Dei & Tabernaculum fœderis in terra Chanaan agit, qui Templum Salomonis in Ieruſalẽ obſeruat: in Babylone verò illum,
Iere. 25. qui credit & adhæret Ioſedec Sacerdoti magno ac Ieſu filio eius, ac Prophetis *Danieli, Ag-*
Aggæi 1. *gæo, Zacharia, ac Scribis Eſdra & Nehemia, & Duci Zorobabeli*, quiq; profitetur ſpem reditus in Ieruſalem ſecundùm verbum Ieremiæ Prophetæ. *Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedech Sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem Domini Dei ſui. Et verba Aggæi Prophetæ, ſicut miſit eum Dominus Deus eorum ad eos, & timuit populus à facie Domini.* Quare ſi quis per totum mundum voluiſſet hoc tempore ad populum Dei ſe adiungere, ac proſelytus fieri, ſemper liberum erat id facere: Longè igitur magis oportuit hoc idem eue-
Rom. 11. nire Chriſtianis, quibus longè maiora & promiſſa, & donata ſunt. *Sine pœnitentia enim ſunt dona Dei & vocatio.* Neque verò fideles ſumus, quia ex præcedentibus operibus hoc meri-
Lucæ 1. ti ſumus, ſed quia Deus ita iurauit Patri noſtro Abrahæ, & quia propter ſemetipſum ita
Malach. 1. promiſit & compleuit. *Ab ortu enim Solis* (inquit) *vſque ad occaſum magnum eſt nomen meũ in gentibus, quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.* Qui autem ſtatuit, veram Eccleſiam Chriſti fuiſſe aliquot ſeculis ignotam, is minorem infinitis partibus Chriſti, quàm Moyſis gloriam in hoc mundo eſſe docet. *Moyſes enim*
Actor. 15. *à temporibus antiquis habet in ſingulis Ciuitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne ſabbatum legitur.* Nam & vſque in hodiernum diem Moyſes legitur in Synagogis Iudæorum. At Chriſti Eccleſiam ita miſeram & miſerabilem vos Lutherani & Caluiniſtæ, cùm ſitis Chriſtiani (Iudæis ipſis hac in parte cæciores) proponitis: vt in vniuerſo mundo per plura etiam ſecula non poſſit nominari ciuitas, vrbs, oppidum, vicus, imò ne domus quidem aut familia vna, etiam nunc hic, nunc illic degens; vbi ſciatur populum Dei vixiſſe, verbum ſa-
Aggæi 2. lutis audiuiſſe, aut Sacramenta Chriſti ſecundùm veſtrã doctrinã accepiſſe. Hæccine eſt illa
Iſaiæ 54. *maior gloria domus ſecundæ, quàm primæ*; Eccleſiæ, quàm Synagogæ; Chriſti, quàm Moyſis?

Si Proteſtantes nihil habent æqui boniq́ue, quod reſpondeant, ſed poſt Lutherum ſuum
3. Reg. 19. Lutherus de Votis monaſt. Tom. 2. f. 297. b. ad exemplum Eliæ confugiant, ac illius verbis dicant, *Prophetas, Sacerdotes, Seniores, Reges, Principes, Phariſæos, Sadducæos, omnes Eliæ temporibus erraſſe & ignoraſſe:* ex eoque inferant, potuiſſe etiam in diebus iſtis euenire, vt licet multa millia virorum verè fidelium eſſent, id tamen cæteri fideles ignorarent: huic exemplo ſic ego me ſatisfacturum promitto, vt il-
1. loſ id pudeat protuliſſe. Recordentur primùm, ſi quid in Synagoga rude, ſi quid imper-
Heb. 12. Status veteris teſtamenti. fectum, aut horrendum erat; id in Eccleſia Chriſti non eodem modo euenire poſſe. *Non enim acceſſiſtis* (ait Apoſtolus) *ad tractabilem montem, & accenſibilem ignem, & turbinem, & caliginẽ, & procellam, & tubæ ſonũ, & vocẽ verborũ, quã qui audierũt, excuſauerũt ſe, ne eis fieret verbum: (non enim portabant, quod dicebatur, & ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur, & ita*
Status noui Teſtamenti. *terribile erat quod videbatur; Moyſes dixit: exterritus ſum & tremebundus) ſed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cœleſtem, & multorum millium Angelorum frequẽtiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & Iudicem omniũ Deum, & ſpiritus iuſtorum perfectorum, & Teſtamenti noui Mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius lo-*
Iohan. 1. *quentem, quàm Abel. Videte ne recuſetis loquentem.* Et, *lex quidem per Moyſem data eſt, gratia*
2 Cor. 3. *& veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Nam ſi miniſtratio dãnationis in gloria eſt, multò magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria. Nam nec glorificatum eſt quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, in gloria eſt: multò magis quod manet, in gloria eſt.* Et poſt: *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformemur*

formamur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu. Cùm ergo Chriſtus impleue- Math. 5.
rit legem, idque quod erat in ea minus perfectum, in ſua Eccleſia perfectum reliquerit;
(*nam vetera tranſierunt, & facta ſunt omnia noua*) cùm iam is, *qui corde credit ad iuſtitiam, cõ-* 2. Cor 5.
fiteatur etiam ore ad ſalutem: etiamſi olim vnus quiſpiam fidelis de alterius fide nihil ſciſſet, Rom. 10.
non tamen inde rectè concludas, hoc idem nunc fieri. Clamat enim Dominus ad Eccleſiã
ſuam ex gentibus congregatam: *Noli timere, quia non confundêris, neque erubeſces.* Et infrà: Iſaiæ. 54.
Ad punctum in modico dereliqui te (antequàm Eccleſia mea eſſes) *& in miſerationibus ma-*
gnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te: & in miſe-
ricordia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit Redemptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noë iſtud
mihi eſt, cui iuraui, ne inducerem aquas diluuij vltrà ſuper terram: ſic iuraui, vt non iraſcar tibi, &
non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea
non recedet à te, & fœdus pacis mea non mouebitur, dixit Miſerator tuus Dominus. Et iterum:
Eris corona gloriæ in manu Domini, & Diadema Regni in manu Dei tui: nõ vocaberis vltrà dere- Iſaiæ 62.
relicta, & terra tua non vocabitur ampliùs deſolata, ſed vocaberis Voluntas mea in ea. Tum au-
tem Chriſtus ipſe inquit, *Ciuitas ſupra montem poſita non poteſt abſcondi: Qui non audierit Ec-* Matth 5.
cleſiam, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. Ecce, ego vo- Matth. 18.
biſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Et Domus Dei columna eſt & fir- 16 & 28.
mamentum veritatis. Quomodo autem vel audire Eccleſiam ſub pœna æternæ damnatio- 1. Tim. 3.
nis iubebimur, vel ea firmamentum veritatis foret, ſi poſſet fieri, vt aliquando nos latêret?
Itaque tametſi darem Lutheranis, hoc in diebus Eliæ factum fuiſſe, quod illi obijciunt; ta-
men ex vmbræ imperfectione velle ſtatum perfectæ veritatis oppugnare, hoc profectò eſt
Chriſto Moyſem præferre, Legemque adhuc non eſſe impletam contendere.

Deinde ne hoc quidem de Elia ita ſe habet, quemadmodum illi affirmant. Non enim 2.
id agit Elias in illis verbis, vt neminem præter ſe fidelem aut eſſe, aut à ſe cognoſci dicat.
Nam de ijs tantùm, qui erãt in decem Tribubus, loquebatur; atq; haud ſcio, an de omnibus Nota.
illis. Ita enim verba eius extant, vellut de ſolis loqueretur Prophetis in Iſraël. *Altaria* (inquit) 3. Reg. 19.
tua deſtruxerunt. & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus. Vtique ſolus
Propheta verbi Dei. Nam & ita ſeipſum interpretatus eſt antea, cùm ad populũ diceret: *Ego* 3. Reg 18.
remanſi Propheta Domini ſolus, Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta viri ſunt.
Quanquam de hoc nihil moror, verùm de ſolis Prophetis, an etiam de cæteris fidelibus lo-
quatur, modò id concedatur (quod ſanè certiſsimum eſt) eum non de omnibus Iudæis aut
fidelibus loqui, ſed de ijs tantùm, qui erant in Iſraël, hoc eſt, in decem Tribubus, qui aliâs di-
cebantur Samaria vel Ephraim. Cùm enim à diebus Ieroboam ob ambitionem ipſius diſceſ-
ſio à Cathedra Moyſis & à Templo Hieroſolymitano facta eſſet, ac propter tyrannidem 3. Reg. 12.
omnium propè Regũ Iſraël, & maximè Iezabel, pauci fidẽ perfectè in ea gente confiteren-
tur: tunc Elias conquerebatur, *ſe relictum eſſe ſolum*, vel quòd nullum alium Prophetam,
vel etiam quòd nullum alium, aut certè quaſi nullum iuſtum & perfectum, *quem zelus do-*
mus Dei comederet, præter ſe in Regno Iſraël cognouerat: in regno (inquam) Iſraël. Nam Nota.
in Regno Iuda non ille ſolus, ſed alij etiam permulti tam priuatim, quàm publicè permultos
cognouerant, qui Templum Dei adirent quotidie, ac Sacrum ibi ſecundùm legem facerẽt.
De Regno igitur Samariæ duntaxat Elias agit. Quæ interpretatio certiſsima redditur per
ipſas Scripturæ ſacræ circunſtantias. Nam primùm conſtat, *Achab filium Amri* fuiſſe Re- 3. Reg 16.
gem Iſraelis, ſeu decem Tribuum: duxiſſe etiam vxorem *Iezabel filiam Ethbaal Regis Sido-*
niorum. Illam autem perſecutam eſſe Eliam Prophetam; & quæſiſſe animam eius. Vnde fa- 3. Reg 19.
ctum eſt, vt de illo Samariæ Regno diceret: *Dereliquerunt pactum Domini filij Iſraël*: filij, in-
quam, Iſraël, hoc eſt, decem illæ Tribus, quæ, quoniam maior pars filiorũ Iacob erant, ſolæ
iam obtinuerunt nomen Iſraël, cùm aliæ Tribus (Leui, Beniamin & Iuda) Regnum Iuda po-
tius à regali Tribu, de qua & Dauid fuerat, nominarentur: *Receſſitq; Iſraël* (inquit) *à domo* 3. Reg 12.
Dauid vſque in præſentem diem. Deinde cùm Elias dicat, *Altaria tua deſtruxerunt*; conſtet 3. Reg. 19.
autem, Altaria in Ieruſalẽ iam nec fuiſſe deſtructa, nec potuiſſe ab Iſraëlitis deſtrui, propter
Tribus illas, quæ in fide perſtiterunt, quæque pro Templo Domini decertabant: neceſſe
eſt, vt Iſraelitæ intelligantur illa deſtruxiſſe Altaria, quæ olim *Abraham, Iſaac, & Iacob*, cæ- Nota.
terique Prophetæ, dum peregrinarentur, extruxerant. Quod ipſum & apud Eucherium re-
peritur notatum, & ex ipſis Regum Libris cernitur. Cùm enim Elias conuocaſſet popu- 3. Reg. 18.
lum in monte Carmeli, vt per miraculum oſtenderet, non Baal, ſed Dominum eſſe Deum:

accedente

accedente (inquit Scriptura) *ad ſe populo, curauit Altare Domini, quod deſtructum fuerat*. Ex quo intelligimus, fuiſſe quoddam altare Domini antè extructum in monte Carmeli, quod Schiſmatici poſtea deſtruxiſſent, vti nunc Pſeudoeuangelici Altaria Domini per oẽs, quas poſſunt, Eccleſias impiè demoliuntur. Quod olim impunè factũ eſſe, tam moleſtũ Eliæ fuit, vt inde coniecturá faceret, ſe ſolũ in Iſraël relictum eſſe, qui ab idololatria foret immunis.

Tertiò Elias addit: *Et Prophetas tuas occiderunt gladio*. Vtique id non fecit Rex Iuda, qui regnauit in Ieruſalem. Nam *Aſa* (qui aut tunc, aut non multò antè regnauit in Iuda quadraginta & vno anno)
3.Reg.15 *fecit rectum ante conſpectum Domini, ſicut Dauid pater eius, & abſtulit effœminatos de terra, purgauitq́ vniuerſas ſordes Idolorum, quæ fecerant patres eius. Excelſa autem non abſtulit: veruntamen cor Aſa perfectum erat cum Domino cũctis diebus ſuis. Et intulit ea, quæ ſanctificauerat pater ſuus, & vouerat, in Domum Domini, argentum, & aurum, & vaſa.*
3.Reg.16. Porrò *Achab* regnauit ſuper Iſraël anno triceſimo octauo Aſa Regis Iuda. Mortuo autem
3.Reg.22. Aſa, *regnauit Ioſaphat filius eius pro eo. Et viginti quinque annis regnauit in Ieruſalem, & ambulauit in omni via Aſa patris ſui, & non declinauit ex ea, fecitq́ quod rectum erat in conſpectu*
2.Paral.17. *Domini*. Et iterum Scriptura dicit: *Fuit Dominus cum Ioſaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris ſui primis: & non ſperauit in Baalim, ſed in Deo Patris ſui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Iſraël. Confirmauitq́ Dominus regnum in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Ioſaphat, factæq́ ſunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria. Cũmq́ ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit. Tertio autem anno Regni ſui, miſit de Principibus ſuis Ben-hail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerẽt*
Hæc tam publica doctrina Eliam latere non potuit. *in ciuitatibus Iuda: & cum eis Leuitas Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Aſael quoque, & Semiramoth, & Ionathan, Adoniamq́, & Tobiam, & Thob-adoniam Leuitas: & cum eis Eliſama, & Ioram ſacerdotes, docebantq́ populum in Iuda habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum.* Et iterum: *Reuerſus eſt autem Ioſaphat Rex Iuda in domum ſuam pacificè, in Ieruſalem. Cui occurrit Iehu filius Hanani Videns, & ait ad eum:*
2.Paral.c.19. *Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris: & idcirco iram quidem Domini merebaris. Sed bona opera inuenta ſunt in te, eò quòd abſtuleris lucos de terra Iuda, &*
Bona opera Ioſaphat. *præparaueris cor tuum, vt requireres Dominũ Deũ patrũ tuorum. Habitauit ergo Ioſaphat in Ieruſalem, rurſuſq́ egreſſus eſt ad populum de Ber-ſabee vſque ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum Patrum ſuorum. Conſtituitq́ Iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per ſingula loca, & præcipiens Iudicibus, videte, ait, quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini, & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite: non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. In Ieruſalem quoque conſtituit Ioſaphat Leuitas & Sacerdotes & Principes familiarum ex Iſraël, vt iudicium & cauſam Domini iudicarent habitatoribus eius. Præcepitq́ eis, dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto. Omnem cauſam, quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum, qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationem & cognationem, vbicunque quæſtio eſt de lege, de mandato, de cærimonijs, de iuſtificationibus: oſtendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros: ſic ergo agentes, non peccabitis. Amarias autem Sacerdos & Pontifex veſter in his, quæ ad Deum per-*
Pontifex præſidet. *tinent, præſidebit: porrò Zabadias filius Iſmahel, qui eſt Dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinẽt: habetiſq́ magiſtros Leuitas coram vobis. Confortamini, & agite diligenter: & erit Dominus vobiſcum in bonis.*

Non temerè tot verba Scripturæ ſacræ propoſui, vt ne Proteſtantes aut ignorantiam, aut obliuionem prætexerent, tanquàm ignorarent, quot millia Fidelium fidem palam profitentium eſſent in Iudæa tempore Eliæ Prophetæ. Ac ne dicant, hæc quidem ita fuiſſe; ignoraſſe verò iſta Eliam: illud iam vnum quempiam ex Germanis rogauerim: Tu qui in Germania viuas potéſne ignarus eſſe, quã fidẽ Italia, te adhuc viuente, profiteatur? hoc eſt, nónne probè noſti, vtrùm Italia fidem antiquã, an nouam; Apoſtolicam, an Lutheranã obſeruet? Ac tu quidem ab Italia propius aliquãtò abes. Quid ergo? Putáſne in Hiſpania, aut in Anglia pauló doctiorem eſſe quempiam Chriſtianum, qui neſciat, quid Romæ agatur? Vtrùm ne ibi Lutherus & Caluinus in pretio ſint, an excommunicentur? Si homines tam longè diſſiti, non tamen ignorant, quam fidem Italia, quamúe vrbs Roma profiteatur; tu putas, Eliam Prophetam in Samaria degentem neſciiſſe, quid ageretur Hieroſolymis? Non ſanè tam lõgè abſunt à Carmelo Hieroſolyma, quantum eſt interuallum inter Angliam & Romam, imò

nec

nec quantũ inter Auguſtã,& Romã. Quid dico Auguſtã? Ne Mediolanũ quidẽ, imò nec Raũena tã propè abeſt à Roma, quàm propè à Carmelo Hieroſolyma. Deinde nobis forſitã nõ magnæ curæ plerũq; eſt, quid in Italia geratur. At Elias Propheta neceſſariò debebat ſolicitus eſſe, quid ageretur Hieroſolymis. Oportebat enĩ *omne maſculinũ ter in anno apparere corã Domino Deo ſuo.* Nec dubitari fas eſt, quin id præceptũ impleuerit Elias, niſi maior aliqua vtilitas & ratio eũ impediebat. Cũ ergo tantus Propheta, in loco præſerti tã vicino, quid in ea vrbe ageretur, ad quã ex præcepto legis ire debebat, ignorare nõ poterat: ſine oĩ cõtrouerſia Elias optimè ſciebat, & altaria iã tũ ſtetiſſe in tẽplo Salomonis, regeſq; *Aſa* primũ, deinde *Ioſaphat* rectã fidẽ coluiſſe, ac demũ Sacerdotes & Leuitas magna diligentia legẽ in varijs vrbib⁹ docuiſſe, idq; adeo, vt vix vllo alio tẽpore tã inſignis profeſsio fidei facta ſit. Ac nimirũ Deus mirè prouidet, vt cũ vna quapiã ratione Eccleſia ſua deprimitur, eodẽ ipſo tẽpore alijs rationibus inſigniter erigatur, vt ne tententur fideles ſupra id, quod ferre poſſunt. Mortuo aũt Rege *Ioſaphat, Iorã filius eius receſſit à vijs ani & patris ſui, ambulauitq; in vijs Regũ Iſrael.* Ac tã quidẽ allatæ ſunt ei literæ ab *Elia Propheta*, in quibus ſcriptũ erat: *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Quoniam nõ ambulaſti in vijs Ioſaphat patris, &c. ecce Dominus percutiet te plaga magna cũ populo tuo.* Nõnne ex his verbis liquidò apparet, *Eliã cagnauiſſe vias Regum Aſa & Ioſaphat*? Nõne populũ quoq; ſub illis Regibus rectè ambulaſſe ſignificat, cũ *Iorã* accuſat, quòd habitatores Ieruſalẽ fornicari fecit? Nã ſi prius paſsim fornicati eſſent, nõ tã Iorã feciſſet Iudã & habitatores Ieruſalẽ fornicari, quã eos à fornicatione priore nõ cohibuiſſet.

Exod. 23. 3.Paral. 21.

Ex quo apparet, tũ permulta etiã centena millia fideliũ in Iudæa fuiſſe, quo tẽpore Elias cõqueſtus eſt, *ſe* in Samaria *velictũ eſſe ſalũ*: tũ eund. Eliã nõ ignoraſſe, tot centena millia in regno Iuda & in Ieruſalẽ extitiſſe, cũ in Epiſtola ſua laudabilẽ & de rege Aſa, & de Ioſaphat mentiõẽ fecerit. Nõ ergo de altaribus Tẽpli Salomonis, aut de tyrannide aliqua vel Regis Aſa, vel Ioſaphat, ſed tantũ de tyrannide Achab regis Iſrael, & Iezabel vxoris eius cõqueſt⁹ eſt Elias. Nec ſe vel in toto terrarũ orbe, vel etiã in tota Iudæa, ſed tantũ in Samaria ſolum relictũ eſſe, exiſtimauit. Poſtremò idipſum probatur ex reſpõſo Dñi ad Eliã: *Derelinquam* (inquit) *mihi in Iſrael 7. millia virorũ. In Iſrael*, inquit, tot millia derelinquã. Eteni in Iuda iam aliquot cẽtena millia (per miniſteria tẽpli, per Sacrificia, & per apparitiones ſuas corã Dño ter quolibet anno) fidẽ vnius Dei profitebantur. Nã ſtatim vbi ſchiſma & diſceſsio à tẽplo Ieroſolymitano per Ieroboã facta eſt, *Sacerdotes & Leuitæ, qui erãt in vniuerſo Iſrael, venerũt ad eũ* (.i. ad Roboã regẽ Iuda filiũ Salomonis) *de cũctu ſedibus ſuis, relinquẽtes ſuburbana et poſſeſsiones ſuas, & tãſeuntes ad Iudã & Ieruſalẽ*, eò quòd abieciſſet *eas Ieroboã & poſteri eius, ne ſacerdotio Domini fungerẽtur. Sed et de cũctis fratribus Iſrael quicũq; dederãt car ſuũ, vt quærerẽt Dominũ Deũ Iſrael, venerũt in Ieruſalẽ ad immolandũ victimas ſuas cãrã Domino Deo Patrum ſuorũ.* Nõ igitur Iudæa cultoribus legis caruit, ſed tantũ Samaria. Nec Elias hoc voluit, aut cogitauit, quòd videlicet ſe cognouerit ſolũ fidelẽ in terra. Nouerat enĩ, Dei templũ in Ieruſalẽ eſſe, nouerat & Regẽ Aſa, & præcipuè Regẽ Ioſaphat (in cuius diebus hæc dixerat) placuiſſe Deo illis diebus. Nõ ille tot millia Leuitarũ, nõ Michæã Prophetã, nõ Sacerdotes Eliſama & Iorã, nõ Amariã Pontificẽ ipſum idololatriæ accuſauit, nec illa vndecies cẽtena & 60 millia, *quæ ad manũ Regis Ioſaphat erãt*, quæq; ei miniſtrabãt ſub 5. Ducibus electis (exceptis alijs, quos poſuerat ĩ vrbibus muratis, excepta etiã ſenũ, fœminarũ, puerorũ & imbelliũ infinita multitudine) nõ, inquã, hæc tot cẽtena millia hoĩm Elias aut à ſua cognitione, aut à ſpe in Deũ excluſit, qui ĩ fide vẽturi Meſsiæ legẽ Moyſi ritè ĩ Ieruſalẽ obſeruabãt. Inſani eſtis Proteſtãtes, ſi ita de Elia iudicatis. In Samaria ille erat (nõ ĩ Iuda) cũ illa verba loqueretur. A Rege Iſrael, & à Iezabele ſibi tũc timebat. Ibi altaria deſtruebãtur, ibi Prophetæ occidebãtur gladio (*nã interficiebat Iezabel Prophetas Domini*) ibi deniq; Dñs reliquerat ſibi 7. millia virorũ fideliũ. Quibus ita cõſtitutis, illud tantũ rectè infertur (ſi tamẽ demus, Eccleſiã ĩ hac re Synagoga præſtantiorẽ nõ eſſe) fieri quidẽ poſſe, vt in vna quapiã parte Eccleſiæ Dei, vel potius in regno, quod ſemel fuerat de Eccleſia Dei, neſciatur ab alijs, quinã poſt ſchiſma factũ remaneant fideles, q̃tũlibet illi multi ſint. Sin ex eo cõcluſeris, poſſe fieri, vt in tota Eccleſia remaneat quiſpiã vnus aut alter fidelis, qui neſciat, an vllus alius præter ſe eiuſdẽ fidei in vniuerſo orbe exiſtat: hoc, inquã, ſi cõcluſeris, cæcus es, & à ſcripturæ ſenſu toto cœlo aberras. Fingamus iam, ſolũ in Wittenberga fidelẽ fuiſſe Lutherũ (hoc enim poterat in illo quidẽ oppidulo euenire) Sed vt nullus in toto mũdo locus exiſteret, in quo ſaltẽ alij tres fidẽ verã profeſsi fuerint vel ante Lutherũ natũ, vel eodẽ ipſo tẽpore, quo primũ ex Eccleſia Ro-

Nota. [illegible] 3.Reg. 19. 2.Paralip. 11. Nota illud Et poſteri eius. 2.Paral. 17. 2.Parali. 19. 1.Reg. 15. 2.Paralip. 17. 3.Regũ 18.

mana exijt; hoc,dico nunquã potuiſſe accidere,præſertim in Eccleſia Chriſti,cùm neq; in
vetere Synagoga idipſum euenerit.Equidẽ nõ negarim,quo tẽpore in Anglia(poſt ſchiſma
noſtris tẽporibus inchoatũ ab Henrico Rege)Ioannes EpiſcopusRoffeñ.& Thomas Morus
gladio cædebantur,potuiſſe illos cum paucis præterea monachis iuſtè de illo regno dicere:
*Monaſteria tua deſtruxerũt,& nos relicti ſumus ſoli.*Sic enim videbatur illis,cùm oẽs Epiſcopi,
Presbyteri,Monachi,Nobileſq; laici partim ob vitæ metũ,partim ob ſpẽ lucri,adularentur
Henrico Regi,ac fidei profeſsionẽ palã deſcrerent.Sed tñ credo & illic fuiſſe aliquot millia,
illis quidẽ viris,nõ tamen Deo,ignota,quæ rectã fidẽ ſequebãtur.At alioqui nec Morus,nec
Roffenſis ignorabãt,quot Prouinciæ,quot Reſpublicæ,quot Regna in trãſmarinis partibus
eã fidẽ publicè profiterentur, pro qua ipſi mortẽ ſubibant. Præclarũ eſt illud Auguſtini &
Contra Epiſtol. Parmeniani lib. 3. cap. 4. omni memoria dignũ:*Incredibilis eſt cæcitas hominũ,& omnino neſcio quemadmodũ credi poſ-
ſet eſſe in hominibus tãta peruerſitas,niſi experimento verborũ ſuorũ factorũq; pateſceret,vſq; adeo
ſe clauſos habere cordis oculos,vt cõmemorent S.Scriptura teſtimonia,nec intueantur in factis Pro
cap. 23. phetarũ,quemadmodũ intelligenda ſint verba Prophetarũ.Dixit Hierem. Quid paleis ad triticũ;
cap. 32. vt ipſe recederet à paleis populi ſui,in quas illa tanta & vera dicebat? Dixit Eſaias:Recedite,rece-
dite,exite inde,& immundũ nolite tãgere:Sed cur ipſe in illo populo immunditiã, quã grauiter ar-
guebat,in vna cũ eis cõgregatione tangebat? Legant quãta in malos populi ſui,& quam vehemẽter
ac veraciter dixerit,à quibus ſe tamẽ nulla corporali direptione ſeparauerit.*Et pòſt.*Iſti autẽ ſedi-
tioſi & inſani,qui defenſiones præciſionis ſuæ quærũt ex oraculis Prophetarũ,ſupereſt vt impietate
veſana de verbis Propheticis mores arguant Prophetarũ.* Hoc animaduertendũ eſt in his Au-
Nota. guſtini verbis,fruſtrà citari à quopiã,quid Elias dixerit;niſi etiã perpendat,quid fecerit. Ille
quidẽ *ſe remanſiſſe ſolũ*,verbo dicebat: ſed ſi hoc tã de Regno Iudæ , quàm de Tribubus illis
decẽ intellexiſſet;nõ magis cũ Sacerdotibus & Leuitis,cũ Aſa & Ioſaphat Regibus,in Ieru-
ſalem,quàm cũ ſchiſmaticis in Samaria cõmunicaſſet. Nũc autẽ cõſtat,eũ ita cõmunicaſſe cũ
2. Paralip. 21 Aſa & Ioſaphat,cumq; Leuitis & Iudæis,qui ſacrificabant in tẽplo Salomonis, vt ipſe nouũ
Templũ nõ erexerit,aut ſe Principẽ alicuius nouæ Eccleſiæ cõſtituerit. Nõ auocauit popu-
lũ à templo in Ieruſalẽ,ſicuti nunc Lutherus ſuos Germanos auocauit ab Eccleſia Romana.
Non fuit author ſectatoribus ſuis (quemadmodũ iã ſuis Lutherus) vt quoniã Sacerdotes &
Leuitæ negligerẽt cultũ domus Dei,propterea deſererent illos, & ipſi adhærerẽt : ſe enim
oſtenſurũ illis verũ veri Dei cultũ ex lege Moyſis. Nihil tale aut Elias, aut Iſaias, aut Eze-
chiel,aut Prophetarũ quiſquã dixit. Manſerunt illi oẽs etiã cũ homicidis & hypocritis in cõ
Iohan. 4. munione Cathedræ Moyſis vſq; ad Chriſti aduentum.*Salus enim ex Iudæis eſt,& ſuper Ca-
Matth. 23. thedram Moyſi ſederũt Scribæ & Phariſæi.Omnia ergo,quæcunq; dixerint vobis,ſeruate & facite.*
4. Illud poſtremò dicendũ reſtat in exemplo Eliæ. Demus, eũ in tota terra ſolũ ſe putaſſe
cultorẽ Dei:tñ illud ſaltẽ manifeſtũ eſt,alios permultos & propè innumerabiles viros ac mu
Iacob. 5. lieres cognouiſſe Eliã,& illum pro vero Dei ſeruo habuiſſe. Nã per varia miracula,quæ in
orando; primùm,vt nõ plueret; deinde,vt plueret;quæq; in reſuſcitatione filij viduæ fecit,
1 Reg. 17. atq; etiã tùm in reprehendẽdo palã Regẽ Achab, tùm in proñiẽdo vnius Dei honorẽ (dum
3. Reg. 18. igne cœlitus impetrato, offerret corã omni populo bouẽ in Carmelo monte) & per binam
4 Reg. 1. exuſtionẽ quinquaginta militũ ad verbũ Eliæ:ac per alia eiuſmodi opera , quæ alibi oſten-
derat: facilè fama de illo percrebuit, vnde poterãt ad illũ accedere tam de Iudæis,quàm de
gentibus,quicunq; dederant cor ſuũ vt quærerẽt Dominũ Deũ. Si ergo tantopere Prote-
ſtantibus placet exemplũ Eliæ;dẽt ſaltẽ in ſingulis generationibus per hos 800.aut 900.an-
nos (in quibus Eccleſiã Rom.erraſſe dicũt)dent,inquã,vel vnũ hoẽm tã inſigniter per Pro-
phetiæ donũ & miracula diuina orbi vniuerſo cõmendatum,quàm iſte Elias Iudæis & vici-
nis gentibus cõmendatus eſt,vt ſaltẽ nõ deſit lucerna vna in Eccleſia Chriſti. Nos dabimus
(vbi volent) Epiſcoporũ aliquot centenas Cathedras in ſingulas generationes(à publicato
Chriſti Euãgelio,& à cõſtitutis ſemel Eccleſijs)cũ quibus Cathedris infinita fideliũ millia
qualibet ætate cõſentiebant. Illi cõtrà,dent pro ſingulis generationibus vnũ ſaltẽ hoẽm,qui
ſimilis Eliæ cùm fuerit,ipſorũ fidẽ palàm profeſſus eſſe ſciatur;& vltrò ſub iugũ imus. Et ta
men Eliæ vox tantopere iſtos delectat,vt in ea ſpẽ ſalutis oẽm collocaſſe videantur. Obliti
Matth. 5. enim Euangelij,quod *ciuitatem ſuper montẽ fundatam non poſſe abſcondi* apertiſsimè docet,ad
Eliæ ſolitudinẽ cõfugiũt. Et tñ cùm ad rem peruentũ eſt,ne illũ quidẽ vnũ,qui ſimilis Eliæ
ſit,in Eccleſia ipſorũ fuiſſe per ſingulas gñationes demõſtrãt. Nã quid aliud illæ Magdebur
genſiũ Cẽturiæ conãtur,quã vt ſuæ Eccleſiæ ſeriẽ patefaciãt? Atqui quẽ vnquã proferũt Ca
tholicum,

tholicum, qui Chriſtianorum Altaria deſtruxerit, Sacrificiumque externum negauerit? niſi
fortè Iulianum Apoſtatam, Manichæos, Arianos, Aërios, Donatiſtas, aut deniq; hæreticorũ
ſoboles pro Catholicis habent. Cùm Salomon propter idololatriam ſuam valde peccaſſet
in Deum, iamque Deus conſtituiſſet, tam illum, quàm Roboam filium eius aliquo inſigni
ſupplicio afficere: per Ahiam Silonitem ita locutus eſt ad Ieroboam: *Ecce ego ſcindam*
Regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem Tribus. Porrò vna Tribus remanebit ei propter 3. Reg. 11.
ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus Tribubus Iſrael: eò quòd propter Ieruſalem.
dereliquerit me, & adorauerit Aſtarthen Deam Sidoniorum, & Chamos Deum Moab, & Mo-
loch Deum filiorum Ammon; & non ambulauerit in vijs meis, vt faceret iuſtitiam coram me, &
præcepta mea, & iudicia, ſicut Dauid pater eius. Nec auferã omne Regnum de manu eius, ſed Du-
cem ponã eum cunctis diebus vitæ ſuæ, propter Dauid ſeruum meum, quẽ elegi, qui cuſtodiuit mã-
data mea & præcepta mea. Auferam aũt Regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem Tribus: fi- propter Dauid.
lio autem eius dabo Tribum vnã, vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus corã me in vt remaneat lucerna.
Ieruſalem ciuitate, quam elegi, vt eſſet nomen meũ ibi. Rurſus autem cùm Abiam ambularet
etiam in vijs patris ſui Roboam, nec eſſet *cor eius perfectũ cũ Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid* 3. Reg. 15.
patris ſui: tamen propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Ieruſalem, vt ſuſcitaret
filium eius poſt eum, & ſtatueret Ieruſalem. Præterea cùm *Ioram Rex Iſrael filius Ioſaphat à vijs* lucerna propter Dauid.
Dauid, & Aſa, & Ioſaphat declinaſſet, populumq́; ad Idola exemplo ſuo alliceret, atq; adeo filiam
Achab in vxorem accipiens, iram Dei contra ſe vehementer prouocaret: tamen Scriptura
diuina teſtatur, *noluiſſe Dominum diſperdere domum* Dauid *propter pactum, quod inierat cũ eo,* 2. Paralip. cap. 21.
& quia promiſerat, vt daret ei lucernam & filijs eius omni tempore. 4. Reg. 8.

Quid vobis videtur, Lutherani? Quis maior eſt, Dauid, an Chriſtus? Chriſtũ, ſat ſcio, præ-
feretis. Cui verò maiora promiſit Deus, Dauidíne, an Chriſto? Dauidi promiſit quidem
præclara, ſed talia, quæ ipſi non niſi ob figurã eorũ, quæ in Chriſto cõplenda erant, promit-
tebantur. Dixit ergo Dominus ad Dauid per Nathan: *Annuncio tibi, quòd ædificaturus ſit tibi* 1. Paral. c. 17.
Dominus domum. Cumq́; impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos: ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te,
quod erit de filijs tuis, & ſtabiliam Regnũ eius. Ipſe ædificabit mihi domum, & firmabo ſolium eius Domus Chriſti eſt Eccleſia ipſius.
vſq; in æternũ. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: & miſericordiã meã non auferã
ab eo, ſicut abſtuli ab eo, qui ante te fuit. Et ſtatuam eum in domo mea, & in Regno meo vſque in
ſempiternũ: & Thronus eius erit firmiſſimus in perpetuũ. Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vni-
uerſam viſionem iſtam, ſic locutus eſt Nathan ad Dauid. Cumq́; veniſſet Rex Dauid, & ſediſſet
coram Domino, dixit: Quis ego ſum, Domine Deus, & quæ domus mea, vt præſtares mihi talia?
Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, ideoq́; locutus es ſuper domum ſerui tui etiam in fu-
turum, & feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines, Domine Deus. Quid vltrò addere poteſt
Dauid, cùm ita glorificaueris ſeruũ tuum, & cognoueris eum? Domine, propter famulum tuũ iuxta
cor tuum feciſti omnẽ magnificentiã hanc, & nota eſſe voluiſti vniuerſa magnalia. Domine, nõ eſt
ſimilis tui: & nõ eſt alius Deus abſq; te, ex omnibus quos audiuimus auribus noſtris. Quis enim eſt
alius, vt populus tuus Iſrael, gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret & faceret po-
pulum ſibi, & magnitudine ſua atq; terroribus eijceret nationes à facie eius, quem de Ægypto libe-
rauit? Et poſuiſti populum tuum Iſrael tibi in populum vſq; in æternum, & tu, Domine, factus es
Deus eius. Nunc igitur, Domine, ſermo quẽ locutus es famulo tuo, & ſuper domũ eius, confirmetur Magnificatur nomen Dei per Eccleſiæ ſuæ ſplendorẽ.
in perpetuũ, & fac ſicut locutus es. Permaneatq́; & magnificetur nomen tuũ vſq; in ſempiternum:
& dicatur Dominus exercituũ Deus Iſrael, & domus Dauid ſerui eius permanẽs corã eo. Tu enim,
Domine, Deus meus, reuelaſti auriculã ſerui tui, vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit ſeruus
tuus fiduciam, vt oret coram te. Nunc ergo, Domine, tu es Deus: & locutus es ad ſeruũ tuum tanta
beneficia. Et cœpiſti benedicere domui ſerui tui, vt ſit ſemper corã te: te enim, Domine, benedicen-
te, benedicta erit in perpetuũ. Si hæc in figurã Dauidi contigerunt, & tamẽ vſq; eò ſunt ob- In perpetuũ.
ſeruata, vt nulla quantumuis horrenda ſcelera filiorum Dauid poſſent hoc Dei promiſſum
diſſoluere, ac miſericordiam eius auertere, quin de genere ipſius manerent Duces ſecun-
dùm carnem vſque ad Chriſti primum aduentum: cogitate, quid ipſi Chriſto & promiſ-
ſum ſit per nomen Dauidis, & præſtandum in ſucceſsione filiorum eius, *qui non ex ſan-* Iohan. 1.
guinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et *Verbum ca-*
ro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre,
plenum gratiæ & veritatis. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro
gratia, quia Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

mm ij Cogita-

Cogitate,inquam,id quod Dauidi & ſemini eius ſecundùm carnem cōtigit: gratiā quidem
fuiſſe,minorem tamē illa,quæ Chriſto & ſemini eius ſecundùm ſpiritū debeatur. Cogitate,
quid impio ſemini Dauidis ob Dei promiſsionem perſolutū ſit; & colligite,quid expectan-
dum ſit pio ſemini Chriſtiano,quod gratiā noui Teſtamenti pro gratia veteris Teſtamenti
de plenitudine ipſius Chriſti accepit, quodq́; veritatem pro vmbra poſsidet. Peccent filij
Dauidis,quantū volent,ædificent excelſa,lucos adeant,Idola venerentur, ſacrificent filios
ſuos Idolis: & tamē duæ Tribus eis ſeruantur,nec viuunt tantùm,ſed & regnant in Hieruſa-
lem. Oportebat enim *lucernam* in honorem diuinæ promiſsionis in illa ſtirpe erigi, vt om-
nibus teſtatum eſſet, Deum nullis peccatis hominū retardari poſſe, quò minus,quod ob re-
demptionem generis humani, & ob gloriā nominis Diuini ſe facturū prædixit,omnino im-
pleat. Si tantus honor vmbræ habitus eſt,ſi Dauidi *lucerna erigitur* etiam inter tantas poſte-
rorum ſuorū idololatrias; futurúmne quiſquā putet, poſtquàm Chriſto dictū eſt: *Filius meus*
Pſalm. 2. *es tu,ego hodie genui te: poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& poſſeſsionem tuam*
terminos terræ: iam deinceps per aliquot etiam ſecula nullam Chriſto *lucernam* in Eccleſia
Chriſtianorum erectam fuiſſe? Notum eſt,abſq; vlla temporis intermiſsione tres Tri-
1. bus,*Iudam, Leui,& Beniamin* ob honorem Dauidis cōſeruatas eſſe in profeſsione Legis &
Geneſ 49. fidei,donec veniſſet Chriſtus,& *ipſe erat expectatio gentium*. Et nunc incerti erit,per octin-
Nota. gentos annos & amplius,verùm,nō dico tres tantæ Tribus, ſed verùm tres homines per tā-
tas ordine generationes Chriſtianam fidem obſeruauerint,nec ne? Erat *Templū inſigne* per
2. ipſum Dauidem oblatum,& per filium eius ædificatum Domino,vbi nomen Dei honoratū
eſt vſq; ad Chriſtum. Nunc autem nec minima quidem *ædicula* in vniuerſo orbe profer-
tur,vbi per octingentos annos Chriſti nomen ſecundùm rectam fidem honoratum ſciatur?
3. Erat *Vrbs inſignis Hieruſalem*,vbi poſteritas Dauidis ad gubernacula ſedit, vſq; dū inſtaret
Chriſti aduentus, quia ſcriptum eſt: *Non auferetur Sceptrum de Iuda, & Dux de fœmore eius,*
Geneſ. 49. *donec veniat qui mittendus eſt*. Et nunc ne *pagus quidem minimus* vllibi Deo ſeruiuit à primo
Chriſti aduentu vſque ad ſecundum? Hæc enim omnia Proteſtantes ſtatuere coguntur,
vt noſtram Eccleſiam abijciant, & ſuam euehant.

4. Erat *arx conſtituta* ſuper montem Sion in Ieruſalem,in qua Dauid habitauit, *et vocauit eā*
2 Regum 5. *Ciuitatē Dauid*. De qua arce dixit ipſe in ſpiritu: *Virgā virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion;*
dominare in medio inimicorum tuorum. Et alius Propheta: *De Sion exibit lex, & verbū Do-*
Pſalm 109. Eſai 2. Mich. 4. *mini de Hieruſalem*. Et nunc nulla *eſt arx Chriſto erecta*,per quam *in medio inimicorum ſuo-*
rum dominetur? Nullus eſt ei, ſi non mons, at vel minimus collis in terra, vnde lex eius
exeat ad eos, qui aſcendunt ad montem Domini,vt diſcant vias ipſius? Tota Iudææ regio
5. facta eſt à diebus Ioſue & Aaron locus,in quo habitarent poſteri Iacob,& in quo regnaret
familia Dauid: in eaq; regione tam clarè omnibus vicinis atq; etiam remotis quibuſdā po-
pulis notum fuit, Iudæos habitaſſe,& circūcidi ſolitos eſſe, vnumq́ue Deum abſque ſimu-
lachris aut idolis coluiſſe; vt eam rem ex gentilium libris *Ioſephus contra Apponem Gram-*
Ioſephus cō tra Appionē libris duob⁹. *maticum* præclarè demonſtrarit. Et nunc nulla erit in orbe terrarum vel *minima regiuncula*,
vbi à diebus Chriſti & Apoſtolorum eius fides Chriſtiana perpetuò conſeruata fuiſſe de-
monſtrari queat? O impudentiam ſingularem! O ſtupendam cæcitatem! Hoc Proteſtātes
negare Chriſto, hoc vnigenito, *cuius gloriam vidimus*, tanquàm verè vnigeniti à Patre; hoc
Iohan. 1. Filio Dei figuras omnes perfectiſsimè complenti: quod in figuram Chriſti atque Eccleſiæ
ſuæ, Dauidi, Templo Salomonis, vrbi Ieruſalem, monti Sion, Iudææ regioni tribuere co-
guntur? Cùm horribile hoc peccatū, quo hæretici omnes, & præſertim Pſeudoeuangelici
noſtri laborant, tota mente reuoluo; mihi videor infinitam ipſorum malitiam velut in re
præſenti videre, & ante hoſce oculos habere conſtitutam. Quis enim iſtorum cordis duri-
tiam & obſtinatiſsimam peccandi voluntatē non ſuprà, quàm credi poteſt, admiretur: cùm
eos cernat, ita gloriam ſuam Dei gloriæ anteponere, vt malint Chriſtum Eccleſiæ ſuæ glo-
Iohan. 5. ria ſpoliare, quàm vt ipſi videantur falſam opinionem de Religionis negotio defenden-
dam ſuſcepiſſe?

Errârūt forſitan inuiti ab initio in alijs quibuſdā articulis fidei, merētibus hoc alijs ipſorū
peccatis,vt à diabolo circumueniri permitterentur. At verò cùm ad Eccleſiæ quæſtionem
ſemel peruentum eſt,errare tantùm eos ampliùs nō auſim dicere: hæreticos verò eſſe,abſq;
omni dubitatione affirmârim. Cùm enim omnes in ſcripturarum tractatione perpetuò ver
ſentur, nihil autem omnino in verbo Dei tot ac tantis tùm figuris,tùm Prophetijs,tùm Pa-
rabolis,

rabolis, tùm expreſsis & perſpicuis verbis deſcribatur, ac ſplẽdor, gloria, & perpetua ſucceſſio Eccleſiæ Chriſti: videmus tamen eos ita contra omnia & Legis, & Prophetarũ, & Euãgeliorum teſtimonia ſuam pertinaciam obfirmare, vt etiamſi nõ poſsint vel vnum hominẽ per ſingulas generationes, alij etiam vni per vices ſuccedentem nominare, quẽ certò ſciãt, & manifeſtè demonſtrent, ſuæ opinionis antea fuiſſe; tamen velut re bene geſta, in hæreſi pergant libros conſcribant, diſcipulos congregent, & manibus pedibusq; damnationem ſibijpſis vltrò accerſant. Sed nihil ſanè aliud efficiunt, quàm vt Antichriſti membra ſe eſſe prodant, quia vt ille Sponſum, ſic iſti Sponſam oppugnant; illi Chriſtum, iſti Catholicam Chriſti & Romanam Eccleſiam.

Lutheranos aut Caluiniſtas non eſſe veram Dei Eccleſiam, quia ſeruierunt aliquando, & ita ſeruierunt, vt conſtet, nullam omnino neq; tam diuturnam, neq; tam grauem, neq; tam inopinatam captiuitatem Iudæis vllo tempore ab initio mundi, vſque ad Chriſtum accidiſſe, quãta hæc erat, quæ iam per hos ſeptingentos ad minimum annos Chriſtianis accidiſſet, ſi Pſeudoeuangelicorum congregatio Eccleſia Chriſti eſſet.

CAPVT LXIIII.

Eccleſia Chriſti tota nunquàm potuit vel ad vnam horam captiua fieri, aut in vlla ſeruitute detineri. Primùm, quia per adoptionis ſuæ beneficium, quod à Chriſto accepit, libera eſt; quoniam *Veritas liberauit eam. Si enim vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis.* Nam qui propter iuſtitiam & veritatem patitur perſecutionẽ, atq; adeo paratus eſt animam ſuam ponere pro amicis ſuis: ille nullo timore aut pœna cogi poteſt ad peccatum. Sicut autem *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſic qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt, cuius filij nominamur & ſumus. Quoniam omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra.* Quomodo autem poteſt victoria ipſa in captiuitatẽ aut ſeruitutem redigi? Nã ſi aliquãdo ſeruiret, victoria eſſe deſineret. Iudæi quidẽ ſecundùm carnẽ rectè poterant in captiuitatem aut ſeruitutẽ abduci, propterea quòd *erãt filij ancillæ, & non liberæ*; Lexq; eorum & ſacrificia tantùm externa erant, quæ non niſi certis modis, certiſque temporibus & locis fieri debebant. *Lex autem ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit nos à lege peccati & mortis.* Lutheranorum autem & Caluiniſtarum congregatio ſeruiuit aliquando cũ filijs ſuis; quia fidem ſuã per annos ad minimũ ſeptingentos, nõ eſt profeſſa palam, vel quòd non eſſet omnino in terris, vel quòd ſi erat, ob pœnæ timorem tacuit, & ſe in antris & ſpeluncis continuit. Si non fuit vlla iſtorum hominum congregatio in terris; vtique iſti non ſunt Eccleſia Chriſti, quæ nunquam ceſſauit eſſe, Chriſto dicẽte: *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi:* Et Dei genitrix Maria dixit: *Beatam me dicent omnes generationes, & miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Semper igitur erant Chriſtianorum generationes in terris, nec vnquam deerunt cum quibus Chriſtus ſit *omnibus diebus.* Si ergo dicitis, veſtram congregationẽ omni tempore in terris fuiſſe; quæro, quænam antiqua hiſtoria de vobis mentionem facit, aut *quã perſecutionem propter iuſtitiam paſſi eſtis* ab anno Domini ſexcenteſimo vſque ad milleſimũ? Nam hoc tempus potiſsimùm nomino, non quòd illis præcedentibus aut ſequentibus annis vſpiam ante Lutheri apoſtaſiam fueritis, ſed quia nolo nunc quæſtionem non neceſſariam tractare, quantum diſcrimen ſit inter vos, & Berengarianos, Waldenſes, Huſsitas, & alios eiuſmodi hæreticos. Satis enim mihi eſt hoc tempore, ſi oſtendo, per ea ſecula, in quibus vos ipſi dicitis, extinctam propè Eccleſiam fuiſſe, vos veram Eccleſiam eſſe non poſſe. Ab anno igitur Domini ſexcenteſimo, vſque ad milleſimum, hoc eſt, per annos ferè quadringentos, neceſſariò fateri debetis, vos in luce Reip. non eſſe verſatos. Iam enim Sacrificium Miſſæ (vt & olim etiam) ſed iam veſtra cõfeſsione Sacrificium Miſſæ percrebuit. Iam Purgatorium paſsim apud Latinos creditũ eſt. Imagines in Eccleſia tam Latina, quàm Græca ſunt collocatæ; & publico Secundæ Nicenæ Synodi Decreto reuerenter adoratæ. Iam Pontificis Romani authoritas ab vniuerſa Eccleſia eſt agnita vſque ad ſchiſma Græcorum, quos ob eorum obſtinatum errorem (in neganda proceſsione Spiritus ſancti à Filio) neque vos dicetis Eccleſiam Chriſti permanſiſſe. Ab illo igitur tempore cùm nec ipſi dicere audeatis, veſtram fidem in orbe terrarum paſsim cognitam, & publica profeſsione dominatam eſſe; reſtat, vt veſtra congregatio vel nulla omnino fuerit, vel certè ſeruierit. Si enim dominata eſt, ſemper fecit vt non lateret, ſed potius vt verbis, & ſignis quibuſcunq;

Iohan 8. Matth 5. Iohan. 8. 1 Iohan. 3. 1 Iohan 5. Roman. 8. Matth 28. Luc. 1.

per flammas, & cruces, & mortem in cognitionem hominum veniret. Meminiſtis enim,
Matth. 10. ſcriptum eſſe: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et quod in aure auditis, prædicate
ſuper tecta: & nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed
potius timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennã. Omnis ergo qui confite-
bitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Qui autem
negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Liberam*
In Matth. Homil 35. (inquit Chryſoſtomus) *petit confeſsionem, ad maioremq́; charitatem nos adducit, & ſublimes,
atq; inuictos eſſe deſiderat; quapropter omnibus hæc præcipit*. Quæ cùm ita ſint, quæro à vo-
bis, qua tandem in regione fidem veſtram illo tempore confeſsi eſtis, quo illa cœpit oppri-
Rom. 10. mi? Ac debueratis quidem in omni regione, quæ ſub cœlo erat, eã confiteri. *Nam in om-
nem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ.* Dicite igitur, vbi cõfeſsi eſtis
fidem in Chriſtum publicè? Aut vbi eam ob cauſam carcerem, vincula, *mortémve ſubyſtis?*
Incipite à Gregorij Magni tẽporibus, aut paulò poſtea. Nam in ipſis initijs maximè erat An-
tichriſto illi reſiſtendum, quem fingitis tum cœpiſſe Romanam Eccleſiam occupare. Oſtẽ-
dite vel vnum hominem (qui ſaltem Catholicus fuerit) in vniuerſo mundo per ducentos
annos & deinceps à Gregorij Magni ſeu vita, ſeu morte, qui ob id perſecutionem aliquam
ſit paſſus, aut Martyrij coronã obtinuerit, quòd vel Pontifici Romano reſtiterit, tanquàm
per tyrannidem incipienti ſe vniuerſali Eccleſiæ præponere, vel Miſſæ Sacrificium nega-
uerit pro viuis ac mortuis offerendum, & quæ ſunt eius generis. Si nulli erant tales, nul-
la tum fuit Eccleſia veſtra; & ideo nec vera eſt. Si erant, et tacuerunt: dãnata eſt vniuer-
ſa Eccleſia veſtra, & ob id vera non eſt. Si erant, & non tacuerunt: producite Annales, in
quibus id conteſtatum ſit. Quanquàm quid opus eſt Annalibus? Nam ſi erant, qui pro ve-
ſtri Euangelij veritate ſe falſæ doctrinæ oppoſuerũt: iam viciſſet fides veſtra, iam nõ præ-
ualuiſſent aduerſus Eccleſiam veſtram inferorum portæ, iam tum ſtetiſſet pro vobis inſignis
aliqua hominum multitudo contra Papam Romanum, & ſatellites eius quos appellatis; Si-
cuti pro fide Trinitatis, contra Sabellium, & Arium; pro perſona Chriſti, contra Neſtoriũ;
pro duabus naturis & voluntatibus, contra Eutychen & Monothelitas inſignis quidam cœ-
tus piorum fortiſsimè ſtetit & vicit.

1. Co 10. Exod 1. Scitis enim, cõtigiſſe olim Iſraelitis in figura, *vt quantò magis Ægyptij opprimebãt eos, tantò
magis multiplicarentur & creſcerent.* Vos aũt à Gregorij tempore non eſtis multiplicati. Nam
antea dicitis, vos occupaſſe multas gentes, poſtea verò cœpiſſe opprimi & minui. Non ergo
eratis veri Iſraelitæ, *qui quantò magis opprimebantur, tantò magis creſcebant*; quod etiã in Apo-
ſtolis atq; in Primitiua Eccleſia videmus eueniſſe. Nam *cùm fieret quodam tempore perſecu-*
Actor. 8. *tio magna in Eccleſia quæ erat Hieroſolymis, omnesq́; diſperſi eſſent per regiones Iudææ & Sa-
mariæ præter Apoſtolos, ac Saulus deuaſtaret Eccleſiam*: eo ipſo tempore tùm Apoſtoli per-
ſtiterunt vt confiterẽtur, tùm *qui diſperſi erant, pertranſibant euangelizantes verbum.* Videtis,
Ibidem. quòd ipſa diſperſio cauſa fuit, cur pluribus verbum Dei prædicaretur. *Et cùm Philippo* (in-
quit) *euangelizanti de Regno Dei credidiſſent, in nomine Ieſu Chriſti baptizabantur viri ac
mulieres*. Non ergo ſic ſunt diſperſi, velut fidem negaturi, ſed velut eam propagaturi ex
Matth. 13. Cano 12. In Matth. ea occaſione. Vnde *Regnum cœlorum aſsimilatur grano ſinapis, cuius virtus ac poteſtas* (inquit
Hilarius) *tribulationibus & preſſuris accenditur. Itaq; licet minimum ſit ex omnibus ſeminibus,
cùm ſeminatur in agro: tamen cùm creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volu-
cres cœli veniant, & habitent in ramis eius*. Eòdem etiam pertinet ſimilitudo fermenti,
quod licet tam exiguum ſit, vt etiam *abſcondatur ab initio in farina tribus ſatis*, aut in quàm-
libet magnis menſuris; tamen vbi farinæ appropinquauerit, *totam maſſam fermentat. Sic*
In Matth. Homil 47. *igitur* (inquit Chryſoſtomus) *& vos cùm vniti atque commixti ijs fueritis, qui vos oppugnant,
tunc ipſos ſuperabitis. Et quemadmodum fermentum in farina ſubuerſum non deperditur, ſed in
naturam ſuam farinam tranſmutat: pariter* (hoc eſt, eodem modo) *in prædicatione hac Euangelij*
Non extinguetur fulgor fideliũ *fiet. Nolite igitur timere ſi magna pericula futura prædixi: non enim extinguetur fulgor veſter, ſed
omnia ſuperabit*. At *veſter fulgor*, ô Lutherani, per annos ad minimum quadringentos extin-
ctus eſt; non eſtis ergo inſtar grani ſinapis, aut inſtar fermẽti, nec inſtar Diſcipulorũ Chriſti.
Matth 16. 1 Timoth. 3. Iohan 21. Non eſtis ædificati ſuper Petrã, *aduerſus quam portæ inferi non præualebant. Non eſtis colũna
& firmamentum veritatis*. Nam ſi quis vobis confiſus eſſet, is vtique, tacẽtibus vobis & quo-
tidie decreſcentibus, perijſſet. Longè ſecus euenit in Eccleſia Romana; in qua *Petrus cùm
ſenuiſſet, extendit manus ſuas, & alius cinxit eum, & duxit quò ille* (ſecundùm naturæ affectũ)
ducino-

duci noluiſſet. Sed hoc dixit Ieſus, ſignificãs qua morte (Petrus) *clarificaturus eſſet Deũ*. Nerone igitur in Petrum & Paulum ſæuiente, Petrus manibus in cruce extenſis, Paulus autẽ gladio vitã finiuit. Qua ex re non parua gloria & fama tùm Religioni Chriſtianæ, tùm Eccleſiæ Romanæ acceſsit. *Fœlix Eccleſia* (inquit Tertullianus) *cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt: vbi Petrus paſsioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes, poſteaquàm in oleum igneũ demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. Ego* (inquit Caius contra hæreticos diſputans) *habeo trophæa Apoſtolorum quæ oſtendam. Si enim procedas via regali, quæ ad Vaticanũ ducit, aut via Oſtienſi: inuenies trophæa defixa, quibus ex vtraq; parte ſtatuta, Romana cõmunitur Eccleſia. Videtis* (inquit Auguſt.) *ſimulachrorũ tẽpla, partim ſine reparatione collapſa, partim diruta, partim clauſa, partim in vſus alios commutata. Ipſaq; ſimulachra vel confringi, vel incendi, vel includi, vel deſtrui: atq; ipſas huius ſeculi poteſtates, quæ aliquando pro ſimulachris populum Chriſtianum perſequebantur, victas, & domitas, non à repugnantibus, ſed à morientibus Chriſtianis, & contra eadem ſimulachra, pro quibus Chriſtianos occidebant, impetus ſuos legéſq; vertiſſe, & Imperij nobiliſsimi eminentiſsimum culmen ad ſepulchrum piſcatoris Petri, ſubmiſſo diademate, ſupplicare.*

De præſcr. aduerſus hæret.

Apud Euſ. in hiſtor. lib 2. cap. 25.

Epiſtol 42. ad Madaur.

Nec in ducibus ipſis Petro & Paulo *hæc fidei victoria, quæ vincit mundum*, finem ſumpſit: Nampoſtea perſecuti ſunt eandem Romanam Eccleſiã Domitianus, Hadrianus, Traianus, Antonini, Seuerus, Maximini, Decius, Valerianus, Diocletianus, Maxentius, Iulianus, Conſtantius, Valens, Valentinianus Iunior, & Theodoricus Rex; adeo vt occiderint propè quadraginta Põtifices Romanos, præter innumerabilem plebis Chriſtianæ multitudinem. Sed quid? Nónne vicit Romana fides? Vicit, planè vicit, & regnat vſque in hodiernum diem, nec vllo vnquam momento Chriſtianos latuit. Perſecuti ſunt eandem Eccleſiã poſtea non modò Imperatores Orientis, atque etiam interdum Germaniæ Cæſares; verùm præterea domeſtici ipſorum, hoc eſt, tùm ciues vrbis Romæ, tùm presbyteri etiam Cardinales: imo ipſi Pontifices Romani ſe mutuò perſecuti ſunt, per viginti quatuor Schiſmata, quæ diuerſis temporibus in ea Eccleſia contigerunt. Sed quoniam illa Cathedra erat Petra, ſuper quam Chriſtus promiſit ſe ædificaturum Eccleſiam (quod & Hieronymus, & Auguſtinus apertè docent) non præualuerunt inferorũ portæ. Quis iam, niſi rationis omni propè vſu priuatus, ingens diſcrimen non animaduertit inter veſtram, & Romanam Eccleſiam? Illa vicit omnes perſecutiones; nec vnquàm fugit cognitionem Fidelium, ſed quantò magis oppreſſa eſt, tantò magis multiplicata eſt, & creuit inſtar *grani ſinapis*, ita vt nũc *volucres cæli*, hoc eſt, Reges & Principes mundi habitent in ramis Eccleſiæ Romanæ, & filij eorum, qui perſecuti eam fuerunt, *veniant curui ad eam*, & pro Matre ſpirituali eam agnoſcant. Vos autem vel nõ fuiſtis olim, vel muti fuiſtis, & adeo non creuiſtis per ipſas perſecutiones, vt nec veſtros perſecutores, nec veſtros martyres nominare poſsitis, imò vt nec vnam Eccleſiam aut celebrẽ, aut obſcuram in vniuerſo mundo habueritis, in qua conueniretis ad audiendum Dei verbum & miniſtranda Sacramenta. Nam quantò diligentius Ioannes Foxus, Henricus Pantaleon, & alij quidã ex veſtris ſupplicia collegerunt, quæ nuper ob hæreſim & ſeditionẽ in veſtros conſtituta ſunt; hoc certius eſt, eos antiqua etiam Martyria colligere voluiſſe, ſi vel vnum hominem proferre poſſent, qui ob veſtram fidem quippiam olim paſſus eſſet. Saltem oſtendite de quibus Eccleſijs depulſi eſtis, vt vel ruinas veſtras contemplari liceat. Sed quomodo, quod nuſquam factum eſt, oſtendi poteſt? *Eſtis igitur filij ancillæ*, & nõ liberæ. *Seruiſtis cum Agar*, & eiecti eſtis in ſolitudinem cum matre veſtra. Superbijſtis quidem nuper contra Saram Dominam veſtram, & Iſmaël veſter (Lutherus) factus eſt aliquis magnus: & manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, *ſed non erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ. Filius manet in domo in æternum*, hoc eſt, in Eccleſia Dei ab initio mundi vſq; ad finem. *Seruus autem non manet in domo in æternum*, quia nuper cœpit Lutherus congregationi ſuæ nomen imponere, & iam propè extinctus eſt, non modò à nobis, verùm etiam à poſteris ſuis, tam Caluiniſtis & Trinitarijs, quàm Anabaptiſtis, & Libertinis.

Hieronymi. in Epiſt ad Damaſum

Auguſtin in Pſal. cont. par Donati. Tom. 7.

Notâ:

Gen. 21.

Gal 4.

Iohan. 8.

Hactenus docui, vel non fuiſſe vllam, vel certè fuiſſe captiuam & ſeruituti obnoxiã Congregationem veſtram. Iam illud ſupereſt, vt oſtendam, talem fuiſſe hanc veſtræ congregationis captiuitatem, vt nulla vnquàm ſimilis etiã in vetere populo extiterit. Quando enim vnquã fuit Eccleſia illa Iudæorũ per tot ſecula ſimul oppreſſa, & ſub iugum miſſa? Deinde 1.
nulla vnquam Captiuitas veteri Synagogæ contigit, quin de illa populus Dei prius admo- 2.
neretur, ac de libertatis reſtitutione promiſsionem acciperet. Tum autem liberatio illa non 3.

per eum,qui erraſſet aliquando in fide (quod ſibi contigiſſe Lutherus fatetur) ſed per hominem Sanctum,& ab ineunte ætate ſua fidelē facta eſt. Nam(vt inde incipiamus) *Noe fuit* (Gen 6.) *vir iuſtus atq; perfectus in generationibus ſuis,ambulauitq; cum Deo.* Porrò antequã is quingentorũ eſſet annorũ,filios Seth(qui vera Dei Eccleſia erant)nõ legimus corrupiſſe vias ſuas. Poſtea verò quàm accepiſsēt ſibi vxores de ſchiſmaticis filiabus Cain,*ſexcẽteſimo anno vitæ* (Gen.7.) *Noë* diſperdidit Deus vniuerſam carnē per diluuiũ,Eccleſiãq; ſuã in priſtinũ nitorē per Noë reſtituit . Ita & corruptionis malũ nõ niſi centũ annorũ ſpatio durauit, & liberatio per virũ iuſtũ & fidelē facta eſt.Quidquòd etiã hoc ipſum diluuiũ prædictũ eſt?Nã *centũ viginti anni* (Hieronym' in quæſtionibus Hebr.) *ad pœnitentiã dati ſunt*,cũq; populus nõ reſipiſceret,anno cẽteſimo mundauit aqua Diluuij.

Cùm autem periculum poſtea eſſet,ne inter Chaldæos vera fides extingueretur(ad illas (De Ciuit. Dei lib.15. cap.12.) enim anguſtias perducta res eſt, *vt in vna domo Thare* (vt notat Auguſtinus) *per vniuerſum mundum cuſtodita ſit plantatio Ciuitatis Dei*,*eduxit Deus Abram*, *& ait: In te benedicẽtur vni-* (Gen 17.) *uerſæ cognationes terræ.* Quo ſatis apertè declarauit , eductionē illius de Vr Chaldæorum ſignificare eductionem gentium de idololatria ſua,nec eas poſt acceptam ſemel fidem magis (Gal.1.) eam amiſſuras,quàm Abram & ſemen eius fidem amiſit,donec veniſſet *Chriſtus benedictum illud ſemen*,in quo omnes,qui ſucceſsionem ab Apoſtolis accepimus,benedicti ſumus. Tam enim fideles erant *Abraham, Iſaac , & Iacob* ,vt Deus voluerit *Deus illorum* appellari .

Iam verò filij Iacob fuerunt quidem ad aliquod tēpus in Aegypto ſeruitute oppreſsi.Vide tamen, quot in ea re victorias retulerint. Primùm ea ſeruitus prædicta eſt , vt ne putes inopinatam fuiſſe.Ait enim Deus ad Abraham: *Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes; ſic erit* (Gen 15.) *ſemen tuũ.* (Tale ſemen nos ſumus , & ſemper fuimus : tale vos non eratis ante aliquot annos,ſed nec adhuc eſtis præ nobis) *dictumq; eſt ad Abraham: Scito prænoſcens, quòd peregrinũ futurum ſit ſemen: tuum in terra non ſua,& ſubijcient eos ſeruituti,& affligent quadringẽtis annis. Verùntamen gentem,cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo : & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.* Hos verò quadringentos annos non in AEgypto, ſed in terra Chanaan maiore ex parte tranſactos eſſe, atque non primùm ab ingreſſu Iacob in AEgyptum numerandos,alibi in hoc libro planum feci. Porrò cùm ſeruitus veſtræ congregationis totis quadringentis annis & multò amplius durauerit,nec tamē Eccleſia Chriſti potuerit minori curæ Deo eſſe,quàm vetus Synagoga fuit: æquum eſt vt doceatis, primùm vbi prædictum de illa veſtra ſeruitute ſit,deinde vbi liberatio veſtra ſit promiſſa;demum quæ pœna ſecundùm Scripturam ſacram ſit ſumpta de ijs , qui vos tot ſeculis in ſeruitute detinuerunt . Poſtremò cùm in AEgypto eſſet *Ioſeph Propheta* & filij eius in Dei timore educati, cùm eſſent nutrices fideles , quibus etiam Deus *Domum* ,id eſt,poſteritatem ædificauit; cùm præterea Leui & filij eius adeſſent, (Exod.1.) qui populum officij commonefacerent, ne penitus obliuiſceretur Dei, ac denique Moyſes (Exod.4.) de domo Leui ad eos à Deo mitteretur,& ſeniores filiorum Iſraël videntes miracula , cre- (Exod.12.) derent: exijt domus Iacob ex AEgypto,& ad terram promiſsionis peruenit ſecũdùm quod prædictum erat : vobis autem nihil ſimile accidiſſe demonſtrare vnquàm poteritis .

Pòſt autem cùm in Babylonem populus abducendus erat, quàm perſpicuè prædixit Ieremias? *Seruient omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis. Cumq; impleti fuerint anni ſe-* (Ierem 25.) *ptuaginta,viſitabo ſuper Regem Babylonis.* Porrò dum populus in Babylone erat,licet carnalia (Daniel 6.) ſacrificia obire non poterat tamen *orabat verſus Ieruſalem*, & habebat Prophetas, Leuitas, Sacerdotes,& Scribas,quorum conſilio gubernaretur . Ac demum reductus eſt in patriam (Aggæi 1.) *per Ieſum Sacerdotem magnum,& per Zorobabel filium Salathiel Ducē Tribus Iuda.* Nihil vt hìc ſit,quod non tùm præuiſum fuerit,tùm per Duces ordinarios reſtitutum.Ac ſanè mala præuiſa minus feriunt . Nec illa Captiuitas ætatem hominis tranſgreſſa eſt,aut Religionis obliuionem inuexit.Quid vos ſimile oſtenditis in veſtra ſeruili cõgregatione? Quam Prophetiam de tempore ſeruitutis veſtræ profertis? quos Paſtores & Doctores nominatis,qui tēpore Captiuitatis plebem docerent verbum Dei? Cùm verò expiraſſet ſeruitutis tempus, quos ordinarios Duces,hoc eſt, quos Sacerdotes,Prophetas,Paſtores & Doctores aut Mi- (Epheſ.4.) niſtros Chriſti producitis,ſub quibus ſecurè populus ad ſuam patriam & Religionem reuerſus ſit? Vos verò horum nihil habetis,quia veram Dei Eccleſiam non habetis.

Præterea,quæ ſeruitus totius Eccleſiæ eſſe poteſt, quæ per vniuerſum orbem propagata eſt? Cùm enim latius pateant Eccleſiæ,quàm vllius Imperij fines , nec ſimul vndique perſecutio moueatur, & nemo vnus eam partem queat perſequi,quæ ſub ipſo cõſtituta nõ eſt: vnde nobis perſuadetis , totam ſimul Eccleſiam in captiuitatem aliquando abductam eſſe?

Quid

Quid quòd nouo exemplo Proteſtantium ſecta ferro ſibi viam apud eos patefecit, qui
eam nec prius pacificè didicerãt, nec iam armatam audire cupiebant? Imo & ſubditi apud
eos Regibus leges imponunt, eoſque vi ad fidem nouam profitendam, vel certè permittē-
dam adigunt. An vnquàm ſic propagarunt Euangelium ſuum Apoſtoli? Quid in Germania
Saxo & Langrauius Heſsiæ, quid in Gallijs Condæus, quid in Anglia Viatus, quid in Scotia
Iacobus, quid in Flandria Ludouicus & cæteri coniurati tentarũt: niſi vt partim Lutheranã,
partim Caluiniſticã religionem vi & armis in eas regiones inferrent? Neq; tamē hæc vobis
obijcerē, ſi tantùm fierent à malis hominibus, & nõ docerētur à Magiſtris & Paſtoribus ve-
ſtris. Aliud eſt, fidē, cui omnes obedientiã ab initio pacificè præſtitimus, armis poſtea defen-
dere: aliud per Apoſtaſiã abijcere priſtinã fidē, & aliã per vim ſtabilire. Illud Regibus & Po-
teſtatibus ſeculi huius faciendum eſt; hoc neq; Regibus, multò minus Euãgeliſtis conari li-
cet. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & Poteſtates,* Ephes. 6.
aduerſus mundi Rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. State ergo
ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem
Euangelij pacis. Defendenda (inquit Lactantius) *Religio eſt non occidendo, ſed moriendo: non ſæ-* De iuſtitia lib. 5. c. 20.
uitia, ſed patientia: non ſcelere, ſed fide. Illa enim malorum ſunt, hæc bonorum: & neceſſe eſt bo-
num in Religione verſari, non malum. Cùm autem ex *fructibus ſuis cognoſcitur arbor,* nec alios Matth. 7.
vno tempore, quàm alio pariat; audacter dixerim, aut prorſus infructuoſam arborem veſtrã
fuiſſe, aut certè ſi qui eiuſdē ſententiæ cũ Lutheranis aut Caluiniſtis ante hanc ætatē in orbe
terrarum fuiſſent; eiuſmodi fructus iam olim parituros fuiſſe, quales nunc protulerunt. Vi-
diſſemus igitur iam olim euerſas Eccleſias, deſtructa Altaria, Miſſam abrogatam, Sãctas Vir-
gines è Monaſterijs eductas paſsim fuiſſe ad nuptias: arma in Reges à ciuibus ſumpta, con-
temptos Epiſcopos, neci datos hinc Papiſtas, illinc hæreticos: audiſſemus ciuiles Magiſtra-
tus (etiamſi fœminæ eſſent) Capita Eccleſiarum appellatos, Concilia œcumenica in nulla
pretio habita: duo Sacramenta, non ſeptem: ſecundas nuptias contrahi viuente vxore pri-
ma, quæ ob fornicationem repudiata eſſet. Denique Hiſtoriæ atque Annales, qui nunc pleni
ſunt rebus geſtis Eccleſiæ veſtræ, tunc etiam eiuſmodi cauſis referti fuiſſent. Quorum quia
nihil, vel propè nihil vidimus, aut legimus à ſexcenteſimo anno ſalutis humanæ vſq; ad annũ
Domini milleſimum: vtique non fuit olim talis aliqua Eccleſia, qualem nunc oſtentatis,
verùm illa è terra nuper nata eſt, & ideo in terram propediem reuertetur; cùm aut *ij mani-* 1. Cor. 11.
feſtati fuerint, qui probati erant in Eccleſia, aut ea vitia in Catholicis emendata erunt, in quo-
rum vindictam hæc Domini flagella in nos miſſa ſunt: aut cùm *ad myſteriũ iniquitatis* (quod 2. Theſſ. 2.
per vos operatur Satanas) conſummatum in Antichriſto, & ſpiritu oris Chriſti deſtructum
fuerit. Et tunc iuſtificabitur Chriſtus in verbo ſuo, quod ad primum Pontificem Chriſtia-
norum dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non* Matth. 16.
præualebunt aduerſus eam. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus Lucæ. 22.
confirma fratres tuos. Petrus verò Cathedram ſuam Epiſcopalem in vrbe Roma conſtituit, in qua Optat. lib. 2.
vna Cathedra (inquit Optatus) *vnitas ab omnibus ſeruaretur, vt iã ſchiſmaticus & peccator eſſet,*
qui contra ſingularem Cathedrã, alterã collocaret. Quod cùm Lutherus fecerit, voſq; eius exem-
plum ſecuti ſitis; quomodo à ſchiſmate excuſari aut ille potuerit, aut vos poſsitis, non video.

Si Congregatio Proteſtantium Eccleſia Chriſti eſſet, eam fuiſſe obſcuriorem non modò
vetere Synagoga, ſed etiam ipſa illa diſperſione, in qua poſt Hieroſoly-
morum euerſionem Iudæi iam nunc agunt.

CAPVT LXV.

ABſurda quidem illa ſunt, quæ iam commemorauimus de Chriſti Eccleſia infra digni-
tatē veteris Synagogæ deiecta. Sed longè ſunt abſurdiora, quæ ſequuntur. Dico enim,
illam Proteſtantium Congregationem, quæ ipſis Eccleſia Chriſti videtur eſſe, nõ ſo-
lùm vetere Synagoga, ſed hodierna captiuitate ac diſpertione populi Iudaici longè miſe-
riorē per ſecula etiam multa fuiſſe. Etenim ſi à vaſtatione Templi per Titum & Veſpaſianũ
repetentes, ordine ſtatum populi Iudaici vſque ad hæc tempora deducamus: facilè inue-
niemus, & ſemper fuiſſe in mundo permulta Iudæorum millia, & cultus Diuini cauſa in Sy-
nagogas proprias omni ætate conueniſſe. Nam & Moyſes prædixit, Iudæos ab idololatriã *in* Deuter. 4.
omnes gentes fore diſpergendos, & Dauid de illis prædixit in hunc modum: *Ne occidas eos, ne* Pſal. 58.
quãdo obliuiſcantur populi mei (aliàs) *legis tuæ. Diſperge illos in virtute tua, & depone eos, protector*
meus

meus, Domine. Eorum verò mentionem etiam poſt Hieroſolymorum euerſionem *Iuſtinus* Martyr facit, *quorum agros, ait, eſſe deſertos, oppida vaſtata, fruges deuoratas, nec ipſorum quenquam audere aſcendere Hieroſalymam.* Oſtendit autem, eos *nō differre à cæteris mortalibus, præterquàm Circumciſione. Execrari verò ſolitos in ſuis Synagogis, quotquot in Chriſtū credūt.* Ergo & erant illis diebus Iudæi, & Sacramentū Circūciſionis celebrabant, & cōueniebāt in Synagogis. Tertullianus cōtra Iudæos librū ſcripſit, in quo diſputans cū ijs Iudæis, qui adhuc viuerent, de Lege ac Prophetis, ait eos *cœpiſſe habere lacus contribulatas, id eſt, Synagogas in diſperſiones gentium.* Habebant igitur Synagogas ſaltem inter gentes. *Iudæi* (inquit Cyprianus) *diſperſi & palabundi ſoli & cæli ſui profugi, per hoſpitia aliena iactantur.* Nō ergo erant aut illis diebus, aut vnquam poſtea ignoti Chriſtianis. *Iudæi tenent omnino* (inquit Auguſtinus) *reliquias legis ſuæ, circumciduntur, Sabbata obſeruant, Paſcha immolant, azyma comedūt. Sunt ergo Iudæi, non ſunt occiſi, neceſſarij ſunt credētibus gentibus.* Et alibi: *Eccleſia Catholica per totum orbem validè lateq; diffuſa omnibus errantibus vtitur ad profectus ſuos, & ad eorum correctionē cùm euigilare voluerint. Vtitur enim gentibus, ad materiam operationis ſuæ: hæreticis, ad probationem doctrinæ ſuæ; Schiſmaticis, ad documentum ſtabilitatis ſuæ; Iudæis, ad cōparationem pulchritudinis ſuæ.* His verbis Auguſtinus ſignificauit, tantam eſſe *pulchritudinem Eccleſiæ Chriſti* præ Iudæorū populo, qui tunc extra Iudæā ſine Sacrificiorū cærimonijs diſperſus per omnes gentes agebat: vt ipſa res clamaret, noſtrā fidē eſſe à Deo, Iudæorū verò pertinaciā & inuidiā in Chriſtū, eſſe à diabolo. At nūc longè aliter ſe res habet, ſi tamē Pſeudoeuāgelicis credimus.

In Tryphon.
In lib aduerſus Iudæos.
De Idolorū vanitate.
In Pſal. 58.
De vera religione c. 6.

Cùm enim Iudæi viuant vſque in hodiernum diem tùm in alijs vrbibus Italiæ, tùm Romæ nominatim; & vbicunq; ſint, tùm circūcidant infantes ſuos, tùm in Synagogis cōueniāt; non poſſit verò locus vllus in orbe Chriſtiano monſtrari, vbi per valde multa ſecula Pſeudoeuangelicorū aliqua Cōgregatio ante Lutherū natū celebrata ſit: vtiq; abiectior fuit per aliquot ſecula (ſi Proteſtantibus credendū eſt) Eccleſia Chriſti, quàm vel præſens Iudæorū captiuitas & diſperſio ſit. Quin & Gregorij Magni ætate idē ipſe fatetur, *permiſſū Iudæis eſſe vt veteres Synagogas ſuas ſine inquietudine poſſideant*: quod vſque in hodiernum diem ita ſe habere, videmus. Non manent igitur Iudæi, vt teſtes iam ſint fidei noſtræ (ſi tamen Lutheranorum Eccleſia vera eſt) aut vt per ipſorum miſeriam, Eccleſiæ Chriſti fœlicitas conteſtata ſit; ſed potius vt triumphum de Eccleſia Chriſti ducant, vtpote quibus in os Lutheranis & Caluiniſtis dicere licet: Vos docetis, Eccleſiam veſtram per annos ferè octingētos fuiſſe diſperſam in multis gentibus, nec id tamen probatis. Fuimus & nos diſperſi, cùm partim vixerimus in Africa, partim in Græcia & Aſia, partim in Italia, quod nec vos ipſi poteſtis negare. Sed cùm vos, Lutherani, nullum in illa diſperſione veſtra locum habueritis, in quo Dei cultum ritu veſtro celebraretis: nos proferimus Synagogas noſtras in vrbe Venetiarum, in Ferraria, in Mantua, in Alexandria, in Conſtantinopoli, in ipſa Roma: vt meritò nos liberi ſimus, vos autem ſerui; nos ille populus adoptionis, vos autem reprobationis; nos Ciuitas in monte poſita, vos autem filij tenebrarum, qui nunc demum poſt tam longum interuallum, cœpiſtis Eccleſias habere, & Sacramenta veſtra celebrare. Quid huic Iudæorū orationi reſpondebunt Pſeudoeuangelici? Nihil ſanè eorum, quæ dicūtur, negare poſſunt. Iudæorū enim Synagogis etiā hodie plurimæ orbis terrarum partes plenæ ſunt. Et ante paucos annos non minus in Hiſpania, Gallia, ac noſtra Anglia percrebuerunt. Porrò ſuam Synagogam nec vnam in vniuerſo mundo proferre Lutherani poſſunt, vbi Baptiſma (ipſorum more ac inſtituto) ſine Chriſmate ſemper adminiſtratum ſit, & vbi aut fas nō fuerit Virginitatem vouere Deo, aut neceſſarium non fuerit dicatam ſemel Virginitatem omnino conſeruare; vbi Altare non fuerit, in quo Euchariſtia offerretur: vbi denique Preſbyter non præfuerit, qui ſacramentum Ordinis de manu Epiſcopi accepiſſet. Tales enim Eccleſias, vbi Chriſma conficitur, vbi vota caſtitatis fiunt, & vbi Sacrificiū Corporis Chriſti celebratur, Lutherani non ferunt. At olim cùm aliæ nullæ fuerint, profectò Lutherani ſine Eccleſijs fuerunt per omnes gentes, ex eoque nec fuerunt quidem omninò. Nullus enim hominum cœtus, qui Deū quemcunque coluit, abſque loco ſacro, in quo eius cultum profiteretur, tā diu fuit. Erant ergò non ſolùm antiquis Iudæis, verùm etiam ijs, qui adhuc ſuperſunt, infœliciores Lutherani, & longè miſeriores. Itane? Huc reciderunt Prophetiæ de Chriſti Eccleſia, vt euerſis denique Hieroſolymis, maior ſit ſplendor & gloria ruinæ Iudæorum (qui ad reliquiarum quidem Fidelium ſalutem, ſed interim ad pertinacium pœnam reſeruantur) quàm florentis Eccleſiæ Chriſtianæ, ad cuius gloriam conteſtandam

Lib. 7. Ep. 5.
Iudæorū oratio ad Lutheranos.
Vide Hieronymum aduerſum Luciferianos.
Rom 11.

Iudæ

Iudæi tam infeliciter diſperſi & palabundi agunt? Hieronymus cùm anguſtos fines Iudææ (quam tamen totam Iudæi non poſsidebant) declaraſſet: id ſe dicit feciſſe, *vt decuteret ſupercilium Iudæorum, qui* (inquit) *Synagogæ anguſtias Eccleſiæ latitudini præferunt*. Quòd ſi Proteſtantium congregatio eſt vera Chriſti Eccleſia, illius anguſtiæ per octo aut nouem ſecula maiores ſunt, quàm Iudæorum vllo vnquam tempore fuerunt. Quid enim poteſt anguſtius cogitari, quàm vt nec vnam ædiculam demonſtrare vos, Lutherani, poſsitis, in qua Deo ſeruijſtis ante hos quinquaginta annos? *Planè* (inquit Auguſtinus ad Donatiſtas & Rogatianos) *& Iudæi, & Pagani, ſi tam paucos putarent eſſe Chriſtianos, quàm pauci vos eſtis, qui ſolos vos Chriſtianos eſſe perhibetis: nec blaſphemare vos dignarentur, ſed & nunquam ridere ceſſarent. Non timetis, ne vobis dicant Iudæi: Vbi eſt, quod Paulus veſter Eccleſiam veſtram intelligit? Vbi dictum eſt: Lætare ſterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis, quoniā multi filij deſertæ magis quàm eius, quæ habet virum, præponens multitudinem Chriſtianorum multitudini Iudæorum: ſi Chriſti Eccleſia eſt paucitas veſtra? Hoccine illis dicturi eſtis: Ideo magis multi ſumus, quia pauci ſumus? Nec attenditis, eos reſponſuros, quodlibet vos eſſe dicatis, non tamen eſtis illi, de quibus dictum eſt: multi filij deſertæ, ſi tam exigui numero remanſiſtis?* Hæc Auguſtinus.

In Epiſtola ad Dardanū.

Epiſt. 48.

Gal. 4.

Cæterùm ſi Donatiſtas & Rogatianos, qui Africæ, hoc eſt, tertiæ partis mundi magnam partem iam, cùm hæc ſcriberet Auguſtinus, ab annis centum occuparant & impleuerant, quique multò plures Eccleſias, & certè quidem *trecentos Epiſcopos* & amplius ſuæ factionis habebāt (vti ex collatione ipſa cōſtitit) ſi tamen illos Epiſcopos cum plebibus ſuis præ multitudine Catholicæ Eccleſiæ, quam Prophetiæ deſcribunt, exiguum eſſe numerum, Auguſtinus iudicauit: quid erat dicturus de Lutheranis, qui nullum Epiſcopū in vniuerſo mundo ſuæ factionis habuerant, nullū presbyterū, nullā Eccleſiā, in qua cōueniretur aut orandi, aut prædicandi cauſa? Nam hoc ad cæteras Proteſtantium calamitates acceſsit, vt nulla hæreſis tam ab omnibus Epiſcopis inops & egena eſſet, quàm ipſorū eſt. Ariani ſanè acquiſierāt ſibi multarum Eccleſiarū Antiſtites, adeò vt Synodos decem breui ſpatio collegerint. Equidem fateor, mihi verba deeſſe, quibus animi mei dolorē exprimā; eſſe vllos in mūdo tā ſine cōmuni ſenſu, vt Lutheranos aut Caluiniſtas illam Dei Eccleſiā exiſtimēt, quæ à Prophetis, à Lege, ab Euangelio tam frequens, tam celebris, tā pulchra depingitur? Clamat ad Iudæos Auguſtinus: *Aperite oculos tandem aliquando, & videte, ab oriente Sole vſque ad occidentem, non in vno, ſicut vobis fuerat conſtitutum, ſed in omni loco offerri ſacrificium Chriſtianorum, non cuilibet Deo, ſed ei, qui iſta prædixit, Deo Iſrael. Vnde & alibi dicit Eccleſiæ ſuæ: Et qui eruerit te, ipſe Deus Iſrael vniuerſæ terræ vocabitur.* Ad vos autem, ô Lutherani, clamare iſti Iudæi poſſunt: Aperite oculos tandem aliquando, & videte, nobis plures fuiſſe ab oriente Sole vſque ad occidentem Synagogas, quàm vobis Eccleſias (re vera ſemper, ex veſtra aūt cōfeſsione) per annos iam ferè mille. Conuertimini ergo ad domum Iacob, & circūcidite carnē veſtram, quia multò verius Eccleſia Dei nos ſumus, quàm vos. Nam vnde potius factum putamus, vt in Lituania circumciderent ſe nuper aliquot Chriſtiani, quàm quòd cùm nullo modo vellent in Romana Eccleſia perſeuerare, Pſeudoeuangelicorum verò Eccleſiam non antiquam, ſed nuper exortā clarè cernerent; Iudæorū aūt perpetuam ſucceſsionē ab initio vſq; ad hæc tempora viderent; non poſſent autem ſine aliqua Eccleſia ſalutem ſperare: in Iudæorum Congregatione potiſsimùm ſibi acquieſcendum eſſe iudicabant, & propterea Circumciſionis ſignum acceperunt? Huc, huc, ô Proteſtantes, tendit Euangelium veſtrum. Non enim ignoratis, opinor, Iudæos expectare Meſsiam ſuum, videlicet Antichriſtum. Illius autē vias oportet per Eliam aliquem, qui Præcurſoris loco ſit, honorificè præparari. Vnde & Lutherus veſter nō ſine magno myſterio, *Tertius Elias* à vobis eſt dictus. Nam vt primus fuit Ioānes Baptiſta, qui vias Chriſti in primo eius aduentu præparauit, ſecundus autem ipſe Elias erit, qui ſecundum Chriſti aduentum præcedet: ſic tertius Elias Lutherus eſt, qui in aduentum Antichriſti præcurrens populum ei tenebrarum præparauit. Non quòd putem, ipſum Lutherum hoc ſciuiſſe (neque verò ſolet diabolus quibuſlibet enuntiare ſecreta conſiliorū ſuorum) res tamen ipſa hoc loquitur, quod nunc aperiam. Lutherus à Sathana edoctus eſt, vt omnes Chriſtianorū Eccleſias per vniuerſum orbem Apoſtaſiæ accuſaret, ac præcipuè *Romanam, quæ omnium & antiquiſsima eſt, & maxima*. Ac ne ſi ſubitò ad Iudæos à Chriſtianis tranſiretur, minus multos falleret: in noua Lutheri Eccleſia perſiſtendum ad aliquod tempus, Satanas iudicauit, donec ea manifeſtiſsimè deprehenderetur, ſucceſsionem ab Apoſtolis non habere, & ideo Eccleſia Chriſti non eſſe. Nam tunc pertinaces illi hæretici,

Apud Auguſt. Tom 7 In præfat. breuiculi collationū.

Athanaſ. in Apologia.

Oratione aduerſus Iudæos cap. 9.

Malach. 1.

Eſai 54.

Ioann 5.

2. Theſſal. 2.

Lucæ 9.

Malach. 4.

Item lib 3. c. 4

qui &

qui & nouam iſtam congregationem clarè perſpicient Eccleſiam Chriſti eſſe non poſſe,&
tamen ad Romanam Eccleſiam reuerti nolunt,vt ne fruſtra illam odiſſe aliquando videan-
tur; nihil putabunt conſultius,quàm vt vniuerſam Chriſti Eccleſiam,Chriſtumq́; ipſum ab-
negent,ac nondum veniſſe verum Meſsiam aſſerant, expectandum verò adhuc eſſe;donec
2. Theſſal. 2. tandem vnà cum Iudæis Antichriſtum ipſum pro Chriſto ſuſcipiant. Ac nimirum *ſi reuela-
bitur ſuo ſempore homo ille peccati, filius perditionis, qui aduerſatur Chriſto, & extollitur ſuper
omne quod dicitur Deus, ita vt in Templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. ſi aduentus
eius erit ſecundùm operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in
omni ſeductione iniquitatis, iis qui pereunt, eò quòd charitatem veritatis non receperunt vt ſalui
fierent:* nõ poſsit autem recipi Antichriſtus,quàm diu creditur ab omnibus gentibus,Chri-
Actor. 1. ſtum iam veniſſe in mundum,eiuſq́; rei Eccleſiam ſuam per omnes gentes diffuſam locu-
pletiſsimum teſtimonium eſſe: profectò qui rectè velit præparare viam Antichriſto, ante
omnia oportet,vt hanc vniuerſalem,quæ vbique diffuſa eſt,Eccleſiam ex animis hominum
tollat,vt Chriſtus ſine teſtimonio ſuo primùm in terris relinquatur,ac deinde locus vacuus
2. Theſſal. 2. Antichriſto in cordibus hominum præparetur,in quo ſedeat *velut in Templo Dei*.Nam hoc
Satanas per Paganos,hoc per Iudæos,hoc per omnes Hæreticos,hoc per Mahumetanos,po-
tiſsimùm aũt nũc per Lutheranos & Caluiniſtas agit: vt antiquã Eccleſiæ Chriſti memoriã,
ſucceſsioniſq́; claritatẽ,quod in ſe eſt,auferat;quò plurimis iã de ſingulis propè articulis fi-
dei,ac præcipuè de vera Eccleſia dubitantibus,ille per falſa miracula ſua fidẽ apud incredu-
los inueniat, & ita velut in vacuã poſſeſsionẽ intrans, leui opera Chriſtũ ex animis hominũ
euellat,ſeq́; *extollat ſupra omne quod dicitur Deus aut quod colitur*.Nec enim aliorſum ſpectauit
Dauidis Georgij ratiocinatio illa,qua ſe verũ eſſe à Prophetis promiſſũ Meſsiã, Chriſtũ aũt
Impoſtorem,hoc modo probare nititur.Sic eñ colligit.Si Chriſtus ille verus fuit Meſsias,
oportebat vt contra Eccleſiam ab illo fundatam portæ inferi non præualerẽt:ſic enim pro-
miſerat. Iam autem præualuerunt,ſicuti in Papatu manifeſtum cernimus.Non erat ergo ille
1. Iohan. 3. verus Meſsias.Hæc ille nebulo.Sed *in hoc apparuit Filius Dei,vt diſſoluat opera diaboli*. Huic
igitur malo occurrens,cùm ipſe per naturam firmiſsima Petra eſſet,promiſit *ſe ædificaturum
Iohan. 1. Eccleſiam ſuam ſuper Petram* illam,cui ob eam cauſam dixerat: *Tu vocaberis Cephas*. Et iterũ:
Matth. 16. *Tu es Petrus*.& demum: *Amas me plus his? Paſce oues meas: ſuper hanc* (inquit) *Petram ædifi-
Iohan. 21. cabo Eccleſiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.*
Matth. 16.

Certò igitur ſciamus, neminem omnino ſaluari poſſe, qui Petrum à Chriſto Paſtorem
totius gregis conſtitutũ,contemnat,aliumq́; Paſtorem extra vnitatem Cathedræ Petri quæ-
rendum ſibi ſtatuat.Fremant Lutherani quantum volent:vt olim *ex Iudæis*,ita nunc ex Ec-
Iohan. 4. cleſia Romana *ſalus eſt*.Nam vt omniũ Iudæorũ primus Pontifex in Templo Hieroſolymi-
Deuter. 17. tano ſedebat,cuius imperio neceſſe erat omnes obedire: ſic omniũ Chriſtianorum primus
In Chron. Pontifex(quem Petrũ fuiſſe Euſebius refert)hodie in Eccleſia Romana ſedet.Quid multis?
Hieronymus aduerſus Luciferianos. Hanc totam diſputationem verbis Hieronymi concludam. *Abſit vt fruſtra Deus mortuus ſit.
Alligatus eſt fortis,& vaſa eius direpta ſunt. Allocutio Patris impleta eſt: Poſtula à me, & dabo
tibi gentes hæreditatem tuã:& poſſeſsionem tuã,terminos terræ. Apparuerunt fontes aquarum: &
reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. In Sole poſuit tabernaculum ſuum,nec eſt,qui ſe abſcõdat
à calore eius.* Deo plenus *Pſalmiſta canit: Inimici defecerunt framea in finem,& ciuitates eorũ de-
ſtruxiſti. Et vbi,quaſo,iſti ſunt nimiũ religioſi,imò profani,qui plures Synagogas aſſerunt eſſe,quàm
Eccleſias? Quomodo deſtructæ ſunt diaboli ciuitates: & in fine,hoc eſt,in ſæculorum cõſummatione
Idola corruerunt? Si Eccleſiã non habet Chriſtus,aut ſi in Sardinia tantùm habet: nimium pauper
factus eſt. En, ſi Britannias,Gallias,Orientem,Iudæorũ populos,Barbaras nationes,& totum ſemel
mundũ poſſidet Satanas: quomodo ad angulũ vniuerſæ terræ Crucis trophæa collata ſunt?* Ex quibus
Hieronymi verbis facilè addiſcimus,nihil abſurdius eſſe,quàm vt plures Iudæorũ Synagogæ,
quàm Chriſtianorum Eccleſiæ dicantur in mundo vnquã poſt Chriſtũ extitiſſe. Et tamen
tã Lutherani,quàm Caluiniſtæ neceſſe habẽt cõfiteri,plures Iudæorũ Synagogas,quã ſuorũ
Eccleſias per valde multa ſecula extitiſſe.Quid ergo ſupereſt,niſi vt certiſsimò credamus,
Lutheranos,& Caluiniſtas nõ Chriſti Eccleſiã,ſed Antichriſti præcurſores exiſtere: qui dũ
Catholicã Chriſti Eccleſiam oppugnant,& Chriſtũ interim ſine teſtimonio in terris relin-
quere conantur,viam expeditiſsimam Antichriſto præparant. Ac de Antichriſto & eius
membris hactenus dictum ſit; ad honorem Chriſti,& Sanctæ Catho-
licæ atq; Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ.

FINIS.

INDEX
PERSONARVM ET RERVM, DE
quibus in his Octo Libris potiſsimùm agitur.

A.

AAronis & poſterorum eius Primatus, pagina 228
Abd-Iſu patriarcha Aßyriorum Orientalium primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pagina, 666. numero 1555. & 1556.
Abel tam faciendo ſacrum de agnis ſuis, quàm patiendo mortem in carne ſua tùm cœnæ, tùm crucis Domini Sacrificium figurauit, pagina, 17.
Abeliani, hæretici, pag. 347.
Abominatio deſolationis eſt ipſe Antichriſtus, pa. 786.
Abraham erat minor Melchiſedecho, pa. 132. & 224.
Abſolutio Sacerdotalis tã olim à Nouatianis, quàm nũc à Proteſtantibus oppugnatur, p. 289. & 251.
Abſtinẽtia à certis cibis laudabilis eſt, p. 341. c. p. 379. b.
Acatius Conſtantinop. Epiſcopus, primatum Romanæ Eccleſiæ ante ſchiſma aſſeruit, pag. 384. n. 366.
Acatius, hæret. vnde Acatiani, pag. 315. c.
Accurſius primatum R. Ec. aſſerit, pag. 580. num. 951.
Acephali, hæret. pag. 401.
Aceſius Nouatianus, pag. 311.
Adamus Delphinus prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pa. 640. num. 1478. & ſequen.
Adamantius Orator vij. Cantonum Heluetiorum, Rom. primatum aſſerit, p. 656. num. 1536. vſque 1538.
Adam ſaluatus fuit, pag. 367. e.
Adamum præfuiſſe ſolum toto humano generi, præſertim ei quod in fide vero permanſit, pa. 119. 130. & 222.
Adamus niſi peccaſſet, mortem non ſubiſſet, pag. 383. d.
Adamiani, hæret. pag 269.
Adalbertus Pragenſis Ep. prim. Ro. Ecc. aſſerit, p. 450. n. 695.
Adelmannus, pa. 469. littera. m.
Adiaphoriſtæ, hæret. p. 713.
Adeodatus, pa. 425.
Ado primatum Romanæ Eccleſ. aſſerit, p. 442. n. 668.
Adoratio quædam ſoli Deo, alia creaturis impenditur, pag. 437. e.
Adrianus iij. primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 442. num 671.
Adrianus i. pag. 433.
Adrianus ij. pag. 441.
Adrianus iij. pag. 443.
Adrianus iiij. pag. 483.
Adrianus v. pag. 513.
Adrianus vi. p. 587.
Ægidius Viterbienſis, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 568. num. 1213.
Æneas Syluius, primatum Romanæ Eccleſ. aſſerit, pa. 552. n. 1104. vſque 1111. & p. 558. n. 1134. & ſequ.
Aerius, hæret. negauit oblationem pro defunctis, ieiunia indicta, & Epiſcopalem prærogatiuam, p. 325. a. b. c.
Africa ſumpſit Sacerdotalis ordinationis exordium à Sede Apoſtolica Romana, pag. 406. nu. 478.
Agapetus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pa. 393. num. 413. & ſequentibus.
Agapetus i. Papa, pag. 393.
Agapetus ij. papa, pag. 449.
Agapetæ, hær. 331. d.
Agatho, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p. 424. num. 581. & ſeq.
Agatho, papa, pag. 425.
Agnoitæ, hæret. pag. 401.
Agnoitæ, hæret. pag. 401.
Agonychitæ, hæret. pag. 429.
Aimoinus primatum Rom Eccl aſſerit, p. 468. n. 167.
Alanus Copus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pa. 724. num 2016. & ſeq.
Albertus Pius Carporum princeps, primatum Romanæ Eccleſ. aſſerit, pag. 582. num 1287. vſq 1290.
Albertus Pighius prim. Rom. Ecc. aſſerit. p. 628. n. 1445. vſque 1448. & p. 630. nu. 1449. vſq 1451
Albertus Magnus, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 510. num. 960 & ſeq.
Albinus (ſeu Alcuinus) Caroli Magni præceptor, primatum Rom. Eccleſ. aſſerit, pag. 434. num 623.
Aldephonſus Rex primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 442. num. 662. & 663.
Alexander Archiepiſcopus Alexandriæ, p. 309. littera d
Alexander iij pag 505. litera l.
Alexandrina Eccleſia primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 312. num 96. & pa. 334. n. 137.
Alexander de Ales prim. R. E. aſſerit, pag. 508. n. 957.
Alexius Epiſcopus Melfitanus, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 586. n. 1222. & 1223.
Alexandria Marcũ Petri Diſcipulũ ſediſſe, & eam Eccleſiam reddidiſſe ſecundam Sedem, p. 252. & 254.
Alexander i. Papa, p. 261.
Alexander ij. p. 457.
Alexander iij. p. 487
Alexander iiij. p. 511.
Alexander v. p. 535.
Alexander vi. p. 565.
Alfonſus de Caſtro Primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit pag. 596. n. 1357. & 1358.
Almaricus, hæreticus, pag. 509.
Alogi, hæretici, p. 269.
Altaria in nouo Teſtamento, p. 351. c. & 649. f.
Aluarus Pelagius primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 524. n. 1014. vſque 1020.
Aluarus Pelagius hæreſes Begardorum oppugnat, pag. 515. & 517.
Amator, Epiſcopus prim. R. Ec. aſſerit, p. 394. n. 423.
Ambroſius primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p. 340. n. 162. & p. 342. n. 166. & 167. & p. 344. n. 184.
Ambroſius, p. 323. lit. b & p 325. lit. b. & e.
Ambroſius Ansbertus prim. Rom. aſſerit, p. 430. n. 610.
Ambroſius Catharinus prim. Rom. aſſerit, p. 613. n. 1416.
Amedeus antipapa prim. Rom. E. aſſerit, p. 558. n. 1129.
Amſdorfius, hæreticus, p. 601.
Anaſtaſius Patriarcha Antiochiæ contra Aphthardocitas veritatem mortis Chriſti defendit, pag. 403. a.
Anacletus primatum Eccleſiæ Rom. aſſerit, p. 260. n. 6.
Anaſtaſius PP. non decreuit aliquid contra fidem, pag. 38 c. 4 Quidam.
Anaſtaſius ij. prim. aſſerit, p. 428. n. 599. et 344. n. 180.
Anabaptiſtæ, hær. p. 623.
Anabaptiſtarũ ſectæ. p. 625.
Anabaptiſtæ plurimos vtriuſque Teſtamenti libros reijciunt, pag. 615. e.
Anacletus papa, pag. 261.
Anatolius Patriarcha Conſtantinop. Romanum primatum agnoſcit, pag. 374. n. 321.

Anaſtaſius i. Papa, pag. 343.
Anaſtaſius ij. pag. 387.
Anaſtaſius iij. pag 445.
Anaſtaſius iiij. pag. 483.
Andreas Barbatius Siculus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 556. n. 1129.
Andreas Muſculus hæreticus. pag. 601.
Andeani hæretici, pag. 311.
Angelus primus in Sathanam mutatus, p. 125. & ſequent.
Angelos habuiſſe vnum principem, pag. 123. vſque 127.
Angelos non colendos inſtar Dei, pa. 277. 257.
Angelici, hæretici, pa. 277.
Angelus de Caluario primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 558. num. 1142.
Angelus Politianus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 566. num. 1195. & ſeq.
Angli Martyres primatum Romanæ Eccleſiæ confitentur, pag. 592. num. 1341. & ſeq. & pag. 686. vſque pag. 712. Item pag. 732. n. 2038. p. 734. pag. 736.
Anicetus papa. pag. 267.
Anterus papa. 281.
Anicetus primatum Rom. Eccleſ. aſſerit, pag. 266. n. 13.
Anima eſt creata, p. 261. e. non corporea, pa. 279. g. nec in dæmonem vertitur, pa. 281. b. nec tranſmigrat in diuerſa corpora, p. 501. g.
Anima Chriſti deſcendit ad inferos. pa. 713. e.
Anſelmus Cantuarienſis Epiſ. Ro. Eccleſ. aſſerit. 460. n. 738. 739 740. 741. 742. & p. 468. n. 775. 779.
Antiochena Eccleſia prim. Rom. Eccleſ. aſſerit. p. 334. num. 137. & pag 352. n. 227.
Antheri papæ epiſtolā Nicephorus agnouit, p. 280. n. 35.
Antherus primatum Romanæ Eccleſ. aſſerit, pag. 280. num. 35. & ſequen.
Antinomi, hæret. pag. 601. e.
Antipapæ cum ſunt, quid agendum, pa. 532. n. 1058. vſque 1060.
Antoninus primatum Rom. Ec. aſſerit, p. 516. n. 1001. & pa. 550. num. 1097. vſque 1099.
Antonius de Roſellis prim. Rom. eccleſ. aſſerit. p. 548. n. 1081. 1082. 1083. &. p. 550. n. 1084. vſq. 1087.
Antonius Bonfinius prim. Rom. eccleſ. aſſerit. p. 562. n. 1159. & 1172.
Antonius Puccius primat. R. eccl. aſſerit. p. 572. n. 1243.
Antichriſti nomen, pag 789. 790.
Antichriſtus vnus homo. pag. 740. non eſt Pontifex R. 756. vſq. 723. quo in templo Dei ſedebit. 774. 775.
Antichriſti exercitus, pag. 781.
Antiochiæ Petrum ſediſſe, eamq; eccleſ. Orientis Metropolim reddidiſſe. p. 242. & 244.
Anyſius Theſſalonicenſis Epiſcopus prim. Rom. eccleſiæ aſſerit p. 351. n. 226.
Apelles, hæreticus. pag. 269.
Aphthartodocitæ, hær. pag. 403.
Apiarij cauſa examinata, pa. 356. 358. 360.
Apoſtoli dicuntur eſſe cū Petro tanquā cū Duce ſuo. 178.
Apoſtolis vnum præfuiſſe, pa. 166. vſque 170.
Apoſtolici, hæretici, pag. 377.
Appellabant Epiſcopi ad Rom. pon. p. 322. n. 113. & ſeq.
Aqua vino miſcenda in myſterijs. pa. 269. g. pa. 649. e.
Arabici, hæretici, pa. 273.
Arator prim. Roman. Eccl. aſſerit. p. 396. n. 451.
Arbitrium liberum, p. 251. p. & pa. 365. b. & p. 607 g.
Aribertus Rex Longobardorum primatum Rom. Ecc. aſſerit, p. 428. n. 596. & ſequen.
Arnulphus Imperat. prim R. E. aſſerit, p. 442. n. 675.
Arimineſe Concilium cur œcumenicum nō ſit, pa. 339.
Arius & Ariani, hær. 309. Archontici, hær. p. 265.
Armenij, hæret. pa. 411.
Arnoldus Brixienſis, hæret pa. 487.
Articuli Græci vii, p. 742. & ſeq.
Artotiritæ, hær. pag. 273. x.
Aſclepas Epiſc. primatum Ro. Ec. aſſerit. p. 320. n. 108.
Aſcodrogitæ, hær. 269. Aſterius Arianus hær. p. 313.
Aſiæ Epiſcopi Romam acceſſerunt ab initio, pag. 264.
Athenagoras pro reſurrectione mortuorū ſcripſit. 279. e
Athanaſius Rom. pontificem appellauit, pa. 320. n. 104.
Athanaſius primatum Rom. Eccl. aſſerit. p. 314. n. 100.
Auguſtinus credidit, non repugnare fidei, vt ſupra Petrū ædificaretur Eccleſia, pag. 172.
Auguſtinus Romanum primatum aſſerit, p. 306. n. 88. pag. 342. n. 168. & 173, p. 348. n. 207. & ſeq. p. 354. n. 233. vſque n. 238. pa. 337. lit. c p. 339. lit. e. g. & p. 365. lit. a. b. c.
Auguſtinus ſcripſit contra hæreſim Donatiſtarum, pa. 349. a. pa. 351. d. e. Manichæorum, p. 365. vſque 381. Pelagianorum, p. 381. vſque p. 385. Neſtorianorum, pag. 391. b & c.
Auguſtinus Anconitanus oppugnauit Ioannem de Poliaco, pag. 525. a.
Auguſtinus de Ancona primatum Rom. Eccle. aſſerit, p. 524. n. 1024. vſq. 1026. p. 526. n. 1027. vſq. 1029.
Aurelianus Imperator prim. Ro. Ec. aſſerit, p. 509. n. 82.
Auctoritas Papæ mox ab initio Eccleſiæ, p. 271. & ſeq.
Aurelianenſe Concil. agnoſcit Rom. prim. 398. n. 437.

B.

BAbilas Epiſcopus nouæ Theodoſiopolis Romanū primatum aſſerit, p. 568. num. 278. & ſequent.
Babylon in nouo teſtamento Romam ſignificat. pa. 252.
Baptiſmus niſi paruulis conferatur, non ſaluantur, pag. 381. & p. 635. e.
Baptiſmus gratiam confert, p. 11. & p. 337. a. e.
Baptizari ſecundò non licet, p. 283. hær. 48. & 285. & p. 331. c. p. 293. & 309. c. p. 349. b.
Barbariſmus. p. 223. Bardeſanes, hær. p. 267.
Baſilides, hæret. pag. 261.
Baptiſta Mant. prim. Rom. Ec. aſſerit, pag. 568. n. 1210.
Baldus Romanum primatum aſſerit, pag. 530. n. 1047.
Balthazar del Rio primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 572. num. 1236.
Baptiſta Egnatius Rom. prim. aſſerit, pa. 566. n. 1197.
Bartolus Romanum primatum aſſerit, pa. 528. n. 140.
Baſilius Magnus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p. 334. num. 135. & 140. p. 336. num. 141.
Baſilius oppugnauit Eunomium, pa. 319. c. d. et e.
Baſilius Imperator primatum Rom. Eccleſ. aſſerit, pag. 442. num. 664. vſque 666.
Beatorum animæ diuinam eſſentiam vident ante corporum ſuorum reſumptionem, pa. 520. n. 1010. et p. 522.
Beda Anglofaxo dicit, totius Eccleſiæ Caput eximium Romæ eminere, p. 428. num. 594.
Bellum gerere Pontifici licet, quanquam ipſe vti gladio non debeat, p. 377. d.
Benedictus i papa. p. 399.
Benedictus iij. p. 439.
Benedictus v. p. 449.
Benedictus vij. p. ibidem.
Benedictus ij. pag. 427.
Benedictus iiij. pa. 445.
Benedictus vi. pag 451.
Benedictus viij. pa. 453.

Ec-

Benedictus ix. p. 515. Benedictus x. p. 529.
Benedictus Abbas Angloſaxo Rom. Primatũ agnouit. p. 428. n. 595.
Benignus Epiſc. prim. Rom. Eccleſ. aſſerit. p. 304. n. 83.
Bernardinus prim. R. E. aſſerit p. 543. n. 1079. & 1080.
Bernardus prim. aſſerit. p. 476. n. 813. 814. 815. 816. p. 478. vſque. 480.
Bernardus Lutzenburgus, primat. Rom. Eccleſ. aſſerit. pag. 584. n. 1032.
Bernardus Iuſtinianus, prim. Rom. E. aſſerit, pag. 568. n. 1177. & 1178. & ibid. n. 1181.
Bernardus Zane Patritius Venetus R. Eccleſiæ primatum aſſerit. pag. 568. n. 1213.
Berno Augienſis prim. Rom. E. aſſerit. p. 452. n. 706.
Berillus hær. p. 279.
Bertramus hær. pag. 435.
Berengarius hær. pag. 455.
Begardi hær. pag. 515. Beguini. hær. p. 519.
Bertolfus impetrat à Papa Honorio, vt nullus Epiſcoporum in eius cœnobio dominaretur. p. 420. n. 546.
Bertoldus, hær. pag. 531.
Bernardinus Ochinus, hær. pag. 627.
Bernardus de clara Valle aſſerit prim. Rom. Eccleſiæ, p. 478. n. 818. vſque 831. & pag. 480.
Birgittæ reuelatur veritas Romani primatus pag. 528. n. 1041. vſque 1045.
Blondus primatum R. E. aſſerit. p. 434. n. 628. & p. 452. n. 697. & pag. 496. n. 907. & pag. 510. n. 964. 965 & 971.
Blaſtus hær. pag. 275.
Bonauentura. p. 515. lit. c. & 521. lit. a. & 913. lit. b. & c.
Bogomili hær. p. 467. Bohemorum ſectæ. p. 553.
Bonoſus hær. p. 222.
Bonauentura prim. R. E. aſſerit. p. 510. n. 969. & 970.
Bonifacius Epiſcop. & martyr à Gregorio Papa ij. in Germaniam miſſus, verbum ſalutis prædicauit. pag. 428. n. 601.
Bonifacius martyr primat. Ro. Ec. aſſerit. 428. n. 606.
Bonifacius i. papa. pag. 363.
Bonifacius ij pag. 391.
Bonifacius iij. pag. 417.
Bonifacius iiij. pag. 419.
Bonifacius v. ibidem.
Bonifacius vi. pa. 445.
Bonifacius vij. pag. 451.
Bonifacius viij. pag. 515.
Bonifacius viij. primatum aſſerit, 514. n. 984. Fraticellos perſequitur pag. 515. b.
Bonifacius ix. pag. 535.
Borboritæ hæret. p. 261. hær. 11.
Bracarenſe Concilium iij. agnoſcit Ro. pri. p. 418. n. 544.
Brentius (ſeu Vbiquitarij hæretici.) p. 655.
Britanni per Eleutherium papam Chriſtiani. 266. 268.
Burchardus VVormatienſis Epiſcopus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit pag. 452. n. 699.
Bucerus prim. Ro. Ec. confitetur, pag. 588. n. 1323.

C

CÆcilianus Carthaginis Epiſ. videns ſe Rom. Eccleſiæ communium, non curauit multitudinem inimicorum, pa. 305. n. 88.
Cæſarea Cappadociæ legationem ex vrbe Roma admiſit, quæ ſeditionem in ea Eccleſia exortam ſedaret, pag. 334. n. 138.
Caietanus Romanum primatum aſſerit, pa. 586. n. 1306. vſq. 1314.
Cain primus Apoſtata & ſchiſmaticus. pag. 223.
Caluiniſtæ hæretici, pag. 635.
Caluinus Romanæ Eccleſiæ primatum confitetur, pag. 622. n. 1434. vſque 1438.
Caluinus ſeu Energici hæret. pag. 673.
Carolſtadius hæreticus, pa. 657.
Campegius Romanæ Eccleſiæ Primatum aſſerit, pag. 594. n. 1344.
Cantica Canticorum ſacra ſunt, pag. 615. d.
Canon Miſſæ venerandus, pag. 647. d.
Canutus Angliæ Rex voti cauſa, Romam petiuit. pag. 452. n. 704.
Caſtaleo hæreticus, pag. 615.
Carolus Gallorum Rex Romanæ Eccleſiæ primatum aſſerit p. 654. n. 1530.
Caſsiodorus Eutychianos oppugnauit, pag. 403. b. primatum Romanum agnouit, pag. 396. n. 430.
Catechiſmus Tridentinus Romanæ Eccleſiæ primatum aſſerit, pag. 722. n. 1014.
Calixtus papa i. Romanam Eccleſiam vocat Caput Eccleſiæ, p. 278. n. 34.
Caliſtus ij. pa. 475.
Caliſtus iij. pa. 559.
Cataldinus Romanum primatum aſſerit, p. 550. n. 1088.
Cathedra vna & illa Petri, pag. 282. n. 41.
Catholica Eccleſia quot ob cauſas dicatur, pag. 23.
Cathari hæretici, pag. 421.
Cedoaldus Rex Britonum, Romam ſe contulit, pag. 426. num. 592.
Celeſtinus papa i. transfert Epiſcopatus in Græcia, pag. 364. num. 758. & 759. Cyrillum conſtituit vicarium ſuum, pag. 364. n. 261. & 264.
Celeſtinus ij. p. 479.
Celeſtinus iij p. 493.
Celeſtinus iiij p. 507.
Celeſtinus. v. pag. 513.
Celerius in Epiſtola ad papam Leonem, ſedis Apoſtolicæ principatum confitetur. pag. 380. n. 359.
Cælibatus Sacerdotum, p. 313. d. pag. 352. c. pag. 607. & pag. 609.
Cerdon hæreticus, pag. 265.
Claues regni, pag. 171.
Claudianus Mamertus pag. 405. l. a. & pag. 421. lit. b.
Clerus Romanus, vacante Sede, regebat, pa. 286. n. 50. & ſeq. & pag. 288.
Chalcedonenſem Synodum Apoſtolicæ ſedis firmauit authoritas, pag. 378. num. 342.
Chazinzary hæretici. 417.
Charitatis neceſsitas in iuſtificatione, pag. 7. & ſeque pag. 591. a.
Character Antichriſti p. 791. quæ falsò inſcribitur. 786.
Cherinthus hæreticus, pag. 257.
Chiliaſtæ hæret. ibidem.
Chorepiſcopi non erigunt Altaris, nec Baſilicas conſecrant, pag. 350. num. 351.
Chriſtus Deus, pag. 259. pag. 309. d. ex virgine natus, pag. 257. b. pag. 261. a. pa. 265. b. verè paſſus, pag. 305. b. non adoptiuus filius, p. 333. c. pag. 433. c. animam vnà cum carne accepit. pa. 335. a. in carne ad dexteram Dei ſedet. ibidem. c. non eſt paſſus inferni cruciatus, pag. 713. f.

Claudianum Mamerci pag. 421.

Chriſma contemptum à Nouatianis. pag. 287. Item à Donatiſtis, p. 351. b. Item ab Henricianis. p. 481. m.
Chriſolytæ hæret. pag. 401.
Chryſoſtomus ad Romanæ Sedis authoritatem confugit. pag. 348. n. 211. & p. 350. n. 219.
Chriſtophorus Marcellus primatum Romanum aſſerit. pag. 570. n. 1226.
Ciuitatis deſcriptio. p. 6. 7.
Clancularij hæret. p. 473.
Claudius Taurinenſis hæret. 435.
Clemens ordinatus Epiſcopus Romanus à Petro. p. 254. & 256.
Clemens Papa ex perſona Romanæ Eccleſiæ ſcripſit ad Corinthios. p. 258. n. 4.
Clemens. ij. p. 453.
Clemens. iij. p. 493.
Clemens. iiij. pa. 511.
Clemens. v. p. 515.
Clemens. vi. p. 529.
Clemens. vij. p. 589.
Clemens Monilianus. p. 610. n. 1406. vſque 1408.
Colluthiani hæret. p. 355.
Communia habentes hæret. p. 625.
Communio ſub altera ſpecie ſufficit. p. 625. f. p. 697. vſque 701.
Concilium œcumenicum nec ſine papa vllum eſt, nec ſupra manifeſtum papam eſſe poteſt. 540. vſque 548.
Concilium generale à papa Epiſcopis indictū. p. 380. n. 357.
Condormientes hæret. pag. 625.
Confeſſio ſacerdoti facienda, qui abſoluat nos à criminibus in perſona Chriſti. p. 251. 293. 381. 523. b. p. 413. f. pag. 497. p. 505. f. 527. g. pag. 603. b.
Confirmationis Sacramentum. pag. 287. & pag. 527. e.
Conon papa. pag. 427.
Conradus Brunus Ro. primatū aſſerit. p. 638. n. 1475.
Conſociatio Eccleſiarum ſine vno certo ſummo capite nihil prodeſt. p. 99. & 100.
Conſociationis Eccleſiarum caput Ro. pontifex ſemper fuit. pag. 282. & pag. 366. n. 267.
Conſtantinus Magnus primatum Ro. Eccleſiæ confeſſus eſt. pag. 308. n. 89. Idem Donatiſtarum furorem deteſtatus eſt. pag. 307.
Conſtantinus papa. pag. 422.
Conſtantienſe Concil. aſſerit Rom. primatum. pag. 536. & quomodo œcumenicum ſit, vel non ſit. ibidem.
Conſtantius hæret. pag. 417.
Contarenus Ro. primatū aſſerit. pag. 602. n. 1380.
Corpora ſaluantur & reſurgunt. 267. l.
Correrij hæret. 493.
Coterelli hæret. Ibidem.
Cornelius papa. pag. 289. decreuit, lapſos ad pœnitentiam admitti, non ad cleri honorem. p. 288. n. 60. factus eſt Epiſcopus à 16. Epiſcopis, cum locus Petri vacaret. pag. 290. n. 61.
Crotoaldus hæret. pag. 669.
Crucis ſigni virtus. p. 333. b. p. 415. b. p. 433. b. p. 475. c.
Cunerus Petri Epiſc. Leouardienſis primatum Ro. Eccleſiæ aſſerit. pag. 716. n. 1986. vſque. 1996.
Cypriani fides de Romanæ Eccleſiæ primatu. à p. 282. n. 41. vſque 300.
Cyprian. oppugnat hæreſim Nouatianorū. p. 291. et 292.
Cyrillus primatum Ro. Eccleſiæ agnoſcit. pag. 364. n. 260. & pag. 366. n. 267. vſque 270.
Cyrillus Morauorum Apoſtolus Rom. primatum agnouit pag. 446. n. 680.

D.

DAmaſus Papa 1. pag. 337.
Damaſus Rector Domus Dei ſecundum Ambroſium p. 340. n. 162.
Damaſus primatū R. Eccleſiæ aſſer. p. 338. n. 148. et 156.
Damaſus ſecundùm Hieronymum Orientis & Occidentis Synodicis conſultationibus reſpondet. p. 340. n. 163
Damaſus Apollinarē hær. iudicio Sedis Apoſt. abdicauit. (p. 335. a
Damaſus. 2. pag. 455.
Damianus à Goes Rom. Eccleſiæ primatum aſſerit. pag. 608. n. 1398. & 1399.
Dauid Dinantus hær. pag. 509.
Dæmoniaci hær. pag. 625.
Dæmones parère vni Principi. pag. 156.
Demetrius Galatiæ 2. Epiſc. agnoſcit Primatum Rom. Eccleſiæ. pag. 350. n. 218.
Deus vnus. pag. 261. f. pag. 303. e.
Deus non operatur peccata. pag. 605. f. & pag. 335. d.
Deus poteſt facere, vt corpus Chriſti ſimul ſit in multis locis. pag. 685. a. p. 687. & 689.
Deus idem veteris ac noui Teſtamenti. pag. 301. c. & d.
Deuſdedit Papa. pag. 419.
Diaconi non habent ius offerendi in Eccleſia. pag. 21.
Didacus à Mendocia Rom. Eccleſiæ Primatum aſſerit. pag. 652. n. 1524.
Dionyſius Areopagita auctor operum, quæ ſub nomine eius extant. pag. 260. n. 6.
Idem miniſtrorum ordines varios ponit. pag. 262.
Dionyſius Areopagita Elimam Magum oppugnat. pag. 255. b. & Chiliaſtas. pag. 257. m.
Idem in Gallias à Clemente Papa mittitur. pag. 258.
Dionyſius Papa pag. 301.
Dionyſius Romanus Primatum Rom. Eccleſiæ aſſerit. pag. 302. n. 81.
Dionyſius Corinthiorum beneficentiam Rom. Eccleſiæ laudat pag. 266. n. 15. Epiſtolarum etiam Romanorum Pontificum meminit. ibidem num. 14.
Dionyſius Alexandrinus conſulit Papam, eiuſq; ſententiā exquirit, veritus ne per errorem labatur. p. 302. n. 75.
Idem Sabellium & Chiliaſtas oppugnauit. pag. 295.
Dionyſius Alexandr. apud Papā accuſatur. p. 302. n. 80.
Dionyſius Carthuſianus Rom. Eccleſiæ Primatum aſſerit. pag. 560. n. 1155.
Dioſcorus hær. pat. Alexandrinus per ſententiam Papæ Leonis in Synodo Chalcedonēſi depoſitus. p. 372. n. 315
Dioſcorus reprehenditur, quòd contra Leonem Papam, cui vineæ cuſtodia à Saluatore commiſſa erat, extendit inſaniam. pag. 374. n. 326.
Diotrephes hær. pag. 247.
Dittas ep. 2. Mœſiæ agnoſcit Synodum Chalcedonēſem conuocatam iuſſu Leonis Papæ. pag. 372. n. 311.
Dominari non eſt idem quod præeſſe. pag. 4.
Dominium liberum & dominatum Ethnicum in Eccleſia non eſſe. pag. 3.
Dominicus confirmationē ſui ordinis à Papa nō ſine diuinæ reuelationis miraculo impetrauit. p. 504. n. 534.
Dominicus à Soto Roman. Eccleſiæ Primatum aſſerit. pag. 590. n. 1359. & 1360.
Domnus Papa. 1. pag. 425.
Domnus Papa. 2. pag. 451.
Donatus Salmicenſis ex Nouatiano Catholicus permittitur præſidere, modò libellum ſuæ fidei ad Pp. Leonem dirigat. pag. 378. n. 349.

Dona-

Donatus hæreticus. pa.307.
Donatiſtæ hæret. pag. 349.
Donatiſtæ noui hæretici. pag. 407.
Dulcaniſtæ, hæretici. pag. 515.

E

E bion, hær. p.259.a.
Eccleſiæ vocem Apoſtoli à Septuaginta Interpretibus acceperunt. p.49.
Eccleſia cur ita nominetur. p.50.
Eccleſiam non audire, quid ſit. p.52. & 542. & 544.
Eccleſia ab vno in æternum gubernata. p.24. & ſequen.
Eccleſia militans ſimilis triumphanti. p.127. & 128.
Eccleſiæ veræ ſignũ certũ, vt omnibus appareat. p.369.n
Eccleſiæ Chriſti ſex prærogatiuæ. p.793.
Eccleſia Romana nullis tentationibus vinci vnquam potuit. pag.444. & 446.
Eccleſia Proteſtantium miſerabilior & minus glorioſa nõ modo quam olim Synagoga Iudæorũ fuit p.827.c. & ſeq. *ad pa.*841. *verũ etiã quàm ipſa Iudæorũ diſperſio ſit poſt templum euerſum.* p. 841 *vſque* 844.
Eccleſias quaſdam particulares ab initio gubernari cæpiſſe communi plurium presbyterorum concilio. vide p.154. & 155
Eckius pro Eccle. Rom. primatu ſcripſit. p.580.n.1277.
Eduardus Angliæ Sanctus Rex Rom. primatum agnouit p.454.n.714.
Eiulantes hær. pag.625.
Eleutherus papa. p.269.
Eleutherus accepit epiſtolam à Lucio Rege Britannorum, vt Chriſtianus fieret. p. 266.n.19.
Elias quo ſenſu dixit, ſe ſolum relictum. p.231. et p.830. 831. 832.
Emanuel Rex Portugalliæ Rom. primatum aſſerit p. 572.n.1240.
Encratitæ hær. quoſdam cibos reſpuebant. p. 267.d.e.
Enchiridiũ colon. Rom. primatũ aſſerit. p. 594.n.1355.
Engelbertus Abbas vocat Apoſtol. Sedem Rom. caput Eccleſiæ in ſpiritualibus. p. 512.n.983.
Epiſcopatus vnus quomodo p.234.
Epiſcopos habere iuriſdictionem coercitiuam. p .729.b.
Epiſcopi quonſque ſucceſſores Petri. p. 215.
Epiſcopi Romani Sententia præ cæteris omnibus expectanda. p.538.n.157.
Epheſina Synodus agnouit Roma. primatum. pa. 366. n. 272. 273.
Epiphanium Eccleſiaſtica neceſſitas traxit Romam. p. 145.n.169. *Idem in epiſtola ad papã Syricium de fide Ruffini & Ioãnis Hieroſolymitani egit.* p.342.n.171.
Eſſe non vſurpatur ex ſe pro verbo compoſito. p. 665.p.
Ethnici teſtimonium perhibent de Romanæ Eccleſiæ primatu. pa.304.n.82. p.328. n.128. p.338. p.155. pa. 371.n.410.
Erasmi Roter. ſentẽtia de Rom. primatu. p.580.n.1280.
Eſau primogenita, id eſt, Sacerdotium vendidit. p.227.
Euariſtus papa. p.261.
Euchariſtia continet ſub ſpecie panis verum Chriſti corpus. p.665.q. et p.671. *ſic ex ore corporis ſumitur Chriſtus.* p.672.T. & 675.
Euchariſtia eſſet ſacrificium publicum(non tamen nouæ legis)etiamſi non eſſet verè corpus Domini. p.87. vſq. p.2122. *quomodo propitiatoriè offertur. ibidem. plura vide* p.641. & 643. *quomodo pro defunctis offertur* p.22. et 643.
Hæreſes circa Euchariſtiam vide à p. 641. vſq. p. 704.
Euangelium à Beza corruptum p. 677.v. *vſque* 681. *Item ab Illyrico.* p.769.
Eudo hær. pa.487.
Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus affirmat, Romanam Eccleſiam caput eſſe omniũ Eccleſiarũ. p.386.n.374.
Eugenius papa 1. p. 423.
Eugenius ij. p.437.
Eugenius iij. p.481.
Eugenius iiij. p.541.
Eugenius 4. *quot ob cauſas diſſoluerit Baſileẽſe conciliũ* p.548. & p.550.n.1097.
Eunuchi caſtrantes ſe propter regnum cælorum. pa.607. i. & 609.
Eulalius Carthaginẽſis Ep. anathematizat eos, qui cõtra S. Rom. Eccleſiam erigunt ceruices. pa.352. n. 411.
Euſebius papa p.305.
Euſebius Mediolanenſis damnat, quos papa Leo prius authoritate ſua damnauerat p.372.n.310.
Euſebius Pamphili primatũm Rom. Eccleſiæ. aſſerit p. 304.n.84.
Eutyches hær. ad Sedem Apoſtolicam, doloris ſui fallacẽ querimoniam miſit. p.370.n.295. et 297.
Eutychiani hær. pa. 393.
Eutychianus papa. p.303.
Eutycius patriarcha Conſtantinop. Rom. primatum agnouit p.394.n. 426.
Eutricius Conſtinop. Patriar. errauit circa Reſurrectionem corporum. p.405.a
Excalceati hær. p.327.
Excommunicantur à iudice ſoli pertinaces. p. 729.b.
Excommunicandi poteſtas Eccleſiæ tributa eſt. p.502.a.
Excommunicationis effectus. pa. 481.a.
Exorciſmi, &
Exufflationis in baptiſmo antiquitas. 629.i.

F.

F Abianus Papa Rom. primatum aſſerit. pag.280.n. 38. & 39.
Facere aliud eſt, & aliud agere. pag.659.d.
Fauſtus hær. pag.365.
Ferdinandus Imp. primatum agnoſcit. pag.654.n.1518.
Ferdinandus Aragonum Rex primatum agnoſcit. pag. 568. n. 1217.
Ferebatur Chriſtus in manibus ſuis per Euchariſtiam. pag. 661.
Fidei teſtimonia debent præcedere rationem. p. 357. a.
Fidei confeſſio neceſſaria. pag.279.d.
Fides & confeſſio primi Paſtoris eſt illud fundamentum ſupra quod Chriſtus promittit, ſe poſtea ædificaturum Eccleſiam. pag.174. & 175.
Fides roborata miraculis, authoritate, vetuſtate. p. 48.
Fides ſola non iuſtificat. pag.7. & p.319.e. & p.591. a.
Fides viua quæ, & quomodo per charitatẽ operetur. p.7.
Fidem hæretico ſeruandam, Cõſtantienſe concilium non negat. pag.540.
Florentinũ Concil. aſſerit Rom. primat. p.554.n. 1113.
Fœlicianus hær. pag.357.
Felicianus Ninguarda Ro. primatum aſſerit. p. 610.n. 1409.
Fœlix Papa. 1. p.303.
Fœlix Rom. Eccleſ. primatum aſſerit pag. 304. n. 83.
Fœlix ij. pag.337.
Fœlix iij. p.385.
Fœlix iiij. p.391.

Fœlix hær.p.365.
Fœminæ ſacris rebus præeſſe non poſſunt.pag.275.
Flagellantes,hær.pag.525.
Flauianus Pat.Conſtantinop.rationem reddit eorum,quæ in cauſa fidei contigerant Conſtantin.p.370.n.297.
Florentius primatum Rom.E.agnoſcentis.p.572.n.1228.
Florinus hær.p.275.
Forma regiminis,quā Chriſtus in Eccleſia ſemel exercuit neceſſariò in illa ſemper manet.li.5.p.144.vſq.149.
Forma reipub.ſemel mutata,non eſt amplius eadem reſpub.quæ prius fuit.p.24.& 25.
Forma regiminis Eccleſiæ tam ſub Chriſto regnum fuit, p.25.et p.145.quā ſemper ita manet p.150.vſq.154.
Formoſus Papa pag.443.
Formoſi ordinationes à Stephano malè oppugnatæ,à Theodoro papa rectè ſunt confirmatæ pag.444.n.678.
Franciſcus Forerius pro primatu. pag. 714.
Franciſcus Horantius de primatu.ibidem. n. 1980.
Franciſcus Rex Francorum pro prim. p. 654.n.1526.
Franciſcus Titelmannus pro primatu,pa.608.n.1400.
Franciſcus Turrianus pro prim p.650.1511.vſque 1514.
Fratricelli hæret.pag 515.
Fridericus Imp.1.Rom.prim.aſſerit. pag.434.n.867.
Fridericus Imperator exhortatur Emanuelem Græcorū Regem,vt Romano pont.obediat.p.552.n.1112.
Fridericus Staphylus pro primatu. pag. 684. n. 1595.
Funſtinus hæret. pag.787.
Fulbertus Epiſco. Carnotenſis Berengarianam hæreſim oppugnauit. pag. 455. a.
Fulgentius veram Chriſti mortem prædicat. p. 403. a.

G.

GAbriel Biel prim.R.E.aſſerit.pag.564. n. 1179.
Gaius pag. 279. lit. a.
Gallorum fides origo manauit à Sede Apoſtol. Roman. pag. 372. n. 309. & pag. 408. n. 487.
Gangrenſe Concil. anathematizauit hæreſes Euſtachij pag. 311. a. & 313.
Gaſpar Contarenus prim. Rom.Eccleſ. aſſerit. pag.62. n. 1380. vſque 1384.
Gaſpar Caſſalius prim. Rom. Eccleſ. aſſerit. pag. 640. n. 1478. & 1479.
Gaſpar à Foſſo pr.R.E.aſſerit.p.668.n.1557.et 1558.
Gaſpar Cardilius prim. R. E.aſſerit. pag.668. n. 1559.
Gaſpar Ferrantius prim.R.E.aſſerit.pag.668.n.1562.
Gentiliū imitatores p. 425. Georgiudanidius,hær.627.
Gelaſius primus Papa. p.387. Gelaſius ij.p.475.
Gelaſius primatum Rom.Eccleſiæ aſſerit.p.352.n.230.
Geatile: Epiſc. Aretin.prim. R.E.aſſerit.p.566.n.1194.
Georgius Ederus primatum R.E.aſſerit p.732.n.2015
Georgius Pogeiratius Bohemiæ Rex iuſtè à Papa excommunicatus eſt,& depoſitus, p.562.& 563.
Georgius Trapezuntius prim.R.E.aſſerit,p.558.n.1130
Gennadius in Catalogo prim. R.E.aſſerit,p.370.n.288.
Gennadius Scolarius primatum R.E.aſſerit,554.n.1120
Gentes multas ſimul fidem Chriſtianam in æternum conſuerit. pag. 549.a. & pag.795.3.
Georgius Fachynerius Primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pagina 554. n.1115.& 1116.
Gerſon primatum Roman.E.aſſerit, pag.530.n.1051.
Gerſon docet,quomodo quis ſe gerat in ſchiſmate.p.532.
Gilbertus Porretanus. pag. 485.
Gladiu portare Apoſtolis,ſuis Chriſtus iuſſit.377.d
Gloſſa Ordinaria prim.Rom.E.aſſerit,pa. 440.n.656
Gladius ad papæ nutum exerendus. pag. 480. n. 840.
Gnoſtici hær. pag. 261. Gnoſimachi hæret. pag. 419.
Gotfridus Viterbienſis docet,Eccleſiam Romanam omnibus præeſſe Principibus & Eccleſ.is. pag. 492. n. 899. & 900.
Gotfridus Clareuallenſis docet vera miracula ſuo tempore in Eccleſia Dei facta. pag. 499.l.
Græcorum fides de Romanæ Eccleſiæ primatu.pag.260. n.5.p.266.n.12.p. 272. n. 16.p.278. n.32. p.304. n. 84. pag. 318. n. 102. & 103.pag. 320. n. 104. & ſeq. 108. 110. 112. pag. 322. n. 113. & ſeq.p.330. n.131. pag. 334. n. 137. & ſeq.140.pag 336.n.146. pag.338. n.148. pag. 350. & 352.pag.366.n.272. & ſeq. pag.374. n. 325. & ſeq. pag. 392.n. 416. & ſeq.pag. 410.n.500.p. 426. n. 582. pag. 430. n. 613. pag. 440. n.657. pag. 442. n. 664. pag. 502. n. 925. pag. 554. n. 1113.
Græcorum ſchiſmatis cauſa. pag.439.441.
Græcorum errores. 449. etc.
Græci Romanæ Eccleſiæ conciliati. pag. 502.& 554.
Gratianus Decretorū Compilator aſſerit,eum in Eccleſia non eſſe,qui Rom.Cathedram deſerit. p.484.n.866.
Gratianus Imperator primatum Rom.Eccl. aſſerit. pa. 340.n.159 160.161.
Gratiæ neceſſitas.p.383.e p.387.a.b.
Gregorius Nyſſenus p.327.lit.a.
Gregorius Magnus.prim.R.E.aſſerit.p.402.vſq. 416.
Gregorius Magnus papa. pa. 403.
Gregorius ij. & Gregorius iij. papæ. pag.429.
Gregorius iiij.p.437. Gregorius v. p.451.
Gregorius vi p.413. Gregorius vij.p.459.
Gregorius viij.p.493. Gregorius. ix.p.505.
Gregorius.x peg.513. Gregorius. xi.pag.531.
Gregorius.xij.p.535. Gregorius Turonenſ. 403.c.
Gregorius Magnus. pag. 405. lit. a. b. c. d. e.
Gregorius Nazianzenus prim. Roman. Eccleſ. aſſerit. pag. 334. n. 138.
Idem Hypſiſtariorum hæreſim confutauit pag.341.k.
Gubernandi genera tria pag.1.2.
Gubernatio aliqua eſt in Eccleſia.pag.5
Gubernationem nullam à Proteſtantibus in Eccleſia vniuerſali conſtitui.pag.101.102.
Gulielmus Antiſiodorenſis prim.Roman.Eccleſiæ aſſerit, pag. 504. n. 939.
Gulielmus Durandus prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag.508.n. 955.pag 524.n.1012.& ſeq.
Gulielmus Lindanus prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit. p. 722.n.2011. & ſeq.
Gulielmus Eyſengreinius primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag 722. n. 2013.
Gulielmus Malmeſburienſis primat. Romanæ Eccleſiæ aſſerit. pag.454.n. 718.
Gulielmus Nubrigenſis prim. R.E.aſſerit,p.492.n.902.
Gulielmus Pariſienſis prim.R.E.aſſerit,p.508.n. 956.
Guido Carmelita primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag.516.n 1003.1004.& 1005.
Guido Carmelita pag.519.lit a b & p. 521. lit. c. d.e.
Guitmundus prim. R.E. aſſerit,p.456.n.727.& ſeq.

H

HAbitus ſolus non facit iuſtum.pag.313.b.
Hæretici à nemine miſſi, à ſeipſis veniunt. pag. 806. & ſeq.
Hæretici nomē authoris ſibi impoſitū habent. p.811.812.

Hæreticorum opus in auferendo & deſtruendo verſatur, non in ædificando. p.819.& *ſeq.*
Hæreticorum eſt exire ex Eccleſia vetere, & aliam vetuſtiorem non adire, ſed nouam erigere. p.808.809.
Hæreſeos abiuratio, p.416.n.839.
Hæreſum ſigna, p.243.245.247.249.
Hæreſum cauſæ, pag. 541. 567. 569.&c.
Hæreſes duodecim circa Cœnæ Domini verba, præter illas quæ ſunt de ipſa re & modo rei.pag.651.b.
Hæretici de Barulo, pag. 495.
Harueus pro Eccl.R.primatu, p.536.n.1030.& p.528.
Henricus 7. *Angliæ rex prim.R.E.aſſerit,* p.568.n.1211
Henricus 8. *Angliæ rex prim.R.aſſerit,* p.584.n.1269
*Henricus v.Imp.prim.*R.*E.aſſerit,*p.474.n.796.&c.
*Henricus Card.Oſtienſ.prim. R.aſſerit,*p.508.n.952.&c.
*Henricus à Gandano primatum R.aſſerit,*p.512.n.979.
*Henricus Boicus primatum R.aſſerit,*p.548.n.1075.
*Heucetæ, hæretici.*p. 419.
*Hic, & hoc, pronomina in verbis Cœnæ Domini non ad panē ac vinū, ſed tantùm ad Corpus et ſanguinē Chriſti ſub ſpecieb.panis & vini referēda eſſe.*p.659.0.et 661
*Helchesaitæ, hæretici,*p.279.
*Heluidiani, hæretici, ſeu, Antidicomarianitæ,*p.357.
*Hemerobaptiſtæ, hæretici,*p.235.
Hermannus Riſvich, hæreticus, p.563.
Hermogenes, hæreticus, p.267.
*Herodiani, hæretici,*p.235.
Hegeſippus *prim.R.E.inſinuat,*p. 264.n.11.
Hector Fliſcus *prim.R.E.aſſerit,* p.564.n.1185.
Hector Pintus *prim.R.E.aſſerit,*p.722.n.2009.2010
Hieronymus *Romanam Cathedram vocat Petram, ſuper quam ſcit Eccleſiam ædificari.* p. 340. n. 164.
Hieronymus *prim.R.E.aſſerit,* p. 340. n. 163. *vſque* 165.& pag.342.n. 169. 172.& *ſeq.* & pag. 344. n. 179.pag.348.n.203.
Hieronymus *Oſorius prim. Rom. E.aſſerit,* p. 670.n. 1566. *vſque* 1571.
Hieronymus *Seripandius prim. R.aſſerit,*p.672.n.1577 & p.674.n.1578.*vſq.* 1581.et p.676.n.1582. *vſque* (1585.
Hieronymus *Pragenſis hær.*p.539.
Hieronymus *pag* 329.& *pag* 331. & *pag.* 337. *lit.* 1.a & *pag.* 341.*lit.* b.c.
Hieronymus *Sauonorola prim.*R. E. *aſſerit,* pag.566. nu.1205.& *ſeq.*
Hierarchas, *hær.*p. 297.
Hilarius *papa* p.385. *Idem prim.*R.*aſſerit,* 348.n.363.
Hilarius *Laicus, hær.*pag.347.
Hilarius.*pag.*317.*lit.a.*& p.314. *lit. d.*
Hildunnus *primat.Ro.Ec.aſſerit.*p. 436.n.635.
Hincmarus *prim.Rom.Eccleſ.aſſerit,* pag. 440.n.661
Hincmarus *Rhemorum Epiſcop.prim.Romanæ Eccleſiæ aſſerit,* pag. 438.n.646.& *ſeq.*
Homo *ad imaginem Dei ſit, non in corpore, ſed in animo* pag.327.g.& *ad Trinitatis imaginem.*pag.599.
Hominis *forma eſt ſubſtātia animæ rationalis.*p.509.a.
Homo *nō poteſt beatitudinē in hac vita cōſequi.*p.517.d
Honorius *Rom.Primatum aſſerit,* p.418.n.545.
Honorius.1 *papa.*p.419.
Honorius *nihil palam decreuit, nihil ſub illo docuit Rom. Eccleſia contra fidem.*pag.418.& 420.
Honorius.ij.p.477. Honorius.iij.p.505.
Honorius.iiij.*pag.* 513.
Hormiſda. *pag.* 389.
Hoſij Cardinalis *fides de primatu,*pag.604.

Hormiſda *papa prim.*R.*Eccleſ.aſſerit.* p. 388.n.391.& pag.390.n.397.398.399.
Hugo *de S.Victore prim.*R.*E.aſſerit.*p. 504. n. 937. 938.& pag. 508.n. 950.
Hymni *Eccleſiaſtici vide.*pag.347.d.
Hydroparaſtatæ, hæret.pag.269.
Hyginus *papa.*pag.255.
Hymenæus, *hær.*pag.257. Hypſiſtarij, *hær.* p.341.

I.

IAcobus *de Valentia prim.*R.*E.aſſerit.*p.564.n.1188.
Iacobus Spinola p.564.n.1190 1191 & *ſeq.*
*Iacobus Vvimpelingus.*pag.574.n.1254.
*Iaſon Mainus.*p.566.n.1193.& p.578. n.1269.1270.
*Iacobus Sadoletus.prim.*R.*E.aſſerit,* pag.598. n.1371.
Iacobus Payua Andradius Luſitanus pag. 614.n.1417 *vſque* 1421.& pag.626 n.1422.& p.684.n.1594.
Iacobus Faber Molinenſis pag.640.n.1477.
Iacobus Nauarchus Ondulchotanus pag. 648.n. 1508. & p.650.n.1509.1510.& p.556.n.1121.1122.& *ſeq.*
Iacobus Pamelius p.718.n.1999.
*Iacobitæ, hær.*pag. 405.a.
*Iconomachi,*pag.401.& 429.
*Idololatria quando cœpit.*pag.225.
*Idolothyta non eſſe manducanda,*pag. 255.l.
*Idolum quid ſit.*pag.773.
Ieiunia indicta celebranda. pag. 330. g. & p. 325. b. 341.c.349.b.529.m.
*Ignatius dicit, Romanam Eccleſiam præſidere.*pag.260.
*Imaginibus ſacrificandum non eſſe,*p.251.m. pag. 261.c.
Imaginibus Sanctorum qualis honor debeatur, p.529.n.
Imagines Sanctorum non ſunt idola, p.429.a.et p.774.
Imagines Sanctorum olim receptæ. p. 373. x. 407. b. 429.a.435.b.437.c.
*Imagines Sanctorum deiecerunt Apoſtatæ,*pag.333. c.& *hæretici.*p. 401.a.p.430.a.pag. 433.b.pag. 423.b. pag.435.b.p.477.b.c.
Inas Anglorum Rex regnum ſuum Pontifici Roman.vectigale facit, pag.428.n.604.
Inueſtituræ Eccleſiaſticæ à laicis non accipiendæ, pag. 469.a.& 471.
*Indulgentiæ laudabiles.*p.497.b.
*Innocentius primus dicitur ab Auguſtino prior loco eſſe (cùm eſſet Pontifex Romanus) quàm fuere Irenaus, Cyprianus, Hilarius, Ambroſius.*p.348.n.210.
*Idem Epiſcopos ad Synodum œcumenicam Theſſalonicæ celebrandam conuocare incipiebat.*p.350.n. 216. etc.
*Innocentius ij.*pag. 477.
*Innocentius iij.prim.*R.*E.aſſerit,* pag. 434.n. 625.et pag.500.n 920.et *ſeq.*pag.504.n.938.
*Innocentius iiij.prim.*R.*Eccleſ. aſſerit.*pag.506.n.943. 944.et pag 508.n. 945.
*Innocentius iiij.*p.507. *Innocentius v.*pag.513.
Innocentius vi. pag.529. *Innocentius vij.* p. 535.
*Innocentius viij.*pa.565.
Ioannes I. papa, pa.391.
*Ioannes ij.*p. 393. *Ioannes iij.*p.399.
*Ioannes iiij.*p.421. *Monothelitarum hæreſim condemnauit,*pag.420.n 449. *Ioannes v.*pag.427.
Ioannes vi. & *Ioannes vij.* p.429.
*Ioānes Fœmina nō Sedit in Cathedra Petri.*436.et 438
*Ioannes viij.*p.443. *Ioannes ix.*pa.445.
*Ioannes x.*p.447. *Ioannes xi.ibidem.*
Ioannes xij. p.449. *Ioannes xiij. ibidem.*

Ioannes xiij. & Ioannes xv. & Ioannes xvi p.451.
Ioannes xvij. & Ioannes xviij. & Ioannes xix p.453.
Ioannes xx. pag. 513.
Ioannes xxi. dictus xxij p. 519. hæreticus non fuit, p.518. calumnia Calvini in eundē conficta confutatur, p.520.
Ioannes xxij. dictus xxiij pag. 535.
Ioannes Camerarius prim R. *E. aſſerit, p.564. n. 1126.*
Ioannes de Turre Cremata prim. R.E. aſſerit, p. 548. n. 1076. & ſeq.
Ioannes Sariburiēſis fatetur, ſe nuſquā honeſtiores clericos vidiſſe, quàm in Eccleſia Romana, *p. 492. n. 858. Idem ait, Eccleſiam* Romanam *eſſe parentem ac nutriculam fidei & morum, p. 484. n. 859.*
Ioannes Maria de Monte prim. R. aſſerit, p. 5?2 n. 1227
Ioannes Turpinus Remēſis Archiepiſcopus. p. 434. n. 632
Ioannes Heraclea, p. 368. n. 278 & 279.
Ioan. Talasa papā Simpliciū appellanit, p. 354. n. 367 etc.
Ioannes Angliæ Rex *Diadema ſuum Sedis Apoſtolicæ Legato ſubmiſit, p. 504. n. 940.*
Ioannes de Pariſiis primatū R. E. *aſſerit, p. 512 n. 977.*
Ioannes Andreæ Romanum *Pontificem aſſerit eſſe totius orbis Epiſcopum, p. 514. n. 988.*
Ioannes Beleſus prim. R. E. *aſſerit, p. 528. n. 1037.*
Ioannes Boccatius. p. 528. n. 1038.
Ioannes Przibram Bohemus, *cùm fuiſſet quandoque VViclefiſta, ſeſe poſtea profeſſus eſt membrum S. R. Eccleſiæ, p. 538. n. 168.*
Ioannes de Nyder prim. R. E. *aſſerit. p. 538. n. 1070.*
Ioannes Hugo *Selestadienſis, p. 556. n. 1128.*
Ioannes Annius Viterbienſis. p. 560. n. 1150.
Ioannes de Lignano, p. 560. n. 1153.
Ioachimus Marchio Brandeburgenſis p. 572. n. 1237.
Ioannes Baptiſta Garzia, p. 572. n. 1239.
Ioannes Reuclin ſeu Capnion, pag. 576 n. 1257.
Ioannes Roſſenſis *Epiſcopus prim* R. E. *aſſerit, p. 538. n. 1324. vſque 1329. & p. 590. n. 1330. vſque 1332.*
Ioannes Quintinus Hæduus, p. 606. n. 1397.
Ioannes Gropperus, p. 638. n. 1472.
Ioannes Bunderius, p. 638 n. 1473 & 1474.
Ioannes Gennesius *Sepulueda, p. 642. n. 1482. & 1483.*
Ioannes Heſſels *à Louanio prim.* R. E. *aſſerit, p. 643. n. 1484. vſque 1487. & p. 644 n. 1488. vſque 1493*
Idem oppugnat Brentium, pag. 655. k.
Ioannes Antonius Delphinus, p. 648. n. 1501. vſq. 1503
Ioannes Sloſanus, pag. 648 n. 1504.
Ioannes iij. Portugalliæ Rex, *pag. 652. n. 1525.*
Ioann. Moronus Card. *prim.* R. E. *aſſerit, p. 650. n. 1543*
Ioannes Franciſcus Lombardus, p. 650. n. 1548. & ſeq.
Ioannes Damaſcenus, p. 433. lit. b.
Ioannes Maxentius, p. 401. lit. b.
Ioannes Franciſcus Picus Mirandula prim. R. E. *aſſerit, pag. 565. n. 1199. 1200. & ſeq.*
Ioannes Murmellius, p. 566. n. 1202.
Ioannes Lupus, p. 576. 1256.
Ioannes Sandaus, p. 576. n. 1256.
Ioannes Tetzelius, p. 578. n. 1271. & ſeq.
Ionas Aurelianenſis, p. 435. lit. a. b. & p. 437. c. d. e. g. h.
Ioachimus Abbas, hær. pag. 507.
Ioannes Scotus hæret. pag. 455.
Ioannes Hus, *hæret. pag. 537.*
Ioannes Parvus, hæret. pag. 539.
Ioannes Behamus, *hær. pag. 559.*
Ioannes à Laſco hær. pag. 659.
Iovinianus hær. pag. 341.
Irenæus ob Eccleſiæ quæſtiones Romam *miſſus, p. 266.*
Irenæi fides de Principalitate Romanæ *Eccleſiæ, p. 268.*
Iſidorus primatū Romanæ *Eccleſiæ aſſerit. p. 416. n. 542*
Iſidorus Ruthenus *Legatus papæ apud Conſtātinopol 556*
Iudocus Clichtoueus, *p. 572 n. 1252. &c.*
Iuſtinus Martyr, p. 261. lit. b. c. e. f. & p. 263 lit. l. m.
Iucundus presbyter primatū R. E. *aſſerit, p. 384 n 373.*
Iuſtinus Imp. *prim* R. *aſſerit, p. 390. n. 392. &c. & 401.*
Iuſtinianus Imp. *affirmat, ſecundū iiij. Synodorū definitiones, papā eſſe primū oīm Sacerdotū, p. 392. n. 407. etc.*
Iuſtinianus ij. Imp. *prim.* R. *aſſerit, p. 428. n. 598.*
Ivo Carnotenſis Epiſcopus, p. 467. n. 765.
Iulius ij. pag. 568. n 1212.
Iudaiſmus pag. 227. *Iudaizantes, pag. 263.*
Iulianus Apoſtata pag. 333.
Iuſtitia fidei quæ ſit, pag. 591. a.
Iuſtitia noſtra in hominis interioris innovatione conſiſtit pag. 593. c.
Iuſtitia non tollitur parvis peccatis, pag. 585. l.
Iuſtitia inhæret in iuſtificatis, pag. 12.
Iuſtitiæ ſecuritas mala, pag 385. m.
Iuſtificati non habent peccatum in ipſorum ſpiritu, & cur ita ſit pag. 10.
Iuſtificari neminem, niſi qui amet. pag. 7.
Iulius 1. *pag. 317.* *Iulius ij. p. 567.* *Iulius iij. p. 655.*

K

K*Emnitius*, Hæreticus, *pag. 729.*

L

L*Aonicus Chalcondyles homo* Græcus, *tamen* Græcos *accuſat, velut diſcordiæ fautores in cauſa Religionis, &* Romanos *laudat, p. 554. n. 1117.*
Lanfrancus ex Doctorū ſententia aſſerit, hæreticū eſſe omnem hominem, qui à Romana *& vniverſali Eccleſia in fidei doctrina diſcordat, p. 456. n. 726.*
Laborandum manibus ab aliquibus Monachis, non ab omnibus, p. 339. g. & 513. d & 499. q.
Lactantius, pag. 305. lit. l.
Lamech primus duas accepit vxores, pag 223.
Laurentius Iuſtinianus, pag. 538. n. 1066. & 1067.
Laurētius Lauredanus prim. R. *aſſerit. 570. n. 1224. etc.*
Laurentius Surius, pag. 668. n. 1564. & ſeq.
Lampetiani, hær pag. 485.
Lambertus Schafnaburgenſis, pag. 463. lit. c.
Lando papa, pag. 445.
Leges quaſdam eſſe in Eccleſia non ſcriptas, p. 13. et ſeq.
Leo Magnus papa, p. 371. primatum Romanæ *Cathedræ aſſerit, p. 370. vſq. 380. nemine omnino ei cōtradicēte.*
Leo ij. p. 427. *Leo iij. pag. 433.*
Leo iiij. p. 437. *Leo v. pag. 445.*
Leo vi & Leo vij. p. 447. *Leo viij. pag. 449.*
Leo ix. p. 455. Idem primatum Romanæ *Eccleſiæ egregiè confirmat, pag. 454. & p. 456.*
Leo x pag. 573.
Lex Moſaica Sancta, p. 253. f. nec reijcienda, pag. 301. c. & d. Item pag. 367. g. & i.
Lex Moſaica ſub Christo non ſervanda, pag. 257. i. & pag. 93. m. & [illegible].
Legati ex Byzantio prim. R. E. *aſſerunt, p. 392. n. 410.*
Legati Michaelis Imp. *prim.* R. E. *aſſerunt, p. 456. n. 640*
Liberi educandi, pag. 33. b.
Liberius non fuit hæreticus, pag. 324. vſque pag. 332.
Liberius papa, pag. 321. Idem prim. R. E. *aſſerit, p. 332. n. 132. & p. 336. n. 143. idem vir ſanctus pag. 332.*

Libe-

Liberum arbitrium, p. 251. pag. 303. b. 365. b. 607. g.
Linus Papa, pag. 259.
Literæ Formatæ quomodo fiebant, pag. 312. nu. 97.
Lolhardi, hæret. pag. 521.
Longobardi primatum Ro. Ec. aſſerunt, p. 398. n. 440.
Longolius, pag. 576.
Lotharius Rex à Papa excommunicatus vxorem recipere cogitur, p. 438. n. 651.
Ludouicus Imp. concedit papæ Romanam ciuitatem cum Ducatu ſuo, p. 436. n. 637.
Luithprandus Ticinenſis, prim. R. E. aſſerit, p. 442. num. 674. & pag. 448. n. 688.
Ludolphus Saxo, p. 528. n. 1036.
Ludouicus Bolognius, pag. 569. n. 1153.
Lupicinus Epiſcopus ad Papæ Leonis iudicium prouocauit, p. 378. n. 348.
Lucius Britanniæ Rex petijt ab Eleutherio papa, vt fieret Chriſtianus, p. 266. n. 19.
Lucius i. papa, pag. 293.
Lucius y. p. 481. Lucius iij. pag. 493.
Luciferiani, hær. pag. 331.
Lutherus confitetur & probat Eccleſiæ Romanæ primatum, p. 576. n. 1259. &c. Lutherus, hær. p. 592.
Lutherum à Diabolo ſeductum, pag. 567. Eundem fuiſſe hæreticum, pag. 567. vſque pag. 589.
Ludouicus Francorum Rex primat. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 560. n. 1147. & ſeq.
Ludouicus Bloſius, pag. 668. n. 1563.
Ludouici Bauari iuſta excommunicatio, p. 522. n. 1012.
Lyranus ait, fidem minimè omniū deficere in Ecc. Rom. quæ à Petro poſt Chriſtū fundata eſt, p. 528. n. 1040.

M.

Macedoniani hær, pag. 321.
Magiſtratibus cōmiſſū eſt iudiciū ſanguinis 497. d
Magiſtratus ſacri an creentur per plebem? p. 30. & 31.
Magiſtratus Ciuilis ab Eccleſiaſtico differt, origine, vſu, & fine, pag. 56. & ſeq.
Mahometani, hær. pag. 423.
Maioriſtæ, hæret. pag. 601.
Malum Deus non fecit, pag. 423. g. & p. 275. b.
Malum certam ſubſtantiam non habet, pag. 303. f.
Manichæi, hær. 301.
Mandata impleri poſſe, pag. 12.
Marcion, hær. pag. 205.
Marſilius Patauinus, hær. pag. 529.
Maria virgo in partu, pag. 341. d. p. 523. d. pag. 691. b.
Maria peperit Deum, pag. 389. a.
Mariæ non eſt ſacrificandum, pag. 355 a.
Marcus Romæ ſcripſit Euangelium, & Alexandrinam fundauit Eccleſiam, pag. 252.
Martialis à Romanis Epiſcopis in Galliā miſſus, p. 224
Marcellus Epiſcopus Ancyræ pr. R. aſſerit, p. 320. n. 108
Martialis pag. 269. lit. g. & pag. 261. lit. a.
Marcellinus papa, p. 303. Qui tametſi idolis thurificaſſet, tamen Synodus eum non audebat condemnare, niſi ex oris ipſius confeſſione, quia prima Sedes non iudicatur à quoquam, pag. 304. n. 85.
Marcellus i. papa p. 305. Marcellus ij. pag. 679.
Marcus papa, pag. 313.
Martinus i. Papa, p. 423. In Synodo CL. Epiſcoporum, quam congregauit, vocatur ſummum Caput Eccleſiarum à Chriſto præpoſitum, pag. 422. n. 565.
Martinus ij. pag. 443. Martinus iij. pag. 449.
Martinus iiij. p. 513. Martinus v. pag. 539.
Martyres falſi, 273. f. (375. z.
Martyres venerandi, vt eorum orationib. adiuuemur, p.
Martyres Lugdunēſes, prim. R. E. agnoſcūt, p. 266. n. 17.
Maurus Rauennatis Eccleſiæ Epiſcopus, primatum R. Eccleſiæ aſſerit, pag. 422. num. 554. & 558.
Mandatum vij. Cantonum Heluetiorum, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag 656. num. 1535
Marchio Montisferrati, prim. R. E. aſſerit, p. 572. n. 1238
Martinus Lutherus primatum Rom. Eccleſiæ aſſerit, p. 576. n. 1258. vſque 1266. & p. 578. n. 1267. et ſeq.
Marianus Socinus, Prim. aſſerit. 612. n. 1413. vſq. 1415.
Marianus Scotus, prim. Rom. E. aſſerit, pa. 462. n. 743.
Marianus Victorius Reatinus primatum Rom. Eccleſ. aſſerit, pag. 673. num. 1576.
Martinus Royas, prim. Ro. Ec. aſſerit, pa. 656. n. 1542.
Martinus Cromerus, prim. Rom. Eccleſ. aſſerit, pa. 724. num 2020. & pag. 450. num 6 2.
M. Paulus Venetus Prim. R. E. aſſerit, p. 52. nu. 976.
Mathias à Michou de Sarmatia, primatum R. E. aſſerit. pag 556. num. 1125.
Maximilianus Imp. prim. R. E. aſſerit, p. 570. n. 1221.
Matrimonium legitimum, pag. 263. g. & laudabile, pa. 267. a. & pag. 355. g.
Materia non ſemper fuit, pag. 267.
Maximilianus Maria Sfortia, p. 572. n. 1233.
Maximilianus Bernanus, primatum R. E. aſſerit, p. 650.
Maximus Taurinenſis, primatum R. E. aſſerit, pa. 302 n. 27. & pag. 370. num. 289.
Melchiſedech primus omnium Sacerdotum Dei, pa. 224.
Melchiſedechiani, hær. pa. 275. Meletius, pag. 307
Melchior Canus, primatum Romanæ Eccle. aſſerit, pag. 636. n. 1466. vſque 1470.
Memnonitæ, hær. p. 627. Menander, hær. pag. 257.
Mennas Patriarcha, Ro prim. aſſerit. pag 394. n. 420.
Mendicitas licita, pag. 511. b. & e.
Meſſaliani, Euchitæ ſeu Enthuſiaſtæ, hær. p. 337.
Metangiſmonitæ, hær p. 317.
Michael de Ceſena, hær p. 517.
Michael Baius, pag. 503. lit. f. & h.
Miltiades papa, pag. 305. m.
Minutius Fœlix, p. 30. lit. e. & h. & p 305. lit. k & m
Michael Buccbingerus. Prim aſſerit. 620. n. 1432. et ſeq.
Michael Medina, prim R. aſſerit, p. 673. n. 1572. & ſeq.
Milada Regis Boleslai ſoror, primatum R. E. aſſerit, p. 446. num. 681.
Monachi Meſopotamiæ, pri. R. E. aſſerunt. p. 398. n 228.
Monachorum laudabilis profeſſio, pag. 363. h. i. k. & pag. 367. b.
Monachi nō ſemper tenētur operari manib. ſuis. p. 339. z.
Monarchia optimum genus regiminis, p. 121. vſque 122. à Prophetis laudata, p. 140. vſque 143. à Chriſto exercitata, p. 144. vſq. 148. prædicata, 150. & ſequ. ab Apoſtolis inſtituta, p. 152. vſque 155.
Monophyſitæ, hær. p. 403. Montaniſtæ, hær. p. 275.
Mortui non ſunt baptizandi, p. 273. q.
Mulieres ad gubernacula Reip ſedere poſſe, p. 711. e.
Mulieres ſacris præſidere non poſſe, p. 275. z. & p. 355. b.
Mundus ab Angelis non eſt factus, p. 251. g. & p. 265. f. pag. 491. v.
Mundus tranſibit, & mutabitur, p. 505. x. & pa. 327. c.
Myſteria non ſunt publicanda prophanis, pag. 273. v.
Myſteriorum Chriſti diſpenſatores neceſſariò Sacerdotes noui teſtamenti ſunt, pag. 22. & 23.

N.

NAuclerus primatum R.E aſſerit,p.510.n.962.
Natalius prim.R.E.aſſerit.p.278.n.130.
Naturæ duæ in Chriſto.p.393.a.
Nauis in Scripturis Eccleſiæ typum gerit:nauis verò Petri ſignificat Eccleſiam Petri,pag.196.& 197.
Nazaræi,hær.pag.235.& 265.
Negantes mutuis renouationem,hær.p.327.e.
Nepos,hær p.295.   Neſtoriani,hær.pa.339.
Nemrod primus Rex,p.121.
Ninias Pictorũ Apoſtolus pri.R.E.aſſerit:364.n.257.
Nicolaus Magnus papa primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit,p.433.n 650.& p.440.n.657.& ſeq.
Nicephorus Gregoras,p.508.n 949.& p.512.n.974.
Nicephorus Caliſtus,p.508.n.958.& 959.
Nicolaus de Gorran.p.538.n.1072.
Nicolaus Polonus, p.538.n.1073.
Nicolaus de Cuſa,p.558.n.1132 & 1133.
Nicolaus de Orbelis,p.560.n.1151.
Nicolaus Tigrinus, p.566 n.1198.
Nicolaus de Lyra,p.531.lit.a.& p.533. lit.b.
Nicolaus Magnus papa,p.439.   Nicolaus ij.p.457.
Nicolaus iij.p.513.   Nicolaus iiij p.ibid.
Nicolaus,v.p.559.   Nicolaitæ,hær.p.259.
Nicolaus Galecus,hær.p.549.Numiſ.ſilêtes,hær.p.327.
Nouatianus,hær.p.287.
Nouatiani,hær.p.289. Sacerdotalem abſolutionem & Sacramentũ pœnitentiæ negabant,p 291.p 311 p.323.b
Noe vnus gubernabat Eccleſiam Dei, p.131.& 134.
Nomen Antichriſti.789. & 790.
In nomine Chriſti venire quid ſit.p.769.
Nonaginta Epiſcopi prim.R.E.aſſerunt,p.338.n.157.
Nuptiæ ſunt à Deo, p.263.269.311.329.395.p.515.
Nuptiarum vſus laudabilis poſt fidem,p.255.et p.311.b.
Nuptiæ ſecundæ ſunt legitimæ, 273.n.
Nuptiæ nõ ſunt adæquãdæ meritis virginitatis,p.341.e.

O

OBedientia Monachorum, pag.425.
Obediẽtiæ ratio facit, vt cæremoniæ ſemel ritè inſtitutæ,non ſint amplius res indifferentes,p.713 g.
Oblatio pro defunctis ab Apoſtolis inſtituta,p.329.a.
Oblatio Euchariſtiæ,p.19.20.& ſeq.Item p.259.g. p. 273.x.p.355.b.p.372.v.p.415.g.p.467.l.p.497.g. 641.a.p.643.b
Obcæcat Deus quomodo,p.423.b.
Occam primatum Romanæ Eccl.aſſerit, p.522.n.1011.
Oecolampadius, hær.pag.665.
Officia ſacra decentius in ſacris,quàm in vulgaribus linguis fieri,pag.703.b.
Olympiodorus immortalitatem animæ docet,p.421.b.
Opera fidem præcedentia non iuſtificant,p.601.f.
Operum bonorum neceſſitas,p.601.t.
Opera bona ex fide facta iuſtificant,pa.593.d.
Opera præuiſa nõ ſunt cauſa,cur infantes dãnentur.287.d
Opera bona merentur vitam æternam,p.16.17.p.595.i.
Optatus appellat eum ſchiſmaticum,qui contra ſingularẽ & vnicã Cathedrã Petri alterã collocat,242.n.167.
Optimates in ſummo gradu non regere Eccleſiam, pag. 93. vſque 100.
Oratio Dominica nõ eſt ſola precandi formula, p.469 n.
Ordinarium fuiſſe primatum Petri, pag.212. & ſequent.
Ordinis Sacramentum,pag.38 & 337.
Ordines hominum plures in Eccleſia,pag.23.
Oycibitæ,hær. pag. 541.
Orientalis Eccleſiæ traditionem aut prædicationem neceſſariam non eſſe Auguſtinus indicat, vbi Romanæ E.doctrina nota eſt,p.245.n.208.
Orientis Eccleſiæ olim acquieuerunt rebus ab Eccleſia Romana ſemel iudicatis,p.336.n.142.
Originale peccatum tam adultos,quàm paruulos tenet,p. 381.a.b. pag.413.c. pag.503.e.
Origeniſtæ,hær.pa.281   Origeniſtæ noui. p.407.
Origenes prim. R.E.aſſerit,p.280.n.37 & p.278.n.33.
Oſculũ mulieris non ſemper eſſe peccatũ mortale.317.b.
Oſſeni,hæret.pag.235.
Oſius prim.R.R.aſſerit,pag.224.n.118.
Otgarius Archiepiſcopus Moguntinenſis primat. R. E. aſſerit,pag.438.num.643. & pag.440.n.661.
Otto Imperator prim.R.E.aſſerit,p.448.n.684.685. 687.& pag.450.num.690.
Otto Friſingenſis profeſſus eſt ſe Catholicæ fidei aſſertorẽ iuxta Rom.& vniuerſalis E.regulã.490.n.891
Otho Cardinalis prim.R.E.aſſerit,pa.594.num.1349.

P.

PAcianus docet,ſacerdotes abſoluere peccatorem ſpectaris, ſicuti etiam baptizat,p.323.a.
Pacificatores in cauſa fidei, hær. p.399.a.& p.723.f.
Pallæ altaris et velamina olim erant,p.353.g.
Palladius prim.Rom.E.aſſerit p. 350 n.817.
Palinodia hæreticorum declarat,eos non in ſolida Petra ædificaſſe. Palinodiam aliquo modo cecinit Marcion, p.269 a. Paulus Samoſatenus,p.299.a. Vrſatius & Valens p.324.n.117.et 118. Cæleſtius Pelagianus,p. 348.n.210. Berẽgarius,p.457.circa mediũ: Gilbertus Porretan'.p.483.hær.143. Abbas Ioachim,p.502 n.928. Hieronymus Pragenſis.p.539.a. Recheſanus,p. 551.f. Martinus Lutherus,pag.570.nu.1258. Petrus Martyr,& Cranmerus, p.157. & 158.
Panis Euchariſtiæ ſignificat mortem Domini,antequàm manducetur,& ideo Sacrificium eſt, pa.19.& 20.
Panſophius Pyſidiæ,& Paphus Syriæ Epiſcopus,primatum R.Eccleſiæ aſſerunt.p.350.n.218.
Panormitanus prim.Rom.tuetur, p. 550.n.1100.&c.
Papa non poteſt iudicari ab Imperatore.p.529.c.
Papa diſpenſat ex cauſa in iuramentis & votis,p.519.b. & pag.521.d.
Papæ authoritas (inquit Synecius Mileuitana)de Scripturarum authoritate depromitur,pag.348.n.204.
Paradiſum eſſe terreſtrem locum,p.283.f.& p.297.c.
In Paradiſo liberos fuiſſe procreandos,p 415.l.p.509.a.
Parentes debent ſtudioſe liberos educare.p.339.b.
Parermeneutæ,hær.pag.435.
Paſchaſius Corporis Domini veritatem in Euchariſtia propugnat, pag.433. a.
Paſcha obſeruandum eſt.p.325.d.nec eſt res indifferens. pag.345. k.
Paſcha cur in Dominico die tantùm celebrari debeat, pag. 274.345.k.
Paſcha cum Iudæis non eſt celebrandũ, p.321.e.p.343.i.
Paſchalis i papa.p.435.   Paſchalis ij. p.469.
Paſtores ſunt gluten & anima Eccleſiæ. p.39.40.
Patareni,hær. p. 491.
Paterniani, hær.pag.327.   Patriciani, hær. ibid.
Patriarcharum trium Sedes vnde fuerint,pa.260.262.
Patrũ ſcriptis deferendum,pag.299.pag.319.d.291.c. 293.d.& 429.m.

Pau.

Paulinus Aquileienſis Epiſcop. Prim. Roma. Ecc. aſſerit, pag. 432. n. 620.
Paulus Gaidellus Tridentinus, p. 650. n. 1544. & ſeq.
Paulus Mamutius, pag. 718. n. 1996.
Paulus de Palatio Domini verba Matthæi cap. 16. inſigniter pro primatu interpretatur, pag. 720. n. 2000. vſque 2008.
Paulus Conſtantinop. prim. R. aſſerit, p. 320. n. 108.
Paulus i. papa. p. 431. Paulus ij. p. 561.
Paulus iij p. 599. qui etiam prim. R. E. tuetur, p. 624.
Paulus iiij. p. 683.
Paulus Samoſatenus, hær p. 299.
Paupertatis votum laudabile, p. 663. i.
Paupertas Pontificum qualis eſſe debeat, p. 561. a.
Pauperum eſt habenda cura. p. 339. a.
Peccati vox multifariam accipitur in Scripturis, p. 595. f. Roffenſis.
Peccatum non a Dæmone ſolo eſt, ſed & à lib. arbitrio, p. 415. k. p. 505. g.
Peccatum Originale omnes premit. p. 381. a. & b. 413. c. p. 503. a.
Peccatum non manet in ſpiritu Iuſtificatorum, p. 10.
Peccatum quoddam eſt veniale, p. 605. d.
Peccati fomes cur in carne iuſtificatorum maneat, p. 10.
Peccata nõ fieri ex decreto & deſtinatione Dei, p. 605. f.
Pelagius. i. p. 399. Pelagius ij. ibid.
Pelagiani, hær. & Cœleſtiniani, pag. 381. & pag. 407.
Peregrinationes ad loca ſancta laudabiles, pag. 437. f. pag. 481. k. pag. 313. e.
Perefius primatum Roman. Eccleſiæ aſſerit, p. 606. n. 1392
Petrus Cluniacenſis Henricianos oppugnat, p. 477. lit. c. d. & pag. 479. lit. e. f.
Petrus eſt petra hæc. pag. 173. perſonam Eccleſiæ propter primatum gerit, pag. 139. 173. ſuper fidem eius (vt alios Apoſtolos longè præcellit) ædificatur Eccleſia, pag. 174. primatus Petri, pag. 176. vſque 212. & 226. 238. ardor fidei Petri, pag. 144.
Petrum fuiſſe Romæ, pag. 217. fuiſſe Romanum Epiſcopum, p. 218. 219. 230. 244.
Petrus Simonem Magum Romæ Extinxit, pag. 248.
Petrus Lombardus prim. R. E. aſſerit, pag. 484. n. 863.
Petrus Auratus, pag. 624. n. 1439.
Petrus Chryſologus, p. 384. n. 368.
Petrus de Anchorano, pag. 610. n. 1405.
Petrus à Soto, pag. 596. & ſeq.
Petrus Bleſenſis, pag. 492. n. 903.
Petrus Comeſtor, p. 480. n. 844.
Petrus de Palude, pag. 514. n. 936.
Petrus de Bella-pertica, pag. 524. n. 1021.
Petrus de Alyaco, pag. 538. n. 1071.
Petrus Fontidonius pag. 664. num. 1552.
Petrus à Monte Venetus, pag. 550. n. 1092.
Petrus Rauenna Archiep. pag. 442. n. 676.
Petrus Hieroſolymorum Epiſcop. p. 394. n. 421.
Petrus patriarcha Conſtantinopolitanus, p. 422. n. 570.
Petrus Ioannis, hær. pag. 509.
Petrus Abailardus, hær. pag. 487.
Petrobuſiani & Henriciani, hær. pag. 477.
Petrus Dreſenſis, hær. pag. 543.
Phariſæi, hær. pag. 235.
Philaſter Brixienſ. Epiſcop. pag. 319. lit. b.
Philippus Hiſpaniarum rex, p. 654. n. 1526. et ſeq.
Philibertus Sabaudiæ Dux, pag. 655. n. 1540.
Phocas Imp. prim R. E. reſtituit contra patriarchã Cõſtantinop. iniuſtam contradictionem, pag. 410. n. 543.
Pipinus prim. R. E. aſſerit, pag. 426. n. 593.
Pius i. pp. 267. decreuit paſcha Dominico die celebrandũ.
Pius ij. p. 559. Pius iij. p. 567.
Pius iiij. p. 687. Pius v. pag. 721.
Platina prim. R. E. aſſerit, pag. 564. n. 1174.
Plebs non regit Eccleſiam, pag. 41. vſque. 55.
Politia Eccleſiæ perpetua, pag. 24.
Polycarpus ob Eccleſiaſticas quæſtiones Romã iuit. 266
Polycrates ad papæ rogatũ cõuocat ſynodũ in Aſia. 270.
Pœnitentiæ ſacramentũ, p. 291. 311. & p. 323. a. b. p. 413. f.
Pœnitentiæ virtus & officium, pag. 273. m.
Pontificum Decretis parendum eſt, pag. 497. e.
Pontificum paupertas, hæreſis, p. 561.
Populus Romanus prim. R. Ecc. aſſerit, pag. 428. n. 599
Pomponius Lætus pag. 564. n. 1182.
Prælati Gallicani, pag. 572. n. 1246.
Primaſius, pag. 394. n. 428.
Proſper, pag. 368. n. 282.
Protogenes, pag. 324. n. 119.
Prædeſtinatorum hæreſis, pag. 391.
Præpoſiti Eccleſiæ velut Iudices ligãt et ſoluunt, p. 776
Presbyteri vnde nominentur, pag. 22.
presbiteri non acceperunt vxores poſt presbyteratum, ne apud Græcos quidem, pag. 313. d. apud Latinos verò prorſus à contactu fœminæ abſtinebant. 361.
principium vnum ſeu Monarchia, p. 372. c. 303. e. 501. a.
Priſcillianus, hær. 338.
Priſcillianiſtæ, hær. pag. 295.
prima Sedes Romana, pag. 304. n. 85. pag. 338. num. 149. & pag. 374. n. 325.
primatum non accepit Andræas, ſed Petrus, pag. 176.
primatus Petri expreſſè nominatur in Euangelio, pag. 236. num. 4.
primatum Petri omnia elementa agnouerunt, pag. 203.
primogeniti erant pontifices tempore legis naturæ, p. 224.
Proclus, hær. pag. 279.
Proclus Conſtantinop. Archiep. Theodori Mopſueſteni hæreſim confutauit. p. 391. d.
Proclianitæ, hær. p. 335.
Prodicus, hær. pag. 275.
prodigia Antichriſti qualia, p. 777. 778. 779.
prophetæ non erant arreptitij, pag. 273. o.
prophetæ Hebræi de Chriſto prædixerunt, p. 369. n. & a.
prophetiæ de vno Capite Eccleſiæ, pag. 139. 140. 141.
propitiatoriũ Sacrificiũ quomodo ſit Eucharistia, p. 21. 22
promiſſionis verbum eſt: Tu vocaberis Cephas, p. 170.
Proteſtantes nullam in Eccleſia gubernationem re vera conſtituere, pag. 101. 102.
Proteſtantes ob multas cauſas Antichriſti membra eſſe comprobantur, pag. 806. vſque pag. 819.
Proteſtantes nec illum ſaltẽ primatũ in ſua Eccleſia habent, quem Petro delatum eſſe confitentur, p. 210. 212.
Proteſtantiũ Eccleſia longè fœdior, non modo quàm Iudæorum Synagoga olim fuerat, ſed præterea quàm Iudæorum diſperſio hodie ſit. pag. 827. vſque pag. 844.
Pſeudoapoſtolici, hær. 483. Pſeudoapoſtoli, hær. 253.
Puniendi ſunt hæretici etiam morte, p. 513. c. & p. 337. i.
Purgatorium, p. 415. i. 45. b. 485. g. 499. i. 505. r.
Pyrrhus patriarcha prim. R. Ec. aſſerit, p. 420. n. 560.

Q.

Quadrageſimale Ieiunium, p. 264. n. 8.
Quadrageſimalis Ieiunij munus Chriſtiani ex neceſſitate aſſerunt, non tantùm voluntate, idq́ ex Apoſtolorum traditione, pag. 271. g.

In Quadrageſima non ieiunare peccatum eſt, p. 325.b. Et in ieiunijs ſemel tantùm comedere licebat, idq́ dicebatur non prandium, ſed cœna. ibidem.
Quæſtiones de fide ad Sedem Apoſtolicam Romanam referendæ ſunt, pag. 348.n.206.p.362.n.251.p.384.n.364.p.478.n.821.
Quaternitas in Deo ſtatuenda non eſt, pag. 391. d.
Quatuor temporum ieiunia, pag. 278.n. 34. & p. 325. b. Philaſtrius.
Quartadecimani hær. 277.e.
Quinta Synodus de tribus capitulis tractat, petente id Eutychio patriarcha Conſtantinopolitano, & papa Vigilio annuente, pag. 394.n.426.& ſeq.
Quintillian hær. pag. 275 y.
Quintinus Hæduus prim. R.E. aſſerit p.606.n.1397.

R.

Ratio melius ſequitur teſtimonia fidei, quàm præcedit, pag. 357.a.& pag. 325.e. Pacianus.
Rauennas Eccleſia denuò ſe Romanæ Sedi ſubiugauit, pag. 424.n.576.
Raynaldus Ferrerius prim. R.E. aſſerit, p.656.n.1541.
Rebaptizatio illicita, pag. 283. hær. 48. pag. 293.b. pag. 309.c. pag. 549.b.
Reges non eſſe capita Eccleſiæ, p. 58. vſque pag. 64.
Reges non iudicare de cauſis fidei, pa. 6. vſque pag. 76.
Reges ob hæreſis aut ſimile crimen à Pontifice deponi poſſe, pag. 77. vſque p. 92.
Regibus perſoluenda eſſe tributa, pag. 559.
Regimen optimum Eccleſiæ. pa. 26. & ſeq.
Regimen Eccleſiæ non eſt populare, p. 30. vſque pa. 55.
Regimen Eccleſiæ penes vnum ſemper in ſpiritualibus cauſis, pag. 24.123.232.258.
Reginaldus Polus Primatum aſſerit, p.616.& pag.618.
Regnorum quanta Deo cura ſit, pag. 121.
Regũ primatus in cauſis fidei neq; Proteſtãtib. placet. 118
Remundus Rufus Rom primatum aſſerit, p.634.636.
Renatus Benedictus, p. 724. num. 2015.
Reliquiæ Sanctorum honorandæ, p. 361.b.
Reſurgent mortui etiã corpore tenus, p. 235.b. p. 253.v. p.255.f.p.257.c. p.261.b.p.265.e.267.i.269.k. p.283.b. pag. 335.g.
Reſtituere quis tenetur ablata, p. 507.
Rex vnus in regno, p.122.& pag. 303.
Rhetorij, hær. pag. 327.f.
Riſinich, hær. p. 563.a.
Robertus præſul Arboricenſis prim. aſſerit. 606.n.1396.
Rogatiani Donatiſtarum ſecta, p. 351.e.
Romæ Petrũ collocaſſe Cathedrã ſuã, p.217.244.246.
Romani Imperatores etiam Ethnici timebant ſibi olim à Pontificibus Romanis, pag. 290.
Roffenſis Epiſcopus & ſcriptis, & ſanguine ſuo Romanæ Eccleſiæ primatum aſſeruit, p. 588.& p. 590.
Romana fides, p.282.n.42.p.342.n.169.& 175.p. 352.n.236.p.354.n.237.p.368.n.285.p.376.n.334. pa. 384.n.364.p.394.n.429.
Romanum ad Pontificem quæſtiones grauiſſimæ ſemper ex toto orbe perferebantur, p.266.n.12.n.16.& ſeq. & 19.p.276.n.32.p.280.n.35.p.292.n.64.p.298. n.72.p.302.n.80.p.320.n.108.p.322.n.113.p.338.n. 157.et ſeq. p.340.n.163 pag.344.n.184.pa.348.n. 200.207.
Romanus papa, pag. 445.

S.

Sabbatiani, hær. p. 343.
Sabelliani hær. p. 295.
Sabinianus, papa, p. 417.
Sacerdotij dignitas vnà cum Imperio non datur, p. 333.a.
Sacerdotes noui Teſtamenti, p.22 & p. 23.& p. 645.e
Sacerdotem nouitas benedictionis à vulgi communitate ſegregat, vnde inuiſibiliquadam gratia animam in melius transformatam gerit, p. 38.
Sacerdotes Chriſtiani olim vngebantur, p. 351.e.
Sacerdotes publici & priuati, p. 23.
Sacerdotis intentio neceſſaria in diſpenſandis Sacramentis, p.629.e.& 631.
Sacerdotes Græci poſt acceptos ordines non accipiebant vxores, p. 313.d.
Sacerdotes Latini à conuentu fœminæ abſtinere debent perpetuò, p. 361.d.
Sacerdotes olim à Donatiſtis contempti, vt & nunc à Lutheranis, pag. 351.e.
Sacerdotum vnum altero maius in tempore legis Naturæ, p.133.& p. 224. Itemq́ in tempore legis Moſaicæ, p.228. denique in tempore gratia, p.23 p.325.c.
Sacramentum Ordinis p.38.p.361.a.& p.627.a.
Sacramentũ & Sacrificiũ quomodo differãt, p.18.& 21.
Sacramentorũ verba non ſignificãt modò, ſed etiã operãtur & efficiũt aliquid, p.20.& p. 433.a. & p.651.b.
Sacramentariorum antiquiſſima hæreſis, p. 259. nuper renouata, p.665.p.& 671.f.
Sacramenta ſeptem noui Teſtamenti, p.627.a.
Sacramenta conferunt gratiam, p.337.a.b.c.& p.413.e. & p. 629.b.
Sacrificiũ iuris naturalis eſt, ad quod publicè offerẽdũ quælibet Reſp. iure naturali obligatur, p.22.p.479.p.643
Sacrificium Iuge quid ſit, p. 786. quæ pagina falſo inſcribitur 791.
Sacrificium Eccleſiæ publicum, p.17.18.19. 20 p.259. 372.415.g.479.f.&.g. 641.a.643.
Sacrificium propitiatorium Euchariſtia neceſſariò eſt, p. 21.& multò magis, p. 32.
Sacrificium Miſſæ per Antichriſtum auferetur, p. 785.
Sadducæi hær. pag. 235.
Salutatio Angelica, p. 501. r.
Sancti ſunt inuocandi, p.362.g.p.431.c.p.437.b.p.476 b.p.485.f.p.499. m.
Sanctorum animæ in claritate Dei vident quicquid eorum intereſt, p. 413.d.
Sanctorum Reliquiæ honorandæ, pa. 361.b.
Sanctimonialium virginitas ſeu caſtitas præferenda eſt nuptiarum bono, p. 341 e.
Sanctimoniales Virginitatis profeſſionem veſtis quoque mutatione iam olim ſignabant, pag. 132. poſt num. 135.
Sanctimoniales ſpiritualiter nubebant Chriſto, eiq́ crines ſoluebãt, vt ſecularibus nuptijs ſe renunciaſſe mõſtrarent, atq; ad indiciũ profeſſionis capita velabãt, p.353.f
Sanctimoniales peccant, ſi poſt decretam virginitatem ad nuptias conuertantur, p. 343.f.
Salonius prim. R.E. aſſerit, pag. 380.n.359.
Sardica Syn. œcumenica, p. 322. eadem decreuit, ad Rom. Epiſcopũ appellari poſſe, p. 322.n.113. pa. 356.& 358.
Satisfactio pœnitentiæ pars, pag. 289.291.& 605.c.
Saturninus, hær. p. 261.
Schiſma licet ab initio hæreſim non proponat ſibi, tamen ferè in hæreſim deſinit, vt clarum eſt in ſchiſmate Donati et Meletij, p. 307.b.e. et 309.
Schiſmata xxiiij. Rom. Pontificũ nunquã hæreſim vllã in ipſam Cathedram D. Petri inuexerint, quod prorſus admirandum opus Dei eſt, pag. 444. & 800. &c.
Schiſmaticorum pœna, p. 229.
Schafnaburgenſis primatum R.E. aſſerit, p.462.n.746.
Scoti per Victorem papam Chriſtiani, p. 270.

Sco-

Scotus Senenſis, p. 615. *Scribæ*, p. 235.
Scripturarum obſcuritas, occaſio hæreſis, p. 425. *h.*
Scripturis abutuntur hæretici, p. 255. *k. y. Petri* 2. pag. 269. *f.* p. 277. *d.* p. 369. *n.*
Scripturas negant hæretici, p. 257. *l.* p. 263. *d.* 269. *b.* 367. *l. m.* 269. *n.* 611. *b.* 612. *c.* 613. *d.* 617. *g.*
Scripturarum teſtis & cuſtos Eccleſia Catholica, p. 379. *g*
Scriptura Apocrypha cremanda, p. 397. *l.*
Scriptura ſola non eſt regula fidei, p. 14. 15. & p. 611. *a.* & pag. 623. *k.*
Scripturæ à quo interpretandæ, & quomodo intelligendæ ſint, pag. 615. *f.*
Scripturæ à quibus non intelligantur, pag. 369. *o.*
Scripturarum tranſlatio quænam ſit authentica, p. 263. *l.* pag. 363. *h.* p. 619.
Scripturæ an conuertendæ in vulgares linguas? p. 621. *i.*
Scythiſmus, hær. pag. 225.
Sebaſtianus Portugalliæ Rex prim. Rom. Ec. *aſſerit*, p. 654. num. 1529.
Secta Philoſophorum, pag. 233.
Septuaginta interpretum laus, pag. 263. *l.* 365. *k.*
Seth vocatus eſt Deus, & filij eius vocati ſunt filij Dei pag. 222.
Seruatius Tungrorum Epiſcop. p. 315. *lit. a.*
Seuerus, hær. pag. 267.
Seleucius & Hermias, hær. pag. 335.
Seruerinus papa, pag. 421.
Sergius i. papa, p. 427. *Sergius ij.* pag. 437.
Sergius iij. pag. 445. *Sergius iiij* pag. 453.
Sergius Cyprienſis Epiſcop pag. 314. *lit. a.*
Simplius papa, prim. R. E. *aſſerit*, p. 384. n. 364. & 369.
Sigiſmundus Poloniæ Rex primatum *Romanæ Eccleſiæ aſſerit*, p. 572. n. 1229. vſque 1231. et p. 656. n. 1539.
Simon Begnius prim. R. E. *aſſerit*, p. 572. n. 1232.
Siricius papa, pag. 343.
Simplicius papa, p. 385.
Siluerius papa, pag. 395.
Simoniani, hær. pag. 252.
Signa veræ aut falſæ doctrinæ, pag. 239.
Signa & notæ hæreticorum, pag. 243. 245. &c.
Sixtus papa, vide Xyſtus.
Soter papa prim. R. E. *aſſerit*, pag. 266. n. 15.
Sozomenus prim. R. E. *aſſerit*, pag. 330. n. 131.
Sophronius Hieroſolymitanus prim. Rom. Eccl. *aſſerit*, pag. 422. n. 567.
Species panis & vini poſt conſecrationem manet, vt cõmonefaciant, ſacrificium Euchariſtiæ pertinere ad ordinem Melchiſedech, pag. 20.
Stanislaus Dux Mazouiæ Ruſſiæq; primatum *Romanæ Eccleſiæ aſſerit*, pag. 572. n. 1235.
Staniſlaus Hoſius prim. Roman. Eccleſ. *aſſerit*, p. 604. n. 1385. vſq; 1391.
Staniſlaus Orichouius Roxolanus prim. Rom. *Eccleſiæ aſſerit*, pag. 448. num. 689.
Status fratrum Minorum non eſt perfectior Epiſcopali ſtatu, pag. 521. *e.*
Stephanus Patracenſis Archiep. prim. *Romanæ Eccleſiæ aſſerit*, pag. 573. n. 1244.
Stephanus Derenſis Epiſcop. primat. *Romanæ Eccleſiæ aſſerit*, pag. 422. n. 568. & ſeq.
Stephanus Hungarorum Rex primatum Rom. *Eccleſiæ aſſerit*, pag. 452. n. 700. 701. & ſeq.
Stephanus i. *Papa*, pag. 295.
Stephanus ij. & Stephanus iij. & Stephanus iiij. p. 431.
Stephanus v. 435. *Stephan.* vi. 443. *Stephan.* vij. 445.
Stephan. viij. et *Stephan.* ix. p. 447. *Stephan.* x. p. 457.
Suid Patriarcha prim. R. *aſſerit*, p. 646. n. 1499. et 1500
Sybillæ oraculum de Roma piſcatoris hamo expugnanda, pag. 250.
Syluanus Epiſcop. prim. *Romanæ Eccleſiæ aſſerit*, p. 332.
Syluester i. *papa*, p. 307. *Syluester* ij. p. 453.
Synodi œcumenicæ à papa indictæ. Nicæna, p. 312. n. 92. *Sardicenſis*, p. 322. *Conſtãtinopolitana prima*, p. 336. n. 145. p. 338. n. 147. et p. 350. n. 183. p. 372. n. 305.
Synodus in Aſia conuocatur à papa, pag. 270. n. 22. pag. 320. n. 106. p. 370. n. 291.
Synodus Nicæna prim. *Roma. Eccleſiæ aſſerit*, p. 273. n. 96. & p. 312. n. 94. & 97.
Synodus Arelatenſis prim. R. E. *aſſerit*, pag. 314. n. 98.
Synodus Romana prim. R. E. *aſſerit*, p. 314. n. 99.
Synodus, Sardica prim. R. E. *aſſerit*, p. 322. n. 113. & 114.
Syn. Cõſtantinopolitana prim. R. E. *aſſerit*, p. 338. n. 149. & p. 397. n. 417. & p. 394. n. 418. & 419.
Syn. Africana prim. R. E. *aſſerit*, p. 344. n. 182.
Syn. Carthaginenſis prim. R. E. *aſſerit*, p. 344. n. 183.
Synod. Epheſina, prim. R. E. *aſſerit*, pag. 366. n. 272. et ſeq
Syno. iij. ſub Symmacho, prim. R. E. *aſſerit*, p. 388. n. 386.
Synod. iiij. ſub eodem, primatum *aſſerit*, pa. 388. nu 388.
Synod. v. ſub eodem, primat. R. E. *aſſerit*, p. 388. nu. 390.
Synod. Inglehemi, prim. R. E. *aſſerit*, pag. 446. nu. 684.
Synod. Senonenſis, An. D. 1524. primatum Rom. Eccl. *aſſerit*, pag. 594. nu. 1345. vſque 1348.
Synod. Treuerenſis, An. D. 1548. *ibidem.* p. n. 1350.
Synod. Colonienſis, An. D. 1549. *ibidem*, n. 1351.
Synod. Moguntina, primatum R. E. *aſſerit*, *ibid.* n. 1352.
Syn. alia Treueren. An. D. 1549. *ibid.* nu. 1353. et ſequ.
Syn. Tridentina, prim. *aſſerit*, pa. 652. nu. 1515. vſq. 1523.

T.

TAcere non ſemper expedit, pag. 327. *d.*
Tatianus, hær. p. 267. *a.* *Tandemus*, hær. p. 475.
Tarraconenſes Epiſcopi profitentur, nihil per errorem à Sede Apoſtolica Romana præcipi. pag. 384. num. 364.
Teleſphorus Papa. pag. 263.
Templũ Dei, in quo Antichriſtus ſedebit, p. 774. & ſeq.
Templa Deo dicata, ſunt digna honore, p. 313. e p. 477. c.
Templariorum perfidia, pag. 513. d.
Temporalia Eccleſia habere poteſt, pag. 325. d. pag. 531. d. pag. 547. d. & pag. 503. l.
Tertullianus indicat Papam ſuo tempore principium cõmunionis Eccleſiaſticæ extitiſſe, p. 278. n. 31.
Tertulliani errores, p. 279. f. g. h. & 281. k. l.
Tentationes & afflictiones Chriſti profuiſſe nobis, 705. i
Teſtamentum vtrũq; ex æquo eſt à Deo, p. 301. e. & d.
Theocatagnoſtæ, hæret. pag. 423.
Theodoretus affirmat, Sedem Ro. ſemper fœtoris hæretici exortem permanſiſſe, p. 368. n. 285. pa. 370. n. 354.
Theodorus Studienſis Græcus dixit, infractam fidei Petram Romæ eſſe, p. 428. nu. 605.
Theodorus Papa i. p. 421. *fundamentum Eccleſiæ dicitur*, pag. 422. num. 558.
Theodorus ij. pag. 445.
Theodoſius Imp. vult populos ſuos in Romana religione verſari, pag. 340. n. 159.
Timor Domini caſtus in futuro ſæculo erit, & in Chriſto fuit, p. 487. *a.* & *f.*
Theopaſchitæ, hær. 399.
Thnetopſychitæ, hær. p. 421. *h.*
Theophilus Patriarcha Alexandrinus operam dedit, vt Flauianus patriar. Antiochenus in gratiam Epiſ. R.

 redire

ecdiret, p.346.n.185. et 186. Idē in cōtentione aduerſus D. Chryſoſtomum conatus eſt alta ſua Rom. pontifici probare, p.350 n.217. & p.352.n.232.
Thom. Carthag. Ep. ad Rom. Sede cōfugit, p.4[illegible].n.719
Thomas Elyſius Neapol. prim. R. aſſerit, p.673.n.1576
Thomas de Aquino affirmat, Solam Eccleſiam Petri ab erroribus mundam fuiſſe, p.510.n.966. vſq. 968
Thomas Morus & ſcriptis, & ſanguine ſuo R. primatū tutatus eſt p.590.n.1333. & p.592.
Thomas Waldenſis docet, parendum eſſe Decretis papæ. p.538.n.1074.
Tilmannus primatum Rom aſſerit. p.648.n 1505.
Traditionibus vtendū. p.317.a.405.a. Claudianus.343 f
Tranſmigratio animarum de corporibus in corpora confutatur. p.305.n.
Tranſubſtātiatio. p.20. & 455.a. & b.479.e.653.i.655
Tributa Magiſtratibus ſoluenda eſſe, p 559.
Trinitas in Deo, p.273.d p.295.p.297.a.p.301.b.p.309. e.p.321.a. & c.pa.369.q.p. 513.b.
Trinitarij hær. p. 715.
Tropiſtæ, hær. p. 659.
Turrelupini, hær. p.531.
Tyrannus quilibet à quolibet legitimè occidi non poteſt. p. 539.b.

V

VAletinus, hær. 265. Valetinus Cratoaldus, hær. 669 Valeſij, heretici. 277. Vbiquarij, hær. 655.k.
Verbum Dei nō ſcriptū. 13. & 14. Item 317.a. & 611.a.
Verba Euchariſtiæ operantur in panem & vinum, antequam ſumantur. 20.
Veſtis candida in vſu olim in Sacrificiorum adminiſtratione 385.i.
Videre Deum à Beatis per eſſentiam. 491. r.
Victor papa 1. rectè Epiſcopos Aſiæ à cōmunione ſecludendos edixit. 270. vſq. 276. Victor 2. 457.
Victor Carthagin. Epiſc. prim. R. agnoſcit, p.423.n.563
Vigilantij hæreſes, pag. 359. & 361.
Vigiliæ frequentandæ. 362. d.
Vigilius pp. in Rom. Cathedra conſtituitur, Anthimū nō reſtituit. 304.n.424. Synodo v. aſſenſit 396. vbi etiā prim. R. aſſerit. n.431. Epiſcopū Cæſar. deponit. n.432
Vigilius Tridentinus Epiſc. Eutychē oppugnauit. 401.e
Virginitas præferenda Matrimonio. 341.e.357.d.357.b
Virginitatis votum. 343. f. 377.g.
Vita æterna eſt merces bonorum operum. 16 & 17.
Vitalianus papa Oſwy Regem Angliæ docuit ſequi regulam principis Apoſtolorum, p.424.n.574.
Vitellotius Cardinalis primat. R. aſſerit, p.728.n.1997.
Vnctionis Extremæ Sacramentum. 527.b. & 505.p.
Vnitis, hær 731.a.
Vnitas Eccleſiaſtica incipit ab vno Petro ſecūdùm Domini diſpoſitionē. 137. quiſquis alibi, quàm in vna Petri Cathedra collegerit, ſpargit. 282.n.41. et p.340.n.165
Vnus ſolus Petro ſuccedit in plenitudine poteſtatis. 215. 216
Votum caſtitatis. 343. f. 361.a. Et in alijs omnibus. 379.i.
Votum Religionis. 393.k. Votum obedientiæ. 425.c.
Vrbanus i. 279. Vrbanus ij. 469. Vrbanus iij. 493.
Vrbanus iiij. 511. Vrbanus v. 529. Vrbanus vi. 533.
Vſuræ ſunt prohibitæ, p.505.z.

W

WAldachiana hæreſis. 515.
Waldemarus Daniæ Rex Romanum primatum credit & confitetur, p. 488.n.878.
Waldenſes, hær. p. 493. qui oſtenduntur genus quoddam monachorum fuiſſe. ibidem. & p.495.
Wiclefus. hær, p. 531.
Wilhelmus Occam errauit, p.519.m. qui tamen primatū Rom. agnouit, p 522.n. 1012.
Wolfgangus Muſculus, hær. 671.

X

XEnaias hær. nondum baptizatus pro Epiſcopo ſe geſsit, & Sanctorum Imagines primus apertè negauit eſſe venerandas, p. 401. a.
Xyſtus papa. i p. 261.
Xyſtus ij pag. 369.
Xyſtus, iij. p. 301.
Xyſtus iiij. pa. 565.

Z

ZAcharias papa, p. 429. tres Epiſcopatus in Germania conſtituit. pa. 428.n. 606.
Zepherinus papa. p. 279.
Zeno Imperator tepidus in fide, p. 399.a.
Zoſimus papa p. 355. immunis ab omni vitio corrūpendi Canones Nicænos. p.356. ac ſi quid erratum eſt, nominis tantùm, non rei ipſius errorē fuiſſe, p.358. 360.

FINIS.

Hi Libri de Viſibili Monarchia Eccleſiæ, perlecti ſunt atque approbati, partim à M. N. piæ memoriæ D. Thoma Gozæo à Bellomonte, partim à M. N. D. Ioanne Molano: quorum vterque & à Summo Pontifice, & à Rege Catholico ad hoc officij ſunt deputati. Qui & cenſuras ſuas his Libris ſubſcripſerunt, atque autographis proprijs conſignarunt in hunc modum.

Thomas Gozæus à Bellomonte, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Collegij Sabaudiæ Præſidens.

Ioannes Molanus Louanienſis, Sacræ Theologiæ Profeſſor & Librorum Regius Viſitator.

Errata ad hunc modum corrigantur.

Pagina 19. verſu 8. tamen pro nobis, lege (in nonnullis Exemplaribus) itaque nobis. p. 34. v. vlt. Magiſt. l. in Magiſt. p. 39. v. 33 producta, l. productū. p. 47 v. 1. ſec. l. ſed. p. 52. v. 23. cognoſcat, l. cognoſcāt. p. 71. v. 31. côuoto, l. conuocato. p. 83. v. 26. percut, l. pergat. p. 125 v. 17. externis, l. ex ternis. p. 132. v. 13. Sem Melchiſ. l. Sem ſeu Melchiſ. p. 135 v. 52. cor nō ſupra. l. cur ſupra p. 140. v. 40. vncta l. ſūcta. p. 174 v 51. ædificabo. l. ædifico. p. 193. v 31. quæ, l qua, idq; bis. p. 195. v. 42. doois (inter, l. donis inſtructū (inter. p. 205. v. vltimo, atque in, l. atque ita. p. 211. v. 44 cui Deus, l cū Deus. p 222 v. 19 grauita, l. gratuita. p. ibid. v antepen. in Philoſ l. ex Philoſ. p. 227 circa mediū, præceden l. recedētes. ibid. v 39. reipublicæ, l. rei publicè. p. 238. v. 15. principem primum, l. principem omnium p. 260. v 44. Decretalium, l Decretali. p 270. v. 5 ante finē, forti, l fore p. 280 v. 24. quod ex; l. quod Petrus ex. ibid. v. 34. in cōdendo, l incendendo. p 291. v 2 hæreticis, l hæreſia. p 295 v. 30. videor. l. video. p. 317. vlt. Conſtantinus, l. Conſtantius. p. 322. v. 33. eum l enim. p. 333. in, linea pontifi Rom. l. Idem Liberius & nihil aliud. p. 335. in lin. pon. l. Idē Liberius. p. 337. in lin pon. l. Fœlix Rom. (et pōſt) Damaſus. p 339. in lin. pon. l. Idē Damaſus p 341 in lin. pon l Idem Damaſus. p. 348. v. 12 conſtitutarum l conſtitutionum. p 385. v. 8. mortuum, l. moriturum. p. 451. à fine v. 5. quorum, l. quorſum. p. 469 in lin pōti ad finē ſcribe Paſchalis 2. an. 18. m. 6. p. 497. à fine. v. 5. indigne, l indignis. p 548. num. 1079. Bernardus, l. Bernardinus. p. 620. v. haberi, l. habere. p. 712. v. 3. quæ quondam miniſtrauerat Margaretæ, & quæ ſequuntur, vſque ad verbum occurrerat: ſic enuncianda ſunt: quę quondam apud Thomam Morum vnà cum reliquis ipſius liberis tanquam & ipſa chariſſima filia, educata fuerat. p. 755. v. 28. blaſphemias. l. blaſphemiā. p. 766. v 36 de duo, l de quo. p. 781. v. 45. Epiſcopos Antioch. l. Epiſc. Romā. Antio. p. 795. in titulo c 30. quaque, l. quodque. p. 795. v. 33. in nomine, l. in ſemine. p. 831. v. 28. verbi l. veri Dei.

Quæ verò à Damaſi temporibus vſque ad Gregorium Magnum, perperam ſunt collocata, ita reſtituuntur.
Prior autem numerus Teſtimoniorum paginas deſignat, quibus cætera è regione reſpondent.

Pagina	*Anni Dom.*	*Pontifices Romani.*	*Imperatores Romani.*	*Hæretici, & Pſeudoprophetæ.*
336. in medio reſpondet		38. S Damaſus.	Iulianus Apoſtata.	80. De Iuliano Apoſtata.
	366	Secundu Synodus Con-	Iouianus.	
	381.	ſtantinopolitana.	Valentinian, cū Valente.	
339. in fine.	384	Idem Damaſus.	Gratian. cū Valentiniano.	81. De Apollinariſtis.
			Theodoſius 1. Iuſtina.	82. De Seleucianis, & Hermianis.
340.		Idem Damaſus.	Iiſdem imperantibus.	83. De Priſcillianiſtis. 84. De Priſcilliano.
				85. De Meſſalianis, Euchitis, ſeu Enthouſiaſtis.
342. & in medio.	385	39. S. Siricius.	Theodoſius.	86. D. Hypſiſtanis, 87. De Iouinianiſtis. 88. De Sabbatianis,
	388	40. S. Anaſtaſius.	Arcadius & Honorius.	89. de Hilario laico. 90. de Abelianis. 91. de Donatiſtarū hæreſib. De moribus Donatiſtarum.
344. I medio	402	41. S. Innocentius.	Honorius.	
346.		Idem Innocentius.	Idem Honorius.	92. De Colluthianis.
348.	405	Idem Innocentius.		93. De Heluidianis, ſeu Antidicomarianitis.
350. I medio.		Idem Innocentius.	Idem Honorius.	94. De Feliciano.
352.	410	Idem Innocentius.	Idem Honorius.	95. De Vigilantij hæreſibus.
354.	416	42. S. Zoſimus vſque ad paginam 362.	Idem Honorius.	96. De libris Canonicis. 97. De Septuagint. duob. Interpret.
			Idem Honorius.	98. De Fortunati, Fauſti, Felicis, Secundini, & aliorū hęreſibus.
362. I medio.	419	43. S. Bonifacius.	Honor. & Theodoſ. Iun.	99. De Pelagianis, & Cæleſtianis.
364.		Idem Bonifacius.		
366. I medio.	428	44. Cæleſtinus.	Theodoſius Iunior.	De Dubijs circa Prædeſtinationem.
		Synodus Epheſina.	Valentinianus 3.	100. De Neſtorianis.
368. I medio.	432	45. S. Xyſtus.	Iidem Impp.	101. De hæreſi Prædeſtinatorum.
370.		Idem Xyſtus.	Martianus.	102. De Eutichianis.
372. & 374.		46. Leo.		
376.	440	Synodus Chalcedonenſis.		
378.		Idem Leo.	Idem Martianus.	103. De hæreſibus Priſcillianiſtarum.
380.		4. Synod oecumen. Chal.		
382.		Idem Leo.	Leo Imperator.	De Sectis Neſtorianorum & Eutychianorum,
384.	461	47. S. Hilarius.	Leo Imperator.	De Secta Pacificatorum.
			Leo Imperator.	
	467	48. Simplicius.	Zeno.	104. De Theopaſchitis.
386.	473	49. S. Felix 2. Iunior.	Anaſtaſius 3.	105. De Iconomachis.
	452	50. S. Gelaſius.		
	496	51. Anaſtaſius 2.		
388.	498	52. S. Symmachus.		106. De Acephalis.
390.	514	53. S. Hormiſda.	Iuſtinus 1.	
	523	54. S. Iohannes.		
	526	55. S Felix 3. dictus 4.	Iuſtinianus.	107. De Chriſtolytis.
	530	56. Bonifacius Iunior.		
392.	532	57. Iohannes Iunior.	Idem Iuſtinianus.	
	534	58. S. Agapetus.	Idem Iuſtinianus.	108. De Agnoitis.
394. in medio.	535	59. S. Siluerius.	Idem Iuſtinianus.	
	537	60. Vigilius.		109. De Aphthartodocitis.
		5. Synod oecum. Conſtāt.	Idem Iuſtinianus.	
396. & 358.	540	Idem Vigilius.		110. De Monophyſitis.
	555	61. Pelagius.	Iuſtinus 2.	
	560	62. Iohan. Catelinius.		111. De hæreſi circa reſurrectionem carnis.
	575	63. Benedictus.	Tiberius.	112. De Eutychio.
	579	64. Pelagius Iunior.		
400.	580	Idem Pelagius Iunior.	Mauritius.	
402. verſus finem.	591	65. Gregorius Magnus.	Idem Mauritius.	113. De Iacobitis.
	592	Idem Gregorius.	Idem Mauritius.	114. De nouis Origeniſtis.
404.				115. De nouis Donatiſtis.

☞ *Reliqua deinceps vbique ferè ſatis aptè reſpondent.*

qui & nouam iſtam congregationem clarè perſpicient Eccleſiam Chriſti eſſe non poſſe,& tamen ad Romanam Eccleſiam reuerti nolunt,vt ne fruſtra illam odiſſe aliquando videantur; nihil putabunt conſultius,quàm vt vniuerſamChriſti Eccleſiam,Chriſtumq; ipſum abnegent,ac nondum veniſſe verum Meſsiam aſſerant, expectandum verò adhuc eſſe,donec
2. Theſſal 2. tandem vnà cum Iudæis Antichriſtum ipſum pro Chriſto ſuſcipiant. Ac nimirum *ſi reuelabitur ſuo ſempore homo ille peccati , filius perditionis , qui aduerſatur Chriſto , & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus , ita ut in Templo Dei ſedeat , oſtendens ſe tanquam ſit Deus. ſi aduentus eius erit ſecundùm operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis , & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, ijs qui pereunt , eò quòd charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent:* nō poſsit autem recipi Antichriſtus,quàm diu creditur ab omnibus gentibus,Chri-
Actor 1. ſtum iam veniſſe in mundum,eiuſq; rei Eccleſiam ſuam per omnes gentes diffuſam locupletiſsimum teſtimonium eſſe: profectò qui rectè velit præparare viam Antichriſto, ante omnia oportet,vt hanc vniuerſalem,quæ vbique diffuſa eſt,Eccleſiam ex animis hominum tollat,vt Chriſtus ſine teſtimonio ſuo primùm in terris relinquatur,ac deinde locus vacuus
2. Theſſal. 2. Antichriſto in cordibus hominum præparetur in quo ſedeat *velut in Templo Dei.* Nam hoc Satanas per Paganos,hoc per Iudæos,hoc per omnes Hæreticos,hoc per Mahumetanos,potiſsimùm aūt nūc per Lutheranos & Caluiniſtas agit: vt antiquā Eccleſiæ Chriſti memoriā, ſucceſsioniſq; claritatē,quod in ſe eſt,auferat;quò plurimis iā de ſingulis propè articulis fidei,ac præcipuè de vera Eccleſia dubitantibus,ille per falſa miracula ſua fidē apud incredulos inueniat, & ita velut in vacuā poſſeſsionē intrans, leui opera Chriſtū ex animis hominū euellat,ſeq; *extollat ſupra omne quod dicitur Deus aut quod colitur.* Nec enim aliorſum ſpectauit Dauidis Georgij ratiocinatio illa,qua ſe verū eſſe à Prophetis promiſſū Meſsiā, Chriſtū aūt Impoſtorem,hoc modo probare nititur. Sic eim colligit. Si Chriſtus ille verus fuit Meſsias, oportebat vt contra Eccleſiam ab illo fundatam portæ inferi non præualerēt:ſic enim promiſerat. Iam autem præualuerunt,ſicuti in Papatu manifeſtum cernimus. Non erat ergo ille
1. Iohan. 3. verus Meſsias. Hæc ille nebulo. Sed *in hoc apparuit Filius Dei, vt diſſolueret opera diaboli.* Huic igitur malo occurrens,cùm ipſe per naturam firmiſsima Petra eſſet,promiſit *ſe ædificaturum*
Iohan. 1. *Eccleſiam ſuam ſuper Petram* illam,cui ob eam cauſam dixerat: *Tu vocaberis Cephas.* Et iterū
Matth. 16. *Tu es Petrus.* & demum : *Amas me plus his? Paſce oues meas: ſuper hanc* (inquit) *Petram ædifi-*
Iohan 21.
Matth. 16. *cabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.*

Certò igitur ſciamus , neminem omnino ſaluari poſſe , qui Petrum à Chriſto Paſtorem totius gregis conſtitutū,contemnat,aliumq; Paſtorem extra vnitatem Cathedræ Petri quærendum ſibi ſtatuat. Fremant Lutherani quantum volent: vt olim *ex Iudæis,* ita nunc ex Ec-
Iohan. 4. cleſia Romana *ſalus eſt.* Nam vt omniū Iudæorū primus Pontifex in Templo Hieroſolymi-
Deuter. 17. tano ſedebat,cuius imperio neceſſe erat omnes obedire: ſic omniū Chriſtianorum primus
In Chron. Pontifex(quem Petrū fuiſſe Euſebius refert)hodie in Eccleſia Romana ſedet. Quid multis?
Hieronymus aduerſus Luciferianos. Hanc totam diſputationem verbis Hieronymi concludam. *Abſit vt fruſtra Deus mortuus ſit. Alligatus eſt fortis, & vaſa eius direpta ſunt. Allocutio Patris impleta eſt : Poſtula à me , & dabo tibi gentes hæreditatem tuā: & poſſeſsionem tuā, terminos terræ. Apparuerunt fontes aquarum: & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. In Sole poſuit tabernaculum ſuum, nec eſt, qui ſe abſcōdat à calore eius.* De quo plenius Pſalmiſta canit: *Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorū deſtruxiſti. Et vbi, quæſo, iſti ſunt nimiū religioſi, imò profani, qui plures Synagogas aſſerunt eſſe, quàm Eccleſias? Quomodo deſtructæ ſunt diaboli ciuitates: & in fine, hoc eſt, in ſæculorum cōſummatione Idola corruerunt? Si Eccleſiā non habet Chriſtus, aut ſi in Sardinia tantùm habet : nimium pauper factus eſt . En , ſi Britannias, Gallias, Orientem, Indorū populos, Barbaras nationes, & totum ſemel mundū poſſidet Satanas: quomodo ad angulū vniuerſæ terræ Crucis trophæa collata ſunt?* Ex quibus Hieronymi verbis facilè addiſcimus,nihil abſurdius eſſe,quàm vt plures Iudæorū Synagogæ, quàm Chriſtianorum Eccleſiæ dicantur in mundo vnquā poſt Chriſtū extitiſſe. Et tamen tā Lutherani,quàm Caluiniſtæ neceſſe habēt cōfiteri,plures Iudæorū Synagogas,quā ſuorū Eccleſias per valde multa ſecula extitiſſe. Quid ergo ſupereſt,niſi vt certiſsimò credamus, Lutheranos,& Caluiniſtas nō Chriſti Eccleſiā,ſed Antichriſti præcurſores exiſtere: qui dū Catholicā Chriſti Eccleſiam oppugnant,& Chriſtū interim ſine teſtimonio in terris relinquere conantur,viam expeditiſsimam Antichriſto præparant. Ac de Antichriſto & eius membris hactenus dictum ſit ; ad honorem Chriſti,& Sanctæ Catholicæ atq; Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ.

FINIS.

INDEX

PERSONARVM ET RERVM, DE

quibus in his Octo Libris potiſsimùm agitur.

A.

AAronis & poſterorum eius Primatus, pagina 228
Abd-Iſu patriarcha Aſſyriorum Orientalium primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pagina, 666. numero 1555. & 1556.
Abel tam faciendo ſacrum de agnis ſuis, quàm patiendo mortem in carne ſua tùm cœnæ, tùm crucis Domini Sacrificium figurauit, pagina, 17.
Abeliani, hæretici, pag. 347.
Abominatio deſolationis eſt ipſe Antichriſtus, pa. 786.
Abraham erat minor Melchiſedecho, pa. 132. & 224.
Abſolutio Sacerdotalis tā olim à Nouatianis, quàm nūc à Proteſtantibus oppugnatur, p. 289. & 331.
Abſtinētia à certis cibis laudabilis eſt, p. 341. c. p. 379. b.
Acatius Conſtantinop. Epiſcopus, primatum Romanæ Eccleſiæ ante ſchiſma aſſeruit, pag. 384. n. 366.
Acatius, hæret. vnde Acatiani, pag. 315. c.
Accurſius primatum R. Ec. aſſerit, pag. 580. num. 951.
Acephali, hæret. pag. 401.
Aceſius Nouatianus, pag. 311.
Adamus Delphinus prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pa. 640. num. 1478. & ſequen.
Adamantius Orator vij. Cantonum Heluetiorum, Rom. primatum aſſerit, p. 656. num. 1536. vſque 1538.
Adam ſaluatus fuit, pag. 367. c.
Adamum præfuiſſe ſolum toto humano generi, præſertim ei quod in fide vero permanſit, pa. 119. 130. & 222.
Adamus niſi peccaſſet, mortem non ſubijſſet, pag. 383. d.
Adamiani, hæret. pag 269.
Adalbertus Pragenſis Ep. prim. Ro. Ecc. aſſerit, p. 450. n. 695.
Adelmannus, pa. 469. littera. m.
Adiaphoriſtæ, hæret. p. 713.
Adeodatus, pa. 425.
Ado primatum Romanæ Eccleſ. aſſerit, p. 442. n. 668.
Adoratio quædam ſoli Deo, alia creaturis impenditur, pag. 437. e.
Adrianus iij. primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 442. num 671.
Adrianus i. pag. 433.
Adrianus ij. pag. 441.
Adrianus iij. pag. 443.
Adrianus iiij. pag. 483.
Adrianus v. pag. 513.
Adrianus vi. p. 587.
Ægidius Viterbienſis, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 568. num. 1213.
Æneas Syluius, primatum Romanæ Eccleſ. aſſerit, pa. 552. n. 1104. vſque 1111. & p. 558. n. 1124. & ſequ.
Aerius, hæret. negans oblationem pro defunctis, ieiunia indicta, & Epiſcopalem prærogatiuam, p. 325. a. b. c.
Africa ſumpſit Sacerdotalis ordinationis exordium à Sede Apoſtolica Romana, pag. 406. nu. 478.
Agapetus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pa. 398. num. 411. & ſequentibus.
Agapetus i. Papa, pag. 393.
Agapetus ij. papa, pag. 449.
Agapetæ, hær. 331. d.
Agatho, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p. 424. num. 581. & ſeq.
Agatho, papa, pag. 425.
Agnoitæ, hæret. pag. 401.
Agonyclitæ, hæret. pag. 429.
Aimoinus primatum Rom. Eccl. aſſerit, p. 468. n. 1676
Alanus Copus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pa. 724. num 2016. & ſeq.
Albertus Pius Carporum princeps, primatum Romanæ Eccleſ. aſſerit, pag. 582. num 1287. vſq. 1290.
Albertus Pighius prim. Rom. Ecc. aſſerit. p. 628. n. 1445. vſque 1448. & p. 630. nu. 1449. vſq. 1451
Albertus Magnus, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 510. num. 960. & ſeq.
Albinus (ſeu Alcuinus) Caroli Magni præceptor, primatum Rom. Eccleſ. aſſerit, pag. 434. num 623.
Aldephonſus Rex primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 442. num. 662. & 663.
Alexander Archiepiſcopus Alexandriæ, p. 309. littera d
Alexander iij pag 505. litera L
Alexandrina Eccleſia primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 312. num 96. & pa. 334. n. 137.
Alexander de Ales prim. R. E. aſſerit, pag. 508. n. 957.
Alexius Epiſcopus Melfitanus, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 586. n. 1222. & 1223.
Alexandriæ Marcū Petri Diſcipulū ſediſſe, & eam Eccleſiam reddidiſſe ſecundam Sedem, p. 251. & 254.
Alexander i. Papa, p. 261.
Alexander ij. p. 457.
Alexander iij. p. 487
Alexander iiij. p. 511.
Alexander v. p. 535.
Alexander vi. p. 565.
Alfonſus de Caſtro Primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit pag. 596. n. 1357. & 1358.
Almaricus, hæreticus, pag. 509.
Alogi, hæretici, p. 269.
Altaria in nouo Teſtamento, p. 351. e. & 649. f.
Aluarus Pelagius primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 524. n. 1014. vſque 1020.
Aluarus Pelagius hæreſes Begardorum oppugnat, pag. 515. & 517.
Amator, Epiſcopus prim. R. Ec. aſſerit, p. 394. n. 433.
Ambroſius primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p. 340. n. 162. & p. 342. n. 166. & 167. & p. 344. n. 184.
Ambroſius, p. 323. lit. b & p 335. lit. b. & c.
Ambroſius Ansbertus prim. Rom. aſſerit, p. 430. n. 610.
Ambroſius Catharinus prim. Rom. aſſerit, p. 612. n. 1416.
Amedeus antipapa prim. Rom. E. aſſerit, p. 558. n. 1129.
Amſdorfius, hæreticus, p. 601.
Anaſtaſius Patriarcha Antiochiæ contra Aphthardocitas veritatem mortis Chriſti defendit, pag. 403. a.
Anacletus primatum Eccleſiæ Rom. aſſerit, p. 260. n. 6.
Anaſtaſius PP. non decreuit aliquid contra fidem, pag. 38 e. 4 Quidam.
Anaſtaſius ij. prim. aſſerit, p. 428. n. 599. et 344. n. 180.
Anabaptiſtæ, hær. p. 623.
Anabaptiſtarū ſectæ. p. 629.
Anabaptiſtæ plurimos vtriuſque Teſtamenti libros reijciunt, pag. 615. e.
Anacletus papa, pag. 261.
Anatolius Patriarcha Conſtantinop. Romanum primatum agnoſcit, pag. 374. n. 321.

& Africus p. 452.

Anaſtaſius i. *Papa*, pag. 343.
Anaſtaſius ij. pag. 387.
Anaſtaſius iij. pag 445.
Anaſtaſius iiij. pag. 483.
Andreas Barbatius Siculus primatum Romanæ *Eccleſiæ aſſerit*, pag. 556. n. 1129.
Andreas Muſculus hæreticus. pag. 601.
Andeani hæretici, pag. 3:1.
Angelus primus in Satanam mutatus, p. 125. & *ſequēt*.
Angelos habuiſſe vnum principem, pag. 123. *vſque* 127.
Angelos non colendos inſtar Dei, pa. 277. 257.
Angelici, hæretici, pa. 277.
Angelus de Caluario primatum Romanæ *Eccleſiæ aſſerit*, pag. 558. num. 1142.
Angelus Politianus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 566. num. 1195. & *ſeq*.
Angli Martyres primatum Romanæ *Eccleſiæ confitentur*, pag. 592. num. 1341. & *ſeq*. & pag. 686. *vſque* pag. 712. *Item* pag. 733. n. 2038. p. 734. pag. 736.
Anicetus papa. pag. 267.
Anterus papa. 281.
Anicetus primatum Rom. *Eccleſ. aſſerit*, pag. 266. n. 13.
Anima eſt creata, p. 261. e. *non corporea*, pa. 279. g. *nec in dæmonem vertitur*, pa. 281. a. *nec tranſmigrat in diuerſa corpora*, p. 501. g.
Anima Chriſti deſcendit ad inferos. pa. 713. e.
Anſelmus Cantuarienſis Epiſ. Ro. *Eccleſ. aſſerit*. 460. n. 738. 739 740. 741. 742. & p. 468. n. 775. 779.
Antiochena Eccleſia prim. Rom. *Eccleſ. aſſerit*. p. 334. num. 137. & pag 352. n. 227.
Antheri papæ epiſtolā Nicephorus agnouit, p. 280. n. 35.
Antherus primatum Romanæ Eccleſ. *aſſerit*, pag. 280. num. 35. & *ſequen*.
Antinomi, hæret. pag. 601. t.
Antipapæ cum ſunt, quid agendum, pa. 532. n. 1058. *vſque* 1060.
Antoninus primatum Rom. *Ec. aſſerit*, p. 516. n. 1001. & pa. 550. num. 1097. *vſque* 1099.
Antonius de Roſellis *prim*. Rom. *eccleſ. aſſerit*. p. 548. n. 1081. 1082. 1083. & p. 550. n. 1084. *vſq*. 1087.
Antonius Bonſinius prim, Rom. *eccleſ aſſerit*. p. 562. n. 1159. & 1172.
Antonius Puccius primat. R. *eccl. aſſerit*. p. 572. n. 1243.
Antichriſti nomen, pag. 789. 790.
Antichriſtus vnus homo, p. 740. *non eſt Pontifex* R. 756. *vſq*. 723. *quo in templo Dei ſedebit*. 774. 775.
Antichriſti exercitus, pag. 781.
Antiochiæ Petrum ſediſſe, eamq; eccleſ. Orientis Metropolim reddidiſſe. p. 242. & 244.
Anyſius Theſſalonicenſis Epiſcopus prim. Rom. *eccleſiæ aſſerit* p. 351. n. 226.
Apelles, hæreticus. pag. 269.
Aphthartodicitæ, hær. pag. 403.
Apiarij cauſa examinata, pa. 356. 358. 360.
Apoſtoli dicūtur eſſe cū Petro tanquā cū Duce ſuo. 178.
Apoſtolis vnum præfuiſſe, pa. 166. *vſque* 170.
Apoſtolici, hæretici, pag. 277.
Appellabant Epiſcopi ad Rom. *pon*. p. 322. n. 113. & *ſeq*.
Aqua vino miſcenda in myſterijs. pa. 269. g. pa. 649. e.
Arabici, hæretici, pa. 279.
Arator prim. Roman. *Eccl. aſſerit*. p. 396. n. 451.
Arbitrium liberum, p. 251. p. & pa. 365. b. & p. 607 g.
Aribertus Rex *Longobardorum primatum* Rom. *Ecc. aſſerit*, p. 428 n. 596. & *ſequen*.
Arnulphus Imperat. prim R, E. *aſſerit*, p. 442. n. 675.
Arimineſe Concilium cur œcumenicum nō ſit, pa. 329.
Arius & Ariani, hær. 309.
Archontici, hær. p. 265.
Armenij, hæret. pa. 411.
Arnoldus Brixienſis, hæret. pa. 487.
Articuli Græci vi, p. 742. & *ſeq*.
Artoteritæ, hær. pag. 273. x.
Aſclepas Epiſc. primatum Ro. *Ec aſſerit*. p. 320. n. 108.
Aſcodrogitæ, hær. 269.
Aſterius Arianus hær. p. 313.
Aſiæ Epiſcopi Romam *acceſſerunt ab initio*, pag. 264.
Athenagoras pro reſurrectione mortuorū ſcripſit. 279. e.
Athanaſius Rom. *pontificem appellauit*, pa. 320. n. 104.
Athanaſius primatum Rom *Eccl. aſſerit*. p. 314. n. 100.
Auguſtinus credidit, non repugnare fidei, vt ſupra Petrū ædificaretur Eccleſia, pag. 172.
Auguſtinus Romanum *primatum aſſerit*, p. 306. n. 88. pag. 342. n. 168. & 178. p. 348. n. 207. & *ſeq*. p. 354. n. 233. *vſque* n. 238. pa. 337. lit. c p. 339. lit. e. g. & p. 365. lit. a. b. c.
Auguſtinus ſcripſit contra hæreſim Donatiſtarum, pa. 349. a. pa. 351. d. e. *Manichæorum*, p. 365. *vſque* 381. *Pelagianorum*, p. 381. *vſque* p. 385. *Neſtorianorum*, pag. 391. b & c.
Auguſtinus Anconitanus oppugnauit Ioannem de Poliaco, pag. 525. a.
Auguſtinus de Ancona primatum Rom. *Eccle. aſſerit*, p. 524. n. 1024. *vſq*. 1026. p. 526. n. 1027. *vſq*. 1029.
Aurelianus Imperator prim. Ro. *Ec. aſſerit*, p. 509. n. 82.
Auctoritas Papæ mox ab initio Eccleſiæ, p. 271. & *ſeq*.
Aurelianenſe Concil. agnoſcit Rom. *prim*. 398. n. 437.

B.

B*Abilas Epiſcopus nouæ Theodoſiopolis* Romanū *primatum aſſerit*, p 568. num. 278. & *ſequent*.
Babylon *in nouo teſtamento* Romam *ſignificat*. pa. 252.
Baptiſmus niſi paruulis conferatur, non ſaluantur, pag. 381. & p. 635. e.
Baptiſmus *gratiam confert*, p. 11. & p. 337. a. c.
Baptizari ſecundò non licet, p. 283. *hær*. 48. & 285. & p. 331. c. p. 293. & 309. c. p. 349. b.
Barbariſmus. p. 223.
Bardeſanes, hær. p. 267.
Baſilides, hæret. pag. 261.
Baptiſta Mant. prim. Rom. Ec. *aſſerit*, pag. 568. n. 1210.
Baldus Romanum *primatum aſſerit*, pag. 530. n. 1047.
Balthazar del Rio primatum Romanæ *Eccleſiæ aſſerit*, pag. 572. num. 1236.
Baptiſta Egnatius Rom. *prim. aſſerit*, pa. 566. n. 1197.
Bartolus Romanum *primatum aſſerit*, pa. 528. n. 140.
Baſilius Magnus primatum Romanæ *Eccleſiæ aſſerit*, p. 334. num. 135. & 140. p. 336. num. 141.
Baſilius oppugnauit Eunomium, pa. 319. c. d. et e.
Baſilius Imperator primatum Rom. *Eccleſ. aſſerit*, pag. 442. num. 664. *vſque* 666.
Beatorum animæ diuinam eſſentiam vident ante corporum ſuorum reſumptionem, pa. 520. n. 1010. et p. 522.
Beda *Angloſaxo dicit, totius* Eccleſiæ *Caput eximium* Romæ *eminere*, p. 428. num. 594.
Bellum gerere Pontifici licet, quanquàm ipſe vti gladio non debeat, p. 377. d.
Benedictus i *papa*. p. 399.
Benedictus iij. p. 439.
Benedictus v. p. 449.
Benedictus vj. p. ibidem.
Benedictus ij. pag. 427.
Benedictus iiij. pa. 445.
Benedictus vi. pag 451.
Benedictus vij. pa. 453.

Be-

Benedictus ix. p. 515. Benedictus x. p. 529.
Benedictus Abbas Angloſaxo Rom. Primatũ agnouit. p. 428. n. 595.
Benignus Epiſc. prim. Rom. Eccleſ. aſſerit. p. 304. n. 83.
Bernardinus. prim. R. E. aſſerit p. 543. n. 1079. & 1080.
Bernardus prim. aſſerit. p. 476. n. 813. 814. 815. 816. p. 478 vſque. 480.
Bernardus Lutzenburgus. primat. Rom. Eccleſ. aſſerit. pag. 584. n. 1032.
Bernardus Iuſtinianus. prim. Rom. E. aſſerit, pag. 568. n. 1177. & 1178. & ibid. n. 1181.
Bernardus Zane Patritius Venetus R. Eccleſiæ primatum aſſerit. pag. 568. n. 1213.
Berno Augienſis prim. Rom. E. aſſerit. p. 452. n. 706.
Berillus hær. p. 279.
Bertrannus hær. pag. 435.
Berengarius hær. pag. 455.
Begards hær. pag. 515. Beguini. hær. p. 519.
Bertolfus impetrat à Papa Honorio, vt nullus Epiſcoporum in eius cœnobio dominaretur. p. 420. n. 546.
Bertoldus, hær. pag. 531.
Bernardinus Ochinus, hær. pag. 627.
Bernardus de clara Valle aſſerit prim. Rom. Eccleſiæ, p. 478. n. 818. vſque 831. & pag. 480.
Birgittæ reuelatur veritas Romani primatus pag. 528. n. 1041. vſque 1045.
Blondus primatum R. E. aſſerit. p. 434. n. 628. & p. 452. n. 697. & pag. 496. n. 907. & pag. 510. n. 964. 965 & 971.
Blaſtus hær. pag. 275.
Bonauentura. p. 515. lit. c. & 521. lit. a. & 513. lit. b. & c.
Bogomili. hær. p. 467. Bohemorum ſecta. p. 553.
Bonoſus hær. p. 323.
Bonauentura prim. R. E. aſſerit. p. 510. n. 969. & 970.
Bonifacius Epiſcop. & martyr à Gregorio Papa ij. in Germaniam miſſus, verbum ſalutis prædicauit. pag. 428. n. 601.
Bonifacius martyr primat. Ro. Ec. aſſerit. 428. n. 606.
Bonifacius i. papa. pag. 363.
Bonifacius ij pag. 398.
Bonifacius iij. pag. 417.
Bonifacius iiij. pag. 419.
Bononifacius v. ibidem.
Bonifacius vi. pa. 445.
Bonifacius vij. pag. 451.
Bonifacius viij. pag. 515.
Bonifacius viij. primatum aſſerit, 514. n. 984. Fraticellos perſequitur pag. 515. b.
Bonifacius ix. pag. 535.
Borboritæ hæret. p. 261. hær. 11.
Bracarenſe Concilium ij. agnoſcit Ro. pri. p. 418. n. 544.
Brentius (ſeu Vbiquitarij hæretici.) p. 655.
Britanni per Eleutherium papam Chriſti. n. 266. 268.
Burchardus VVormatienſis Epiſcopus primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit pag. 452. n. 699.
Bucerus prim. Ro. Ec. confitetur, pag. 588. n. 1323.

C

CÆcilianus Carthaginis Epiſ. videns ſe Rom. Eccleſiæ coniunctum, non curauit multitudinem inimicorum, pa. 305. n. 88.
Cæſarea Cappadociæ legationem ex vrbe Roma admiſit, quæ ſeditionem in ea Eccleſia exortam ſedaret, pag. 334. n. 138.
Caietanus Romanum primatum aſſerit, pa. 586. n. 1306. vſq. 1314.
Cain primus Apoſtata & ſchiſmaticus. pag. 223.
Caluiniſtæ heretici, pag. 635.
Caluinus Romanæ Eccleſiæ primatum confitetur, pag. 622. n. 1434. vſque 1438.
Caluinus ſeu Energici hæret. pag. 673.
Caroloſtadius hæreticus, pa. 657.
Campegius Romanæ Eccleſiæ Primatum aſſerit, pag. 594. n. 1344.
Cantica Canticorum ſacra ſunt, pag. 6 3. d.
Canon Miſſæ venerandus, pag. 647. d.
Canutus Angliæ Rex voti cauſa, Romam petiuit. pag. 452. n. 704.
Caſtaleo hæreticus, pag. 615.
Carolus Gallorum Rex Romanæ Eccleſiæ primatum aſſerit p. 654. n. 1530.
Caſsiodorus Eutychianos oppugnauit, pag. 403. b. primatum Romanum agnouit, pag. 396. n. 430.
Catechiſmus Tridentinus Romanæ Eccleſiæ primatum aſſerit, pag. 722. n. 2014.
Caliſtus papa i. Romanam Eccleſiam vocat Caput Eccleſiæ, p. 278. n. 34.
Caliſtus ij. pa. 475.
Caliſtus iij. pa. 552.
Cataldinus Romanum primatum aſſerit, p. 550. n. 1058.
Cathedra vna & illa Petri, pag. 282. n. 41.
Catholica Eccleſia quot ob cauſas dicatur, pag. 23.
Cathari hæretici, pag. 491.
Cedoaldus Rex Britonum, Romam ſe contulit, pag. 426. num. 592.
Celeſtinus papa i. transfert Epiſcopatus in Græcia, pag. 364. num. 758. & 759. Cyrillum conſtituit vicarium ſuum, pag. 364. n. 261 & 264.
Celeſtinus ij. p. 479.
Celeſtinus iij p. 493.
Celeſtinus iiij p. 507.
Celeſtinus. v. pag. 513.
Celerius in Epiſtola ad papam Leonem, ſedis Apoſtolicæ principatum confitetur. pag. 380. n. 359.
Cœlibatus Sacerdotum, p. 313. d. pag. 352. a. pag. 607. & pag. 609.
Cerdon hæreticus, pag. 265.
Claues regni. pag. 171.
Claudianus Mamertus pag. 405. l. a. & pag. 421. lit. b.
Clerus Romanus, vacante Sede, regebat, pa. 286. n. 50. & ſeq. & pag. 288.
Chalcedonenſem Synodum Apoſtolicæ ſedis firmauit authoritas, pag. 378. num. 342.
Chazinzarij hæretici. 417.
Charitatis neceſsitas in iuſtificatione, pag. 7. & ſeque pag. 591. a.
Character Antichriſti p. 791. quæ falsò inſcribitur. 786.
Cherinthus hæreticus, pag. 257.
Chiliaſtæ hæret. ibidem.
Chorepiſcopi non erigunt Altaris, nec Baſilicas conſecrant, pag. 380. num. 351.
Chriſtus Deus, pag. 259. pag. 309. d. ex virgine natus, pag. 257. b. pag. 261. c. pa. 265. b. verè paſſus, pag. 305. b. non adoptiuus filius, p. 323. c. pag. 433. c. animam vnà cum carne accepit. pa. 335. a. in carne ad dexteram Dei ſedet. ibidem. c. non eſt paſſus inferni cruciatus, pag. 713. f.

nn ij Chri-

Claudian9 Mamerc9 pag. 421.

Chriſma contemptum à Nouatianis. pag. 287. *Item à Donatiſtis,* p. 351. b. *Item ab Henricianis.* p. 481. m.

Chriſolytæ hæret. pag. 401.

Chryſoſtomus ad Romanæ Sedis authoritatem confugit. pag. 348. n. 211. & p. 350. n. 219.

Chriſtophorus Marcellus primatum Romanum aſſerit. pag. 570. n. 1226.

Cituatis deſcriptio. p. 617.

Claducularij hæret. p. 473.

Claudius Taurinenſis hæret. 435.

Clemens ordinatus Epiſcopus Romanus à Petro. p. 254. & 256.

Clemens Papa ex perſona Romanæ Eccleſiæ ſcripſit ad Corinthios. p. 258. n. 4.

Clemens. ij. p. 453.

Clemens. iij. p. 493.

Clemens. iiij. pa. 511.

Clemens. v. p. 515.

Clemens. vi. p. 529.

Clemens. vij. p. 539.

Clemens Monilianus. p. 610. n. 1406. vſque 1408.

Colluridiani hæret. p. 355.

Communia habentes hæret. p. 625.

Communio ſub altera ſpecie ſufficit. p. 695. f. p. 697. vſque 701.

Concilium œcumenicum nec ſine papa vllum eſt, nec ſupra manifeſtum papam eſſe poteſt. 540. vſque 548.

Conciliū generale à papa Epiſcopis indictū. p. 350. n. 357.

Conformientes hæret. pag. 625.

Confeſſio ſacerdoti facienda, qui abſoluat nos à criminibus in perſona Chriſti. p. 251. 293. 311. 323. b. p. 413. f. pag. 497. p. 505. f. 517. g. pag. 603. b.

Confirmationis Sacramentum pag. 287. & pag. 527. e.

Conon papa. pag. 427.

Conradus Brunus Ro. primatū aſſerit. p. 638. n. 1475.

Conſociatio Eccleſiarum ſine vno certo ſummo capite nihil prodeſt. p. 99. & 100.

Conſociationis Eccleſiarum caput Ro. pontifex ſemper fuit. pag. 282. & pag. 366. n. 267.

Conſtantinus Magnus primatum Ro. Eccleſiæ confeſſus eſt. pag. 308. n. 89. *Idem Donatiſtarum furorem deteſtatus eſt.* pag. 307.

Conſtantinus papa. pag. 429.

Conſtantienſe Concil. aſſerit Rom. primatum. pag. 536. *& quomodo œcumenicum ſit, vel non ſit.* ibidem.

Conſtantius hæret. pag. 417.

Contarenus Ro. primatū aſſerit. pag. 602. n. 1380.

Corpora ſaluantur & reſurgunt. 267. l.

Correry hæret. 493.

Coterelli hæret. Ibidem.

Cornelius papa. pag. 289. *decreuit, lapſos ad pœnitentiam admitti, non ad cleri honorem.* p. 288. n. 60. *factus eſt Epiſcopus à 16. Epiſcopis, cum locus Petri vocaret.* pag. 290. n. 61.

Crotoaldus hæret. pag. 669.

Crucis ſigni virtus. p. 333. b. p. 415. b. p. 433. b. p. 455. e.

Cunerus Petri Epiſc. Leouardienſis primatum Ro. Eccleſiæ aſſerit. pag. 716. n. 1986. vſque. 1996.

Cypriani fides de Romanæ Eccleſiæ primatu. à p. 282 n. 41. vſque 300.

Cyprian. oppugnat hæreſim Nouatianorū. p. 291. et 292.

Cyrillus primatum Ro. Eccleſiæ agnoſcit. pag. 364. n. 260. & pag. 366. n. 267. vſque 270.

Cyrillus Morauorum Apoſtolus Rom. primatum agnouit pag. 446. n. 680.

D.

Damaſus Papa I. pag. 337.

Damaſus Rector Domus Dei ſecundum Ambroſium p. 3340. n. 162.

Damaſus primatū R. Eccleſiæ aſſer. p. 318 n. 148. et 156.

Damaſus ſecundùm Hieronymum Orientis & Occidentis Synodicis conſultationibus reſpondit. p. 340. n. 163

Damaſus Apollinarē hær. iudicio Sedis Apoſt. abdicauit. (p. 335. 4

Damaſus. 2. pag. 495.

Damianus à Goes Rom. Eccleſiæ primatum aſſerit. pag. 608. n. 1398. & 1399.

Dauid Dinantus hær. pag. 509.

Dæmoniaci hær. pag. 625.

Dæmones parère vni Principi. pag. 156.

Demetrius Galatiæ 2. *Epiſc. agnoſcit Primatum Rom. Eccleſiæ.* pag. 350. n. 218.

Deus vnus. pag. 261. f. pag. 303. e.

Deus non operatur peccata. pag. 605. f. & pag. 335. d.

Deus poteſt facere, vt corpus Chriſti ſimul ſit in multis locis. pag. 685. a. p. 687. & 689.

Deus idem veteris ac noui Teſtamenti. pag. 301. c. & d.

Deuſdedit Papa. pag. 419.

Diaconi non habent ius offerendi in Eccleſia. pag. 21.

Didacus à Mendocis Rom. Eccleſiæ Primatum aſſerit. pag. 652. n. 1524.

Dionyſius Areopagita auctor operum, quæ ſub nomine eius extant. pag. 260. n. 6.

Idem miniſtrorum ordines varios ponit. pag. 262.

Dionyſius Areopagita Elimam Magum oppugnat. pag. 255. b. & *Chiliaſtas.* pag. 257. m.

Idem in Gallias à Clemente Papa mittitur. pag. 258.

Dionyſius Papa pag. 301.

Dionyſius Romanus Primatum Rom. Eccleſiæ aſſerit. pag. 302. n. 81.

Dionyſius Corinthiorum beneficentiam Rom. Eccleſiæ laudat pag. 266. n. 15. *Epiſtolarum etiam Romanorum Pontificum meminit.* ibidem num. 14.

Dionyſius Alexandrinus conſulit Papam, eiuſq; ſententiā exquirit, veritus ne per errorem labatur. p. 302. n. 75.

Idem Sabellium & Chiliaſtas oppugnauit. pag. 295.

Dionyſius Alexandr. apud Papā accuſatur. p. 302. n. 80.

Dionyſius Carthuſianus Rom. Eccleſiæ Primatum aſſerit. pag. 560. n. 1195.

Dioſcorus hær. pat. Alexandrinus per ſententiam Papæ Leonis in Synodo Chalcedonēſi depoſitus. p. 372. n. 315

Dioſcorus reprehenditur, quòd contra Leonem Papam, cui vineæ cuſtodia à Saluatore commiſſa erat, extendit inſaniam. pag. 374. n. 326.

Diotrephes hær. pag. 257.

Ditias ep. 2. *Mæſiæ agnoſcit Synodum Chalcedonēſem conuocatam iuſſu Leonis Papæ.* pag. 372. n. 311.

Dominari non eſt idem quod præeſſe. pag. 4.

Dominium liberum & dominatum Ethnicum in Eccleſia non eſſe. pag. 3.

Dominicus confirmationē ſui ordinis à Papa nō ſine diuinæ reuelationis miraculo impetrauit. p. 504. n. 934.

Dominicus à Soto Roman. Eccleſiæ Primatum aſſerit. pag. 590. n. 1359. & 1360.

Domnus Papa. 1. pag. 425.

Domnus Papa. 2. pag. 451.

Donatus Salinicenſis ex Nouatiano Catholicus permittitur præſidere, modò libellum ſidei ad Ep. Leonem dirigat. pag. 378. n. 349.

Donatus hæreticus. pa.307.
Donatiſtæ hæret. pag. 349.
Donatiſtæ non hæretici. pag. 407.
Dulciniſtæ, hæretici. pag. 515.

E

Ebion, hær. p. 259. a.
Eccleſiæ vocem Apoſtoli à Septuaginta Interpretibus acceperunt. p. 42.
Eccleſia cur ita nominetur. p. 50.
Eccleſiam non audire, quid ſit. p. 52. & 542. & 544.
Eccleſia ab vno in æternum gubernata. p. 24. & ſequen.
Eccleſia militans ſimilis triumphanti. p. 127. & 128.
Eccleſiæ veræ ſignũ certũ, vt omnibus appareat. p. 369. a.
Eccleſiæ Chriſti ſex prærogatiuæ. p. 793.
Eccleſia Romana nullis tentationibus vinci vnquam potuit. pag. 444. & 446.
Eccleſia Proteſtantium miſerabilior & minus glorioſa nõ modo quàm olim Synagoga Iudæorũ fuit p. 837. c. 63. vſq. ad pa. 841. verũ etiã quàm ipſa Iudæorũ diſperſio fit poſt templum euerſum. p. 841 vſque 844.
Eccleſias quaſdam particulares ab initio gubernari cœpiſſe communi plurium presbyterorum concilio. vide p. 154. & 155.
Eckius pro Eccle. Rom. primatu ſcripſit. p. 580. n. 1277.
Eduardus Angliæ Sanctus Rex Rom. primatum agnouit p. 454. n. 714.
Eialantes hær. pag. 625.
Eleutherus papa. p. 269.
Eleutherus accepit epiſtolam à Lucio Rege Britannorum, vt Chriſtianus fieret. p. 266. n. 19.
Elias quo ſenſu dixit, ſe ſolum relictum. p. 231. et p. 830. 831. 832.
Emanuel Rex Portugalliæ Rom. primatum aſſerit p. 572. n. 1240.
Encratitæ hær. quoſdam cibos reſpuebant. p. 267. d. e.
Enchiridiũ colon. Rom. primatũ aſſerit. p. 594. n. 1355.
Engelbertus Abbas vocat Apoſtol. Sedem Rom. caput Eccleſiæ in ſpiritualibus. p. 512. n. 983.
Epiſcopatus vnus quomodo p. 234.
Epiſcopos habere iuriſdictionem coercitiuam. p. 729. b.
Epiſcopi quonſque ſucceſſores Petri. p. 215.
Epiſcopi Romani Sententia præ cæteris omnibus expectanda p. 338. n. 157.
Epheſina Synodus agnouit Roma. primatum. pa. 366. n. 272. 273.
Epiphanium Eccleſiaſtica neceſſitas traxit Romam. p. 342. n. 160. Idem in epiſtola ad papã Syricium de fide Ruffini & Ioãnis Hieroſolymitani egit. p. 342. n. 171.
Eſſe non vſurpatur ex ſe pro verbo compoſito. p. 665. p.
Ebionici teſtimonium perhibent de Romanæ Eccleſiæ primatu. pa. 304. n. 82. p. 328. n 128. p. 338. p. 155. pa. 372. n. 410.
Eraſmus Roter. ſentẽtia de Rom primatu. p. 580. n. 1280.
Eſau primogenita, id eſt, Sacerdotium vendidit. p. 227.
Euariſtus papa. p. 261.
Euchariſtia continet ſub ſpecie panis verum Chriſti corpus. p. 665. q. et p. 671. ſ. & ore corporis ſumitur Chriſtus. p. 672. T. & 575.
Euchariſtia eſſet ſacrificium publicum (non tamen nouæ legis) etiamſi non eſſet verè corpus Domini. p. 17. vſq. p. 21. & quomodo propitiatoriè offertur. ibidem. plura vide. p. 641. & 643. quomodo pro defunctis offertur p. 22. et 643.
Hæreſes circa Euchariſtiam vide à p. 641. vſq. p. 705.
Euangelium à Beza corruptum p. 677. v. vſque 681. Item ab Illyrico. p. 769.
Eudo hær. pa. 487.
Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus affirmat, Romanam Eccleſiam caput eſſe omniũ Eccleſiarũ. p. 386 n. 374.
Eugenius papa. i. p. 423.
Eugenius ij. p. 437.
Eugenius iij. p. 481.
Eugenius iiij. p. 541.
Eugenius 4. quot ob cauſas diſſoluerit Baſileẽſe conciliũ p. 548. & p. 550. n. 1097.
Eunuchi caſtrantes ſe propter regnum cælorum. pa. 607. d. & 609.
Eulalius Carthaginẽſis Ep. anathematizat eos, qui cõtra S. Rom. Eccleſiam erigunt ceruices. pa. 352. n. 411.
Euſebius papa. p. 305.
Euſebius Mediolanenſis damnat, quos papa Leo prius authoritate ſua damnauerat p. 372 n. 310.
Euſebius Pamphili primatũ Rom. Eccleſiæ. aſſerit p. 304. n. 84.
Eutyches hær. ad Sedem Apoſtolicam, doloris ſui fallacẽ querimoniam miſit. p. 370. n. 295. et 297.
Eutychiani hær. pa. 393.
Eutychianus papa. p. 303.
Eutycius patriarcha Conſtantinop. Rom. primatum agnouit p. 394. n. 426.
Euticius Conſtinop. Patriar. errauit circa Reſurrectionem corporum. p. 405. a.
Excalceati hær. p. 327.
Excommunicantur à iudice ſoli pertinaces. p. 729. b.
Excommunicandi poteſtas Eccleſiæ tributa eſt. p. 503. n.
Excommunicationis effectus. pa. 481. i.
Exorciſmi, &
Exufflationis in baptiſmo antiquitas. 639. i.

F.

Fabianus Papa Rom. primatum aſſerit. pag. 280. n. 38. & 39.
Facere aliud eſt, & aliud agere. pag. 659. d.
Fauſtus hær. pag. 365.
Ferdinandus Imp. primatum agnoſcit. pag. 654. n. 1528.
Ferdinandus Aragonum Rex primatum agnoſcit. pag. 568. n. 1217.
Ferebatur Chriſtus in manibus ſuis per Euchariſtiam. pag. 661.
Fidei teſtimonia debent præcedere rationem. p. 357. a.
Fidei confeſſio neceſſaria. pag. 279. d.
Fides & confeſſio primi Paſtoris eſt illud fundamentum ſupra quod Chriſtus promittit, ſe poſtea ædificaturum Eccleſiam. pag. 174. & 175.
Fides roborata miraculis, authoritate, vetuſtate. p. 48.
Fides ſola non iuſtificat. pag. 7. & p. 319. e. & p. 591. a.
Fides viua quæ, & quomodo per charitatẽ operetur. p. 7.
Fidem hæretico ſeruandam, Cõſtantienſe concilium non negat. pag. 540.
Florentinũ Concil. aſſerit Rom. primat. p. 554. n. 1113.
Fælicianus hær. pag. 357.
Felicianus Ninguarda Ro. primatum aſſerit. p. 610. n. 1409.
Fælix Papa. i. p. 303.
Fælix Rom. Eccleſ. primatum aſſerit pag. 304. n. 83.
Fælix ij. pag. 337.
Fælix iij. p. 385.
Fælix iiij. p. 392.

Fœlix hær.p.365.
Fœminæ ſacris rebus præeſſe non poſſunt.pag.275.
Flagellantes,hær.pag.525.
Flauianus Pat.Conſtantinop.rationem reddit eorum,quæ in cauſa fidei contigerant Conſtantin.p.370.n.297.
Florentini primatum Rom.E.agnoſcunt.p.572.n.1228.
Florinus hær.p.275.
Forma regiminis,quã Chriſtus in Eccleſia ſemel exercuit neceſſariò in illa ſemper manet.li.5.p.144.vſq.149.
Forma reipub.ſemel mutata,non eſt amplius eadem reſpub.quæ prius fuit.p.24 & 25.
Forma regiminis Eccleſiæ tam ſub Chriſto regnum fuit, p.25.et p.145.quã ſemper immanet p.150.vſq.154
Formoſus Papa pag.443.
Formoſi ordinatiões à Stephano malè oppugnatæ,à Theodoro papa rectè ſunt confirmatæ pag.444.n.678.
Franciſcus Forerius pro primatu.pag.714.
Franciſcus Horantius de primatu.ibidem. n.1980.
Franciſcus Rex Francorum pro prim. p.654.n.1526.
Franciſcus Turlmannus pro primatu,pa.608.n.1400.
Franciſcus Turrianus pro prim p.650.1511.vſque 1514.
Fratricelli hæret.pag.515.
Fridericus Imp.1.Rom.prim.aſſerit. pag.434.n.867.
Fridericus Imperator exhortatur Emanuelem Græcorũ Regem,vt Romano pont.obediat.p.552.n.1112.
Fridericus Staphylus pro primatu. pag. 684. n. 1595.
Funſtius hæret. pag.727.
Fulbertus Epiſco. Carnotenſis Berengarianam hæreſim oppugnans. pag. 455. a.
Fulgentius veram Chriſti mortem prædicat. p. 403. a.

G.

GAbriel Biel prim.R.E.aſſerit.pag.364. n. 1179.
Gaius pag.279. lit. a.
Gallorum fidei origo manans à Sede Apoſtol. Roman. pag.372. n. 319. & pag. 408. n. 487.
Gangrenſe Concil. anathematizans hæreſes Euſtachij pag. 311. a. & 313.
Gaſpar Contarenus prim. Rom.Eccleſ. aſſerit. pag.62. n. 1380. vſque 1384.
Gaſpar Caſſilius prim.Rom. Eccleſ. aſſerit. pag. 640. n. 1478. & 1479.
Gaſpar à Foſſo pr.R.E.aſſerit.p.668.n.1557.et 1558.
Gaſpar Cardilius prim.R.E.aſſerit. pag.668. n. 1559.
Gaſpar Ferrarius prim.R.E.aſſerit.pag.668.n.1502.
Gentilium imitatores p.425. Georgiodanidica,hær.627.
Gelaſius primus Papa. p.387. Gelaſius ij.p.475.
Gelaſius primatum Rom.Eccleſiæ aſſerit.p.352.n.230.
Gentilis Epiſc.Aretin.prim.R.E.aſſerit.p.566.n.1194
Georgius Ederus primatum R.E.aſſerit p.722.n.2015
Georgius Pogebracius Bohemiæ Rex iuſtè à Papa excommunicatus eſt,& depoſitus, p.562. & 563.
Georgius Trapezuntius prim.R.E.aſſerit,p.558.n.1130
Gennadius in Catalogo prim.R.E.aſſerit,p.370.n.288.
Gennadius Scolarius primatum R.E.aſſerit,554.n.1120
Gentes multas ſimul fidem Chriſtianam in æternum conſi ri. pag. 529.a. & pag.795.3.
Georgius Pachymerius Primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit,pagina 554. n.1115.& 1116.
Gerſon primatum Romanæ E aſſerit, pag.530.n.1051.
Gerſon docet,quomodo quis ſe gerat in ſchiſmate.p.532.
Gilbertus Porretanus. pag. 485.
Gladiũ portare Apoſtolis,ſolũ vni,Chriſtus iuſſit.377.d
Gloſſa Ordinaria prim.Rom.E.aſſerit,pa. 440.n.656
Gladius ad papæ nutum exerendus. pag. 480. n. 840.
Gnoſtici hær. pag. 261. Gnoſimachi hæret. pag. 419.
Gotfridus Viterbienſis docet,Eccleſiam Romanam omnibus præeſſe Principibus & Eccleſiis. pag. 492. n. 899. & 900.
Gotfridus Clareuallenſis docet vera miracula ſuo tempore in Eccleſia Dei facta. pag.499.l.
Græcorum fides de Romanæ Eccleſiæ primatu.pag.260. n.5.p.266.n.12.p. 272. n. 26.p.278.n.32.p.304. n.84. pag. 318. n.102. & 103.pag. 320. n. 104. & ſeq.108.110. 112. pag. 322.n. 113. & ſeq.p.330. n.131. pag. 334.n.137. & ſeq.140.pag 336.n.146. pag.338. n.148. pag. 350. & 352.pag.366.n.272. & ſeq. pag.374. n.325. & ſeq. pag. 392.n. 416. & ſeq.pag. 410.n.500. p. 426. n. 588. pag. 430. n. 613. pag. 440.n.657.pag. 442. n. 664. pag. 502. n. 925. pag. 554. n. 1113.
Græcorum ſchiſmatis cauſa. pag.439.441.
Græcorum errores. 449. etc.
Græci Romanæ Eccleſiæ conciliati. pag. 502. & 554.
Gratianus Decretorũ Compilator aſſerit,eum in Eccleſia non eſſe,qui Rom.Cathedram deſerit. p.484.n.866.
Gratianus Imperator primatum Rom.Eccl. aſſerit. pa. 340.n.159.160.161.
Gratiæ neceſſitas.p.383.e p.387.a.b.
Gregorius Nyſſenus p.327.lit.a.
Gregorius Magnus.prim.R.E.aſſerit p.402.vſq.416.
Gregorius Magnus papa. pa. 403.
Gregorius ij. & Gregorius iij. papæ. pag.429.
Gregorius iiij.p.437. Gregorius v.p.451.
Gregorius vi p.413. Gregorius vij.p.459.
Gregorius viij.p.493. Gregorius. ix.p.505.
Gregorius.x pag.513. Gregorius. xi.pag.531.
Gregorius.xij.p.535. Gregorius Turonenſ.p.403.c.
Gregorius Magnus. pag. 405. lit. a. b. c. d. e.
Gregorius Nazianzenus prim. Roman. Eccleſ. aſſerit. pag. 334. n. 138.
Iacus Hypſiſtariorum hæreſim confutanit.pag.341.k.
Gubernandi genera tria pag.1.2.
Gubernatio aliqua eſt in Eccleſia.pag.5
Gubernationem nullam à Proteſtãtibus in Eccleſia vniuerſali conſtitui pag.101.102.
Gulielmus Antiſiodorenſis prim.Roman.Eccleſiæ aſſerit. pag. 504. n. 939.
Gulielmus Durandus prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 508.n. 955. pag 524. n 1011.& ſeq.
Gulielmus Lindanus prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit. p. 722.n.2011. & ſeq.
Gulielmus Eyſengreinius primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag 732. n. 2013.
Gulielmus Malmeſburienſis primat. Romanæ Eccleſiæ aſſerit. pag.454. n. 712.
Gulielmus Nubrigenſis prim R.E.aſſerit,p.492.n.902.
Gulielmus Pariſienſis prim.R.E.aſſerit,p.508.n. 956.
Guido Carmelita primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag 516.n 1003.1004. & 1005.
Guido Carmelita pag.519.lit.a b & p. 521. lit. c. d.e.
Guitmundus prim.R.E.aſſerit,p.456.n.737.& ſeq.

H

HAbitus ſolus non facit iuſtum.pag.313.b.
Hæretici à nemine miſſi, à ſeipſis veniunt. pag. 806. & ſeq.
Hæretici nomẽ authoris ſibi imponunt libẽter. p.811.812.

Hæreticorum opus in auferendo & deſtruendo verſatur, non in ædificando. p.815. & *ſeq.*
Hæreticorum eſt exire ex Eccleſia vetere, & aliam vetuſtiorem non adire, ſed nouam erigere. p.808.809.
Hæreſeos abiuratio, p.416.n.539.
Hæreſium ſigna, p.243.245.247.249.
Hæreſium cauſæ, pag. 241. 567. 569. &c.
Hæreſes duodecim circa Cœnæ Domini verba, præter illas quæ ſunt de ipſa re & modo rei. pag.651.b.
Hæretici de Barulo, pag. 493.
Harueus pro Eccl. R. primatu, p.526.n.1030. & p.528.
Henricus 7. Angliæ rex prim. R. E. aſſerit, p.568.n.1211
Henricus 8. Angliæ rex prim. R. aſſeruit, p.584.n.1269
Henricus 2. Imp. prim. R. E. aſſerit, p.474.n.796.&c.
Henricus Card. Oſtiēſ. prim. R. aſſerit, p.508.n.952. &c.
Henricus à Gandano primatum R. aſſerit, p.522.n.979.
Henricus Boicus primatum R. aſſerit, p.548.n.1075.
Heſcetæ, hæretici. p. 419.
Hic, & hoc, pronomina in verbis Cœnæ Domini non ad panē ac vinū, ſed tantùm ad Corpus et ſanguinē Chriſti ſub ſpecieb. panis & vini referēda eſſe. p.659.o.et 661
Helchesaitæ, hæretici, p.279.
Heluidiani, hæretici, ſeu, Antidicomarianitæ, p.357.
Hemerobaptiſtæ, hæretici, p.235.
Hermannus Riſsuich, hæreticus, p.563.
Hermogenes, hæreticus, p.267.
Herodiani, hæretici, p.235.
H*egeſippus prim. R. E. inſinuat,* p. 264.n.11.
H*ector Fliſcus prim.* R. *E. aſſerit,* p.564.n.1185.
H*ector Pintus prim. R. E. aſſerit,* p.722.n.2009.2010
H*ieronymus Romanam Cathedram vocat Petram, ſuper quam ſcit Eccleſiam ædificari.* p.340.n.164.
H*ieronymus prim. R. E. aſſerit,* p. 340.n.163. *vſque* 165. & pag.342.n.169.172. & *ſeq.* & pag. 344. n.179.pag.348.n.203.
H*ieronymus Oſorius prim. Rom. E. aſſerit,* p. 670.n. 1566. *vſque* 1571.
H*ieronymus Seripandius prim. R. aſſerit,* p.672.n.1577 & p.674.n.1578. vſq.1581. et p.676.n.1582. *vſque* (1585.
H*ieronymus Pragenſis hær.* p.539.
H*ieronymus* pag 329. & pag 331. & pag. 337. *lit.* 1.a & pag. 341. *lit.* b.c.
H*ieronymus Sauonorola prim,* R. E. *aſſerit,* pag.566. nu.1205. & *ſeq.*
H*ierarchas, hær.* p. 297.
H*ilarius papa* p.385. *Idem prim.* R. *aſſerit,* 348.n.363.
H*ilarius Laicus, hær.* pag.347.
Hilarius pag.327. *lit.* a.c. & p.314. *lit.* d.
H*ilduinus primat. Ro. Ec. aſſerit.* p. 436.n.635.
H*incmarus prim. Rom. Eccleſ. aſſerit,* pag. 440.n.661
H*incmarus Rhemorum Epiſcop. prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit,* pag. 438.n.646. & *ſeq.*
H*omo ad imaginem Dei fit, non in corpore, ſed in animo* pag.327.g. & *ad Trinitatis imaginem.* pag.599.
H*ominis forma eſt ſubſtātia animæ rationalis.* p.509.a.
H*omo nō poteſt beatitudinē in hac vita cōſequi.* p.517.d.
H*onorius* Rom. *Primatum aſſerit,* p.418.n.545.
H*onorius. i papa.* p.419.
H*onorius nihil palam decreuit, nihil ſub illo docuit* Rom. *Eccleſia contra fidem* pag.418. & 420.
H*onorius. ij.* p.477. H*onorius. iij.* p.505.
H*onorius. iiij.* pag. 513.
H*ormiſda,* pag. 389.
H*oſii Cardinalis fides de primatu,* pag.604.
H*ormiſda papa prim. R. Eccleſ. aſſerit.* p. 388.n.391. & pag.390.n.397.398.399.
H*ugo de S. Victore prim. R. E. aſſerit.* p. 504.n. 937. 938. & pag.508.n. 950.
H*ymni Eccleſiaſtici vtiles.* pag.347.l.
H*ydroparaſtatæ, hæret.* pag.269.
H*yginus papa.* pag.265.
H*ymenæus, hær.* pag.257. H*ypſiſtarij, hær.* p.341.

I.

I*Acobus de Valentia prim.* R. *E. aſſerit.* p.564.n.1188.
Iacobus Spinola p.564.n.1190.1191 & *ſeq.*
Iacobus Vvimpelingius. pag.574.n.1234.
Iaſon Maınus. p.566.n.1193. & p.578. n.1269.1270.
Iacobus Sadoletus. prim. R. *E. aſſerit,* pag. 598. n.1372.
Iacobus P*ayua Andradius Luſitanus.* pag. 614.n.1417 *vſque* 1421. & pag.626.n.1422. & p.684.n.1594.
Iacobus Faber Molinenſis pag.640.n.1477.
Iacobus Nauarchus Ondiſcbotanus pag. 648.n. 1508. & p.650.n.1509.1510. & p.556.n.1121.1122. & *ſeq.*
Iacobus Pamelius p.718.n.1999.
Iacobitæ, hær. pag. 405.a.
Iconomachi, pag. 401. & 439.
Idololatria quando cœpit. pag.225.
Idolothyta non eſſe manducanda, pag. 255.L.
Idolum quid ſit. pag.773.
Ieiunia indicta celebranda. pag. 330.g. & p. 325.b. 341.c.349.b.529.m.
Ignatius dicit, Romanam Eccleſiam præſidere. pag.260.
Imaginibus ſacrificandum non eſſe, p.251.m. pag. 261.c.
Imaginibus Sanctorum qualis honor debeatur, p.529.n.
Imagines Sanctorum non ſunt idola, p.429.a. et p.774.
Imagines Sanctorum olim receptæ. p. 373.x. 407.b. 429.a.435.b.437.c.
Imagines Sanctorum deiecerunt Apoſtatæ, pag.333.r. & *hæretici.* p. 403.a. p.430.a.pag. 433.b. pag. 423.l. pag.435.b.p.477.b.c.
Inas Anglorum Rex regnum ſuum P*ontifici* R*oman. vectigale facit,* pag.423.n.604.
Inueſtituræ Eccleſiaſticæ à laicis non accipiendæ, pag. 469.n. & 471.
Indulgentiæ laudabiles, p.497.b.
Innocentius primus dicitur ab Auguſtino prior loco eſſe (cùm eſſet Pontifex R*omanus) quàm fuerit Irenæus, Cyprianus, Hilarius, Ambroſius.* p.348.n.210.
Idem Epiſcopos ad Synodum œcumenicam Theſſalonicæ celebrandam conuocare incipiebat. p.350.n. 216. etc.
Innocentius ij. pag. 477.
Innocentius iij. prim. R. *E. aſſerit,* pag. 434.n. 625. et pag.500.n.920. et ſeq. pag.504.n.932.
Innocentius iiij. prim. R. *Eccleſ. aſſerit.* pag.506.n.943. 944. et pag. 508.n. 945.
Innocentius iiij. p.507.
Innocentius v. pag.513.
Innocentius vi. pag.529.
Innocentius vij. p. 535.
Innocentius viij. pa.565.
Ioannes i. papa, pa.391.
Ioannes ij. p. 393.
Ioannes iij. p.399.
Ioannes iiij. p.421. *Monothelitarum hæreſim condemnauit,* pag.420.n.449.
Ioannes v. pag.427.
Ioannes vi. & Ioannes vij. p.429.
Ioānes Fœmina nō Sedit in Cathedra P*etri.* 436.et 438
Ioannes viij. p.443.
Ioannes ix. pa.445.
Ioannes x. p.447.
Ioannes xi. ibidem.
Ioannes xij. p.449.
Ioannes xiij. ibidem.

Ioannes

Ioannes xiiij. & Ioannes xv. & Ioannes xvi p.451.
Ioannes xvij. & Ioannes xviij. & Ioannes xix p.453.
Ioannes xx. pag.513.
Ioannes xxi. dictus xxij p.519 hæreticus non fuit, p.518. calumnia Calvini in eundē confiċta confutatur, p.520.
Ioannes xxij. dictus xxiij pag.535.
Ioannes Camerarius prim. R.E. aſſerit, p.564. n.1186.
Ioannes de Turre Cremata prim. R.E. aſſerit, p.548. n.1076. & ſeq.
Ioannes Sariſburiēſis fatetur, ſe nuſquā honeſtiores clericos vidiſſe, quàm in Eccleſia Romana, p.492. n.818. Idem ait, Eccleſiam Romanam eſſe parentem ac matriculam fidei & morum, p.484. n.859.
Ioannes Maria de Monte prim. R. aſſerit, p.572. n.1227
Ioannes Turpinus Remēſis Archiepiſcopus. p.434. n.632
Ioannes Heracleæ, p.368. n.278 & 279.
Ioan. Talaia papā Simplicium appellavit, p.384. n.367 etc.
Ioannes Angliæ Rex Diadema ſuum Sedis Apoſtolicæ Legato ſubmiſit, p.504. n.940.
Ioannes de Pariſiis primatū R.E. aſſerit, p.511 n.977.
Ioannes Andreæ Romanum Pontificem aſſerit eſſe totius orbis Epiſcopum, p.514. n.988.
Ioannes Beletus prim. R.E. aſſerit, p.528. n.1037.
Ioannes Boccatius. p.528. n.1038.
Ioannes Przibram Bohemus, cùm fuiſſet quandoque VViclefiſta, ſeſe poſtea profeſſus eſt membrum S. R. Eccleſiæ, p.538. n.168.
Ioannes de Nyder prim. R.E. aſſerit. p.538. n.1070.
Ioannes Hugo Seleſtadienſis, p.556. n.1128.
Ioannes Annius Viterbienſis. p.560. n.1150.
Ioannes de Lignano, p.560. n.1153.
Ioachimus Marchio Brandeburgenſis p.572. n.1237.
Ioannes Baptiſta Garzia, p.572. n.1239.
Ioannes Reuclin ſeu Capnion, pag.576 n.1257.
Ioannes Roffenſis Epiſcopus prim. R.E. aſſerit, p.588. n.1324. vſque 1329. & p.590. n.1330. vſque 1332.
Ioannes Quintinus Hæduus, p.606. n.1397.
Ioannes Gropperus, p.638. n.1472.
Ioannes Bunderius, p.638 n.1473 & 1474.
Ioannes Genneſius Sepulneda, p.642. n.1482. & 1483.
Ioannes Heſſels à Lovanio prim. R.E. aſſerit, p.642. n.1484. vſque 1487. & p.644. n.1488. vſque 1493
Idem oppugnat Brentium, pag.655. k.
Ioannes Antonius Delphinus, p.648. n.1501. vſq. 1503
Ioannes Slotanus, pag.648 n.1504.
Ioannes iij. Portugalliæ Rex, pag.652. n.1525.
Ioann. Moronus Card. prim. R.E. aſſerit, p.650. n.1543
Ioannes Franciſcus Lombardus, p.650. n.1548. & ſeq.
Ioannes Damaſcenus, p.433. lit. b.
Ioannes Maxentius, p.401. lit. b.
Ioannes Franciſcus Picus Mirandula prim. R.E. aſſerit, pag.565. n.1199. 1200. & ſeq.
Ioannes Murmelius, p.566. n.1202.
Ioannes Lupus, p.576. 1256.
Ioannes Sandæus, p.576. n.1256.
Ioannes Tetzelius, p.578. n.1272. & ſeq.
Ionas Aurelianenſis, p.435. lit. a. b. & p.437. c. d. e. g. h.
Ioachimus Abbas, hær. pag.507.
Ioannes Scotus hæret. pag.455.
Ioannes Hus, hæret. pag.537.
Ioannes Parvus, hæres. pag.539.
Ioannes Bebams, hær. pag.559.
Ioannes à Laſco hær. pag.659.
Iovinianus hær. pag.341.
Irenæus ob Eccleſiæ quæſtiones Romam miſſus, p.266.
Irenæi fides de Principalitate Romanæ Eccleſiæ, p.268.
Iſidorus primatū Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p.416. n.542
Iſidorus Ruthenus Legatus papæ apud Conſtātinopol.556
Iudocus Clichtoveus, p.572 n.1252. &c.
Iuſtinus Martyr, p.261. lit. b. c. e. f. & p.263 lit. l. m.
Iucundus presbyter primatū R. E. aſſerit, p.384 n.373.
Iuſtinus Imp. prim. R. aſſerit, p.390. n.392. &c. & 401.
Iuſtinianus Imp. affirmat, ſecundū iiij. Synodorū definitiones, papā eſſe primū oīm Sacerdotū, p.392. n.407 etc.
Iuſtinianus ij. Imp. prim. R. aſſerit, p.428. n.598.
Ivo Carnotenſis Epiſcopus, p.467. n.765.
Iulius ij. pag.568. n.1212.
Iudaiſmus pag.227. Iudaizantes, pag.263.
Iulianus Apoſtata pag.333.
Iuſtitia fides quæ ſit. pag.591. a.
Iuſtitia noſtra in hominis interioris innovatione conſiſtit pag.593. c.
Iuſtitia non tollitur parvis peccatis, pag.585. l.
Iuſtitia inhæret in iuſtificatis, pag.11.
Iuſtitiæ ſecuritas mala, pag.385. m.
Iuſtificati non habent peccatum in ipſorum ſpiritu, & cur ita ſit pag.10.
Iuſtificari neminem, niſi qui amet. pag.7.
Iulius i. pag.317. Iulius ij. p.567. Iulius iij. p.655.

K

KEmnitius, Hæreticus, pag.729.

L

LAonicus Chalcondylas homo Græcus, tamen Græcos accuſat, velut diſcordiæ fautores in cauſa Religionis, & Romanos laudat, p.554. n.1117.
Lanfrancus ex Doctorū ſententia aſſerit, hæreticū eſſe omnem hominem, qui à Romana & vniverſali Eccleſia in fidei doctrina diſcordat, p.456. n.726.
Laborandum manibus ab aliquibus Monachis, non ab omnibus, p.339. g. & 513. d. & 499. q.
Lactantius, pag.305. lit. l.
Lamech primus duas accepit vxores, pag.223.
Laurentius Iuſtinianus, pag.538. n.1066. & 1067.
Laurētius Lauredanus prim. R. aſſerit. 570. n.1224. etc
Laurentius Surius, pag.668. n.1564. & ſeq.
Lampetiani, hær. pag.425.
Lambertus Schafnaburgenſis, pag.463. lit. c.
Lando papa, pag.445.
Leges quaſdam eſſe in Eccleſia non ſcriptas, p.13. et ſeq.
Leo Magnus papa, p.371. primatum Romanæ Cathedræ aſſerit, p.370. vſq. 380. nemine omnino ei cōtradicēte.
Leo ij. p.427. Leo iij. pag.433.
Leo iiij. p.437. Leo v. pag.445.
Leo vi. & Leo vij. p.447. Leo viij. pag.449.
Leo ix. p.455. Idem primatum Romanæ Eccleſiæ egregiè confirmat, pag.454. & p.456.
Leo x pag.573.
Lex Moſaica Sancta, p.253. f. nec reijcienda, pag.301. c. & d. Item pag.367. g. & i.
Lex Moſaica ſub Chriſto non ſervanda, pag.257. i. & pag. m. & 415. g.
Legati ex Byzantio prim. R. E. aſſerunt, p.392. n.410.
Legati Michaelis Imp. prim. R. E. aſſerunt, p.436. n.640
Liberi educandi, pag.33. h.
Liberius non fuit hæreticus, pag.324. vſque pag.332.
Liberius papa, pag.321. Idem prim. R. E. aſſerit, p.332. n.132. & p.336. n.143. idem vir ſanctus pag.332.

Libe-

Liberum arbitrium, p. 251. pag. 303. b. 365. b. 607. g.
Linus Papa, pag. 299.
Litera Formatæ quomodo fiebant, pag. 312. nu. 97.
Lolbardi, hæret. pag. 521.
Longobardi primatum Ro. Ec. aſſerunt, p. 398. n. 440.
Longolius, pag. 576.
Lotharius Rex à Papa excommunicatus vxorem recipere cogitur, p. 438. n. 691.
Ludouicus Imp. concedit papæ Romanam ciuitatem cum Ducatu ſuo, p. 436. n. 637.
Luitprandus Ticinenſis prim. R. E. aſſerit, p. 442. num. 674. & pag. 448. n. 688.
Ludolphus Saxo, p. 528. n. 1036.
Ludouicus Bolognus, pag. 560. n. 1152.
Lupicinus Epiſcopus ad Papæ Leonis iudicium prouocauit, p. 378. n. 348.
Lucius Britanniæ Rex petijt ab Eleutherio papa, vt fieret Chriſtianus, p. 288. n. 19.
Lucius i. papa, pag. 293.
Lucius ij. p. 481. Lucius iij. pag. 493.
Luciferiani, hær. pag. 331.
Lutherus confitetur & probat Eccleſiæ Romanæ primatum, p. 576. n. 1259. & c. Lutherus, hær. p. 591.
Lutherum à Diabolo ſeductum, pag. 567. Eundem fuiſſe hæreticum, pag. 567. vſque pag. 589.
Ludouicus Francorum Rex primat. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 560. n. 1147. & ſeq.
Ludouicus Bloſius, pag. 668. n. 1563.
Ludouici Bauari iuſta excommunicatio, p. 522. n. 1012.
Lyranus ait, fidem minimè omniū deficere in Ecc. Rom. quæ à Petro poſt Chriſtū fundata eſt, p. 528. n. 1040.

M.

MAcedoniani hær, pag. 321.
Magiſtratibus cōmiſſū eſt iudiciū ſanguinis 497. d
Magiſtratus ſacri an creentur per plebem? p. 30. & 31.
Magiſtratus Ciuilis ab Eccleſiaſtico differt, origine, vſu, & fine, pag. 56. & ſeq.
Mahometani, hær. pag. 423.
Maſoriſtæ, hæret pag. 601.
Malum Deus non fecit, pag. 423. g. & p. 275. b.
Malum certam ſubſtantiam non habet, pag. 303. f.
Manichæi, hær. 301.
Mandata impleri poſſe, pag. 12.
Marcion, hær. pag 265.
Marſilius Patauinus, hær. pag. 529.
Maria virgo in partu, pag. 341. d. p. 523. d. pag. 691. b.
Maria peperit Deum, pag. 389. a.
Mariæ non eſt ſacrificandum, pag. 355. a.
Marcus Romæ ſcripſit Euangelium, & Alexandrinam fundauit Eccleſiam, pag. 252.
Martialis à Romanis Epiſcopis in Galliā miſſus, p. 224.
Marcellus Epiſcopus Ancyræ pr. R. aſſerit, p. 320. n. 108
Martialis pag. 269. lit. g. & pag. 261. lit. a.
Marcellinus papa, p. 303. Qui tametſi idolis thurificaſſet, tamen Synodus eum non audebat condemnare, niſi ex oris ipſius confeſſione, quia prima Sedes non iudicatur à quoquam, pag. 304. n. 85.
Marcellus i. papa p. 305. Marcellus ij. pag. 679.
Marcus papa, pag. 313.
Martinus i. Papa, p. 423. In Synodo CL. Epiſcoporum, quam congregauit, vocatur ſummum Caput Eccleſiarum à Chriſto præpoſitum, pag. 422. n. 569.
Martinus ij. pag. 443. Martinus iij. pag. 449.
Martinus iiij. p. 515. Martinus v. pag. 539. (575. 3.
Martyres falſi, 273. 4.
Martyres venerandi, vt eorum orationib. adiuuemur, p.
Martyres Lugdunēſes, prim. R. E. agnoſcūt, p. 268. n. 17.
Maurus Rauennatis Eccleſiæ Epiſcopus, primatum R. Eccleſiæ aſſerit, pag. 428. num. 554. & 558.
Mandatum vij. Cantonum Heluetiorum, primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag 656. num 1535
Marchio Montisferrati, prim. R. E. aſſerit, p. 572. n. 1238
Martinus Lutherus primatum Rom. Eccleſiæ aſſerit, p. 576. n. 1258. vſque 1266. & p. 578. n. 1267. et ſeq.
Marianus Socinus, Prim. aſſerit. 612 n. 1413. vſq. 1415.
Marianus Scotus, prim. Rom. E. aſſerit, pa. 462. n. 743.
Marianus Victorius Reatinus primatum Rom. Eccleſ. aſſerit, pag. 673. num. 1576.
Martinus Rogus, prim. Ro. Ec. aſſerit, pa. 656. n. 1542.
Martinus Cromerus, prim. Rom. Eccleſ. aſſerit, pa. 734. num 2020. & pag. 450. num 6 2.
M. Paulus Venetus Prim. R. E. aſſerit, p. 512. num. 976.
Mathias à Michou de Sarmatia, primatum R. E. aſſerit. pag 556. num. 1125.
Maximilianus Imp. prim. R. E. aſſerit, p. 570. n. 1221.
Matrimonium legitimum, pag. 263. g. & laudabile, pa. 267. a. & pag. 395. g.
Materia non ſemper fuit, pag. 267.
Maximilianus Maria Sfortia, p. 572 n. 1233.
Maximilianus Beinaius, primatum R. E. aſſerit, p. 650.
Maximus Taurinenſis, primatum R. E. aſſerit, pa. 302 n. 77. & pag. 370. num. 289.
Melchiſedech primus omnium Sacerdotum Dei, pa. 224.
Melchiſedecchiani, hær. pa. 275. Meletius, pag. 307
Melchior Canus, primatum Romanæ Eccle. aſſerit, pag. 636. n. 1466. vſque 1470.
Mennonitæ, hær. p. 627. Menander, hær. pag. 257.
Mennas Patriarcha, Ro. prim. aſſerit. pag 394. n. 420.
Mendicitas licita, pag. 511. b. & c.
Meſſaliani, Euchitæ ſeu Enthuſiaſtæ, hær. p. 337.
Metangiſmonitæ, hær p. 312.
Michael de Ceſena, hær. p. 519.
Michael Baius, pag. 503. lit. f. & b.
Miltiades papa, pag. 305. m.
Minutius Fœlix, p. 301. lit. e & b. & p 305. lit. k & m
Michael Buechingerus, Prim. aſſerit. 620. n. 1432. et ſeq.
Michael Medina, prim. R. aſſerit, p. 673. n. 1592. & ſeq.
Milada Regis Boleſlai ſoror, primatum R. E. aſſerit, p. 446. num. 681.
Monachi Meſopotamiæ, pri. R. E. aſſerunt p. 352. n. 228.
Monachorum laudabilis profeſſio, pag. 363. b. r. k. & pag. 367. b.
Monachi nō ſemper tenētur operari manib. ſuis. p. 329. g.
Monarchia optimum genus regiminis, p. 111. vſque 122. à Prophetis laudata, p. 140. vſque 143. à Chriſto exercitata, p. 144. vſq. 149. prædicata, 150. & ſequ. ab Apoſtolis inſtituta, p. 152. vſque 155.
Monophyſitæ, hær. p. 403. Montaniſtæ, hær. p. 275.
Mortui non ſunt baptizandi, p. 273. q.
Mulieres ad gubernacula Reip ſedere poſſe, p. 715. r.
Mulieres ſacris præſidere non poſſe, p. 275. 7. & p. 355. h.
Mundus ab Angelis non eſt factus, p. 251. g. & p. 269. f. pag. 491. x.
Mundus tranſibit, & mutabitur, p. 505. x. & pa. 327. c.
Myſteria non ſunt publicanda prophanis, pag. 273. v.
Myſteriorum Chriſti diſpenſatores neceſſariò Sacerdotes noui teſtamenti ſunt, pag. 22. & 23.

N.

NAuclerus primatum R.E. aſſerit, p. 510. n. 962.
Natalius prim. R.E. aſſerit. p. 278. n. 30.
Naturæ duæ in Chriſto. p. 393. a.
Nauis in Scripturis Eccleſiæ typum gerit: nauis verò Petri ſignificat Eccleſiam Petri, pag. 196. & 197.
Nazaræi, hær. pag. 235. & 265.
Negantes mundi renouationem, hær. p. 327. e.
Nepos, hær. p. 295. Neſtoriani, hær. pa. 389.
Nemrod primus Rex, p. 121.
Ninias Pictorũ Apoſtolus pri. R.E. aſſerit. 364. n. 257.
Nicolaus Magnus papa primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p. 435. n. 650. & p. 440. n. 657. & ſeq.
Nicephorus Gregoras, p. 508. n. 949. & p. 512. n. 974.
Nicephorus Caliſtus, p. 508. n. 958. & 959.
Nicolaus de Gorran, p. 538. n. 1072.
Nicolaus Polonius, p. 538. n. 1073.
Nicolaus de Cuſa, p. 558. n. 1132. & 1133.
Nicolaus de Orbelis, p. 560. n. 1151.
Nicolaus Tigrinus, p. 566. n. 1198.
Nicolaus de Lyra, p. 531. lit. a. & p. 533. lit. b.
Nicolaus Magnus papa, p. 439. Nicolaus ij. p. 457.
Nicolaus iij. p. 512. Nicolaus iiij p. ibid.
Nicolaus, v. p. 559. Nicolaitæ, hær. p. 259.
Nicolaus Galecus, hær. p. 549. Nimiũ fideles, hær, p. 327.
Nouatianus, hær. p. 287.
Nouatiani, hær. p. 289. Sacerdotalem abſolutionem & Sacramentũ pœnitentiæ negabant, p. 291. p. 311. p. 323. b
Noe vnus gubernabat Eccleſiam Dei, p. 133. & 134.
Nomen Antichriſti. 789. & 790.
In nomine Chriſti venire quid ſit. p. 769.
Nonaginta Epiſcopi prim. R.E. aſſerunt. p. 328. n. 157.
Nuptiæ ſunt à Deo, p. 263. 269. 311. 339. 305. p. 515.
Nuptiarum vſus laudabilis poſt fidem, p. 255. et p. 311. b.
Nuptiæ ſecundæ ſunt legitimæ. 273. n.
Nuptiæ nõ ſunt adæquãdæ meritis virginitatis, p. 341. e.

O

OBedientia Monachorum, pag. 435.
Obedĩetiæ ratio facit, vt cæremoniæ ſemel ritè inſtitutæ, non ſint amplius res indifferentes, p. 713. g.
Oblatio pro defunctis ab Apoſtolis inſtituta, p. 325. a.
Oblatio Euchariſtiæ, p. 19. 20. & ſeq. Item p. 259. g. p. 273. x. p. 355. b. p. 372. v. p. 415. g. p. 467. l. p. 497. g. 641. a. p. 643. b
Obcæcat Deus quomodo, p. 423. b.
Occam primatum Romanæ Eccl. aſſerit, p. 522. n. 1011.
Oecolampadius, hær. pag. 665.
Officia ſacra decentius in ſacris, quàm in vulgaribus linguis fieri, pag. 703. b.
Olympiodorus immortalitatem animæ docet, p. 421. b.
Opera fidem præcedentia non iuſtificant, p. 601. f.
Operum bonorum neceſſitas, p. 601. t.
Opera bona ex fide facta iuſtificant, pa. 593. d.
Opera præuiſa nõ ſunt cauſa, cur infantes damnentur. 287. d
Opera bona merentur vitam æternam, p. 16. 17. p. 595. i.
Optatus appellat eum ſchiſmaticum, qui contra ſingularẽ & vnicã Cathedrã Petri alterã collocat, 342. n. 167.
Optimates in ſummo gradu non regere Eccleſiam, pag. 93. vſque 100.
Oratio Dominica nõ eſt ſola precandi formula, p. 469 n.
Oraculum fuiſſe primatum Petri, pag. 212. & ſequent.
Ordinis Sacramentum, pag. 38. & 337.
Ordines hominum plures in Eccleſia, pag. 23.
Orebitæ, hær. pag. 541.
Orientalis Eccleſiæ traditionem aut prædicationem neceſſariam non eſſe Auguſtinus iudicat, vbi Romanæ Eccleſiæ vera nota eſt, p. 348. n. 208.
Orientis Eccleſiæ olim acquieuerunt rebus ab Eccleſia Romana ſemel iudicatis. p. 336. n. 142.
Originale peccatum tam adultos, quàm paruulos tenet, p. 381. a. b. pag. 413. c. pag. 503. e.
Origeniſtæ, hær. pa. 281 Origeniſtæ noui. p. 407.
Origenes prim. R.E. aſſerit, p. 280. n. 37. & p. 278. n. 33.
Oſculũ mulieris non ſemper eſſe peccatũ mortale. 517. b.
Oſſeni, hæret. pag. 235.
Oſius prim. R.R. aſſerit, pag. 324. n. 118.
Otgarius Archiepiſcopus Moguntinenſis primat. R. E. aſſerit, pag. 438. num. 643. & pag. 440. n. 661.
Otto Imperator prim. R.E. aſſerit, p. 448. n. 684. 685. 687. & pag. 450. num. 690.
Otto Friſingenſis profeſſus eſt ſe Catholicæ fidei aſſertorẽ iuxta Rom. & vniuerſalis E. regulã. 490. n. 891
Otho Cardinalis prim. R.E. aſſerit, pa. 594. num. 1349.

P.

PAcianus docet, ſacerdotes abſoluere peccatorem à peccatis, ſicuti etiam baptizat, p. 23. a.
Pacificatores in cauſa fidei, hær. p. 399. a. & p. 723. f.
Pallæ altaris et velamina olim erant. p. 353. g.
Palladius prim. Rom. E. aſſerit p. 350. n. 217.
Palinodia hæreticorum declarat, eos non in ſolida Petra ædificaſſe. Palinodiam aliquo modo cecinit Marcion, p. 269. a. Paulus Samoſatenus, p. 299. a. Vrſatius & Valens p. 324. n. 117. et 118. Celeſtius Pelagianus, p. 348. n. 210. Beregarius, p. 457. circa media: Gilbertus Porretan. p. 482. hær. 143. Abbas Ioachim, p. 502. n. 928. Hieronymus Pragenſis. p. 535. a. Rochez. ana. p. 551. f. Martinus Lutherus, pag. 570. num. 1258. Petrus Martyr & Crammerus, p. 157. & 158.
Panis Euchariſtiæ ſignificat mortem Domini, antequàm manducetur, & ideo Sacrificium eſt, pa. 19. & 20.
Panſophus Pyſidiæ, & Paphus Syriæ Epiſcopus, primatum R. Eccleſiæ aſſerunt. p. 350. n. 216.
Panormitanus prim. Rom. tutatur, p. 550. n. 1100. &c.
Papa non poteſt iudicari ab Imperatore. p. 529. c.
Papa diſpenſat ex cauſa in iuramentis & votis, p. 519. b. & pag. 521. d.
Papa authoritas (inquit Synodus Mileuitana) de Scripturarum authoritate depromitur, pag. 348. n. 204.
Paradiſum eſſe terreſtrem locum, p. 283. f. & p. 297. c.
In Paradiſo liberos fuiſſe procreandos, p. 415. l. p. 509. a.
Parentes debent ſtudioſe liberos educare. p. 339. b.
Parermeneutæ, hær. pag. 425.
Paſchaſius Corporis Domini veritatem in Euchariſtia propugnat, pag. 433. a.
Paſcha obſeruandum eſt. p. 325. d. nec eſt res indifferens. pag. 345. k.
Paſcha cur in Dominico die tantùm celebrari debeat, pag. 274. 345. k.
Paſcha cum Iudæis non eſt celebrandũ, p. 321. c. p. 343. i.
Paſchalis i papa. p. 435. Paſchalis ij. p. 469.
Paſtores ſunt glutinum & anima Eccleſiæ. p. 39. 40.
Patarini, hær. p. 491.
Paterniani, hær. pag. 327. Patriciani, hær. ibid.
Patriarcharum trium Sedes vnde fuerint, pa. 260. 262.
Patrũ ſcriptis deferendum, pag. 299. pag. 319. d. 391. c. 293. d. & 429. m.

Pat.

Paulinus Aquileienſis Epiſcop. Prim. Roma. Ecc. aſſerit, pag. 432. n. 620.
Paulus Gnidellus Tridentinus, p. 650. n. 1544. & ſeq.
Paulus Manutius, pag. 718. n. 1996.
Paulus de Palatio Domini verba Matthæi cap. 16. inſigniter pro primatu interpretatur, pag. 720. n. 2000. vſque 2008.
Paulus Conſtantinop. prim. R. aſſerit, p. 320. n. 108.
Paulus i. papa. p. 431. Paulus ij. p. 561.
Paulus iij p. 592. qui etiam prim. R. E. tuetur, p. 624.
Paulus iiij. p. 683.
Paulus Samoſatenus, hær p. 299.
Paupertatis votum laudabile, p. 663. i.
Paupertas Pontificum qualis eſſe debeat, p. 561. a.
Pauperum eſt habenda cura. p. 339. i.
Peccati vox multifariam accipitur in Scripturis, p. 595. f. Roffenſis.
Peccatum non a Dæmone ſolo eſt, ſed & a lib. arbitrio. p. 415. k. p. 505. g.
Peccatum Originale omnes premit. p. 381. a. & p. 413. c. p. 503. a.
Peccatum non manet in ſpiritu Iuſtificatorum, p. 10.
Peccatum quoddam eſt veniale, p. 605. d.
Peccati fomes cur in carne iuſtificatorum maneat, p. 10.
Peccata nō fieri ex decreto & deſtinatione Dei, p. 605. f.
Pelagius. i. p. 399. Pelagius ij. ibid.
Pelagiani, hær. & Cæleſtiniani, pag. 381. & pag. 407.
Peregrinationes ad loca ſancta laudabiles, pag. 437. f. pag. 481. k. pag. 712. e.
Pereſius primatum Roman. Eccleſ. aſſerit, p. 606. n. 1392.
Petrus Cluniacenſis Henricianos oppugnat, p. 477. lit. c. d. & pag. 479. lit. e. f.
Petrus eſt petra hæc, pag. 173. perſonam Eccleſiæ propter primatum gerit, pag. 139. 173. ſuper fidem eius (vt alios Apoſtolos longè præcellit) ædificatur Eccleſia, pag. 174. primatus Petri, pag. 176. vſque 212. & 236. 238. ardor fidei Petri, pag. 199.
Petrum fuiſſe Romæ, pag. 217. fuiſſe Romanum Epiſcopum, p. 218. 219. 220. 244.
Petrus Simonem Magum Romæ Extinxit, pag. 248.
Petrus Lombardus prim. R. E. aſſerit, pag. 484. n. 863.
Petrus Aureatus, pag. 624. n. 1439.
Petrus Chryſologus, p. 384. n. 362.
Petrus de Anchorano, pag. 619. n. 1405.
Petrus à Soto, pag. 596. et ſeq.
Petrus Bleſenſis, pag. 492. n. 903.
Petrus Comeſtor, p. 480. n. 844.
Petrus de Palude, pag. 514. n. 986.
Petrus de Bella-pertica, pag. 524. n. 1021.
Petrus de Alyaco, pag. 538. n. 1074.
Petrus Fontidonius pag. 664. num. 1558.
Petrus à Monte Venetus. pag. 550. n. 1092.
Petrus Rauennæ Archiep. pag. 442. n. 676.
Petrus Hieroſolymorum Epiſcop. p. 394. n. 421.
Petrus patriarcha Conſtantinopolitanus, p. 423. n. 570.
Petrus Ioannis, hær. pag. 509.
Petrus Abailardus, hær. pag. 487.
Petrobuſiani & Henriciani, hær. pag. 477.
Petrus Dreſenſis, hær. pag. 543.
Phariſæi, hær. pag. 235.
Philaſter Brixienſ. Epiſcop. pag. 319. lit. b.
Philippus Hiſpaniarum rex, p. 654. n. 1526. et ſeq.
Philibertus Sabaudiæ Dux, pag. 655. n. 1540.
Phocas Imp. prim R. E. reſtituit contra patriarchæ Cōſtantinop. iniuſtam contradictionem, pag. 416. n. 543.
Pipinus prim. R. E. aſſerit, pag. 426. n. 593.
Pius i. pp. 267. decreuit paſcha Dominico die celebrandū.
Pius ij. p. 559. Pius iij. p. 567.
Pius iiij. p. 687. Pius v. pag. 721.
Platina prim. R. E. aſſerit, pag. 564. n. 1174.
Plebs non regit Eccleſiam, pag. 41. vſque. 55.
Politia Eccleſiæ perpetua, pag. 24.
Polycarpus ob Eccleſiaſticas quæſtiones Romā iuit. 266
Polycrates ad papæ rogatū cōuocat ſynodū in Aſia. 270.
Pœnitentiæ ſacramentū, p. 291. 311. & p. 323. a. b. p. 413. f.
Pœnitentiæ virtus & officium, pag. 275. m.
Pontificum Decretis parendum eſt, pag. 497. e.
Pontificum paupertas, hæreſis, p. 561.
Populus Romanus prim. R. Ecc. aſſerit, pag. 428. n. 599.
Pomponius Lætus pag. 564. n. 1182.
Prælati Gallicani, pag. 572. n. 1246.
Primaſius, pag. 394. n. 428.
Proſper, pag. 368. n. 282.
Protogenes, pag. 324. n. 119.
Prædeſtinatorum hæreſis, pag. 391.
Præpoſiti Eccleſiæ velut Iudices ligāt et ſoluunt, p. 776
Presbyteri vnde nominentur, pag. 22.
presbiteri non acceperunt vxores poſt presbyteratum, ne apud Græcos quidem, pag. 313. d. apud Latinos verò prorſus à connubio fœminæ abſtinebant. 361.
principium vnum ſeu Monarchia, p. 372. i. 303. e. 501. a.
Priſcillianus, hær. 337.
Priſcillianiſtæ, hær. pag. 395.
prima Sedes Romana, pag. 304. n. 85. pag. 338. num. 149. & pag. 374. n. 325.
primatum non accepit Andræas, ſed Petrus, pag. 176.
primatus Petri expreſſè nominatur in Euangelio, pag. 236. num. 4.
primatum Petri omnia elementa agnouerunt, pag. 203.
primogeniti erant pontifices tempore legis naturæ, p. 224.
Proclus, hær. pag. 279.
Proclus Conſtantinop. Archiep. Theodori Mopſueſteni hæreſim confutauit. p. 391. d.
Proclianitæ, hær. p. 335.
Prodicus, hær. pag. 275.
prodigia Antichriſti qualia, p. 777. 778. 779.
prophetæ non erant arreptitij. pag. 273. a.
prophetæ Hebræi de Chriſto prædixerunt, p. 369. n. & e.
prophetiæ de vno Capite Eccleſiæ, pag. 139. 140. 141.
propitiatoriū Sacrificiū quomodo ſit Euchariſtia, p. 21. 23
promiſſionis verbum eſt: Tu vocaberis Cephas, p. 170.
Proteſtantes nullam in Eccleſia gubernationem re vera conſtituere, pag. 101. 102.
Proteſtantes ob multas cauſas Antichriſti membra eſſe comprobantur, pag. 806. vſque pag. 819.
Proteſtantes nec illum ſaltē primatū in ſua Eccleſia habent, quem Petro delatum eſſe conſitentur, p. 210. 212.
Proteſtantiū Eccleſia longè fœdior, non modo quàm Iudæorum Synagoga olim fuerit, ſed præterea quàm Iudæorum diſperſio hodie ſit. pag. 827. vſque pag. 844.
Pſeudoapoſtolici, hær. 483. Pſeudoapoſtoli, hær. 253.
Puniendi ſunt hæretici etiam morte, p. 513. c. & p. 337. b.
Purgatorium, p. 415. i. 45. h. 485. g. 499. i. 505. v.
Pyrrhus patriarcha prim. R. Ec. aſſerit, p. 420. n. 559.

Q.

Quadrageſimale Ieiunium, p. 264. n. 8.
Quadrageſimalis Ieiunij munus Chriſtiani ex neceſſitate offerunt, non tantùm voluntate, idq; ex Apoſtolorum traditione, pag. 271. g.

In Quadrageſima non ieiunare peccatum eſt,p.325.b.Et in ieiunijs ſemel tantùm comedere licebat, idq́ dicebatur non prandium,ſed cœna.ibidem.
Quæſtiones de fide ad Sedem Apoſtolicam Romanam *referendæ ſunt,pag.348.n.206.p.362.n.251.p.384.n.364.p.478.n.821.*
Quaternitas in Deo ſtatuenda non eſt, pag.391.d.
Quatuor temporum ieiunia,pag.278.n.34.& p.325.b.Philaſtrius.
Quartadecimani hær.277.e.
Quinta Synodus de tribus capitulis tractat, petente id Eutychio patriarcha Conſtantinopolitano,*& papa Vigilio annuente,pag.394.n.426.& ſeq.*
Quintilliani hær.pag.275 y.
Quintinus Hæduus *prim.R.E.aſſerit p.606.n.1397.*

R.

R*Atio melius ſequitur teſtimonia fidei,quàm præcedit,pag.357.a.& pag.325.c.Pacianus.*
Rauennas Eccleſia denuò ſe Romanæ Sedi ſubiugauit, pag.424.n.576.
R*aynaldus Ferrerius prim.R.E.aſſerit,p.656.n.1541.*
R*ebaptizatio illicita,pag.283.hær.48.pag.293.b. pag. 309.c.pag.549.b.*
R*eges non eſſe capita* Eccleſiæ,*p.58.vſque pag.64.*
R*eges non iudicare de cauſis fidei,pa.6..vſque pag.76.*
R*eges ob hæreſis aut ſimile crimen à* Pontifice *deponi poſſe,pag.77.vſque p.92.*
R*egibus perſoluenda eſſe tributa,pag.559.*
R*egimen optimum Eccleſiæ.pa.26.& ſeq.*
R*egimen Eccleſiæ non eſt populare,p.30.vſque pa. 55.*
R*egimen* Eccleſiæ *penes vnum ſemper in ſpiritualibus cauſis,pag.24.123.232.258.*
R*eginaldus* Polus Primatum *aſſerit,p.626.& pag.618.*
R*egnorum quanta* Deo *cura ſit,pag.121.*
R*egũ primatus in cauſis fidei neq́* Proteſtãtib.placet.118
R*einaldus* Rufus Rom *primatum aſſerit,p.634.636.*
R*enatus* Benedictus,*p.724.num.2018.*
R*eliquiæ Sanctorum honorandæ,p.361.b.*
R*eſurgent mortui etiã corpore iterum,p.235.b.p.253.v. p.255.f.p.257.c.p.261.b.p.265.c.267.i.269.k. p.283.b.pag.335.g.*
R*eſtituere quis tenetur ablata,p.507.*
R*ex vnus in regno,p.122.& pag.303.*
R*hetorij,hær.pag.327.f.*
Riſinich,hær.p.563.a.
R*obertus præſul* Arboricenſis *prim.aſſerit.606.n.1396.*
R*ogatiani Donatiſtarum ſecta,p.351.c.*
R*omæ Petrũ collocaſſe* Cathedrã *ſuã,p.217.244.246.*
R*omani Imperatores etiam Ethnici timebant ſibi olim à Pontificibus Romanis, pag.290.*
R*offenſis Epiſcopus & ſcriptis,& ſanguine ſuo* Romanæ *Eccleſiæ primatum aſſeruit,p.588.& p.590.*
R*omana fides,p.282.n.42.p.342.n.169.& 175.p.352. n.226.p.354.n.237.p.368.n.285.p.376.n.334.pa. 384.n.364.p.394.n.429.*
R*omanum ad* Pontificem *quæſtiones grauiſſimæ ſemper ex toto orbe perferebantur,p.266.n.12.n.16.& ſeq. & 19.p.278.n.32.p.280.n.35.p.292.n.64.p.298. n.72.p.302.n.80.p.320.n.108.p.322.n.113.p.338.n. 157.et ſeq.p.340.n.163 pag.344.n.184.pa.348.n. (206.207.*
R*omanus papa,pag.445.*

S*Abbatiani,hær.p.343.*
Sabelliani hær.p.295.
Sabinianus, papa,p.437.
Sacerdotij dignitas vnà cum Imperio *non datur,p.333.a.*
Sacerdotes noui Teſtamenti,p.22 & p.23.& p.645.e
Sacerdotem nouitas benedictionis à vulgi communitate ſegregat,vnde inuiſibili quadam gratia animam in melius transformatam gerit,p.38.
Sacerdotes Chriſtiani olim vngebantur,p.351.e.
Sacerdotes publici & priuati,p.23.
Sacerdotis intentio neceſſaria in diſpenſandis Sacramentis,p.629.c.& 631.
Sacerdotes Græci *poſt acceptos ordines non accipiebant vxores,p.313.d.*
Sacerdotes Latini à conuentu fœmina abſtinere debent perpetuò,p.361.d.
Sacerdotes olim à Donatiſtis contempti, vt & nunc à Lutheranis,*pag.351.e.*
Sacerdotium vnum altero maius in tempore legis Naturæ,p.132.& p.224. Itemq́ *in tempore legis Moſaicæ,p.228.denique in tempore gratiæ,p.23.p.325.c.*
Sacramentum Ordinis *p.38.p.361.a.& p.627.a.*
Sacramentũ & Sacrificiũ quomodo differãt,p.18.& 21.
Sacramentorũ verba non ſignificãt modò,ſed etiã operantur & efficiũt aliquid,p.20.& p.423.a.& p.651.b.
Sacramentariorum antiquiſſima hæreſis,p.259. nuper renouata,p.665.p.& 671.f.
Sacramenta ſeptem noui Teſtamenti,p.627.a.
Sacramenta conferunt gratiam, p.337.a.b.c.& p.413.e. & p.629.b.
Sacrificiũ iuris naturalis eſt,ad quod publicè offerẽdũ quælibet Reſp.iure naturali obligatur,p.22.p.479.p.643
Sacrificium Iuge quid ſit,p.786.quæ pagina falſo inſcribitur 791.
Sacrificium Eccleſiæ *publicum,p.17.18.19.20 p.259. 372.415.g.479.f.& g.641.a.643.*
Sacrificium propitiatorium Euchariſtia neceſſariò eſt,p. 21.& multò magis, p.22.
Sacrificium Miſſæ per Antichriſtum auferetur,p.785.
Sadducæi hær.pag.235.
Salutatio Angelica,p.501.r.
Sancti ſunt inuocandi,p.362.g.p.431.e.p.437.b.p.476 b.p.485.f.p.499.m.
Sanctorum animæ in claritate Dei *vident quicquid eorum intereſt,p.413.d.*
Sanctorum Reliquiæ *honorandæ,pa.361.b.*
Sanctimonialium virginitas ſeu caſtitas præferenda eſt nuptiarum bono, p.341 c.
Sanctimoniales Virginitatis profeſſionem veſtis quoque mutatione iam olim ſignabant,pag.132.poſt num.135.
Sanctimoniales ſpiritualiter nubebant Chriſto,eiq́ crines ſoluebãt,vt ſecularibus nuptijs ſe renunciaſſe mõſtrarent,atq́ ad indiciũ profeſſionis capita velabãt,p.353.f
Sanctimoniales peccant, ſi poſt decretam virginitatem ad nuptias conuertantur,p.343.f.
Salonius prim.R.E.aſſerit,pag.330.n.359.
Sardica Syn.œcumenica,p.322.eadem decreuit,ad Rom. *Epiſcopũ appellari poſſe,p.322.n.113.pa.356.& 358.*
Satisfactio pœnitentiæ pars,pag.289.291.& 605.c.
Saturninus,hær.p.261.
Schiſma licet ab initio hæreſim non proponat ſibi,tamen ferè in hæreſim deſinit,vt clarum eſt in ſchiſmate Donati et Meletij,p.307.b.c.et 309.
Schiſmata xxiiij.Rom.Pontificũ nunquã hæreſim vllã in ipſam Cathedram D. Petri *inuexerunt, quod prorſus admirandum opus Dei eſt, pag.444.& 800.&c.*
Schiſmaticorum pœna,p.329.
Schafnaburgenſis primatum R.E.aſſerit,p.462.n.746.
Scoti per Victorem papam Chriſtiani, p.270.

Sco.

Scotus Senenſis, p. 615. *Scribæ, p. 235.*
Scripturarum obſcuritas, occaſio hæreſis, p. 425. b.
Scripturis abutuntur hæretici, p. 255. k. y. *Petri* 2. *pag.* 269. *f. p. 277. d. p. 369. n.*
Scripturas negant hæretici, p. 257. l. p. 265. d. 269. b. 367 l. m. 269. n. 611. k. 612. e. 613. d. 617 g.
Scripturarum teſtis & cuſtos Eccleſia Catholica, p. 379. g.
Scripturæ Apocryphæ cremanda, p. 327. l.
Scriptura ſola non eſt regula fidei, p. 14. 15. & p. 611. a. & pag. 623. k.
Scripturæ à quo interpretandæ, & quomodo intelligendæ ſint, pag. 615. f.
Scripturæ à quibus non intelligantur, pag. 369. o.
Scripturarum tranſlatio quænam ſit authentica, p. 263. l. pag. 363. b. p. 619.
Scripturæ an conuertendæ in vulgares linguas? p. 621. i.
Scythiſmus, hær. pag. 225.
Sebaſtianus Portugalliæ Rex *prim. Rom. Ec. aſſerit, p.* 654. *num.* 1529.
Secta Philoſophorum, pag. 233.
Septuaginta interpretum laus, pag. 263. l. 365. b.
Seth vocatus eſt Deus, & filij eius vocati ſunt filij Dei pag. 222.
Seruatius Tungrorum Epiſcop. p. 315. lit. a.
Seuerus, hær. pag. 267.
Seleucius & Hermias, hær. pag. 335.
Seruerinus papa, pag. 421.
Sergius i. papa, p. 427. *Sergius ij. pag. 437.*
Sergius iij. pag. 445. *Sergius iiij pag. 453.*
Sergius Cyprienſis Epiſcop pag. 315. lit. a.
Simplius papa, prim. R. E aſſerit, p. 384. n. 364. & 369.
Sigiſmundus Poloniæ Rex *primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p. 572. n. 1229. vſque 1231. et p. 656. n. 1539.*
Simon Begnius prim. R. E. aſſerit, p. 572. n. 1232.
Siricus papa, pag. 343.
Simplicius papa, p. 385.
Siluerius papa, pag. 395.
Simonians, hær. pag. 251.
Signa vera aut falſæ doctrinæ, pag. 232.
Signa & notæ hæreticorum, pag. 243. 245. &c.
Sixtus papa, vide Xyſtus.
Soter papa prim. R. E. aſſerit, pag 266. n. 15.
Sozomenus prim. R. E. aſſerit, pag. 330. n. 131.
Sophronius Hieroſolymitanus prim. Rom. Eccl. aſſerit, pag. 422. n. 507.
Species panis & vini poſt conſecrationem manet, vt cõmonſtratione, ſacrificium Euchariſtiæ pertinere ad ordinem Melchiſedech, pag. 20.
Staniſlaus Dux Mazouiæ Ruſſiæq; primatum Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 572. n. 1235.
Staniſlaus Hoſius prim. Roman. Eccleſ. aſſerit, p. 604. n. 1385. vſq. 1391.
Staniſlaus Orichonius Roxolanus prim. Rom. Eccleſiæ aſſerit, pag. 448. num. 689.
Status fratrum Minorum non eſt perfectior Epiſcopali ſtatu, pag. 521. e.
Stephanus Patracenſis Archiep. prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 572. n. 1244.
Stephanus Derenſis Epiſcop. primat. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, pag. 422 n. 568. & ſeq.
Stephanus Hungarorum Rex primatum Rom. Eccleſiæ aſſerit, pag. 452. n. 700. 702. & ſeq.
Stephanus i. Papa, pag. 395.
Stephanus ij. & Stephanus iij. & Stephanus iiij. p. 431.
Stephanus v. 435. Stephan. vi. 443. Stephan. vij. 445.
Stephan. viij. et Stephan. ix. p. 447. Stephan. x. p. 457.
Suad Patriarcha prim. R. aſſerit, p. 646. n. 1499. et 1500
Sybillæ oraculum de Roma piſcatoris hamo expugnanda, pag. 250.
Syluanus Epiſcop. prim. Romanæ Eccleſiæ aſſerit, p. 332.
Syluester i. papa, p. 307. *Syluester ij. p. 453.*
Synodi œcumenicæ à papa indictæ. Nicæna, p. 312. n. 92. Sardicenſis, p. 322. Conſtãtinopolitana prima, p. 336. n. 145. p. 338. n. 147. & p. 350. n. 283. p. 372. n. 305.
Synodus in Aſia conuocatur à papa, pag. 270. n. 22. pag. 320. n. 106. p. 350. n. 291.
Synodus Nicæna prim. Roma. Eccleſiæ aſſerit, p. 272. n. 26. & p. 312. n. 94. & 97.
Synodus Arelatenſis prim. R. E. aſſerit, pag. 314. n. 98.
Synodus Romana prim. R. E. aſſerit, p. 314. n. 99.
Synodus, Sardica prim. R. E. aſſerit, p. 322. n. 113. & 114.
Syn. Cõſtantinopolitana prim. R. E. aſſerit, p. 338. n. 149. & p. 392. n. 417. & p. 394. n. 418. & 419.
Syn. Africana prim. R. E. aſſerit, p. 344. n. 182.
Syn. Carthaginenſis prim. R. E. aſſerit, p. 344. n. 183.
Synod. Epheſina, prim. R. E. aſſerit, pag. 366. n. 272. et ſeq
Syno. ij. ſub Symmacho, prim. R. E aſſerit, p. 388. n. 386.
Synod. iij. ſub eodem, primatum aſſerit, pa. 388. nu. 388.
Synod. v. ſub eodem, primat. R. E. aſſerit, p. 388. nu. 390.
Synod. Inglehemi, prim. R. E. aſſerit, pag. 446. nu. 681.
Synod. Senonenſis, An. D. 1524. primatum Rom. Eccl. aſſerit, pag. 594. nu. 1345. vſque 1348.
Synod. Treuerenſis, An. D. 1548. ibidem. p. n. 1350.
Synod. Colonienſis, An. D. 1549. ibidem. n. 1351.
Synod. Moguntina, primatum R. E aſſerit, ibid. n. 1352.
Syn. alia Treueren. An. D. 1549. ibid. nu. 1353. et ſequ.
Syn. Tridentina, prim. aſſerit, pa. 652. nu. 1515. vſq. 1523.

T.

TAcere non ſemper expedit, pag 327. d.
Tatianus, hær. p. 267. a. *Tandemus, hær. p. 475.*
Tarraconenſes Epiſcopi profitentur, nihil per errorem à Sede Apoſtolica Romana præcipi. pag. 384. num. 364.
Teleſphorus Papa. pag. 263.
Templũ Dei, in quo Antichriſtus ſedebit, p. 774. & ſeq.
Templa Deo dicata, ſunt digna honore, p. 313. e p. 477. c.
Templariorum perfidia, pag. 513. d.
Temporalia Eccleſia habere poteſt, pag. 325. d pag. 536. d. pag. 547 d. & pag. 503. l.
Tertullianus indicat Papam ſuo tempore principium cõmunionis Eccleſiaſticæ exſtitiſſe, p. 278. n. 31.
Tertulliani errores, p. 279 f. g. h. & 281. i. k. l.
Tentationes & afflictiones Chriſti profuiſſe nobis, 705. i
Teſtamentum vtrũq; ex æquo eſt à Deo, p. 801. c. & d.
Theocatagnoſtæ, hæret. pag. 423.
Theodoretus affirmat, Sedem Ro. ſemper fœtoris hæretici exortem permanſiſſe, p. 368. n. 285, pa. 370. n. 354.
Theodorus Studienſis Græcus dixit, infractam fidei Petram Romæ eſſe, p. 428. nu. 605.
Theodorus Papa i. p. 421. fundamentum Eccleſiæ dicitur, pag. 422. num. 558.
Theodorus ij. pag. 445.
Theodoſius Imp. vult populos ſuos in Romana religione verſari, pag. 340. n. 159.
Timor Domini caſtus in futuro ſæculo erit, & in Chriſto fuit, p. 487. c. & f.
Theopaſchitæ, hær. 322.
Thnetopſychitæ, hær. p. 421. b.
Theophilus Patriarcha Alexandrinus operam dedit, vt Flauianus patriar. Antiochenus in gratiam Epiſ. R.

oo iij redires

rediret,p.346.n.185.et 186. Idē in cōtentione aduerſus D.Chryſoſtomum conatus eſt acta ſua Rom. pontifici probare,p.350 n.217.& p.352.n.221.
Thom.Carthag.Ep.ad Rōm.Sedē cōfugit,p.456.n.719
Thomas Elyſius Neapol.prim. R.aſſerit,p.673.n.1576
Thomas de Aquino affirmat, Solam Eccleſiam Petri ab erroribus mundam fuiſſe,p.510.n.966.vſq. 968
Thomas Morus & ſcriptis,& ſanguine ſuo R.primatū tutatus eſt p.590.n.1333.& p.592.
Thomas VValdenſis docet, parendum eſſe Decretis papæ. p.538.n.1074.
Tilmannus primatum Rom aſſerit p. 648.n.1505.
Traditionibus viendū.p.317.a.405.a. Claudianus.343 f
Tranſmigratio animarum de corporibus in corpora confutatur.p.3.5.n.
Tranſubſtātiatio.p.20.& 455.a.& b.479.e.653.i.655
Tributa Magiſtratibus ſoluenda eſſe.p.559.
Trinitas in Deo,p.273.d.p.295.p.297.a.p.301.b.p.309.e.p.321.a.& c.p.369.q.p.513.b.
Trinitarij.hær.p.715.
Tropiſtæ,hær.p.659.
Turrelupini, hær.p.531.
Tyrannus quilibet à quolibet legitimè occidi non poteſt. p.539.b.

V

VAletinus,hær.265. Valetinus Cratoaldus,hær.669
Valeſij,hæretici.277. Vbiquarij, hær.645.k.
Verbum Dei nō ſcriptū.13.& 14. Item 317.a.& 611.a.
Verba Euchariſtiæ operantur in panem & vinum,antequàm ſumantur. 20.
Veſtis candida in vſu olim in Sacrificiorum adminiſtratione 385.i.
Videri Deum à Beatis per eſſentiam. 491. r.
Victor papa i. rectè Epiſcopos Aſiæ à cōmunione ſecludendos edixit.270.vſq. 276. Victor ij.457.
Victor Carthagin.Epiſc.prim.R.agnoſcit,p.422.n.563
Vigilantij hæreſes, pag. 359.& 361.
Vigiliæ frequentandæ.362. d.
Vigilius pp.in Rom.Cathedra conſtitutus, Anthimū nō reſtituit. 5 ſynodo v. aſſenſit 396 vbi etiā prim.R.aſſerit.n.431.Epiſcopū Caſar.depoſuit.n.432
Vigilius Tridentinus Epiſc.Eutychē oppugnauit.401.c
Virginitas præferenda Matrimonio.341.a.357.d.297.b
Virginitatis votum.343.f.377.g.
Vita æterna eſt merces bonorum operum.16 & 17.
Vitalianus papa Oſvvy Regem Angliæ docuit ſequi regulam principis Apoſtolorum,p.424.n.574.
Vitellotius Cardinalis primat. R.aſſerit,p.728.n.1997.
Vnctionis Extremæ Sacramentum.327.b.& 505.p.
Vniti,hær.731.a.
Vnitas Eccleſiaſtica incipit ab vno Petro ſecūdùm Domini diſpoſitionē.137.quiſquis alibi,quàm in vna Petri Cathedra collegerit,ſpargit.288.n.41.et p.340.n.165
Vnus ſolus Petro ſuccedit in plenitudine poteſtatis.215.216
Votum caſtitatis.343.f.361.a. Et in alijs omnibus.379.a.
Votum Religionis.393.k. Votum obedientiæ.425.c.
Vrbanus i.279. Vrbanus ij.469. Vrbanus iij.493.
Vrbanus iiij.511. Vrbanus v.529. Vrbanus vi.531.
Vſuræ ſunt prohibitæ,p.505.z.

VV

VVAldachiana hæreſis.515.
VValdemarus Daniæ Rex Romanum primatum credit & confitetur, p. 488.n.878.
VValdenſes,hær. p. 493.qui oſtenduntur genus quoddam monachorum fuiſſe.ibidem.& p.495.
VViclefus.hær, p. 531.
VVilhelmus Occam errauit,p.519.m. qui tamen primatū Rom.agnouit,p.522.n.1011.
VVolfgangus Muſculus, hær.671.

X

XEnaias hær. nondum baptizatus pro Epiſcopo ſe geſsit,& Sanctorum Imagines primus apertè negauit eſſe venerandas,p.401.a.
Xyſtus papa i.p.261. Xyſtus,ij p.301.
Xyſtus iij pag.369. Xyſtus iiij.pa.565.

Z

ZAcharias papa,p.429. tres Epiſcopatus in Germania conſtituit,pa.428.n.606.
Zepherinus papa.p.279.
Zeno Imperator tepidus in fide.p.399.a.
Zoſimus papa p.355. immunis ab omni vitio corrūpendi Canones Nicænos.p.356. ac ſi quid erratum eſt,nominis tantùm,non rei ipſius errorē fuiſſe,p.358.360.

FINIS.

Hi Libri de Viſibili Monarchia Eccleſiæ, perlecti ſunt atque approbati, partim à M. N. piæ memoriæ D. Thoma Gozæo à Bellomonte, partim à M. N.D.Ioanne Molano: quorum vterque & à Summo Pontifice, & à Rege Catholico ad hoc officij ſunt deputati. Qui & cenſuras ſuas his Libris ſubſcripſerunt, atque autographis proprijs conſignarunt in hunc modum.

Thomas Gozæus à Bellomonte, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Collegij Sabaudiæ Præſidens.

Ioannes Molanus Louanienſis, Sacræ Theologiæ Profeſſor & Librorum Regius Viſitator.

Errata ad hunc modum corrigantur.

Pagina 19. verſo 8. tantòm pro nobis, lege (in nonnullis Exemplaribus) tantùm nobis. p.31.v. vlt. Magiſt. l. in Magiſt. p.39 v 33 producta, l. productū. p.47 v.1. ſec, l. ſed p.52. v 23. cognoſcat, l. cognoſcāt. p.71. v.31. cōuoco, l. conuocato. p 83. v. 26. percat, l pergat. p 128 v.17 externis, l ex ternis. p.132. v.23. Sem Melchiſ, l. Sem ſeu Melchiſ. p.135 v.52. cūr nō ſupra. l. cur ſupra p.140. v.40. vncta l. iūcta. p.174 v 31. æditicabo, l. ædifico p.193. v 51. quæ, l. qua, idq. bis. p.205. v. 42. donis (inter, l. donū ſoſtructū (inter. p.205. v. vltimo, atque in, l. atque ita. p.211. v.44. cur Deus, l cū Deus. p.222 v.19 grauita, l. gratuita. p. ibid. v antepen. in Philoſ l. ex Philoſ. p.227. circa mediū, præceden l. recedētes. Ibid. v.39. reipublicæ, l. rei publicè. p.238. v.15 principem primum, l. principem omnium. p.260. v 44. Decretalium, l Decretali. p 270. v.5 ante finē, forti, l. fori p.280 v.24. quod ex, l. quod Petrus ex. ibid. v.34. in cōdeodo, l. incendendo. p 293. v 2 hæretices, l. hæreſis. p.295 v 39. videor l. video. p.327. v.1. Conſtantinus, l. Conſtantius. p. 332. v. 35. cum l enim. p.333. in linea pontiti Rom. l. Idem Liberius & nihil aliud. p.333. in lin. pon. l. Idē Liberius. p.337. in lin pon. l. Fœlix Rom. (et pōſt) Damaſus. p 339. in lin. pon. l. Idē Damaſus p 341 in lin pon. l. Idem Damaſos. p 348. v.12 coöſtitutarum l conſtitutionum. p 383. v.8. mortuum, l. mortuum. p. 451. à fine v. 5. quorum, l. quorſum. p.469 in lin pōti ad finē ſcribe Paſchalis 2. an. 18. m. 6. p.497. à fine. v.5. indigne, l indignis. p 548. num. 1070. Bernardus, l. Bernardinus. p.620. v. haberi, l. habere. p.712. v.2. quæ quondam miniſtrauerat Margaretæ, & quæ ſequuntur, vſque ad verbum occurrerat: ſic enunciando ſunt: quę quondam apud Thomam Morum vna cum reliquis ipſius liberis tanquam & ipſa chariſsima filia, educata fuerat. p. 755. v. 28. blaſphemias. l. blaſphemiā. p.766. v.36. de duo, l. de quo. p.781. v.45. Epiſcopos Aotich. l. Epiſc. Romā. Aotic. p.793. in titulo c 30. quaque, l. quodque. p.795. v.33. in nomine, l. in ſemine. p.851. v.28. verbi. l. veri Dei.

Quæ verò à Damaſi temporibus vſque ad Gregorium Magnum, perperam ſunt collocata, ita reſtituuntur. Prior autem numerus Teſtimoniorum paginas deſignat, quibus cætera è regione reſpondent.

Paginæ	Anni Dom.	Pontifices Romani.	Imperatores Romani.	Hæretici, & Pſeudoprophetæ.
336. in medio reſpondet		38. S Damaſus.	Iulianus Apoſtata.	80. De Iuliano Apoſtata.
	366	Secunda Synodus Con-	Iouianus.	
	381	ſtantinopolitana.	Valentinian. cū Valente.	
338. in fine.	384	Idem Damaſus.	Gratian. cū Valentiniano	81. De Apollinariſtis.
			Theodoſius 1. Iuſtina	82. De Seleucianis, & Hermianis.
340.		Idem Damaſus.	Iiſdem imperantibus.	83. De Proclianitis. 84. De Priſcilliano.
				85. De Meſſalianis, Euchitis, ſeu Enthouſiaſtis.
342. &	385	39. S. Siricius.	Theodoſius.	86. D. Hypſiſtariis, 87. De Iouinianiſtis. 88 De Sabbatianis,
in medio.	388	40. S. Anaſtaſius.	Arcadius & Honorius.	89. de Hilario laico. 90. de Abelianis. 91. de Donatiſtarū hæreſib. De moribus Donatiſtarum.
344. I medio	402	41. S. Innocentius.	Honorius.	
346.		Idem Innocentius.	Idem Honorius.	92. De Collutidianis.
348.	405	Idem Innocentius.		93. De Heluidianis, ſeu Antidicomarianitis.
350. I medio.		Idem Innocentius.	Idem Honorius.	94. De Feliciano.
352.	410	Idem Innocentius.	Idem Honorius.	95. De Vigilantij hæreſibus.
354.	416	42. S. Zoſimus *vſque ad paginam 362.*	Idem Honorius.	96. De libris Canonicis. 97. De Septuagint. duob. Interpret.
			Idem Honorius.	98. De Fortunati, Fauſti, Felicis, Secundini, & aliorū hęreſibus.
362. I medio.	419	43. S. Bonifacius.	Honor. & Theodoſ. Iun.	99. De Pelagianis, & Cæleſtianis.
364.		Idem Bonifacius.		
366. i medio.	423	44. Cæleſtinus.	Theodoſius Iunior.	De Dubijs circa Prædeſtinationem.
		Synodus Epheſina.	Valentinianus 3.	100. De Neſtorianis.
368. i medio.	432	45. S. Xyſtus.	Iidem Impp.	101. De hæreſi Prædeſtinatorum.
370.		Idem Xyſtus.	Martianus.	102. De Eutichianis.
372. & 374.		46. Leo.		
376.	440	Synodus Chalcedonenſis.		
378.		Idem Leo.	Idem Martianus.	103. De hæreſibus Priſcillianiſtarum.
380.		4. Synod œcumen. Chal.		
382.		Idem Leo.	Leo Imperator.	De Sectis Neſtorianorum & Eutychianorum.
384.	461	47. S. Hilarius.	Leo Imperator.	De Secta Pacificatorum.
			Leo Imperator.	
	467	48. Simplicius.	Zeno.	104. De Theopaſchitis.
386.	473	49. S. Felix 2. Iunior.	Anaſtaſius 3.	105. De Iconomachis.
	492	50. S. Gelaſius.		
	496	51. Anaſtaſius 2.		
388.	498	52. S. Symmachus.		106. De Acephalis.
390.	514	53. S. Hormiſda.	Iuſtinus 1.	
	523	54. S. Iohannes.		
	526	55. S Felix 3. dictus 4.	Iuſtinianus.	107. De Chriſtolytis.
	530	56. Bonifacius Iunior.		
392.	532	57. Iohannes Iunior.	Idem Iuſtinianus.	
	534	58. S. Agapetus.	Idem Iuſtinianus.	108. De Agnoitis.
394. in medio.	535	59. S. Silocrius.	Idem Iuſtinianus.	
	537	60. Vigilius.		109. De Aphtharrodocitis.
		5. Synod œcum. Conſtāt.	Idem Iuſtinianus.	
396. &	540	Idem Vigilius.		110. De Monophyſitis.
398.	555	61. Pelagius.	Iuſtinus 2.	
	560	62. Iohan. Catelinius.		111. De hæreſi circa reſurrectionem carnis.
	575	63. Benedictus.	Tiberius.	112. De Eutychio.
	579	64. Pelagius Iunior.		
400.	590	Idem Pelagius Iunior.	Mauritius.	
402. verſus finem.	591	65. Gregorius Magnus.	Idem Mauritius.	113. De Iacobitis.
	592	Idem Gregorius.	Idem Mauritius.	114. De nouis Origeniſtis.
404.				115. De nouis Donatiſtis.

☞ *Reliqua deinceps vbique ferè ſatis aptè reſpondent.*


PVLLOS
ET
VOLATILIA
I F